0067353XXXX

Digitized by the Internet Archive
in 2011 with funding from
Lyrasis Members and Sloan Foundation

http://www.archive.org/details/actasanctorum23unse

ACTA

SANCTORUM

PARISIIS. — EX TYPIS V. GOUPY, VIA GARANCIÈRE, 5



PARISIIS & ROMÆ, APVD VICTOREM PALME. M.DCCC.LXVII

ACTA
SANCTORUM

quotquot toto orbe coluntur, vel a catholicis scriptoribus celebrantur

EX LATINIS ET GRÆCIS, ALIARUMQUE GENTIUM ANTIQUIS MONUMENTIS

COLLECTA, DIGESTA, ILLUSTRATA A

GODEFRIDO **HENSCHENIO** ET DANIELE **PAPEBROCHIO**

FRANCISCO **BAERTIO** ET CONRADO **IANNINGO**

E SOCIETATE JESU, PRESBYTERIS THEOLOGIS

EDITIO NOVISSIMA, CURANTE JOANNE CARNANDET

JUNII TOMUS TERTIUS

QUO DIES XII, XIII, XIV, XV CONTINENTUR

PARISIIS ET ROMÆ

APUD **VICTOREM PALMÉ**, BIBLIOPOLAM

1867

INDEX

SANCTORUM

Quorum Tomo tertio Junii Acta vel Memoriæ annuæ illustrantur.

A

Abraham, Ab. Claremonte in Gallia, *ex SS. Gregorio Turon. et Sidonio Apollinari* 534

15 Achaicus M. *ex Synax. Gr.* 528

15 Adelinus, *discip. S. Landelini Ab.* 538

15 Ætherius. Ep. Viennen. in Gallia, *ex Adone et Mrll.* 438

14 Ætherius episcopus Viennensis in Gallia, Elevatio corporum aliquot episcoporum Viennensium 10*

14 Afra M. *Speciæ, ex Mrll.* 288

13 Agricius Ep. Senon. in Gallia, *ex Epistolis S. Sidonii et aliis* 180

15 Albricus *seu* Aldricus, Ep. Augustodun. apud Montem Brusonis, *ex Schedis Petri Franc. Chiffletii S. J.* 545

14 Anastasius Presb. Felix Mon. Digna Virgo MM. Cordubæ in Hisp. *ex S. Eulogio* 452

15 Angelus Clarenus, Ord. Min. Præfectus Clarenorum in Italia. Comm. Hist. § 1, Miracula, scripta paulo post mortem: hujus dies, annus, locus; veneratio corporis 566 § 2, Reformationis a paupertatis zelatoribus tentatæ primordia, B. Angeli actis intexta 568. § 3, Inter turbas, pro reformatione per Tusciam et Galliam motas, Papali judicio absolutus Angelus, cum pace dimittitur. 570. § 4 Clarenorum Societas, per annos 155 divisa ab Ordine, tandem redunitur sub Sixto IV, et a Julio II, eidem subjicitur 572. Miracula, Auct. Fr. Philippo, B. Angeli familiari. *Ex MS. Caroli Strozzii Senat. Florent.* 574

13 Anna Vidua, apud Græcos, *ex Menæis* 180

15 Anteon, M. in Lucania, *ex Mrll.* 525

14 Anteon, M. Laodiceæ in Phrygia, *ex Martyrologiis* 287

13 Antipater, Ep. Bostren. in Aralia, *ex Synaxariis* 179

14 Antonius et Socii MM. Speciæ, *ex Martyrologiis* 288

13 Antonius, O. Francisc. Patavii. Comm. pr. De cultu, Vitæque et Miraculorum scriptoribus. 196, Vita auct. Anonymo, valde antiquo, *ex MSS. Cap.* 1, Studia apud Canonicos Regulares, transitus ad Minores, vita eremitica in Romandiola. 198. *Cap.* 2, Ordinatio, et fervens ac fructuosa prædicatio. 200. Embolismus, *ex Surio et Annalibus Waddingi.* 201. *Cap.* 3, Adventus Patavium, morbus, obitus, 204. *Cap.* 4, Pro corpore in civitatem allato contentio, ejusque solennis sepultura apud Fratres. 207. *Cap.* 5, Canonizatio et Miraculorum Synopsis. 208, Corollar. de Bullis Canonizationis 215. Liber miraculorum *ex MS. veteri.* Cap. 1 Miraculis confusi et conversi hæretici. 216. *Cap.* 2 Facta cum esset Custos Lemocensis. 217. *Cap.* 3, Alia in Italia et Gallia, Mortui suscitati; pueri necdum nati martyrium, prædictum. 219. *Cap.* 4 Acta post reditum ex Gallia, usque ad obitum. 222. *Cap.* 5 Varia post mortem miracula locis variise 224. *Cap.* 6, Æterna salus desperatis aut desperabundis curata, SS. Antonio et Francisco apparentibus. 227. *Cap.* 7, Miracula coram Episcopo Paduano confirmata. 229. Appendix § 1, de translationibus corporis et Arcæ; ac Lingua incorrupta. 232 § 2, De Mandibula et aliis extra arcam Reliquiis, ac posterioribus translationibus. 234. § 3, De Reliquiis quas Reges et Principes Padua impetrarunt. 235. § 4. De sacri Brachii particula, Reip. Venetæ an. 1652 donata. 237. Analecta, *ex variis, tam impressis quam MSS.* § 1, de ecclesia Patavii Minoribus condita. 239. § 2, Sacelli Antoniani forma et ornatus, ceteraque Patavinæ pietatis erga Sanctum monumenta. 240, § 3, Rerum amissarum recuperatio Sancto utiliter commendata. 242. § 4. Alia vario in genere miracula. 244. § 5, Beneficia a sancto obtenta, per P. Bern. Colnagum S. J. 246, § 6, Alia ex impressis Italicis Bernardini Genovesii et Thomæ Vandini. 248. § 7, Recentiora ab anno 1666 ex Italico imp. 250 § 8, Alia ab an. 1680 etc. 253. § 9. Gratiæ Venetiis et alibi ab an. 1683 notatæ 255. § 10, Aliæ ab an. 1685 et deinceps. 257. § 11, Collectio Belgica Jo. vander Borcht, unde dantur miracula, et fructus ex usu Novenæ Antonianæ. 259. § 12, Utilitas Responsorii Antoniani, ex duobus libellis Flandricis 262. § 13, Novissimæ Gratiæ ex MSS. Italicis. 264. § 14, Miracula ex Hispanico Dominici Cornegii; Lutherani unius mira conversio. 267

15 An Messanam appulerit, ibique habitaverit, quando primum in Siciliam appulit. Item an conventum illic habuerint Minoritæ anno mccxx. Miracula quædam 7* f

13 Anub. Bissoius, M. in Ægypto, *ex Habess. Hagiologio* 173

13 Argenis, M. in Ægypto, *ex Habess. Hagiologio MS.* 173

13 Arnobius, M. in Ægypto, ex eod. 173

13 Aquilina, V. M. Bybli in Phœnicia, *Comm. pr. De* ejus Actis, præcipuo cultu CP. et notitia apud Latinos. Acta *Græcolat.* Auct. antiquiori quam Metaphrastes. *ex MS. Vatic. interpr. Sirleto.* 165

13 Aschirion, M. in Ægypto, *ex Habess.* 173

12 Aurelius, M. Rom. soc. Basilidis, *ex Martyrologiis.* 5

B

Basilides M. Rom. cum 6 sociis. *Comm. crit.* De horum nominibus ex Hieron. Actisque alicujus Basilidis, primum solius, deinde velut x et xii Junii, cum aliis atque aliis sociis passi 5. Acta *ex Mombritio* 6: alii socii 7

12 Basilides alius, cum Cyrino, Nabore, Nazario M. Romæ. *Comm. Hist.* Eorum memoria in Missalibus, Martyrologiis, Breviariis. Acta qualia? 8. Acta *ex MS. Treviren.* 9

13 Basilla, cum marito Georgio, M. in Ægypto *ex Hagiologio Habess.* 173

14 Basilius Magnus, Ep. Cæsareæ in Cappadocia *Comm. pr. Auctore Franc. Baertio* §. 1 De duplici festo: ordinationis, apud Latinos; obitus, apud Græcos 295. § 2. Auctores coævi aliique, ex quibus ipsiusque Basilii operibus Acta collecta 297. §. 3, De anno nativitatis 298. §. 4, De anno mortis 300. § 5 Quædam de ætate S. Gregorii Nazianzeni, patris et filii, consectanea 301. VITA *ex ipsius Basilii, utriusque Gregorii, et aliorum operibus collecta studio Francisci Baertii.* Prologus, encomium Sancti complexus, *ex Amphilochio* 302. *Cap.* 1, S. Basilii patria, parentes, consanguinei, nativitas, educatio, baptismus 302. *Cap.* 2, studia Cæsareæ et Constantinopoli 306. *Cap.* 3, Athenis contracta cum Greg. Nazianzeno amicitia, 309. *Cap.* 4, utriusque inde discessus: Basilii per Syriam et Ægyptum peregrinatio 312. *Cap.* 5, Solitaria vita in Ponto cum Gregorio 315. *Cap.* 6, Basilius Presbyter ordinatus fugit in Pontum; ob simultates cum Eusebio Episcopo suo 319 *Cap.* 7, His durantibus occupationes utriusque 322. *Cap.* 8, Reconciliatis Eusebio et Basilio, hic fortiter resistit Arianis et Præfecto Liturgiam scribit 325. *Cap.* 9, pauperibus subvenit tempore famis 329. *Cap.* 10, Episcopus eligitur et consecratur 331. *Cap.* 11, Suffraganeos et avunculum Gregorium sibi nititur reconciliare 335. *Cap.* 12, pro extirpatione Arianismi et Ecclesiarum pace, apud SS. Athanasium et Damasum, satagit per litteras 338. *Cap.* 13, Hæresis Macedonianæ suspicionem incurrit: defenditur ab Athanasio et Nazianzeno 342. *Cap.* 14, Virtutes et gesta, ad Episcopatum et reliquam vitam spectantia 345. *Cap.* 15, Gesta quædam, ad Ecclesiarum utilitatem, et delinquentium correctionem 345 *Cap.* 16, Caritas erga Religiosos: Xenodochium erectum 352 *Cap.* 17, Evippii Arianorumque Episcoporum contra Sanctum molimina 355. *Cap.* 18, Hujus contra Valentem ejusque Præfectos certamen 359. *Cap.* 19, Occidentalium auxilium rursus imploratum: consolatio impensa S. Meletio et Antiochenis 363. *Cap.* 20, Item Calcidensibus et Berœensibus vexatis, atque Barso Edisseno et Petro Alexandrina exulibus 366. *Cap.* 21, Cappadocia in duas Provincias divisa, contentio cum Anthimo Ep. Thyanen. Nyssæ ordinatus Ep. Gregorius et Theologus Sasimorum 369. *Cap.* 22, Basilius, Eustathii Sebast. hypocrisi deceptus, simultate Theodoti Nicopol. affligitur. Ecclesias Armeniæ curat 373. *Cap.* 23, Faustus ordinatur ab Anthimo contra Canones: Atarbius falso accusatur de hæresi: Eustathius veræ fidei professioni subscribit 377. *Cap.* 24, Eustathius Basilium excommunicat, hic quoque ejus communioni renuntiat, et visitatur a S. Ephrem 379. *Cap.* 25, Basilii ægritudo, mors Emmeliæ matris, item Athanasii Ancyrani et Musonii Neocæsareen. Epp. 382. *Cap.* 26, Gregorii Nysseni exilium. Reliquiæ S. Sabæ Mart. in Cappadociam allatæ ad Basilium 385. *Cap.* 27, Consultationes novæ de mittenda iterum in Occidentem legatione 387. *Cap.* 28, Amphilochio electo Iconiensi gratulatur, Eusebium Samosat. exulem solatur, ejus cives reducit ad concordiam, Ponti Episcopis reconciliatur. 389 *Cap.* 29 Neocæsareensium alienatio et secessio a Basilio, aliorum ad eumdem accessio. 392. *Cap.* 30, Occidentalium in causa Meletii dissensio a Basilio, Eustathii Sebasteni defectio, Ecclesiarum ab Arianis vexatio 395. *Cap.* 31, Euphronio Coloniensi ad metropolim Nicopolitanam translato, Religioni consulitur, probante Basilio 396. *Cap.* 32, Monachos ab Arianis vexatos solatur Sanctus, Eustathii Sebast. calumnias refutat. 398. *Cap.* 33, Apologiam pro fide sua scribit 400. *Cap.* 34, Episcopis Ponti communiter, et nonnullis privatim satisfactio data. Apollinarii hæresis. Epistola ad Episcopos exules 403. *Cap.* 35, Nova in Occidentem legatio, contra varias hæreses, successu nullo, propter animos Romæ præoccupatos. Conciliatur S. Ambrosius: Sozopolitani instruuntur 406. *Cap.* 36, Extrema S. Basilii Acta: mors, sepultura 408. *Cap.* 37, De Reliquiis ejus Brugas Flandrorum delatis, et usque hodie ibi servatis 410. *Cap.* 38, de recentiori tribusque Doctoribus, Basilio, Nazianzeno, Chrysostomo communi festo, per Joannem Euchaitorum Ep. instituto 413. *Hujus occasione expanditur in tractatu Præliminari tota* Acoluthia Officii solennioris apud Græcos *Auct. Nicolao Rayæo S. J.* Historia institutionis, *ex Menæis* 414. Eorumdem Icones, *in Annotatis* 416. APPENDIX *F. B.* De Vita apocrypha, edita sub nomine S. Amphilochii *cum Notis et censuris.* Prologus 418. *Cap.* 1, Adolescentia Basilii et studia Athenis, Eubuli Philosophi conversio 419. *Cap.* 2, Susceptus baptismus, Diaconatus, Episcopatus: Juliani mors: Libanii conversio 422. *Cap.* 3, Decretum exilii sub Valente impeditum, mors filii ejus: chirographum perditi amatoris dæmoni ereptum, Presbyteri cum uxore virginitatem servantis sanctitas cognita, agnitus S. Ephrem, et Græcæ linguæ scientia donatus 428. *Cap.* 4 Restituta orthodoxis Nicænis Ecclesia: castitas Petri Sebasteni probata. Peccatricis et Judæi conversio. Mors. 432

14 Basilius Magnus Cæsareæ in Cappadocia episcopus. Reliquiæ Romæ. Item Constantinopoli ad Pontificem Romanum missæ, a Cardinali Baronio donatæ Oratorio suorum Neapolitano anno MDC 10*

13 Belfijus, M. in Ægypto, *ex eodem Hagiologio* 173

15 Benildis, M. Cordubæ in Hispania, *ex Memoriali S. Eulogii* 546

15 Bernardus Menthonien. seu Montis-Jovis, Archidiac. Augustæ Prætoriæ in Pedemontio. *Comm. pr.* de Vitæ scriptoribus, corporis translationibus, Reliquiarum cultu 547. VITA Auct. Richardo successore, *ex MS. Maurian. Cap.* 1, Natales nobiles, adolescentia sancta, sponsa dimissa, Ordines suscepti 550. *Cap.* 2, Pulsis dæmonibus erecta Xenodochia et Monasteria: vita reliqua, obitus, sepultura. 553. Sequentia, *ex MSS.* 557. ALIA VITA, *ex MSS.* Prologus *Cap.* 1, *S. Bernardi virtutes et miracula*, Ib. *Cap.* 2, *Mors sepultura, et utrumque secuta miracula* 559. APPENDIX, *ex Gallico Rolandi Violi* 560

14 Bertholus Ord. Servor. B. V. in civ. S. Angeli in Vado. *Comm.* de Vita et cultu, *ex Annalibus Gianii.* 485

C

Candidus, M. in Lucania, *ex Mrll.* 525

Cantiana M. Aquileiæ, *ex MS. Hieron.* 526

15

15 Cantianilla M. in Lucania, *ex Mrll.* 525
14 Cantionella, M. Speciæ, *ex Mrll.* 288
15 Cantianus, cum socio M. Aquileiæ, *ex Hieron.* 526
15 Cantianus, M. in Lucania, *ex Mrll.* 525
14 Castora, Vidua Eugub. 3 Ord. S. Franc. in Umbria. *Ex Jacobillo.* Sanctitas, familia, cultus 485
12 Celsus, M. Bononiæ, *ex Masinio* 14
15 Cerdo, Ep. Alexandr. in Ægypto, *ex Hagiologio Habess.* 491
13 Cetheus Ep. Amitern. M. *Comm. pr.* de loco ejus Episcopatus et mortis; item primæ ac secundæ sepulturæ, atque de cultu 181. Acta *ex* 2 *MSS. Cap.* 1, Fuga sancti ad Gregorium Papam, et beneficia ad Sedem suam reductio 183. *Cap.* 2, De prodendæ urbis conscientia falso insimulatus Episcopus, morti addicitur 184. *Cap.* 3, Flumini immersus cum saxo Sanctus Aternum defertur; ibique sepultus ut peregrinus, illuminato cæco transfertur Atriam 185
15 Chrysogonus, M. in Lucania, *ex Mrll.* 525
15 Clemens, M. Aquileiæ, *ex Hieron.* 526
13 Crescentianus, socius S. Luciani M. in Africa, *ex Mrl. Hier.* 172
12 Cunera, V. M. Rhenis in Belgio 55. Comm. pr. § 1 De genere et ætate Sanctæ verosimilior conjectura quam sit Legendæ, quæ facit sociam S. Ursulæ 55. § 2, Legendæ Rhenensis ætas ac fides exigua : gemina Reliquiarum inspectio 56. § 3, Cultus reliquiarum per varia loca, et quædam ad eas miracula 57. Sermo in festo, compositus 14 sec. *ex MS.* 59. Miracula *ex MS. Rhenen.* § 1, Mortui suscitati, blasphemi puniti, cæci illuminati 60. § 2, Captivi liberati, morbi varii curati 63. Alia mirac. ex Teutonico 16 sec. § 1, Miraculosæ curationes Sanctum invocantibus factæ 65. § 2 Liberati a periculis mortis 66
12 Cyrinus, M. Rom. cum Basilide 8

D

Digna, V. M. Cordubæ, *ex S. Eulogio* 552
13 Diodorus, M. Emesæ in Phœnicia, *ex Synax. MS.* 172
12 Dionysius, M. Bononiæ, *ex Masinio* 14
12 Dister M. Romæ, *ex Mrll.* 5
14 Dogmael, in Pembrochiano Valliæ Comitatu *Synopsis Hist.* Cultus et fundatio Abbatiæ, in burgo ejus nomen ferente 436
15 Domitianus, discip. S. Landini Ab. 538
12 Donatella, M. Rom. soc. Basilidis. *ex Mrll.* 5
15 Dulas, M. in Cilicia *v.* Tatianus 519

E

Edburga, f. Eduardi I Reg. Angliæ. *Sylloge,* de culu, vita, reliquiis 546
14 Eliseus Proph. *Sylloge* de duplici die cultus : Reliquiis Alexandriæ, Constantinopoli, Ravennæ 273
12 Eskillus, Episc. Strengen. M. in Suecia. *Comm. pr.* de cultu, vita et translationibus 94. Vita *ex MS. Suecico* 95
13 Evidius M. in Monasterio Besaluen. in Catalaunia, *ex Vinc. Domenecco* 173

F

Fandilas, Presb. Mon. M. *Syll. pr.* De cultu et ætate. Acta, *ex Memoriali Sanctorum S. Eulogii* 191
13 Felix, M. in Africa, *ex Hieron.* 172
15 Felicula, V. M. Romæ *Comm. Hist.* De Actis ex passione S. Domitillæ, antiquo cultu, pluribus plurium corporibus sub ejusdem nominis veneratione 160
14 Felix M. Mon. Cordubæ, *ex S. Eulogio* 452
14 Festina, M. *in Africa, ex Mrll.* 288
13 Fortunatus, socius S. Luciani M. in Africa, *ex Hieron.* 172
15 Fortunatus. Ep. Neapolit. *Sylloge.* De ejus ætate, cultu, corpore sæpe translato 529
15 Fortunatus, M. *ex Synax. Gr. MS.* 528

G

Gajanus, M. in civ. Barbaria, *ex Mrll.* 525
14 Gallianus, M. Ephesi, *ex Mrll.* 288
13 Georgius, cum uxore Basilla MM. in Ægypto, *ex Hagiologio Abess.* 173
13 Gerardus, Mon. O. C. frater S. Bernardi *Comm. pr.* De cultu, vita et sepultura ejus 192 Vita *auct. Conrado Ab. Everbacen.* 193
14 Gerasimus, Ord. S. Basilii in Calabria, *Ex Romæo et Ferrario* 453, quædam de illo observata 11 * d
12 Guido, Tertiarius S. Franc. Cortonæ in Etruria, *Comm. pr.* De cultu et actis 97. Vita Auct. *fere* synchrono, *ex MS. Italico* 98. Miracula *ex MS.* 102

H

Hartwicus, archiepiscopus Salisburgensis in Norico. Comm. prævius § i. Sanctitas probata. Vita a quo et quando scripta 11 * § ii. Item de scriptore Vitæ; de die obitus aliisque Hartwici gestis 13 *. Vita et miracula *ex duabus editionibus Henrici Canisii* 14* *Appendix* De corpore S. Martini per S. Hartwicum Salisburgi invento ac translato 16 *. disquisitio in Acta præmissa de translatione corporis S. Martini 18 *
15 Hesychius, vel Ysicius, Miles M. Dorostori in Mœsia, *ex Actis S. Julii M.* 526
15 Hilarianus Presb. M. Ruthenis in Gallia, *ex traditione oppidi Hispaliensis* 544

I

Isfridus, Ep. Raceburg. in Wandalia *Sylloge.* De ejus miraculis et cultu 564

J

Jacobus Anachoreta *et MSS. Synax.* 179
13 Januarius, M. Romæ *ex Mrl. Hieron.* 162
12 Joannes Miles, *an Alexandriæ in Ægypto* 53
12 Joannes de S. Facundo, Erem. August. Salmanticæ in Castella. Comm. pr. §. i, De Sancti ætate, et Joanne a Sevilia, primæ Vitæ scriptore 112. §. 2, Qua ætate Salmanticam, ac deinde ad Habitum venerit 112. §. 3, De cultu paulatim promoto usque ad Beatificationem, et de Canonizatione 113. Vita Auct. Fr. Joanne a Sevilia Hispanice scripta. *Prologus* De intentione scriptoris : *Cap.* i, Prior vita Sancti usque ad Professionem inclusive 115 *Cap.* 2, Religiosæ virtutes, et prædicandæ veritatis fiducia 118. *Cap.* 3 Fervor sacrificantis, et quædam adhuc viventis miracula 120. *Parergon,* de similibus favoribus, alteri Dei servo sub Missa exhibitis initio hujus 17 seculi 121. *Cap.* 4 S. Joannis

nis viventis mortuique miracula 121. *Cap.* 5 reliqua pars veterum miraculorum 628. *Epilogus* 123 ACTA II, ad prioris vitæ supplementum, ex posterioribus scriptoribus collecta. *Cap.* 1. Prior sancti vita usque ad votum ineundæ Religionis 125. *Cap.* 2, Vocatio ad Ordinem, in eoque professio : officia gesta : pax civitati curata 128. *Cap.* 3, Quædam Joannis virtutes, divina ad ejus custodiam providentia : ipse, et alii per eum, ab aquis servati 138 *Cap.* 4 sancta mors Joannis et sepultura : prima secundaque translatio corporis in proprium sacellum 132. *Cap.* 5 Varia Sancti miracula præsertim in paralyticis et claudis, ex Antolinio 134. *Cap.* 6 Reliqua ex Antolinio miracula 136. *Cap.* 7 Miracula ex novissimo Vitæ scriptore Valaurio 137. *Cap.* 8 Petita instanter Canonizatio, concessa Beatificatio cum Indulgentiis : permissum pro 12 Junii Officium cum Missa 139. *Cap.* 9 Salmanticensis Universitas, novum festum ; Civitas, Patronum solenni voto assumit Joannem 142. *Cap.* 10 Translatæ ad oppidum S. Facundi Reliquiæ, festum ut Patroni ex voto susceptum 144. *Cap.* 11 Novæ supplicationes pro Canonizatione, et pro Officio interim ad totum Ordinem regnumque Castellæ extendendo 146. *Cap.* 12 Impetratur desiderata extensio pro Ordine dumtaxat, et oppidis S. Facundi ac Ceæ 149. *Cap.* 13 Reliquiæ translatæ in Lusitaniam, magnifice exceptæ et miraculis multis clarificatæ 151

13 Joannes, filius S. Annæ viduæ, apud Græcos *ex Menæis* 180 a

15 Jocundus, M. in Cilicia *ex Mrll.* 525

15 Jonas Thaumaturgus, Metropolit. Kioviæ in Russia, *ex Triptycho et Synaxario Russorum* 577

15 Jovianus, M. in civ. Barbaria, *ex Mrll.* 525

14 Jovinus, *sive* Vivinus, M. Ephesi *ex Mrll.* 288

13 Jucundus, M. in Africa, *ex Mrl. Hieron.* 172

12 Julianus, Hegumenus Constantinopoli, *ex Menæis* 54

15 Julitta, Matrona apud Græcos, *ex MS. Synax.* 437

15 Juvanus, M. Aquileiæ, *ex Hieron.* 526

L

Landelinus, Ab. Crispinii in Hannonia, cum SS. Adelino et Domitiano. *Comm. pr.* de Actis, cultu, Reliquiis, uniusque eorum corpore in Westphalia 538. VITA, *ex antiquis MSS.* SEQUENTIA, *ex MS. Odackerano* 540. ALIA VITA, et forte antiquior, *ex MS. Ultraject.* 543

12 Leo papa III COMM. HIST. §. 1 De cultu ejus, vita ante Pontificatum, et primi quadriennii actis 69. §. 2, oculis et lingua privatus a conjuratis Leo, sanatur divinitus 71. §. 3 Ejus honorifica apud Paderbornam exceptio per Carolum M. et quædam acta in Saxonia 73. §. 4 Leonis reditus Romam, Caroli eodem accessus : hujusque Imperatoris coronati, et illius acta 75. §. 5 De triclinio Leoniano ejusque musivis, et eorum significatis, 77. §. 6 An saltem sinistrum emblema Imperii translationem denotet ex mente Leonis, et quam diverso sensu ipse et Carolus scribantu D. N. 79. §. 7 Reliqua Leonis cum Carolo acta 81. §. 8 Acta Leonis cnm Constantinopolitanis, Nicephori Patriarchæ Synodica. Nova Romanorum conspiratio sopita 84. §. 9 Leonis erga ecclesias reparandas et ornandas magnifica liberalitas, atque obitus 85

13 Lucianus cum 8 sociis, M. in Africa, *ex Mrl. Hier.* 172

13 Lucianus alter M. in Africa, *ex Mrl. Hier.* 172

M

Magdal, *seu* Magdaletes, *ex Mrl.* 4

12 Marcellinus, M. Bononiæ, *ex Masinio* 14

14 Marcianus, M. Ep. Syracusæ *Comm. pr.* De cultu, ætate Encomiastæ, Actis apocryphis 215 ACTA *Græcolat. interpr. Jac. Sirmondo Cap.* 1, Adventus in Siciliam, commoratio in antris Pelopiis ; prædicatio et martyrium. 277. *Cap.* 2, Encomium virtutum, dæmonum ex antris illis ejectio sub Episcopo Theodosio 280. Conclusio 283

14 S. Marcus, Ep. Luceriæ in Apulia, Bovini Patronus. *Comm. pr.* De cultu et vitæ actis 289. VITA *ex MS. Bovinen.* 290. *Cap.* 1. Ortus, Presbyteratus, calumnia miraculis depulsa 290. *Cap.* 2, Episcopatus, miracula in eo, et sanctus obitus 291. *Cap.* 3, Miracula facta circa tempus Auctoris 292

12 Mandal, seu Mandales, M. an socius Basilidis? ACTA *apocrypha* 8

13 Martyrum myrias, seu X millia, apud Græcos *ex Synax.* 172

12 Maximus, M. Ep. Neapolit. in Italia. *Sylloge.* De ejus cultu, obitu, translatione 14

15 Megetia, M. Constantinop. *ex Hieron.* 527

14 Methodius Conf. Patr. CP. *Comm. pr.* de ejus cultu apud Græcos et Latinus 439. VITA Auct. coævo, interpr. Leone Allatio *Cap.* 1, Ortus, studia, monachatus, tormenta tolerata, exilium in spelunca 440. *Cap.* 2 Patriarchatus et in eo gesta, morbus, obitus 444. ANALECTA *ex variis. Cap.* 1 Castimonia : ærumnæ in spelunca ; calumniæ depulsæ 448. *Cap.* 2 Cicatrices in Patriarchatu servatæ, festum Orthodoxiæ ordinatum, translata corpora SS. Theodori Stud. Nicephori Patr. Constitutiones editæ, scriptæ vitæ Sanctorum et Homiliæ 449

14 Miggenes, M. Ephesi cum sociis *ex Martyrologiis* 288

15 Minginus, M. Constantinop. *ex Hier.* 527

15 Mora, uxor Timothei M. *ex Hagiol. Habess.* 527

15 Mucius, M. Aquileiæ, *ex Hieron.* 526

15 Mucius, M. Constantinopoli *ex Hier.* 527

N

Nazarius, M. Romæ, *cum Basilide* 8

12 Nazarius M. Rom. in vico sui nominis apud Atrebates *ex Mel. loci.* 13

15 Nerses, M. apud Græcos *ex Menæis* 527

15 Nivitus, cum aliis 10, M. in Lucania *ex Mrll.* 525.

O

Odulphus Presb. Ultrajecti. COMM. PR. de ejus cultu, Reliquiis, Vita, 87. VITA *ex MSS. et editis.* Prologus 89. *Cap.* 1, Ortus, studia, sacerdotium :

sacerdotium : acta Ultrajecti et in Frisia 89. *Cap.* 2, Varia spiritu prophetico prædicta, incendium extinctum : Morbus, obitus, veneratio 90

12 Olympius et Amphion, inter Prætermissos relati, habent aliqua corrigenda 1*

12 Onuphrius Anachor. in Ægypto. Comm. pr. §. 1 de cultu, reliquiis, vitis 16. §. 2 De Onuphrii Paphnutiique gestis ac personis : qualis fides habenda Actis illius 18. §. 3 Peregrinationis Paphnutianæ, apud Surium ; et Anonymi, ex Vitis-Patrum 1 Pars 19. §. 4 Anonymi peregrinatio ejusque de Anonymo narratio ulterior, similis Paphnutianæ 2 Pars 21. Pars 3, ex Surio 23. Vita. *Ex MS. Bavar. Græcolatine Cap.* 1 Iter Paphnutii, uti et Onuphrii in eremo. Ejus causa, dux, terminus, 24. *Cap.* 2 Onuphrii in eremo labores, solatia, habitatio, victus, obitus, sepultura. An Timotheus, Joannes, Andreas, Thadæus, Philippus, anachoretæ, qui in gestis S. Onuphrii leguntur, sancti sint 34*. Item de Onuphrio Bellofortensi, monacho Ordinis S. Basilii 27.

15 Orsisius Ab. successor S. Pachomii in Thebaide *ex Actis SS. Pachomii et Theodori* 531

P

Peregrinus, Ep. Amiternen. *v.* Cetheus 181

12 Petrus Anachoreta in monte Atho. Comm. pr. §. 1, Cultus sacer, palæstra mons Athos, tempus in eo actum, iter Romanum 32. §. 2, Vitæ auctor et inventor ; nova versia nostra Epistola Combefisii 34. Encomium *Græcolat.* auct. Greg. Palama, Archiep. Thessalon. *ex MS. Card. Mazarini.* Prologus 35. *Cap.* 1, Petri patria, militia, captivitas, votum, liberatio 36. *Cap.* 2 Iter Romanum, inde in Græciam : miracula ibi patrata 38. *Cap.* 3, Iter in montem Atho, et vita illic dure sancteque acta 41. *Cap.* 4, Depositum Photocome sacrum corpus, dæmoniacam sanat, ac templo festoque honoratur 43. *Cap.* 5, Tertium impugnatur a dæmone, famulum ejus simulante, ac reditum in patriam suadente 44. *Cap.* 6, Quartam tentationem dæmonis, angelum mentiti, vincit humilitate ; ac donis cœlestibus cumulatur 46. *Cap.* 7, a Venatore inventus, ei seriem vitæ suæ exponit ; et cupientem illic manere, domum remittit 48. *Cap.* 8, Mortui cadaver dæmonem expellit ac navi impositum aufertur 50. *Cap.* 9, Depositum sacrum corpus dæmoniacos sanat ac templo festoque honoratur 51

13 Petrus M. in Ægypto, *ex Hagiol. Habess.* 173

15 Petrus Compater. Ord. Min. Oveti in Hispania, *Sylloge*, de Vita, translationibus, cultu, et anno mortis 563

15 Philippus, M in civ. Barbaria *ex Mrll.* 525

12 Placidus, Erem. Cisterc. Ocræ, in Italia *Comm. pr.* De loco monasterii, anno mortis, vitæ auctore, et cultu Beati 104. Vita Auct. Paulo de Celano familiari, *ex MS. Prol.* 105. *Cap.* 1 Pii juvenis ad omnem virtutem profectus : initia vitæ solitariæ, loco sæpius mutato 109. *Cap.* 2 Alia sancti exercitia, extructum monasterium, futura prædicta, pius obitus 107. *Cap.* 3 Miracula post mortem 109. Appendix de hodierno, corporis et ecclesiæ statu 111

12 Polimacus, M. Rom. socius Basilidis *ex Martyrologiis* 5

13 Priscus episcopus Lugdunensis in Gallia. Comm. Historicus. Sancti gesta pauca; tempus episcopatus; epitaphium 3*

15 Proditus, M. Aquileiæ, *ex Hieron.* 526

15 Protus, M. in Lucania, *ex Mrll.* 525

13 Psalmodius, Erem. in Lemovic. *Sylloge* De ejus cultu et vitæ elogiis 197

Q

Quintianus cum sociis, MM. in Africa *ex Mrll.* 288

14 Quintianus, Presb. Conf. *ex Usuardo* 439

15 Quintianus, M. in Lucania, *ex Mroll.* 525

R

Ragnobertus, M. in Brescia *Comm. pr.* De ejus cultu ac locis ipsi sacris, Abbatia, et Actis. 187 Acta Martyrii, *ex MSS.* 188

14 Richardus, Ord. S. Bened. Ad. Virduni in Lotharingia Comm. pr. De Vita ab Hugone Ab. Flaviniac. ejus discipulo scripta, et inchoato ejus aliquo, ut Beati, cultu. 453. Vita *ex Chron. Vird. Auct. Hugone Ab.* Prologus. 455. *Cap.* 1 Educatio, Archidiaconatus Remen. et ingressus in monasterium S. Vitoni, cum Frederico Comite. 456. *Cap.* 2 Abbas ordinatus innotescit S. Henrico Imp. novam ecclesiam struit, juvante Friderico, et multa humilitatis exempla dante . suscepta plura monasteria. 459. *Cap.* 3 Novæ ecclesiæ ornamenta curata, fundi ejus intuitu aucti 460. *Cap.* 4 Insignes Abbatis virtutes. 464. *Cap.* 5 Acta cum Pontificibus, Imperatoribus, Episcopis ab an. 1011 ad 1027 466. *Cap.* 6 Iter. Hierosolymitanum. 468. *Cap.* 7 Regressus Virdunum. Stephani Ab. Lobien. coram eo devota humiliatio, S. Simeonis acta Rotomagi. 471. *Cap.* 8 Remedium fami et pesti allatum, quinquennalis anachoresis : pax prædicata, non sine prodigiis. 474. *Cap.* 9 Mors præscita et pie obita, funus curatum, honos impensus sepulcro. 477. Epitome Vitæ alterius, *Ex Menardo et Wasseburgio* 480

14 Rufinus et Valerius MM. in agro Suessionensi. *Comm, pr.* de cultu et actis. 284 Acta *ex MSS. et Mombritio* 285 Historia Translationis et Miraculorum, *ex Flodoardo* 286

S

Secunda, M. Rom. soc. Basilidis *ex Martyrologio* 5

13 Sectindus, M. in Africa *ex Martyrologio Hieron.* 172

15 Sicus, seu Titus Conf. *ex Usuardo* 439

13 Silvanus, M. Romæ, *ex Mrl. Hieron.* 162 a

15 Silvius, M. in Cicilia, *ex Mrll.* 525

15 Stephanus Conf. *ex Synax. Gr.* 528

T

Tatianus Dulas, M. in Cilicia, Comm. pr. De ejus cultu et sincerissimis Actis 519. Passio, *ex MS. Vatic. interp. Guil. Sirleto* 520

12 Ternanus, Scotorum in Britannia Episcopus. *Sylloge* : Illorum simul et Scotorum limites, apostoli, diœceses 30

14 Tecla, M. in Africa, *ex Mrll.* 288

13 Thecla, socia S. Luciani, M. in Africa, *ex Mrl. Hier.* 172

14 Theodolus, M. in Africa, *ex Mrll.* 288

15 Theodolus, M. in Lucania, *ex Mrll.* 525

15 Timotheus M. *ex Hagiol. Habess.* 527

15

13 Titus seu Sicus Conf. *ex Usuardo* 439
12 Torannanus, Agathanus, Mochulleus, Troscanus, fratres germani. Pluscula de illis explicantur 7*
14 Triphyllius, Ep. Leucosiæ in Cypro Comm. de ejus ætate Episcopatu, cultu. Acta, *Ex MS. Synax.* 174
12 Tripus, seu Tripodes, M. an socius Basilidis. *Acta apocrypha* 8

V

Valerius et Ruffinus MM. *in agro Suessionensi v.* Ruffinus 284
13 Vetula M. apud Græcos, *ex Synax.* 527
13 Victorinus M. Ep. Assisii in Umbria 162 b *Comm. præv.* De cultu, Actis, Elevatione 162. Acta *ex MS.* 163
12 Vimius Erem. Ord. S. Benedicti: in Bavaria 92
15 Vitus, Modestus, Crescentia MM. Comm. pr. §. 1 Nomina sacris fastis inscripta; Acta ætatis variæ, fidei non magnæ; cultus et reliquiæ in Sicilia 491. §. 2, Cultus et reliquiæ in Italia. Historia translatorum in Apuliam corporum 493. §. 3, Reliquiæ et cultus in Provinciis Transalpinis 496, Passio composita seculo 6 vel 7, et inventa 9 sec. Romæ, *ex variis MSS.* Admonitio prævia. Pars I a S. Vito acta et tolerata in Sicilia, sub patre Hyla, et Præside Valeriano 499. Pars II transitus in Lucaniam, inde Romam. Variæ pœnæ inflictæ, obitus, sepultura 502. *Disquisitio conjecturalis.* De prima sepultura S. Viti, et prætensa translatione corporis ex Lucania in Siciliam 504. Transl. Roma in Franciam et inde in Corbeiam Saxonicam, *ex MSS. Prolog.* 507. *Cap.* 1, Reliquiæ translatæ in Franciam, petitæ et impetratæ pro Saxonia 508. *Cap.* 2 Translatio in Corbeiam, miracula per iter 511. Transl. ex Italia in Bohemiam §. 1. Litteræ de ea re Imperiales, et quæstio habita de corpore quod Senis esse dicebatur, est autem S. Guidonis alicujus 515. §. 1. de gloria Ecclesiæ Sancti Pragæ 517
15 Vitus, Appendix i. De patria Viti et Sociorum ejus 20*, App. ii de donatione insulæ Rugiæ in mari Baltico, facta ecclesiæ Corbejensi ob victoriam, ad invocationem S. Viti reportatam 22*. miraculum in monacho Corbeiensi, infirmo per S. Vitum patrato 24*
14 Vivinus *sive* Jovinus M. *Ephesi ex Mrll.* 288
15 Vouga *seu* Vius, Ep. in Armorica, *ex Alberto le Grand* 536

Y

Ysichius, *v.* Hesychius M. 526

Z

Zabinus M. Rom. Soc. Basilidis *ex Martyrologio* 5
12 Zenon apud Græcos : *an. Episcopus?* 54

INDEX

CHRONOLOGICUS

Rerum præcipuarum, spectantium ad eos præsertim Sanctos, quarum Tomo tertio Junii Acta vel Anniversaria illustrantur.

Sec. 15 *ante Chr.* Eliseus Propheta 273

SECULO I ET II

2 *Sec. sub Domitiano* S. Felicula M. Romæ 160 b

SECULO III

201 *Cir.* Victorinus Ep. M. Assisii 162 b
S. Marcianus Ep. Syracus. M. 275 b
293 Aquilina V. M. Bybli 165
Post 300 S. Tatianus Dulas, Martyr Zephyrii in Cilicia 519 c

SECULO IV

316 Nascitur S. Basilius 300 a, et mox etiam Gregorius Nazianzenus 301 f
328 Ob. Marcus Ep. Lucerin. Patronus Bovini in Apulia 289
347 Concilium Sardicense, cui S. Spiridion et Triphyllius Epp. adfuere 174 f
350 *Cir.* S. Fortunatus Ep. Neapolis in Campania 529
Ante 360 Maximus Ep. M. Neapoli 14
362 Obit Dianæus Neocæsarecn. Ep. succedit Eusebius 319
368 Nicæa terræmotu corruit : sub ruina servatur Cæsarius fr. Nazianzeni haud diu superstes, uti nec Gorgonia soror 331 a
370 Ob. Eusebius Cæsareen. succedit Basilius 331 c
Obit etiam S. Triphyllius, Nicosiæ Episcopus in Cypor 175
372 Ob. Gregorius senior Ep. Nazianz. Amphilochius ordinatur Ep. Iconien. 390 a
377 Perit Valens Imp. Arianus, succedit Jovinianus, 408 e
379 Obit S. Basilius Magnus 301 b
381 Nazianzenus perorat in laudem S. Basilii 300 b

SECULO V

425 Struitur Ravennæ ecclesia S. Stephani Protomartyris 274 f
431 S. Palladius in Scotiam mittitur 31 b

SECULO VI

600 S. Cetheus Ep. Amitern. M. in Aprutio 181 c

SECULO VII

S. Psalmodius Erem. 190 a
648 Violatur corpus S. Triphyllii 174 c
675 S. Ragnebertus M. in Brescia 187
Ante 700 floret. S. Petrus Anachoreta in monte Atho 32 c
Cir. 700 S. Cunera Rhenis strangulatur. 55 a

SECULO VIII

763 Neapoli transfertur corpus S. Fortunati Episcopi 530 a
765 Reliquiæ SS. Naboris et Nazarii translatæ Mediolano Metas 12 b
781 Ravennam allatæ Reliquiæ S. Elisei Prophetæ 274
795 Ob. Hadrianus I : electus Leo PP. III 69 f
799 25 Imp. coronatur Carolus M. 76 c
800 Floret S. Athanasius Ab. in M. Atho 33 e

SECULO IX

801 Transfertur corpus S. Viti Polymnianum in Calabria 504
802 Fundatur in Saxonia Corbeia nova 509 e
815 Carolo M. succedit filius Lodovicus 509 a
816 Ob. Leo Papa III, succedit Stephanus IV, 87 e
836 Transfertur Corbeiam novam corpus S. Viti M. 511 c
841 Reliquiæ S. Landelini in Westphaliam translatæ 539 b
842 Obit Theophilus Imp. uxor S. Theodora Orthodoxiam restituit, S. Methodius creatur Patriarcha CP. 444 b
847 Ob. S. Methodius Patr. CP. 439 c
853 S. Fandilas M. Cordubæ 191. Ibidem tunc passi Anastasius, Felix, et Digna 452
860 Normanni vastant Crispinium et alia Belgii monasteria 538 e

SECULO X

923 Rodulfus Burgundus coronatur Rex Franciæ contra Carolum Simplicem 519 a
960 S. Edburga f. Edvardi R. Angl. 546 b
968 Ursus S. R. E. Subdiac. vertit Vitam S. Basilii 417
968 Ecclesia S. Viti Pragæ erecta in Cathedralem : deflagrat an. 1042 498 a c
969 Fundatur monast. S. Laurentii Leodii et 1034 absolvitur 462 d, Idem uti et alia plura alibi, committitur Richardo Ab. S. Vitoni Virdun. seculo II *Ibid.*
971 S. Pantaleonis corpus CP. Coloniam transfert S. Bruno Ep. 462 f
972 S. Vitoni Virdun. ecclesia traditur Monachis 453 f
985 Conditur Monast. S. Ursi, prope Augustam Prætoriam 552 e
990 Hartwicus, Electus Salisburgensis an Sanctus? 272 a

994

994 Bovini inventus libellus de Actis et miraculis S. Marci Ep. Lucerin. 289 f

SECULO XI

1004 Fignino Ab. S. Vitoni sufficitur Ven. Richardus 459 a
1008 Ob. Bernardus Menthonen. an. æt. 95, 1073 a, Restauratur Vedastinum monast. Atrebati 461 a
1013 Dedicatur Ecclesia Bamberg. 467 a
1023 Ob. Hartwicus Ep. Salisburg. 272 a
1023 Ob. Benedicto PP. VIII, et succedit Joannes ejus nepos, ineptus. 467 f
1023 S. Hartwicus, Arch. Salisburgensis obiit 17 *
1024 Ob. Heimo Ep. Virdun. succedit Rambertus: item S. Heinricus Imp. et succedit Conradus 467 e f
1030 Dira fames in Gallia 474 b
1038 Ob. Rambertus Ep. Virdun. succedit Richardus 475 f
1041 Publicatur per Franciam Treuga-Dei 476 a
1045 Henricus Imp. ducit Agnetem Pictavensem 477 c
1046 Obeunt Richardus Ab. et Richardus Episc. Virdunenses 478 b, ordinatur Helinardus Archiep. Lugdun. ibid.
1065 Ob. Eduardus R. Angliæ 480 f

SECULO XII.

1105 Transfertur corpus S. Landelini Abbatis Crispinien. 538 e
1138 Ob. B. Gerardus, frater S. Bernardi 192
1139 Theodoricus Alsatius Com. Flandriæ fundat ecclesiam S. Basilii; forte et Reliquias adfert 410 f
1150 Restauratur Ecclesia Cathedralis Neapolitana 530 c
1180 Syracusis Messanam translatum brachium S. Marciani Ep. Syrac. 276 c
1187 Philippus com. Flandriæ signat dotationem Capellanorum S. Basilii 410 c
1195 Nascitur S. Antonius Patavinus Ulissipone 199 e

SECULO XIII.

1211 B. Guido Cortonen. accipit habitum Tertiarii a S. Francisco 97, obit circa 1247 97 e
1216 Ob. Petrus Compater, O.M. fundator Conv. Ovetensis in Hisp. 565 c
1226 Ob. Thomas Ab. Vercellen. 221 d
1230 Transfertur Assisii corpus S. Francisci 204 a
1231 Ob. S. Antonius Patav. 205, cœpta fabricari ecclesia nova Minorum Paduæ 240 a
1232 Canonizatur S. Antonius a Gregorio Papa IX 215
1236 Ob. Richardus II Dux Norman. succedit III 475 c,
1238 Transfertur corpus Richardi Ab. Virdun. 466 e
1248 Moritur S. Placidus Erem. 108 e
1259 Capitur et vastatur ab Aretinis Cortona, corpus S. Guidonis aufertur 103 e
1262 Patavium a tyrannide Eccelini liberatum 234 e
426 S. Bonaventura elevat corpus S. Ant. Patav. 233 f
1265 Decernitur S. Antonii festum Patavii cum Octava 241
1286 Moravorum regnum in Bohemicum transit 518 e
1289 Paupertatis Franciscanæ Zelatores secessionem moliuntur 568 a
1294 Clareni a Minoribus sejuncti probantur a S. Petro-Cœlestino, sub titulo Pauperum Eremitarum D. Cœlestini 568 a
1300 *Circ.* Obeunt B. Bertholus Servita et B. Castora in Umbria 487 d, Theodorus regnat in Abassia 159 d

SECULO XIV.

1307 Ob. Fr. Liberatus, Præfectus Clarenorum 570 c
1310 Transfertur tumulus S. Ant. Patav. 232 f
1337 Neapoli editur Ordo divini Officii Græco-latinus 531 a
1349 Card. Guido transfert corpus S. Antonii Patav. 235. Ob. B. Angelus de Cingulo, alias de Clareno 566 f
1355 Brachium S. Viti Pragam fertur: doni auctor Carolus IV Imp. coronatur 516 b, et intelligitur prope Senas esse corpus S. Guidonis 516
1362 Elevatur Corpus S. Odulfi Presb. 38 b
1391 In Montem-Jovis adfertur pars Coronæ spineæ 564 c

SECULO XV.

1433 Et deinceps scribuntur miracula S. Cuneræ V. M. Rhenensis 60 f, 65 a
1437 Eugenius IV unit Xenodoxia S. Bernardi in Alpibus 558 b
1431 Transfertur mater S. Antonii Patav. 199 d
1463 S. Joannes de Sahagum, accipit habitum Augustinianum 112 f, 117 c 1479 moritur 122 d, natus anno 1429, 125 f
1463 Transferuntur Brugis reliquiæ S. Basilii 410 f, 411 e
1473 Clareni Minoribus sese adjungunt 573 b
1474 Orcades insulæ oppignerantur Regi Norvegiæ 55 b
1473 Clareni uniuntur Recollectis 567 d
1475 Corpus S. Antonii Patav. ponitur sub altari 235
1487 Transfertur corpus B. Petri Compatris Ord. Min. Oveti 565 f
1492 Granata capitur, eoque transfertur Acci Sedes Episcopalis 117 d

SECULO XVI.


1511 Julius II plures Minorum congregationes, abolita nominum varietate, Observantibus subjungit 574 a
1533 Transfertur corpus S. Joannis a S. Facundo 133 c
1552 et 1561 Transfertur corpus S. Bernardi Menthoniensis 549
1566 Erigitur capella S. Joan. a S. Facundo 133 f
1576 Card. Borromæus Mediolani transfert Reliquias SS. Naboris, Nazarii, Celsi 13 a
1579 Donatur Sebastiano R. Lusit. reliquia S. Antonii Patav. 235 f
1585 Beatificatur Joannes a S. Facundo 141
1587 Absolvitur sacellum marmoreum S. Antonii Pat. 235
1589 Neapoli elevantur Fortunatus et Maximus Epp. 530 c, ardente ecclesia servatur sepulcrum S. Joannis a S. Facundo 134
1594 Cajetæ transferuntur corpora SS. Erasmi Marciani, Innocentii Epp. 276 d, et corpus P. Petri Compatris Oveti 566

1596

1596 Requiruntur in Westphalia Reliquiæ S. Landelini 539 c

SECULO XVII.

1601 Missa et Officium B. Joannis a S. Facundo conceduntur 142 d
1602 Salmantica Patronum sibi adsciscit d. B. Joannem 143 : instatur undique pro Canonizatione 147 i
1605 Putatur inventum Salmanticæ corpus B. Joannis de Sevilia Augustin. 112 e. idem an. 1637 transfertur 113 f
1609 Donatur Margaritæ Austr. R. Hisp. reliquia S. Antonii Patav. 236 d
1617 Inspiciuntur Reliquiæ S. Cuneræ 56 d, et anno 1638 iterum Rhenis 56 e
1619 Profanatur a Calvinistis ecclesia S. Viti Pragæ 517 f
1623 Ob. Cæsaraugustæ Isabella a S. Dominico socia S. Teresiæ 272 c
1637 Camberi obit Ven. Maria Jacominia Ord. Visit. 272 c
1642 S. Victorini Ep. M. corpus elevatur Assisii 163
1652 Senatus Venetus petit et accipit reliq. S Antonii Patav. 237 c
1687 Transferuntur Brugis reliquiæ S. Basilii 412 c
1689 In Bavaria elevantur corpora 3 SS. Gristettensium 92


1 CRUX VATICANA
2 S MARIÆ MAIORIS
3 IOANNIS IN LATERANO
4 S CLEMENTIS
8
9

ACTA SANCTORUM JUNII
TOMUS III

DIES DUODECIMA JUNII.

SANCTI QUI PRIDIE IDUS JUNII COLUNTUR.

Sanctus Magdaletes, Martyr Tripoli.
S. Basilides, S. Distrus, S. Polimacus, S. Zabinus, S. Aurelius, S. Donatella, S. Secunda, S. Basilides, — Martyres Romæ.
S. Cyrinus, S. Nabor, S. Nazarius, — Martyres ibidem.
S. Nazarius alter, Mart. Romanus apud Atrebates in Belgio.
S. Dionysius, S. Celsus, S. Marcellinus, — Martyres, Bononiæ depositi.
S. Maximus, Episcopus Neapolitanus, Martyr in Italia.
S. Onuphrius, Anachoreta in Ægypto.
S. Ternanus, Ep. Pictorum, in Scotia.
S. Petrus, Anachoreta in monte Atho.
S. Joannes, Miles in Ægypto, forsan Alexandriæ.
S. Zeno, à Græcis honoratus.
S. Julianus Hegumenus, Constantinopoli.
S. Cunera, Virgo Martyr, Rhenis in diœcesi Ultrajectina
S. Leo III, Papa Romanus, in Basilica Vaticana.
S. Odulphus, Presbyter, Ultrajecti in Belgio.
S. Marinus Presb., S. Zimius Presb., S. Vimius Laicus, — Ordinis S. Benedicti Griestettæ in Bavaria.
S. Eschillus, Episcopus Strengenensis Mart. in Sudermania Sueciæ provincia.
B. Guido, Ordinis S. Francisci Tertiarius, Cortonæ in Hetruria.
S. Placidus, Eremita prope Ocram, in Aquilana Aprutii diœcesi.
S. Joannes de S. Facundo, Ord. Eremitarum S. Augustini Presbytero, Salamanticæ in Castella.

PRÆTERMISSORUM

VEL IN ALIOS DIES REMISSORUM

Ordo et ratio.

C

F

Licet *Venerabilis memoriæ Magister noster Joannes Bollandus, primus hujus vastæ machinæ conditor, in sua ad ipsum Præfatione Generali, Capite* 2, *quo* Methodus et Symmetria operis *explicatur, proponens Paragrapho* I, Ordinem ac rationem dicendorum, *de istis quoque distincte egerit: quia tamen deficientibus apud Bibliopolas primorum mensium exemplaribus, fieri posset ut in plurium manus hic mensis veniat, qui illos nec habent, nec habere potuerunt ob iteratam et diutius expectandam eorumdem editione; placet loco isto transcripto, haud inutiliter implere vacaturam alias partem paginæ, cum sequenti* 2 *sic aptius connectendæ. Ita ille habet.*

Sequuntur *(post nomina Sanctorum videlicet quoque die illustrandorum)* PRÆTERMISSI ET IN ALIOS DIES REJECTI. Sæpe namque Sancti unius plura sunt festa, in una etiam atque eadem Ecclesia: nam quorumdam obitus sive natalis celebratur; Translatio, nec una; Ordinatio; miraculum quodpiam: aliorum a diversis populis diverso die agitur, etiam eadem celebritas. Esset vero illud ridiculum, si quis unius Sancti pluribus diebus edi uno in opere Acta vellet. Semel igitur illa dedi; quibus vero diebus alibi agitari eorum festivitatem vel recoli in Divinis officiis memoriam comperi, indicavi istic, ubi Acta eorum queant inveniri: idque eo consilio, ut si quis Patroni fortassis sui, aut ceteroquin quopiam in loco celebris Sancti, Vitam quærat, neque tamen eo die reperiat, sciat quo sibi sit recurrendum. Plerumque vero ad eum diem cujusque Vitam rejicio, quem maxime solennem agi existimo in loco ubi illius conditum est corpus, aut qui illius ortu patrociniove gloriatur.

Sunt præterea recentioribus Martyrologiis, aut Sanctorum Catalogis, multorum inscripta nomina, quibus tamen cœlestes honores non sunt Ecclesiæ judicio decreti vel antiqua populorum pietate prærogati. Hos ego mihi omittendos esse merito existimavi, recentiores præsertim: neque..... cujusquam res gestas retuli, qui non ab aliquibus scriptoribus in Divorum Albo collocetur. An legitime id factum esset, sæpius addubitavi; ac tunc si dedi Vitam, (dedi autem paucorum) omisi tamen *Sancti* aut *Beati* titulum:

titulum : plerumque tamen Vitam omisi, nomen indicavi, ut sicubi me mea conjectura fefellerit, me lector eruditus admoneat. Ac vero conjeceram in hanc Omittendorum classem nonnullos, quorum postea et sanctitatem publicis festis monumentisque celebratum didici, et res gestas accepi. *Accepimus et nos ejus posteri multo plures atque servamus pro Supplemento.*

In hoc quoque Omissorum syllabo ordo est a me duplex observatus : nam primos eos, recenseo, qui in priorem, juxta Kalendarii seriem, rejiciuntur mensem aut diem : exempli gratia, si die XII Januarii in Martyrologiis Sancti occurrant, quorum aliqui X Februarii, VI Aprilis, XV Januarii, VIII Januarii colantur, alii etiam plane Omittendi videantur; primum eos refero qui ad præcedentes Januarii dies, tum qui ad ipsum duodecimum pertinent, sive qui adscripti illi diei sunt, sed videntur esse omittendi ; dein qui ad dies consequentes ejusdem mensis ; ac denique mensium aliorum, eadem semper serie atque ordine dierum. Secundo cum omnino prætermissi eodem die plures sunt, hos quoque eo ordine digessi quem eorum postulare ætas, etsi non semper accuratissime expensa, videretur.

AD DIEM XII PRÆTERMISSI VEL ALIO REJECTI.

Opera R. P. Godefridi Henschenii piæ memoriæ, nisi litteræ ad marginem positæ aliud indicent.

Sancti Antonii Abbatis translatio Constantinopolim, *adfertur a Galesinio. De ea ad illius Vitam egimus* XVII Januarii.

S. Blasii, Episcopi et Martyris, Inventio capitis celebratur Orbitelli in Hetruria, *uti ante ejus Vitam num.* 23 *dicitur.*

D. P. S. Cyrinus M. Romanus. *Corpus ejus seu ossa præcipua, habemus in Sacrario Domus nostræ Professæ Antuerpiæ. Erutum illud fuit ex cœmeterio Callisti an.* 1606 *et P. Jacobo Tirino datum* 1622. *Ipse a nobis solenni hodie Officio colitur, propter sui nominis Sanctum, nunc occurrentem. Arbitramur tamen esse diversum, sicut et eos quorum tunc pariter eruta et donata atque Antuerpiæ sic collocata sunt Corpora ,* (Sanctos, *inquam,* Maximinum, Felicitatem, Fortunatum, Innocentium, Cerealem) *diversos ab iis credimus, quorum diebus majores nostri colendos eos censuerunt. Interim vide quæ de omnibus communiter dicta sunt , ubi de* S. Fortunato *seorsim egimus,* III Februarii.

S. Cœmanus de Airdne Coemhain, *vir præcipuæ sanctitatis, laudatur in Vita Tripartita S. Patricii, et inscribitur Martyrologio Tamlactensi hoc die, itemque Martyrologiis Engussii et Mariani : sed nihil iis addere possumus, quod non sit dictum ad Vitam* S. Atractæ *Sororis ejus.* IX Februarii.

Stephanus Cardinalis, Episcopus Prænestinus ex Ordine Cisterciensi, *ut* Sanctus *indicatur a Menardo. De eo inter Prætermissos egimus* XII Febr.

S. Antonina, Martyr Nicææ in Bithynia, sub Imperatoribus Diocletiano et Maximiano, *refertur in Menologio Basilii Imperatoris : et in Menæis excusis ac manuscriptis. Verum quia etiam Kalendis Martii colitur* S. Antonina, *eodem loco et tempore passa, istic retulimus præcipua, quæ hoc die referuntur ; forte quod eadem sit : quare remittimus Lectorem ad diem* I Martii.

D. P. Sanithus Patriarcha, *scilicet Alexandrinus, laudatur in Hagiologio Metrico Poetæ Habessini, ut* qui ministerium Altaris solicite curans, in Cœna Domini arcuit a Communione eos, quos tota nocte vino indulsisse noverat. *Videtur esse primus hujus nominis, in Chronico Orientali laudatus, quod* aquis dulcibus in urbem deductis cisternas implevit : *nam secundus de avaritia et simonia arguitur. Prior autem dicitur defunctus* XXIV *Barmudæ die Sabbuthi. Respondet is* XX *Martii nostri, quando licebit in ejus qui circa annum* DCCCLX *obiit, orthodoxiam inquirere; aut potius ad mensem sequentem, quando idem videtur a variis miraculis in prædicto Hagiologio laudari* IV, *vel* XIX Aprilis.

Justinus, Chariton, et socii, Martyres Romæ, *relati, apud Lipomanum et Surium ad hunc* XII *Junii cum Actis ex MS. Græco Cryptæ Ferratæ translatis. At Latini colunt ipsos* I Junii.

Aleydis de Scarembeka, Ordinis Cisterciensis, Cameræ prope Bruxellas, *indicatur a Benedicto Dorganio et Arnoldo Rayssio, uti diximus ad Vitam ejus* XI Junii.

S. Olympius | S. Amphion } Episcopi, *Romano Martyrologio Gregorii XIII jussu recognito inseruntur;* D. P. *prima quidem editione anni* 1584, Olympius Athenis, qui ab Arianis Sede pulsus Confessor occubuit; *et* Amphion in Cilicia, qui tempore Maximini Confessor fuit egregius. *Sed consultis Athanasio, Theodoreto, Sozomeno, ex quorum scriptis utcumque videbantur innotuisse ; apparuit in paucis verbis plures esse errores ; ideoque in editione altera* NOT. 1 *anni sequentis sub Sixto V, dictus est* Olympius Episcopus in Thracia, et Amphion tempore Galerii Maximiani Confessor : *in Notis autem rursum erratur, dum* Amphion Cilix *confunditur cum altero, qui Nicomediæ in locum Eusebii depositi substitutus, cito dejectus ejusdem machinationibus fuit ; dumque de eo agere dicuntur etiam Græci (scilicet in Sirleti Menologio) qui nec ibi nec alibi ejus meminerunt , uti nec* Olympii, *de quo per nimiam exaggerationem in iisdem Notis dicitur,* quod ejus gloriosum pro fide certamen et graves ærumnas, quas ab Arianis sustinuit, scribit S. Athanasius : *qui breviter solum meminit, calumniarum et exilii cum Theodulo, Trajanopolitano Episcopo, tolerati. Poteratque hic* Theodulus, *qui etiam* interfici jussus *dicitur, sed fuga servatus, eodem jure et die inscriptus Martyrologio fuisse. Nos et hunc et illos huc referimus, quoad aliquid distinctius de eorum actis, et antiquius de cultu invenerimus. Neque movent recentiores Hispani Tamayus, Acunha, Cardosus, qui ejus Acta texunt, ex fide sui Pseudo-Juliani, Toletanum Episcopum fingentis,* Olympium, *postquam ex Thracia decessit ; et quidem* Hispanum, *atque* Olysippone natum ; *sumpta occasione ex libro Gennadii de Scriptoribus ecclesiasticis cap.* 43 *ubi dicit, quod* Olympius natione Hispanus, Episcopus *fuit et* scripsit librum fidei adversus eos, qui naturam et non arbitrium in culpam vocant ; ostendens non creatione, sed inobedientia insertum naturæ malum : *quod argumentum scriptorem sapit S. Augustino æqualem vel supparem, non S. Athanasio, atque adeo seculo fere uno posteriorem.*

Frater

NOT. 2 D. P. Frater Joannes Guarinus, *primum Anachoreta, postea Monachus fuit Montis-Serrati, apud omnes qui de celeberrima ibi ad Deiparam peregrinatione scripserunt, a vitæ sanctitate ante et post lapsum suum nominatissimus; et cujus ossa ibidem in Sacristia honorifice servari, scribit Benedictus Gononus, in Appendice ad Vitas Patrum Occidentis;* Sanctus *nominatur in Fragmentis, seu potius figmentis, protrusis circa initium hujus seculi sub nomine Luitprandi Ticinensis, isti* Joanni *coævi; et dicitur obiisse* anno DCCCCV pridie Idus Junii. *Hoc satis Tamayo fuit, ut illum ad hunc diem insereret Hispanico Martyrologio et quia in editione Antuerpiensi dicitur etiam* Lusitanus, *sequacem Tamayus habuit Georgium Cardosum in Hagiologio Lusitano. Optarem ut viri, sane venerabilis, memoriam publico aliquando cultu dignetur Ecclesia: et ad quemcumque illa permiserit diem (nam proprius omnino ignoratur) ipsius Vitam referemus, de qua interim vellemus nancisci antiquam narrationem, qualem istic* in membrana, ante trecentos annos perscripta, *consignari asserit Petrus a Marca, Parisiensis Episcopus num. 7 Dissertationis de Origine et progressu cultus, B. Mariæ Virgini in Monte Serrato exhibiti, edita nuper inter opuscula ejus postuma: quam interim lege.*

Gilbodus, Episcopus Cabillonensis, *ut* Sanctus *indicatur a Ferrario, eumque secuto Saussayo in Supplemento. Verum Cabilone non haberi ut Sanctum, neque coli, didicimus ex litteris Claudii Perrerii: neque etiam ut* Sanctus *habetur in Historia Ecclesiastica Episcoporum Cabillonensium, post prædictos auctores anno* 1662 *Gallice edita. Tacent etiam, de ejus sanctitate et die obitus, in Gallia Christiana Sammarthani, ubi* Girboldum *seu* Gerbaldum *appellant.*

Petrus Berlandus, Archiepiscopus Burdegalensis, *cum elogio refertur a Saussayo; sed sub titulo* piæ memoriæ *tantum.*

S. Oswaldus, Episcopus Lindisfarnensis et Abbas Mailrosensis, *inscriptus est cuidam MS. Kalendario Ordinis S. Benedicti. Verum nullus* Oswaldus, *inter Episcopos Lindisfarnenses fuit; difficile autem est causam erroris divinando detegere. Fuit ibidem Episcopus* S. Cuthbertus, *ante Mailrosensis, de cujus Acta* 20 *Martii sunt data.*

NOT. 3 Maurus, Abbas S. Victoris Massiliæ, *ut* Sanctus *profertur a Menardo, citato lib.* 6 *Antonii d'Yepez, quod secutus est Saussayus. Habemus Officia propria istius monasterii, absque mentione hujus* Mauri. *Sammarthani etiam accurate enumerant Abbates S. Victoris ad septuaginta, sed neque ullus in his reperitur* Maurus. *Est quidem ibi* Maurontus, *Abbas et Episcopus Massiliensis; verum is dicitur mortuus* XVIII *Octobris. Sunt et Reliquiæ* S. Mauri *in inferiore seu subterraneo sacello, verum eæ videntur esse* S. Mauri, *discipuli S. Benedicti.*

Guido Monachus in Claravalle, *ut Beatus indicatur ab Henriquez, Bucelino, et Chalemoto. Inter* Pios *censetur a Saussayo.*

Opto, Conversus Hemmenrodensis in Germania, ab humilitate et morum integritate, *laudatur in Monumentis cœnobii Hemmenrodensis, apud Henriquez et Chalemotum; qui titulo* Beati *eum honorant, ac citant Kalendarium Sanctorum ac Beatorum Ordinis Cisterciensis. Verum si illud intelligatur, quod habemus Divione an.* 1612 *excusum, error fuerit: nam ipsum ad hunc* XII *Junii plane vacat.*

Nicolaus Assisias laicus, et valetudinarii præfectus, Perusii in conventu Montis, Ordinis S. Francisci, anno 1413 mortuus, tanta fuit virtute præditus, ut præter alia miracula solo tactu quibusvis morbis infectos liberaret. *Ita Haroldus post alios, absque titulo* Beati; *quem tamen ei tribuunt Jacobillus, asserens* mortuum an. 1393 die 12 Junii; *et ante eum Arturus ad* 16 *Junii.* NOT. 4 D. P.

Joannes Consobrinus, *ut* Martyr *inscribitur Aciei bene ordinatæ Sanctorum ac Beatorum Carmelitìcorum, et in Annotatis MSS. dicitur* Beatus *vocari in Lusitania, ubi fidei Inquisitor an.* 1475 *ab hæreticis intoxicatus obierit, ignotus Hagiologio Lusitano Cardosi.*

Pelagia Virgo, tertii Ordinis Minimorum, *Mylis in territorio Siciliæ Messanensi, laudatur ab Attychio et Lanovio, citatis ab Arturo in Gynæceo sacro, qui eam titulo* Beatæ *et encomio illustrat.*

Joannes Gividrius, Joannes a Lusia, Ordinis S. Francisci, anno 1560 ab hæreticis occisi in Gallia, beati Martyres *habentur in Martyrologio Franciscano Arturi.*

Vincentius Martyr, *non indicato loco aut tempore, indicatur ab eodem Arturo: item* Anonyma, Virgo Martyr, *anno* 1565, *pro quibus vide auctores, ab eo citatos, qui tamen diem nullum definiunt.*

Raphael in Apulia an. 1650, Antonius Mexici, Joannes Scotus, Lovanii an. 1572, Joannes Laicus, apud Peruanos, *Ordinis Minorum, cum titulo* Beati, *similiter referuntur in præcitato Martyrol. Franciscano Arturi.*

Guilielmus Elphinstonius, Episcopus Aberdonensis, mortuus anno 1514, *ut* Beatus *cum longo elogio apud Camerarium ponitur in Menologio Scotico. Silet de eo Dempsterus.*

Maria a Jesu Cordubæ an. 1514, Joanna a Baptismo Belvisii an. 1590, Virgines Clarissæ, *cum titulo* Beatæ *memorantur ab Arturo in utroque libro.*

Maria a Cruce, in Ordine S. Dominici vixit ab anno ætatis XII ad LXXXII, Deiparæ Virginis cultui addicta: cujus intercessione Priorissa impetravit, in summa annonæ caritate, provisionem necessariam ultro allatam. In morte dicitur a Deipara et S. Josepho visitata; *referturque in Anno sancto Ordinis hoc die, et Acta latius describuntur a Joanne Rechac seu de S. Maria Tom.* 2 *lib.* 2 *cap.* 4. *Joanne Lopez* 4 *par. lib.* 1 *cap.* 45, *et in capite paginæ annotatur mortis annus* 1514. *Marchesius in Diario Dominicano, novissime compilato ejus nec meminit quidem, vel hoc vel alio ullo die.*

S. Tryphellius Episcopus, *memoratur in Menæis excusis et aliis MSS. videtur* Triphillius, Episcopus in Cypro, *esse, relatus in Martyrologio Romano* XIII Junii.

S. Daria Martyr, uxor S. Marciani, *celebratur hoc die in Gynæceo sacro Arturi. Nos cum S. Marciano ipsam referimus* XVII Junii.

S. Theolphus Episcopus, *indicatur inscriptis additionibus Carthusiæ Bruxellensis ad Grevenum. Nobis ignotis, nisi, syllaba suppleta, sit* Theodulphus Episc. Lambiensis, *infra referendus ad* XXIV Junii.

SS. Nabor et Felix, Martyres Mediolanenses, *indicantur hoc die, occasione alterius* Naboris Martyris Romani, *uti infra dicetur. Istorum autem Acta, secundum Martyrologium Romanum, danda erunt* XII Julii.

B. Hrosnata, Canonicus Ordinis Præmonstratensis, fundator cœnobiorum Teplensis et Chotiessoviensis, in carcere extinctus; *refertur a Joanne Chrysostomo Vander Sterre in Natalibus Sanctorum Ordinis Præmonstratensium, inceperamusque prælo parare ejus Acta. Verum Georgius Crugerius, suos Tomos de Sanctis Bohemiæ editos anno* 1670 *inscripsit* B. Hrosnatæ, *et Raymundo tunc Abbati Teplensi, ubi clare docet ejus sacram memoriam celebrari,*

lebrari, xiv Julii.

SS. Nazarius et Celsus pueri, Martyres Mediolani, ob corporum inventionem et translationem, *referuntur hoc die, ab Usuardo, Adone, Nothero, et aliis. Idem Ado, post Gregorium Turon. lib. de Gloria Martt. cap. 47, rursus alibi ejusdem meminit.*

Nazarii et Celsi, quos duos fuisse apud Ebredunensem urbem antiquitas memorando celebrat. *Nihil de illis Saussayus. Creduntur Reliquiæ aliquæ Mediolano eo translatæ, de quibus consule Puricellum in Dissertatione Nazariana cap.* 49 *num.* 7. *De iis agemus ipsorum Natali* xxviii Julii.

Godefridus, Capellanus in Camera, a Cantipratano lib. 2 cap. 40 laudatus, *a Rayssio in Auctario ad Molanum additur Aleydi de Scarembeka : de qua supra egimus. Alii ipsum referunt* xxii Aprilis.

S. Marcellus, Episcopus Tungrensis, *indicatur in scriptis additionibus Carthusiæ Bruxellensis ad Grevenum. Colitur is* iv Septembris.

S. Evurtii Episcopi Aurelianensis translatio *indicatur in MS. Romano Ducis Altempsii, et a Saussayo in Martyrologio Gallicano. Ejusdem meminerunt Bellinus in Gallia auctus, et Canisius. De ea agendum ad diem natalem* vii Septembris.

S. Lini Pontificis Ordinatio *indicatur a Felicio. Dies natalis est* xxiii Septembris.

S. Agatha, monialis Winbrunæ in Germania, et S. Liobæ discipula, sanctæ conversationis, *indicatur a Wione in Appendice, quod natalem ignoraret, idque ex Vita S. Liobæ* xxviii *Septemb. Ex Wione idem habet Menardus. At Wilsonus, in prima editione Martyrologii Anglicani, retulit ad* xii *Junii, eumque secuti, Ferrarius et Arturus. Verum in secunda editione adscribitur diei* xxviii *Junii, et hoc sequitur Alfordus. Bucelinus vero, adscribit illi diem* xii *Decembris. Non arbitramur habere cultum Ecclesiasticum; si id doceamur, et certum venerationis diem, libenter ipsam tunc collocabimus. Sin minus, (quia in Actis S. Liobæ cum qua venit, ejus memoria habetur) dicentur quæcumque dici de ea poterunt ad illius Natalem* xxviii Septembris.

S. Leodegarii Episcopi translatio *indicatur in MS. Atrebatensi. Dies ejus natalis est* ii Octobris.

S. Pelagiæ pœnitentis translatio, apud Jotrum monasterium, *refertur a Saussayo. Dies natalis est* viii Octobris.

Adalbero *sive* Adalbertus, *ante S. Udalricum Episcopus Augustæ Vindelicorum, Fastis Benedictinis adscriptus ab Hugone Menardo, et consequenter insertus Menologio Bucelini nullum cultum habet nec habuisse scitur in sua Cathedrali ecclesia, vel in Elwangensi cui Abbas præfuerat monasterio : non item in S. Udalrici Abbatia, nisi quod ipsius corpus, una cum corporibus* Wicterpi, Tassonis *et* Nidgarii, *anno* 1619, *ex abdito et angusto loco, ad Sacrarium solenni pompa translatum, et loco augustiori positum sit; caput vero pretiosa unionibus mytra ornatum, eleganti in basi servatur seorsim, veluti ad ornatum altaris, uti et capita* Wicterpi *atque* Nidgarii, *quos absque scrupulo omnes appellat* Sanctos *Bernardus Hertfelder, in descriptione Basilicæ Udalricianæ, nec sine fundamento aliquo. Quia tamen de die, quo* Adalbero *obiit, non satis constare dicit Bucelinus, et Vita quam sub Ermenrico Monacho et Odalschalco Abbate scriptam allegat, necdum inventa, fortassis adhuc alicubi invenietur; malo rem totam intactam transferre in diem Translationis omnium, factam anno* 1619 ix Octobris. NOT. 5 D. P.

Christianus, Episcopus Clocharensis et frater S. Malachiæ, *relatus ex Mariano Gormano et aliis, apud Colganum* 24 *Martii pag.* 742. *De eo commodius agetur ad Vitam S. Malachiæ* iii Novembris.

S. Maruthas, Episcopus in Mesopotamia, *indicatur a Molano, in prima editione additionum ad Usuardum, et a Canisio in Martyrologio Germanico : Verum in Martyrologio Romano et aliis* iv Decemb.

DE SANCTO MAGDALETE

G. H.

MARTYRE TRIPOLI

Sylloge de loco ac nomine, ex Martyrologio Hieronymiano.

XIII JUNI.

Tripolis *urbs hic præposita, inter varias ejus nominis urbes difficulter potest distingui. Nam inter antiquas Episcopales fuit* Tripolis *in Phœnicia prima, sub Tyro metropoli. Fuit et* Tripolis *in Lydia, sub Sardium metropoli, cujus Episcopus Agogius subscripsit Concilio Nicæno primo. Est etiam, licet forte non Episcopalis,* Tripolis *urbs Africæ littoralis, antiquis nota. Sed dum nulla distinctio additur in Martyrologiis, prior omnium in Phœnicia sita, ut celeberrima, videtur intelligi posse : eo magis quod infra, in* Annotatione de SS. Tripode et Mandale *(qui an omnino distingui debeat* a Magdalete, *de quo hic, dubitari merito potest)* sociatis Basilidi, *num.* 2 *ac* 3 *Sancti isti legantur in MS. Augustano profecti ex* urbe Orientalium *ultra mare, ut parentes suos facerent secum venire* in sanctam civitatem Hierusalem, *cui Tripolis Syriæ propinquior est. Vetustissimum Martyrologii Hieronymiani apographum monasterii Epternacensis, ab illa urbe ubicumque posita hunc* xii *diem Junii auspicatur his verbis :* Pridie Idus Junii, Tripoli Magdaletis : *ac dein subjungit septem Martyres, Romæ passos, de quibus mox agemus. MSS. Richenoviense in Suevia et Rhinoviense in Helvetia, hunc etiam diem ita ordiuntur;* In Tripoli Magdaletis. *MS. Aquisgranense :* In Triploni natalis S. Magdalicis Tripoli. *Forsan voluit auctor scribere, In* Tripoli *seu* Triploni. *Fatemur tamen quod vox* Tripoli *ab aliis etiam pro Martyris nomine sumpta inveniatur. Hinc in apographis dicti Martyrologii Hieronymiani, Corbeiensi et Lucensi, inter Martyres Romanos hujus diei leguntur ista verba :* Tripoli, Macidaletis. *Quæ supra aptius primo loco collocantur. In duplici Vaticano S. Petri habentur nomina sic distincta,* Tripolis et Magdalis, *et in duplici Casinensi,* Triponis et Magdali. *Imo in aliis inter alios Martyres miscentur ab invicem separata nomina* Tripoli, *aut ejus loco* Crispoli, *et* Magdaletis. *Hinc etiam nomen* Magdalenæ *formatum reperimus, uti et* Malchi, Daletis, *in MSS. Florentinis, quæ mox proferentur.*

Tripoli in Phœnicia

passus dicitur Magdaletes;

aliis, Tripolis ponitur ut nomen Socii

DE

DE SANCTIS MARTYRIBUS ROMANIS,

BASILIDE, DISTRO, POLIMACO, ZABINO, AURELIO, DONATELLA, SECUNDA.

COMMENTARIUS CRITICUS

De eorum nominibus, ex Hieronymiano et aliis; Actisque S. Basilidis alicujus, primum solius, deinde, velut x et xii Junii, cum aliis atque aliis sociis passi.

G. H.

Nomina ex Epternacensi apographo.

P*rogredimur cum apographo Martyrologii Hieronymiani Epternacensi, in quo post* S. Magdaletem, Tripoli passum, *ista continentur :* Romæ Basilidis, Distri, Polimaci, Zabili, Aureli, Donatellæ, Secundæ. *Quæ in apographo Lucensi ita habentur :* Romæ Aureli, Baselidis, Zabini, Aurili, Donatellæ, Secundæ. *Omisimus interposita ante* Zabinum *nomina* Tripoli, Maudaletis, *quibus præponuntur nomina* Cyrini, Naboris *et* Nazarii *in* B *apographo Corbeiensi ; et his ad aliam classem translatis, ista leguntur :* Romæ natalis Aurili, Luci, militum quinque, Zaboni, Aurili, Donatellæ, Secundæ. *Ex his in apographo Blumiano ista referuntur.* Romæ Autili, militum quinque, Baselidis, Zabini, Donatellæ, Secundæ. *Quæ in MS. Reginæ Sueciæ per Holstenium vulgato, ita habentur,* Romæ, via Aurelia milliario viii, natalis S. Basilidis, Cyrini, Naboris et Nazarii, *de quibus seorsim agemus, dein* Tripoli natalis SS. Zabini, Aureliæ, Donatellæ, Secundæ cum aliis quatuor ; *ubi* Tripolis *intrusa est palæstra* S. Magdaletis, *de quo supra egimus. At quinam dicti quatuor, nisi* Basilides, Distrus, Polymacus *ex apographo Epternacensi ? et* Lucius *sive alter* Aurilius, *designati in apographo Corbeiensi ? At pro* militibus quinque *in Corbeiensi et Blumiano relatis, forte legendum* milliario quinto. *Sed quidni* SS. Basilides, Cyrinus, Nabor et Nazarius Milites *fuisse intelligantur, de quibus mox agemus.*

An addendi iis milites quinque ?

2 *Sequimur nos in tantis perplexitatibus antiquissimum MS. Epternacense, ideoque maluimus nomina* Basilidis et Zabini, *loco* Basilis et Zabili *proponere, quod in plurimis MSS. ita legatur* Memoria Zabini, Aurelii, Secundæ *est etiam in MSS. Barberiniano. MS. Leodiense S. Laurentii,* Romæ Zabini, Aureliæ, Secundæ. *MS. Pragense,* Zabinii, Aurelii, Se- C cundi. *MS. Richenoviense,* Aurili, Donatillæ, Secundæ. *Augustanum, Gellonense, et aliud S. Galli,* Zabini, Aurelii, Donatellæ *seu* Donellæ. *Parisiense Labbei.* Zabuli, Aurelii, Donatillæ. *Ab istis mire variant MSS. Florentina Magni Ducis et Senatoris Strozzi, cum editione anni* 1486, *his verbis usa ;* Ipso die via Aurelia milliario viii, monasterio Nirino, passio Sanctorum Martyrum, Basilidis, Tribuli, Malchi, Daletis ; Cibini, Tropuli, Aurili, Donatelli et Secundæ. *Ubi loco* Tribuli, Malchi, Daletis, *arbitramur legendum,* Tripoli, Magdaletis *sive (ut alii)* Macidaletis, *et nomen* Tropuli *perperam iteratum. Interim apparet huc spectare nomina,* Cilini (*alias* Zabini) Aurelii, Donatilli, *quæ rectius leguntur* Donatillæ, *et* Secundæ.

an Tribulus, Malchus et Daletes?

3 *Initium de* Via Aurelia *et* milliario octavo *potius spectare videtur ad classem sequentem, cujus Antesignanus æque ac hujus nominatur* B. Basilides : *quo nomine cum multi in Martyrologiis occurrant variis anni diebus, sed aliis atque aliis sociis juncti, pro horum diversitate ipsos quoque distinguendos putamus. Interim Boninus Mombritius, in suo opere de Vitis Sanctorum, ante ducentos annos collecto, et duobus tomis vulgato, servatis antiquorum scriptorum verbis ; proponit tomo primo folio* 83 passionem S. Basilidis Martyris, capite truncati pridie Idus Junias, *absque ulla mentione sociorum damus. Alia Acta descripsimus ex MS. Codice Trevirensi monasterii S. Maximini, et habemus in aliquo codice nostro, valde antiquo charactere descripta, eademque reperimus etiam in codice MS. Reginæ Sueciæ sub nota numeri* 482. *Hæc autem pro sociis vel primæ vel secundæ classis, nominant* Tripodem et Mandalem, *dicuntque eos simul* ad littus E maris *post preces fusas emisisse* Spiritum, quarto Idus Junii. *Talium Actorum Compendium edidit Philippus Ferrarius,* ex antiquo MS. S. Mariæ majoris. *Nos Romæ perlustravimus omnia monumenta dictæ Ecclesiæ, sed vel non invenimus ibi dictam Vitam ; vel, quia initium ac finis non discrepabant ab iis quæ jam aliunde habebamus, describendam nobis non censuimus. Dein Ferrarius ista annotat :* De illis, pluribus agunt Petrus in Catalogo, et Mombritius tomo i. Sed plura in eorum Vita ab his scripta continentur inverosimilia et fabulosa, ac Martyrologio Romano adversantia, cum inter cetera illos in pace quievisse narrent. *Ast nihil tale legitur apud Mombritium, qui solius* Basilidis *Acta narrat, ac ne unius quidem socii meminit, Petrus autem de Natalibus eorumdem Actorum Epitomen scribit, velut cum* Cyrino, Nabore ac Nazario *essent passi. Patet ergo hic levitas Ferrarii, Mombritium et Petrum citantis, acsi pluribus agerent de Sanctis* Basilide, Tripode, Mandalide, et aliis xx Martyribus Romæ, *quorum apud utrumque, si* Basilidem *excipias, mentio nulla : sed bene in Actis quæ ex MS. San-Maximiano pervetusto, atque in nostro valde antiquo habemus, et invenimus etiam in MS. Reginæ Sueciæ sub nota numeri* 482.

Acta S. Basilidis ex Mombritio,

alios socios addunt,

sed fabulositatis suspectos,

4 *Jam dixi in duobus Martyrologii Hieronymiani apographis, Lucensi et Corbeiensi, perperam misceri nominibus Sanctorum* Basilidis, Distri *et sociorum,* F *Romæ passorum, nomina* Tripoli, *seu* Triploni, *et* Magdaletis, *seu* Maudaletis *aut* Magdalis. *Hinc tamen Notkerus, ante octingentos annos, in suo Martyrologio,* ii Idus Junii *ita scripsit :* Romæ via Aurelia milliario decimotertio, natalis S. Basilidis Martyris, Tripodis et Mandalis, sub Aureliano Imperatore, Præside Platone, et aliorum viginti Martyrum. *Prudenter autem idem Notkerus addidit, quod* Pro Tripodis tamen et Mandale, in quibusdam codicibus, In Tripoli Magdaletis, scriptum reperitur. *Et sic de* S. Magdalete, in urbe Tripoli *passo, seorsim egimus, uti etiam* Passionem S. Basilidis Martyris *seorsim ex Mombritio hic damus : quamvis* Tripus *seu* Tripodes *aut* Tripolus, *et* Mandaiis, *socii jungantur apud Usuardum, Adonem, auctorem Bedæ supposititii ; et horum exemplo, in Martyrologio Romano : satis enim laboramus in eo, quod uno eodemque die duo statuantur classes notorum Martyrum, quarum causa* Basilides *duplicetur ; neque putamus addendum tertium, propter duos, quos dixi* Tripolim *et* Mandalim *non satis certos.*

aut aliunde suscitatos :

5 *Qui in præcitatis Martyrologiis adduntur anonymi* viginti, *in nullius* Basilidis, *quibuscumque sociis juncti, Actis*

AUCTORE G. H.

Alia in Actis hic dandis dubio, explicantur.

A *Actis inveniuntur; sed iidem videntur, qui die* x *referuntur in antiquioribus fastis, passi* Romæ via Aurelia, cum SS. Basilide, Auriso, Rogato, *et aliis sex ibi nominatis. Imo* Plato Præses, *in hisce Martyrologiis citatus, secundum Acta præcitata non fuit in damnatione Martyris vel Martyrum judex, sed* Præfectus militiæ in Oriente: *qui, propter persecutionem in Italia grassantem, conatus fuit dissuadere* Basilidi *ne eo rediret. Insuper quæri potest, num iste* Aurelianus, *sub quo* S. Basilides *passus legitur credi debeat fuisse* Imperator, *ut in dictis Martyrologiis habetur; an vero talis aliquis, qualis sub Trajano Imperatore ex Oriente evocatus præfuit persecutioni Christianorum,* III *Maji ad Acta SS. Alexandri I, Eventii et Theoduli. Nam in hisce* S. Basilidis *Actis cognominatur*, provinciæ habitator, tyrannus, minister impiorum, judex impietatis, inimicus veritatis, *numquam vero* Rex, Imperator, *aut* Cæsar. *Denique quæ in Actis* Aurelia urbs *aut* civitas *appellatur, teste Ferrario,* fuit, licet his temporibus non extet, ex qua via Aurelia dicta sit. *Pro ea plura testimonia ex Paulo Diacono, Rutilio, et aliis conatur adducere Ortelius in suo Thesauro geographico; sed nullum eorum efficaciter probat, ejus nominis civitatem usquam prope Romam sive in Tuscia suburbicaria fuisse.* B *Nam quod ex Itinerario nominant* Forum Aurelia, *id omnino videtur Cluverio fuisse longe ulterius versus amnem Florem, ubi nunc Mons altus nominatur in Castrensi ducatu, qui distat ad* XL P. M. *ab Urbe. His prænotatis repræsento promissa ex Bonino Mombritio solius* Basilidis *Acta, arbitrio Lectoris relinquens, utrum ipsa velit credere primi, an secundi* Basilidis *esse, aut saltem alterutrius postquam eadem viderit sequenti etiam Martyrum classi applicata.*

ACTA S. BASILIDIS

Ex Sanctuario Bonini Mombritii.

Ex oriente redire in patriam jussus a Christo sanctus,

Cum Paganorum persecutio famulos D. N. Jesu Christi per totum affligeret orbem, eosque variis tormentis necaret, erat B. Basilides in civitate Orientali, sub Platone Præfecto, tenens sanctæ religionis tramitem; cui Dominus dixerat; Non licet tibi huic domino servire, sed potius tibi convenit jam, pro nomine meo forte inire certamen. Respondit ei B. Basilides: Domine, magister omnium virtutum, paratus sum pro te tormentorum omnium sumere cruciatus. Et Dominus, Beati, inquit, qui persecutionem patiuntur propter justitiam; quoniam C ipsorum est regnum cœlorum. Audiens hæc B. Basilides, abiit ad prædictum Præfectum, referens ei, quod per vigintiquinque annos in suo fuisset servitio, et jam tempus esset, ut suos visitaret parentes, et utrum vitalis aura illos foveret, an non. Quem Præfectus interrogans, ait; In qua provincia parentes tui degunt. Et Sanctus; In Italia, inquit Provincia, [civitate] quæ appellatur Aurelia. Respondit Præfectus dicens: Audivi jam a multis de ipsa provincia, Aurelianum, ejusdem provinciæ habitatorem, plurima tormenta discipulis Christi ingerere: ideo hoc timendum valde tibi est, ne dum præsens ibi fueris, audiat te discipulum illius, et jubeat te gravioribus affici tormentis. Cui Basilides respondit; Nam si dignus fuero beatorum Martyrum meritis sociari, pro mei magistri honore, Domini Jesu Christi, acriores sustinebo pœnas: quidquid enim in hoc seculo patimur, nihil est ad comparationem cœlestis remunerationis, quam Deus diligentibus se promisit.

missionem impetrat a Præfecto.

2 Præfectus [hæc] audiens: Vade, inquit, et post unum annum ad me revertere. His ille auditis cœpit gaudens ad patriam suam properare. Sed inter eundum sic ad Deum oravit:

Omnipotens æterne Deus, qui cuncta creasti, D
Qui miseros refoves, qui confers digna petenti,
Qui lapsos relevas famulos in morte jacentes,
Et cunctis reseras cœlestia regna benignus;
Pande mihi callem, clemens, qui ducat ad urbem
Aureliam; caros cernam exinde parentes.

et veniens Aureliam,

Completa autem oratione, properans Aureliam civitatem, ingreditur domum suorum. Mox compertum est auribus crudelissimi tyranni, quod quidam vir sanctæ religionis civitatem fuisset ingressus: statimque præcepit militibus, ut Sanctum per totam Provinciam quærerent. Qui cum fuisset inventus in domibus parentum suorum; nuntiatum est tyranno. Tunc minister impiorum jussit sub ingenti festinatione sanctum virum ad se venire. Robustissimus athleta Domini respondit: Jesu Christi servus sum, et illi soli servio. Tyrannus ad hæc ait: Num audisti, quia multa discipulis ejus fecerim tormenta! Et Sanctus: Audivi, inquit, tua tormenta, sed minime expavi: proinde huc veni, ut merear a Domino palmam martyrii accipere.

Aureliano tyranno sistitur:

3 His auditis Aurelianus ait. Ergo, ut video, ad hoc venisti, ut similia patiaris. Respondit B. Basilides dicens: Te et tormenta tua pro nihilo duco quo- E niam si mors evenerit tibi, cum patre tuo diabolo acriora incendia sustinebis, quæ finem non habent, nec tempus refrigerii præstant. Tyrannus furore plenus ait: Fer libamina diis, et denega te discipulum esse illius: quod si non feceris, pœnarum cruciatibus morieris. Et Sanctus ad hæc. Quid valent pœnæ quas promittis, quæ finem habent et diu stare non possunt? et quid valent sceleratissimi homines, quos tu deos dicis, quibus me cogere credis libamina ferre? Scio enim Jovem germanam suam in conjugio habuisse, et Junonem filiam Saturni a virginitate separasse, pro quo inter deos numerari meruit. Scio Herculem, amore Proserpinæ deceptum, ad inferni claustra descendisse, et inde eam ad superiores partes reduxisse. Scio Apollinem, juxta Amphrixum fluvium, Admeti Regis armenta pavisse, et in Cumano antro Sibyllam diabolico exagitasse furore. Scio Melicertam et Lanotheam in mare præcipitatas, et inde postmodum numina maris appellatas fuisse. Scio Asclepium fulminatum fuisse, nec mercedem operis accepisse. Hi omnes impiissimi homines fuerunt, qui postmodum a miseris hominibus coli post mortem cœperunt. Inde illis instituta templa, inde simulacra expressa ad detinendos vultus defunctorum, quibus immolant hostias et dies festos dando honorem celebrant, derelinquentes creatorem suum, quem decet F omnes creaturas laudare, et pias illi omni tempore persolvere laudes; et quæ faciebant adorabant, timebant, et venerabantur.

coram quo Gentilium deos explodens,

minas ejus contemnit.

4 Audiens hæc Aurelianus Judex impietatis, jussit eum in carcerem retrudi, et os illius crebris pugnis contundi. Beatus autem Basilides, precans Deum, dixit: Domine Jesu Christe, qui famulos tuos inter tormenta carnificum non deseris, sed potius consolaris; jube me, exiguam ovem tuam, ad te pervenire, qui pro tuo nomine pœnas mihi illatas tolerare non cesso: tu enim dixisti, Nolite timere eos qui occidunt corpus, animam autem non possunt occidere. Hanc autem securitatem secutus, tradidi corpus meum carnificibus, ut animam meam a cunctis peccatis exuas, tecumque vivere facias in æternum, qui es benedictus in secula seculorum. His itaque ad Deum precibus fusis, cœlestibus armis cœpit se munire, qualiter pugnam certaminis sumeret contra iniquum hostem. Post tres autem dies crudelis tyrannus præcepit militem Christi de carcere exire, et suo conspectui præsentari. Ad quem ita, truculento vultu interrogans, ait: Dimisisti

Post triduanum carcerem

A sisti errorem, qui te talia pati permittit? Cui athleta Christi; Infelix, si te cognosceres, non diceres me habere errorem: sed potius te errori subjectum dijudicares. Audi ergo, si vis, qualiter tu erras, qui unum Deum non colis, qui cuncta creavit; et qui teipsum ad hoc fecit; ut illum coleres, non ut lapides sculptos adorares: nam alii tui similes vario errore detenti, volucrem turpemque bovem, tortumque draconem adorabant: alii semi hominem canem; et alii sensu præditi affirmabant solem esse creatorem omnium rerum, quia videtur totum lustrare polum, et clara lumina infundere terris; alii vota ferebant lunæ, quæ crescere et minui videtur: et alii litabant stellis, quæ luce solis illuminantur. Alii colebant laticem, et alii larem: sed jungere non audebant, quia inimica esse videbantur invicem. Alii ponebant aras arborum radicibus, et instituebant dapes, et flebiles adorabant ramos, ut gubernarent suos filios, et domum dilectaque prædia, et fidem conjugii, famulos et censum. Nonnulli venerabantur olus; et permolles hortos et siccas herbas rigabant. Satis jam derisi monstra, quæ tu et similes tui colentes ceciderunt in atram foveam; quæ et tua dementia nunc colit, et me militem Christi colere compellit.

iterum vanitatem idololatriæ detestans.

B 5 Audiens hæc Aurelianus, inimicus veritatis, inquit: Jam miser conticesce, et noli blasphemare deos: quia acerrima tormenta tibi præparantur. B. Basilides, galea Christi protectus, ait: Cur te tanta dementia tenet? qui relicto Creatore tuo, inutilia monstra adoras, et deos esse nominas? O infelix! cum rogas lignum et lapides, surdis clamare videris: lignum enim hanc continet utilitatem, quod aliquando præciditur, et ad continendum domorum cooperimentum supponitur: aliquando focis immittitur, ut hominibus coctos præparet cibos: similiter et lapides, quos tua væsania deos nominare non cessat. Quibus auditis crudelissimus tyrannus ait: Gravioribus tormentis eum afficite: et tamdiu plumbatis contundite, quamdiu deos blasphemare cesset, Robustissimus denique miles Christi, dum talia pateretur, ait: O stipula æterni ignis, cunctorumque scelerum patrator, me quasi stultum dilanias, eo quod deorum tuorum monstra derisi ego enim pro gloria æterna, quam Dominus meus Jesus Christus suis promisit fidelibus, libenter tolero tua tormenta: et quanto acrioribus pœnis afficior, tanto magis cœlestibus gaudiis beatum me esse non dubito. Tunc ait Arrelianus: Nequissime omnium hominum, non tuæ pertinaciæ parcam: Et sanctus; Ego veritatem loqui non cessabo, quin veritati, testis sim. Tu quidem dæmonum servus existis, et Christianorum sacrilegus oppugnator: ego vero sum miles Christi, et sanctæ fidei observator.

et tyranni amentiam redarguens

plumbatis cæditur,

6 His auditis tyrannus, ampliori furore succensus excogitare cœpit, qualiter eum crudeli morte necaret. Videns autem quia nihil proficeret, tandem capitalem in eum dedit sententiam. Mox vero spiculator assumens illum, duxit foras civitatem. Ubi cum ventum fuisset, pius athleta Deum oravit, dicens: Dextera tua, Domine, glorificata est in virtute, dextera manus tua confregit inimicos, dextera virtutis tuæ exaltavit me.

et capitis damnatus

Suscipe quæso tui famuli jam, summe Magister,
Basilidis clemens animam, cum laude triumphi:
Cœtibus angelicis conjungas, factor olympi.

His precibus expletis, signo Crucis semetipsum muniens, victricem tetendit cervicem, statimque capite est truncatus, Christicolæ igitur, videntes tanti viri constantiam, laudaverunt Deum, qui tales obtinet famulos; et colligentes sacratissimum corpus ejus, posuerunt in congruo loco, ubi miraculorum beneficia digne petentibus exuberare non desinunt. Passus est autem beatissimus famulus D Dei Basilides pridie Idus Junias, ad laudem et gloriam D. N. Jesu Christi, qui cum Patre et Spiritu sancto vivit et regnat Deus, in secula seculorum. Amen.

decollatur 12 Junii.

EX MOMBRITIO.

ANNOTATIO D. P.

De SS. Tripode et Mandali, sociatis Basilidi.

Satis apparet hæc Acta, nec antiquissima esse, neque ex antiquissimis sumpta, absque multa amplificationis inventionisque rhetoricæ licentia: quare operæ pretium censeo, ipsum originarium textum, quem Ferrarius præ oculis habuit, et censura sua perstrinxit, quemque Henschenius noster luce publica indignum judicavit, huc adducere: cum de interpolatis posteriorum temporum scriptis, judicium ferri nullum tuto possit, dum prima latent, quæ plerumque manifestiores fictionis suæ notas continent. Manuscriptus S. Maximini apud Treviros Codex, cui consentit alius, Neapoli a P. Beatillo nobis indicatus, et tertius Augustæ ad S. Udalricum a nobis inventus, ita habet:

Videntur ista accepta ex aliis antiquioribus,

2 In civitate Orientalium, cum beatus Basilides esset in officio Platonis Præfecti, dixit ei Dominus Jesu Christus: Ego te volo tollere de officio Platonis Præfecti, et in meo officio esse. Respondit B. Basilides: Domine meus, Jesu Christe, vis me lapidibus mori? Cui respondit Dominus Jesus Christus: Qui propter me lapidatus fuerit, coronam accipiet. Tum B Basilides ivit ad Platonem Præfectum, et dixit ei: Domine meus Præfecte, viginti quinque annis in officio tuo fui, et de servitio tuo numquam recessi: dona mihi inducias, ut vadam ad parentes meos. Respondit Præfectus et dixit ei; In qua Provincia habes parentes? Respondit B. Basilides et dixit ei; In provincia Italiæ, in civitate quæ appellatur Aurelia. Respondit Præfectus et dixit, In provincia ipsa audivi a multis dicere, quod Aurelianus multa scelera operatus sit in Christianos, sed vide, ne forte te discipulum dicant esse Christi, et faciant te lapidibus perire. Respondit B. Basilides, et dixit ei: Ego ad parentes meos vado. Et iterum dixit ei Præfectus: Quanto tempore moram facturus es? Respondit ei B Basilides, Annum unum. Et iterum dixit ei Præfectus: Annum unum petisti, concedo tibi et alium, vade cum gaudio. E

ubi multa loquens Christus inducitur,

3 Et versus est B. Basilides ad Dominum Christum, et dixit ei: Domine magnas inducias petivi a Præfecto, ut ad parentes meos vadam, et concessit mihi duos annos: Domine meus Jesu Christe, dona mihi unum de discipulis tuis, ut me deducat F in civitatem Aureliam, et videam parentes meos. Respondit Dominus et dixit ei: Vade: tolle tibi unum de Fratribus tuis, et vide parentes tuos, ut et facias illos tecum venire in sanctam civitatem Hierusalem. Respondens ad eos iterum Christus dixit; Non quæro a vobis aurum, neque argentum; sed repromitto vobis vitam æternam. Responderunt ei sancti Martyres Basilides, Tripodes et Mandalis. Amen. Et venerunt ante Dominum, et dixerunt: Hoc nobis promittit Dominus, coronam vitæ æternæ. Et dixit Dominus. Ego sum vobis omnia daturus: ite cum gaudio. Ecce ego vobiscum sum, usque ad consummationem seculi. Tunc Beatus Basilides Dixit: De auro et argento nostro quid sumus facturi? Et dixit ad eos Dominus Jesus Christus: Vendite omnia vestra, et date pauperibus. Et fecerunt sicut præceperat eis Dominus, et vendiderunt omnia sua. Tunc B. Basilides dixit: Domine Jesu Christe, omnia fecimus. Et dixit ad eos Dominus Jesus Christus: Ite in Provinciam [Italiæ in civitatem] quæ appellatur Aurelia, et omnia quæ

jubens socios adsciscere Tripodem et Mandalim,

et abdicatis omnibus navigare in Italiam

A EX MOMBRITIO

quæ dixero vobis facite; adulteria emendate, et qui malum pro malo reddere voluerint non eos dimittite: quia ego nolo mortem peccatoris, sed ut convertatur et vivat: et omnia opera bona fovete et facite, et ego vobiscum sum.

præbito ad id navigio;

4 Tunc B. Basilides respondit: dicens. Nescimus ubi est [via]. Respondit Dominus, Ad mare. Et illi: Et quomodo transituri sumus? Et dixit eis Dominus Jesus Christus, Descendite vos ad littus maris, et ibi me invenietis: et ego vobis parabo naviculam modicam, quæ vos in Provinciam ipsam deducat; et neque duas tunicas, neque duplex vestimentum habeatis, neque panem in sarcinis vestris portetis: ego vobis omnia parabo. Venientes autem ad littus maris, invenerunt naviculam ubi erat ipse Dominus Jesus Christus gubernator. Et cum invenissent eum, miserunt se ad pedes ejus et osculati sunt eum: et ipse porrigebat eis manus. Videns autem B. Basilides dixit ei: In quam Provinciam ambulatis? Respondit ei Dominus Jesus Christus, et dixit ei: Nos in urbem Romam, in civitatem quæ dicitur Aurelia milliario octavo. Et dixit ei B. Basilides: Jube nos imponi in navi tua, quia ibidem festinamus. Respondit Dominus Jesus

B *in quo ipse sub specie navicularii*

Christus, et dixit illis: Ubi vultis ire, Aurelianus ibi multa mala operatus est in Christianos. Responderunt ei Beati Basilides, Tripodes et Mandalis, Nihil cum eo habemus. Respondit eis Dominus Jesus Christus, et dixit: Date mihi naulum, et sedete in navi mea. Respondit ei B. Basilides: Nummos non habemus, unde vobis dare possumus; neque aurum, neque argentum, neque pecuniam, neque panem in sarcina. Quibus respondit Dominus Jesus Christus: Vos servi estis Christi, et discipuli ejus? Respondit B. Basilides, Nos servi sumus, non discipuli. Et dixit eis Dominus Jesus Christus; Si servi estis Domini Jesu Christi, ascendite in navim. Et ascenderunt in navim. Et dixit Dominus Jesus

eos de seipso interrogat quid credant:

Christus B. Basilidi; Sede juxta me; et interrogabo si servus es Jesu Christi; dic nobis quæ opera operatus est Christus? Respondit ei B. Basilides; De aqua vinum fecit, cæcos illuminavit, leprosos mundavit, et mortuos suscitavit. Et dixit eis Dominus Jesus: Judæi quid dicunt de eo? Et respondit B. Basilides, Alii dicunt, quia Joannes est; alii dicunt, quia Propheta est; alii dicunt, quia Christus est.

5 Dum vidisset B. Basilides, quia bene et prospere navigabant, quos Dominus Jesus gubernabat,

C *atque Aureliæ exponit,*

dixit B. Basilides: Domine Jesu Christe, ostende mihi artem gubernationis tuæ: numquam vidi sic bene et prospere navigare. Dixit Dominus Jesus Christus, ad unum de Angelis suis: Descende in navim, et appone eis panem et aquam, ut manducent. Et benedixit eis, et manducaverunt, qui et gratias egerunt Domino Jesu Christo. Et dixit ad D eos Dominus: Descendite de navi, et pausate; et fecerunt sicut præceperat eis Dominus Jesus Christus, et descenderunt de navi, et obdormierunt. Et dixit Dominus Jesus Christus ad Angelos suos; Tollite eos, et ponite ad littus maris, milliario octavo a civitate [Roma], [ad civitatem] Aureliam: Et fecerunt sicut præceperat eis Dominus Jesus Christus.

ubi pie mortui sepulti dicuntur:

Mane autem facto evigilaverunt, et invenerunt se jacentes ad littus maris. Elevaverunt autem oculos suos ad cœlum, et gratias agentes dixerunt: Domine Jesu Christe, magister bone, accipe animas nostras: et eadem hora emiserunt spiritum quarto Idus Junii. Et venientes Presbyteri, et Diaconi, et Clerici, simul et Christiani, collegerunt corpora sanctorum Basilidis, Tripodis, et Mandalis, et sepelierunt in eodem loco: Et fabricata est sanctitati ipsorum basilica, ubi florent beneficia eorum usque in hodiernum diem.

6 *Jam vidimus* IV *Idus Junii, passum Romæ* Basilidem, *cum sociis ibi nominatis,* via Aurelia milliario XIII, *pro quo numero quam facile possit subrepere* VIII, *vel hic in illum commutari, nemo non intelligit. Legimus etiam apud Ferrarium quod* SS. Basilidis, Tripodis et Mandalis corpora, in ecclesia S. Mariæ in E Transpontina asservantur. *Idemque confirmat Panciroltus. Quid igitur, si revera* Basilides *iste, ex una suburbanarum ecclesiarum, ad viam Aureliam sita, in Urbem illatus sit, una cum corporibus duorum aliorum, vere dictorum,* Tripus *sive* Tripodes, *et* Magdali *vel* Magdalis; *quorum cum nulla haberetur notitia, perperam crediti sint simul cum* Basilide *passi, quia eodem loco inventi? sic utcumque rectificaretur, quod Usuardus et Ado, post eosque Romanum hodiernum, ipsos tres tali die referant; refragante licet Hieronymiano Martyrologio, et ipsos inter socios* Basilidis *non numerante: qui tamen potuerint fuisse inter viginti Anonymos. Tum vero curæ fuerit Clericis S. Mariæ Transpontinæ Legendam aliquam omnium trium componere; et occasione* Viæ Aureliæ, *comminisci* Aureliam civitatem *et* Aurelianum tyrannum. *Hæc autem Legenda diesque assumptus, cum forte aliis non probaretur, eo quod de martyrio haberet nihil; et pridie Idus Junii alius offerretur* Basilides, *cum nominibus sociorum talibus, quæ non multum abluderent, a* Tripode *et* Magdale; *hunc potius diem passioni eorum maluerint assignare, et sic confecta sit alia illa prolixior Legenda, quam dedimus ex Mombritio; sed sub nomine solius* Basilidis, *eo quod Auctor intelligeret,* F *nullum satis certum fundamentum haberi, ad assignandum socios martyrii eos, qui cum illo simul colebantur. Equidem nihil definio, solum adduco conjecturam, circa modum quo manifesta hic confusio induci potuerit; et inducta valeat explicari.*

sed in speciem valde fabulosis Actis, idque 10 Junii.

id quod in Basilidem fortassis quadrat.

DE SANCTIS MARTYRIBUS ROMANIS

BASILIDE, CYRINO, NABORE, NAZARIO,

G H.

COMMENTARIUS HISTORICUS

Eorum memoria in Martyrologiis, Missalibus, Breviariis. Acta qualia?

SUB DIOCLET.

Cultus sacer ex Fastis MSS

Antiquum Martyrologium Reginæ Sueciæ Christinæ, quo usus est Lucas Holstenius in suis Animadversis ad Martyrologium Romanum, ita auspicatur hunc diem: Pridie Idus Junii. Romæ via Aurelia milliario VIII, natalis Sanctorum Basilidis, Cyrini, Naboris, et Nazarii. *Eosdem Sanctos MSS. alia, Romanum scilicet Cardinalis Barberini, Coloniense S. Mariæ ad Gradus, Richenoviense prope Constantiam in Suevia, sic proferunt:* Romæ natalis Sanctorum Basilidis, Cyrini, Naboris, et Nazarii Martyrum. *Quæ eadem, palæstra Roma omissa, leguntur in MSS. Divionensi, Atrebatensi, Tornacensi, Lætiensi, Aquisgranensi, duplici Vaticano S. Petri, Casinensi, Altempsiano, et Trevirensi S. Maximini,*

A *Maximini, aliisque. Rhinoviense in Helvetia, et Augustanum S. Udalrici, ita habeat :* Romæ Basilidis, Cyrini et Naboris : *et in Parisiensi Labbei additur,* et Nazarii ; *verum in duobus ultimis interponebatur* Tripoli, *uti supra monuimus, quod nomen urbis, non Martyris foret. Rursus Martyribus Romanis in MSS. Corteiensi interponebantur nomina* Cyrini, Naboris, et Nazarii ; *uti etiam in MS. Blumiano, et quidem post nomen* Basilidis, *ast alia, antiqua tamen manu, loco* Nazarii *erat nomen* Felicis, *quod aliis addebatur in dictis MSS. Augustano et Parisiensi. Verum* SS. Felix et Nabor *Mediolani passi sunt* XII *Julii. In MSS. Florentinis, Mediceis et Strozzianis, indicatur* natalis Sanctorum Martyrum Basilidis et Cyrini.

Breviaria, Missalia.

2 *Antiqua Breviaria Romana, quæ habemus et manu exarata et typis excusa, anno* 1479, 1490, 1522 *et* 1524, *item Missalia impressa anno* 1484 *ac deinceps, ad hunc* XII *Junii referunt* diem natalem SS. Basilidis, Cyrini, Naboris, et Nazarii : *et hæc ubique præscribitur recitanda Oratio :* Sanctorum Martyrum tuorum Basilidis, Cyrini, Naboris, atque Nazarii, quæsumus Domine, natalitia votiva nobis resplendeant : et quod illis contulit excellentia meritorum, fructibus nostræ devotionis accrescat. *Huic primæ Collectæ respondet Secreta ;* Pro Sanctorum tuorum Basilidis, Cyrini, Naboris, atque Nazarii sanguine venerando, hostias tibi, Domine, solenniter immolamus, tua mirabilia pertractantes, per quem talis est perfecta victoria ; *et Post Communio :* Semper, Domine, Sanctorum Martyrum tuorum Basilidis, Cyrini, Naboris, atque Nazarii solennia celebrantes, præsta quæsumus ut eorum patrocinia jugiter sentiamus. *Sunt autem antiquissimæ Orationes istæ ; utpote quæ non solum reperiantur, vix apice mutato, in libro Sacramentorum S. Gregorii : sed etiam in alio annis fere ducentis prius per Gelasium Papam composito, quem nuper Romæ imprimendum curavit Josephus Maria Thomasius ; verum in hoc, quod mireris, ubique deest nomen* Basilidis : *cum e contrario solum illud ponatur in Kalendario vetustissimo Romano, quod Joannes Fronto Parisiis vulgavit, ubi et Evangelium præscribitur de Nicodemo, sumendum ex Cap. 3 Joannis;* Erat homo ex Pharisæis, *usque ad,* sed habeat vitam æternam.

Martyrologia Romana,

3 *Præcitata Romana Breviaria antiqua, primæ isti Orationi subjungunt tres Lectiones, de* SS. Nazario et Celso puero, martyrium sub Nerone Imperatore, et Anolino Præside passis v Kalendas Augusti, *quorum* corpora a S. Ambrosio inventa et translata esse

C pridie Idus Junii, *sub finem additur. Pro quibus, nihil ad hujus diei Martyres spectantibus, Breviario jussu Pii V edito insertæ sunt duæ Lectiones, hactenus recitari solitæ ; secundum quas in hodierno Martyrologio Romano ista primo loco habentur :* Romæ via Aurelia natalis sanctorum Martyrum Basilidis, Cyrini, Naboris, et Nazarii militum ; qui in persecutione Diocletiani et Maximiani, sub Aurelio Præfecto, ob Christiani nominis confessionem detrusi in carcerem, et scorpionibus lacerati, capite truncati sunt. *In Notis addit Baronius :* De his Beda, Usuardus, Ado, ac ceteri recentiores. *Beda in genuino Martyrologio solum ista habet :* Natale SS. Basilidis, Cyrini, Naboris, et Nazarii. *In Ephemeride Bedæ Tomo primo operum, præponitur palæstra* Roma. *Usuardus vero hunc diem ita auspicatur :* Mediolani natalis B. Nazarii Martyris *cum longo elogio, de eo et* Celso puero, *et dein addit :* Item apud præfatam urbem Sanctorum Martyrum Basilidis, Cyrini et Naboris. *An ergo Usuardus hos Mediolani passos asserit? Forte præmissi fuerant Martyres Romani, de quibus jam egimus, in aliis antiquioribus MSS. eisque omissis inadvertenter positum sit,* apud præfatam urbem, *scilicet* Romanam. *Tertius a Baronio citatus Ado, post*

et aliis,

longum de SS. Nazario et Celso *elogium, ista subjungit.* Item B. Basilidis, Cyrini, Naboris. *Verum,*

D *AUCTORE G. H.*

Usuardo et Adone antiquior aliquanto auctor Rabanus, de hisce Martyribus sic scribit : II Idus Junii, Romæ via Aurelia, milliario v, passio Martyrum Basilidis, Cyrini, Naboris, et Nazarii, *etc. Omitto recentiores.*

Actorum epitome

4 *Acta* S. Basilidis, *quæ supra dedimus ex Mombritio, in Sanmaximiniano MS. aliisque Thuringico, et apud Belfortium, invenimus stylo luculentiori ornata, auctaque circumstantiis nonnullis, et trium sociorum nominibus. Sic autem interpolata etiam invenit Petrus de Natalibus, eorumque Epitomen hanc contexuit, insertam lib. 5 cap.* 109. Basilides, Cyrinus, Nabor, et Nazarius, sub persecutione Diocletiani, Romæ passi sunt. Hi ex Urbe ipsa oriundi, ad civitatem Aureliam devenientes, omnia sua pauperibus erogantes, Romam redeuntes, ad Maximianum Imperatorem adducti sunt. Qui dum Christum confiteri non timerent, primo scorpionibus durissime cæsi, dehinc in carcerem retrusi, et per dies VII ibidem macerati, inde educti, jussu ejusdem Imperatoris capite truncati sunt, et feris ad devorandum expositi : sed per Dei gratiam corpora eorum, illæsa custodita, a Christianis sepulta sunt milliario III ab Urbe, in loco qui dicitur Catacumbæ, pridie Idus Junii. *Hæc ibi, quæ in Breviario Romano reformato in duas*

ex Petro de Natalibus,

E *parvas Lectiones dilatantur, cum antea tres Lectiones recitarentur, de* SS. Nazario et Celso *Mediolanensibus. Novæ autem Lectiones istæ sic proponuntur :*

et Breviario Romano

5 Basilides, Cyrinus, Nabor, et Nazarius, Romani milites, nobiles genere et virtute illustres, Christiana religione suscepta, cum Christum Dei filium Diocletiano Imperatore prædicarent, ab Aurelio Præfecto Urbis comprehensi, et ut diis sacra facerent admoniti, ejus jussa contemnentes, missi sunt in carcerem. Quibus orantibus cum subito clarissima lux, oborta omnium oculis qui ibidem essent, carcerem collustrasset ; illo cœlesti splendore commotus Marcellus, custodiæ præpositus, multique alii, Christo Domino crediderunt. Verum postea e carcere emissi ab Imperatore Maximiano ; cum, ejus etiam neglecto imperio, unum Christum Deum et Dominum in ore haberent ; scorpionibus cruciati, iterum conjiciuntur in vincula; unde septimo die educti, et ante pedes Imperatoris constituti, perstiterunt in irrisione inanium deorum, Jesum Christum Deum constantissime confitentes. Quamobrem damnati securi feriuntur. Quorum corpora feris objecta, nec ab illis tacta, a Christianis honorifice sepulta sunt. *Si antiquitus eadem invenirentur scripta, neminem futurum credo, cui talis narratio foret de fictione suspecta ; sed cum ex Actis mox producendis appareat ruinosum totius narrationis fundamentum esse, non potest firmum censeri quod superextructum est, quantavis verosimilitudinis specie niteat, dum in eo omittuntur omnia quæ offendere possint. Nam (ut dixi) unius alicujus* S. Basilidis *Acta interpolanda sibi sumpserunt, tam illi qui tenebant corpora* SS. Basilidis Tripodis atque Mandalis ; *quam qui instinctu habebant, et in Germaniam transferenda dederant corpora* SS. Basilidis, Cyrini, Naboris, atque Nazarii. *Primi quam insulse id fecerint, jam supra vidimus ; videamus nunc quid egerint postremi. Dum autem hoc ago liceat mihi ea omittere in contextu, quæ iisdem prorsus verbis jam dedi legenda ex Mombritio. Postea ne translationibus atque, et Henschenii nostri lucubrationem prosequar.*

Integra hic proponuntur emendanda.

ACTA

Ex MS. Monasterii S. Maximini prope Treviros.

Jesu Christi Domini nostri auxilio præmuniti, sanctorum Martyrum certamina stylo comprehendere curemus ;

A curemus; ut ipsos intercessores habere mereamur, quorum solennia dignis laudibus celebramus. Quapropter, fraterno amore compulsi, horum Martyrum beatissimorum, Basilidis, Cyrini, Naboris, et Nazarii gloriosam passionem scribere conamur; ut eorum salutifera certaminis miracula audientium animos ad amorem cœlestis patriæ accendant; et mori pro Domino non timeant, qui cum ipso regnare in cœlo cupiunt sine fine. Sed hoc fortasse incongruum quibusdam videtur, quod nos ignari sapientiæ arduam rem præsumimus transformare. Quibus dicendum, quod non audacia fisi ingenii, sed pio amore ducti, hoc facere tentamus. Scimus enim gentiles Poetas, Regum suorum victorias variis carminibus laudasse, plurimaque mendacia suis tradidisse voluminibus, unde in hoc seculo honorum gloria sublimati divitiisque ditati fuerunt. Et idcirco tacere nos non decet Christi Martyrum certamina, qui pro nomine ejus sanguinem suum large fundentes, cœlestia regna meruerunt; ut ipsi pro nobis Dominum exorare non cessent, quatenus valeamus ad eorum gloriam pervenire sanctissimam. Sedule ad nos immensa Dei pietas clamat, aliquando per B Apostolorum præcepta, aliquando per Martyrum exempla, dicens; Venite ad me omnes, qui laboratis et onerati estis, et ego reficiam vos. Sed hæc quæ diximus, ne in sanctam Dei ecclesiam legentibus fastidium faciant, ad præclaram prædictorum Martyrum passionem exponendam, Domino auxiliante, properemus.

EX MS. Auctor tenuitatem suam excusans, finem scriptionis exponit:

PASSIO. Maximiano fideles persequente in Italia,

2 Cum hujus mundi Principes, ad cruciandas Sanctorum animas, diabolus commovisset; et ubique Domini nostri Salvatoris ecclesias, diversis persecutionum tempestatibus, ventilaret; suscitatisque Regum amicis, amplius inæstuans, adversus Dei populum prælia commoveret; augebat quotidie incrementa sævitiæ. Prementibus itaque duriter Maximiani Imperatoris legibus, Christianorum infestabatur exercitus; per Illyricum vero Diocletiani sacrilegi præceptum in Christi populum hostiliter sæviebat, addito tyrannidi suæ in regno participe Maximiano, qui et suam rabiem per omnem Italiæ provinciam ostenderet. Fere tamen omnes provinciarum Judices nefandorum Principum sacrilegos apices mittebant, ut in templis dæmonum immolare cogerent Christianos, Christi clauderentur ecclesiæ, Christi Sacerdotes et Ministri caperentur ut non parerent [Dei] legibus, sed confiterentur simulacra C deos esse; quibus si thura nollent accendere, suppliciis diversis et mortibus subjacerent. Ea igitur tempestate inter Milites, qui in Christi exercitu triumphabant, fuerunt fortissimi viri Basilides, Cyrinus, Nabor, atque Nazarius, [qui] Romæ præclarissimus orti natalibus, in civitate Aurelia tenebant sanctæ religionis tramitem; ac solicite, licet sub terreno Principe Maximiano fuissent, servabant, quæ erant Cæsaris; Cæsari, et quæ Dei erant, Deo fideliter reddentes. Qui audito imminendæ persecutionis tempore, omnibus quæ habebant in usum pauperum concessis, occulte trans mare in Orientalem civitatem secesserunt; ibique sub Platone Præfecto militantes, ad virtutum multis exemplum fuerunt, et eos ad viam veritatis reducere studuerunt.

quatuor Sancti milites Romani in Orientem se recipiunt:

3 Cumque a cruentis faucibus humani generis inimici plurimam partem infidelium eripuissent, et interna mentis delectatione se Domino jugiter precibus et sanctis operibus consociarent; quadam noctis visione divinæ locutioni interesse meruerunt, dicenti, Non licet vobis, mei amici, mortali huic domino servire; sed potius hinc jam convenit pro Domino meo pati crudelia, et sustinere adversa. Responderunt sancti Martyres: Domine, magister omnium virtutum, parati sumus pro te tormentorum omnium sumere cruciatus. D Revertimini, inquit Dominus, ad mare, nulla vobiscum viatica ferentes; ibi modicum invenietis, omnia vobis necessaria administrans, vehiculum, quo ad desiderata pertingetis natalitia: ego quoque, pro vestro passionis certamine, daturus sum vobis præmium, et coronam perpetuam. His in visione itaque auditis, immo ut certius dicam ferventes de promissis Domini, abierunt ad prædictum urbis Præfectum, referentes ei, quod per quinque annos jam in suo fuissent servitio; et tempus instaret, ut suos visitarent parentes, ut scirent si vitalis aura illos foveret an non. Quos Præfectus interrogans ait: In qua provincia parentes vestri degunt? Cui sancti Martyres: In Italiæ provincia, quæ appellatur nomine Aurelia. Respondens autem Præfectus dixit: Audivi jam a multis de ipsa provincia talia dicere, quod Maximianus ejusdem provinciæ Imperator plurima tormenta discipulis Christi ingereret: et hoc timendum vobis est valde, ne dum præsentes ibi fueritis audiat vos discipulos illius, et jubeat vos gravioribus affici tormentis. Cui sancti Martyres responderunt, dicentes: Si digni fuerimus beatorum Martyrum consortio, pro amore nostri magistri Jesu Christi, atrociores sustinebimus pœnas: quidquid enim in E hoc seculo patimur nihil est ad comparationem cœlestis remunerationis. Quibus auditis, Præfectus licentiam contulit eis, dicens: Ite, et post annum ad me revertimini; et mecum regni mei participes in palatio manebitis.

unde jussi divinitus redire in patriam, Præfecto licentiam dante,

4 Sancti autem Martyres, accepta licentia, cœperunt cum gaudio redire ad propria. Igitur aura flante secunda, venientes ad littus maris, invenerunt naviculam, divino nutu alimentis corporalibus refertam, in qua suffulti Angelico remigio, ad optatam pervenerunt terram: et ingredientes Aureliam civitatem, perrexerunt ad domum parentum ipsorum. Mox compertum est fama auribus Aurelii, illius civitatis crudelissimi tyranni, quod quidam viri sanctæ religionis civitatem fuissent ingressi: et statim præcepit militibus, ut Sanctos per universam perquirerent urbem. Quos cum invenisset, populis divina in domibus parentum suorum prædicantes, nuntiaverunt tyranno Præfecto Aurelio. Tunc minister diaboli jussit sub ingenti festinatione sanctos milites Domini ad se venire: quos ita vultu minaci alloquitur, dicens; Unde nunc isti seductores veniunt? qui olim ut accepimus, a nostra præsentia, ne diis immortalibus sacrificarent, fugerunt. Responderunt sancti Martyres: Non sumus, ut F asseris, Aureli, seductores; sed unius veri Dei cultores: qui usque nunc, non solum tibi, sed et dæmonibus tuis, quos deos esse dicis, honorem offerre recusavimus; verum alios, hujusmodi errore seductos, ad viam reducimus veritatis.

Aureliam se conferunt delatique ad Aurelium præfectum fidem generose confitentur,

5 Cumque denuo ab ipso interrogarentur, quare fugerant; sancti Martyres dixerunt; Non fugiebamus, sed jussa Domini faciebamus: scriptum est nobis, Si vos persecuti fuerunt in civitate una, fugite in aliam. Aurelius dixit: Quis hoc præcepit? Cui sancti Martyres Christus, qui verus est Deus. Respondit Aurelius: Et nescitis, quia vos ubique Imperatorum præcepta poterant invenire? Et hic, quem dicitis Deum verum, dum comprehensi fuissetis, quare vobis subvenire non potuit? Responderunt sancti Martyres: Semper Dominus noster nobiscum est, et ubi fuerimus cito nobis subveniet. Modo autem, dum nos comprehenderent, nobiscum erat; et hic nobiscum est, confortans nos: et ipse de nostro ore tibi respondet. Præfectus dixit: Multa loquimini, et loquendo magnorum Regum instituta differtis. Legite igitur divinos apices, et quod

ac fuga sua reddita ratione,

A quod jussum est implete. Responderunt sancti Martyres: Nos Imperatorum tuorum jussionem contemnimus, quia sacrilega est et contra Dei præcepta: non licet servos Christi diis vestris immolare, quibus nos non servimus, quia nihil sunt. Indignatus autem Aurelius in servos Dei, hujuscemodi protulit sententiam dicens; Claudantur in carcere, et graventur catenis, donec efficiantur sobrii. Responderunt sancti Martyres: Non expavescimus carcerem, credentes Dominum nostrum Jesum Christum nobiscum esse in carcere, qui semper est cum suis cultoribus. Cumque verberibus essent afflicti, ligati retruduntur in carcere.

carceri addicuntur:

6 Tunc sancti Martyres prostraverunt se in terram, et orantes dicebant: Gratias agimus tibi, Domine, quia propter te illatæ sunt nobis hæ contumeliæ: rogamus, ut qui in hoc carcere tenentur, sentiant nos cultores esse veri Dei, et credant quod non sit alius Deus nisi tu. Cumque dixissent omnes, Amen, statim splendor de cœlo magnus apparuit in carcere. Quem cum vidisset Marcellus, custos personarum, aperuit carcerem, et prostravit se in terram ad pedes Sanctorum, dicens eum, B lacrymis: Orate pro me, Domini mei, quia credo non alium esse Deum nisi quem vos colitis. Multi vero qui in carcere tenebantur, videntes hæc, crediderunt in Dominum, et laudabant cum lacrymis præ gaudio obortis, dicentes; Benedictus est Dominus Deus, quem vos colitis, qui tenebras carceris in lucem mutavit, et veritatem errore derelicto mentibus nostris infudit.

quo cœlitus illustrato,

convertitur custos Marcellus et captivi plures:

7 Post triduum autem Aurelius sanctos Martyres de carcere exire jussit, et vinctos catenis ad Maximianum Imperatorem deduxit, ut pro contumacia quam in leges Imperatorum exhibuerant, ultimam sententiam sustinerent. Cumque adducti fuissent ad eum, dixit Aurelius; Sacratissime Imperator, ecce deorum nostrorum contemptores tuæ repræsentamus pietati, qui Romanum Imperium et jussa Imperatorum evacuare student. Tunc Maximianus Imperator, gravi succensus ira, ita alloquitur dicens: Cujus discipuli estis. Responderunt fortissimi milites Christi constanter, et dixerunt; Jesu Christi servi sumus, et illi soli servire desideramus. Ad hæc tyrannus: Non audistis quam plurima, quæ discipulis ejus fecerim? Sancti Martyres dixerunt: Audivimus quidem tormenta tua, sed minime expavimus ea. Proinde huc Dominus noster nos venire permisit, ut et nos mereamur ab eo palmam accipere C martyrii. His auditis Imperator dixit: Ergo, ut video, ad hoc vos Dominus vester jussit venire, ut similia patiamini. Responderunt sancti Martyres dicentes: Te et tormenta tua pro nihilo ducimus; quoniam etc. *ut supra num.* 3 *verbotenus eadem.* Audiens hæc Maximianus jussit eos in carcerem retrudi, et carnes eorum acutissimis scorpionibus lacerari. Sancti vero Martyres, inter ipsa tormenta deprecantes Dominum, dixerunt: Domine Jesu Christe, qui famulos tuos inter tormenta carnificum non deseris, sed potius consolaris; jube nos exiguas oves tuas pervenire ad te qui pro tuo nomine pœnas nobis illatas tolerare non refugimus etc. *ut supra num.* 4, *sed in plurali omnia.*

Maximianus, ad se adductos milites

scorpionibus lacerari jubet

8 Igitur septem diebus revolutis; crudelis Maximianus præcepit milites Christi de carcere prodire, et suo conspectui præsentari. Quos ita truculento vultu interrogans, ait: Dimisistis errorem vestrum, qui vos talia pati permittit? Cui sancti athletæ Domini subridendo dixerunt: Infelix, si te cognosceres, numquam diceres nos errare etc. *ut supra.* Audiens hæc Maximianus, veritatis inimicus, dixit: Heu miseri! animi vestri compescite insaniam, et nolite blasphemare deos invictissimos, quia acerrima tormenta vobis jam præparata sunt. Ætatem D vestram tamen dolemus lacerari verberibus, ideoque animos vestros cupimus emendare sermonibus, ut reliquum vitæ vestræ tempus, juxta legum Imperialium sanctionem diis servientes, perfruamini. Sancti martyres responderunt: Quid de ætate dubitas, quos fides inviolata reddere potest omnibus suppliciis fortiores? Nec tormentis frangitur nostra confessio, nec præsentis vitæ delectatione seducitur, nec timore mortis quamvis acerbæ nostra constantia perturbatur. O infelix! cur te tanta tenet dementia? etc. *ut supra num.* 5. Tu quidem dæmonum servus existis, et Christianorum sacrilegus oppugnator.

iterumque sibi præsentatis

Ex MS.

graviora minatur:

9 His auditis, tyrannus, capitalem dedit in eos sententiam, dicens tortoribus: Tollite hos Imperialium præceptorum transgressores; et capitibus eorum detruncatis, cadavera bestiis et avibus exponite consumenda. Mox vero spiculatores, rapientes eos, duxerunt foras civitatem. Ubi cum ventum esset, magnifici athletæ Domini psallebant etc. *ut supra num.* 6, *omissis versibus qui recentioris compositionis sunt hic et num.* 2. Precibusque expletis, signo Crucis munientes se, victrices extenderunt cervices: et statim capitibus, animis lætantibus, trun- E cati sunt. Carnifices vero, duro Maximiani sacrilegi præcepto obsequentes, corpora Sanctorum animalibus feris exponentes, tradiderunt: quæ Domino custodiente intacta permanserunt. Passi sunt autem gloriosissimi famuli Domini, Basilides, Cyrinus, Nabor, atque Nazarius, sub Diocletiano et Maximiano Imperatoribus, II Idus Junii; et coronati sunt a Domino nostro Jesu Christo, cui est honor et imperium in secula seculorum. Amen. Christiani igitur, colligentes corpora eorum sanctissima, posuerunt ea occulte cum magna diligentia in via Appia, tertio milliario ab urbe, in Basilica Apostolorum; ubi corpora eorumdem Principum aliquando jacuerunt, videlicet Petri et Pauli; et sanctus Sebastianus, Martyr Christi, requiescit in eodem loco, qui dicitur Cathecumbas; ædificantes sanctitati eorum ecclesiam, ubi, meritis eorum suffragantibus, præstantur beneficia Domini, usque in hodiernum diem.

ac demum capite plecti,

et corpora feris relinqui mandata:

Christiani tamen ea sepeliunt.

ANNOTATIO D. P.

F *Hactenus Acta, nunc quidem in Breviario, satis ad speciem commode depurata, ut dixi: sed hunc ipsi fidem minuentia, quam illud seorsim spectatum deberet obtinere; dum ex Actis cum ipso collatis apparet, quod non nisi exiguæ fidei narrationem præ oculis habuerit Petrus de Natalibus, scribens Epitomen illam, unde postea sumptæ quas nunc habemus Lectiones, quod tamen harum Auctores inculpabiliter latuit. Potuit quidem Petrus omittendo prudenter, ut rebatur, circumstantias et adjuncta prorsus inverosimilia, facere ut cetera apparerent verosimiliora; sed non potuit sic efficere, ut essent in seipsis certiora toto, unde hausta sunt, textu: nisi supposita, quæ gratis supponi non debet, revelatione divina, docente verum rerum gestarum substantiam discernere ab interpolationibus falsis. Volebam ergo, ob productas ante Acta illa rationes, libertate jam aliquoties assumpta,* Acta Apocrypha *intitulare, ne forte incautus lector, non visis præmissis, impingeret in titulum simplicem,* Acta; *et solidam aliquam historiam inventurum se ratus, postea quereretur se titulo meliora promittente delusum. Sed opportune, sub ipsum tempus imprimendi folii hujus, moneor, ejusmodi titulum, ante similia* S. Venantii Mart. Acta, XVI Maji, *non leviter displicuisse aliquibus; quia inde sumptæ sunt Lectiones de illo Sancto. Audiant Romæ dici, licet non vere, quod eadem* S. Venantii Mart.

A Mart. Acta *appellaverim* Fabulosa. *Epitheto sane* AUCTORE G. H.
haud paulum duriori, quam quo revera usus ibi in titulo sum. Potius tamen τὰ Apocrypha, *et hic omittatur, et alibi deleatur; quam veritas, alias non displicitura (ut scribunt, qui censuram probant, viri gravissimi) patiatur repulsam, vocis unius in sequiorem partem acceptæ causa.*

DE TRANSLATIONE

SS Naboris et Nazarii in Germaniam; illiusque et S. Cyrini ac Basilidis Mediolanum.

G. H.
Corpora a Paulo I Papa impetrata,

D*uplex horum Martyrum Translatio facta creditur, altera in partes Germano-Gallicas, altera ad urbem Mediolanensem. De priore Paulus Warnefridus in Episcopis Metensibus ista habet:* Vir egregius et omnibus præconiis efferendus, Chrodegangus Antistes... petiit a Paulo Romano Pontifice tria corpora Sanctorum Martyrum, id est B. Gorgonii, quod in Gorziæ requiescit; et B. Naboris, quod in
B Hilariaco monasterio conditum est, et B. Nazarii, quod ultra fluvium Rhenum in monasterio, quod vocatur Lorisaim, ædificata in honorem ipsius Martyris miri decoris Basilica, collocavit. *Similia in Chronicis ad annum* DCCLXIV *aut sequentem, habent Marianus Scotus, Sigebertus, et alii. Sed ea verba de* SS. Nabore et Nazario, *de quibus hic agimus, esse intelligenda, optime probatur per Martyrologium B. Rabani, ex Abbate Fuldensi Archiepiscopi Moguntini, cujus hæc Sunt verba.* II Idus Junii, Romæ via Aurelia milliario v, passio Martyrum Basilidis, Cyrini, Naboris, et Nazarii, quorum Naborem et Nazarium, simul cum * Gorgone Martyre, transtulit a Roma in Galliam * Hrodegangus Metensis Episcopus, permittente Paulo Papa Romano, anno Dominicæ Incarnationis DCCLXV: et collocavit dictus Episcopus S. *Gorgonem in monasterio, quod dicitur Gorzia; Sanctum vero Naborem, in monasterio alio, quod dicitur Nova-cella; Sanctum quoque Nazarium, in monasterio, quod dicitur Lauresham: ubi signa et miracula in sanitate infirmorum et debilium sæpius fiunt. *Hæc Rabanus, quæ plane eadem leguntur in Martyrologio nomini Bedæ Supposito, aliquod nominibus perfectius descriptis, prout in margine notavimus. Colitur* S. Godegrandus *sine* Chrodegangus, *supra etiam* Hrodegangus, VI *Martii, quo die ad ejus Vitam* § 3 *late deduximus translationem horum trium sacrorum corporum; et potissimum ex Chronico Lau-*
C *rishamensi, ob corpus* S. Nazarii *eo delatum: cujus etiam Miracula, actis* S. Nazarii *perperam admixta in Francofurtensi Legendario, a se reperta scripsit Gamansius noster, seculo plusquam dimidio jam transacto, sed mutila. verum ea nec sic quidem ibi amplius reperiuntur, solumque optandum restat ut aliunde integra eruantur. Quæ nolumus repetere, cum ibidem legi possint.*

*Gorgonio
*Chrodegandus
Gorgonium

et delata S. Nazarii Laurishamum

2 *Monasterium* Nova cella, *etiam* Helera *et* Hilariacum *dictum, nunc* oppidum S. Naboris, *apud Lotharingos situm, fuit S. Fridolini studio constructum, uti in hujus Vita etiam* VI *Martii illustrata capite* 3 *continetur. Ejus Abbates omnes ad sua usque tempora deducit Bruschius, in Monasteriorum Germaniæ chronologia: ubi ad* S. Naboris, a terra elevati, et post summam aram collocati, tumulum, *asserit subscriptos haberi hos versiculos.*

S. Naboris inscriptio

Martyris egregii contentas cerne Naboris
Relliquias tumba hac, præclaro stemmate nati:
Quem, qui sacra Jovi nollet deferre profano,
Verberibus diris collisum Maximianus,
Cœlicolis addens testem, necat ense cruento.
Ast tandem, nutu Tiberinæ Sedis alumni, D
Mirifice nostras duxit Chrodegandus ad ædes
Quem Mediomatrica Pastorem Ecclesia habebat,
Seclis bis senis septem superaddita lustris,
Nec non Olympiadi, quando peramœna salutis
Tempora signarent nostræ, pergrataque salutis.

S. Gorgonius *colitur* IX *Septembris, de cujus corporis ad Gorziense monasterium translatione, anno* DCCLXV *quarto Idus Martii, pluribus egimus* XXVII *Februarii, ad Vitam B. Joannis Gorziensis Abbatis, quæ non sunt hic repetenda.*

Reliquiæ SS. Basilidis, Cyrini et Naboris Mediolani,

3 *Joannes Petrus Puricellus, in sua Dissertatione Nazariana, Mediolani anno* MDCLVI *excusa, cap.* 75 *late agit de Translatione horum trium sacrorum corporum, ex urbe Roma ad prædicta loca: atque accurate distinguit hos Romanos* Naborem et Nazarium, *a Sanctis hujus nominis Martyribus Mediolani passis, ex quibus* Nabor *cum* Felice *colitur* XII *Julii, et* Nazarius *cum* Celso XXVIII *Julii. Quia vero* Mediolani, in Ecclesia S. Celsi, repertæ fuerunt Reliquiæ SS. Basilidis, Cyrini et Naboris, *arbitratur Puricellus, dicto capite 75 num.* 13, illas ab eodem Paulo Papa primo, per hæc tempora donatas Mediolanensi fuisse Archiepiscopo, qui pro Ecclesiæ Romanæ libera- E tione non minus, quam Episcopus ille Metensis, laborasset. *Is fuit B. Lætus, de quo ad diem* IV *Aprilis inter Prætermissos egimus; seditque, non ut ibi per errorem legitur ab anno* 755 *ad* 769, *sed ab anno* 744 *ad* 759, *qui fuit Pauli I annus* III. *Idem Puricellus cap.* 145 *adducit testimonium Gualvanei Flammæ, qui in Ordine Prædicatorum S. Dominici religiosam vitam duxit sub annum* MCCC *ac sequentes, et ista scripsit:* Festum Sanctorum Martyrum Basilidis, Cyrini, et Naboris die XII Junii. Jacent ad S. Celsum. *Hæc ibi. At Carolus a Basilica Petri, lib.* 6 *Vitæ S. Caroli Borromæi cap.* 1, *Gesta anni* MDLXXXI *prosequens, cum solemnem sacrarum Reliquiarum, quæ in Stephaniensi Basilica repertæ fuerunt, Translationem narrasset, factam die* XIV *Aprilis, addit:* Atque eodem mense, post dies quinque, Reliquias movit SS. Cyrini, Naboris, atque Basilidis, quæ in altari S. Celsi, in capite sinistræ navis (ut appellant) posito, reconditæ erant: quod altare, ob minime congruum locum, tollendum erat. Celebritatem pompamve ejus nullam instituendam censuit, cum pauca tantum ossa ante conspexisset. Ea privatim reposita sunt, mox in aptiorem locum referenda.

in ecclesia S. Celsi,

inventæ sub altari anno 1581,

4 *Hæc ille, quæ latius exponuntur a Petro Glussiano, lib.* 9 *ejusdem S. Caroli Vitæ cap.* II, *et in codice MS. monasterii hujus S. Celsi Canonicorum*
F *Regularium S. Salvatoris apud dictum Puricellum cap.* 151: *ex quibus constat, duo altaria ex navi dictæ Ecclesiæ, jussu Hieronymi Ragazoni Visitatoris Apostolici, tunc Episcopi Famagustani, dein Bergomensis, fuisse amovenda:* horum unum, Deiparæ Virgini dicatum, e capite dextro dictæ navis sublatum mox fuit, scilicet anno MDLXXVI: alterum vero, Sanctis Martyribus Basilidi, Cyrino, et Nabori sacratum, anno MDLXXXI. Cumque ibidem sepultura Alphonsi Guevara, Majoris pro Rege Catholico apud Mediolanenses in Concilio privato, esset construenda; detectum ibidem est vas seu arca marmorea: quod ubi scivit S. Carolus Borromæus, assumptis secum Episcopis Novariensi et Bergomensi, aliisque Prælatis et viris Ecclesiasticis, et magna populi multitudine, die XIX Aprilis venit ad S. Celsi ecclesiam cum solita cerimonia: et recitatis precibus, primo ad altare majus, dein ad locum excavatum; et post recitatas litanias, fuit elevatum cooperculum dicti vasis sive arcæ marmoreæ, et reperta ossa sacra trium Martyrium Basilidis, Cirini et Naboris; eaque inter cantica et organa, et applausus spirituales, aliasque demonstrationes et signa devotionis elevata,

elevatæ a S. Carolo [illegible] Aprilis

A atque in sacrarium deportata, ibidemque sub clavibus et sigillis quatuor asservata. Sequenti die submissi fuerunt duo Commissarii, cum suis Officialibus et Notario publico : coram quibus fuerunt interrogati et examinati, quotquot poterant conferre aliquam informationem, cognitionem, aut notitiam de hisce Reliquiis, sive per scripturam, sive per traditionem ; et omnia, etiam minutissima quæque, fuerunt annotata, *coram aliquot Canonicis Regularibus ibidem præsentibus, quorum nomina etiam istic videri possunt.*

in sacrario deposita,

5 *Idem Puricellus cap.* 167 Justum profecto, *inquit,* necdum conveniens jam erat, ut corpora SS. Basilidis, Cyrini, ac Naboris Martyrum suo e tumulo in Ecclesiæ Celsianæ sacrarium anno jam MDLXXXI privatim translata, ibique clavibus ac sigillis occlusa, quoad usque novum illis et condecens altare alibi apto in loco intra eamdem Ecclesiam extrueretur : Justum profecto jam erat, inquam, ut anno tandem MDCVIII tumulum sortirentur honestiorem, atque in capella, sibimet ipsis proprie destinata, convenienter custodirentur. Prope Marianam ergo capellam, constructa est altera ; eaque sumpB tibus Cæsaris Marini, Patricii Genuensis, aucta demum et ornata, decorum aptumque illis Martyrum exuviis conditorium fore visa est. Quocirca marmoD ream quoque tabulam, in sinistro ejusdem capellæ latere, inseruerunt parieti, et his quidem litterarum insculptam monumentis.

et an. 1608 ad capellam propriam translata,

D. O. M.

Nabor Basilides, Romanæ robora pubis,
Cæde ter in socia, terque Cyrine cadis.
Una tergimini cineres servantur in urna :
Cæsaris hæc pietas, Cæsaris ille furor.

Aucto ornatoque sacello, cleri ejus Sacerdoti decretis, Cæsar Marinus, Pat. Gen. Corpora trium Martyrum, qui sub Maximiano Cæsare singulari constantia vitam perfunderunt, hoc in loco servanda colendaque curavit anno Domini MDCVIII.

6 *Primum verbum, Nemini legebatur apud Puricellum; correxi ego ex conjectura, per quam cetera verba commodum sensum accipiunt : ad Corpora quod attinet, non est novum in hac materia totum nominari pro parte, et jam vidimus* pauca tantum ossa *haberi : facile autem credimus S. Chrodegangum, cum Roma in Lotharingiam suam rediret, Mediolani in transitu, fortassis Reliquiis aliquibus donatum ; vicissim illic dimisisse partem ejus quem ferebat thesauri.*

DE S. NAZARIO MART. ROMANO

IN SUI NOMINIS VICO APUD ATREBATES

Sylloge de ejus ibi cultu et miraculis.

In Atrebates colitur cultus S. Nazarii

Est vicus in Atrebatibus, Albimma S. Nazarii dictus, paulum infra scaturiginem amnis Lensii, ab urbe Atrebatensi duabus leucis, et tribus Bethunia dissitus. Ita haud diu post annum MDCXXX capitis doloribus, phrenesi, atque amentia laborantes curari intelligens, sæpe nobis laudatus hoc in opere piæ Mem. Joannes Gamansius, Atrebati cum Hispano milite tunc stativa habens, et pene intolerabilis hemicranii sustinens cruciatus, eodem accessit ; et beneficium quod speraverat consecutus, Bollando nostro, haud ita pridem exorso colligere Acta Sanctorum, in hæc verba scripsit : Ecquid nosti de S. Nazario, XII Junii, qui duabus hinc horis maximo concursu peregrinantium colitur, pro capitis seu cerebri morbis curandis ? Si habes peculiares et insignes ejus C ecclesiæ consuetudines, ac traditiones pias in illius Sancti cultu, scribendis iis supersedebo. Inter alia vidi librum, ubi supra ter mille annotati sunt, qui hic miraculose sanitatem recuperarunt, et id tantum ab anno MDXC ad MDCXXX.

contra dolores capitis et phrenesis

2 *Nihil ultra inveniens, credo diligentissimo alias viro evenisse, quod castra sequentibus sæpe, ut prius inde traduceretur alio cum rerum copias, quam Bollandi mandatum circa prædicta posset mandare executioni. Mei tamen officii esse duxi, non negligere indicium sic repertum : datisque litteris ad nostri collegii Atrebatensis Rectorem, Nicolaum de la Planche, quæsivi de prædictis, anno MDCXC ineunte. Respondit humanissime ad quæsita Pastor loci, D. Franciscus Robart, die XXVII Januarii ; vera esse omnia quæ præfati Gamansii memoria continet, talemque omnino librum ibi haberi ab aliquot retro seculis, ubi plus quam sex millia curatorum sunt nominatim annotata, et quotidie augeri numerum : ex eleemosynis autem illuc collatis haberi magna parte ædificatam ecclesiam, instar Cathedralis speciosam et amplam, in eaque antiquitus servari verticem sancti capitis ; qui, unde, quando, et quomodo illuc pervenerit, ignoretur, cum ea de re scriptum inveniatur nihil. Quia tamen ibidem invenitur Legenda* SS. Nazarii et Celsi *Mediolanensium, Mediolano allatum videri.*

3 *Ego vero istius Legendæ usu non moveor, cum ipsos quoque Laurishamenses, qui suas Reliquias Roma omnino acceperunt, videam* Nazarios *duos confundere, sicut ab uno Legendam, ab altero diem cultus sumunt. Itaque insuper habito istiusmodi usu, Romani Martyris credam Reliquiam istam esse, Laurishamo fortassis ... acceptam : non tamen ejusdem quoque existimabo ossa complura, quæ illuc annis abhinc quinquaginta Roma attulit Carmelita quidam, sub fide et attestatione Alexandri Victricii, Episcopi Aletrini, vice Cardinalis Ginetti : quin potius conjectaverim, ossibus istis, sub congruo sanctitatis argumento repertis,* E *nomen* S. Nazarii *factum esse (ut plerumque Romæ fieri consuevit, cum raro inveniantur addita nomina) quia destinabantur pago* S. Nazarii : *quare nec solicitus sum de illis plura discere.*

4 *Ad consuetudines loci, et miracula sanitatum obtentarum quod attinet ; de his ipsummet Pastorem, suis verbis loquentem, audire placet :* Adsita sunt cœmeterio nostro, *inquit,* cubicula quædam, Cunas S. Nazarii vulgus appellat ; in quibus collocati ægri maxima cura habentur a præpositis, pio isti operi, viri a viris, a feminis feminæ, diu noctuque assistentibus, et necessaria omnia ministrantibus, ipsosque ad Sacrum audiendum quotidie deducentibus in ecclesiam, per unum, duo, aut tria novemdia. Ita jam nunc ibi duo sunt, aquæ motum (ut sic dicam) et gratiam petitam expectantes : et die XVII hujus currentis Januarii rusticus quidam, Audomaripolitanus accola, manibus pedibusque ligatis in vehiculo huc adductus ; præ nimia qua laborabat phrenesi, reversus hinc sanus est, post exactum novemdium, laudans ac benedicens Deum. Possum autem testari, quod a quinque ferme annis, ex quo Parochiæ hujus curam suscepi, viderim patrari plus quam

A quam viginti evidentissima miracula. Specialiter autem memini cujusdam Montensis civis: qui cum venisset fatuus quam qui maxime, tempore Sacri quod audiebat, sensit sibi quasi velum a capite abstrahi, ut ipse mihi Sacro finito dixit, sanæque mentis compos domum hinc rediit. Simile quid accidit matronæ cuidam, prope Duacum commoranti; quam sui consanguinei vinctam reclusamque tenuerant haud parvo tempore: votis autem S. Nazarii redditis, sic restituta sibi est, acsi nullo unquam incommodo laborasset. Tabellarius autem quidam, similiter curatus, cum sibi pudori duceret istis in cunis locatum fuisse, in amentiam recidit; nec nisi tertio novendio istic acto, meruit liberari.

A. C. OBE D. P.

mentis recipiunt sanitatem,

5 Finis nullus foret singula si referre conarer, quæ ex registro constat esse propemodum infinita: tacere tamen nequeo successum miraculi, in viro quodam prænobili patrati. Lapsus erat hic in amentiam talem, ut manus pedesque ligandus esset a famulis, eum huc adducturis. Cumque ad nostræ Parochiæ fines et rivulum Lensium ventum esset, subito inventus est perfecte sanus; et, qua de causa sic esset ligatus, interrogavit ac didicit, iisdem famulis referentibus. Progrediebantur nihilominus ad vota reddenda, sed inter gradiendum subiit cogitatio, nihil eo amplius opus esse, neque notam faciendam amentiam jam curatam. Hoc inter ipsos definito, redire cœperunt: sed ubi eumdem attigerunt terminum, in quo discesserat amentia; iterum hæc rediit. Tum vero pœnituit famulos consilii dati, dominumque suum ad nos deduxerunt: sed sanum non receperunt, nisi post tertium novemdium; eamque ingratitudinis prioris pœnam esse agnoverunt. D

rec divam patientibus qui consuetudinem in istis decumbendi negligunt.

B

6 *Hactenus loci Parochus, de industria supprimens curatorum nomina: quare urgendum non putavi, ut librum prænotatum transcribi faceret; aliud fortassis nihil continentem, quam illa quæ cognoscere nihil referat posteritatis. Si fallor, et selectiora miracula aliquis in unum tractatum colligat; non gravabimur ea publicæ luci dare, in futuro Junii Supplemento. Interim reddenda gratia loci Toparchæ Domino de Launoy; qui, una cum duobus Presbyteris ejusdem loci, subscripsit relationi prædictæ, tamquam certus de rei narratæ veritate.*

Fides supra relatorum.

E

DE SS. DIONYSIO, CELSO ET MARCELLINO

MARTYRIBUS BONONIÆ DEPOSITIS.

G. H.

Notitia eorum ex Antonio Pauli Masinii.

XII JUNII

H*os Sanctos Martyres conjungimus, non quod simul passi coronam martyrii hoc die obtinuerint, sed quod ab Antonio Pauli Masini, in Bononia perlustrata, ad hunc* XII *Junii referantur, quia eorum Reliquiæ aliquæ asservantur Bononiæ, quamvis in diversis Ecclesiis, et diversis temporibus sint eo delatæ. Horum primus est* S. Dionysius Martyr, *cujus Reliquiæ insignes depositæ sunt in ecclesia S. Joannis in Monte, Roma acceptæ sub Innocentio X Pontifice, die* XIII *Maji anno* MDCLII *beneficio Honorati Montecalvi, Bononiensis, tunc Abbatis Generalis Canonicorum Regularium Lateranensium, intercessione Christianæ Dogliosi, Angelelli Marchionissæ, et sub rogitu Julii Cæsaris Cavalla Notarii recognitæ a Domino Antonio Ridolfi, Vicario Generali Archiepiscopali, die* VII *Augusti anni* MDCLII; *una cum Reliquiis* S. Fructuosi *Martyris, relati die* XXII *Januarii; ubi ista a dicto Masinio accuratius explicantur. Secundus est* S. Celsus Martyr; *cujus nihilominus spectabiles Reliquiæ sunt depositæ in ecclesia S. Martini Majoris, in altari Boviorum dicto. Tertius est* Marcellinus Martyr: *cujus integra maxilla, beneficio Ambrosii Landucci Senensis, Episcopi Porphyriensis et Sacristæ Alexandri VII Papæ, Roma accepta, et sub rogitu Bartholomæi Guglielmini Notarii a dicto Antonio Ridolfi Vicario Generali Archiepiscopali recognita,* XIII *Junii anno* MDCLXI, *et deposita in Ecclesia S. Mariæ Servitarum, in Strata majori. Sunt varii Martyres hisce nominibus appellati, quorum sacra memoria in opere nostro celebratur; sed nolumus quidquam dicere per meram ac prorsus gratuitam conjecturam; qua qui licentius in simili casu utuntur, solius nominis habita ratione, necesse est ut Sanctorum, quos sic illustrare intendunt, cultum incertum ac valde perplexum faciant.* Celsi pueri, *Martyris Mediolanensis, cum S. Nazario, ob corporum inventionem et translationem hoc die memoria celebratur, ideoque forsan ejus cultus hic annotatus fuit: non quia credebatur illius esse prædicta Reliquia (alias enim credo assumendum potius fuisse eorum Natalem* XXVIII *Julii) sed ne* Celsi *alicujus memoria dies iste vacaret Bononiensibus: quod tamen non facile cunctis probabitur.*

S. Dionysius,

C

S. Celsus,

S. Marcellinus

F

et S. Celsus puer.

DE S. MAXIMO MARTYRE

EPISCOPO NEAPOLITANO IN ITALIA

D. P.

Sylloge, de ejus exilio, obitu, cultu, translatione.

C*ertissimum et antiquissimum testimonium Martyrii, in ærumnoso exilio pro fide a* S. Maximo Neapolitano Episcopo *obiti, præbent mendacissimi, sed coævi scriptores duo; dumque suo schismati patrocinium quærunt, patrocinantur veritati, sub ipsius falsitatis velo non integre tectæ. Faustinum et Marcellinum Presbyteros dico, in suo calumnioso adversus S. Damasum libello precum ad Theodosium Imperatorem. ... ... verbis.* Sanctus vir Maximus Episcopus, fidem vindicans rectam, consortiumque reprobans hæreticorum, ductus est in exilium. In loco ejus prævaricatores ordinant nomine Zosimum, qui et ipse prius quidem Catholica vindicabat. Res ista in Neapoli civitate Campaniæ acta est. Cognoscit hoc S. Maximus, et de exilio scribens dat in eum sententiam, non solum Episcopali auctoritate, sed etiam, æmulatione ac virtute martyrii fruens in gloriam divinam. Sed post aliquot annos B. Lucifer,

ANTE ANN. C. CLX

In exilium pro fide actus S. Maximus,

substitutum sibi Zosimum excommunicat et moritur.

A cifer, de quarto exilio Romam pergens, ingressus est Neapolim Campaniæ, ad quem Zosimus venire tentavit: sed hunc Lucifer Confessor suscipere noluit, non ignorans quæ gesserat; imo et sancti Spiritus fervore, Episcopi et Martyris sententiam fortissime exequitur; dicens, quod Episcopatum ipsum, quem sibi ut adulter vindicat, speciali Dei judicio non habebit, et sic quoque sentiet pœnam suæ impietatis.

ejus sententiam confirmat S. Lucifer:

2 Sed non post multum tempus idem Zosimus, cum in cœtu plebis vult exequi Sacerdotis officia, inter ipsa verba Sacerdotalia ejus lingua protenditur, nec valet eam revocare intra oris meatum, eo quod contra morem naturæ extra os penderet ut bovi anhelo. Sed ut vidit se linguæ officium perdidisse, egreditur basilicam, et, res mira! foris iterum in officium lingua revocata est. Et primum quidem non intelligitur, in eum compleri sententiam Martyris Maximi et Confessoris Luciferi: sed cum hoc ipsum toties iterum patitur, quoties in basilicam diversis diebus intrare tentavit; ipse postremo recognovit, ob hoc sibi linguam inter Pontificii solennia verba denegari, ut sanctorum Episcoporum in eo latam sententiam probaret. Denique cessit Episco-B patu, ut lingua quæ cesserat redderetur. Non res antiquas referimus, quæ solent quadam ratione in dubium venire: nam et Zosimus hodieque in corpore est, usum jam linguæ non amittens, postquam malum cum sui Episcopatus amissione vivere, dolens de suis impietatibus.

cujus ille tum miraculo expertus, Episcopatu decedit.

3 *Hæc illi perperam ipsum miraculum torquentes ad sui schismatis confirmationem, cum pœnam Zosimi prædixerit* Lucifer, *non quia post lapsum perseverabat Episcopatum tenere sub titulo pœnitentiæ, sed quia eum* adulter occupabat, *vivente adhuc* S. Maximo *ordinatus, sicut Auxentius Mediolanensis vivente S. Dionysio; unde nec post mortem quidem SS. Maximi ac Dionysii fuerunt unquam pro legitimis agniti, eumque merito abominatus est* Lucifer, *cujus sanctitatem probavimus die* XX *Maji, amplo in eam rem scripto Commentario, illis ipsis verbis tunc usi. Nunc ex iisdem eruimus causam et tempus acti in exilium* S. Maximi, *mortemque in eo obitam, ob quam* Martyr *dicitur coliturque; sicuti S. Eusebius Vercellensis, ad Augusti Kalendas commemorandus. Et causa quidem exilii affertur,* quia fidem vindicarit rectam, consortiumque reprobavit hæreticorum; *non eorum, quos etiam post pœnitentiam a communione repelli volebant Faustinus* C *et Marcellinus (tales enim primum cœperunt post Ariminense Concilium, anno* CCCLIX *celebratum notari, indiscreto quorumdam zelo, qui denique in schisma degeneravit) sed qui sub specie pacificandæ Ecclesiæ, in Mediolanensi Pseudo-synode anni* CCCLV, *abolitum Homoousion, Sanctumque Athanasium damnatum volebant. Id ego factum crediderim post ejectos in exilium SS. Dionysium, Luciferum atque Eusebium: de his enim cum agitur, nulla uspiam mentio fit* S. Maximi; *imo et post dimissum Episcoporum conventum, cum is fidentius reprobaret per vim acta. Mox autem substitutum credo ab hæreticis* Zosimum, *contra quem ex ipso exilii nobis ignoto loco sententiam continuo protulerit* Maximus, *quam eo mortuo confirmaverit Lucifer anno* CCCLXII, *cum Julianus Apostata exulibus pro causa fidei Episcopis reditum ad Ecclesias suas permisisset.*

Maximus quomodo colatur ut Martyr.

Tempus exilii.

4 *Hunc reditum quam multis annis præcesserit obitus* Maximi, *sive quam diu hic in exilio vitam protraxerit, non habeo unde definiam: sed non potuit præcessisse tam multis, quam exigit initium S. Severi, temporibus S. Silvestri perperam attributum a Joanne Diacono, exhinc incipiente cum nominibus Episcoporum Neapolitanorum componere nomina Romanorum Pontificum; ejus fortassis exemplo et ductu, qui Vitam S. Severi,* S. Maximum *immediate secuti, scribere præsumpsit seculo* VIII, *qualem dedi* XXX *Aprilis, toto (ut ibi ostendi) cælo aberrans, et fortassis in talem errorem ab-*D *ductus, quia Martyrem coli* S. Maximum *videbat; ideoque consequens esse opinabatur, ut saltem sub Maxentio, tyrannorum Romæ et in Italia sævientium ultimo, passus* S. Maximus *fuerit, extremis Papæ Melchiadis annis. De illius ergo successore S. Severo, cui annos* XLI *attributos inveniebat, dicit, quod* fuit temporibus Silvestri Papæ et Constantini Augusti, et perduravit usque ad Damasum Papam, transiliens Apostolicos hos, Marcum, Julium, Liberium et Felicem. *Consequenter Joannes Diaconus scribit, successorem* Ursum, post quatuor solummodo annos Episcopatus sui obiisse sub Damaso; *tum* Joannem præfuisse, sub Siricio et Anastasio Romanis Pontificibus et Honorio Imperatore: Timasium, sub Cœlestino et Sixto usque ad S. Leonem Papam, Valentiniano III et Theodosio Minore Arcadii filio Imperantibus: *deinde* Nostrianum, *qui* sedit annos XVII; *et* Felicem, *qui sedit* annis IX, menses III, dies VI; *ac denique* Soterem, *qui* sedit annis XXI, temporibus nempe Hilarii, Simplicii, atque Felicis, Romanorum Pontificum.

Auctore D. P.

et hinc apud Joan. Diaconum

Chronologia successorum turbata ab auctore Vitæ S. Severi,

5 *Hæc ultima, ut ipsissima Joannis Diaconi verba, singulari charactere profert Ughelius; cetera vero de* E *Urso et successoribus, ipso quidem citato, sed absque tali nota; quare in postremis illis pedem figo, ut probem, toto cælo aberrasse illum Auctorem Vitæ S. Severi, nec diu ante annum* CCCLXVI *ordinatum fuisse* S. Severum, *inter quem et* S. Maximum *solus* Zosimus, *male ab Arianis intrusus, medius it. Eumdem interim errorem efficaciter refutat ætas* Calepodii *et* Fortunati, *quorum prior anno* CCCXLVII *Synodo Sardicensi interfuit, cum Hosio Apostolicæ Sedis Legato: posteriori, eodem vel sequenti, anno et decem annis post obitum S. Silvestri, directa est epistola Synodica Arianorum, Philippopoli Sardicensis Synodi nomen prætexentium; uterque autem erat Neapolitanus Episcopus, hic Latinus ac principalis, iste Græcus et secundarius, ut ostendemus ad diem istius S. Fortunati* XV *Junii. Evidens hoc argumentum est contra præfatum calculum, quo nititur præmissa Neapolitanorum Episcoporum, Severi, Ursi et Joannis; atque Romanorum Pontificum, Silvestri, Damasi et Siricii comparatio. Sed ex eodem nondum habetur annus, quo Episcopatu male occupato cesserit Zosimus: Cessisse autem non potuit, ante annum* CCCLXII; *quamquam S.* Maximi *mors potuerit, imo debuerit, aliquot annis citius accidisse: sicut et abdicatio Zosimi aliquantum serius. Hoc porro, unde initium S. Severi pendet, ut certius definiatur, placet a Sotere, prænominatorum ex Joanne Diacono Episcoporum ultimo, sursum niti per annos unicuique eorum ab eodem Joanne attributos; ex antiquiori videlicet Catalogo, jam olim ad Pontificiorum Catalogorum Similitudinem scripto; qualem etiam pro Mediolanensi Ecclesia ab olim traditum reperimus, et posteris successive auctum ante tomum ultimum Maji illustravimus.*

ex S. Fortunati decessoris ætate arguitur:

et ex annis, cuique a Joanne attributis. F

6 *Dicit ergo Joannes, quod* Soter sedit annis XXI, temporibus Hilarii, Simplicii et Felicis. *Hunc ostendimus ordinatum, in Februario anno* CCCCLXXXIII, *defunctum exeunte Januario anni* CCCCXCII. *Hilarum autem cœpisse sub finem anni* CCCCLXI. *Demus ergo* Soterem, *ordinatum anno* II *Hilari, obiisse anno* CCCCLXXXIII, *Felicis Papæ anno* IV; *et a* Sotere *sursum ascendamus, transiliendo tempora Pontificum sanctorum, Innocentii, Zosimi et Bonifacii (seu potius ad certiorem Pontificum et Episcoporum compositionem veniendo per annos, quibus Joannes ait sedisse* Timasium) *comperiemus, quod* Soteris *decessor* Felix *non potuerit citius cœpisse quam an.* CCCLV; Nostrianus. CCCCXLI, Timasius *saltem circa annum* CCCCXXIX, *qui Cælestino Papæ sextus fuit: sed idem a morte Anastasii Papæ annus est* XXVIII *sub cujus tamen Pontificatu,*

sic corrigitur, ut S. Severus sic esse it dicanti Zosimo 366

A *cata, ex præmisso Joannis calculo, obiisse debuit Ti-masii decessor Joannes. Dimissa igitur erronea illa* Joannis *cum Siricio Siriciique compositione, eumdem componamus cum temporibus Zosimi, Bonifacii, Cælestinique Pontificum, ordinatumque dicamus anno* CCCCXVI, *sedisse annis* XIII *aut* XII; *tum videbimus quod præcedentis* Ursi *anni* IV, *et* S. Severi, *patrui ejus anni* XLVI; Ursum *quidem faciunt ordinatum circa annum* CCCCXII, *uti statuit Ughellus*: Severium *autem circa* CCCLXVI, *quando Valentiniano, Juliani Apostatæ successori, licuit rem Catholicam sublevare in Italia; et, cedente schismatico ac sub intruso Zosimo, S. Severum substituere in Cathedram Neapolitanam, post* S. Maximum, *ante annos* VII *vel* VIII *defunctum, legitime canoniceque tenendam.*

nec inter ponatur alius Maximus,

7 *Baronius, aliter intellecta Marcellini atque Faustini relatione, Zosimo sufficit alterum* Maximum, *atque ab Arianis ordinatum, cujus communionem aversatus sit Lucifer; et Baronium secutus est Bartholomæus Chioccarellus, in Catalogo Antistitum Ecclesiæ Neapolitanæ, quem anno* 1643 *evulgavit, ideoque censuit, restringendum annorum numerum, qui S. Severi Episcopatui tribuitur; satis esse credens, si is sit numerus annorum vitæ ejus. Magis autem id fecit, ut locum inveniat* Ursicino, *quem Roma pulsum, Anastasius in Damaso dicit* constitutum Neapoli Episcopum, *anno* CCCLXVI. B *Fatetur quidem id negat Baronius, eo quod in decreto Imperiali anni* CCCLXXXI *legatur*, Ursicinum Galliis coerceri, et .... cohibet Agrippina secessio. *Chioccarellus autem subveretur, ne Anastasius, anno* DCCCLXXII *Neapolim missus ab Hadriano II legatus*, cum scriptum reperisset, Ursum quemdam fuisse Episcopum circa ea tempora, re indigesta suspicatus sit et opinatus, fuisse Ursum illum schismaticum. *Ego vero nihil video, cur non potuerit in Sedem,* Zosimi *cessione vacuam, ablegandus Roma* Ursicinus *designari: quemmodo* Symmachus *ordinatum sedem contentiose* Laurentium, *discussaque causa exauctoratum,* constituit in Nuceriam civitatem Episcopum, intuitu misericordiæ, *anno* CCCCXCVIII. *Iste tamen* Ursicinus, *vel a Neapolitanis,* Severum *postulantibus, receptus non fuerit; vel ire Neapolim recusaverit, necdum deposita spe summi Pontificatus, ad quem identidem tentarit regredi, non semel, sed sæpius Urbe pulsus: atque ita sua Anastasio manet auctoritas integra, nec tamen inter* SS. Maximum et Severum *interponitur aliquis veri nominis Episcopus Neapolitanus.* D

sed nec expellatur designatio Ursicini asserta ab Anastasio:

8 *Dolet prælaudatus Chioccarellus,* Acta S. Maximi temporis voracitate deperdita; cum inter præcipuos ejus Ecclesiæ Antistites et Martyres recenseatur, ejusque festum Ecclesia Neapolitana solenni ritu celebrare consueverit, ut ex ecclesiasticis Officiis, Longebarda littera exaratis, deprehendimus; ex quibus, S. Maximi Neapolitani Episcopi die XI Junii festum coli, perspeximus. *Hoc ut antiquaretur; et dies* XII *Junii assumeretur, teste Cæsare Eugenio Caracciolo, potior S. Barnabæ festivitas fecit:* conspiciebatur *tamen, ut ait idem Chioccarellus,* vetustissima S. Maximi effigies, Pontificiis vestibus atque aureola insigniti, Græcorum more depicta, in S. Fortunati ecclesia. Meminit insuper illius Episcopi Joannes Diaconus Neapolitanus, *qui floruit sub finem seculi* V, in Episcoporum Chronico hisce verbis: Maximus Episcopus X, ab ineunte ætate sua strenuus et omni modo moderatus, sanctæ Ecclesiæ militavit: et ipse prius in ecclesia B. Fortunati, Sacerdotis et Christi Confessoris, est conditus; nunc vero in oratorio ecclesiæ Stephaniæ, partis E lævæ introeuntibus, sacro altario adeptus exultat. *Operæ pretium fecerit, quisquis Catalogum tam antiquum in lucem integrum dederit.*

S. Maximus cultus olim 11 Junii nunc 12

corpus variè translatum

9 B. Fortunati *memoriam faciemus* XV *Junii. Imo de illius Sanctique* Maximi, *in ecclesiam S. Euphebii recenti inventione, jam egimus ad diem* XXIII *Maji: ubi de tunc pariter invento corpore* S. Euphebii. *Ea cum tribus communia sint, nihil attinet hic repetere. Ibi tamen corrigi vellemus quædam, et stabilire communem eorumdem requiem in ecclesia Stephania, ab anno circiter* DCCLXIII *(quo duos illos istuc intulit Paulus, ex duobus, eo nomine, Stephano intermedio, sibi succedentibus, Primus et Senior dictus usque ad Regum Normannorum tempora; sub quibus ad Euphebianam ecclesiam tunc restauratam, una cum S. Euphebio translati fuerint. Hæc autem correctio commodius explicabitur ad memoriam* S. Fortunati.

inventum nuper in ecclesia S. Euphebii.

DE S. ONUPHRIO ANACHORETA,

C F

IN ÆGYPTO.

COMMENTARIUS PRÆVIUS HISTORICO-CRITICUS

C. I.

§ *I. De cultu, Reliquiis, Vitis.*

Forte sec. IV vel V.

Colitur plerisque 12 Junii tam Græcis

Onuphrii *magnum ac celebre nomen est: magnum item ac celebre Paphnutii: quorum ab altero actum, ab altero narratam illustramus historiam: quamvis, in tanta celebritate nominum, non facile sit claram distinctamque notitiam personarum invenire; uti mox videbimus, cum de* Onuphrii *cultu ecclesiastico, Reliquiis, Vitaque a variis scripta præmiserimus nonnulla. Apud Græcos celeberrime colitur die* XII *Junii, in eorum Horologiis, Menæis, Menologiis. Et Menologia quidem, quæ interpretatus est Sirletus, expresse addunt,* Diem natalem ejus celebrari XII Junii, in sanctissimo ipsius oratorio in monasterio S. Alypii. *Qui textus Græce vix potuit diversus esse a clausula Elogii Onuphriani in Menæis, præterquam quod dies* XII *initio præfixus, hic omittatur. Clausula autem hæc est:* Τελεῖται ἡ αὐτοῦ σύναξις ἐν τῷ ἁγιωτάτῳ εὐκτηρίῳ, τῷ ὄντι ἐν τῇ μονῇ τοῦ ἁγίου Ἀλυπίου. *Eodem die* XII *mortuum, notat Vita nostra Græca, quam damus. Eodem colitur apud Baronium in Martyrologio Romano, apud Molanum etiam aliosque Latinos.*

quam Latinis:

2 *Quamobrem audiendi non sunt Maurolycus, Galesinius, Canisius; qui eumdem quem Lipomanus aut Rosweydus impresserunt, textum secuti, diem* XI *cultui ejus assignant. Minus etiam audiendus, qui in Martyrologio suo, ad usum Alsatiæ scripto sub nomine Usuardi,* Onuphrium *ponit, cum longiusculo elogio,* 17 *Junii. Pancirolius, ubi de ecclesia* S. Onuphrii *Romæ in Janiculo, frustra nititur utramque priorem sententiam inter sese conciliare; morti ejus diem* XI, *translationi vero* XII *tribuens. Nam die* XII *expresse ponitur mortuus in MS. nostro. Tum vero, unde constat*

(usque mortis non Translationis dies est)

A *stat de Translatione? quando facta ea fuit? et quem in locum? quis penetravit per inviam aridamque eremum, ac invenit speluncam, soli Paphnutio cognitam, inventaque inde abstulit lipsana? Addit idem Pancirolius, in dicta* Onuphrii *ecclesia ejus festum celebrari* XII *Junii a Monachis, aut potius Eremitis, locum illum incolentibus: cum tamen Diaria, quæ festa urbis Romæ notant per anni cursum, diem* XII *expresse signent.*

etiam Romæ

3 *Fratres quoque Minores, variis in locis, Conventus suos, sive ob situm in solitudine, sive ob commoditatem contemplandi, sive aliam ob causam,* S. Onuphrium *nuncuparunt consecraruntque: quales sunt in provincia S. Angeli, prope Coleriam, et Histonii; in provincia S. Joannis Baptistæ, Setabis; in provincia S. Gabrielis, prope Safran; in provincia Marchiæ, Fabriani, ubi Moniales inhabitant. Beneventani jam olim templum eidem dedicarunt, ejusque Reliquias in ecclesia S. Sophiæ, ut scribunt, conservant; festumque ritu duplici colunt* XII *Junii: quo die indicat hæc omnia D. Marius de Vipera, in Catalogo Sanctorum Ecclesiæ Beneventanæ, citans librum antiquum et tabulas marmoreas, his verbis:* Onuphrius B Anachoreta, in vasta Ægypti eremo; sexaginta annis vitam religiose peregit, et magnis virtutibus ac meritis clarus migravit in cœlum pridie Idus Junii. Ejus Reliquiæ in ecclesia S. Sophiæ asservantur. In cujus Sancti honorem extat templum, Beneventi erectum, prope civitatem extra portam Caloris, ubi per dies octo solennes nundinæ habentur. *Pancirolius etiam, loco supra citato, fatetur quidem, nesciri ubi ejus sit corpus; ait tamen, illic reperiri partem brachii et cruris ejus. Ait insuper Paulus Regius, in sua ad Sancti hujus Vitam a se Italice factam, præfatione; quod opera R. P. F. Antonii Veneruicci, apud Eremitas S. Hieronymi, Congregationis beati Petri Pisani Vicarii Generalis, Roma Neapolim perlata sit pars Reliquiarum* S. Onuphrii, *nempe brachii dexteri: quæ recondita fuit in templo S. Mariæ Gratiarum, concesso Eremitis congregationis prædictæ anno* MD. *In adjuncto quoque ecclesiæ claustro, depicta cernitur tota* Onuphrii *vita; uti et in Romano. Hæc pro certis credi firmius possent, si de Translatione aut inventione corporis aliunde annotasset aliquid; clamantibus Actis, perquam difficulter eam potuisse factam esse.*

et Beneventi in ecclesiis propriis

ubi et Reliquiæ ejus dicuntur haberi

4 *Suteræ quoque, civitate Siciliæ, honor* Onuphrio *singularis impenditur, utpote cui cum* SS. Paulino *et* Archirione *patrocinium civitatis commissum est. Servatur ibidem, in ecclesia S. Paulini, inclusum* arcæ C argenteæ corpus integrum S. Onuphrii, ex traditione filii Regis Ægypti, cujus festus dies colitur XII Junii, *uti refert Rocchus Pirrus in Sicilia Sacra pag. mihi* 950. *Debet istic intelligi* Onuphrius *de quo nos modo, ut colligi potest ex die publica venerationis; tametsi hic dicatur fuisse* filius Regis Ægypti, *qui infra fingitur* Regis Persarum filius; *utrobique sine ullo fundamento. Cum vero ipsi Siculi nesciant, quo pacto corpus illud ad se pervenerit; nos autem infra concipere vix possimus, quomodo et a quo primitus inventum translatumque sit e solitudine; relinquimus cuilibet sententiam Pirri confirmandam, qui id possit. Imo sicut illi, amissis veteribus monumentis, allucinati sunt in* S. Paulino, *imaginati sibi Nolanum, de quo* XXII *Junii Papebrochius; sic etiam, sola nominis similitudine ducti, potuerunt ad hujus diei Anachoretam respexisse: cum ille interim vel indigena fuerit, vel ex Africa aut Ægypto advena, verosimilius ibi obierit. Neque facilius probatu fuerit, illud corpus esse alterius* Onuphrii, *de quo mentio fit apud Surium die* 5 *Novembris, in Vita SS. Galactionis et Epistemes, qui sub Decio passi leguntur in Menologio. Differt autem* Onuphrius *iste a nostro; loco, conversatione, gestis. Habitavit quippe apud Emesam Phœniciæ; ter-*

Differt verosimiliter ab eo cujus Corpus Suteræ in Sicilia;

item ab Onuphrio Phœnice,

satus est inter homines; precibus suis Leucippæ ante sterili prolem impetravit Galactionem; quæ et alia plura in Onuphrium, *Ægyptium ac solitarium, minime cadunt.* D

SECTIO I.

5 *Veniunt porro Acta illa* S. Onuphrii *sub nomine* Paphnutii *Abbatis, qui Scriptor aut potius narrator eorum fuerit. Pro quo notari debet, peregrinatum ivisse* Paphnutium *in eremum interiorem; et quæ illic viderat audieratque, reducem non multo post tempore narrasse duobus Fratribus in Ægypto, qui illa ex ore ipsius exceperint ac litteris mandarint. Potest autem tota illa peregrinationis historia, uti apud Lipomanum et Surium impressa legitur, trifariam dividi; sic ut prima pars contineat iter* Paphnutii *usque ad inventionem* Onuphrii; *tertia, reditum ejus in Ægyptum; media vero, dicta gestaque ipsius* Onuphrii; *quæ a nonnullis seorsim descripta fuerunt, omissis prima ac tertia partibus, uti factum est in Vitis Patrum Rosweydi, et in MS. nostro Græco quod hic edimus, aliisque. Tota peregrinationis historia extat Græce in bibliotheca Cæsarea, Cod.* 34 *inter Historicos, sub hoc titulo, qui plane coincidit cum Suriano:* Βίος καὶ πολιτεία τοῦ ὁσίου καὶ θεοφόρου Πατρὸς ἡμῶν Ὀνουφρίου, τοῦ Ἐρημίτου καὶ ἄλλων πατέρων, ὧν ἐγὼ Παφνούτιος συγγραφεὺς γνῶναι κατ' οἰκονομίαν Θεοῦ E ἀξιωθεὶς, φιλοθέοις ἀδελφοῖς γνωρίσαι, καὶ ἱστορεῖν ταῦτα τολμῶ. Vita et conversatio sancti divinique Patris nostri Onuphrii Eremitæ, nec non aliorum Patrum, quos ego Paphnutius Anachoreta, Dei providentia nosse meritus, religiosis Fratribus notos feci, et eorum gesta commemorare audeo. *Eamdem Narrationem, alibi inventam, indicat Allatius in Diatriba de Simeonum scriptis pag.* 89. *Utrobique idem principium est Narrationis, quod et in MS. nostro,* Ἐν μιᾷ τῶν ἡμερῶν *etc. Utinam Allatianum exemplum nacti fuissemus, fortasse correctius scriptum, quam Cæsareum aut Bavaricum, a quorum postremo nostrum desumptum est! uti enim notat Lambecius, codicem Cæsareum vitiosissime scriptum esse; ita de Bavarico idem queritur is, a quo descriptum inde exemplum accepimus nos. At quod hic edimus, nonnullis, quoad probabili conjectura potuimus, correctis, quo minus legentis oculus retardaretur.*

etiam Onuphrii Vitam continens,

tota extat in biblioth. Cæsarea Græce,

6 *Eamdem integram Narrationem Latine edidit Aloysius Lipomannus ex MS. Veneto, et ex illo deinde Surius; cum Petrus de Natalibus utroque prior, compendium ejus impressisset libro* 5, *cap.* 106 *et* [illegible] *sequentibus. Extat eadem non integra, sed quatenus de* Onuphrio *agit, inter vitas Patrum, a Rosweydo nostro editas, libro primo. De hac operæ pretium fuerit hic notasse, vitam illam, antiquis collectionibus de Vitis Sanctorum Patrum, passim insertam non fuisse. Imo diligens investigatio Rosweydi. Prolegomeno* 19 *et* 22, *docet, a primis etiam impressis editionibus eamdem abfuisse; et deinde Norimbergensi editioni anno* 1478, *cum aliis aliquot vitis, primum fuisse adjectam. Adeo ut nihil in se piaculi admissurus, nihil auctoritatis detracturus sit Vitis Sanctorum Patrum aliis, si quis huic uni, tam recenter illis adjunctæ, non attribuerit parem fidem atque ipsis.*

et apud Surium Latine:

F

Acta Onuphrii non ita pridem Vitis Patrum addita sunt.

7 *Præter indicatas jam Narrationes, partim visas nobis, partim non visas; alias habemus nos manuscriptas, tam Græcas, tum Latinas: quarum et præcipua et omnium antiquissima est illa, quam e bibliotheca Ducis Bavariæ Græce excerptam diximus supra; eamque ipsi novam versionem Latinam fecimus: et utraque lingua, alternis columnis proposita, conformior utrobique* [illegible] *Suriana aut Rosweydiana,* [illegible] *sertim ultimo,* [illegible] *Græco. Altera* [illegible] *Vita, uti et tertia, priorem illam, modo dictam, pro exemplo habuerunt,* [illegible] *sunt,* [illegible] *fundamen-*

Vitæ nostræ MSS. indicantur, desumptæ e bibliotheca Bavarica,

tum

A *tum suum non habeat. Differunt tamen in hoc, quod* AUCTORE C. J. *altera solam* Onuphrii *vitam complectatur, eamque rhetoricè ornet, altera vero contineat etiam atque ornet illa, quæ tertiam peregrinationis partem constituunt de Paphnutii reditu.*

8 *Prior descripta fuit Romæ, ad exemplum quod* *Vaticana,* *bibliotheca Vaticana conservat, Cod.* 1190 *pag.* 606, *sub hoc titulo;* Βίος καὶ πολιτεία τοῦ ὁσίου καὶ θεοφόρου Πατρὸς ἡμῶν Ὀνουφρίου τοῦ Μεγάλου. Vita et conversatio sancti et deiferi Patris nostri, Onuphrii Magni. *Incipit autem ipsa,* Τοῖς τῶν ἀνδρῶν ἀρίστοις καὶ σπουδαίοις καὶ σφοδροῖς περί τι τῶν καλλίστων ὡς μάλιστα χρέος εἶναί φασι. Maximum viris probis ac *Ambrosiana Græce:* studiosis virtutis emolumentum adferre dicitur. *Posterior desumpta est Mediolani ex bibliotheca Ambrosiana ubi extat in codice pervetusto, qui notatur empius fuisse Consentiæ in Calabria et expositus nunc est signatus T num.* 228 *in quarto. Titulus est,* Βίος τοῦ ὁσίου Πατρὸς ἡμῶν Ὀνουφρίου *Principium vero* Ἀρετῆς ἔπαινος κέντρον τοῖς φιλαρέτοις εἰς ἀρετήν· ἀρετὴ δὲ δῶρον Θεοῦ τὸ κάλλιστον, δι' ἧς εὑρεθῇ τε αὐτῷ καὶ θεωρεῖται. Virtutis laudatio stimulus ad virtutem est ejus studiosis : virtus vero Dei donum est præ- B stantissimum, qua mediante unimur ipsi, et qua deificamur.

9 *Vitas itidem MSS. Latine habemus duas, alteram* *Latine vero ex MS. Leodiensi et Blauburano;* *e S. Jacobi in insula Leodii, ubi extat recenti manu exarata in charta; alteram, olim ad P. Bollandum missam a P. Christophoro Steborio, quam et extare in MS. Blauburano indicavit subinde Joannes Gamans. Prior continet, præter vitam* Onuphrii, *priorem quoque peregrinationis partem deficiente posteriore de reditu Paphnutii in Ægyptum. Incipit :* Paphnutius, humilis servus vestræ Sanctitatis, Dei famulis salutem : Pax vobis et gratia Salvatoris nostri Jesu Christi permaneat. *Posterior Vita, præmisso Prologo, tribus libellis, in Capitula* 30 *distinctis, absolvitur. Prologus, tam peregrinus, quam longus videri potest. Congerit plura de ratione nominis* Onuphrii *: disputat, sed parum feliciter de ætate ejus et capillitio pro-* *quæ absonum Prologum,* *lixo ; de imagine ejusdem, cur coronata et cruce duplici insignita pingatur; de Paphnutio, cur timuerit conspecto* Onuphrio. *Vocat ipsum* dulcissimum Patronum suum. *Dolet etiam, quod* de ortu gestisque ejus, ante ingressum in eremum, scire nihil potuerit : *modoque gaudet,* viros ecclesiasticos ac laicos, eidem Sancto devotos, nuper effecisse ut ab ejus laudabili monasterio urbis Romæ, ubi in ejus nomine Apostolica consecratione fulget ecclesia, ple- C nam historiam, ab ejus ortu et deinceps, gratulanter acceperit descriptam.

10 *Sed nihil est cur gaudeat Auctor novo illo, ut* *et male consutam nativitatis* *putat, thesauro; cum vere luteum sit opus, audacter inscitеque confictum, quidquid de ortu et vita, ante ingressum in eremum, libello primo congeritur. Cum ibi* Onuphrius *fiat (tacentibus reliquis, et ipsa rerum novitate fidem sibi adimente) Regis Persarum filius, qui, monitente diabolo Regi, e servo conceptum esse, vix natus in ignem conjectus sit, atque inde illæsus evaserit : docente vero Angelo Regem errorem suum, Christiano more baptizatus,* Onuphrius *appellatus, et a Patre Rege in Ægyptum deportatus, nutrice cerva per viam altus sit. Quod eadem cerva, usque ad monasterium comitata, per triennium ubera ei sua præbuerit; quodque ipse triennis, certe septennis minor, Monachis in* *ac pueritiæ narrationem adjunctam habet.* *amoribus fuerit propter admirabiles virtutes, quibus jam tum cluerit; quod denique anno ætatis octavo in Abbatem electus, provide monasterium gubernaverit. Secundus libellus tantumdem veritatis habet, atque Vita a nobis hic edenda : cum reipsa vix ab illa differat. Tertius reditum Paphnutii in Ægyptum prosequitur, eo fere modo quo est apud Surium. Fuit etiam, quod miretis qui hanc ipsam vitam cum sua prima* *parte, tam male consuta, dignatus sit Italica lingua,* D *illustrissimus alioquin auctor et multorum regni Neapolitani Sanctorum encomiastes.*

§. *II. De Onuphrii Paphnutiique gestis ac personis; et fide tribuenda actis illius.*

Egimus *modo de variis* Onuphrii *Vitis, auctorem* *Gesta et persona Onuphrii aliunde ignota,* Paphnutium *præferentibus; quod una utriusque nomina, quam magna celebriaque sunt, tam non certa distinctaque ipsarum personarum et rerum gestarum aliunde habeatur notitia. Quo enim* Onuphrius *ille, aut cui notus? qui de se ipso asserit in Vita num.* 3, *quod annos* LX *in solitudine degens,* hominem carne indutum viderit nullum, solo excepto Paphnutio? *Et huic ipsi etiam perexiguum sui videndi spatium dedit; biduum nempe ultimum vitæ, ipsumque non integrum. Quis porro ille ipse* Paphnutius? *Quo devenit? Ubi reliquam ætatem exegit? Quo tempore vixit? Recenset Martyrologium Romanum* Paphnutios *uti et Paphnutii peregrinatoris,* *omnino tres : duos quidem Martyres, tertium vero Episcopum Confessorem, notissimum illum* Paphnutium, *sub Galerio Maximiano, effosso oculo et poplite exciso generosum pugilem; deinde sub Constantino Magno adversus Arianos fidei Catholicæ strenuum defensorem.*

11 *Recensent item Vitæ Patrum* Paphnutios *alios,* E *qui ab aliis ejusdem nominis differt,* *puta* nominatissimum *illum, ut loquitur Ruffinus,* Anachoretam, habitatorem deserti in regionibus Heracleos, splendidæ apud Thebaidam urbis; *qui Thaisim meretricem convertit; quique precatus Deum ut sibi, cui similis esset sanctitate vitæ, revelaretur, ea occasione tres viros ad monasticam perfectionem adducit. Alterum habent* Paphnutium, *clarum Alexandriæ virum, patrem S. Euphrosynæ, qui et ipse in monasterio vitam sancte finivit. Tertium addunt* Paphnutium Cephalam, Abbatem, *quem Palladius singulari Scripturas interpretandi scientia præditum fuisse, et annis* LXXX. *duas simul tunicas non habuisse, asserit. Denique ponunt* Paphnutium, *S. Macarii discipulum, de quo idem Palladius. Sed nullum indicium in horum omnium Actis invenio, quod vel suspicionem moveat, aliquem eorum fuisse illum, de quo hic agimus,* Paphnutium, *Vitæ Onuphrianæ auctorem. Certe si quis illorum tam sanctam expeditionem suscepisset in desertum, ac talia vidisset audissetque, qualia noster vidisse audisseque memoratur : æquum omnino erat mentionem illius aliquam fieri inter alia minoris momenti narrata.*

13 *Si igitur tam ignotus aliunde* Paphnutius *est,* F *unde minor fides scriptis ejus.* *cujus solius narratione quam, ignoti pariter Eremitæ exceperint calamo, ad posterosque transmiserint innotescant Acta* Onuphrii; *nescio quanta his fides adhibenda sit : præsertim cum in illorum decursu nonnulla audacius aut insolentius dicta scriptaque legantur, quam deceat Sanctos. Ut enim de Angelo quotidie panem afferente ad* Onuphrium, *aliisque ejusmodi nihil dicam, quia minus insolita sunt; insolitum sane atque inauditum est, Angelorum ministerio sacram Eucharistiam quot hebdomadibus afferri non tantum ad hominem unum, sed ad omnes, qui in eremo illa, segregati ab humano consortio vivebant, eosdemque pro libitu quodammodo suo in cælum mente abripi, et societate Sanctorum ibi gaudere; uti num.* 11 *narratur. Quid dicam de promissis num.* 12, *ac deinceps relatis?* *multa etiam, vix credibilia narrantur.* *An justorum, in seculo adhuc viventium, ea cogitatio, ne dicam sermo sit; qualis* Onuphrio *isthic tribuitur; ut se post obitum pro Sancto velle coli insinuet, cultoribusque suis certa præmia, soli Deo distributori subjecta, confidenter promittat? Quid? quod sibi ipse contradicat, dum num.* 3 *asseveranter contendit, quod annis* 60 *in solitudine moratus,* hominem carne indutum viderit nullum, solo Paphnutio excepto. *Numero vero*

A *vero 9 fatetur*, quotannis semel visitatum *se fuisse a suo ductore et institutore Eremita, quoad hic obiret.*

et non satis certum sui auctorem indicantibus.

14 *Quid porro de* Paphnutio? *Narraveritne tantum suam ipse peregrinationis historiam; an scripserit etiam? Ex historia constat; narravisse aliis, qui ipsam ex ore ejus exceperunt conscripseruntque: quod dum ipse* Paphnutius *jubetur indicare, arguitur etiam ipse historiam suam scripsisse, contra quam supponi videtur: uti prudens lector ex ipsis historiæ verbis per se poterit colligere. Sub finem sic habet:* Cum autem venissem in Ægyptum *(hæc narratio* Paphnutii *censenda est)* itinere trium dierum, inter ambulandum, inveni duos Fratres Deum timentes. Apud ipsos autem quievi ad decem dies, annuntians eis illa quæ vidi, et ea quæ mihi acciderunt. Ipsi vero mihi respondentes, dixerunt cum omni gaudio: Vere, Frater Paphnuti, magnam gratiam es consecutus, qui dignus es habitus ut videres magnos et perfectos Dei servos. Ipsi autem Fratres benigni et clementes, diligebant Deum ex tota anima. Nominatur autem locus eorum Scites. Cum vero audissent ea quæ ego illis narravi, ea diligenter conscripserunt, et celeriter currentes obierunt totam Scitem *(hæc saltem*
B *non narrantis tantum, sed scribentis etiam* Paphnutii *censeri debent: nisi tertii cujusdam interpolatoris esse malis: cui ego non difficulter totam historiam tribuero)* ferentes librum quem conscripserunt ex mea narratione. Et postquam ea legissent sanctis Patribus, acceperunt eum in ecclesiam. Quem quidem illic reliquerunt, ad lucrum et lætitiam iis qui credunt et ea audiunt. Nam qua hora voluerint hæc meditari, magis benedicunt Deum et Sanctos, pleni lætitia et exultatione: cum hi sermones sint pleni contemplatione, quam ego minimus servus Paphnutius, Dei providentia dignatus sum assequi. Sit autem gratia et pax Domini nostri Jesu Christi nobiscum, intercessionibus sanctorum Patrum, cui ei placuerunt, nunc et semper et in secula seculorum. Amen. *Atque hæc prolata sunt, ut Lector judicare de scriptore Peregrinationis possit.*

Tempus quo vixerit Onuphrius incertum.

15 *Jam vero si de tempore, quo vixerint Eremitæ* Onuphrius Paphnutiusque *indages; æque hic incerta, imo ignota plane sunt omnia, nullo illud charactere aut indicio usquam in Actis prodente. Nam quod Florarium nostrum Sanctorum MS.* migrasse Onuphrium a seculo *dicat* anno salutis 370; *nescio quo auctore vel unde hauserit. Idque ipsum se pariter nescire, notavit pridem Rosweydus ad vitam* Onuphrii, *Nota-*
C *tione* 26. *Ut mirum sit Lambecium tomo 8 Comment. hujus auctoritate perperam citata, annum prædictum* 370 *morti ejus sine dubitatione adscribere. Quod si quis tamen admittat, vixisse* Onuphrium *eodem tempore quo anonymus ille Episcopus in vitis Patrum, cujus gesta, paulo post adducenda,* Onuphrianis *persimilia videbuntur, quamquam breviora sint: uterque (si tamen diversi censendi sunt) vixisse et obiisse potest circiter annum* 370 *prædictum. Cum enim Episcopus ille advenientem ad se peregrinatorem interroget, Num adhuc sint persecutiones; commode intelligi potest interrogatio de persecutione Juliani, late per ministros suos sævientis in Christianum nomen; uti et responsio interrogati, cessasse omnino persecutiones, quod per obitum Juliani, anno* 363 *mortui contigerat.* D

AUCTORE C. I.

16 *Locus videtur aliquanto propius indicari quam tempus, dicique posset ob vastitatem sterilitatemque suam esse eremus illa, quæ inter immensas Ægypti solitudines famosissima,* Oasis *appellatur, ab ejusdem nominis civitate. Cujus conjecturæ nostræ probabilitas, si non et certitudo, eruitur ex historia Paphnutii apud Surium, dicentis se in interiorem profectum esse solitudinem,* ubi est genus eorum qui dicuntur Mazici. *Mazici autem sunt circa Oasin ejusque eremum, ut* §. IV *videbitur in Narratione, e Vitis Patrum deprompta. Est porro Oasis duplex, major et minor, in extremis Ægypti finibus, teste Procopio de bello Persico: describiturque a Zozimo lib* 5, Locus insigniter sterilis, (*fuitque reorum exilio subinde deputatus*) e quo nemo posset evadere, qui eo deportaretur. Nam quod aliunde huc euntibus interjectum solum occurrit, arenosum, vastum prorsus, et inhabitatum, notitiam pergentibus in Oasim omnem adimit; tum quod venti vestigiis arenam ingerant; tum etiam quod nec arbor ulla, nec domicilium sit, quæ indicium aliquod iter facientibus ad conjecturam relinquere possint. *Fuerunt tamen et aliæ solitudines in*
Ægypto ejusque confiniis vastissimæ, ut incertum maneat, quænam habitatorem Onuphrium, *et peregrinatorem* Paphnutium *nacta potissimum fuerit.* E

uti fere etiam locus,

qui videtur Oasis fuisse

Peregrinatio Paphnutii

17 *Atque ita habemus pleraque hactenus incerta; habemus et nonnulla, ad personam* Paphnutii *ejusque Narrationem spectantia, quæ movebunt fortassis Lectorem, ut non illico manibus pedibusque, (ut dici solet) abeundam sibi putet in sententiam illorum, quamvis plurimorum, qui Vitam illam sine examine ab iis et aliis scripserunt eduderuntve, tamquam probatissimam atque omni exceptione majorem. Eodem movere etiam poterit suspicio nostra (quam tamen pro suspicione tantum haberi velim) quod tota illa Peregrinationis Paphnutianæ historia ex Vitis Patrum hinc inde consarcinata sit ab otioso quopiam, qui aut alienis Actis e cerebro suo affinxerit certa nomina; aut certis Sanctorum, ceterum obscurorum, nominibus aliena Acta applicuerit. Sane e tribus, quibus Peregrinationem totam dicimus constare partibus, prima totidem pene verbis legitur in Vitis Patrum lib.* 6, *tribuiturque anonymo cuidam Solitario. Altera ibidem legitur, contractior quidem quam apud* Paphnutium, *in præcipuis tamen punctis re ipsa persimilis: quamvis inter utramque Narrationem illud intercedat discriminis, quod in Vitis Patrum uterque, tam is qui narrat, quam is de quo narratur, anonymus sit; et uterque Episcopus fuisse perhibeatur. In peregrinatione autem nostra alter nominatim* Paphnutius, *alter* Onuphrius *appelletur; neuter vero Episcopus fuerit. Ut vero clare cognoscatur primam peregrinationis Paphnutianæ partem eamdem plane censeri posse cum illa anonymi Fratris, quæ ab omni memoria Vitis Patrum inserta, in editione Rosweydi legitur libro* 6, *libello* 3 *num.* 11, *interprete Joanne S. R. Ecclesiæ Subdiacono, qui putatur ibidem in Prolegomenis, seculo* 6 *floruisse, et Pontifex Romanæ Ecclesiæ præfuisse. Ut, inquam, id clare cognoscatur, sisto hic utramque Narrationem, alternis columnis inter se compositam.* F

forte consarcinata ex Vitis Patrum.

§ III.

Peregrinationis Paphnutianæ pars prima, ut est apud Surium 12 Junii.

Paphnutius tendit in eremum quatriduo, et invenit mortuum hominem in spelunca:

Quodam die studium adhibui, ut in interiorem venirem solitudinem, et viderem an esset ullus alius Frater Monachus, qui interius meo serviret Domino. Cumque surrexissem, profectus sum iter quatuor dierum in interiorem solitudinem, licet nec panem

Peregrinatio solitarii anonymi, ut est in Vitis Patrum libro 6, libello 4, num. 11.

Anonymum, Frater tendit in eremum quatriduo, et invenit mortuum hominem in spelunca:

Narrabat quidam solitarius Fratribus, qui erant in Raythum, ubi sunt septuaginta arbores palmarum, in locum, ubi applicuit Moyses cum populo, quando egressus est de terra Ægypti, sic dicens: Cogitavi aliquando, debere me ingredi in interiorem eremum, si

A

AUCTORE C. I.

panem interim comedissem, neque vinum aut aquam bibissem. Quarto autem die, cum pervenissem ad antrum venerabile, mansi hora una pulsans ostium, sperans fore, ut pro more egrederetur aliquis ex Fratribus, et me ipse salutaret. Cum vero pulsassem, et nemo respondisset; aperui ostium, et ingressus sum clamans, Benedic. Cumque vidissem quemdam sedentem, tetigi ejus humerum: fuitque tamquam lanugo. Cumque reliquum corporis contrectassem, inveni eum jam longo tempore mortuum. Vidi vero pendens quoque colobium. Cumque ego id tetigissem, evasit non secus ac pulvis in manu mea, adeo ut ego statim me veste propria exuerim, promptoque et alacri animo propriis manibus effossa terra arenosa, ejus deposuerim reliquias, cum precibus et multis lacrymis.

aliam invenit speluncam sine incola,

19 Illinc autem egressus, profectus sum ad interiores partes solitudinis. Invenio autem in altera spelunca veluti vestigia hominis. Cumque cognovissem aliquem in ea habitare, fui parum animo commotus. Cum autem pulsassem, et nullam vocem audiissem, ingressus sum in eamdem speluncam. Cumque nullum invenissem, sum egressus, reputans, servum Dei illic solitum se exercere. Cum autem invenissem propriam ejus cellam, in qua similiter

B

nullus erat, perseveravi manere toto die, cupiens salutare hominem, et citra ullam intermissionem dicens ex Psalterio. Cum ille autem dies finiretur, vidi gregem bubalorum venientem, et Fratrem ambulantem in medio eorum. Cum vero ii prope me venissent, illum quidem vidi virum veste nudum, pilis autem tectum corpore. Qui cum pervenisset in eum locum in quo stabam, et me putasset esse spiritum, mansit orans. Multi enim spiritus in iis locis eum tentarant, quemadmodum ipse postremo mihi narravit. Dixi autem ei: Cur times, serve Jesu Christi Dei nostri? Contemplare et vide gressus meos, ut scias, quod sum homo, sicut tu. Palpa me, ut videas quod caro et sanguis ego sum. Ipse autem cum me esset contemplatus, et gratias egisset, dixit, Amen. Ego vero rogavi eum, et persuasi, ut me in suam speluncam deduceret. Ille autem ex me quæsivit, quomodo eo accessissem. Ego vero ei audacter scopum meum et institutum exposui: nempe quod, cum vellem cognoscere Christi servos, qui sunt in solitudine, illuc accessi, nec Deus eo me fraudavit desiderio.

quem vesperi videt venientem inter bubulos nudum.

20 Tunc ex eo sciscitatus sum, dicens: Quomodo huc venisti, et quanto tempore habitasti in hac

C

solitudine, et quamobrem nudus incedis, nulla re tectus? Is autem hæc mihi dixit: Ego fui nuper Monachus, degens in cœnobio Thebaidis, magnoque et fidenti animo operans. Statui autem egredi ex illo cœnobio, et solus quiete habitare in monasterio, studens majorem invenire mercedem. Hanc cogitationem cum lubenter suscepissem, ædificavi parvam cellulam, et solus in ea habitavi, artem exercens meis manibus: quo factum est, ut multi quoque ad me accederent, jubentes mihi opus, quod meis facerem manibus. Neque vero mihi parvi fructus ex iis redibant, ex quibus, pauperibus et egentibus et hospitibus suppeditabam. Inimicus autem, qui est omnino bonis infestus, illo mihi tempore invidens, et meum erga Deum vehementem scopum et institutum impedire cupiens; cum subiisset mentem cujusdam Monachæ, quæ apud me fuerat, jubens parvum aliquod opus; effecit, ut ea ad me rediret. Quo factum est, ut libere inter nos locuti, simul quoque habitaverimus; et postremo (quod est gravissimum) iniquitatem pepererimus, et sex menses in peccato manserimus. Postea autem cum mihi in mentem venisset meæ vitæ finis, et æternum ac magnum judicium, et tenebræ exteriores, et ignis qui

Cum esset is Monachus in Thebaide,

cellam seorsim extruxerat specie majoris boni:

ubi cum Monacha in peccatum lapsus,

D

si forte invenirem aliquem interius me habitantem in eremo, et servientem Domino nostro Jesu Christo. Ambulans autem quatuor dies ac noctes inveni speluncam: et cum appropinquassem, respexi intus, et vidi sedentem hominem, et pulsavi secundum consuetudinem Monachorum, ut egredientem salutarem eum. At ille non movebatur; requieverat enim in pace. Ego autem nihil dubitans introivi: et cum tenuissem scapulam ipsius, confestim dissolutus est, et factus est pulvis. Deinde aspiciens, vidi colobium pendens: cum vero et hoc tenuissem, dissolutum est, et in nihilum redactum est.

aliam invenit speluncam sine incola,

19 Cum autem de hoc hæsitarem, egressus sum inde, et perambulabam in desertum; in quo rursus aliam reperi speluucam, et vestigia hominis ibidem. Factus sum autem alacrior. Appropinquans autem ad ipsam speluncam, ut iterum pulsavi, et nemo mihi obaudivit, ingressus, nullum inveni. Stans autem foras speluncam, dicebam intra meipsum: Quia hic oportet venire hunc servum Dei, ubicumque fuerit. Cum vero jam præterisset dies, vidi bubalos venientes, et illum servum Dei venientem cum eis nudum, de capilis cooperientem quæ inhonesta erant corporis sui. Qui appropinquans mihi, existimabat me spiritum esse, et stetit ad orationem. Nam multum tentatus fuerat a spiritibus, sicut ipse postea dicebat. Ego autem hæc intelligens, dicebam ei: Serve Dei, et ego homo sum, vide vestigia mea et contrecta me, quia caro et sanguis sum. Cum vero post orationem, dicto Amen, respexisset me et consolatus fuisset; introduxit me in speluncam; et interrogabat me, dicens: Quomodo huc advenisti? Cui ego dixi: Requirendi gratia servos Dei veni in hanc solitudinem, et non me fraudavit Deus a desiderio meo.

quem vesperi videt venientem inter bubalos nudum

E

Cum esset is Monachus in Thebaide,

20 Ego autem interrogavi eum rursus, dicens: Quomodo et tu huc venisti, et quantum tempus habes, aut quod est alimentum tuum? vel quomodo, cum sis nudus, non indiges vestimento? Qui dixit mihi: Ego in cœnobio eram Thebaidis, et opus meum erat lini textura: subintravit autem in animum meum cogitatus, ut inde exiens singulariter sederem; et Poteris, inquit, quietus esse, et suscipere peregrinos, et pleniorem mercedem habere ex eo, quod acquisieris de opere tuo. Ut autem consensi cogitationi huic, et opere perfeci eam; exiens ædificavi mihi monasterium, ibique veniebant, qui mihi injungebant opus. Cumque jam multum esset quod congregaveram, festinabam pauperibus ac peregrinis illud distribuere. Sed adversarius noster diabolus, invidens mihi, sicut et semper et tunc, futuram in me fieri retributionem machinabatur auferre, eo quod festinabam labores meos Deo offerre. Videns enim unam virginem sacram injungentem mihi species, et eas me perficientem atque reddentem; immisit ei ut rursus mihi alias demandaret species. At vero ubi jam consuetudo facta est ac fiducia major, postremo etiam tactus manuum et risus, ac simul convescere, ad ultimum concepimus dolorem, et peperimus iniquitatem. Cum autem mansissem in eadem ruina sex mensibus, postea cogitavi, dicens: Quia aut hodie, aut crastino, aut post multos annos morti addictus, æternum habebo supplicium. Si enim quis uxorem hominis violaverit, pœnis æternis legitime subjacebit; quantis tormentis dignus est, qui Christi stupraverit sponsam? Et sic occulte in hanc eremum cucurri, omnia relinquens illi mulieri; veniensque huc inveni hanc speluncam, atque fontem hunc, et istam palmam, afferentem mihi botryones duodecim dactylorum: per singulos menses affert mihi unum botryonem, qui mihi sufficit triginta diebus, et post hunc maturatur alter. Post tempus autem multum creverunt

cellam seorsim extruxerat, specie majoris boni

F

ubi cum Monacha in peccatum lapsus,

fugerat in solitudinem pœnitens,

A qui extingui non potest conflagratio, et vermis qui non potest sopiri corrosio; dixi apud me: Heu mihi, o anima, melius est mihi surgere, et abire in solitudinem, et fugere a peccato. Relictisque rebus omnibus et illa muliere, veni in hanc solitudinem, et inveni fontem, et hanc speluncam, et hanc palmam. Ea autem mihi victum suppeditat. Hæc enim palma generat quotannis duodecim spathas, nempe singulis mensibus unam: una autem spatha sufficit mihi triginta dies, et postea venit alia spatha. Nihil autem aliud habeo cibi in hac spelunca, neque alium potum. Quin etiam vestes meæ longo temporis spatio interierunt, et capillis capitis mei corpus tegitur cum pudendis. Jam enim tempore triginta annorum habito in hac solitudine, nec unquam cessavit aer mihi salubrem dare temperiem, neque panem omnino gustavi.

fugerat in eremum pœnitens,

21 Postquam ex illo justo hæc audiissem, eum interrogavi, dicens: In principio quando huc venisti, laborastine valde, an non? Ipse autem respondens mihi, dixit: Primum quidem valde laboravam, Frater, adeo ut dolore cruciatus, me in terram projicerem; ut qui in ventre maximam sentirem molestiam, nec possem caput erigere: ob idque cogebar meam synaxim peragere volutatus; Deum,
B qui in omnibus est misericors, rogans, tam propter eum qui me tunc affligebat dolorem, quam pro redemptione meorum peccatorum. Cum vero multos labores sustinuissem, quodam die dum sederem, et

ubi qui multa patiens dolore jecoris,

runt capilli mei, et cum jam disrumperentur vestimenta mea, de ipsis, quam decet, partem operui corporis mei. D

21 Dum autem rursum eum interrogarem, si in primordiis difficultatem habuisset eadem, ait mihi: In initiis afflictus sum valde dolore jecoris, ita ut humi jacens non possem stans Psalmum dicere, sed prostratus in terra, clamabam ad Altissimum. Cum autem in spelunca essem in dolore valido atque defectione, ut etiam nec egredi jam possem; vidi virum intrantem, et juxta stantem, ac dicentem mihi: Quid pateris? Ego autem, confortatus ab eo modicum, dixi ei: Hepar doleo. Qui dixit mihi: Ubi doles? Cum vero ostendissem ei, digitos manus suæ in directum conjungens, divisit locum illum tamquam per gladium; et avellens jecur, ostendit mihi vulnera; et raso jecore manu sua, in pannum ipsas scabies misit; atque rursum ipsum jecur imponens manibus suis, locum ipsum reclusit; et ait mihi: Ecce sanus factus es, servi Domino nostro Jesu Christo sicut oportet. Et ex tunc factus sum sanus, et sine labore jam sto hic. Ego autem multum illum rogavi, ut manerem in interiore eremo, et ait mihi? Non potes sufferre dæmonum impetus. Et ego hoc ipsum considerans, rogabam ut orans pro me dimitteret me. Qui cum orasset, dimisit me. Hæc vobis narravi ædificationis gratia. E

[illegible]

ubique multa patiens dolore jecoris

divinitus eo evulso repositoque curatur

gravi dolore ventris vexarer intrinsecus, vidi virum insignem coram me stantem, qui me est allocutus, dicens: Quid habes, et quidnam tibi dolet? Statim autem, postquam hoc ex eo audiissem, confirmavi vires, et ei dixi: Domine, dolet mihi jecur. Is vero dixit: Ostende mihi locum, in quo sentis dolorem. Cum ego autem ei jecur ostendissem, ipse manu extensa, et mihi imposita, et conjunctis digitis, perinde ac gladio scidit latus; et meum jecur eduxit, meo maximo cum dolore; et ostendit mihi plagas, quas in eo habebam. Illud vero manu sua erasit, et ei pannum mundum injecit, et jecur meum in locum suum restituit. Cumque totum corpus meum contrectasset benedictis suis manibus, lateris mei vulnus conglutinavit, et dixit: Ecce sanus factus es, noli amplius peccare, ne deterius tibi contingat: sed servi Domino nunc, et usque in secula. Ecce autem ab illo die curata sunt omnia mea interiora, cessavitque dolor mei jecoris. Ex illo ergo tempore maneo sine dolore, Deo benedicens, et ipsum glorificans propter suam in me misericordiam. Mihi autem ostendit vir ille insignis pannum amomi quem meo lateri imposuit. Quando vero mihi Paphnutio narravit hæc omnia, rogavi eum, ut cum ipso manerem in spelunca. Ipse autem mihi respondit, dicens: Non poteris, Frater mi, ferre insultus dæmonum. Postea vero rogavi eum, ut mihi nomen suum significaret. Is vero mihi dixit: Nomen est mihi Timotheus. Memento mei, et roga pro me, Frater dilecte, ut Deus in me perficiat bonum, quo sum dignatus. Ego autem Paphnutius procidi ad ejus pedes, preces ab eo postulans. Ipse autem respondens mihi, dixit: Dominus noster Jesus Christus benedicet te, et defendet te ab omni laqueo diaboli, et præbebit tibi vias rectas ad hoc, ut pergas ad Sanctos ejus in secula. Benedictionem autem ejus consecutus, prompto et alacri animo cum gaudio sum egressus, Deum laudans, propter egregios sermones, quos audivi a sancto illo Timotheo.

eo evulso repositoque divinitus curatur:

Nomen ei Timotheus

C §. IV. *Anonymi peregrinatio, ejusque de Anonymo narratio, persimilis Paphnutianæ et peregrinationi et de Onuphrio narrationi; estque harum veluti fundamentum.*

Pari modo comparari inter se possunt, quæ loco citato sequuntur in Vitis Patrum, alterius Anonymi *peregrinatio, ejusque de Anonymo alia narratio; et secunda pars peregrinationis Paphnutianæ, quæ Vitam* Onuphrii *continet. Verum quia hæc fusius quam illa describitur, et mox tota erit proponenda; præmittimus illi hoc paragrapho prænotatam Narrationem Anonymi; subjicientes illi nonnulla Annotata; et prænotantes, hanc Narrationem in Vitis Patrum continuo subjungi, ut diximus, alteri, quam indidem dedimus Paragrapho superiori; quemadmodum secunda pars historiæ Paphnutianæ de* Onuphrio *continuo subjungitur primæ de* Timotheo *apud Surium. Notamus etiam quod utrobique, id est in mox proferenda de* Anonymo, *et Paphnutiana de* Onuphrio *narratione, iter peregrinantium dirigi dicitur* in interiorem eremum, ubi genus est Mazicorum. *Sic ut utrobique locus etiam peregrinationis videretur idem: et major suspicio oriri possit, alteram ex altera desumptam esse. Est autem Narratio Anonymi, uti exstat in Vitis Patrum, hujusmodi.* F

Alia peregrinatio anonymi,

similis Paphnutianæ,

23 Dicebat rursus alius senex; qui etiam dignus effectus est Episcopus civitatis Oxyrynchi, *a* tamquam ab alio hæc audisset: sed ipse erat qui hoc fecerat. Visum est, inquit, mihi aliquando intrare in interiorem eremum, quæ est circa Oasa *b*, ubi genus est Mazicorum, ut viderem, si forte invenirem aliquem Christo servientem. Sumens itaque paucos paximates, et quasi dierum quatuor aquam in vase, iter meum faciebam. Transactis vero quatuor diebus, consumptisque cibis, expectabam quid agerem. Et confidens dedi meipsum ad pergendum. Ambulavi quoque alios quatuor dies, sine cibo perdurans. Cumque jejunium et laborem itineris ferre non posset corpus meum, in pusillanimitatem veni, ac sic jacebam in terra. Veniens autem quidam digito suo tetigit labia mea, tamquam si medicus de sputo oculum percurrat: statim vero confortatus sum, ita ut putarem me neque ambulasse, neque famem pertulisse. Cum ego vidissem venientem in me virtutem hanc, surgens perambulabam desertum. Præteritis

a

b

qui fame pressus, confortatur divinitus, semel

A Præteritis itaque aliis quatuor diebus, rursum fatigatus defeci. Cumque extendissem manus meas in cælum, ecce vir ille, qui pridem me confortaverat, iterum digito suo quasi liniens labia mea, confortavit me. Peracti sunt autem dies decem et septem; et posthæc invenio tugurium, et arborem palmæ, et virum stantem, cujus capilli capitis erant pro indumento ipsius; qui capilli canitie ejus erant candidi per totum. Erat autem et terribilis aspectu c.

ac tandem invenit hominem aspectu terribilem,

24 Cumque vidisset me, stetit ad orationem; et expleto Amen, cognovit me esse hominem: tenensque mihi manum, interrogabat me, dicens: Quomodo huc venisti? et si adhuc constant omnia quæ sunt in mundo? si adhuc etiam sunt persecutiones? Ego autem dixi ei: Vestri gratia, qui in veritate Domino Jesu Christo servitis, hanc perambulo eremum a; persecutio vero cessavit per potentiam Christi. Edissere mihi nunc, obsecro te, et tu, quomodo huc venisti? At ille cum lamentatione plorans, cœpit dicere mihi: Ego Episcopus eram, et persecutione facta, multis mihi illatis suppliciis, cum jam ferre non possem tormenta, postea sacrificavi: in meipsum autem deinde reversus, agnovi iniquitatem meam, et dedi meipsum ad moriendum in

qui ad sacrificandum idolis adactus,

B hanc eremum; et sum degens hic annis quadraginta novem in confessione et obsecratione ad Deum, si forte dimittatur mihi peccatum meum. Et victum quidem præstitit mihi Dominus ex hac palma, consolationis vero indulgentiam non accepi, usque ad quadraginta octo annos: in hoc autem anno consolatus sum d.

annis 49 pœnituerat in eremo,

25 Hoc autem dicens, repente surrexit; et currens exiit foras, et stetit in oratione diu. Cum autem complesset orans, venit ad me. Intuens autem ego faciem ejus, exterritus trepidavi, factus enim erat ipse tamquam ignis. Dixit ergo mihi: Noli timere: Deus enim te misit, ut funeri tradas corpus corpus meum, atque sepulturæ. Dum autem consummasset hæc dicens, statim extendens manus pedesque, finem vitæ fecit. Dissuta ergo tunica mea, ego dimidiam mihi tenui, et dimidia involutum sanctum corpusculum abscondi in terra. Recondito ergo illo, continuo palma illa aruit, et tugurium illud cecidit. Ego autem multum flevi, obsecrans Deum, si quomodo mihi præstaret palmam illam, ut perseverarem in loco illo residuum tempus meum. Ut autem non est hoc factum, dixi apud me: Non est voluntas Dei. Orans ergo tendebam iterum ad seculum. Et ecce homo, qui linivit labia mea, veniens apparuit mihi, atque confortavit me: et ita convalui pervenire ad Fratres, et narravi eis hæc, rogans eos ne desperarent semetipsos, sed per pœnitentiam invenirent Deum e.

moritur præsente hospite

ab eoque in dimidia tunica sepelitur,

C

arescente continuo palma, et tugurio cadente

ANNOTATA C. J.

a *Civitas* ampla valde et populosa Thebaidis, *uti auctor est Ruffinus apud Rosweydum in vitis Patrum; in qua ipse testatur*, tanta se religionis deprehendisse bona, ut ea nemo digne valeat enarrare: *comperisse etiam ex Episcopo loci*, viginti millia Virginum et decem millia Monachorum inibi haberi: *expertum autem esse hospitalitatem incolarum prorsus admirabilem.*

b *Egimus de* Oasi *supra* § 11. *num.* 13: *ex quibus etiam* Mazicorum *situs colligi potest.*

c *Præducta sic enuntiat apud Surium Paphnutius, transiens a Timotheo ad Onuphrium:* Rursus profectus sum in interiorem solitudinem in via avia, ubi est genus eorum qui dicuntur Mazici. Omne meum studium in eo ponebatur, ut scirem an esset alius Anachoreta in interioribus partibus solitudinis Deo serviens: ut ego quoque dignus haberer, qui hoc consequerer. Hoc autem iter cum cœpissem ingredi, tuli mecum paucos panes, et aquæ modicum. Quæ quidem mihi suffecerunt usque ad quatuor dies. Cum ii autem præteriissent, et expletum esset quod manducarem, affligebar, adductus in magnas de victu angustias. Statim vero sumptis viribus, et mortem habens ante oculos, ea cura dimissa, alios quatuor dies et noctes sum profectus, cum nec panem aut aquam gustassem: adeo ut rursus cum mihi deesset cibus, valde laborarem, et me humi abjiciens, mortem expectarem. Tunc vidi virum insignem venientem, et manum suam labris meis imponentem, non secus atque medicus scalpellum oculo; et protinus rursus sumpsi vires, adeo ut neque famem, neque sitim sentirem. Cum magnam autem et terribilem vidissem visionem, surgens rursus prompto et alacri animo, profectus sum in interiorem solitudinem alios quatuor dies et noctes. Defessus vero et extensis in cœlum manibus, Deum oravi. Cumque rursus virum illum vidissem ad me venientem, accepi ab eo magnas vires. Cumque septemdecim dierum itineri finem (ut semel dicam) imposuissem, vidi procul virum venientem aspectu admodum terribilem, hirsutum pilis, eisque tectum toto corpore, non secus ac feram terribilem. Erat enim veste nudus, lumbosque cinctos habebat foliis herbarum. *Hactenus hæc Paphnutiana peregrinatio belle convenit cum Anonymi præmisso contextu.*

D *Paphnutius eremum petit interiorem*

deficiens restauratur divinitus,

invenit hominem forma terribilem

E

d *Hoc numero relata minus conveniunt cum Paphnutianis. Pro Actis enim brevibus Episcopi illius anonymi, substituuntur a Paphnutio mira Onuphrii dicta gestaque; quamquam ut interrogationes atque responsiones, et quæ de palma narrantur, non multum discrepent.*

e *Quæ hoc numero narrantur, verum possunt fundamentum præbuisse Paphnutianæ historiæ, quatenus ea de morte ac sepultura Onuphrii agit his verbis;* Dum autem esset mane (*postridie adventus Paphnutii*), vidi ipsum post matutinas preces mutasse faciem aspectum et colorem, et fui conterritus. Ipse autem cum hoc cognovisset, me est allocutus, dicens: Ne timeas, Frater Paphnuti: Deus enim, qui est in omnibus misericors, te ad me misit, ut curam geras sepulturæ mearum reliquiarum. Ecce enim hodierno die perficio meam administrationem, et abeo in requiem meam usque in seculum. *Interpositis hic promissis, quæ facit* Onuphrius *satis fidenter cultoribus suis; et benedictione, quam impertit* Paphnutio; *sequitur porro:* Post hæc surgens, oravit Deum cum lacrymis et multis gemitibus. Et paulo post, cum ea ipsa hora se humi dejecisset, consummatus est in Domino, in ejus manus tradito spiritu cum lætitia. *Hic cantus Angelorum audiuntur in obitu Sancti, et subditur:* Ego autem cum me exuissem eo, quod gestabam lebitonario, et ejus transversa solvissem, ea in duo divisi: et cum dimidio quidem ejus corpus involvissem, pro more justorum quæ mortuis peraguntur, contexi. Alterum autem gestavi dimidium, ne ego manerem nudus. Et cum petram invenissem concavam, tamquam in cisterna corpus ejus illic deposui, multisque collectis lapidibus contexi reliquias. Surgens autem, oravi ut illic manerem. Statim vero vidi collapsum tugurium; et palmam, qua nutriebatur, ipsam quoque cecidisse similiter. Quod cum vidissem tam cito accidisse, et ex eo cognovissem non esse Dei voluntatem, ut in illo loco habitarem; comedi panis id quod superfuit, et aquam bibi similiter. Rursus autem extensis in cœlos manibus oravi, et vidi virum illum ad me venientem eo modo, quo vidi ambulans in solitudine; qui mihi vires addens, ambulabat ante me.

Videns Paphnutius moribundum,

F *et mox morientem,*

sepelit eum in dimidia tunica sua,

cedentibus statim tugurio et palma,

§. V.

§. V. *Tertia peregrinationis Paphnutianæ pars; ut est apud Surium.*

Ne quid desit Lectori curioso, et Vitæ Onuphrianæ admiratori, ex quo possit definiri, quantum ei ac toti peregrinationi Paphnutianæ *tribui debeat fidei; tertiam hic ejus partem, uti est apud Surium, exhibemus: quemadmodum exhibuimus ex eodem primam paragrapho III; et secundam ex MS. nostro exhibituri sumus paulo post; cujus etiam prius partem aliquam seu compendium ex Surio dedimus paragr. IV inter Annotata; Postquam igitur sepeliverat* Onuphrium *Paphnutius, pergit narrare sic:* Rursum autem extensis in cœlos manibus oravi; et vidi virum illum ad me venientem eo modo, quo vidi ambulantem in solitudine: qui mihi vires addens, ambulabat ante me.

27 Cum illinc autem essem egressus, et affligerer propter beatum patrem Honofrium, rursus animo excitatus et gaudium, quod dignus sim habitus, qui ejus sancto ore benedicerer. Cumque quatuor dierum spatio ambulassem, accessi ad quamdam cellam, quæ in alto fuerat ædificata. Quam ingressus, neminem inveni: sedi autem parumper, cogitans et dicens apud me: Estne aliquis habitans in hac B spelunca, in quam me deduxit Deus? Hæc cum apud me cogitarem, ingressus est vir sanctus, canis plenus, specie admirabilis et decorus, ex palmis [illegible] gens. Ipse autem cum me vidisset, statim est allocutus, dicens: Tu es Frater Paphnutius, qui contexisti corpus sancti Onufrii. Cum ergo cognovissem, eum in visione didicisse quod factum fuerat, statim ei procidi ad pedes. Ipse vero me consolatus, dixit mihi: Surge, Frater. Deus te dignum censuit, ut esses [illegible]. Jam enim didici ab ejus providentia tuum futurum hodie ad me adventum. Tibi autem aperiam, frater dilecte, quod sexaginta annos habitavi in hac solitudine: Non vidi hominem, qui ad me venerit, nisi eos solos Fratres, qui hic mecum habitant. Interim autem dum nos loqueremur, ingressi sunt tres alii, tamquam sancti senes Patres, in illam cellam. Qui me alloquentes, statim dixerunt: Benedic, Frater: Tu es Frater Paphnutius, noster in Domino cooperator. Tu es, qui texisti corpus sancti Onufrii. Gaude, Frater: es enim dignatus magnam virtutem cognoscere. Videns autem Dominus, nobis significavit, fore ut hodie ad nos venias: jussitque, ut esses nobiscum unum diem. Jam enim sexaginta C annos habitamus in hac solitudine, neque vidimus hominem præter te solum. Cum vero nos colloqueremur de Patre Onufrio et aliis Sanctis, post duas horas dixerunt mihi: Surge, Frater, vescere modico pane, et confirma cor tuum, quandoquidem venisti e longinquo, et cupis nobiscum collætari.

28 Postquam ergo me fecerunt surgere, unanimes Deum precati sumus: et ecce vidimus ante nos quinque panes leves; et admodum pulchros et delicatos, tantum modo coctos. Ipsi quoque attulerunt aliquid aliud esculentum, quod quidem sumpsimus cum panibus, omnesque sedimus et simul comedimus. Ipsi autem rursus mihi dixerunt: Ecce ut jam tibi diximus antea, cum sexaginta annis habitaverimus in hac solitudine, quatuor panes Dei jussu ad nos e cœlo quotidie deferuntur: nunc autem cum tu ad nos veneris, ecce panum numerus pro te quoque est ad nos missus, neque scimus undenam afferantur, sed quotidie speluncam ingredientes, invenimus eos per se paratos. Postquam vero nos simul gustavimus, tota illa nocte fecimus orationes, et magnam synaxim celebravimus; erat enim sanctus dies Dominicæ. Cum esset autem mane, rogavi ipsos, ut manerem cum eis in spelunca usque ad diem ultimum. Ipsi vero respondentes mihi dixerunt: Non est voluntas Dei, ut tu habites in hac solitudine: sed surge, et vade in Ægyptum, et narra Fratribus Christi amantibus omnia quæcumque vidisti, ad nostri memoriam, et ad lucrum et utilitatem eorum qui audiunt. Cum ii hæc dixissent, eos valde rogavi, ut sua nomina mihi significarent. Ipsi autem non sunt passi hoc mihi dicere. Sæpe ergo hoc ab eis vehementer petii. Cumque vehementer laborassem, non potui hoc eis persuadere: sed respondentes mihi dixerunt: Is scit, qui omnium novit nomina. Memento autem nostri, Frater, ut digni simus, qui nos invicem videamus in domo Dei. Stude ergo, dilecte fili, fugere mundi tentationes, ne ab eis illudaris, quandoquidem multos sunt ludificatæ. Cum hæc autem ex eis audivissem, procidi ad eorum pedes. Qui cum mihi benedixissent, ab eis abii in pace Dei: prædixerant autem mihi quædam alia, quæ mihi acciderunt.

29 Cum autem ab eis abiissem, ambulavi uno die per interiorem solitudinem. Cumque venissem ad speluncam fontis aquæ, ibi sedi, ut parumper requiescerem a labore itineris. Erat autem locus ad id aptus, ut qui circa illum fontem multas haberet arbores, plenas fructibus. Cum vero parum quievissem, et surrexissem; cœpi vero ire in medio arborum, admirans ipsorum fructuum multitudinem, et cogitans apud me, quisnam esset is, qui illas plantaverat. Erat autem fructus illarum arborum multæ palmæ, citri, punica, sycamina, zizipha, et vites; aliæ quoque amœnæ arbores et frugiferæ, quarum gustus est melle dulcior. His accedebant myrti quoque, et aliæ variæ arbores in medio earum, quæ illic sitæ erant, suavem odorem emittentes: ille quoque fons ex se scatens, et omnes illas arbores irrigans, adeo ut existimarem eum esse Dei paradisum. Cum ergo illud admirarer spectaculum, vidi quatuor adolescentes, hilares et valde speciosos, ad me procul venientes, succinctos pellibus ovium. Qui cum appropinquassent dixerunt: Salve, Frater Paphnuti. Ego autem protinus humi cecidi in faciem, et eos veneratus sum. Qui cum me erexissent, mecum sederunt, et locuti sumus inter nos. Erant vero tanta gloria insignes, ut ego existimarem eos esse Angelos, et descendisse de cœlo. Mecum autem magna sunt affecti lætitia, et collectos fructus ex illis arboribus mihi dederunt ad vescendum; et lætatum est cor meum, eo quod ego ab eis diligerer. Mansique apud illos septem dies, vescens fructibus illarum arborum.

30 Rogavi autem eos: Quomodo huc venistis, et unde estis? Ipsi vero respondentes mihi dixerunt: Frater, quandoquidem Deus te misit ad nos, omnem nostram tibi vitam narrabimus. Nos sumus ex civitate quæ dicitur Oxyrrynchos: nostri vero parentes, sunt Senatores illius civitatis. Cum autem in illorum litteris ab eis institueremur, uni scholæ traditi, litteras quidem pedestres didicimus: cum vero etiam superiorem inchoassemus doctrinam, in unam convenimus sententiam, Deo nobis opem ferente ad id quod est melius, et statuimus ejus quoque discere sapientiam. Ex illo ergo tempore, nos quotidie mutuo excitantes ad animi alacritatem, et bonum scopum habentes in nostris cordibus, studentesque locum invenire, et paucos dies quiescere donec sciremus Dei de nobis providentiam; acceptis nobiscum paucis panibus, et modico aquæ, ad nostrum cibum et potum usque ad septem dies recessimus. Cum vero pervenissemus intra solitudinem, fuimus in ecstasi; et vidimus ante nos virum gloria insignem; qui nos apprehensos manibus deduxit in hunc locum

A cum, et nos tradidit viro valde provectæ ætatis, qui Deo serviebat. Ecce autem hic jam habitavimus sex annos, mansimus vero cum eo usque ad unum annum, ab illo docti quemadmodum Domino serviremus. Impleto autem illo anno, consummatus est hic Pater, et ex illo tempore hic soli sumus. Ecce autem, Frater dilecte, nos tibi confitemur, spatio sex annorum, ut diximus, in hoc loco degimus: panem non gustavimus, nec alium cibum sumpsimus, nisi solummodo de fructibus harum arborum: singulis vero hebdomadis semel tantum nos videmus invicem. In hoc enim loco invenimur, et nobis invicem occurrimus sabbato et sancta Dominica, post hos autem duos dies unusquisque nostrum venit in locum proprium, et apud se degit. Ipsi vero rursus fructus attulerunt, et communiter cibum sumpsimus. Cumque postea egressi fuissemus, simul processimus circiter quinque milliaria per solitudinem. Cum autem eis vale dicerem, rogavi eos ut dicerent mihi sua nomina. Et primus quidem dixit, Joannes; Secundus autem, Andreas: Tertius vero, Heraclambon; Quartus, Theophilus, præcipientes mihi dicere nomina sua Fratribus ad sui memoriam. Ego vero eos rogavi, ut mei meminissent.

AUCTORE C. J.

quot septimanis semel conveniebant inter se.

B

Paphnutii, in Ægyptum reversi,

31 Cum autem ab eis discessissem, et non viderem eos amplius, ambulavi tristis, recordans et ea admirans, quæ vidi meis oculis. Rursus vero apud me magnam capiebam lætitiam, admirans et recordans earum, quas consecutus fui, benedictionum a sanctis Eremitis et sancto Angelo. Cum autem venissem in Ægyptum itinere trium dierum, inter ambulandum inveni duos Fratres Deum timentes: apud ipsos autem quievi ad decem dies, annuntians eis illa quæ vidi et ea, quæ mihi acciderunt. Ipsi vero mihi respondentes, dixerunt cum omni gaudio: Vere, Frater Paphnuti, magnam gratiam es consecutus, qui dignus es habitus, ut videres magnos et perfectos Dei servos. Ipsi autem Fratres, benigni et clementes, diligebant Deum ex tota anima. Nominatur autem locus eorum Scites. Cum vero audivissent ea, quæ ego illis narravi, ea diligenter conscripserunt; et celeriter currentes, obierunt totam Scitem, ferentes librum, quem conscripserunt ex mea narratione. Et postquam ea legissent sanctis Patribus, acceperunt eum in ecclesiam, quem quidem illic reliquerunt, ad lucrum et lætitiam iis, qui credunt et ea audiunt. Nam, qua hora voluerint hæc meditari, magis benedicunt Deum et Sanctos ejus, pleni lætitia et exultatione; cum hi sermones sint pleni contemplatione, quam ego minimus servus Paphnutius, Dei providentia dignatus sum assequi. Sit autem gratia et pax Domini nostri Jesu Christi nobiscum, intercessionibus sanctorum Patrum, qui ei placuerunt, nunc et semper et in secula seculorum. Amen.

D

visa et audita conscribunt duo Monachi.

32 *Accipe nunc Lector (sed illa fide, qua ex præmissis et proprio acumine ipse judicaveris accipienda) Onuphrii Acta, constituentia secundam peregrinationis Paphnutianæ partem, ex MS. nostro bibliothecæ Boicæ, nova Latinitate a nobis donata, ut major conformitas Latini textus habeatur cum Græco. Accipe tamen antea, ut nihil quidquam prætermittamus, Prologum interpretis anonymi, qui ejusdem* Onuphrii *Actis, paulo a nostris discrepantibus, præfigitur apud Rosweydum in Vitis Patrum, nobis autem deest, estque talis:* E
Beati Onuphrii Vitam, inter Græcorum commenta scriptam nuper reperi, ut quondam a venerabili ac prudentissimo viro, scilicet Gregorio, ipsius gesta narrante, cognovi. Hanc Paphnutius, vir quoque sanctissimus, Græco sermone retexit ab exordio. Quem ego secutus, e Græco transtuli in Latinum, largiente Domino, ut ejus probabilis vita, secundum vires meas manifestata, admirationem legentibus præbeat et imitationem. Non perpendite, quæso, mei sermonis rusticitatem, sed tanti laboris animo revolvite longanimitatem: quam vir Deo plenus patienter sustinuit, dum mundanæ vanitatis gloriam sprevit, et cœleste regnum districte vivendo sibimet hereditavit.

VITA

Ex MS. Bibliothecæ Ducalis in Bavaria.

C

INTERPRETE CONRADO JANNINGO

F

CAPUT I.

Iter Paphnutii, uti et Onuphrii in eremum. Ejus causa, dux, terminus.

Minimus ego Paphnutius, die quadem, studiose cogitavi in eremum interiorem contendere, inspecturus, numquis alius Frater interiori quam ego loco Monachum ageret, Domino serviens. Et protinus surgens ad eremum me contuli. Sub ingressum viæ penes me habebam pauculos panes pariter et aquam, quæ in quatuor dies suffecerunt necessitatibus meis, Illis vero transactis, et annona absumpta, ægro corpore animo esse [illegible]. Statimque, gratia divina opitulante, vires accepi; perrexique, licet ob oculos mihi versaretur mors, alios quatuor dies totidemque noctes, nec pane nec aqua gustatis; adeo ut humi procumberem, esurie ac fatigatione quasi ad mortem adactus. Cum ecce conspicio virum, fulgore insignem, albis indutum vestibus, qui ad me propius accedens, suam labiis meis manum admovit: statimque ita corroboratum me sensi, ut depulsa fame sitique surgens, erectus starem.

Paphnutius tendit in eremum;

et fame laborans

confortatur divinitus

Ἐν μιᾷ τῶν ἡμερῶν, ἐγὼ ὁ ἐλάχιστος Παφνούτιος σπουδὴν μεγάλην ἐποιησάμην εἰς τὴν ἐσωτέραν ἔρημον a
γενέσθαι, καὶ ἰδεῖν, εἰ ἐστὶ ἕτερος ἐνδότερος μοναχὸς, ἐνδότερόν μου ἐνδουλεύων τῷ Κυρίῳ· καὶ εὐθέως ἐπορευόμην κατὰ τὴν ἔρημον. Ταύτης δὲ τῆς ὁδοῦ ἀπαρ- b
ξάμενος, εἶχον μετ᾽ ἐμαυτοῦ ὀλίγους ἄρτους, καὶ ὕδωρ ὡσαύτως, ὅπως ἄχρι τεσσάρων ἀρκέσωσί μοι ἡμερῶν. Τούτων δὲ διελθουσῶν, καὶ τοῦ δαπανήματος πληρωθέντος, ἐδίδειν περὶ τῆς τροφῆς c...... καὶ εὐθέως χάριτι Θεοῦ δύναμιν ἔλαβον, καὶ τὸν θάνατόν μου d
ἐνώπιόν μου θεασάμενος, ἐπορεύθην ἐπὶ ἄλλας τέσσαρας ἡμέρας, καὶ νύκτας τέσσαρας, μὴ γευσάμενος ἄρτου ἢ ὕδατος, ὥστε ἐκ τῆς ἀσιτίας καὶ τοῦ κόπου, ῥῖψαι ἐμαυτὸν ἐπὶ τὴν γῆν ὡσεὶ νεκρὸν γενόμενον· καὶ ἰδοὺ, εἶδον ἄνδρα ἔνδοξον, λευχειμονοῦντα, [illegible], καὶ τὴν χεῖρα αὐτοῦ ἐπὶ τὰ χείλη μου θέντα παραχρῆμα [illegible] με, ὥστε μήτε πεινάσαι μήτε διψῆσαι, ἀναστῆναι δὲ στῆναί με ὀρθόν.

A 2 Καὶ ἰδὼν ταύτην τὴν φοβερὰν καὶ μεγάλην ὀπτασίαν, πάλιν ἐπορεύθην προθυμότερος ἐν τῇ ἐσωτέρᾳ ἐρήμῳ· δέκα ἑπτὰ δὲ ἁπλῶς παυσαμένων ἡμερῶν τῆς ὁδοιπορίας, ἐθεασάμην πόρρωθεν ἄνδρα, τῷ εἴδει φοβερόν, ἐρχόμενον πρός με, δάσυν ταῖς θριξίν, καὶ τὸ τούτου σῶμα σκεπόμενον, ὡσεὶ θηρίον, ἦν γὰρ ἀπὸ κεωφύλλων βοτάνης ἐπὶ τὴν ὀσφὺν αὐτοῦ περιβεβλημένος. Τούτου δὲ φθάσαντος πλησιέστερόν μοι, ἔμφοβος γενόμενος, ἀνῆλθον ἐπὶ τὸ πτερύγιον τοῦ ὄρους, πάνυ δειλιάσας, νομίσας ἀνθρωποκτόνον εἶναι αὐτόν. Αὐτὸς δὲ φθάσας ὑποκάτω τοῦ πτερυγίου ἐκείνου, ἔρριψεν ἑαυτὸν ἐπὶ τὴν σκιάν· ἦν γὰρ κοπτόμενος διὰ τοῦ γήρους, καὶ τῆς τροφῆς στενώσεως, καὶ τοῦ καύσωνος, καὶ τῶν κόπων ὧν ὑπέμενεν ἐν τῇ ἐρήμῳ ἐκείνῃ. Ἀναβλέψας δὲ ἐπὶ τὸ ὄρος, καὶ θεασάμενός με, ἐφώνησέν μοι λέγων· Κατέλθε πρός με, ἄνθρωπε ἁγιώτατε· κἀγὼ ἄνθρωπός εἰμι, ὁμοιπαθεὶς σου, μένων ἐν τῇ ἐρήμῳ ταύτῃ διὰ Θεόν.

3 Ἐγὼ δὲ ἀκούσας ταῦτα, πρόθυμος κατελθὼν πρὸς αὐτόν, ἔρριψα ἐμαυτὸν ἐπὶ τὴν γῆν πρὸς τοῖς ποσὶν αὐτοῦ. Ὁ δὲ ἔφη μοι· Ἀνάστηθι, υἱέ μου, καὶ σὺ γὰρ δοῦλος εἶ τοῦ Θεοῦ, καὶ τῶν ἁγίων Πατρῶν. Καὶ ἀναστὰς ἠξιώθην καθίσαι ἐνώπιον αὐτοῦ, καὶ πολλάκις παρεκάλεσα αὐτὸν ὥστε εἰπεῖν μοι τὸ ὄνομα αὐτοῦ, καὶ τὰ
B ἔργα. Αὐτὸς δὲ ἀποκριθεὶς εἶπέν μοι· Ὀνούφριος ὄνομά μοί ἐστιν· καὶ ἰδοὺ ἑξήκοντα ἔτη ἐγὼ ἐν τῇ ἐρήμῳ ταύτῃ περιπατῶν ἐν τοῖς ὄρεσιν ὥσπερ θηρίον, καὶ ἐκ τῶν βοτανῶν, καὶ ἐκ τῶν καρπῶν τῆς ἐρήμου ταύτης τρεφόμενος· ἄνθρωπον δὲ παντελῶς σαρκὶ γνωριζόμενον οὐχ ἑώρακα, εἰ μὴ σὲ μόνον. Ὤκουν γὰρ πρώην ἐν Ἀβαγῆ μοναστηρίῳ Θηβαίων χώρας, ἐπιλεγομένῳ τοῦ Ἐρημοπολίτου, ὅπερ πληροῦται ἀπὸ ἀριθμῶν τῶν ἀδελφῶν ἑκατόν, ὁμοψύχων καὶ ὁμοπίστων, κοινῇ τραπέζῃ ἐν ἀγάπῃ πάντων ἐσθιόντων, καὶ ἐν πλήρει εἰρήνῃ ἀναστρεφομένων ζωήν, καὶ ἐν ἡσυχίᾳ μεγάλῃ ἀσκούντων, καὶ δοξαζόντων τὴν τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ ἀγαθότητα.

4 Ἔτι νῦν ἐν ἡλικίᾳ διάγων μικρᾷ, παιδευόμενος καὶ τὴν φιλοθεΐαν ἀπὸ τῶν ἁγίων Πατρῶν, καὶ τὴν εἰλικρινῆ πίστιν, καὶ τὸν κανόνα τῆς ἐκκλησίας, καὶ εὐλαβείας διδασκόμενος· ἤκουσα τῶν ἁγίων γερόντων, ὅτι ἔλεγον περὶ τοῦ θαυμαστοῦ Ἠλίου, ὅπως ὑπὸ Θεοῦ ἐνεδυναμώθη διὰ τῆς ὑπομονῆς, καὶ ἐγκρατείας, ἣν ἐν τῇ ἐρήμῳ ὑπήνεγκεν· καὶ πάλιν περὶ τοῦ ἐνδόξου Προδρόμου καὶ Βαπτιστοῦ Ἰωάννου, καθὼς οὐ γέγονεν πώποτέ τις τῶν ἀνθρώπων [μείζων αὐτοῦ] καὶ περὶ ὧν ὑπέστη ἐν τῇ ἐρήμῳ, ἕως τῆς ἡμέρας τοῦ φανερῶσθαι αὐτὸν τῷ Ἰσραήλ. Ταῦτα οὖν κἀγὼ ἀκηκοὼς ἐπειθόμην παρ' αὐτῶν. Τί οὖν ἐν τῇ ἐρήμῳ μείζονες
C ἡμῶν ὑπάρχουσιν; καὶ λέγουσίν μοι οἱ ἅγιοι γέροντες. Ἡμεῖς γὰρ ἀλλήλους καθ' ἑκάστην ὁρῶμεν, καὶ κοινὰς τὰς συνάξεις ἡμῶν ποιούμεθα μετ' εὐφροσύνης· καὶ ἡνίκα πεινάσωμεν τὴν τροφὴν ἑτοίμην εὑρίσκομεν, ὁμοίως εἰ καὶ διψήσωμεν, ὕδωρ ἔχομεν· καὶ εἰ συμβῇ τινα ἡμῶν ἐν ἀδυναμείᾳ ληφθῆναι, παραμυθεῖται ὑπὸ τῶν ἑτέρων, διὰ τὸ κοινῶς διάγειν ἡμᾶς, εἰ δὲ καὶ βρώσιμον τι ἐπιθυμήσωμεν, ἀλλήλοις τοῦτο διακονοῦμεν διὰ τὴν ἀγάπην τοῦ Θεοῦ.

5 Οἱ δὲ οἰκοῦντες ἐν τῇ ἐρήμῳ, τούτων πάντων ἐνδεεῖς εἰσιν· πόθεν γὰρ αὐτοῖς τὰ τοιαῦτα; Εἰ δὲ καὶ θλῖψις ἐπέλθῃ αὐτοῖς ποτε, ἢ πόλεμος ἐκ τῆς τοῦ ἀντικειμένου παγίδος, ποῦ εὑρήσωσιν ἄνθρωπον, μεταβαλεῖν τὸν νοῦν αὐτῶν ἢ παραμυθήσασθαι δυνάμενον; ἢ τροφῆς λειπούσης αὐτοῖς οὐκ εὔκολον αὐτοῖς ἐστιν· ὡσαύτως δὲ καὶ δίψης αὐτοῖς καταλαβούσης, ὕδωρ οὐκ ἔστιν αὐτοῖς· τότε μάλιστα πλέον κοπιῶσιν ἀδελφοὶ τοιοῦτοι, ὅτε τὴν ἔρημον καταλαβεῖν βούλονται, καὶ τὴν περὶ Θεὸν δουλείαν ἀνασπάζονται ἐπὶ πλεῖον, καὶ τῇ ἀσκήσει ἑαυτοὺς παραδιδόασιν, τήν τε πεῖναν καὶ δίψαν ὑπενεγκεῖν προθυμούμενοι· καὶ τοὺς κεκρυμμένους τοῦ μισοκάλου πολέμους νικῆσαι καταγωνιζόμενοι, καὶ πᾶσαν τὴν στενὴν ὁδὸν ἐν Κυρίῳ διώκοντες, εἰς τὸ μηδαμῶς [ἀνεχόμενοι] τῇ τοῦ ἐναντίου μανίᾳ.

6 Σπουδὴ γὰρ ἐστιν τοῖς τὰ τοιαῦτα ἐπιθυμοῦσιν πα-

2 Posteaquam vidissem visionem illam magnam D terribilemque, denuo processi animosior in interiorem solitudinem; diesque omnino septemdecim itinerando progressus, procul conspexi virum ad me venientem, specie terribilem, hirsutum capillis, quibus totum corpus tegebatur, fere adinstar. Cingebatur enim circum lumbos herba ceophyllorum *e*. Contendente autem illo ad me et propius accedente, timore correptus multumque pavidus, ascendi in montis cacumen, ratus homicidam esse. Ipse vero ad pedem usque montis progressus, procubuit in umbra (erat enim senior, alimenti penuria, æstu, et laboribus, quos in deserto illo pertulerat, admodum fractus) et in montem suspiciens meque conspicatus, exclamavit dicens: Descende ad me, vir sanctissime; etiam ego homo sum, paribus, ac tu, miseriis obnoxius, commorans in hac solitudine amore Dei.

AUCTORE C. J. Invenit Onuphrium horribili forma,

e

qui tamen blande eum appellans,

3 Cum hæc ego audissem, protinus ad ipsum descendens, projeci me humi ad pedes ejus. Ipse autem dixit mihi: Surge, fili mi; nam et tu servus Dei et sanctorum Patrum es. Ad hæc ego surgens, dignus fui, qui in conspectu ejus considerem; et considens sæpe rogavi, ut suum mihi nomen gestaque edissereret. Respondens autem dixit: Onuphrio E mihi nomen; et ecce, anni sexaginta *f* sunt, ex quibus in hacce solitudine degens, erro per montes in modum feræ, herbis fructibusque eremi victitans; nec hominem interea, carne indutum, vidi ullum, te solo excepto. Olim etenim habitabam in Abage *g* monasterio provinciæ Thebaidis, quod cognominatur Eremopolites *h*, incoliturque a centum Fratribus, qui ejusdem sententiæ sunt fideique omnes, communi mensa in caritate utentes, in pace perfecta vitam ducentes, exercitia sua in magno silentio obeuntes, et bonitatem Domini nostri Jesu Christi laudantes.

nomen ac gesta sua explicat,

f

ubi nempe prius habitaverit,

g

h

4 Dum istic ego loci, in tenera etiam tum ætate versans, a sanctis Patribus docebar amare Deum, sinceram tenere fidem, regulam sequi Ecclesiæ ac pietatis; audivi eosdem etiam colloquentes de mirabili Elia, quemadmodum divinitus confirmatus fuerit, patienter toleranterque sustinens ærumnas deserti. Rursum de glorioso Præcursore et Baptista Joanne, quemadmodum nullus umquam sit natus inter homines illo major; et quæ sustinuerit in eremo usque ad tempus quo manifestatus est Israeli. Quibus ego auditis, sciscitatus sum: Numquid igitur qui eremum incolunt, nobis meliores sunt? Et aiunt mihi sancti senes illi, esse utique. Nos enim alius alium videmus quotidie; communes cœtus frequentamus cum gaudio; siquando esurimus, paratum invenimus cibum; quando sitimus, ad manum est aqua; si contigerit in infirmitatem incidere quempiam, adsunt qui solentur socii, quia in commune vivimus; imo si quid etiam edulii alius ab alio desideravimus, id amore Dei porrigimus.

qua occasione doctus eremiticam vitam,

5 At vero eremi incolæ, hisce omnibus destituti sunt: unde enim habeant talia? Quod si superveniat eis etiam afflictio aut bellum, struente laqueum adversario; ubi, quæso te, hominem nanciscantur, qui mentem ipsorum serenare et consolari possit? Si deficit eis cibus, non facile obtinetur; similiter si fauces arescant siti, aqua nuspiam adest. Tum vero maxime laborant ejusmodi Fratres, cum in eremum progressi, jugum Domini serio amplectuntur, exercitiisque se dant, famem sitimque alacriter tolerantes; occulta, quæ osor virtutis infert, bella vincere contendentes; et arctam Domini viam omnem currentes, neutiquam a furente adversario retardati.

monasticæ præferendam.

6 Is enim totus in illo est, ut talia desideranti-

A bus injiciat remoram, tentetque a proposito virtutis scopo currentes avertere, quo minus in asceticis studiis perseverantes, magnis a Deo propositis frustrentur præmiis, quando a corpore excedunt : quandoquidem constantes et generose perseverantes in bonis cœptis, consequuntur optimi Domini nostri Jesu Christi misericordiam, in remunerationem toleratarum ejus causa miseriarum ; atque a sanctis Angelis, ad ipsos missis, cibum et aquam a petra subministrantibus, nutriantur ; quemadmodum Propheta Esaias docens ait, Qui expectant Deum mutabunt fortitudinem, assumentes pennas ut aquilæ ; ambulabunt, et non esurient ; current et non fatigabuntur : quoniam si sitiverint, affertur eis aqua de petra : fiunt namque herbæ deserti ipsis in ore dulciores mele. Quod si etiam ærumna bellumque ab hoste incubuerit, surgentes, expansis manibus Domino nostro supplicant, ejusque continuo auxilium submittitur cœlitus. Nam illico dissipantur tentationes omnes, propterea quod recto puroque corde quærant Dominum nostrum Jesum Christum. Nonne inaudisti, fili, quid Scriptura

INTERP C. J.

ob varias prærogativas ;

Ps. 9, 19 referat ; Deus non derelinquit pauperem in seculum

B sæculi, patientia ejus non peribit in finem. Atque iterum : Exaudiet eos Dominus et ex afflictione eo-

Ps. 9, 19 rum liberabit eos : reddit enim Deus unicuique, prout sustinuit ejus causa labores. Quamobrem beatus est, qui perficit voluntatem Dei super terram, Angeli ministrant ei, et exultatione eum replent, corroborantque in horas singulas, dum vivit in corpore.

relicto monasterio eremum petierit ;

7 Talia a sanctis Patribus in monasterio meo edoctus, ego minimus Onuphrius, cor animumque repletus dulcedine plusquam mellea, tanto recti amore exarsi, ut alium in mundum mente translatus viderer. Et continuo surgens nocte, accepi pauculos panes et frumentum, quod in quatriduum sufficere posset victui ; ac duce Deo secundum providentiam ejus egressus, rogavi, locum ut indicaret, ubi me vellet solitarium agere. Egressus itaque monasterio illa nocte, ascendi via montana, percecturus illac in eremum : cum ecce lumen conspicor ante me ; quo terrefactus, volebam redire, et priorem habitationis locum repetere atque incolere denuo. Sed et illud argumento mihi fuit, quod ad meliora secundum providentiam divinam proficerem in Domino. Ecce enim, perterrito mihi coram adstat vir quidam insignis, qui et propius accedens,

C jubet me metum ponere, dicitque : Ego sum Angelus, qui a latere tuo non recedo, jam inde a tenera ætate tua. Hæc enim ipsa providentia, qua te Dominus ad iter instruere dignatus est, ad exitum cœpta perducit.

et ducem viæ nactus Angelum,

i invenerit alium eremitam

8 Hæc elocutus, mecum processit, perreximusque in eremum itinere LXVII *i* milliarium ; cum venerandam conspicatus speluncam, propius accessi, exploraturus, num quis in ea homo commoraretur : et accurrens pulsavi ostium, dixique, uti mos est Fratribus Christum amantibus ; Benedic. Et ecce vidi virum sanctissimum, grandævum, forma decorum, magna ac divina quadam gloria faciem totam repletum. Ut vidi autem, ut humi procumbens, pedibus ipsius accidi et adoravi. Ille vero manu me erigens, amplexatus est, dicens : Tu frater meus es et adjutor in Domino Onuphrius ; ingredere, fili, Deus auxiliabitur tibi : et tu constanter bona perficies opera, juxta vocationem tuam in timore ejus. Ingressus itaque substiti apud ipsum pauculos dies, cupidus discere ab ipso sanctum aliquod opus, uti et factum est. Nam docuit me eremiticum vivendi modum, cognoscens, quod anima mea percuperet addiscere bona opera Domini nostri Jesu Christi ; docuit etiam modum resistendi occultis adversarii

a quo animatus,

ad locum habitationis suæ ductus sit

ρευποδὼν γίνεσθαι καὶ πειράζειν αὐτοὺς, ὅπως τοῦ ἀγαθοῦ D ανακόψαι σκοποῦ καὶ μὴ ἐπιμεῖναι αὐτοὺς τῇ ἀσκήσει, καὶ τῆς παρὰ τοῦ Θεοῦ τυχεῖν μεγαλοδωρεᾶς, ὅτε ἐκ τοῦ σώματος ἐξέρχονται· ἐπειδὴ τοὺς ἐπιμένοντας ταῦτα, καὶ καρτεροῦντας σωφρόνως ἐν τῇ ἀσκήσει τοῦ ἀγαθοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ καταλαμβάνει εὐσπλαγχνία πρὸς ἀνταπόδωσιν, ὧν διὰ Θεὸν ὑπέμειναν θλίψεων, καὶ ὑπὸ τῶν ἁγίων Ἀγγέλων, στελλομένων πρὸς αὐτοὺς τὴν τροφὴν, καὶ ὕδωρ ἐκ πέτρας κομιζόντων διακονοῦνται, καθ᾽ ἅπερ ὁ προφήτης Ἡσαΐας διδάσκει λέγων, Ὅτι οἱ ὑπομένοντες Θεὸν ἀλλάξουσιν ἰσχὺν, πτεροφυοῦντες ὡς ἀετοὶ, περιπατήσουσιν καὶ οὐ πεινάσουσιν, δραμοῦνται καὶ οὐ κοπιάσουσιν, ὅτι εἰ διψήσωσι, φέρεται αὐτοῖς ὕδωρ ἐκ πέτρας, γίνονται γὰρ αὐτοῖς τῆς ἐρήμου βοτάναι γλυκύαι ἐν τῷ στώματι ὑπὲρ μέλι· εἰ δὲ καὶ συμβῇ αὐτοῖς πόνον γενέσθαι, ἢ πόλεμον τοῦ ἀντικειμένου, διαναστάντες, τὰς χεῖρας ἐκτείνοντες, τῷ Κυρίῳ ἡμῶν προσευχόμενοι, εὐθὺς ἡ αὐτοῦ ἄνωθεν αὐτοῖς στέλλεται βοήθεια· σκορπίζονται γὰρ παρευθὺς οἱ πειρασμοὶ πάντες ἀπ᾽ αὐτῶν, διὰ τῆς πρὸς τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν ὀρθῆς αὐτῶν καὶ καθαρᾶς χάριτος. Οὐκ ἤκουσταί σοι, τέκνον, τὰ ἐν τῇ γραφῇ φερόμενα, ὅτι ὁ Θεὸς οὐκ ἐγκατέλειπει πτωχὸν εἰς αἰῶνα αἰῶνος, ἡ ὑπομονὴ αὐτοῦ μὴ ἀπολεῖται εἰς τέλος· καὶ πάλιν λέγει· Εἰσακούσεται αὐτοὺς ὁ Κύριος, καὶ ἐκ τῆς θλίψεως αὐτῶν ἐξελεῖται E αὐτούς· ὁ γὰρ Θεὸς ἑκάστῳ δίδωσιν κατὰ τὸν κόπον, ὃν ὑπέμεινεν δι᾽ αὐτόν. Μακάριος οὖν ἐστὶν ὁ ποιῶν τὸ θέλημα τοῦ Θεοῦ ἐπὶ τὴν γῆν· οἱ Ἄγγελοι διακονοῦσιν αὐτῷ, καὶ ποιοῦσιν ἀγαλλιᾶσθαι αὐτὸν, καὶ ἐνδυναμοῦσιν αὐτὸν ἑκάστης ὥρας ἐν τῷ σώματι ὄντα.

7 Ταῦτα δὲ ὑπὸ τῶν ἁγίων Πατρῶν τῶν ἐν τῷ μοναστηρίῳ μου διδαχθεὶς, ἐγὼ ὁ ἐλάχιστος Ὀνούφριος, μέλιτος πλέον γλυκύτητα τὴν ψυχὴν, καὶ τὴν καρδίαν πληρωθεὶς, μεγάλης ᾐσθόμην ἐν αὐτῷ διορθώσεως, ὥστε ἐν ἄλλῳ τινὶ κόσμῳ τὸν ἐμὸν μετενεχθῆναι λογισμόν· καὶ προθύμως ἀναστὰς ἐν νυκτὶ, ἔλαβον ὀλίγους ἄρτους, καὶ κόκκους εἰς τροφὴν ἄχρι ἡμερῶν τεσσάρων, καὶ ὁδηγούμενος ὑπὸ τοῦ Θεοῦ κατὰ τὴν αὐτοῦ οἰκονομίαν ἐξῆλθον, δυσωπῶν αὐτὸν γνωρίσαι μοι, ἔνθα βούλεταί με οἰκεῖν μονάχον. Ἐξερχόμενος δὲ ἐκ τοῦ μοναστηρίου κατὰ τὴν νύκτα ἐκείνην, ἦλθον εἰς τὴν ὁδὸν τοῦ ὄρους, εἰσελθεῖν ἐν τῇ ἐρήμῳ βουλόμενος· καὶ ὁρῶ φῶς ἐναντίον μου, ὥστε βουλήσασθαί με ὑποστρέψαι, καὶ τὸν τόπον καταλαβεῖν ἐν ᾧ πρώην ἐτύγχανον, καὶ πάλιν κατὰ τὸ πρότερον οἰκεῖν. Ἀλλὰ τῆς περὶ τὰ μείζονα ἐν Κυρίῳ προκοπῆς, κατὰ τὴν αὐτοῦ πρόνοιαν, καὶ τοῦτο τεκμήριον γέγονέ μοι. Ἰδοὺ γὰρ φοβηθέντος μου ἔνδοξός τις ἔστη ἔμπροσθέν μου, καὶ ἐγγίσας μοι ἔφη· Μὴ φοβεῖσθαί με· Ἐγώ εἰμι ὁ Ἄγγελος ὁ συμπορευόμενός σοι ἐκ νεαρᾶς ἡλικίας· ἡ γὰρ οἰκονομία αὕτη, ἣν ἠξίωσέ σοι ὁ Κύριος, περιπατῆσαι F τελειοῦταί σοι.

8 Καὶ ταῦτα λαλήσας μοι, περιεπάτησεν μετ᾽ ἐμοῦ, καὶ ἤλθωμεν ἐν τῇ ἐρήμῳ ἄχρι μιλίων ἑξήκοντα ἑπτά· σπήλαιον δὲ σέμνον ἑωρακὼς, γέγονα πλησίον αὐτοῦ, γνῶναι βουλόμενος, εἰ ἔχει ἄνθρωπον ἐν ἑαυτῷ· καὶ φθάσας τὴν θύραν ἔκρουσα [καὶ ἔλεγον] τὸ Εὐλόγησαν, κατὰ τὸ ἔθος τῶν φιλοχρίστων ἀδελφῶν· καὶ ἰδοὺ ἄνδρα ἁγιώτατον, γηραλαιὸν καὶ καλὸν τὸ εἴδει, μεγάλης δόξης Θεοῦ πεπληρωμένον τὸ πρόσωπον αὐτοῦ. Θεασάμενος δὲ αὐτὸν, ἐπὶ τὴν γῆν παραχρῆμα ἔρριψα ἐμαυτὸν εἰς τοὺς πόδας αὐτοῦ, καὶ προσεκύνησεν αὐτόν· ὁ δὲ τῇ χειρὶ ἐγείρας ἠσπάσατό με λέγων· Σὺ εἶ ὁ ἀδελφός μου Ὀνούφριος, ὁ σύνεργός μου ἐν Κυρίῳ· εἴσελθε, τέκνον, ὁ Θεὸς συμπράξει σοι, καὶ διαμένεις τὰ ἀγαθὰ ὡς ἐκλήθης, πληρῶν αὐτοῦ ἔργα κατὰ τὸν φόβον αὐτοῦ. Εἰσελθὼν δὲ ἐκάθισα σὺν αὐτῷ ὀλίγας ἡμέρας, ὅσιόν τι παρ᾽ αὐτοῦ μαθεῖν ἔργον, ὅπερ καὶ γέγονεν. Τὰς γὰρ τῶν ἐρημιτῶν ἐδίδαξέ με πολιτείας αὐτὸς, γνοὺς ὅτι τὸ πνεῦμά μου ἔλαμψεν εἰς τὸ μαθεῖν τὸ ἀγαθὸν τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ ἔργον, καὶ τοῖς κρυπτομένοις ἀντιστῆναι πολέμοις τοῦ ἀντικειμένου, καὶ τὸν φόβον ἔχειν. Λέγει μοι, ἀνάστηθι,

A ἀνάστηθι, τέκνον, ἀπάξω σε εἰς ἕτερον σπήλαιον ἐν τῇ ἐσωτέρᾳ ἐρήμῳ, εἰς τὸ οἰκῆσαί σε μόνον ἐν αὐτῷ καὶ κόπον ὑπομεῖναι· ἐπὶ τοῦτο γὰρ ἐπέσταλκέ σε ὁ Θεὸς ἐν τῇ οἰκονομίᾳ τοιαύτῃ, ἵνα τὴν ἐνδοτέραν οἰκήσῃς ἔρημον.

9 Ταῦτα δέ μοι συμβουλευσάμενος, ἐπορεύθημεν ἅμα ἐς τὴν ἐνδοτέραν ἔρημον, ἐπὶ ἡμέρας τέσσαρας, καὶ νύκτας τέσσαρας· καὶ τῇ πέμπτῃ ἡμέρᾳ ἐπέστημεν καλύβῃ μικρῷ, οὗ ἦν πλησίον φοίνιξ. Καὶ λέγει μοι ὁ ἁγιώτατος ἐκεῖνος ἀνήρ· Οὗτός ἐστιν ὁ τόπος, ὁ κατ᾽ οἰκονομίαν Θεοῦ πρὸς οἴκησιν εὐτρεπίσθη σοι. Ἔμεινεν δὲ αὐτὸς σὺν ἐμοὶ ἡμέρας τριάκοντα, τὰ καλὰ διδάσκων με ἔργα· καὶ μετὰ τὰς τριάκοντα ἡμέρας συνταξάμενός μοι [τὴν διδασκαλίαν τῶν τοῦ Θεοῦ ἐντολῶν φυλάττειν, ἀπέστρεψεν ἀπ᾽ ἐμοῦ]· Καὶ ἐξ ἐκείνου ἅπαξ καθ᾽ ἕκαστον ἐνιαυτὸν ὑπηντοῦμεν ἀλλήλους, ἕως τῆς ἡμέρας, ἐν ᾗ ἐκ τοῦ σώματος ἐξῆλθεν· καταλαβόντες δὲ [αὐτοῦ ποτε] τὸν τόπον, ἐν ᾧ ᾤκουν, ἀνεπαύσατο· καὶ κατεθέμην τὸ λείψανον αὐτοῦ πλησίον τῆς ἐμῆς καλύβης.

bellis, et conservandi timorem Dei. Dixitque mihi; D
surge, fili, deducam te in aliam speluncam, interiori in eremo sitam, ut illic solus habites et ærumnis assuescas: ideo enim misit te huc Deus, ut remotiorem inhabites solitudinem.

INTERP. C. J.

9 Cum talia mihi suasisset, una concessimus introrsum in desertum, quatuor dierum totidemque noctium itinere: ac quinto tandem die devenimus ad parvum tugurium, a quo prope adstabat palma: dixitque mihi vir ille sanctissimus: Hic locus est quem providentia Dei ad habitandum tibi paravit; et commoratus est ipse mecum dies triginta, præclaris virtutum exercitiis me erudiens: quibus elapsis, præcepit illibatam ut servarem mandatorum divinorum doctrinam; et a me recessit: deinceps vero quotannis semel inter nos convenimus, in illum usque diem, quo anima ejus e corpore migravit. Progressus autem aliquando ad locum, ubi ego habitabam, in domino quievit; corpusque ejus prope tugurium meum terræ mandavi *m*.

et quotannis semel visitatus.

m

ANNOTATA C. J.

B a *Monendus initio lector, quod notatur in MS. nostro, codicem Bibliothecæ serenissimi Ducis Bavariæ, unde exemplum desumptum est, mendis scatere Quamobrem quæ levi immutatione corrigi posse videbuntur, correcta hic dabimus; alia ut sunt incorrecta relicturi, judicio cujusque lectoris corrigenda.*

b *Video* τὸ μου *a plerisque intellectum fuisse quasi poneretur post* Κυρίῳ; *atque ideo interpretatum esse*, Domino meo. *Satius retinendum ego post* ἐνδότερον *puto, ut sit casus nominis comparativi, ac significet* interius me, *seu* interiori loco, quam ego.

c *Legebatur* δαπανήσατος

d *Vox una hic plane attrita est.*

e *Gr.* Κεωφύλλων, *quo herbæ alicujus speciem significari, ex adjuncto* βοτάνη *patere potest. Quid si* Κεροφύλλων *scribatur, noteturque herba, quæ folia cornu similia habeat?*

f *Vitæ sanctorum Patrum, et fere solæ, legunt* septuaginta: *Menæis, Menologio Basilii, Martyrologio Romano, aliisque,* Sexaginta *constanter ponentibus.*

g *Editio Suriana, quæ proxime ad textum hunc Græcum accedit, habet,* in sancto Monasterio. *Unde suspicari quis posset, in Græco lectum ab illo interprete fuisse,* ἁγίῳ, *quod minus recte scripserit noster* Ἀδάχῃ.

C h *Apud Surium legitur,* Eriti Hemepolitani *monasterium: in vitis Patrum, Monasterium* Hermopolim: *in Menologio Basilii* διέτριβε ἐν κοινοβίῳ, διακειμένῳ ἐν Θερμουπόλει τῶν Θηβῶν, Habitavit in cœnobio, quod situm est in Thermopoli Thebæorum, *Maximus Cytherorum Episcopus in recentiori sua collectione de* E *vitis Sanctorum, ita ponit:* Ἐνασκούμενος εἰς ἕνα κοινόβιον, κείμενον εἰς τὴν ἔρημον χώραν τῶν Θηβῶν. Morabatur in quodam monasterio, constituto in eremo Thebanorum. *Est autem quæ hic designari videtur* Hermopolis, *notissima civitas Ægypti in Thebaide, eaque major vocatur ad distinctionem alterius Hermopolis, similiter in Egypto, quæ non admodum longe a Mari mediterraneo recedit, et minor plerumque dicitur,* Themcpolis *aut* Eremopolis *nusquam invenitur.*

i *Surius et Vitæ Patrum legunt,* Sex vel septem milliaria.

k *Vitæ Patrum hic habent* Calidomea, *corrupta absque dubio voce, aut una e duabus conflata. Melius tamen legeretur,* καλύβῃ μικρᾷ, *uti deinde etiam occurret; quamvis et sustineri lectio possit, cum* κολοβός *etiam inveniatur, pro domuncula e ramis arborum contexta.*

l *Simile quid hic deficere, legenti patet idque ex latinis editionibus suppleo.*

m *MS. Leodiense exprimit nomen ac genus hujusce instructoris ac magistri* S. Onuphrii; *diciturque esse* de genere Sincharum, nomine Hermes vocari: *illorum autem scriptor Romanus, nomen forte sumpsit a* F Cingaris, *sic Italice dictis, hominibus vagis, Ægyptios sese dicentibus.*

CAPUT II.

Onuphrii in eremo labores, solatia, habitatio, victus, obitus, Sepultura.

Ὡς δὲ ταῦτα πάντα ἀφηγήσατό μοι, ἠρώτησα αὐτὸν ἐγὼ ὁ ἐλάχιστος Παφνούτιος, λέγων· Πάτερ ἅγιε, πολλὸν κόπον ὑπέμεινας τὸ πρῶτον, ὁπότε ἦλθες εἰς τὴν ἔρημον ταύτην; Καὶ λέγει μοι ὁ μακάριος γέρων· Πίστευε, ἀδελφὲ ἀγαθὲ, τοσοῦτον ὑπέστην κόπον, ὥστε ἀπέλπισα ἐμαυτὸν πολλάκις μέχρι θανάτου, τῆς τε πείνης καὶ δίψης ἐπικειμένης μοι, ἅμα δὲ καὶ τοῦ πυρὸς καὶ καύσωνος τῆς ἡμέρας, καὶ τοῦ ψυχροῦ ἀέρος τῆς νυκτός· καὶ ἐβρέχετο ἡ σάρξ μου ἐκ τῆς δρόσου τοῦ οὐρανοῦ· ὁ δὲ ἅγιος Θεὸς, εἰδὼς ταῦτα ὑπενεγκόντα με, καὶ τὸν ἀγῶνα τῆς νηστείας, καὶ ὡς δέδωκα τὴν ψυχήν μου εἰς ἄσκησιν, ἐκέλευσε τῷ ἁγίῳ Ἀγγέλῳ αὐτοῦ φέρειν πρός με τὴν καθημερινὴν τροφὴν καὶ ὕδωρ ἐκ μέτρου· διὰ τὸν στηριγμὸν τοῦ σώ-

Posteaquam isthæc omnia narrasset mihi; interrogavi ipsum ego minimus Paphnutius, dicens; Pater optime, multumne subiisti laboris cum pridem hanc in solitudinem venisti? Responditque beatus Senex; Crede mihi, mi Frater; tantum subivi, ut sæpe adigerer ad desperandum de vita, urgentibus me fame ac siti, nec non ardore atque æstu per diem, et aere frigido per noctem, madefacto sæpius e rore cœli corpusculo. Verum benignus Deus, probe gnarus talia me pati; perspectum etiam habens certamen jejunii mei, et pervidens quomodo animam meam dederam exercitationibus piis; jussit sanctum Angelum suum offerre mihi quotidianum victum

Laboribus initio toleratis Onuphrii

INTERP. a

victum, et aquam certa mensura, ad sustentandas corporis vires; et palma producit mihi duodecim spathas *a* per annum, nempe in singulos menses unam; quas cum manducabam, admixtis eremi herbis, gustabam ex provida dispositione Dei dulcedinem omnino melleam. Scriptum est enim; Non in solo pane vivet homo, sed in omni verbo quod procedit de ore Dei. Quamobrem si feceris, mi Frater Paphnuti, voluntatem Dei nostri, experieris providentiam ejus. Dicit enim in sancto Evangelio, Ne soliciti sitis animæ vestræ quid manducetis, aut quid bibatis; neque corpori vestro quid induamini: Dominus enim ac pater vester, qui in cœlis est, scit priusquam petatis, quo indigetis. Petite ergo primum regnum ejus atque justitiam, et hæc omnia adjicientur vobis.

Matt. 6, 25

Eremitæ Eucharistiam ab angelo accipiunt,

11 Hisce e justo viro auditis, admirabundus dixi: Pater optime, unde sacram Eucharistiam accipis in Sabbato aut Dominica? Et ait: Angelus Domini bonus venit ad me, et immaculatam hostiam distribuit mihi; neque mihi solum, sed et omnibus in solitudine degentibus amore Dei, hominumque aspectum oculis suis negantibus; quos lætitia cumulat universos. Si cui tamen eorum lubido fuerit contueri hominem, deportatur is ab Angelo in cœlum, ut Sanctos et aspiciat et amplectatur: unde anima ejus evadit lucida, gaudet in spiritu, admodum exhilaratur atque exultat, bonis dignata æternis, quæ non deficiunt in seculum seculi: sicque obliviscitur protinus laborum, quos in eremo toleravit, ac reversus manet in loco suo in gaudio, exercitia sua obiens multos per annos; existimans in alium sese translatum esse mundum, postquam magno isthoc beneficio affectus fuit; et omnino non recordatur amplius mundi hujus *b*.

et visionibus cœlestibus dignantur

quibus animatus Paphnutius,

12 Hisce a sanctissimo patre Onuphrio mihi expositis, sub montis cacumine, ubi obviam factus ei fueram; totus gaudio delibutus oblivioni dedi labores, quos sustinueram pertransiens montana deserti; famen quoque ac sitim nihil omnino faciens, confortabar et spiritu et corpore: exultansque præ gaudio dixi ipsi: Næ ego beatus sum, qui merui et videre te, sanctissime Pater, et audire præclaros suavissimosque sermones tuos, qui me omnis generis cumulant beneficiis. Ipse vero respondens; Surge nunc, ait, frater; abeamus in locum habitationis meæ. Et surgentes abivimus: non cessante me interim stupere et admirari gratiam ipsius. Cumque processissemus ad duo triave miliaria; pervenimus ad tugurium maxime venerandum, cui prope adstabat palma; ubi ipse gradum sistens, mecum orationem fudit; eaque finita dixit, Amen: tum considentes, diu inter nos de rebus piis contulimus.

ad cellam Onuphrii accedit,

et vires modico pane restaurat.

13 Ubi vero occidente sole terminaretur dies, conspexi in medio tugurioli jacere panem et modicum aquæ; dixitque mihi vir beatus; Surge, fili, accipe paulum panis et aquæ, adjacentium coram te: animadverto enim periculum tibi imminere ex fame, siti, atque labore itineris. Ad quæ ego: Vivit Dominus, salvator meus! neque manducaturus neque bibiturus sum, nisi simul extendamus manus nostras et unanimiter gustemus. Cujus rei causa multis eum hortatus, vix tandem persuasi, ut mecum extenderet manum, et frangens panem una comederet. Cumque ambo satiati essemus; superavit etiam aliquid de pane, apposito: et orantes traduximus noctem illam.

Postridie cernit Onuphrium mortuo similem,

14 Cum postera illuxisset dies, et matutinas fudissemus preces, conspexi faciem ejus, forma et colore mutatis, velut mortui speciem præferre: et extimui. Quod ubi ille cognovit; Ne timeas, inquit, Frater Paphnuti; Deus enim in omnes misericors,

μάτός μου καὶ ἡ φοῖνιξ ἐκβάλλει μοι [δώδεκα] σπάθας τοῦ ἔτους, ὡς εἶναι κατὰ μῆνα μίαν, καὶ ταῦτα ἐσθίοντός μου μετὰ καὶ τῶν βοτανῶν τῆς ἐρήμου, γίνεταί μοι κατὰ τὴν τοῦ Θεοῦ οἰκονομίαν γλυκεῖα μέλιτος πλέον· γέγραπται γάρ, οὐκ ἐπ' ἄρτῳ μόνῳ ζήσεται ἄνθρωπος, ἀλλ' ἐν παντὶ ῥήματι ἐκπορευομένῳ διὰ στόματος Θεοῦ. Ἐὰν οὖν ποιῇς, ἀδελφὲ Παφνούτιε, τὸ θέλημα τοῦ Θεοῦ ἡμῶν ἕξεις τὴν αὐτοῦ οἰκονομίαν· λέγει γὰρ ἐν τῷ ἁγίῳ εὐαγγελίῳ, Μὴ μεριμνήσητε τῇ ψυχῇ τί φάγητε, ἢ τί πίητε, μηδὲ τῷ σώματι τί ἐνδύσησθε· ὁ γὰρ Κύριος καὶ πατὴρ ἡμῶν, ὁ ἐν τοῖς οὐρανοῖς, οἶδεν, ὧν χρείαν ἔχετε, πρὸ τοῦ ὑμᾶς αἰτῆσαι αὐτόν. Αἰτήσατε οὖν πρῶτον τὴν βασιλείαν αὐτοῦ, καὶ τὴν δικαιοσύνην αὐτοῦ, καὶ ταῦτα πάντα προστεθήσεται ὑμῖν.

11 Ταῦτα ἀκούσας παρὰ τοῦ δικαίου Ὀνουφρίου ἐθαύμασα, καὶ εἶπον αὐτῷ· Πάτερ ἀγαθέ, πόθεν κοινωνεῖς ἐν σαββάτῳ ἢ κυριακῇ; [Λέγει αὐτός]· Ἄγγελος Κυρίου γίνεται ἀγαθὸς πρός με, καὶ τὴν ἄχραντον κοινωνίαν διακονεῖ μοι· οὐκ ἐμοὶ μόνον ταύτην διαδιδούς, ἀλλὰ καὶ πᾶσι τοῖς ἐν τῇ ἐρήμῳ οἰκοῦσι διὰ Θεόν, τοῖς μὴ ὁρῶσιν ἄνθρωπον, καὶ εὐφροσύνης πληροῖ ἅπαντας· ἐὰν δέ τις ἐξ αὐτῶν ἐπιθυμήσῃ ἄνθρωπον ἰδεῖν, ἀναλαμβάνεται αὐτὸν ὁ ἄγγελος εἰς τὸν οὐρανὸν τοῦ θεωρῆσαι τοὺς Ἁγίους καὶ ἀσπάσασθαι αὐτούς, καὶ λαμπρύνει ἡ ψυχὴ αὐτοῦ ὡς τὸ φῶς, καὶ χαίρει ἐν τῷ πνεύματι, καὶ σφόδρα εὐφραίνεται, καὶ ἀγαλλιᾶται, τῶν αἰωνίων ἀγαθῶν ἀξιούμενος, τῶν μὴ λειπόντων εἰς αἰῶνα αἰῶνος. Ὥστε αὐτὸν ἐπιλαθέσθαι τοῦ κόπου, οὗ ἐν τῇ ἐρήμῳ ὑπέμεινεν· καὶ μεταστρεφόμενος ἐν τῷ τόπῳ, μένει ἐν εὐφροσύνῃ ἐπὶ πολλοὺς ἐτῶν χρόνους, λογιζόμενος εἰς ἕτερον μετατεθῆναι κόσμον τῆς μεγάλης ἐκείνης ἀξιωθεὶς δωρεᾶς, καὶ μηδαμῶς κόσμου εἶναι μεμνημένος.

12 Ταῦτα τοῦ ἁγιωτάτου Πατρὸς Ὀνουφρίου ἐξηγησαμένου μου ὑποκάτωθεν τοῦ πτερυγίου τοῦ ὄρους, ἔνθα ἀπήντησεν αὐτῷ, καὶ πάσης χαρᾶς πληρωθεὶς ἐπελάθον τῶν κόπων τῶν συμβεβηκότων μοι, πορευομένῳ ἐν ὄρεσι τῆς ἐρήμου, τήν τε πεῖναν καὶ δίψαν μηδὲ ὅλως λογισάμενος, ἰσχὺν ἔλαβον ἐν τῷ πνεύματι καὶ τῷ σώματι. Καὶ ἀγαλλιάσεως πληρωθείς, εἶπον αὐτῷ· Μακάριος εἰμὶ ἐγώ, ὁ ἀξιωθεὶς ἰδεῖν σε, ἁγιώτατε Πάτερ, καὶ ἀκοῦσαι τῶν καλῶν καὶ γλυκυτάτων σου τῶν λόγων, τῶν ὄντων μοι πρὸς πᾶσαν εὐεργεσίαν. Αὐτὸς δὲ ἀποκριθεὶς εἶπέν μοι; Ἀνάστα ἄρτι, ἀδελφέ, ἀπέλθωμεν εἰς τὸν τόπον ἔνθα κἀγὼ διάγω. Καὶ ἐγερθέντες ἐπορεύθημεν ἅμα. Οὐ διέλειπον δὲ ξενιζόμενος καὶ θαυμάζων τὴν χάριν τοῦ ὁσίου Πατρὸς ἡμῶν Ὀνουφρίου· εἶτα προκόψαντες δύο ἢ τρία μίλια, κατήλθομεν καλύβην σεμνοτάτην, ἔχουσαν καὶ φοίνικα πλησίον ἑστῶσαν· καὶ αὐτὸς ἐπιστὰς ἐν τῷ τόπῳ ηὔξατο σὺν ἡμῖν. Πληρώσας δὲ τὴν εὐχήν, καὶ εἴπομεν τὸ Ἀμήν· καὶ μετὰ τοῦτο καθεσθέντες ἐμείναμεν, τὰ ἀγαθὰ ἀλλήλοις ἐξηγούμενοι.

13 Τῆς δὲ ἡμέρας τελουμένης περὶ δυσμὰς ἡλίου, ἑώρακα ἐν μέσῳ τῷ καλυβίῳ ἐκείνῳ ἄρτον κείμενον καὶ ὕδωρ μικρόν. Λέγει δέ μοι ὁ Μακάριος ἐκεῖνος ἀνήρ· Ἐγερθείς, τέκνον, μετάλαβε ὀλίγου ἄρτου καὶ ὕδατος ἐνώπιόν σου ὄντων· ὁρῶ γάρ σε κινδυνεύοντα ἐκ τῆς πείνης καὶ δίψης, καὶ τοῦ κόπου τῆς ὁδοῦ. Ἐγὼ δὲ εἶπον αὐτῷ· Ζῇ ὁ σωτήρ μου Κύριος, οὐ μὴ φάγω, οὐδὲ μὴ πίω, εἰ μὴ χαλάσωμεν τὰς χεῖρας ἡμῶν, καὶ κοινῇ τῇ γνώμῃ γευσώμεθα. Πολλὰ οὖν ἕνεκεν τούτου παρακαλέσας αὐτόν, μόλις ἴσχυσα πεῖσαι σὺν ἐμοὶ τὴν χεῖρα ἐπιβαλεῖν, καὶ κλάσαντα τὸν ἄρτον σὺν ἐμοὶ γεύσασθαι. Καὶ κορεσθέντες ἀμφότεροι ἐκ τοῦ ἄρτου ἡμῖν ἐπερίσσευσεν· ἐμείναμεν δὲ τῇ νυκτὶ ἐκείνῃ προσευχόμενοι.

14 Καὶ πρωΐας γενομένης, μετὰ τὴν ἑωθινὴν εὐχήν, εἶδον αὐτὸν ἀλλάξαντα τὴν τοῦ προσώπου θεωρίαν καὶ τὴν χρόαν, καὶ ὡσεὶ νεκρὸν γενόμενον, ἐφοβήθην. Ὁ δὲ γνοὺς τὸν φόβον μου, ἀπεκρίθη μοι λέγων· Μὴ φοβηθείς, ἀδελφὲ Παφνούτιε, ὁ γὰρ περὶ πάντων εὔσπλαγχνος Θεὸς

A Θεὸς ἀπέσταλκέ σε πρός με, ἵνα φροντίσῃς τῆς ταφῆς, καὶ τοῦ λειψάνου μου· ἰδοὺ γὰρ τὴν σήμερον τελειῶ τὴν τοῦ Θεοῦ οἰκονομίαν, καὶ ἀπέρχομαι εἰς τὴν ἐμὴν ἀνάπαυσιν ἕως αἰῶνος. Σὺ δὲ, ἀδελφὲ πολυπόθητε, ἐὰν ἐξέλθῃς ἐν Αἰγύπτῳ, κήρυξον τὸ ἐμὸν μνημόσυνον ὡς θυμίαμα, ἐν μέσῳ τῶν ἀδελφῶν καὶ παντὸς τοῦ χριστωνύμου λαοῦ· καὶ ἐάν τις προσφορὰν εἰς ὄνομά μου καὶ μνημόσυνον προσάγει Κυρίῳ τῷ Θεῷ ἡμῶν, συναριθμούμενος γενήσεται πάντων τῶν ἁγίων, καὶ λυτροῦται ἀπὸ παντὸς πειρασμοῦ· ὃ ἐδυσώπησα αὐτόν· καὶ εἴ τις τρέφει ἀδελφὸν, ἢ πτωχὸν ἐν τῷ ἐμοῦ ὀνόματι, μνησθῶ κἀγὼ ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ ἡμῶν, ἐν τῇ ἡμέρᾳ τῆς κρίσεως, καὶ τῆς αἰωνίου ζωῆς κληρονόμος γενήσεται.

15 Κἀγὼ δὲ πρὸς ταῦτα ἀπεκρίθην· Ἐὰν οὖν πένης ἐστίν τις, μὴ δυνάμενος προσενεγκεῖν τι, ἢ θρέψαι πτωχὸν εἰς μνημόσυνόν σου, οὐκ ἐπιτεύξεται τῆς εὐλογίας σου; Ὁ δὲ ἔφη μοι, ἐάν τις θυμίαμα ἐν τῷ ὀνόματί μου εἰς ὀσμὴν εὐωδίας τῷ Κυρίῳ προσάγει, καὶ αὐτὸς τῆς ὁμοίας ἀξιοῦται χαρᾶς. Ἐγὼ δὲ πάλιν τολμήσας, πρὸς αὐτὸν εἶπον· Πάτερ ἁγιώτατε, φθασάτω πρὸς μὲ ἡ εὐχὴ τῆς σῆς ἁγιότητος· οἶδα γὰρ ἀληθῶς, ὅτι ἐὰν αἰτήσεις τὸν Θεὸν, δίδοταί σοι, καὶ οὐκ ἀστοχεῖται τὸ αἴτημά σου ἐνώπιον τοῦ ἐπουρανίου Βασιλέως, διὰ τὴν ἄοκνόν
B σου δουλείαν, ἣν ἐν τοῖς ἑξήκοντα ἔτεσιν ἐν ἐρήμοις διῆγες, τῷ Κυρίῳ προσευχόμενος. Ὁ δὲ εἶπεν· Ἐάν τις πένης ἐστὶν, ἢ ἐν ἐρήμῳ διάγει μὴ δυνάμενος προσφορὰν ἐνεγκεῖν ἢ θυμίαμα, ἀναστὰς ὁ τοιοῦτος, καὶ εὐχὰς προσενέγκει Θεῷ παντοκράτορι, καὶ τὸ ἅγιον σύμβολον μετὰ φόβου καὶ πίστεως δι' ἐμὲ προσευχόμενος, κἀγὼ αὐτὸν μνησθήσομαι ὑπὲρ αὐτοῦ πρὸς Κύριον, καὶ εὔξομαι ἀξιωθῆναι αὐτὸν μετὰ πάντων τῶν δικαίων κληρονομῆσαι ζωὴν τὴν αἰώνιον. Ἐγὼ δὲ πάλιν εἶπον· Εἰ ἄξιός εἰμι, σπουδή μοί ἐστιν οἰκῆσαι ἐν τῷ τόπῳ τούτῳ, μετὰ τὴν ἐκ τοῦ σώματός σου ἀποδημίαν. Αὐτὸς δὲ ἔφη· Τέκνον, οὐκ ἦλθες εἰς τὴν οἰκησίαν ταύτην, ἀλλ' ὅτι Θεὸς ἀπέσταλκέ σε ἵνα τοὺς Ἁγίους αὐτοῦ χαροποιήσῃς τοὺς ἐν τῇ ἐρήμῳ κατοικοῦντας, καὶ κηρύξαι τὴν αὐτῶν πολιτείαν ἐν μέσῳ τῶν θεοσεβῶν ἀδελφῶν, εἰς δόξαν Θεοῦ, καὶ ὠφέλειαν τῶν ἀκουόντων καὶ πιστευόντων. Ἄπελθε οὖν, τέκνον, εἰς τὴν Αἴγυπτον, καὶ μένε ἕως τέλους ἐν τοῖς ἀγαθοῖς ἔργοις τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, κηρύττων πᾶσιν ὡς εἶδες καὶ ἀκήκοας.

16 Ταῦτα εἰπόντος μοι τοῦ τιμιωτάτου Ὀνουφρίου, προσέπεσα εἰς τὸ ἔδαφος πρὸς τοῖς ποσὶν αὐτοῦ, λέγων· Εὐλόγησον οὖν με, Πάτερ ἅγιε, ἵνα εὕρω ἔλεος ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ, καὶ ὡς ἠξιώθην ἐν τῷ νῦν αἰῶνι προσκυνῆσαί σε,
C καὶ ἐν τῷ μέλλοντι αἰῶνι ἀξιωθείημεν. Ὁ δὲ πρὸς με ἀπεκρίνατο· Ἀδελφὲ ποθεινότατε, Παφνούτιε, ὁ Κύριός μου μὴ ἐγκαταλείψει σε περὶ τῆς τοιαύτης αἰτήσεως, εὐλογήσει σε ἀλλὰ καὶ στηρίξει σε ἐν τῇ αὐτοῦ ἀγάπῃ, καὶ φωτίσει τοὺς ὀφθαλμούς σου εἰς τὴν αὐτοῦ ἀγαθότητα, καὶ λυτρώσεταί σε ἐκ παντὸς παραπτώματος καὶ τῶν βολῶν τοῦ ἀντικειμένου, καὶ τελειώσει ἐν σοὶ τὸ ἔργον ὃ ἐπεχείρησας. Οἱ Ἄγγελοι αὐτοῦ σε σκεπάσουσιν ἐν τῇ φοβερᾷ ἡμέρᾳ τοῦ Θεοῦ ἡμῶν, ἐν ᾗ μέλλεις ἀπολογίαν κομίσασθαι. Καὶ εὐθέως ἀναστὰς ηὔξατο πρὸς Κύριον μετὰ πολλῶν δακρύων καὶ στεναγμῶν λέγων οὕτως· Εἰς χεῖράς σου, ὁ Θεὸς, παρατίθημι τὸ πνεῦμά μου. Καὶ ταῦτα εἰπὼν, θεὶς τὰ γόνατα ἐτελειώθη ἐν τῷ Κυρίῳ, παραδοὺς τὸ πνεῦμα, ἐν εἰρήνῃ ἀνεπαύσατο.

17 Παραυτίκα δὲ ἤκουσα φωνὴν Ἀγγέλων ὑμνούντων τὸν Θεὸν, διὰ τὴν καθαρότητα τῆς ψυχῆς αὐτοῦ· καὶ ἐν χαρᾷ μεγάλῃ τῶν Ἀγγέλων ἐν τῇ ὥρᾳ τῆς πρὸς Θεὸν αὐτοῦ ἀποδημίας. Κἀγὼ δὲ ὑποδυσάμενος τὸ λεντιοῦ κολοβὸν οὗ ἦν ἐνδεδυμένος, καὶ λύσας τὸ πλάγιον αὐτοῦ δύο μέρη ἐμέρισα, καὶ τὸ ἥμισυ μὲν περιέβαλον τῷ σώματι αὐτοῦ, τρόπῳ κηδείας σκεπάσας αὐτῷ, τὸ δὲ ἕτερον ἥμισυ ἐμαυτῷ ἐνέδυσα· εὗρον δὲ πέτραν ὑπόκοιλον ὥσεὶ λάκκον. Ἐκεῖσε οὖν κατέθηκα τὸ τίμιον καὶ ἅγιον αὐτοῦ λείψανον· ἀναστὰς δὲ ηὐξάμην ἵνα αὐτόθι διαμενῶ. Καὶ ἰδοὺ, καὶ ἰδοὺ τὸ καλύβιον αὐτοῦ συμπεπτωκὸς, ὡσαύ-

misit te huc, ut curam corporis mei sepulchrique habeas. Ecce enim hodie adimpleo divinam circa me providentiam, abiturus in requiem meam in æternum. Tu vero, Frater desideratissime, si hinc abiveris in Ægyptum, memoriam mei instar thymiamatis annuntia, in medio Fratrum et universi populi Christiani. Quod si quis in nomine meo meique memor oblationem obtulerit Domino Deo nostro, in numerum Sanctorum omnium referetur, omnibusque liberabitur tentationibus. Id quod ego exoravi Deum. Quod si quis etiam cibum dederit Fratri cuipiam aut mendico in nomine meo, ejus et ego memor ero coram Deo nostro in die judicii, et vitæ æternæ hereditatem adibit iste. D

qui præmia promittit suæ dictis,

15 Ad hæc ego intuli: Si quis igitur pauper nihil habeat quod offerat, aut unde mendicum alat in memoriam tui; an benedictionem tuam consecuturus non sit? Respondit ille: Si quis incensum in nomine meo obtulerit Domino in odorem suavitatis, parem is quoque merebitur lætitiam. Et ego rursum ausus interrogare, dixi: Pater sanctissime, pervenial ad me quoque oratio tua; probe enim novi, quod E siquid Deum postulaveris, det tibi; nec irrita sit apud cœlestem Regem postulatio tua, propter impigram servitutem, quam annis LX servivisti in eremo, preces Deo offerens. Et dixit ille: Si quis pauper est aut in eremo degit, cui nec oblatio nec thymiama suppetit; surgat ille et orationem fundat ad Deum omnipotentem, sanctumque Symbolum cum timore ac fide recitet propter me; et ego illorum memor apud Dominum, pro ipso precabor, ut cum justis omnibus hereditatem accipiat vitæ æternæ. Atque iterum ego: Si dignus sum, inquam; cupio habitare in loco isto post tuum e corpore excessum. Et ille: Non venisti huc, fili, habitatum: sed quia Deus misit te, ut Sanctos ipsius, qui in eremo degunt, exhilarares; eorumque vivendi modum Fratribus Deum colentibus notum faceres, ad gloriam Dei atque utilitatem audientium credentiumque. Vade igitur, fili, in Ægyptum, ibique persevera ad mortem usque in bonis operibus Domini Jesu Christi, prædicans omnibus quæ vidisti et audisti.

etiam nihil offerentibus,

jubet Paphnutium redire in Ægyptum

16 Talia cum mihi locutus esset venerabilis Onuphrius, humi procidi ad pedes ejus et dixi: Benedic igitur mihi, Pater sancte, ut misericordiam consequar in conspectu Dei; atque uti in seculo præsenti dignus fui adorare te, ita in futuro quoque dignus sim. Respondit ille: Desideratissime Frater Paphnuti, Dominus meus non derelinquet te propter F istam petitionem tuam: verum benedicet tibi, et confirmabit te in amore suo; illuminabit oculos tuos, ut videas bonitatem ejus; eripiet te ex omni casu telisque diaboli; et perficiet in te opus quod cœpisti. Angeli ejus protegent te in terribili Dei nostri die, in quo defensurus es causam tuam. Et continuo surgens oravit Dominum, multis cum lacrymis gemitibusque, dicens: In manus tuas, Deus, commendo spiritum meum. Quo dicto, genibusque humi positis, obdormivit in Domino, ac tradito Spiritu in pace quievit.

cui multa fausta prædicens,

positis humi genibus moritur.

17 Tum ilico audivi vocem Angelorum, laudantium Deum, propter puritatem animæ sancti viri, et gaudio replentium aera, illa ipsa hora qua abiit ad Deum anima ejus. Ego vero exuens levitonarium quo tegebar, per mediumque bifariam illud dividens, altera quidem dimidia parte corpus ipsius circumvolvi funeralem in modum; altera vero me ipsum contexi. Inveni deinde petram adinstar foveæ concavam, in qua venerabile sanctumque cadaver deposui, utque ibi manerem surgens oravi: et respiciens vidi concidisse tugurium ipsius, uti et palmam.

et audito Angelorum cantu,

involutus tunica media sepelitur a Paphnutio

[illegible] *ejus* [illegible] *et palma* *g* *h*

A palmam, quæ cibum ei suppeditaverat: Cumque illa subito accidisse animadverterem, cognovi nolle Deum illic loci me commorari *g*. Decessit vero sanctus Dei servus Onuphrius die XII Junii *h* mensis. Deum nostrum decet gloria in secula seculorum. Amen.

τως τὴν φοίνικα ἐξ ἧς τὴν τρυφὴν ἐπορίζετο. Καὶ τοῦτο D διὰ τάχος συμβὰν θεασάμενος, ἐπέγνων ἐντεῦθεν· με εἶναι θέλημα Θεοῦ εἰς τὸν τόπον ἐκεῖνον εἰκεῖσαί με. Ἐτελειώθη δὲ ὁ Ὅσιος καὶ Θεοῦ δοῦλος Ὀνούφριος, ἐν μενὶ Ἰουνίου δωδεκάτῃ. Τῷ δὲ Θεῷ ἡμῶν πρέπει δοξα, εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

ANNOTATA C. J.

a *Gr.* σπάθα *et* σπάθη *dicitur in palma id unde fructus dependet; uti etiam ipsum involucrum fructus seu palmulæ. Quid ni hic* Spatha, *pro termite seu ramo cum fructibus suis, accipiatur, ut in menses singulos singuli termites successive maturescentes præbuerint victum: nam singulæ palmulæ quid ad sustentationem menstruam?*

b *Totus hic paragraphus numeri* II *deest Surio, uti et Lipomanno: extat tamen, quod ad argumentum spectat, in vitis Patrum et MS. Leodiensi.*

c *Interponit hic editio Lipomani et Surii*: Erat autem dies; sextus quidem decimus Paven; nonus autem Junii mensis apud Romanos: *MS. Leodiense vero,* dies sextus decimus mensis Pin, qui est dies B undecimus Junii apud Romanos. *Nescio unde hausta sint illa. Certe textus noster Græcus, uti et Vitæ Patrum nihil istius meminerunt. Tum vero, quisquis inseruerit illa, non recte combinatur dies* XVI *mensis Payni Ægyptiorum cum die* IX *aut* XI *Junii nostri: recte cum* X.

d *In vitis Patrum hoc paulo altius (nempe initio privilegii hujus) et expressius ponitur sic:* Hæc est postulatio mea, quam impetravi a Domino Deo. *Postulatio autem illa, et ipsa postulata impetrataque privilegia, nescio quid, alienum ab humilitate Sanctorum indicant: et hinc fortasse satius duxerunt Menæa, illa omnino omitti, et MS. Leodiense, paucis perstringi; quod et Florarium Sanctorum similiter MS. his verbis fecit:* Migravit a seculo anno salutis CCCLXX. Hic enim petiit et obtinuit a Domino, ut si quis memoriam ejus fecerit seu oblationes, aut pauperes paverit in nomine ejus, aut memoriæ suæ librum scripserit; dimittantur illi universa peccata: et cum anima exierit de corpore, erit munda a peccatis quasi modo genitus infans.

e *Ex responsione subjecta conjici potest, desiderari hic aliam partem interrogationis; qualis extat apud Surium his verbis:* Si quis autem non invenerit thymiama, sicut tu, degens in solitudine; aut ei nequaquam suppetierit ad offerendum; nonne et hic particeps esse poterit bonorum præmissorum?

f *Aliis* lebitonarium. *Suidæ scribitur* λεβητωνάριον, *estque ei* χιτὼν μοναχικὸς ἐκ τριχῶν συντεθειμένος tunica monachalis, e pilis contexta. *S. Hieronymo, Isidoro, aliisque communiter sonat* vestem lineam sine manicis. *Quid si e sententia Suidæ significet vestem ordinariam Monachorum, qua semper induebantur, carnem suam macerabant, et a vulgo hominum distinguebantur; et tale hic fuerit lebitonarium Paphnutii? Ex mente vero Hieronymi significet extraordinariam, et qua in sacris præcipue utebantur Monachi. Qualiter in Paralipomenis de S. Pachomio die* 14 *Maji pag.* 343 *litt.* A. *legitur fecisse senex quidam* E *Monachus nomine Jonas, qui lebitonarium seu* lebitonem habuit unicum, quo uti solum consueverat quando divinorum et incorruptibilium Christi mysteriorum fiebat particeps. *Vide etiam diem* 14 *citatum pag.* 302 *Annot. a. Hoc loco* attritum pallium *significari tum sensus ipse requirit, tum exponunt Menæa, cum pro* λεϋιτονάριον *reponunt* τριβώνιον; *quod proprie detritam vestem et Cynicorum pallium innuere, testatur Suidas.*

g *Uti initio Vitæ quædam adjunguntur in editionibus Lipomani et Surii, quæ ad Onuphrium nihil attinent: ita in eisdem fini quoque pluscula apponuntur, alio similiter spectantia. Utraque in textu nostro Græco et in Vitis Patrum prætermissa sunt; si tamen additamenta illa fuerint ab auctore primo conscripta, et non potius ab otioso quopiam interpolatore excogitata.*

h *In Vitis Patrum obiisse dicitur* mense Junio, die XI id est tertio Idus ejusdem mensis. *Editio Suriana de tempore mortis nihil amplius meminit, quam quod in medio contextu dies nona Junii indicetur; uti supra notavi Annot.* c.

C

F

DE SANCTO TERNANO

PICTORUM IN BRITANNIA EPISCOPO

D. P.

Illorum simul et Scotorum, limites, Apostoli, diœceses.

Picti, id est Britones Romanis tacresse [illegible]

Cum meliorem Britanniæ partem Imperio suo Romani subegissent, eam vero quam subjugare non potuerant primum Adrianus Imperator ducto ad tutelam vallo abjunxisset, hoc non sufficiente, Severus aliud, minus remotum struxit, et trans illud reliquit eos Britones quos ex re Pictos *Latine nominatos credibile est, juxta veteris nominis* Brith *significationem, propterea quod corpora ceruleo colore tingerent. Quod ultra illos ad Occasum et Boream regionum erat, tenebant transgressi ex Hibernia* Scoti; *horum enim patriam illam fuisse docet Beda; et hodierna septemtrionalium sive silvestrium Scotorum lingua, adhuc eadem quæ Hibernica, idem testatur. Hi Pictis juncti non solum communiter tuebantur libertatem contra Romanos, sed frequentibus etiam in horum ditiones irruptionibus formidabiles sese faciebant; nec minus Anglo-saxonibus in locum Romanorum subingressis facessivere negotii; diversis diu regnis ac regibus usi, donec* Pictis *prævaluere* Scoti, *et quidquid trans vallum Severi versus Boream est uno complexi regno* Scotiam *appellari fecerunt; Pictorum nomine prorsus abolito, nisi quod valli prædicti vestigia adhuc reliqua vulgo* the Picts Wal *appellentur ab Anglis.* *una cum Scotis ex Hibernia advectis,*

2 *Ita sejunctis illis et adhuc in gentilitate persistentibus, quis primus Christum annuntiaverit difficile explicatu est; nisi quod venerabilis Beda l.* 3 *cap.* 4, *acturus de S. Columbæ apostolatu ad provincias* Pictorum Septemtrionalium, quæ arduis atque horrentibus *Christiani facti a S. Ninia Ep. ad se misso sub an. 400.*

A bus jugis montium ab Australibus eorum sunt regionibus sequestratæ, *dicat, quod* Australes Picti, qui intra eosdem montes habent sedes, multo ante tempore (ut perhibent) relicto errore idololatriæ fidem veritatis acceperant, prædicante eis verbo Ninia Episcopo, *(alii Niniarem vocant)* qui erat Romæ regulariter fidem et mysteria veritatis edoctus; *et in honorem S. Martini ecclesiam Candidæ Casæ dedicavit, hodie Wishem dictam, ad æstuarium Hiberniæ Angliæque conterminum. Alfordus noster a Siricio consecratum putat anno* CCCXCIV, *et ultra annum* CCCCXXX, *vixisse. Per eum ergo, non solum* Picti australes *credebant in Salvatorem, sed etiam conjuncti illis aut etiam permixti* Scoti *ipsorum exemplo; quando S. Cœlestinus Papa, anno* CCCCXXIII *creatus est Pontifex; sic enim idem Beda scribit lib.* I *cap.* 13 Palladius, ad Scotos in Christum credentes, a Pontifice Romanæ Ecclesiæ Cœlestino primus mittitur Episcopus *in locum verosimiliter jam mortui Niniani.*

Ad eosdem plenius instruendos missus S. Palladius,

3 *Eadem ante Bedam scripserat, Cœlestino coævus Prosper Aquitanus in Chronico: qui etiam in libro contra Collatorem cap.* 41 *commendans Cœlestini zelum, in Britannia patria sua ab Pelagianis erroribus* B *purganda, ad laudem ejus hoc etiam addit, quod* ordinato Scotis Episcopo, dum Romanam insulam studet servare Catholicam, *id est eam partem quæ Romanis parebat,* fecit etiam barbaram Christianam, *eam scilicet partem, in qua tenuis dumtaxat Christi notitia et solo fere nomine tenus habebatur, nullis adhuc ibi ordinatis Episcopis, qui Christianismi reliquias foverent, aut novellas plantationes excolerent. Eumdem Palladium primario ad se missum contendunt Hiberni; sed quia borealem insulæ suæ partem non attigit, primusque totam eam percurrit convertitque Patricius, hunc præ illo Apostoli sui titulo ornant; quin et Prosperi locum, tamquam de duabus insulis intelligendum, totum ad se trahunt: quibus non lubet contradicere, modo ipsum saltem fateantur Scoto-Britannis, atque adeo etiam Pictis prædicasse.*

an. 431 ordinatus;

4 *Annum missi trans mare Palladii,* Basso et Antiocho Coss. *Prosper notat. Hic fuit Christi* CCCCXXXI: *sed qui Chronico ipsius jam olim præsumpserant annos Imperatorum annotare, dum eum numerant annum Theodosii Junioris ab obitu Honorii* VIII, *qui solum erat* VI, *vel a Kalendis Maji* VII, *aberrare etiam Bedam fecerunt; Difficilius definiri potest, quamdiu in Britannia dum Pontifex erat Cœlestinus* C *Palladius prædicarit. Nam Vita S. Patricii, a Probo Anglo edita seculo* IX *aut etiam serius, ejusque compendium quod secundo loco Colganus edidit, persuasus auctorem fuisse aliquem Sancti discipulum, asserit, brevissimum Palladii Apostolatum fuisse.* Quia enim, *inquit ille,* immites et feri homines *(Hibernos intelligit)* recipere nolebant doctrinam ejus, neque ipse longum voluit transire tempus in terra non sua; sed reverti disposuit ad eum qui misit illum. Cumque mare transmeasset, et ad finem Pictorum pervenisset, ibidem discessit; *quod ejus socii Romam regredientes, Patricio, per eumdem Cœlestinum etiam misso, sed necdum Episcopo, in Italia nuntiarint. Scoti econtrario, (ast, nullus, quod sciam, seculo superiori antiquior) diutissime apud se detinent Palladium; quando Hectorem Boethium sequuntur, asserentem, in fine lib.* 7 *Hist. Scotorum, quod ipse non nisi* post pios sudores ac religiosa opera...... fatis concessit, *prius tamen* Ternanum, quem infantem lustrico laverat fonte, Pictorum Archiepiscopum constituit. *Quo loco videtur indicare, ex Pictis vel Scotis natum* Ternanum, *interque eos baptizatum; siquidem Palladius, ante suam missionem, dumtaxat Diaconus fuit; et ad annos tringinta aut plures debuit in Episcopatu vixisse, ut quem in eo susceperat parvulum, ordinaret adultum.*

quem Hiberni cito mortuum,

Scoti diu apud se prædicasse scribunt,

et tandem Pictis dedisse Episcopum Ternanum.

5 *Poterunt hæc ad* VI *Julii, quo Palladius colitur, magis discuti. De* Ternano *subjicit Joannes Leslæus. Roffensis in Scotia Episcopus, quod* tanto religionis pietatisquæ proferendæ studio officii suî partes explevit, partim hæresim Pelagianam ex animis evellendo *(quasi ea usque ad Pictos penetrarit)* partim illorum jam purgatis animis puritatem religionis instillando, ut merito Pictorum Apostolus postea censeretur. *Sane a seculo plusquam uno alterove Scotorum Martyrologiis Kalendariisve adhunc* XII *Junii adscriptum fuisse* Ternanum, *persuadent Carthusiani Colonienses in suis ad Usuardum additamentis, primo loco sic scribentes,* in Scotia Termani Archiepiscopi et Confessoris: *quod secuti Ferrarius in Catalogo Generali, et in Martyrologio Germanico Canisius. Suæ quoque gentis Kalendaria se vidisse testatur Thomas Demsterus in Menologio Scotico, cum addita littera K notavit;* Kinkarniæ, Tarnani Scotorum Archiepiscopi; *majorem meriturus fidem (num alias exiguam habet, multa ingentis suæ gratiam comminisci convictus) majorem inquam meriturus fidem, et melius de Scotica historia meriturus, si situm loci docuisset exteros, et num ibi corpus illius requieverit; sicuti de Palladio docet Hector, eum Forduni sepultum, translatasque ejus Reliquias ibi fuisse in novam capsam anno* MCCCCXCIV.

I [illegible] *Hic per anticipationem dicitur Archiepiscopus in antiquis Kalendariis*

et a Dempstero adscribitur Kinkarniæ

6 *Ad Archiepiscopalem titulum quod attinet, licet verum foret quod ait Hector, nec absolute fuerit primus inter Scotos Episcopus Palladius, sed* primus omnium qui sacrum inter eos Magistratum egerit a Romano Pontifice Episcopus creatus; cum antea populi suffragiis ex Monachis et Culdeis Pontifices assumerentur; *licet, inquam, verum id foret, non tamen probaret aliunde ordinatos alios plures ibi fuisse Episcopos simul, quorum Primas gesserit Archiepiscopi titulum, prius quam hic apud Anglo-saxones, sub S. Gregorio Papa, cœpisset usurpari. Non tamen dixerim Archiepiscopatus Scoticos primum a Sixto IV institutos anno* MCDLXXI; *sed solum, honore Pallii, quod eatenus petere neglexerant, condecoratos. Præsumere ergo licebit, eum titulum ibi notum fuisse ante plura secula; licet fortassis, nec ipsi Archiepiscopi, nec subditi iis Episcopi tenerent easdem quæ nunc nominantur suffraganeas Sedes. Qua de re operæ pretium fuerit scribere ex professo aliquem, sicuti de Episcopis Angliæ scripsit Godwinus, varias sedium translationes explicans et quo quique ordine in ea sederint.*

E *Habuit quidem Archiepiscopum Scotia*

ante 16 seculum,

7 *Dedit Bollandus noster ad diem* XIII *Januarii Vitam S. Kentigerni, primi Glascuensis Sedis, quæ nunc Archiepiscopalis est, Antistitis ordinati seculo* VI. *Ibi num.* 13 *legitur, quod sanctus juvenis a magistro suo digressus,* in loco nomine Glasgu cum multa abstinentia vixit; donec Rex et Clerus regionis Cumbriensis *(ea Pictorum sedes fuit, dum res nomenque eorum mansit)* cum cunctis Christianis, licet paucis *(mallem,* non paucis, *legere)* quam plurimum renitentem, in Pastorem et Episcopum eligerent. Accito autem de Hiberna uno Episcopo, more Britonum et Scotorum in Episcopum ipsum consecrari fecerunt. *Quis autem mos ille fuerit sic explicat:* Mos autem in Britannia inoleverat, in consecratione Pontificum tantummodo, capita sacri Chrismatis diffusione perungere, cum invocatione sancti Spiritus, et benedictione et manus impositione. Insulani enim, quasi extra orbem positi, emergentibus Paganorum infestationibus, Canonum erant ignari: Ecclesiastica ideo censura ipsis condescendens, excusationem illorum admittit in hac parte. *Ita auctor ille apud Capgravium, non S. Asaphus Kentigerni discipulus, sed multo posterior alius, cum* Pictorum patria *(quam idem Sanctus dicitur* ab idololatria et pravitate hæretica *repurgasse) vel saltem pars ejus occidentalior jam* Galwadia *diceretur, ex veteri* Gallo-Brigantium

F *sed necdum ullum seculo 6,*

quando ad S. Kentigernum veteri more ordinandum

Brigantium nomine; reliquum vero ipsorum regnum appellaretur Cambria vel Cumbria. Videntur autem ista supere seculum X, quo provincia illa tandem Anglo-saxonibus cessit, quorum et linguam adhuc tenet, priusquam regno Scotorum adjungerentur, eatenus trans murum Adriani retrusorum, nisi quatenus eorum multi Pictis mixti vivebant.

Auct. M. D. P.

8 Hoc animadvertisse oportuit, ne Vitæ illi plus auctoritatis tribuere videar, quam ætas sua exigit. Interim noto, potuisse quidem Palladium, Canonum ritu umque Romanorum scientissimum, per se solum absque aliorum duorum assistentia consecrasse Ternanum, exigente id necessitate et Pontifice indulgente, qua de re fortasse docerent nos illius ad Cœlestinum Papam Epistolæ si extarent, sed non potuisse eos ritus omittere quos Romana servat Ecclesia; nisi judicaverit primos Britonum Apostolos secundo, certiore seculo, atque ex eorum institutione progressos Monachos, Scotorum Albiensium in re sacra magistros, eo ritu pridem usos, non esse ad Canonum in Niceno postea conditorum disciplinam reformandos, dum alia in moribus et fide potiora restabant. Insuper, supposita Vitæ istius veritate, consequens videtur, quod si ex Hibernia accersendus Episcopus fuit, qui Kentigernum ordinaret; nullus alius fuerit inter Pictos Scotosque, qui eo munere fungi posset, mortuo jam Ternano: cujus Sedes utrum Kinkarnia dicta fuerit, aliunde quam ex Dempstero vellem posse definire: hoc dico, primum dici Kentigernum qui Cathedralem sedem in urbe Glascuensi constituit.

petendus ex Hibernia Episcopus fuit

B

Is primus Glascuæ Sedem posuit,

9 Extendebatur autem diœcesis sua (adeoque et Ternani diœcesis) secundum limites Cambrensis regni, a muro scilicet illo famoso, ad arcendum hostes (Pictos et Scotos, a Britonibus, a mari (Hibernico) ad mare (Germanicum) olim constructo usque ad flumen Fordense. et vallum Adriani, quod erat in isthmo gemini ad Orientem Occidentemque æstuarii, et id est usque ad mare scoticum; sed puto legendum. et mare Scoticum, quod scilicet Adriani vallum ad occidentem terminat, sicut id ad orientem attingit Forthæ æstuarium. Dum porro eadem Vita num. 34 addit, quod idem Kentigernus Albaniam, id est Scotiam trans vallum Adriani, convertit, ecclesias construxit et monasteria multa fundavit; missis ex discipulis suis ad Orcades, Norvegiam et Yslandiam luce fidei imbuendas; supponitur ad illius curam pertinuisse reliquæ ad Septemtrionem Britanniæ, ipsasque Orcades, ad quas tamen S. Sernanum, alterum discipulorum seu sociorum, Episcopum a Palladio consecratum dicunt Scoti, adeoque supponere etiam debent cum Sernano emortuum et suffocatum quoque esse, quod ambo ibi antea sparserant Evangelii semen.

Pictos sua diœcesi complexus,

D

cura vero etiam Scotos atque ceteros Boreales.

10 An autem in veteri ac propria picta Scotia Palladius (qui eam sibi censetur reservasse, cum Cumbriam Ternano, ipse Sernano borealiora attribuit) an, inquam, Palladius Abernethi Sedem sibi constituerit; unde ea ad urbem S. Andreæ, nunc etiam Archiepiscopalem, translata seculo IX est a Kennetho Pictorum domitore; an vero longius Aberdonæ, quæ vetustissima etiam Ecclesia est, non divinaverim: suspicor tamen quod potius Aberdoniæ; cum mortuus sit Palladius Forduni in Mernia, in qua illa ipsa civitas est.

Veteres ibi diœceses,

11 Quando Sixtus IV Archiepiscopalem dignitatem in civitatibus S. Andreæ et Glascuæ restituit, huic attributæ fuerunt ecclesiæ, Candidæ Casæ, Lismoriensis et Insularum ad Occidentem sitarum: quarum prima antiquior originem suam refert ad S. Ninianum, quem colit XVI Septembris; cujus et corpus possedit quoad per hæresim licuit; ita ut ea possit prima inter Pictos Cathedralis vocari, secunda Glascua; tertia autem Lismoria ubi sit necdum comperi; suspicor tamen ultra Fordense flumen et æstuarium constitutam: et Archidiœcesim vero Glascuensem secundum Hibernicum mare in Boream se extendere, usque ad Episcopatum Rossensem et Gradum LVIII, qui Episcopatus, una cum reliquo Septemtrione et Orientali Scotiæ latere pertinet ad Andreapolitanam metropolim: atque ita intelligetur quomodo ad Glascuensem spectent etiam insulæ antiquis Ebudæ dictæ et occidentali Scotiæ lateri objectæ; non item Orcades, ultra totam Scotiam procurrentes in Septemtrionem.

recentiores bifariam divisæ.

E

DE SANCTO PETRO

ANACHORETA IN MONTE ATHO.

Not. 6 C F

C. J.

COMMENTARIUS PRÆVIUS

§. *I. Cultus sacer. Palæstra, mons Athos. Tempus in eo actum. Iter Romanum.*

Ante sec. VIII

Egimus hoc ipso die XII de S. Onuphrio, qui in quadam solitudine Ægypti vitam solus et ignotus omnibus diutissime protraxit, paulo ante mortem a non nemine divinitus inventus, et post mortem sepultus, cum inventori suo seriem rerum a se gestarum antea retulisset. Typicum S. Sabæ, Venetiis anno MDCII impressum, Onuphrio conjungit eodem die (crediderim ob similitudinem anachoreseos) Petrum, a monte Atho, quem longissimo incoluit tempore, Athonitam appellatum: conjungit autem utrumque his verbis: Εἰς τὰς, ιβ' τοῦ ὁσίου Πατρὸς ἡμῶν Ὀνουφρίου, καὶ τοῦ ὁσίου Πατρὸς ἡμῶν Πέτρου τοῦ Ἀθωνίτου. Die XII Junii. Sancti Patris nostri Onuphrii; et Sancti Patris nostri Petri Athonitæ. Consensit Horologium Græcum, quod eadem totidem verbis refert: et Molanus, unicus quod sciam apud Latinos Martyrologus, qui ejus mentionem facit. Cum autem hic eadem omnino latine proferat, quæ Menæa et Horologium Græce, ex alterutro illorum sua transtulerit. Martyrologium quoque Moscorum Onuphrii simul et Petri meminit, eodemque die et in una tabella utrumque proponit, figuratum eodem prorsus modo, id est erecte stantes, capillis non admodum promissis, barba ampla per pectus defluente crurum tenus, circum verenda frondibus cinctos, ceterum nudos: uti videre est in Kalendario Moscorum ante tomum primum Maji. Adde, templo a fidelibus structo honoratum, annuo festo ac populi concursu celebratum, nec non miraculis in vita atque post mortem clarum fuisse Petrum, uti constat ex Vita num. 49.

S. Onuphrio conjungitur Petrus

in Typico et Horologio Græcorum,

in Auctario Molani,

in Kalendario Moscorum.

2 Hisce permoti, proponimus et nos hoc ipso die Petrum, et quidem Onuphrio (quamvis illo multo junior esse debeat) proxime conjunctum: quia dum nihil certi, de tempore quo vixerit, nobis constat; cui potius eum conjungamus, quam cui instituto vitæ perquam similis, ac propterea abs ritualibus libris conjunctus etiam, ut vidimus, fuit? Ex hac tamen similitudine vitæ et conjunctione Actorum nemini suspicio debet oriri, quasi par etiam fides utriusque Actis adhibenda sit. Nam argumenta cur minus omni ex parte nobis probari Acta Onuphrii diximus, pleraque hic non obtinent. Notus est

Hinc et nos conjungimus utrumque

A *est enim auctor vitæ* Petri, *vir eruditus atque Archiepiscopus, qui et aliam olim scriptam Vitam testatur se vidisse et habuisse: notus locus anachoreseos, mons* Athos; *nihil in Vita audacius ut insolentibus dictum scriptumve: nihil insolitum aut inauditum: nihil ex variis consarcinatum: nihil alteri contrarium, nisi forte in numero per errorem tale quid reperiatur. Convenit, quidem vita hæc cum vita* S. Onuphrii, *de quo modo;* et S. Mariæ Ægyptiacæ, *de qua* II *Aprilis egimus, quod omnes nitantur unius dumtaxat hominis auctoritate ac relatione: sed Onuphriana aliis duabus fide multum cedit: quod certiores circumstantias, certioresque auctores hæ habeant quam illa. Quod* Maria *et* Petrus *bis inventi fuerint diversis temporibus, semel vivi, iterum mortui, et* Petrus *quidem jam mortuus a testibus quatuor; non item* Onuphrius. *Quod illorum Reliquiæ legantur antiquitus translatæ, ac certis locis honorifice reconditæ fuisse: quod de Onuphrianis minus constat.*

præferentes Onuphrianæ vitæ

hanc Petri, multis de caussis.

3 *Celeberrimus et olim fuit et nunc est mons* Athos, *palæstra viri sancti, in finibus Macedoniæ situs, ubi inter sinum Strymonicum ad Aquilonem, et Singiticum ad Meridiem,* non promontorio, ut alii, verum totus extat, totoque longe dorso procedit in pelagus, *uti Mela loquitur, paucorum stadiorum isthmo continenti junctus; quo etiam a Xerxe, bellum Græcis inferente, olim perfosso;* velificatus Athos, *uti canit Juvenalis, et mons ex peninsula, insula tantisper factus fuit. Describitur idem* Athos *in Menæis die* V *Julii, ubi de S. Athanasio,* Ὄρος ὑψηλότατον καὶ ἐπιμήκης, ἐπὶ πολὺ τῆς θαλάσσης διῆκον, ὡς αὔχην τις ὑπόστενος. Mons altus et prægrandis, longo spatio in mare exporrectus, veluti angustum collum, *qua parte scilicet continenti committitur.*

Mons Athos in finibus Macedoniæ

B

peninsulam efficit,

4 *De eodem monte religiosisque ejus incolis multa laudabiliter memorat sub initium seculi* XIII *Innocentius Papa* III, *scribens ad* S. Athanasii *(cujus nominis præcipuum illic monasterium est)* ceterosque Abbates et Monachos Montis-sancti *sive Athi, eosque sub beati Petri et sua protectione suscipiens ac privilegiis confirmans. Sic enim ait Epistola* 168 *libri* 16: Relatione illustrium et magnorum virorum nostro est Apostolatui declaratum, quod ille qui est mons domus Domini, præparatus in vertice montium, ut ad eum confluant omnes gentes, Sanctus videlicet Sanctorum, qui Ecclesiæ fundamenta in sanctis montibus collocavit; montem vestrum, super mare situm, ad inhabitandum suis fidelibus præelegit, qui effectum sui nominis et numinis in se habens, licet aridus

laudatus ab Alexandro Papa 3

C sit et asper, et fertilitatis gratia destitutus, est tamen inter alios mundi montes maxima spiritualium ubertate mirabiliter fœcundatus. Num cum trecentis monasteriis et gloriosa Religiosorum virorum multitudine, arctam et pauperem vitam ducentium, decoretur; tantausque modo refloruit excellentia honestatis, tanta religionis eximiæ claritate refulsit, ut de ipso cum Jacob recte possit quis dicere admirando; Vere sanctus est iste locus; quia hic est domus Dei, et quædam quodammodo porta cœli: ubi multitudo cœlestis exercitus, tamquam castrorum acies ordinata et parata suscitare Leviatan, victoriose pugnat jugiter cum dracone, psallens Domino sapienter. Propter quod cum jam dudum fama vestri nominis, quæ fuerat effusa sicut oleum circumquaque, multos populos ad se traxerit in odorem unguentorum vestrorum, ipsos currere faciens a remotis; Ecclesiarum Prælati et Imperatores Constantinopolitani pluresque Principes seculares, per privilegia sua multa, olim tantæ libertatis præeminentia vos dotarunt, ut post Deum, cui volebant vos libere famulari, nullius unquam essetis jurisdictioni subjecti. *Ita Pontifex, alia deinde prosequens de violento prædone, qui Monachorum quietem turbavit, ex-*

et privilegiis donatus a variis,

pilavit ecclesias, quasdam crudeliter etiam interemit; nec non suscipiens tum monachos, tum montem ipsum sub sua et S. Petri protectione. D

AUCTORE C. J.

5 *Alia subinde montis facies extitit secutis temporibus, monasteriorum præsertim numero, forte in schismatis pœnam, incredibiliter imminuto. Nam qui seculo superiori montem perambulavit, accurate lustrans omnia pluribusque describens Petrus Bellonius, ait libro, suo* 1 *cap.* 10, *trium dierum itinere in longitudinem, dimidii vero in latitudinem patere: a solis Calogeris (sunt ii Monachi cœlibes apud Græcos) inhabitari: viginti tria vel quatuor non amplius monasteria, variis locis sita, numerari. Monasteria ipsa habere in adjunctis sibi templis sacras Reliquias ad easque frequentem fieri concursum. Templa quoque ipsa egregie ornata et extructa esse, atque inibi Calogeros, singulis diebus liturgias canere, omnia Græco sermone proferentes. Sed de Calogeris qui illic ad sex millia dicuntur degere uti et de aliis huc pertinentibus vide sis Bellonium ipsum: et quæ Joannes Langus ad lib.* XI *Nicephori cap.* 37 *sic notat:* Hodie in Atho monte XXII insignia sunt monasteria Græcorum Monachorum ordinis S. Basilii, quæ tributi nomine Turcarum tyranno quotannis ex vinetis et olivetis suis pendunt VI millia obolorum turcicorum. Mons is a Christianis ἅγιον ὄρος, hoc est Mons Sanctus dicitur, a Ratenis Suvata hora.

Tridui itinere longus, dimidii latus est,

a solis Calogeris

6000 numero inhabitatus,

E

ac Turcis tributa solvens.

6 *Prædictum nomen* Ἅγιον ὄρος *ab illo virorum religiosorum cœtu et sanctis exercitationibus adhæsisse* Atho *putat Bellonius; cum potius sanctitati* Petri *adscribendum, ab ipsaque Deipara ei inditum sit, uti num.* II *in Vita legitur. Quando autem sic cœperit, appellari, tum constare poterit, quando de tempore, quo conversus est* Petrus, *constabit. Floruit in eo monte, præter* Petrum *nostrum, notus nobis sanctimonia vitæ* Athanasius *quidam, patria Trapezuntius, Constantinopoli litteris probe eruditus, montis Cyminæ in Asia primum, deinde Athi in Macedonia sacer ascetes: qui in hujus interiora ex divina revelatione tandem secessit,* ibidemque, rogatus a Nicephoro Phoca, militiæ pariter ac domi in palatio Imperatoris claro, ipsique Sancto jam ante familiariter noto et amicitiæ vinculo conjuncto; Dei Matri magnificum sane templum condidit, cellasque plurimas et maximas ad usum ac habitationem Fratrum a fundamentis excitavit; et Lauram denique multorum capacem molitus, migravit ad Dominum, *uti Menæa loquuntur ad diem* V *Julii.*

Vocatur Athos, Mons sanctus;

a S. Athanasio Trapezuntio etiam incolitus

ac monasterio et laura ornatus

7 *Conficies porro ex ætate Nicephori prædicti, anno* DCCCCLXIII *imperium suum orsi,* Athanasium *istum sub annum* DCCCCL *floruisse in monte* Atho; *atque adeo jam antea ibidem alios vitam duxisse solitariam, cum et ipse legatur in Menæis loco citato, senioris Anachoretæ illic se discipulum tradidisse. Potest tamen ab* Athanasii *temporibus celebrior factus, et magis frequentatus fuisse mons iste; tum propter sanctitatem ipsius* Athanasii, *tum propter auctoritatem Nicephori, viri opulenti, deinde Imperatoris, tum etiam propter monasterium et lauram utriusque ope constructam. Quam lauram si dixero etiamnum extare, eamdemque esse quam Bellonius describit, lib.* 1 *cap.* 37; *fortassis erit, qui consideratis Bellonii verbis mihi assentiatur.* Monasterium, *inquit ille,* Agia Laura nuncupatum, inter reliqua totius montis monasteria facile principatum obtinet, atque ad radices celsissimi jugi (quod verus mons Athos est) situm est, qua parte Lemnon spectat. *Gerit enim monasterium hoc, solum inter omnia a Bellonio enumerata, nomen* Laura: *cui additum deinde potest fuisse* Ἁγία *seu* Sancta, *vel a fundatoris* Athanasii *sanctitate ipsius monasterii, quod et situ particulari venerabilius est aliis, et cui alia forte omnia originem suam atque adeo etiam venerationem debeant. Est præterea monasterium hoc, uti*

sub annum 950,

F

ex quo celebrior factus is locus

Laura huc usque verosimiliter perseverante.

A *illud Athanasianum, in montis parte interiori, et magis alta quam reliqua, fere in littoribus sitæ aut parum inde remota, uti testatur Bellonius.*

AUCTORE C. J.

Videtur Petrus Athanasio prior fuisse in Atho,

8 *Sed redeamus ad* Petrum, *qui omnino prior* Athanasio *Athum incoluisse debet. Quo enim pacto per annos fere quinquaginta, quos illic exegisse dicitur, latere omnium omnino oculos potuisset, si tam frequens habitatoribus tum fuisset mons, quam esse post* Athanasium *cœpit? Quod etiam sibi vult, quod* primus Athleta *illic degerit* Petrus, *uti Prologus, et quod Deipara locum illum* Petro *constituerit, uti sibi electum pro instituto monastico, uti Vita ipsa num.* 11 *narrat? Sane isthæc aperte docent, priorem* Athanasio *Athum incoluisse* Petrum : *atque utinam tempus quoque intermedium docerent! Sed illud hinc sperandum non est, nullum indicium præbentibus Actis, unde in notitiam seculi quo floruit* Petrus, *veniri possit. Imo nec sciri satis certo, quamdiu in Atho vixerit, ex Actis potest, aliter atque aliter subinde loquentibus. Nam num.* 5 *assignant anachoresi ejus in monte annos amplius quinquaginta; qui num.* 42 *extenduntur ad annos* LIII: *at num,* 36, *annis* XXXXVI *dumtaxat in eremo transactis, dicitur inventus fuisse a venatore, vivus; et anno post uno, mortuus, sic ut* XXXXVII *illic tantum expleverit. Verum cum duo* B *priores numeri non male inter se concordent, cedere illis posteriorem unicum, par est: dicique debebit, aut errorem in numerum irrepsisse, aut longius quam anni spatium (quod tamen Acta negant) inter abitum venatoris e monte ac reditum effluxisse. Posset fortassis etiam sustineri, quod Sanctus annos* XXXXVII *determinate vixerit in monte: sex vero, qui superadduntur, intelligendos esse, ex mente primi Vitæ Scriptoris, de annis illis, qui ab initio conversionis in itu, mora, redituque Romano, usque ad initium habitationis montanæ, effluxerint; sic ut totum melioris vitæ spatium anni* LIII *numerandi sint.*

ac mansisse annos 53 *aut* 47.

Patria ejus ignota,

9 *Nihilo certiora nobis de* Petri *loco natali tradunt Acta, quam de seculo quo vixerit. Num.* 6 *legitur excitatum in patria ejus bellum fuisse contra Arabes; quod indicio quidem esse possit, in illorum confiniis natum alicubi fuisse* Petrum; *sed quibus? Occidentalibusne an Septemtrionalibus; an aliis? Est Arabiæ contermina Palæstina; parte sui eamdem attingit Syria: Arabum incursiones subinde et Asia minor sensit. Suspicemur igitur ex aliqua istarum regionum, ac præcipue ex alterutra duarum primarum, oriundum fuisse* Petrum, *donec aliunde clarior fortasse lux affulgeat aliquando.* C *Excitato (ut diximus) bello, in campum cum aliis processit* Petrus, *captusque in Arabiam adducitur, et carceri mancipatur. Inde vero divinitus ereptus, Romam iter instituit; eamque ingressus, a Pontifice monasticum induitur habitum et docetur institutum. Utinam hic Auctor Pontificis nomen expressisset! Certiora inde temporis indicia nacti fuissemus; ac certius distinxissemus, Romamne novam, an veterem profectus fuerit* Petrus. *Quamvis sine illo indicio ausim asserere,* Romam *hic intelligendam esse* veterem, *idque ex ipso navigationis cursu ostendo.*

forte est Palæstina aut Syria.

Romam adit non novam sed veterem;

ut patet ex ratione itineris

10 *Nam ubi Roma discessum meditatur, inquisiturus locum, proposito sibi instituto opportunum;* incidit in nautas, jam paratos discedere ex urbe, nec multo post e portu soluturos, atque per Cretam in Asiam vela facturos, *uti narratur num.* 10. *Ut commode isthæc verba intelligantur, separandus hic est portus ab urbe, ac spatium inter utrumque aliquod interjectum concipi debet: quod Romæ novæ seu Constantinopoli, ubi portus pars urbis est, convenire non potest; potest autem Romæ veteri, cujus portus duodecim fere* M. P. *ab urbe semotus est, sive per illum Ostia tiberina, sive Portus Augusti, etiam Romanus appellatus, intelligatur. Rursum, hinc solventibus in Asiam, iter per Cretam institui recta potest; non item solventibus Constantinopoli; ab Asia solo Bosphoro Thracico diremptam. Denique num.* 15, *cum navis cursum relicta* D *Creta prosequeretur, atque ex improviso immobilis consisteret, jubetur* sinistrorsum *flecti versus* Athum *montem. Est autem* Athus *Romæ in Asiam navigantibus a parte sinistra, cum eodem navigantibus Constantinopoli necessario relinquatur a dextra.*

per Cretam instituti,

ac Athum a sinistra relinquentis.

§ II. *Vitæ auctor, inventor, nova versio nostra, cum Epistola P. Franc. Combefisii.*

Ex *eo quod* Romam veterem *profectus sit* Petrus, *uti vidimus, ibique habitum acceperit monasticum; omni schismatis suspicione, quam aliquis objicere posset, eximitur; tametsi schismaticus atque hæreticus fuerit is, qui Vitam quam edimus sua paraphrasi ornavit. Est autem is,* Gregorius Palamas, *Archiepiscopus Thessalonicensis, scriptione sua, quam contra Becum Patriarcham C. P. Spiritum sanctum a Patre atque Filio simul procedere, cum Latinis fortiter tuentem, publicavit, seculo* XIV *famosus; nec non famosior illa, qua confutatus ipse postea fuit a Cardinali Bessarione, Becci atque Catholicæ doctrinæ de Spiritus sancti processione egregio defensore. Incoluisse* E *autem et ipse* Palamas *videtur montem Athum, priusquam Archiepiscopus crearetur; ibique Vitam hanc scripsisse, et pro concione ad Monachos ibidem habitantes dixisse. Colligitur id ex Prologo, ubi Athum,* huncce *montem; et Petrum,* nostratem *atque* indigenam *appellat, qui* hic *terrarum, nempe in monte hoc Atho, habitavit atque* ibidem *primum trophæum de victo dæmone erexit. Ut vero magis eximatur suspicione Schismatis* Petrus, *notandum est, ipsum Roma profectum, in Creta miracula operatum esse nec cum ullo exinde, præter vectores, collocutum fuisse usque ad penultimum vitæ suæ annum; adeoque cum nemine egisse, qui eum ad schisma pertrahere potuerit. Ut nihil dicam, quod incolæ ejusdem Montis Monachi, uniti fuerint adhuc Romanæ Ecclesiæ seculo* XIII; *quando humiliter supplicarunt Innocentio Papæ III, ut libertates sibi suas confirmaret, seque sub beati Petri ac sua ipsius Papæ protectione suscipere dignaretur: uti et factum est per rescriptum ejusdem Pontificis, Epistolarum ejus libro* 16 *Epist.*168 *insertum. Quod si deinde schismatici facti sunt Monachi illi, uti fuit ipse* Palamas; *quid id faciat, ut etiam schismaticus judicetur fuisse* Petrus, *tanto prius mortuus; cum nihil omnino quod schisma sapiat in hujusce Vita reperiatur? imo cum reperiantur etiam quæ schismati plane adversen-* F *tur, uti sunt, iter romanum, reverentia erga Pontificem summum atque universalem, habitus monasticus ab eo susceptus, miracula patrata. Ut non dicam, quod non primus auctor vitæ sit* Palamas; *sed pridem a Catholico (ut persuadere Acta possint) paucis scriptæ, ornator atque amplificator tantum; uti colligitur ex num.* 4.

Schismaticum non arguit Petrum

Vita a Schismatico,

verosimiliter in monte Atho scripta.

utpote continens multa Catholicis propria,

multa etiam Schismati repugnantia.

12 *Ipsa Vita, quæ Græce extabat in bibliotheca Emin. Card. Mazarini, pridem Latine submissa fuit decessoribus nostris a P. Francisco Combefisio, libris editis notissimo. Eamdem deinde Græce poscentibus nobis benigne subministravit Combefisii successor, P. Jacobus Quetif: ex qua novam versionem ipsi concinnavimus, eamdem cum textu Græco mox edituri, posteaquam titulum Vitæ, et epistolam Combefisii, anno* MDCLV *die* x *Julii Parisiis datam ad PP. Bollandum atque Henschenium proposuerimus. Titulus Vitæ præfixus hic est:* Τοῦ ἐν ἁγίοις Πατρὸς ἡμῶν Γρηγορίου, Ἀρχιεπισκόπου Θεσσαλονίκης, λόγος, εἰς τὸν θαυμαστὸν καὶ ἰσάγγελον βίον τοῦ ὁσίου καὶ θεοφόρου Πατρὸς ἡμῶν Πέτρου, τοῦ ἐν τῷ ἁγίῳ ὄρει τῷ Ἄθῳ ἀσκήσαντος. Sancti Patris nostri Gregorii, Archiepiscopi Thessalonicensis, Oratio in admirabilem et angelicæ parem vitam, sancti ac divini Patris nostri Petri, qui in sancto monte

Vita ex biblioth. Card. Mazarini Græce cum nostra versione edenda.

A monte Atho anachoretam egit. *Sequitur Epistola Combefisii.*

AUCTORE C. J.

Epistola Combefisii

13 Admodum Reverendis PP. Joanni Bollando, ac Godefrido Henschenio, Societatis Jesu, Fr. Franciscus Combefis Ordinis FF. Prædicatorum Salutem. Institutum vestrum, exornandis ac producendis Sanctorum genuinis Actis, quibus illi tum Deum demeruerunt, tum Ecclesiam juverunt, atque posteris exemplo præiverunt, sic probo maxime ac laudo, ut vel exiguum aliquid in illud contulisse, nihil mihi exiguum ipse existimem. Eo itaque studio animatus dum spissum Eminentissimi Cardinalis Mazarini codicem homiliarum in totum annum, sub S. Gregorii Thessalonicensis nomine, evolvo, atque lectito, num in eo quidquam occurrat, quod concionatoriæ meæ Bibliothecæ ornamento esse possit; Gregorium Palamam deprehendo, non sanctum, nisi paucorum schismaticorum Constantinopolitanæ Sedis Antistitum Palamitarum suffragio: sed magis quem vir doctus ac amicus Leo Allatius descripsit, de perpetua concordia Græcæ ac Latinæ Ecclesiæ; ut excepto dogmate non sano de Thaborio lumine, duobus de Transfiguratione illius tractatibus luculenter expresso, nihil satis elegans cultumque visum B sit, quod ex eo in immensum illud meum tractatuum, ad sacri pulpiti usum collectorum, opus comportarem.

laudantis Opus hoc de Sanctis

et adjuvantis mittendo Vitam S. Petri Athonitæ

14 Una arrisit quam maxime Petri Athonitæ laudatio, inscripta illa quidem eidem Gregorio, τοῦ αὐτοῦ at certe ejusmodi, ut reliquos omnes tractatus, eo codice contentos, infinitis partibus superet: ac nisi mea me fallit opinio, in ipso vel rudi, quem ago, agnoscetur Interprete. Conjicerem ego, non tam Palamæ lucubrationem esse, quam viri illius Senioris, quem ipse testatur, Petri res gestas antea scripto consignasse. Aut certe illius labore plurimum adjutus sit Palamas, majori ipse diligentia exornare connixus tanti Ascetarum patroni insignem memoriam. Ut ut sit, plana omnia, erudita, sana, pia, et quæ, ascesim præcipue ac solitariæ vitæ genus Christi ergo profitentibus, magno adjumento sint. Nusquam pulchrius digesta, quæ ii desudare consueverunt certamina. Rara in tanto divini favoris meritorumque cumulo, modestia; quo uno maxime lucis Angelus gaudet indicio. Probanda in Romanam Sedem, illiusque sanctissimum Antistitem Petri devotio, inque Monachum Romæ, divino oraculo, illius inauguratio. Quam utinam sequiores Græci C plerique, ipsique adeo Palamas, suorum decessorum pietatem sequi maluissent! non sic variis acti erroribus, sed in Patri constantes fide (cui innitatur necesse est, quidquid usquam Ecclesiastici ædificii est) permansissent. Favor notabilis denique hic est S. Mariæ, cum in Petrum, tum in ipsum Monachorum genus, eo sibi nomine Montem addicentis, cui a sanctitate celebrem velit appellationem. D

a Palama ornatam

quædam inde narrantur laudabilia,

15 Ipsa Petri per Sanctorum patrocinia liberatio e carcere, illi affinis, quæ magnus ipse Apostolorum princeps per Angelum olim liberatus est, mirum quam me recrearit; dum recens, anni nempe superioris miraculum, velut oculis novum subjicit. Id ita gestum in adolescente Calviniano, gentili meo Burdigalensi, Isaac Berigean nomine. Is Novembris, aut Octobris prima Dominica (nec enim ita accurate memini de minimo hoc me percontatum) Hedini Artesiæ oppido a duobus annis præsidiarius miles invitus, confluentibus ad solennem supplicationem ex instituto sanctissimi Rosarii civibus; rem primo irridere cum socio, itidem Calviniano Olonensi ad Xantonum fines, Tabo nomine; tum illo secum cogitante, num vera essent, quæ fama vulgarentur S. Mariæ miracula, eamque socio cogitationem ingerente, ac ad Ecclesiæ Catholicæ castra transitum suadente, dum illius ope et præsidio tuti evaderent, ac expetita gauderent libertate; confestim levi quodam stupore immisso, eoque emergentes, ac sensibus plene soluti, ad Deiparæ votivam ædiculam, miraculis celebrem extra præsidium, se E translatos vident: triplici custodientium militum, ignota sibi ratione, superato non infrequenti cuneo. Gratias liberatrici agunt, enses projiciunt, ne desertæ militiæ arcessantur; per invia dilabuntur, paucos dies pomis victitant...

additurque historia recens de milite hæretico,

qui ope D. Virg. libertati restituitur,

16 Hinc Burdigalensis meus Bellovacum primo, tum Parisios profectus, voto satisfacere cupiens, fidemque redimere, qui se catholice instituat, animo simplici quærit. Offertur mihi: illi erudiendo lubens pono operam; facilem ex miraculo ad fidem invenio; pristinum detestatur errorem, exque eo profectum in Catholicos odium; atque Ecclesiæ cupide accedit: Apostolica auctoritate pro hæresis reatu, anathemate absolvendum curo, sacro exomologesis ritu peccata deponentem audio, Eucharistia devote cupientem impertio, Aurelianum Episcopali confirmandum manuum obumbratione ac unctione remitto. Sic nova antiquis, mediique ævi consona miracula, una ubique causa pietatis ac hominum salutis a Deo exhibita. Ut vero ad Petrum redeam, cum in Menæis illius nomen haud occurrerit, vel dies quo Græcis colatur (ut nec sunt in ea relata plurima Sanctorum nomina, qui in variis peculiaribus apud Græcos ipsos Ecclesiis celeberrimi habentur) operæ pretium dixi, ... illustre adeo vitæ F illius monumentum, vestræ fidei credere...... Valete industriosissimæ Christi apiculæ, mellaque cœpta ac cibos, in annos bene longos, ex Sanctorum floribus istis condite. Parisiis VI Idus Julii anno MDCLV.

atque ab ipso Combefisio Catholice institutus

Romanæ accessit Ecclesiæ.

ENCOMIUM

Auctore Gregorio Palama, Archiepiscopo Thessalonicensi,

ex MS. Græco, qu. Julii Card. Mazarini, nunc Regio,

INTERPRETE P. CONRADO JANNINGO.

PROLOGUS.

Οὐ δίκαιόν ἐστιν, ὥς γε μοι δοκεῖ, τοὺς μὲν ἀλλαχοῦ γῆς, ἄξιόν τι μνήμης εἰργασμένους, φιλοτίμως εὐφημεῖσθαι παρ' ἡμῶν, τῶν ὑπὲρ αὐτῶν ἀκροωμένων συγγραμ-

Haud equidem, ut mea fert sententia, par est, illos qui alibi terrarum quidpiam memoria dignum gessere, a nobis magnifice laudati, cum eorum

Præ alienigenis,

A rum audimus scripta, accurate pariter ac eleganter edita, summumque animæ ad amplexandam virtutem ingerentia ardorem; illud vero, quod domi nostræ habemus, omnis honestatis exemplar, vitam videlicet Petri, rerum gestarum laude nulli antiquorum, omnibus retro seculis virtutum fama celebrium cedentis, negligenter curari. Nostis omnes, quem velim; nisi cuipiam fortassis ignotus sit hicce clarissimus Athos, et qui inde cognomen nactus est Petrus. Petrus, inquam, ille nostras, indigena, primus athleta, qui hic terrarum degens, omnium terrarum adversarium profligavit; ejusque furore quo in nos bacchabatur frænato, primum ibidem de illo trophæum erexit, ac virtutum semina tempore opportuno terræ mandavit: quandoquidem et enata sint, et adoleverint, et uberes protulerint fructus; uti nunc cuivis, ex iis quæ oculis usurpat, manifestum est.

A. GREG. PALAMA indigenæ laudandi sunt Sancti,

uti Petrus, in Atho monte primus Ascetes.

2 Quamobrem consenserint, puto, omnes et æquum judicarint, ut tantus vir, qui nos ad tam sublimia ducit, præmium quod ex laudatione pro- manat si quis alius, consequatur. Ego vero ut cuncta quæ ipsum commendant, prosequar, eaque prout merentur singula proferam, fieri vix aut ne vix B quidem poterit (Nam contentio ejus illuc, uti par est, omnis tendebat, ut antequam promissum justis a Deo præmium consequeretur, quamdam veluti convenientem vitæ præstantiam, illamque majorem, quam ut quis eloqui verbis aut percipere auditu possit, eo conferret) non continuo tamen laudatione mihi abstinendum puto, aut omnia silentio involvenda. Etenim neque ea terrarum marisque spatia, in quibus incedimus ac navigamus, non adeunda putamus, propterea quod terra non ubique permeabilis, mare non ubique navigabile sit: neque ii, qui talia describere instituerunt, propterea quod non omnia accuratissime valeant edisserere, omnia prætermittunt; sed operæ pretium ducunt enarrare, quantum per vires et ingenium licuerit.

et quamvis omnia ejus narrari non possint,

non tamen omnino di[c]tis silendum, putat Auctor,

3 Pari modo hocce mihi nunc aggrediendum est opus; non autem omnino negligendum, propterea quod argumenti excellentia, non modo a me, verum etiam a disertissimo quovis, explicari oratione non possit: ita enim fortassis fiet, ut ex omnibus collectio conficiatur, argumenti conveniens magnitudini. His itaque sic se habentibus, quotquot seriem præclare gestorum ejus in animum revocaverint, facile veniam dabunt tenuitati nostræ, qua C utique et ipsi indigerent; cum hoc commune sit debitum, et communiter ad unum omnes hic deficiamus. Ego vero, o sacri Auditores, rem aggredior, tum cujusvis alterius, tum vestra ope ac orationibus fretus. Si enim periculosæ me committo palæstræ; vestris supplicationibus motus, jam nobis e cœlo propitius respiciens Deus, qui et virum quo de agimus ad tam sublimem vitæ sanctitatem perduxit, omne impedimentum procul amovebit, atque orationi nostræ viam per invia pandet.

sed precibus auditorum, ac Dei ope fretus inchoandum.

μάτων πρὸς ἀκρίβειαν ὁμοῦ καὶ κάλλος ἐξειργασμένων, D καὶ μεγίστην ἐμποιούντων τῇ ψυχῇ παράκλησιν πρὸς ἀρετῆς ἀνάληψιν· ὃ δὲ οἴκοθεν ἔχομεν παράδειγμα παντὸς καλοῦ, τὸν Πέτρου δηλονότι βίον, περὶ τοῦτον ἀμελῶς πως ἔχειν, καὶ ταῦτα μηδενὸς ἀποδέοντα σχεδὸν τῶν ἐκ τοῦ παντὸς αἰῶνος ἐπ' ἀρετῇ περιβεβοημένων. Ἴστε πάντες ὃν λέγω, εἰ μή τὸν περιώνυμον τοῦτον Ἄθω τις ἀγνοεῖ, καὶ τὸν ἐπώνυμον αὐτοῦ Πέτρον, τὸν ἡμεδαπὸν καὶ αὐτόχθονα καὶ πρωταγωνιστὴν, τὸν ἐνταῦθα γῆς, τὸν πάσης γῆς ἀντίπαλον καταπαλαίσαντα, καὶ τρόπαιον ἐνταυθοῖ πρῶτον τῆς ἐκείνου καθ' ἡμῶν στήσαντα μανίας, καὶ τὸν τοῦ καλοῦ σπόρον εἰς καιρὸν ἄρα καταβαλόμενον, ἐπεὶ καὶ ἀνεφύη καὶ τέθραπται καὶ εὐφόρησεν, ὡς νῦν ἐκ τῶν ὁρωμένων ἔξεστι παντὶ συνορᾷν.

2 Ὡς μὲν οὖν τὸν τηλικοῦτον ἀρχηγὸν, καὶ ἡμῖν πρὸς τὰ τοιαῦτα ὁδηγὸν, τῆς ἐκ τῶν ἐπαίνων γιγνομένης ἀμοιβῆς δίκαιόν ἐστιν εἴπερ τινὰ τυγχάνειν, πάντες ἂν συμφαῖεν· ἐμοὶ δὲ πάντα τε ἐξειπεῖν τὰ τοῦ ἀνδρὸς, καὶ τὰ πρὸς ἀξίαν ἑκάστῳ τούτων ἀποδοῦναι ἢ ἐγγὺς τῶν παντ' ἀδυνάτων. Ἀγὼν γὰρ ὡς ἔοικεν ἐκείνῳ γέγονε, E προεισενεγκεῖν ταῖς πρὸς Θεοῦ τοῖς δικαίοις ἐπηγγελμέναις ἀμοιβαῖς, οἷόν τινα βίου σύμμετρον ὑπερβολὴν, κρείττω δηλαδὴ καὶ λόγου καὶ ἀκροάσεως. Ἀλλ' οὐ παρὰ τοῦτ' ἀποστατέον εἶναί μοι δοκεῖ, σιωπὴν ἐπὶ πάντων ησκηκότι. Καὶ γὰρ οὐδὲ τῶν τῆς γῆς τε καὶ θαλάττης ἐν οἷς τελεῖν τε καὶ βαδίζειν ἔχομεν, ἀφιστάμεθα μερῶν, ὅτι μὴ πλοΐμος ἢ πορεύσιμος ἐξωτέρω διὰ πάντων ἐστίν· οὐδὲ τοῖς περὶ αὐτῶν ἱστορηκόσιν, ὅτι μὴ πάντα δι' ἀκριβείας εἶχον ἐξειπεῖν, ἅπαντα παρεῖται· διεξηγητέον δὲ κἀκείνοις ἔδοξεν εἰκότως, ὅσα τε τούτων, καὶ ἐφ' ὅσον ἦν.

3 Τὸν ἴσον τοίνυν τρόπον κἀμοὶ νῦν ἐγχειρητέον, ἀλλ' οὐ παροπτέον, ὅτι τὰ τῆς ὑποθέσεως ἀνυπέρβλητα τῷ λόγῳ· καὶ οὐχ ὅπως ἐμοί γε, προσέτι δὲ καὶ πᾶσιν ὅσοις λόγου μέτεστιν· οὕτω γὰρ ἐκ πάντων γένοιτ' ἂν ἴσως ἔρανος, προσήκων τῷ τῆς ὑποθέσεως μεγέθει. Καὶ τοῦθ' οὕτως ἔχον, ὅσοι τοῦ καταλόγου τῶν ἐλλογίμων ἐπὶ νοῦν βαλλόμενοι, συγγνώμην νεμοῦνται εὐχερῶς ἐμοί· δεήσονται γὰρ δήπου ταύτης καὶ αὐτοί, κοινοῦ τοῦ χρέους ὄντος, καὶ κοινῇ καθ' ἕνα πάντων ἀπολειπομένων. Ἐγὼ δέ, ὦ θέατρον ἱερὸν, καὶ παντὸς οὗτινος οὖν, καὶ τὴν ἐξ ὑμῶν δι' εὐχῶν τεθαρρηκὼς βοήθειαν· εἰ γὰρ καὶ F δυσχερὴς ὁ προκείμενος ἀγὼν, ἀλλὰ ταῖς ὑμῶν ἐπικλήσεσιν ἵλεως ἡμῖν ἄνωθεν ἀρτίως ἐποπτεύσας, ὁ καὶ τῷ προκειμένῳ πρὸς τὸν ὑπερφυᾶ βίον συναράμενος Θεὸς, πᾶν σκῶλον ἐκποδὼν καταστῆσαι καὶ συνδιαθέντα λόγῳ πόρον ἐν ἀπόροις διδούς.

CAPUT I.

Petri patria, militia, captivitas, votum, liberatio.

Quos parentes, quam patriam infans habuerit, magnus hic et admirabilis Pater, cui patriam conveniebat esse tabernaculum cœleste, alta oblivionis abysso tempus non incongrue sepelivit. Quæ enim vivens ille, ut indigna virtute sua, despiciebat; eadem neque commemoranda sibi esse, merito existimarunt ii, qui res ab illo gestas primum litteris mandaverunt. At vero, in quem habitationis

Patria Petri ignota:

Γονέας μὲν οὖν καὶ τὴν ἐκ παιδὸς πατρίδα τοῦ μεγάλου τούτου καὶ θαυμασίου Πατρὸς, καὶ οὗ πρέπουσα πατρὶς ἡ τῶν ἐπουρανίων σκηνή, καλῶς ποιῶν ὁ χρόνος ἀβύσσῳ λήθης καθῆκεν· ἃ γὰρ ἔτι σῶντι τῷ γενναίῳ παρῶπται, ὡς ἄρα τῆς οἰκείας ἀρετῆς ἀνάξια, τούτων εἰκότως, οὐδὲ οἱ τὴν ἀρχὴν τὰ κατ' αὐτὸν συγγεγραφότες δεῖν ᾠήθησαν μεμνῆσθαι. Εἰς ὃ δὲ φέρων ἑαυτὸν, μᾶλλον δὲ ὑπὸ Θεοῦ φερόμενος κατῴκισται, καὶ οὗ τοὺς θείους

A θείους ἄθλους ἤνυσε, καὶ ὅθεν ἀνέπτη πρὸς οὐρανόν, τὸν περιφανῆ τουτονί λέγω καὶ σεβάσμιον χῶρον, τὴν τῶν ἀρετῶν ἑστίαν, τὸ καλοῦ παντὸς ἐνδιαίτημα, τὴν τῶν ἐπουρανίων ἀντίτυπον τε καὶ ἀχειροποίητον σκηνήν, τὸ παντὸς ἄγους ἐλεύθερον καὶ παντὸς πάθους ἐναγοῦς ἀνώτερον, τὸ τῆς ἁγιωσύνης φερωνύμως ἐπώνυμον ὄρος· τοῦτό ἐστιν ἐν πατρίδος μοίρᾳ τῷ προκειμένῳ, καὶ τούτῳ συλλαλεῖται καὶ συγκαλεῖται, κἀντεῦθεν οὗτος ἐπιγινώσκεται, καὶ τὴν πρὸς τοὺς ὁμωνύμους φέρει διαστολὴν Ἀθωνίτης δικαίως ὀνομασμένος.

5 Εἰ γὰρ ἐν Ἀθήναις, μετὰ τριετῆ προσεδρίαν, ἀντὶ πατρίδος χρῆσθαι τῇ πόλει τοὺς προσελύτους, νομιζόμενον ἦν· πῶς οὐ δικαίως ἀντιποιεῖται τοῦ ὄρους ὁ Ἅγιος, πλεῖν ἢ πεντήκοντα περιόδους ἐτῶν ἐνταῦθ' ἀνύσας, καὶ ταῦθ' οὕτως ἐναγωνίως. Εἰ δὲ καὶ πατρὶς ἑκάστῳ καθ' ἣν ἄν τις εὐτυχῇ (καθάπερ τις τῶν ἔξωθεν ἀπεφήνατο σοφῶν) τίς ἄν που τῶν ἁπάντων βέλτιον ἢ πράξειεν, ἢ μέλλει πράξειν, τῆς ὧδε τοῦ ἀνδρὸς εὐημερίας· οὗ Θεῷ συνῆν καὶ θείας θέας ἐπέτυχε· μᾶλλον δέ, ἵνα τὸ πᾶν εἴπω
B συνελών, οὗ τὴν ἀνθρωπείαν ὑπεραναβὰς φύσιν, καὶ τὴν θείαν ὄντως ἀλλοιωμένος ἀλλοίωσιν (τίς ἂν ἀπαγγείλειεν ἢ λόγος παραστήσαι τὸ θαῦμα;) πρὸς τὸ τῆς φύσεως ὑπερφυές, τῇ τοῦ ὑψίστου δεξιᾷ μετεμορφώθη. Ἀλλ' ὅμως τῆς πατρίδος μὲν ὑπεριδών, τῷ δὲ τῆς ἄνω πρὸς ἣν πατρίδος ὁμοίῳ τούτῳ προσεδραμών, οὗ δὴ καὶ τὸν πολυετῆ βίον, καὶ τὴν ἀόρατον ἀνθρώποις δίαιταν ἤνυσε.

6 Καὶ σκοπεῖτε τὸ τῆς θείας σοφίας ἀμήχανον, καὶ τὴν πρὸς ἀνθρώπους τοῦ Θεοῦ κηδεμονίας ὑπερβολήν, καὶ τὴν ὑπὲρ τὸ σώζειν ἀνυπέρβλητον ἔφεσιν. Ἀναρριπίζεται πόλεμος τῇ τοῦ θαυμασίου τούτου πατρὸς πατρίδι πρὸς Ἄραβας· ὁ δέ, συστρατιωτικῆς (ὡς ἔοικεν) οὐκ ἀμελέτητος ὤν, συμπολεμεῖ τοῖς ὁμοφύλοις· ὑπὸ τῶν ἀλλοφύλων ἁλίσκεται· πόρρω τῆς ἐνεγκούσης αἰχμάλωτος ἀπάγεται· τῆς ἀλλοτρίας ἐνδοτέρω καὶ πολεμίας γῆς εἰσελθόντος προσβάλλει φρουραῖς ἀφύκτοις κλείεται· τοῖν ποδοῖν πέδαις δεσμεῖται, τροφῆς ἐνδείᾳ πιέζεται, πολλὰ πάσχει τῶν ἀφορήτων, ἐξαπορεῖται, τὴν οἰκείαν ζωὴν ἀπολέγεται, τέλος ἐπὶ Θεὸν καταφεύγει, τούτῳ μόνῳ ζώσειν ἐπαγγέλεται, μόνον εἰ φῶς ἐλεύθερον ἴδοι, καὶ τῶν συνεχόντων ἀπαλλαγείη δεινῶν. Τί οὖν ὁ ταχὺς ἀκοῦσαι καὶ προμηθὴς Θεός; Ἀναβάλλεται τέως τὴν ταχυτῆτα, καὶ τῇ μελλήσει, τὰς ὀδύνας ἐπιτείνεσθαι συγχωρεῖ· προμηθούμενος ὅπως τὴν ἱκέτην ἀσφαλέστερον ἕξειν, ἐπεὶ δὴ πεφύκασιν ἄνθρωποι μετὰ τὴν τοῦ πιέζοντος ἀπαλλαγήν, τῶν ἐν αὐτῷ συνθηκῶν ὑπερφρονεῖν ῥᾳδίως, ἂν μὴ ταύτας ἀκριβῶς ἰσχυρίσωνται.

7 Τί τὸ ἐντεῦθεν; Δι' ὀνείρων αὐτῷ τὰ τῆς ὑποσχέσεως ἐμπεδοῖ, καὶ αὐτὸν ὄναρ ἐπιπέμπει τούτῳ, τὸν μέγαν ἐν ἱεράρχαις καὶ πατράσιν ἁγίοις Νικόλαον, ὃν καὶ αὐτὸς ἐπεβοᾶτο θερμότερον, ἅτε τῆς πρὸς Θεὸν αὐτοῦ παρρησίας πεπειραμένος, καὶ διὰ θαύματος αὐτὸν ἄγων, πολλοῖς καὶ πρότερον κεχρημένος ὑπὸ αὐτοῦ θαύμασιν. Ὃς δὴ καὶ φανεὶς οὐχ ἅπαξ, ἀλλ' ἤδη καὶ δίς, πολὺ κατεμέμφετο τὴν τοῦ ἀνδρὸς ἀβουλίαν, πολλάκις μὲν δὴ καὶ πρότερον εὐξάμενου τὴν ἀπὸ τοῦ κόσμου φυγήν, ὀκνηρευόμενου δὲ μηδ' ὅπως οὖν ἔργῳ δὴ εὐχὴν ἀποδοῦναι. Ταύτῃ τοι δικαίως ἀρτίως ἔφασκεν, οὔτ' αὐτὸς εἰσακούῃ καγὼ πείθειν ἥκιστα δύναμαι, πρεσβείαν ὑπὲρ τῶν σοι συνοίσειν μελλόντων πρὸς Θεὸν ποιούμενος. Ἀλλὰ γάρ, εἴ μοι πείθῃ, καὶ ἄλλον δή τινα τῶν μέγα παρὰ Θεῷ

locum ipse transivit, aut potius divino nutu translatus est, ubi certamina sua Deo digne certavit, ac unde tandem in cœlos avolavit; hunc, inquam, celeberrimum venerandumque locum; hunc, virtutum sedem; hunc, omnis honestatis domicilium; hunc, cœlestium simile, non manufactum tabernaculum; hunc, omnis sceleris purum omni execrabili affectione animi superiorem, a sanctitate sua congrue cognominatum montem; hunc, in parte patriæ habuit vir ille: cujus nulla mentio fit uspiam nisi et montis fiat; nulla gesta audiuntur, nisi et mons intelligatur; ex quo videlicet ipse dignoscitur, ab aliisque ejusdem nominis distinguitur; cum Athonites merito appellatur.

D

S. GREG. P. LAVR.

Sedes ita censeri potest mons Athos, quem incoluit.

inde Athonites dictus;

5 Si enim Athenis lege receptum fuit, ut advenæ post triennii moram, pro patria sua haberent urbem, in illamque adscripti censerentur; quomodo non merito hunc sibi montem vindicet, ut suum, vir sanctus, ubi annos amplius quinquaginta exegit, idque in tanta virtutis acquirendæ contentione? Præterea si illa cuique patria habenda sit, ubi felicem quis agit vitam (quemadmodum gentilium quidam Sapiens pronuntiavit) quis, quæso, uspiam aut felicius egit aliquando, aut imposterum acturus est, quam hic vir in hocce monte? ubi enim Deo frequenter conferebat, ac divina visione dignabatur; imo (ut totum compendio dicam) ubi humanam transgressus naturam, inque vere divinam commutatus (quæ vero eloquentiæ vis tantum eloquatur miraculum!) excellentiam plus quam naturalem. Altissimi cooperante dextera, acquisivit. Spreta igitur patria sua, in hunc montem, commodum ad cœlestem patriam comparandam, conscendit: ibique et multorum annorum ætatem duxit, et institutum vivendi, quod oculos humanos lateret, secutus est.

cum patriæ jus diutina

ubi feliciter habitatur acquiratur.

6 Equidem considerare vos velim incomprehensibilem sapientiæ divinæ præstantiam, ejusdem erga homines providentiæ excessum, et salutem eorum promovendi desiderium insatiabile. Excitatur in patria admirabilis hujusce Patris, bellum adversus Arabes. Ipse, bellicæ artis, ut videtur, non omnino rudis, cum suis gentilibus in campum procedit; capitur ab hostibus; et procul a patria captivus abducitur: alienæ, ejusque hostilis terræ interiora coactus adit, arcto carceri mancipatur, cippi pedibus injiciuntur, ipse cibi inedia maceratur, intolerabilia multa patitur, despondet animum, vitam desperat; denique ad Deum confugit, eique soli imposterum se victurum promittit, si modo liberiorem aera conspicere aliquando, ac mala quibus premitur evadere contingat. Quid igitur hic, celer ad exaudiendum, et providus ad consulendum rebus miseris Deus? Moras tantisper nectit, et cunctando miserias ejus longiuscule protendi permittit; idque prudentissime, ut videlicet sic magis tuta foret supplicanti libertas: quandoquidem ita cum hominibus comparatum sit, ut posteaquam liberati sunt iis quibus premebantur adversis, vota prius facta facile negligant, nisi ea probe confirmaverint.

In bellum profectus,

capitur, et carceri mancipatur.

F

votum pro libertate frustra emittit,

7 Quid porro? Per quietem promissa ejus rata habet Deus, objecta visione, quæ ipsi repræsentet magnum Episcopum et Patrem, S. Nicolaum; quem etiam ferventer invocabat, utpote ejus apud Deum intercessionem expertus; eumdemque jam pridem plura in se mirabilia operatum, miraculi loco habebat. Neque vero semel tantum, sed et iterum se viro videndum præbuit Sanctus, multum increpans temeritatem ejus, quod jam pridem sæpe vovisset fugam a seculo, et nihildum voti sui opere ipso complere curasset. Quamobrem, inquiebat, merito neque tu nunc exaudiris; neque ego, qui pro rebus tibi profuturis apud Deum intercedo, impetrare queo. Verumtamen, si me audis, alium quoque

arguente eum S. Nicolao,

quod olim emissum non solvisset,

A Greg. Palama

A quoque ex eorum numero, qui multum apud Deum valent, adjutorem ac patronum invoca, ut illo operam suam meæ adjungente, amplius tibi proficiam.

et S. Simeonem etiam invocare jubente:

8 Opponente autem Petro; Ecquis, amabo, potentius opitulari quam tu potest? Simeon, ait Sanctus. Videlicet iste Simeon; qui seniles admodum lacertos olim aliquando submisit, iisque dies quadraginta natum, eumdem, qui ante conditos homines extitit, Deum suscepit. Et Nicolaus quidem hisce dictis recedens evanuit.

a quo spe libertatis recreatur,

Petrus vero mox excusso somno Simeonem frequens ore versabat, ac indesinenter inclamabat, nec instare cessavit, donec quod petebat impetraret. Postera namque die denuo ei adstans Nicolaus, intendere in Simeonem oculos jubet. Ipse vero mox eo conversus, jucundum conspicatur spectaculum, nempe senem quam maxime venerandum et canu , instar Pontificis more antiquorum vestitum, aureo decenter innitentem baculo, in ipsumque gratioso ac blando vultu intuentem, ac nuntianten, fore ut brevi libertatem consequatur, dummodo quæ Deo voverat prompto animo effecta daret: et promptissime, se daturum, annuenti Petro B suaviter imperat, quocumque velit, carcere egressus abeat. Cumque ille denuo, quibus vinctus erat, catenas monstrans, quod jubebatur fieri omnino non posse, diceret; sanctus, Dei hominis susceptor, Simeon, leniter attollens quem tenebat pulcre radiantem baculum, extremo ejus contingit vincula; et auro ferrum, quemadmodum aranei telam, quod dici solet, nullo negotio dissecat: et continuo Petrus, non modo vinculis solutum, sed etiam extra septa (o miraculum!) momento temporis plane eductum se miratur, solumque videt Nicolaum sibi comitem adesse, ac facile persuadentem; non jam per somnium, sed reipsa concessam esse libertatem.

et carcere emittitur,

Ad hæc etiam iter ei ostendit opportunum, pomarium scilicet varii generis arboribus, interque eas multis, esui humano aptos fructus ferentibus, consitum. Sed inter hæc omnia Petrus non modo decerpere quidpiam illorum verebatur, sed ne extremo quidem, quod aiunt, digito fructus illos contingere audebat.

S. Nicolao etiam praeeunte.

Nicolaus vero animos ei denuo addens, posito metu carpere fructus imperat; tum ad desideratam ipsum educens viam, renovata promissorum factorum memoria, oculus ejus se subtraxit; atque sic illum dereliquisse visus est, quamvis invisibili modo constanter C adesset eunti.

δυναμένων ἐπικέκλησο βοηθόν, ὥστε μοι συμβαλέσθαι D σπουδήν, ὅτι πλείστην ὑπὲρ σοῦ ποιουμένῳ.

8 Πέτρου δὲ ἀνθυπενεγκόντος, Καὶ τίς ἄρα μεῖζον ἢ σὺ δύναται; Συμεώνης, τὸν εἰπεῖν· Συμεώνης ἐκεῖνος, ὃς εὖ μάλα πρεσβυτικὰς πάλαι ποθ᾽ ὑπάγκαλε χεῖρας, καὶ τεσσαρακονθήμερον ὑπανέσχε τὸν πρὸ τῶν ἀνθρώπων Θεόν. Ἀλλ᾽ ὁ μέν, μετὰ τὴν εἰσήγησιν, ἀπιὼν ᾤχετο· Πέτρου δὲ παραυτὰ τὸν ὕπνον ἀποσεισαμένου, πολὺς ἐπὶ στόμα Συμεώνης ἦν· καὶ βοῶν οὐκ ἀνῆκεν, ἀντιβολῶν οὐκ ἐνέδωκεν, ἕως ἔπεισε. Τῇ γὰρ ὑστεραίᾳ πάλιν ἐφίσταται ὁ Νικόλαος, καὶ ἀνατεῖναι πρὸς Συμεώνην ἐπιτάττει τὰς ὄψεις. Ὁ δὲ ταχὺς ἐπεστραμμένος, ἐπιτερπὲς ὁρᾷ θέαμα· σεμνὸν ὅτι μάλιστα καὶ πολιὸν ἄνδρα, κατὰ τὸ παλαιὸν ἔθος ἀρχιερατικῶς ἐσταλμένον, χρυσοῦ τε ῥάβδῳ κοσμίως ἐπερειδόμενον, καὶ πρὸς αὐτὸν ἐπίχαρί τι καὶ προσηνὲς ἐνορῶντα, καὶ τὴν ἄφεσιν εὐαγγελιζόμενον, εἴπερ ἄρα καὶ τὰς πρὸς Θεὸν συνθήκας εἰς ἔργον ἀγαγεῖν προθυμεῖται. Τοῦ δὲ Πέτρου συνθεμένου προθύμως, ἐκεῖνος ὅποι δὴ βούλοιτο βαδίζειν οὐδεὶς ὑπαγορεύει, ἐξιόντα τῆς εἱρκτῆς. Τοῦ δὲ τὸν περὶ τοὺς πόδας αὖθις ἐπιδεικνύντος δεσμόν, καὶ τὸ ἐπίταγμα τῶν ἀδυνάτων εἶναι διατεινομένου πανταπασιν, ἠρέμα μετεωρίσας ὁ Θεοδόχος, τὴν καλὸν ἀπαστράπτουσαν ἐκείνην ῥάβδον, ἄκρᾳ ταύτῃ ψαύει τῶν δεσμῶν, καὶ χρυσῷ τὸν σίδηρον ὡς ἀράχνης (ὥς φασιν) ἱστόν, ἀπονητὶ διατέμνει· καὶ ὁ Πέτρος εὐθύς, οὐχ ὅπως τῶν πεδῶν ἐκείνων, ἀλλὰ καὶ παντὸς ἐκτὸς περιτειχίσματος (ὢ τοῦ θαύματος!) ἐν ἀκαρεῖ χρόνου γίνεται, καὶ Νικόλαον μόνον συμπαρομαρτοῦντά οἱ βλέπει, καὶ πείθοντα μηκέτ᾽ ὄναρ, ἀλλ᾽ ὕπαρ εἶναι τὴν δεδομένην ἐλευθερίαν· πρὸς δὲ καὶ πόρον ἐφοδίων ὑποδεικνύντα, κῆπον δή τινα πολυειδέσι τεθηλότα δένδροις, καὶ πολλοῖς τῶν ἐδωδίμων βρίθουσιν. Ἐν τούτοις, ὁ μὲν σφόδρα εὐλαβούμενος, οὐδ᾽ ἄκρῳ δακτύλῳ, τὸ τοῦ λόγου, ψαύειν τῶν καρπῶν ἐκείνων ἠνείχετο. Νικόλαος δὲ τοῦτον αὖθις θαρρύνει, καὶ ἀδεῶς ἐγκελεύεται δρέπεσθαι· εἶτ᾽ ἐξενεγκὼν ἐπὶ τὴν φίλην ὁδοιπορίαν, καὶ τῶν ὑπεσχημένων ὑπομνήσας ἐκείνων, ἐξ ὀφθαλμῶν γίνεται τοῦ ἀνδρός, καὶ ἀπολιπὼν ἔδοξε τοῦτον, κἂν ἀοράτως ἀεὶ συνῆν.

E

F

CAPUT II.

Iter Romam, inde in Cretam. Miracula ibidem patrata.

Jam liber, Deo servire statuit,

Etenim, cum hoc modo Petrus præter expectationem liberum aspexisset cœlum; continuo oculos in magnum Paulum, tamquam in imaginem, convertens; neque ipse sibi committendum putavit, ut carni et sanguini acquiesceret; sed meliora sequens, Deo, cujus meliori providentia res suæ ita depositæ fuerant, se totum addicit; ipsumque a quo tam mirabili promptitudine pone sequitur, ne modicum quidem ab ipso separari, aut a vestigiis ejus declinare sustinens.

relictis, omnibus,

Quemadmodum enim, si quis solem fixis intuitus est oculis, simul atque eos deflexerit ad inferiora, omnia obscura ac tenebrosa conspicit: ita ille, cum animæ oculum, intellectum inquam, irretortum intendisset in cœlos, non invitus despexit cuncta alia, domum, patriam, parentes, propinquos ac familiares quoscumque; ac omnibus vale

Ἀλλὰ γὰρ οὕτω φῶς ἐλεύθερον ὁ Πέτρος παρὰ δόξαν τεθεαμένος, Παῦλον εὐθὺς τὸν μέγαν ὡς πρὸς ἀρχέτυπον βλέπων, οὐδ᾽ αὐτὸς ἔγνω προσαναθέσθαι σαρκὶ καὶ αἵματι· εὖ δὲ ποιῶν, ὅλος γίνεται τοῦ προνοίᾳ μείζονι τὰ κατ᾽ αὐτὸν διῳκηκότος Θεοῦ, καὶ τοῦ θαυμασίως οὕτως καλέσαντος, σὺν θαυμαστῇ προθυμίᾳ κατόπιν ἕπεται, μηδὲ προσβραχὺ διαστῆναι, μηδ᾽ ἀποσχέσθαι τῶν ἰχνῶν ἀνεχόμενος. Ὡς γὰρ εἴ τις ἡλίῳ τὰς ὄψεις ἀτενῶς ἐπιβαλών, εἶτ᾽ ἐνορῴη τοῖς κάτω, πάντα σκότος ἀτεχνῶς ὁρᾷ· οὕτως ἐκεῖνος, τὸ τῆς ψυχῆς ὄμμα τὸν νοῦν ἀκλινὲς εἰς οὐρανὸν ἑδράσας, πάντα παρεῖδε ῥᾳδίως, οἶκον, πατρίδα, γονέας, τοὺς καθ᾽ αἷμα προσῳκειωμένους, τοὺς καθ᾽ ἑταιρίαν ἥν τινα οὖν· καὶ πᾶσι χαίρειν φράσας, μᾶλλον δ᾽ οὐδὲ χαίρειν φράσας, ἑνὸς γίνεται τῆς κατὰ Θεὸν πολιτείας, καὶ ἐν πάσης ἀσχολίας ὑπέρτερον αὐτῷ μελέτημα, τοῦ θείου θελήματος ἀπρὶξ ἔχεσθαι, καὶ οὕτω πάντα

A πάντα γενέσθαι Χριστῷ, καὶ ἀντὶ πάντων ἐσχηκέναι Χριστὸν, κατὰ τὴν θεσπεσίαν ἐκείνου ψῆφον.

10 Οὕτω δὲ θείῳ βέλει τετρωμένος, τῆς πρὸς Ῥώμην φερούσης ἥψατο, μηδὲν ὑπερθέμενος· ἐκεῖ τελεσθησόμενος τελεώτερον, καὶ τὸ κατὰ μοναχοὺς κἀπὶ τοῦ φανεροῦ σχῆμα περιθησόμενος, καὶ τὴν εὐχὴν ἀποδώσων. Νικόλαος δὲ ὁ μέγας αὖθις ἀφανῶς προὔπεμπε· καὶ δὴ προφθάσας, καὶ προεπιστὰς τῇ πόλει, νοερῶς συντυγχάνει τῷ Πάπᾳ· καθῆστο γὰρ ἐπὶ τὸν ὑψηλὸν, ὡς ἔοικε τὸ τηνικαῦτα, θρόνον ἐκεῖνος ὑψηλὸς, καὶ τὰ καθ' ἑαυτὸν ἀνὴρ καὶ νοερῶν θεαμάτων οὐκ ἄμοιρος. Συνίστησι τοιγαροῦν αὐτῷ, καὶ πρὸ τῆς θέας τὸν Πέτρον, καὶ τὰ κατ' αὐτὸν διηγεῖται, καὶ προστάσσει τελέσειν ἐπ' αὐτὸν ἀφιγμένον, ὅσα τοὺς τὸν ἄζυγον βίον ἑλομένους ἐπανελέσθαι νομίζεται· σημεῖά τε προσθεὶς, ὅθεν ἂν ἐπιγνοίη τὸν εἰρημένον, καὶ τοὔνομα ἐπειπών. Ὁ μὲν τῇ συντυχίᾳ δίδωσι πέρας· Πέτρος δὲ ἤδη τὴν πόλιν εἰσῄει, μηδὲν τῶν παρὰ τοῦ προστατοῦντος ὑπηργμένων εἰδὼς, καὶ B τῆς μητροπόλεως εὐθὺ χωρεῖν δοκῶν. Ὁ μὲν ταῖς ἱεραῖς ἤδη προσέβαινε πύλαις, κἀπὶ γόνυ κλιθεὶς, ταῖς θείαις εἰκόσι τὴν προσκύνησιν διετέλει νέμων. Ὁ δὲ Πάπας εὐθὺς αὐτὸν μεταπέμπεται, καὶ μυεῖ τούτῳ τὴν μονήρη διαιτάν, καὶ μεταμφιέννυσι τὴν τῇ διαίτῃ προσήκουσαν στολήν· καὶ ὡς ἐκπλαγεὶς τῷ γεγενημένῳ (πῶς γὰρ οὔ;) χάριν ἀνθομολογεῖ Θεῷ, καὶ χεῖρας ἀνασχὼν εὐχαριστηρίους ἀνίει φωνάς. Οὐ μὴν, ἀλλὰ καὶ τῇ καλῇ κἀγαθῇ προθυμίᾳ προσεπετίθει, καὶ ζέοντι πνεύματι τόπον ἐζήτει βοηθήσοντα τῇ προθέσει. Κατελθὼν οὖν ἐπὶ τὸν αἰγιαλὸν, ἐντυγχάνει πλωτῆρσι Θεοῦ δηλαδὴ προνοίᾳ, τῆς πόλεως ἤδη παρεσκευασμένοις ἀπαίρειν, καὶ μετ' οὐ πολὺ τοῦ λιμένος ἀνάγεσθαι μέλλουσι, καὶ διὰ τῆς Κρήτης πρὸς Ἀσίαν ἀποπλεῖν ὡρμημένοις. Τούτοις τοίνυν καὶ αὐτὸς συνεπαίρει, τῶν κατὰ νοῦν ἴσως ἐπιτευξόμενός που, διὰ τοῦ μακροῦ τοῦδε πλοῦ· μᾶλλον δὲ Θεῷ κἀν τούτῳ πιστεύσας, ὃς πᾶν ὅτι λυσιτελὲς ἀνθρώποις ἄνυσι μόνος,

11 Οὕτω τοίνυν ἔχων ἐλπίδος, ὄναρ ὁρᾷ τὴν ἀειπαρθένον μητέρα Θεοῦ· ταύτῃ δὲ τὸν ἑαυτοῦ προμηθέα Νικό-C λαον ἐν οἰκέτου σχήματι παρεστῶτα, καὶ, Ποῦ καταλύσει Πέτρος, ὦ δέσποινα; πρὸς αὐτὴν ἠρέμαια φωνῇ φθεγγόμενον· τὴν δ' ὑπολαβοῦσαν φαιδρῶς τε καὶ κοσμίως ἀποκριναμένην· Ἔστιν ὄρος ἐπ' Εὐρώπης, κάλλιστον ὁμοῦ καὶ μέγιστον, πρὸς Λιβύην τετραμμένον, ἐπὶ πολύ τε τῆς θαλάττης εἴσω προϊόν· τοῦτο τῆς γῆς ἁπάσης ἀπολεξάμενον, τῷ μοναχικῷ πρέπον καταγώγιον προσκληρῶσαι διέγνων ἔγωγε· ταῦτ' ἄρα καὶ ἰδιαίτατον ἐνδιαίτημα τοῦτ' ἀφιέρωσα ἐμαυτῇ, καὶ ἅγιον τοὐντεῦθεν καλήσεται· καὶ τῶν ἐπ' αὐτοῦδε τὸν πρὸς τὸν κοινὸν ἀνθρώποις πολέμιον ἐπαναιρομένων ἀγῶνα, προπολεμήσω διὰ βίου παντὸς, καὶ πάντως ἔσομαι τούτοις ἄμαχος σύμμαχος· τῶν πρακτέων ὑφηγητὴς, τῶν μὴ πρακτέων ἑρμηνεύτρια, ἡγεμὼν, ἰατρὸς, τροφεὺς, ἣν ἄρα βούλει τροφήν τε καὶ ἰατρείαν, ὅση τε πρὸς σῶμα τείνει, καὶ τοῦτο συνιστᾷ τε καὶ λυσιτελεῖ, καὶ ὅση τὸ πνεῦμα διανιστᾷ τε καὶ ῥώννυσι, καὶ μὴ τοῦ καλοῦ διαπεσεῖν συγχωρεῖ· συστήσω δὲ ἄρα καὶ τῷ υἱῷ καὶ Θεῷ μου, οἷς ἂν γένοιτο καλῶς καταλῦσαι τῇδε τὸν βίον, τῶν αὐτοῖς ἡμαρτημένων τελείαν ἐξαιτησαμένη παρ' αὐτοῦ τὴν ἄφεσιν.

12 Οἶδ' ὅτι πᾶσιν ἐνῆκεν ἡδονὴν ὁ λόγος εἰκότως, ὅτι τὴν περισπούδαστον ἡμῖν τε καὶ τοῖς εὖ φρονοῦσιν ἅπασι κατὰ ψυχὴν σωτηρίαν ἀναμφιλέκτως ἐπαγγελλό-

D dicto, aut potius ne dicto quidem, in id unum incubuit, ut secundum Deum vitam institueret; illamque ceteris occupationibus potiorem duceret, qua meditetur omnimodam divinæ voluntatis executionem, sicque omnia Christo fiat, ac pro omnibus Christum habeat, juxta divinam Apostoli sententiam.

S. GREG. PALAMA

10 Ita divini amoris sagitta vulneratus Petrus, continuo Romam versus iter arripit; illic victurus vitam perfectiorem, sub veste monastica, etiam palam ferenda, sicque vota sua soluturus. Interea magnus Nicolaus, denuo iter ei præit invisibili modo; ipsumque antevertens, prior ad urbem accedit, ac Dominum Papam intelligibili alloquitur voce: sedebat enim, ut tunc temporis moris erat, in sublimi throno, et ipse sublimibus vir dotibus effulgens, ac spiritualium visionum non insuetus. Huic itaque Petrum, nondum oculis ab eo usurpatum, commendat Sanctus; serieque rerum ejus enarrata, imperat ut cum advenerit, ei præstet quidquid hominibus, qui cælibem vitam elegerint, præstari consuevit: et vero signa addit, unde dignoscere queat designatum virum, ac nomen indicat. Hisce colloquio dum finem imponit Nicolaus; ingressus erat urbem Petrus, nihil quidquam eorum, quæ a sancto Patrono acta fuerant, sciens; et continuo adeundam sibi metropolim putavit. Cumque jam sacris portis appropinquaret, ac positis genibus divinas adoraret imagines; nec opinato accersitur a Papa, monasticum docetur institutum, et congruentem instituto vestem induitur. Hinc, attonito similis rei novitate (quid enim potius?) gratias persolvit Deo, elatisque sublime manibus, voces emittit gratitudinis indices. Neque hic finis: verum etiam intendit laudabilem pulcramque alacritatem suam; et æstuante sancti Spiritus amore flagrans, in locum inquirit, sancto proposito faventem. Descendens igitur ad littus maris, incidit, Deo videlicet ita provide disponente; in nautas, jam paratos discedere ex urbe, nec multo post e portu soluturos, atque per Cretam in Asiam vela facturos. Cum hisce igitur et ipse solvit, visurus, si forte in tam longinqua navigatione occurret alicubi locus, qui ex animi ejus sententia foret: magis vero in hoc quoque fidebat Deo, qui solus, quidquid utile est hominibus, perficit.

Romam adiens

a S. Nicolao commendatur Pontifici,

E

et ab hoc Monachum induitur,

admirans providentiam divinam.

Navi Roma in Asiam solventi

se committit:

11 Hac spe fretus, spectabilem in somnis habet Matrem Dei semper virginem, eique adstantem famulantis specie S. Nicolaum, providum suum curatorem; qui ad Deiparam leni voce; Ubi tandem, o Domina, commorabitur Petrus? Et ipsa, blande ac modeste respondens, subjicit: Est in Europa pulcherrimus juxta atque summus mons, qui versus Libyam longe in mare procurrit. Hunc ego e toto terrarum orbe elegi, atque decoram et aptam monastico instituto habitationem fieri decrevi: quin imo ipsum mihi proprium consecravi domicilium, atque imposterum vocabitur Sanctus. Quotquot istic adversus communem hominum hostem susceperint certamen, propugnabo ego quoad vixerint, ac omnino me illis præstabo invincibilem adjutricem; quid agendum sit, docebo; quid omittendum, exponam; agam eorum curatricem, medicam, nutricem: provisura ipsis de quovis cibo ac medicina, sive illa ad corpus attineat ipsumque consolidet corroboretque, sive illa Spiritum excitet, ac confirmet, impediatque ne virtute spolietur. Commendabo illos insuper filio ac Deo meo, quibus illic contigerit finem vitæ imponere; ab eoque omnimodam illis exorabo delictorum suorum remissionem.

ex Deipara intelligit

F

habitaturum se in alto monte,

ad hoc ab ipsa electo

et privilegiis donato.

12 Oratio isthæc, scio, voluptatem attulit omnibus, nec immerito; cum maximopere expetendam, non nobis solum, sed cunctis recte sentientibus, animæ

[illegible] Gaudendum tali Deiparæ benignitate ac potestate, mæ salutem citra ambiguitatem promittat. Quando enim Dei Mater, quæ quod fieri non potest effectum dat, suam addicit operam; neque nunc solum et in præsenti seculo, sed etiam in futuro; et non tantum in rebus parvis præstat, sed arcanis quoque illis pœnis liberat suos, atque æternorum bonorum voluptate donat; quis, quæso, mentis compos non gaudeat supra modum? At vero ad ea quæ supersunt procedendum est. Cum talia de monte prolocuta esset Deipara; ac tandem subjunxisset, fore ut et Petrus istic loci vitam ageret; expergiscitur hic e somno; atque ad orationem, lætus si unquam alias, *ut gavisus est Petrus;* se confert, totaque anima, (diceres alas ei additas esse) advolat: quemadmodum par est illum facere, qui talia videre spectacula talesque audire sermones promeruit.

13 Interea navis Cretæ appropinquabat, atque vectores illi, quibus cibo potuque opus erat (neque *qui ad Cretam appulsus,* enim Petrus, qui statim a principio carnem rationi prudenter subjecerat, diesque totos sine cibo transigebat, marinam vero eamque modicam potabat, illis indigebat) illi, inquam, vectores judicarunt portum sibi intrandum, ac descendentibus in terram victum atque potabilem aquam studiose B comparandam esse. Cum igitur ita faciendum judicassent ac re ipsa fecissent; gubernator quoque, qui aliquem istic sibi admodum familiarem habebat, cumque non procul a portu habitantem, ut eumdem conveniret, et navi et ipse descendit. Ecce autem inopinato conspicatur amicum suum e morbo decumbentem, non uxore, non *et ad familiam infirmam evocatus,* filiis lecto assidentibus, aut solatium ægro pro virili sua afferentibus; quia potius ipsi quoque cum longa ægritudine luctantes, et prope ab illo decumbentes dolores ejus augebant. Quamobrem Petri rationem vivendi animo recolens gubernator (erat nempe idoneus qui ex modica conversatione virtutem viri conjiceret), alloquitur infirmum: et, Inveni, inquit, amicorum dilectissime, remedium, quo quod te tuosque premit malum dispellam. Moxque domo *prompte sequitur,* egressus, quanta poterat celeritate navim repetit; ac Petrum, omnibus Christi causa obsequentissimum, se ut sequatur, rogat. Is vero statim obedit, a Deo interiori motu stimulatus.

14 Confert se igitur ad domum illam, incolarum suorum infirmitate afflictam, eamque dicto citius *totamque sola præsentia sua illico sanat,* erigit roboratque. Ubi enim pater-familias, gravi morbo detentus, primum conspexit admirabilem C hunc Patrem; continuo initius habuit, ad se reversus est, surrexit, ad pedes auctori sui procidit, ac sanus exstitit: mox inde quam citissime surgens, deduxit Petrum ad liberos atque uxorem; quibus omnibus sanitatem, acsi illam revera manibus ferret, integerrime restituit. Illico namque *imperans, laudem Deo ut dent,* cuncti morbo ac doloribus quos patiebantur liberati, incolumes surrexerunt; nescii quid facerent, quidve loquerentur Petro, quo tantum sufficienter compensarent. At ille, quam alienissimus a laude sua, reditum urgebat; nihilque omnino motus ad eorum plausus, quidquid gestum erat, Deo auctori referebat acceptum. Cumque etiam pecuniam reverso jam ad navim Sancto afferrent, nihil *ac vitam recte instituant.* quidquam admisit: Æquum non esse, inquiens, ut pro beneficiis, a Deo sibi collatis, homini gratias agant; sed ipsi Deo casta ac temperanti vita probatisque moribus adhæreant, secundum Deum vitam instituant, nihil eorum quæ fieri vult contemnant, nihil quod ei displicet uspiam patrent. Ita namque futurum est, inquit, ut juvante Deo non amplius, uti paulo ante, medicina indigeatis, imo nec in morbum denuo incidatis.

μενος· ὅταν γὰρ ἡ τοῦ Θεοῦ μήτηρ, ἡ καὶ τὰ ἀδύνατα D δυνατὰ καθίστησιν, ὑπισχνεῖται βοηθεῖν, καὶ οὐκ ἐνταυθοῖ μόνον, οὐδὲ ἐπὶ τοῦ παρόντος, πρὸς δὲ καὶ ἐπὶ τοῦ μέλλοντος αἰῶνος, καὶ οὐκ ἐπὶ σμικροῖς, ἀπαλλαγὴν δὲ προξενοῦσα τῶν ἀρρήτων ἐκείνων εὐθυνῶν, καὶ τῶν ἀκηράτων ἀγαθῶν ἀπόλαυσιν, τίς οὐκ οὖν ὑπερβαλλόντως ἥδοιτο νοῦν ἔχων; Ἀλλ' ἐπὶ τὸ ἑξῆς ἰτέον· ταῦτα τῆς Θεοτόκου περὶ τοῦ ὄρους διειλεγμένης, καὶ τέλος ἐπειπούσης, ὡς καὶ Πέτρος ἐκεῖ βιώσεται, τοῦ καθεύδειν οὗτος ἀνεῖται, καὶ πρὸς εὐχὴν χαρίεις εἴπερ ποτὲ διανίσταται, καὶ τὴν ψυχὴν ὥσπερ ἐπτερωμένος οἷα τῶν τοιούτων μὲν θεαμάτων, τοιούτων δὲ ἀκροαμάτων ἠξιωμένον εἰκός.

13 Μικρὸν ὅσον, καὶ τῆς νεὼς τῇ Κρήτῃ παραπλεούσης, οἷς ἔδει σίτων τε καὶ πομάτων (οὐδὲ γὰρ ἐκείνῳ, τὴν σάρκα τὴν ἀρχὴν εὐθὺς ὑποπόδιον καταστῆσαι προνοουμένῳ, καὶ διημερεύοντι μὲν ἀσίτῳ, πίνοντι δὲ τῆς θαλάττης, καὶ ταύτης μετριωτάτης) οἷς οὖν ἔδει τῶν ἐπιτηδείων, δεῖν ἔγνωσαν τῷ λιμένι προσοκεῖλαι· καὶ ἀποβάντες ἐπ' ἀλφίτων τε καὶ ποτίμων ὑδάτων κομιδῇ προσεῖσθαι· καὶ τοίνυν οὕτω δόξαν τε καὶ γεγενημένον, ἐπεί τῶν τις ἐγχωρίων ἐς τὰ μάλιστα τῷ κυβερνήτῃ συνήθης ἦν, αὐτοῦ που πρὸς τῷ λιμένι καὶ μὴ πόρρω κατῳκισμένος, ὡς αὐτὸν ἄπεισι καὶ αὐτὸς ἀποβάς· ὃς κλινοπετῆ τὸν ἑταῖρον ἐξ ἀπροσδοκήτου τεθεαμένος, τήν τε σύζυγον αὐτῷ καὶ τοὺς παῖδας, οὐ παρακαθημένους, καὶ μηχανωμένους παραψυχὴν ὅσῃ δύναμις τῷ νοσοῦντι, μακρᾷ δὲ καὶ αὐτοὺς προσπαλαίοντας νόσῳ, καὶ τῷ παρακεῖσθαι τὸ δεινὸν ἐπιτείνοντας, τὴν Πέτρου πολιτείαν ἐπὶ νοῦν ἀναλαβὼν (δεινὸς γὰρ ἦν, ὡς ἔοικεν, ἐξ ὀλίγου συμβαλεῖν ἀνδρὸς ἀρετὴν) Εὕρηταί μοι τοῦ πανοικίᾳ πιέζοντος φάρμακον, ὦ φίλε ἑταῖρε, προσεφώνησε τῷ νοσοῦντι· καὶ τῆς οἰκίας εὐθὺς σὺν τάχει ἀπεπήδησεν. Ἡ δὲ ποδῶν εἶχεν εἰς τὴν ναῦν ἐπανήει, ἐπεὶ οὖν δὴ τὸν διὰ Χριστὸν κατὰ πειθῇ πᾶσι Πέτρον ἀπελθεῖν καὶ ὃς εὐθὺς ὑπακούει, καὶ τοῦ Θεοῦ δή που ἐνεργῶς παρορμήσαντος.

E

14 Ἐπὶ τὴν ὑπ' ἀρρωστίας τοιγαροῦν καντετριμμένην ἐκείνην ἀφικνεῖται οἰκίαν, καὶ θᾶττον ἢ λόγος ἀνεγείρει ταύτην καὶ ἐπιρρώννυσιν. Ὡς γὰρ μόνον εἰς θέαν ἦλθε τοῦ θαυμασίου τοῦδε πατρὸς, ὁ βαρείᾳ νόσῳ κατεσχημένος, ἐκεῖνος, ῥᾴων τε ἦν, καὶ ἀνέφερε, καὶ ἀνίστατο, καὶ τοῖς ποσὶ προσπίπτων τοῦ τεθεραπευκότος, ἐρρωμένος ἐτύγχανεν· εἶθ' οὕτω ταχὺς ἐκεῖθεν διαναστὰς, ἐπὶ τούς παῖδας τε καὶ τὴν σύζυγον διεκίνει τὸν Πέτρον, καὶ F τὴν ὑγίειαν ὥσπερ αὐτόχειρα ταῖν χεροῖν φέρων, πᾶσι δαψιλῶς ἔνειμεν. Ἐκ τοῦ εὐθέως γὰρ ἅπαντες ἐξάντεις τῆς νόσου, καὶ τῶν συνεχόντων δεινῶν κρείττονες ἀνεγένοντο, καὶ οὐχ ὅ, τι δράσειαν εἶχον, οὐχ ὅ, τι λέξειαν Πέτρῳ, πρὸς τὸ τῆς εὐεργεσίας ἀπηγρων μέγεθος· ὃν δὴ καὶ τὸ λίαν ἀφιλόδοξον, πρὸς τὴν ἐπάνοδον ἔπειγε, πρὸς τὸν ὑπ' ἐκείνων κρότον ἀνεπίστροφον παντάπασιν ὄντα, καὶ πρὸς Θεὸν ἀναφέροντα τὴν τῶν γενομένων αἰτίαν· ᾧ δὴ καὶ χρήματα τούτων προσενεγκόντων, μετὰ τὴν πρὸς ναῦν ἐπανάλυσιν, αὐτὸς οὐ προσίετο, Μὴ δεῖν, αὐτοῖς λέγων, ὑπὲρ τῶν ὑπὸ Θεοῦ τούτοις ἀγαθῶν ὑπηργμένων, ἀνθρώπῳ τὴν χάριν ὁμολογεῖν, ἀλλ' ἐκείνῳ διὰ καθαροῦ τε βίου καὶ σώφρονος, καὶ τρόπων προσανέχειν ἐλευθερίων, καὶ κατὰ Θεὸν ζῆν, μηδὲν ὑπερορῶντας τῶν αὐτοῦ θελημάτων, μηδὲ τῶν ἀπαρεσκόντων ὅλως ἐκείνῳ ποτὲ γινομένους· οὕτω γὰρ ὑμεῖς, φησὶν, οὐδὲ ἰατρείας ἔτι σὺν Θεῷ δεήσεσθε ἅτε τὴν ἀρχὴν, μηδὲ νόσῳ περιπεσόντες.

CAPUT III.

Iter in montem Athum, et vita illic dure sancteque acta.

Οὕτως ἐκεῖνος καὶ τὸν ἐντὸς αὐτοῖς ἄνθρωπον εὖ διατιθέμενος, τοὺς μὲν οἴκαδε ἐπέτρεπεν ἐπανιέναι, τοῖς συμπλέουσι δὲ αὐτὸς συνανήγετο, οἳ καὶ τῆς σφῶν εὐπλοίας τ᾽ ἀνδρὸς ᾐτιῶντο τὴν ἀρετήν, ἐξ οὐρίας καὶ γὰρ διὰ πάσης ἡμέρας τε καὶ νυκτὸς τὸν μέχρι τοῦδε πλοῦν ἤνυσαν, καὶ περὶ τοῦ μέλλοντος ὑπῆρχον θαῤῥοῦντες. Ἀλλὰ γὰρ οὕτως ἐχόντων τε καὶ διανοουμένων, ἐκ τοῦ ἀπροσδοκήτου παντάπασιν, ἔτ᾽ ὄντος τοῦ πνεύματος ἐπιφόρου, καὶ λαμπροῦ κατὰ πρύμναν προσβάλλοντος, τοῦ πρόσω προβαίνειν ἡ ναῦς ἀφεῖται, καὶ ἀκίνητος ἔμενε. Πάντα δὲ κάλων ἐκείνων κινούντων, ὥς καὶ ἡ παροιμία φησί, τὰ τῆς ἀκινησίας οὐδαμῶς ἐνεδίδου. Καὶ δὴ τῶν ναυτῶν ἐξηπορημένων, καὶ μικροῦ τῆς ἴσης μετασχόντων ἀκινησίας, τοῦτο μὲν ὑπ᾽ ἐκπλήξεως, τοῦτο δὲ καὶ ἀπὸ τοῦ μηδὲν ἔχειν πράττειν. Οὕτως ἐκ τόπου τοῦ πράγματος ὄντος, ὁ θεῖος Πέτρος τῆς ἡσυχίου καθέδρας ἐξαναστὰς, καὶ περιβλεψάμενος, τὸ τοῦ διαφαινομένου ὄρους ὄνομα ἐρωτᾷ· ὁ δὴ τὸν Ἄθω πυθόμενος εἶναι, συνῆκέ τε καὶ ἀπαγγέλλει τὸ αἴτιον ἀτρεμῆ τὴν ναῦν· Ἐν τούτῳ,
B φησὶν, ἐμὲ τῷ Θεῷ βουλομένῳ, τὸν ὑπόλοιπον διανύσαι με βίον· καὶ τῷ τῶν οἰάκων ἐπιμελουμένῳ, τῆς γῆς εὐθὺ πρὸς τὸ εὐώνυμον ἰθῦναι τὴν ναῦν ἐγκελεύεται· καὶ ὃς, ὡς οὐδὲν μελλήσας τὸ κελευσθὲν ἤνυσεν, ἡ ναῦς τῶν δεσμῶν ἀνεῖται, κἀπὶ τὸ εὐκίνητον εὐθέως μάλα μετέβαλεν.

Cum talibus Petrus dictis animum quoque hominum istorum recte composuisset, jussit illos domum reverti; ipse vero e portu solvit cum reliquis vectoribus, qui et felicem navigationem suam viri sancti virtutibus referebant acceptam. Toto quippe eatenus tempore, diu noctuque, vento secundo navigaverant; ac eumdem imposterum quoque afflaturum fidenter sperabant. Verum taliter iis animatis et cogitantibus, ecce nec opinato plane eventu, secundo etiam perseverante vento et vehementer in puppim incumbente, desiit navigium porro progredi, et immobile in loco stetit. Ipsis autem omnem, quod dicitur, rudentem moventibus, nihil quidquam profectum est: nautæ vero mentis inopes, pari fere cum navi immobilitate hærebant, partim præ stupore animi, partim quod nescirent quid consilii caperent. Cum loco tam malo res esset, divinus Petrus e sede ubi quiescebat surgens, oculosque circumferens, montis qui forte sub aspectum cadebat, E scicitatur nomen: quem ubi Athum appellari didicit; simul intellexit atque alios docuit causam, cur ita moveri nescia consisteret navis. In hocce, inquit, monte Deo volente reliquum meæ vitæ transigendum mihi est: et clavum tenenti imperat, ut sinistrorsum navim ad terram recta dirigat: quod ubi is, nihil cunctatus, effectum dedit; illico navis, solutis vinculis facillime ut prius moveri cœpit.

Inde soluta navis

et vento secundo lata,

subito immobilis subsistit:

viso inde monte sibi habitando.

16 Ἆρ᾽ οὐκ ἔκπληξις ἐπὶ τούτοις πᾶσιν ἐγγίνεται; Πῶς ἡ πλωτὴ φύσις, ἡ τῆς θαλάττης εὐδιάχυτος ἰδιότης, ποτὲ μὲν ὑποχωρεῖ καὶ πάροδον δίδωσι τῇ νηΐ, τῇ προσβολῇ τῶν πνευμάτων ἐλαυνομένῃ· ποτὲ δ᾽ ἀρνησαμένη τὴν φύσιν, τὴν ἀντιτυπίαν μεταλαμβάνει, καὶ χέρσου δίκην ἐπὶ χώρας παρακατέχει τὴν ναῦν; Πῶς δὲ καὶ τὸ τοῦ πνεύματος εὐδιάχυτον ἐν μέρει συστέλλεται, καὶ μὴ συναρπάζει ταύτην τῷ περιφανεῖ τῆς ῥύμης, μηδενὸς ἐπιτειχίζοντος σφοδροτέρου σώματος; Τῷ γὰρ εὐκινήτῳ τῶν ὑδάτων τὸ πνεῦμα πλεονεκτεῖ. Καὶ τοῦ φανῆναι τὴν ἐν τῷ πυθμένι τῆς θαλάττης ἤπειρον ταύτης διαστάσης, τὸ θαλάττης ῥευστὴν ἐπιφάνειαν, στερέμνιον οὕτω καὶ ἤπειρον γενέσθαι, θαύματος οὐκ ἔλαττον φέρεται δόξαν· οὐκοῦν προσθετέον τοῦτο τοῖς παλαιοῖς θαυμασίοις, καὶ διηγητέον οὐχ ἧττον ἐκείνων, καὶ ὑμνητέον ἐπὶ τούτῳ Θεὸν, ᾧ μηδὲν ὧν ἂν βούλοιτο, τὸ παράπαν ἀνήνυτον.

16 Nonne hinc admiratio cunctis vectoribus suborta fuerit; quo pacto navigabile elementum, fluida maris proprietas, modo cedat iterque præbeat navi, impetu ventorum impulsæ; modo, naturam quodammodo suam exuta, contrariam assumat, ac terræ instar affixam navim eodem loco detineat? Quo pacto item fluidissimæ naturæ ventus parte sui contrahatur, ac navim manifesto impetu suo non abripiat, nullo ipsi validiore corpore obnitente; ventus enim facilitate motus aquam antecedit. Neque vero minoris miraculi gloriam habet, quod fluida maris superficies, firma adinstar continentis facta sit; quam quod divisis aquis, in fundo maris, continens apparuerit aliquando. Quamobrem hocce etiam antiquis annumerandum, nec minus quam illa divulgandum venit miraculum: in eoque Deus, qui quidquid libuerit tam facile perficit, laudari præcipue debet. F

Miraculi magnitudo expenditur

et antiquis comparatur.

C

17 Ἀλλ᾽ οὕτως ὁ τῷ Πέτρῳ σύμπλους ὅμιλος τῇ γῇ προσπελάσαντες, πρὸς τὴν ὑπώρειαν ἀποβιβάζουσιν οὐκ ἀδακρυτὶ τὸν γεννάδαν· ὃς καὶ ἀνέλαβεν τοὺς καταπεπτωκότας ὑπ᾽ ἀνίας αὐτοὺς, προειπὼν αὐτοῖς τόν τε πλοῦν ἀκίνδυνον, καὶ τὴν πρόθεσιν ἀνύσιμον ἔσεσθαι. Οἱ μὲν οὖν ἐστέλλοντο μετ᾽ ἀγαθῶν τῶν ἐλπίδων· ὁ δὲ βίᾳ μὲν, ἐπέβαινε δὲ ὅμως τῶν ἀβάτων, καὶ ἀνέβη τὸ ὄρος, καὶ εἰσέδυ τὰ ἄδυτα, Θεῷ μόνῳ τὰ καθ᾽ ἑαυτὸν ἐπιτρέψας, ᾧ καὶ μόνῳ προεθυμήθη τε καὶ ὑπέστη ζήσειν, ὃ καὶ εἰς τέλος ἀγαγεῖν ἐσπούδασεν, οὐ μόνον ἀπόσιτος ὢν σχεδὸν, τῶν ὅσα πέφυκεν ἀνθρώπων συνέχειν φύσιν, καὶ βραχύ τι παρ᾽ ἀγγέλους ἠλαττωμένος τουτὶ τὸ μέρος, ἀλλὰ καὶ ψύχει καὶ καύσωνι καὶ παγετοῖς καὶ χιόσι καὶ ὄμβροις, γυμνός τε καὶ ὕπαιθρος, ὢ τῆς καρτερίας! ταλαιπωρούμενος. Ἀνὴρ γὰρ ἐκεῖνος, εἴπερ τις, νοῦν ἔχων, καὶ συνεὶς τὴν τοῦ γηΐνου τοῦδε συγκρίματος φύσιν, ὡς καὶ αὐτὸν βρίθει τὸν νοῦν, καὶ πρὸς γῆν κατασπῶσα, τὸ πολίτευμα ἔχειν ἐν οὐρανοῖς οὐκ ἐᾷ, διὰ πάντων· καὶ τῶν ἐνόντων βοτανῶν πάνυ μετρίων μεταλαμβάνων, δεινῶς συνέτηξε τὸ σαρκίον· καὶ τῷ νῷ τόνον ἀξιόλογον ἐνειργάσατο, καὶ θεῖον ἀτεχνῶς ὄχημα τὴν καρδίαν, καὶ οὐρανὸν ἄλλον, καὶ τοῦ οὐρανοῦ

17 Itaque qui cum Petro navigabant vectores, navi terræ admota, ad radicem montis generosum virum non sine lacrymis dimiserunt: quos ipse, præ tristitia, animis concidentes, blande erexit; prædicens fore, ut imposterum secure navigent, atque ad terminum feliciter perveniant. Illi igitur spe bona pleni, cœptum iter prosequuntur; ipse vero magno quidem labore, sed tamen contendit per invia locorum, canscendit montem, innaccessa penetrat, soli Deo se suaque committens; cui pariter soli vivere magnopere cupiebat, ac victurum pollicitus fuerat. Hoc autem ipsum studiose ad exitum perduxit, non modo abstinens ab omnibus fere cibis, qui humanam sustentare naturam consueverunt, factus hac parte paulo inferior Angelis; verum etiam frigus, æstum, glaciem, nives ac imbres, nudus, sub dio (o tolerantiam!) constanter tulit. Vir quippe erat, si quis alius, perspicax; atque intelligebat, quomodo terrenæ hujus concretionis natura animum aggravet, eumque in terram deprimens, suam in cœlo conversationem habere non sinat. Hæc inquam, probe intelligens, tum aliis modis, tum mo-

Expositus in littus Petrus

vectoribus bene precatur,

ac montem conscendit

duramque vitam instituit,

A derato admodum usu obviarum herbarum, mirifice

A GREG. PALAMA spiritualis vitæ intelligens

macerabat corpusculum, vigorem animo præclarum afferebat, atque cor suum vere divinum vehiculum, et alterum cœlum, imo et carius cœlo habitaculum Deo, diligenti quietis conservandæ studio, efficiebat. Hoc vero, ut compendio dicam, consistit in propensione animi et conversione eius in se ipsum, aut potius in omnium animæ facultatum (etsi dictu mirabile sit) conversione in mentem, atque in constanti eorum, quæ ratio Deusque dictant, executione.

Anima vitiis purgata,

18 Quæ porro hic ab illo gesta sunt, pro merito suo explicari omnino non possunt. Quando enim mens omnibus sub sensum cadentibus superior evaserit; ac turbationum, quas talia afferre solent, pelago emerserit; atque interiorem hominem probe perspexerit; considerata prius turpi larva qua mortalium errata obtegi consueverunt; hanc doloris adminiculo tollere festinat: posteaquam vero abstulerit fœdum hocce tegumentum; tum plane cum anima variis affectionibus non amplius indecorum in modum distrahitur, vix tandem consequitur pacem, veramque attingit quietem; et Deum, propter

Deum cognoscit ac induit,

B quem exstitit, quantum fieri potest cognoscit. Tunc etiam superat naturam propriam, ac participatione quadam divinam induit, semperque ad meliora progreditur; si modo omni ex parte probe muniatur, et ex nulla aditum quemcumque præbeat veteri malorum artifici, qua irrepat; animamque scopis mundatam inveniens, ibidem cum asseclis suis habitet, pessimæque suæ legioni, heu! castra metetur; atque ita secundum sententiam illam evangelicam,

Matt. 12, 44

Novissima hominis istius pejora prioribus fiant.

quiete vivit,

19 Sed hoc quidem omnino absit ab illo. Quando vero mens, uti jam explicare cœpit oratio, omnes animæ insidentes affectus eliminaverit, in eamque tranquillitatem summam induxerit; jamque non solum ipsa se, sed alias etiam facultates animæ ex integro in se converterit, et quidquid larvatum est a se amoverit, prius quidem quidquid deterioris notæ est, deinde progrediens ad id quod perfectius, imo quod perfectissimum est, atque ad superiorem ani-

veluti cœlestis evadit,

mæ partem attinet, non modo duas materiales potentias transiens, sed etiam ad spirituales atque illusionis expertes intelligentias transcendens, omniaque pie simul ac religiose in Deum referens, surda et muta, pro ut scriptum est, Deo astiterit:

C tunc conditionem materiæ coercet, exprimitque in se formam cœlestem summa cum tranquillitate, utpote nullo pulsata pravo affectu, tota vero per infusam gratiam in melius commutata. Talibus igitur dotata mens, transmittit etiam ad conjunctum sibi corpus indicia pulchritudinis divinæ, inter gratiam ejus et carnis molem interposita, et tribuit ei facultatem efficiendi quæ fieri alias non possunt.

atque omnis generis divinis dotibus repletur.

20 Hinc fit ut quidam divinus et sine repugnantia operans virtutis habitus nascatur: ut animus in malum aut nullo prorsus modo, aut non facile inclinetur; ut miracula patrandi virtus acquiratur; ut quis præsentia perspiciat, et prospiciat futura; atque de rebus, quæ locis procul remotis contingunt, non aliter quam si sub oculis fierent, sermocinetur; et, quod præcipuum est, in illa aciem suam non intendant Beati illi; sed veluti si quis in solares radios obtutum converterit, etiam aereos atomos detegit, tametsi id non intenderit is qui intuetur; ita illi, qui divinis radiis, natura sua revelantibus omnia, clare illustrari consueverunt, rerum non modo quæ nunc sunt quæque fuerunt, sed etiam quæ futuræ sunt, cognitionem pro quisquiliis, uti vere sunt, reputent: habeant vero pro scopo suo absolutam monastici status perfectionem, id est, veram

φίλτερον ἐνδιαίτημα τῷ Θεῷ, τῇ καθ' ἡσυχίαν ἀκριβεῖ σχολῇ συνέστησε· τοῦτο δέ ἐστιν, ὡς συνελόντα φάναι, τοῦ νοῦ πρὸς ἑαυτὸν ἐπιστροφὴ καὶ σύννευσις· μᾶλλον δέ, πασῶν τῶν τῆς ψυχῆς δυνάμεων, εἰ καὶ θαυμαστὸν εἰπεῖν, πρὸς τὸν νοῦν ἐπιστροφή, καὶ ἡ κατ' αὐτόν τε καὶ Θεὸν ἐνέργεια. D

18 Τὰ δὲ ἐντεῦθεν πρὸς ἀκρίβειαν ἐξειπεῖν, ἀδύνατον. ὅταν γὰρ ὁ νοῦς αἰσθητοῦ παντὸς ἀπαναστῇ, καὶ τοῦ κατακλυσμοῦ τῆς περὶ ταῦτα τύρβης ἀνανεύσῃ, καὶ κατοπτεύσῃ τὸν ἐντὸς ἄνθρωπον, τέως μὲν ὁρῶν τὸ προσγενόμενον εἰδεχθὲς προσωπεῖον ἐκ τῆς κάτω περιπλανήσεως, τοῦτο διὰ πένθους ἀποσμῆξαι σπεύδει· κἀπειδὰν περιέλῃ τὸ δυσειδές, τοῦτο κάλυμμα, τότε δή, ὅτε μὴ ποικίλαις σχέσεσι τῆς ψυχῆς ἀγεννῶς διασπωμένης, μὴ ἠρεμίαν ἄγει, καὶ τῆς ὄντως ἡσυχίας ἅπτεται, καὶ [γινώσκει] καθ' ὅσον ἐγχωρεῖ, τὸν Θεόν, δι' ὃν ἐστιν. Ὅτε καὶ τὴν ἰδίαν ὑπερβάλλει φύσιν, καὶ θεοῦται τῇ μετουσίᾳ, προκόπτων ἐπὶ τὸ κρεῖττον ἀεί, μόνον εἰ φράττοιτο πανταχόθεν εὐφυῶς, καὶ μηδαμόθεν ἔχει πάροδον, ἐντεῦθεν ὁ τῆς κακίας ἀρχέκακος, ἵνα μὴ παρελθών, καὶ σεσαρωμένον εὑρών, μετὰ τῶν ὀπαδῶν τὴν ψυχὴν παρεμβάλῃ, E καὶ τῆς οἰκείας πονηρᾶς φάλαγγος στρατόπεδον, φεῦ, αὐτὴν ἀπεργάσηται, καὶ γένηται τὰ ἔσχατα τοῦ ἀνθρώπου ἐκείνου χείρονα τῶν πρώτων, κατὰ τὴν εὐαγγελικὴν ἐκείνην φωνήν.

19 Ἀλλὰ μὴν τοῦτο μὲν ἀπείη πάντως· ὅταν δὲ ὁ νοῦς, ὡς ἤδη φθάσας ἐδήλωσεν ὁ λόγος, ἅπαν ἔνοικον πάθος ἀπολύσας, τὴν ἀπροσπάθειαν περιποιήσῃ τῇ ψυχῇ, καὶ μὴ μόνον αὐτὸς πρὸς ἑαυτόν, ἀλλὰ καὶ τὰς ἄλλας τῆς ψυχῆς δυνάμεις ὁλοκλήρως ἐπιστρέψας, ἅπαν ἐπίκτητον ἐκ μέσου ποιήσηται, τέως μέν, ὅ, τί ποτε τοῦ πονηροῦ κόμματος, προϊὼν δὲ ἐπὶ τὸ τελεώτερον, μᾶλλον δὲ τὸ τελεώτατον, καὶ τὰ τῆς χρηστοτέρας μερίδος, οὐχ ὅπως τὴν ὑλικὴν δυάδα διαβάς, πρὸς δὲ καὶ νοητῶν καὶ τῶν οὐκ ἀφαντάστων νοημάτων ὑπεραναβάς, καὶ πάντα θεοφιλῶς ὁμοῦ καὶ φιλοθέως ἀποθέμενος, κωφός τε καὶ ἄλαλος, κατὰ τὸ γεγραμμένον, παραστῇ Θεῷ, τηνικαῦτα λόγον ὕλης ἴσχει, καὶ πλάττεται τὴν ἄνω πλάσιν ἐπὶ πάσης ἀδείας, ἅτε μηδενὸς θορυβοποιοῦντος τῶν παθῶν, τῆς ἐκτὸς χάριτος ἐπὶ τὸ κρεῖττον F μεταρρυθμιζούσης ὅλον· ὁ μέντοι τούτων εὐμοιρήσας νοῦς, καὶ πρὸς τὸ συνημμένον σῶμα πολλὰ διαπορθμεύει τοῦ θείου κάλλους τεκμήρια· χάριτί τε θείᾳ καὶ σαρκὸς παχύτητι μεσιτεύων, καὶ δύναμιν τῶν ἀδυνάτων ἐντιθείς.

20 Ἐντεῦθεν, ἡ κατ' ἀρετὴν θεοειδὴς καὶ ἀπαράμιλλος ἕξις, καὶ τὸ πρὸς κακίαν ὅλως οὐ κίνητον ἢ δυσκίνητον αἵ τε θαυματοποιΐαι, καὶ τὸ διορᾶν τε καὶ προορᾶν, καὶ περὶ τῶν πόρρω που συμβαινόντων, ὡς ὑπ' ὀφθαλμοὺς διαλέγεσθαι· καὶ τὸ δὴ μέγιστον, ὡς οὐδὲ περὶ ταῦθ' ὁ σκοπὸς τείνει τῶν μακαρίων ἐκείνων· ἀλλ' ὥσπερ εἴ τις ὁρῴη πρὸς ἡλιακὴν ἀκτῖνα, καὶ τῶν ἐναερίων ἀτόμων αἰσθάνεται· κἂν μὴ τοῦτο τῷ προσορῶντι σκοπός· οὕτως ἐκείναις ταῖς θείαις ἀκτῖσι καθαρῶς ὁμιλοῦσιν, αἷς φύσει πρόσεστιν ἡ πάντων ἀποκάλυψις, οὐχὶ τῶν ὄντων μόνον ἢ καὶ γεγενημένων, ἀλλὰ καὶ τῶν ἔπειτ' ἐσομένων, ὁδοῦ πάρεργον ὡς ἀληθῶς ἡ τούτων προσγίνεται γνῶσις. Σκοπὸς δὲ αὐτοῖς, ἡ κατὰ μοναχοὺς ὑπερτελὴς τελειότης, ἡ ἀληθὴς ἡσυχία, μᾶλλον δὲ ὁ τῆς ἀληθοῦς ἡσυχίας, ὃν ἔφημεν, καρπός· τὸ δυστέκμαρτον καὶ δυσεκλάλητον καὶ δυσεπίτευκτον χρῆμα, κἂν ἡμᾶς τὸ τῆς

ποθέσεως

A ὑποθέσεως ὑπερβάλλον, καὶ περὶ τῶν ὑπὲρ ἡμᾶς ἐπῆρε διὰ βραχέων ὑποσημῆναι ταυτόν.

animi quietem, aut potius ipsum veræ quietis, quem diximus, fructum; rem utique difficilem captu, difficiliorem dictu, difficillimam acquisitu; licet nos excellentia argumenti excitaverit ad prodendum nunc paucis, etiam illa quæ vires nostras excedunt. D A. GREG. PALAMA

CAPUT IV.

Semel atque iterum tentatus a dæmone per orationem Superior evadit.

Ὁ μέντοι μεγαλόνους ὄντως οὑτοσὶ Πέτρος, ἐφ' ὃ προσεκλήθη συνείς, οἷον, κατὰ τὴν παροιμίαν, προσεχώρει ποδί· τοῦτο δὲ ἦν, οὐχ ὁ τῶν χαρισμάτων ὄγκος· ἄπαγε· οὐδὲ γὰρ ἐθέλχθη ποτὲ λιχνείᾳ τούτων ὁ μέγας, ἐπεὶ μηδὲ προὔργου τοῦτ' εἶναι τοῖς ὑπελθεῖν ἐγνωκόσι τὴν μονήρη ἀγωγὴν, ὁ λόγος ἔχει δηλῶσαι· ἀλλ' ὥστε τῇ χάριτι δυνηθῆναι δοῦναι χώραν, ἐπισκευάσαι τὸν ἐντὸς ἄνθρωπον, καὶ πρὸς τὸ πρωτότυπον ἐξεικονίσαι τὸ ἀρχαῖον ἐκεῖνο καὶ ἀμήχανον ἐπανθῆσαι κάλλος. Ἀλλ' ὁ μὲν, οὕτως ὡρμημένος, ἀναβάσεις ἐν τῇ καρδίᾳ, κατὰ τὸν ψαλμῳδὸν εἰπεῖν, διέθετο. Τί δ' ὁ τοῦ φθόνου πατὴρ, τὸ τοῦ δόλου πλήρωμα, ὁ καλοῦ παντὸς αὐθαίρετος φυγὰς, ὁ κακοῦ παντὸς ἐργάτης ἢ προστάτης, μᾶλλον δὲ τὸ συναμφότερον· ὁ πρῶτος ἀποστάτης, καὶ τὸν πρῶτον ἄνθρωπον ἀποστήσας τοῦ Θεοῦ, τί συσκευάζει; καὶ πῶς ἑαυτῷ χρῆται κατὰ τῆς τοῦ δικαίου ψυχῆς; κακοήθως μὲν, ἐπιεικῶς δ' ὅμως, ἀξίως ἑαυτοῦ. Ὁρῶν γὰρ ἔξω βελῶν, ὅ φασι, γεγονότα τὸν μέγαν, τῇ τοῦ κόσμου καὶ τῶν κατ' αὐτὸν ἡδέων φυγῇ, δι' ὧν ἐκεῖνος παραλύειν εἴωθε τὰς ἀγεννεστέρας ψυχὰς, κἀντεῦθεν οὐκ ὄναρ μόνον διὰ τοῦ φανταστικοῦ πνεύματος, ὃ νοερᾶς ὄχημα ψυχῆς ἡ φιλοσοφία φησί, θεωριῶν θεσπεσίων ἀξιούμενον καὶ προηγμένον ἐπὶ τὸ βέλτιον, ἀλλ' ἤδη καὶ τῆς φαντασίας αὐτῆς ὑπερκύψαντα, καὶ τῇ τῶν ἀΰλων ἐπαφῇ καθαρῶς προσχωροῦντα, καὶ θαυμαστῶς φωτιζόμενον, ὅ φησι Δαβὶδ, ἀπὸ ὀρέων αἰωνίων, καὶ τῷ ὄρει τούτῳ τῆς αἴγλης μεταδιδόντα τοῦ φωτὸς, καὶ οὕτω ποιοῦντα τὸ σκότος ὑπερόριον, ὅπερ ἦν ἄντικρυς αὐτὸς, οὐχ οἷός τε φέρειν ἐτύγχανεν ὤν· τῶν ἀνυποίστων ἡγούμενος, ὅθεν αὐτὸς ἀπερρύη κακοβουλίᾳ, τὸν Πέτρον κάτωθεν ἀνηγμένον, ἔτι καὶ τὸ τοῦ σώματος ἐφόλκιον ἐπαγόμενον, τοῦτον μὲν τῆς ἄνω καὶ κρείττονος ἐπειλῆφθαι μερίδος, ἐκείνῳ δὲ, μηδὲ γοῦν τῆς κάτω παραχωρεῖν·

B

C

Vere igitur magnanimus hicce Petrus, quo vocatus esset intelligens, manibus pedibusque, ut proverbium habet, eo festinavit. Id vero erat, non amplitudo donorum; absit; horum namque cupidine numquam captus fuit magnus ille vir; quoniam talia illis qui solitariam vitam statuerunt aggredi, haud magni facienda esse, nihil attinet declarari oratione nostra: verum eo festinavit ut gratiæ præberet locum, ut interiorem poliret hominem, ut juxta prototypon suum rite efformaret antiquum illud et vix reparabile animi decus. Enimvero sic ille incitatus, ascensiones, secundum Psalmistæ dictum, in corde suo disponebat. At vero quid parens invidiæ, plenus doli, omnis boni ultroneus desertor, omnis mali artifex aut patronus, imo utrumque simul; ille primus Dei desertor, quique primo homini, ut et ipse Deum desereret, auctor fuit; quid ille machinatur? Quomodo se gerit adversus animam justi? Maligne quidem; sed tamen moderatione se digna usus. Conspiciens namque virum extra teli jactum, ut loquimur, positum per fugam qua mundum et quæ in mundo sunt voluptates, quibus malignus ille enervare consuevit degeneres animas, dereliquerat; atque hinc non modo in somnis per imaginarios spiritus (quos Philosophia animæ rationalis vehiculum vocat) divinis visionibus dignatum, iisque ad præclaram virtutem progressum esse: verum jam ipsam quoque imaginandi facultatem supergressum, ad claram eorum, quæ materia nulla constant, intelligentiam pervenisse; ac mirabiliter a montibus æternis, quod ait David, illuminatum, huic etiam monti splendorem luminis impertivisse, depulsis inde, quod prius ipse fuerat, tenebris; hæc, inquam conspiciens malignus dæmon, ferre non potuit; intolerabile ducens, eo Petrum, etiamnum corporis sarcina gravatum, ex imo elevatum esse; unde ipse consilii sui malignitate exciderat: Petrum supernam ac meliorem partem adeptum esse, sibi vero ne infimam quidem permitti.

Petrus perfectioni studens

E

Ps. 83, 6

a dæmone, progressum ejus non ferente,

Ps. 75, 5

F

22 Οὕτω δὲ τῇ βασκανίᾳ διατεθεὶς, δεδίττεσθαί τε καὶ ἐξωθεῖν τοῦτον ἐπεχείρει ταῖς ἐπηρείαις. Καὶ ἡ πρώτη τῶν ἐπηρειῶν, ὡς γελοῖον, μᾶλλον δὲ καταγέλαστον; Πρὸς ἕνα γὰρ, καὶ τοῦτον οὐχ ὅπως ὅπλων, ἀλλὰ δὲ καὶ τῶν ἀναγκαίων περικαλυμμάτων ἐστερημένον, καὶ τῇ μακρᾷ τῆς ἀσιτίας κατειργασμένον, καὶ δεινῶς τινα σύντηξιν ταῖς ποικίλαις ταλαιπωρίαις κατὰ πᾶν ὑποστάντα μέλος, πρὸς ἕνα γυμνὸν, ἄοπλον, ἐκνενευρισμένον, στρατηγοῦ μορφὴν αὐτὸς καὶ σχῆμα περιβαλλόμενος, καὶ τοξοτῶν ὥσπερ ἐπισυρόμενος πλῆθος, παρακελεύσμασί τε καὶ βοαῖς χρώμενος, θρασὺς ἔπεισι καὶ τὸ σπήλαιον, ὃ τηνικαῦτα τὸν Ἅγιον ἐνῳκισμένον εἶχεν, εἰσίει, πρὸς συμπλοκὴν ἐκκαλούμενος· τὰ δὲ ἐκτὸς πάντα πατάγῳ περιηχοῦντες, καὶ τοὺς εὐμεγέθεις τῶν παρακειμένων λίθων ἀλλήλοις προσαράσσοντες, δένδρων τε τὰ μὲν ἀνασπῶντες, τὰ δὲ διακλῶντες, πάνθ' ὥσπερ ἐπὶ τὸ σπήλαιον ἡ τῶν ὀπαδῶν ματαία ἐκείνη συνεκίνει φάλαγξ.

22 Taliter ille invidia æstuans, terrero atque loco pellere Sanctum violenter aggreditur. Ac primus quidem insultus, quam ridiculus, imo quam ineptus! In virum quippe unum, eumque non tantum armis, sed necessariis quoque vestimentis destitutum, diutina confectum inedia, perque varias afflictationes membris omnibus miserabiliter contabescentem; in unum, inquam, nudum, inermem, debilem, ipse ducis formam atque habitum indutus, sagittariorum turmam secum trahere visus, inconditis vociferationibus clamoribusque personans, ferox impetum facit; inque specum, ubi tunc temporis habitabat Sanctus, sese infert, ac ipsum ad conserendas secum manus provocat: foris autem larvata sociorum cohors omnia late complebant fragore, prægrandia quæ circum jacebant saxa inter se collidebant; arbores quoque, alias quidem radicitus evellebant, alias vero confringebant; omnia denique veluti adversus speluncam machinabantur.

tentationem patitur

ab integra legione dæmonum invasus,

23 Ὡς δ' ὁ μέγας ἐκεῖνος ὑποδειλιάσας, ἐκ ψυχῆς δι' εὐχῆς τῷ Θεῷ προσέδραμε, καὶ νοερὸν ἀτενὲς ἀνέσχε

23 Ubi vero magnus ille vir, talibus pavefactus, per orationem se ad Deum ex animo convertit, mentisque

A. GREG. PALAMA. quam oratione dispellit :

A tisque oculos ad eum fixos intendit ; ne momento quidem amplius persistere illic valens nequam iste, continuo disparuit. Non tamen diu post, in serpentes denuo se ipse cum toto exercitu suo convertit ; iisque ipse, reptando præcedens, ducem præstabat se, neutiquam similis aliis, aut re ipsa existens, aut apparens, sed magnitudine immensus visuque terribilis (referebat enim omni ex parte draconem), insurgebat de terra ; ac sublime erigens collum, videbatur ex oculis scintillas vibrare ; inflatis vero buccis passim flammas spirabat, cruentam movens linguam, longe ultra mentum extensam, præsentique veneno aut scatentem aut scatere visam. Quando vero cum Petro congredi parabat, eminus minitabatur, fore, ut spiritus sui impetu impavidum virum abriperet sibi in prædam.

iterum ab eo sub specie serpentum impetitus

per orationem superior evadit,

24 Interea Petrus ne quidem aspectu dignabatur adversarium ; manibusque indefesse in cœlum elevatis, spiritualem Amelech denuo superavit atque expulit, velocius recedentem quam accesserat. Capiebat etiam pœnitudo scelestissimum caput, cum omnia secus evenirent, atque ipse meditatus fuerat. Semper enim pugilis generosi acta considerans, ejusque institutum ac sublimem orandi modum laxare tentans ; aliquali ex virtutibus occasione sumpta, B acuebat potius ejusdem diligentiam, et invitus pulcherrimas ei parabat coronas. Mihi vero, viri constantiam nunc consideranti, persuasum est, nihilo minus ipsum præstitisse, quam qui martyrii certamen subierunt. Hi namque, ut ne divino cultui remitterent nuntium, necessario omnia perferebant : noster vero, nihil illis constantia cedens, vim omnem alacer lætusque sustinuit, ut ne vel tantillum a Deo mentem separaret. Qui vero propter minores causas credebat subeunda sibi esse magna certamina ; quid non lubens passus fuisset, si res majoris momenti in periculum fuissent adductæ?

ipsis martyribus comparandus.

πρὸς αὐτὸν ὄμμα· μηδὲ πρὸς μικρὸν παραμένειν ἔτ' ἔχων ὁ πονηρὸς, ἀφανὴς εὐθὺς ἐγεγόνει. Μετ' οὐ πολὺ δ' αὖθις, εἰς ὄφεις πανστρατὶ μεταβαλὼν, ἡγεῖτο προέρπων αὐτὸς, οὐ κατὰ τοὺς ἄλλους ὢν ἢ φαινόμενος, ἀλλ' ὑπερφυὴς τὸ μέγεθος καὶ φοβερὸς ἰδεῖν (δράκοντι γὰρ ἀτεχνῶς ἐῴκει) διανίστατό τε γῆθεν, καὶ μετέωρον αὐχένα φέρων, ἀποσπινθηριάζειν ἐδόκει τῷ ὀφθαλμῷ, γνάθους δὲ φυσῶν πῦρ ἄντικρυς ἔπνει, καὶ φόνιον ἐκίνει γλῶτταν τῶν γενείων πολὺ προκεχυμένην, καὶ μεστὴν οὖσαν ἢ δοκοῦσαν ἰοῦ θανατηφόρου· ὁρμῆσαι δὲ κατὰ τοῦ Πέτρου χωρῶν, πόρρωθεν ὥσπερ τῇ τοῦ πνεύματος ἠπείλει ῥύμῃ, τὸν ἄπτοητον ἐκεῖνον ἀναρπάσειν τε καὶ λαφύρεσθαι. D

24 Τοῦ δὲ μηδὲ πρὸς θέαν γοῦν ὅλως ἐπεστράφθαι ἀξιοῦντος, ἀκλινῶς δὲ πρὸς οὐρανὸν τὰς χεῖρας ἀνατεταμένας ἔχοντος, ὁ νοητὸς πάλιν Ἀμαλὴκ ἡττᾶτο καὶ συνηλαύνετο, καὶ ταχύτερος ἢ ἐπιχωρῶν ἢ προσάγων· ἐλάμβανε δὲ ἄρα καὶ μεταμέλεια τὸν ἀλάστορα, τοὐναντίον ἅπαν ἢ διενοεῖτο διαπραττόμενον· τὸ γὰρ ἀεὶ σύντονον τοῦ γενναίου, καὶ τὸ τῆς εὐχῆς σύντονόν τε καὶ μετάρσιον χαλάσαι πειρώμενος, καὶ λαβεῖν ἐντεῦθεν ἀντινοῦν λαβὴν, αὐτὸς ἀκμαιοτέραν ἐνεποίει τούτῳ τὴν σπουδὴν, καὶ καλλίστους ἄκων προὐξένει τοὺς στεφάνους. Ὡς ἔμοιγε τὴν τοῦ ἀνδρὸς ἔνστασιν ἀναλογιζομένῳ νῦν, οὐδὲ τῶν μαρτυρικοὺς ἄθλους ὑπελθόντων ὁπωσοῦν ἡττῆσθαι τοῦτον ἔπεισεν. E Οἱ μὲν γὰρ, ὑπὲρ τοῦ μὴ τὸ πρὸς Θεὸν σέβας ἐξομόσασθαι, πάντα ἐξ ἀνάγκης ἔφερον· ὁ δὲ, τὴν καρτερίαν ἐκείνων οὐκ ἐλάττων οὗτος, ὑπὲρ τοῦ μὴ δὲ πρὸς βραχὺ τὸν νοῦν ἀποστῆσαι τοῦ Θεοῦ, πᾶσαν ἐπαγωγὴν προθύμως ὑπέμεινεν. Ἐπὶ δὲ μείοσιν οὕτως ἀφορμαῖς, τοὺς μεγάλους δεῖν ἐγνωκὼς ὑπενεγκεῖν ἀγῶνας· τί οὐκ ἂν ἀσμένως ἔπαθεν, εἴπερ τῶν μεγίστων προκινδυνεύειν ἐνῆν;

CAPUT V.

Tertium impugnatur a dæmone, famulum ejus simulante, ac reditum in patriam suadente.

Tertium impugnatur a dæmone

Atque ita quidem ille assiduitate precandi vix aut ne vix quidem cedebat indefessis illis Dei laudatoribus, seu quietam ageret vitam, seu tentationibus molestatam. Infatigabilis vero virtutis impugnator, quod voto suo excidisset, gravi quidem C afficiebatur dolore ; attamen acrioribus invidiæ stimulis agitatus (solet namque æmulatio, cum voti compos facta non fuerit, magis augeri) vehementius denuo ad vindictam insurgit. Verumtamen aperto marte repulsus, ad dolos sibi putavit confugiendum : planeque constituit insidias struere generoso pugili, quibus olim humano generi noverat se plurimum nocuisse ; illudque, primis parentibus delusis, radicitus (eheu!) quodammodo totum extirpasse ac obtrivisse. Quoniam vero nunc primo loco fallere Evam non poterat, cum is qui impugnabatur, omnis omnino feminæ aspectum subterfugeret ; neque ipse indutus serpentem adrepit, mulcendo ac blandiendo perniciosum consilium suum simulans : verum cujusdam e servis, quibus in seculo usus fuerat Petrus, persona assumpta, ut aliquam fidem reperiret fabula, accedit Sanctum, lugubri plane forma ; eique parentes, fratres ac turbam sanguine junctorum omnem, nec non amicorum optimos quosque, et quotquot ex vicinis ei magis familiares fuerant ex omni ætate, in memoriam revocans (ut est insigniter scelestus, atque ad talia concinnanda subtilissimus) fingit patriam omnem ipsius causa etiamnum lugere ; sic eum appellans :

famulum ejus simulante

Ἀλλ' ὁ μὲν οὕτω τῇ τῶν εὐχῶν προσεδρείᾳ, μικροῦ τοῖς περὶ Θεὸν ἀκοιμήτοις ὑμνηταῖς ἡμιλλᾶτο, καὶ εἰρήνην ἄγων καὶ πολεμούμενος. Ὁ δ' ἄσπονδος τῆς ἀρετῆς ἀντίπαλος, τῷ μὲν ἀποτυγχάνειν ἐπιτιθέμενος ἀνιώμενος, ὀξυτέροις δὲ ὅμως φθόνου κέντροις βαλλόμενος (ζηλοτυπία γὰρ οἶδε μᾶλλον αὐξάνειν ἀποτυγχάνουσα), σφοδρότερον αὖθις πρὸς ἄμυναν διανίσταται, ταῖς ἐκ τοῦ φανεροῦ δ' ὅμως ἀποδοκιμασθεὶς προσβολαῖς, πρὸς δόλους ἔγνω τραπέσθαι. F Καὶ δὴ διανοεῖται στῆσαι τῷ γενναίῳ τὸν λόχον, ὅθεν οὐδέ ποτε κατ' ἀνθρώπων μέγα δυνηθεὶς, καὶ τῷ πρὸς τοὺς προπάτορας φενακισμῷ, πρόρριζον ὥσπερ ἅπαν (φεῦ!) ἀνασπάσας τὸ γένος καὶ κατενεγκών· Ἐπεὶ δὲ νῦν Εὔᾳ προσεντυχεῖν οὐκ ἦν, γυναικὸς ὄψει καθάπαξ ἀποταξαμένου πρὸς ὃν ὁ πόλεμος· οὐδ' αὐτὸς ὄφιν ὑποδὺς προσέρπει, σαίνων τε καὶ θέλγων, καὶ οὕτω παρατείνων τὴν κακῶς ἀπολουμένην συμβουλήν· ἀλλά τινα τῶν κατὰ τὸν βίον οἰκετῶν ὑποκριθεὶς τοῦ ἀνδρὸς, ἵν' ἔχῃ τινὰ πίστιν τὸ δρᾶμα, πρόσεισιν ἀπολοφυρόμενος, καὶ γονέας εἰς μνήμην ἄγων καὶ ἀδελφοὺς, καὶ τὸ τῆς ἀγχιστείας πᾶν αὐτῷ σύστημα, φίλων τε τοὺς ἀρίστους, καὶ ὅσοι συνήθεις ἐκ γειτόνων ἦσαν, ἐκ παντὸς εἴδους ἡλικίας πλέκων τὸν ὑπὲρ αὐτοῦ συγχέοντα τὴν πατρίδα θρῆνον, οἷος ἐκεῖνος ἄριστος ἀλιτήριος, καὶ τὰ τοιαῦτα πλάσασθαι δεξιώτατος.

A 26 Ἡλικιώτην μὲν, λέγων, ὅμιλον καὶ ὅσοι τῶν ἐξώρων, οὔτ᾽ ἔλαθες, οὔτε λήσῃ, πάσης μὲν εὐθυμίας ἀφορμὴ, καὶ καλοῦ παντὸς εἰκὼν προκείμενος ὁπηνίκα δὴ συνῆσθα τούτοις, ἀλήκτου δὲ νῦν ἀθυμίας ὑπόθεσις, διὰ τῆς μακρᾶς ταύτης ἀπουσίας καταστάς· παῖδας δὲ δήπου, τὸ μηδόλως ἀπολαῦσαι φθάσαι τῆς σῆς καλοκαγαθίας, οὐκ ἀπεικότως ἀνιᾷ δεινῶς, καὶ ταῦθ᾽ ὅτι τὸν ἐπίσης ἀρετῆς σοι κομῶντα τῷ βίῳ, μὴ καταλείποιτο πυνθανομένους. Τί δ᾽ ἄρα, φησὶ, καὶ πραγματευόμενος, φίλε δέσποτα, φιλέρημος οὕτω γέγονας, καὶ τοὺς ἀνθρώπους ἀνεπιστρεπτὶ φυγὼν, τὴν μετὰ θηρίων συνοικῇ διατρίβειν, καὶ περινοστεῖς τοὺς ἀφίλους λόγγας, καὶ ὑπέδυς τὰ νοσοποιὰ ταυτὶ σπήλαια, καὶ γειτνιάζεις χηραμοῖς, καὶ συνοικίζῃ τοῖς ἰοβόλοις; ὑπὲρ τοῦ κατὰ Θεὸν ἄρα φαίης βιοῦν; Καὶ πῶς Ἀβραὰμ θεοφιλῶς διήνυσεν ἐπ᾽ ἀνθρώπων τὸν βίον; τί δὲ καὶ τοὺς ἀπ᾽ αὐτοῦ τε καὶ μετ᾽ αὐτόν; εἰ δὲ βούλει καὶ τοὺς πρὸ αὐτοῦ, τὸ κατὰ Θεὸν ζῆν τοῦ καθ᾽ ἡδονὴν προελομένους, ἡ μετ᾽ ἀνθρώπων ἐλυμήνατο δίαιτα; οὐχὶ καὶ τότε πολλοὺς ἐπῆραν τῇ θέᾳ πρὸς ἀρετὴν, καὶ μάρτυρας παραλαβόντες τῶν καλῶς ἠγωνισμένων, ἀκαταγώνιστοι διέμειναν τῷ τοῦ χρόνου μήκει, τὸν καλοῦ πᾶσιν ἐνιέντες πόθον, καὶ τῷ πρὸς αὐτοὺς ζήλῳ δι᾽ αἰῶνος νεάζοντες, ἀθανάτοις ὡσαύτως καὶ διαδοχαῖς, ἀγήρως κἀνταῦθα καὶ ἀθάνατοι
B διαμένουσι; Σὺ δὲ, ἀμάρτυρος ἐνταῦθα καταλύσεις τὸν βίον, καὶ πρὸς οὐδὲν σοι πάνυ χρήσιμον αἱ σπουδαὶ τελευτήσουσι, μηδ᾽ ὅλως αὐτῶν ἀπολαυσομένων τῶν νῦν, ἢ τῶν ἔπειτα. Πᾶς γὰρ ὁ κατορθῶν τι τῶν ἀρίστων, καὶ μὴ τοῦτ᾽ εἰς φῶς ἐνεγκὼν κατὰ τὴν θεσπίζουσαν ἐκείνην φωνὴν, Ἔμπροσθεν τῶν ἀνθρώπων ὑμῶν λαμψάτω τὸ φῶς, ἐν ἴσῳ καὶ εἰ μὴ κατώρθωσεν, οὐδὲν ὀνίνησιν· οὐδ᾽ ἐπεγείρει πρὸς ζῆλον οὐδένα, καὶ ζημιοῖ τοὺς ἐντεῦθεν ἐσομένους βελτίους, καὶ τίσει δήπου πρεπόντως τὴν δίκην ἐπὶ τοῦ μέλλοντος.

27 Εἰ δὲ θεσμοῖς δοκεῖς εἴκειν τῆς νέας χάριτος, καὶ τούτοις ἴσως στηρίζων σαυτὸν τὴν ἐπάνοδον ἀπαγορεύεις· ἐγώ σοι καὶ ἀπὸ τούτων παρίσομαι τὸ συνοῖσον, καὶ δείξω τὸ λυσιτελὲς ἐν ἀρτίως ἔχω γνώμης εἰσηγησάμενος, ἅτε μὴ προσφάτως εἰσῳκισμένος, ἀλλ᾽ ἐκ προγόνων σοι τελῶν εἰς τοὺς πιστοτάτους τῶν δούλων, καὶ περιπαθῶς πῶς ἂν εἴποις καὶ φιλῶν καὶ κηδόμενος. Φέρε τοίνυν φράσον, ὦ δέσποτα, τίνι τῶν ἁπάντων ἀρέσκεις ἐνθαδί; πῶς δ᾽ οὐχὶ τῆς ἐντολῆς ὑπερφρονεῖς, Ἕκαστος τῷ
C πλησίον ἀρεσκέτω, λεγούσης; πῶς δὲ καὶ τῷ Θεῷ σαυτὸν ἐνταῦθα πείθεις ἀρέσκειν, τὸ σαυτοῦ μόνον ἐνταῦθ᾽ ἐπιζητῶν, μηδ᾽ ἐκείνου μεμνημένος, ὡς οὐχ τὸ ἑαυτοῦ ἕκαστος, ἀλλὰ τὸ τοῦ ἑτέρου ζητείτω. Τὴν δὲ καὶ ἔχοις ἂν ἀπολογίαν, ἐν οὐδενὶ τιθέμενος, οὐ μόνον τὴν ἀπὸ σοῦ τοῖς ἀνθρώποις, ἀλλὰ καὶ τὴν ἀπ᾽ αὐτῶν ἀναστρεφομένην ὥσπερ ἐν κύκλῳ πρὸς σὲ σωτηρίαν, κατὰ τὸ γεγραμμένον· Ὁ ἐξάγων ἄξιον ἐξ ἀναξίου, ὡς τὸ στόμα μου ἔσται. Καὶ, Ὃς ἂν ἁμαρτωλὸν ἐκ πλάνης ἐπιστρέψῃ, καλύψει πλῆθος ἁμαρτιῶν.

28 Ἀλλ᾽ ὁ μὲν πονηρὸς ἅτε καὶ γραφῶν ἔμπειρος, οὕτω μακρηγορῶν, καὶ κύκλῳ περιβαλλόμενος, τὸ καλοῦ τε καὶ πονηροῦ ξύλον ὥσπερ ὑποδεικνὺς καὶ νῦν τῷ γενναίῳ, καὶ τοῦ τῆς ἡσυχίας παραδείσου κακούργως ἐξωθεῖν ἔσπευδε· τῷ δὲ, τὸν ἐφιζάνοντα φωράσαντι δόλον, καὶ τῆς σκευῆς τε καὶ σκαιωρίας οὐμενοῦν οὐκ ἀνεννοήτως γεγονότι, μικρὸς ἀπέχρη λόγος, καὶ τὸ κράτος αὐτόθεν κατακράτος ἀνῄρηται. Γεγωνοτέρᾳ γὰρ κατὰ τοῦ δολίου φωνῇ χρησάμενος, τὴν αἰτίαν ἡμῖν τῆς ἐπὶ τὸ κρεῖττον ἐπανόδου, τὴν Θεοτόκον, ἐπιβοᾶται· κἀκεῖνος ὡς εἶδε μὴ λαθὼν, ἑαυτὸν ἀφανίζει, τὸ τῆς ὑποκρίσεως ἀπο-

D 26 Neque obliti sunt, neque obliviscentur unquam coætanei tui et majores natu omnes, te, cum apud ipsos versatus es, cunctis lætitiæ causam omnisque honestatis exemplum fuisse: nunc vero iisdem, per diutinam hanc absentiam tuam, incessabilis tristitiæ argumentum esse. Juniores autem natu non immerito afficiuntur summo dolore, quod nullatenus sibi liceat frui præclara virtutum tuarum exercitatione; eoque majori afficiuntur, quod intelligant neminem paribus fulgentem virtutibus post te in vivis superfuturum. Quid porro, optime Here, utilitatis tibi contulerit tam ardenter solitudinem amasse? homines, interdicto tibi ad eos reditu, fugisse? prætulisse iis vitam inter feras agendam? saltus inhospitales oberrasse? specus hasce valetudini noxias subiisse? latibula ferarum incoluisse et serpentibus cohabitasse venenatis? An inquies? Ut secundum Deum religiose vivam. At quomodo Abraham religiose inter homines vitam instituit? Quid porro ejus nepotes ac posteri? quid etiam, si ita vis, ejusdem majores, qui honestam vitam voluptuariæ præhabuerunt; numquid illos vita inter homines acta cor corrupit? Nonne etiam tunc multos spectaculo sui ad virtutem allexerunt? Nonne coram testibus præclara facinora operati, E nihilominus invicti persliterunt longissimo tempore, desiderium honestatis omnium animis immittentes, atque apud ipsos zelo suo per secula vigentes, immortali quotidie successione etiamnum, nec senio nec morte subacti, perennant? Tu vero sine arbitris hic vitam finies, exercitationibus tuis nihil propemodum tibi, nihil autem omnino aliis, seu nunc viventibus, seu imposterum victuris, commodi afferentibus. Quisquis enim præclare quidpiam operatur, illudque in lucem non profert, juxta dictum evangelicum, Luceat lux vestra coram hominibus; Matth. 5, 1
perinde acsi operatus non fuisset, nihil proficit, neminem excitat ad imitandum; posteros vero honeste victuros damno afficit, ac propterea debitas aliquando, ut par est, pœnas persolvet.

A Greg. Palama ac reditum in patriam suadente speciosis argumentis, non solum e veteri

27 Quod si putes, vivere te conformiter legi novæ gratiæ; eaque fortasse in proposito confirmatus, reditum tibi interdicas; ego ex hac quoque lege, quid expediat tibi in medium proferam, et expositæ modo sententiæ monstrabo utilitatem: quippe qui non recenter in domum tuam admissus sim, sed a temporibus majorum tuorum inter fidelissimos tibi famulos serviam, ardenterque te amem, ac rerum tuarum satagam. Age igitur, mi here, dic, cuinam tuorum tuus hic vivendi modus placet? F
quomodo non spernere censendus es mandatum illud, Unusquisque placeat proximo suo? Quo pacto etiam persuades tibi, te Deo hic gratum præstare obsequium, qui quæ tua solius sunt hic quæris, immemor illius, Nemo quod suum, sed quod alterius, quærat? Quam vero etiam afferas excusationem quod nihili facias, non solum quam tu conferre aliis posses, sed etiam, quæ inde ad te veluti per orbem rediret, salutem, juxta quod scriptum est: Qui educit pretiosum a vili, quasi os meum erit. Et, Qui peccatorem ab errore converti fecerit, cooperiet multitudinem peccatorum.

sed etiam nova lege depromptis

Rom. 15, 2

1 Cor. 10, 24

19

Jac. 5

28 Hactenus quidem malignus ille, quippe etiam Scripturarum intelligens, tam longa oratione undequaque se muniens, etiam nunc monstrare lignum boni et mali generoso pugili videbatur, ipsumque e paradiso quietis suæ malitiose tentabat expellere. Pugili vero ipsi, qui sub verbis ejus latentem deprehenderat dolum, ejusque apparatum ac malitiam utique perspectam habebat, brevis sufficiebat oratio, qua et adversarii vim vi repulit. Nam elata contra doli architectum usus voce, causam nostri ad meliorem statum reditus, Deiparam dico, inclamat

at fraude detecta fugatur malignus.

A mat: et continuo ille, ut vidit se agnitum esse, evanescit; exutus larvata persona, et confusione (ut par erat) plenus. (Quisquis enim aperto marte congredi metuit, ac sibi clam per dolum parare victoriam conatur; ubi deinde deprehensus, primo statim congressu vincitur; invitus cum dedecore ex arena recedit, ac fuga sua adversariis, sola prudentia facilem de ipso victoriam reportantibus, trophæum erigit.

S. GREG PALAMA

29 Ita Petrus animi mentisque compos, brevi tempore nequam adversarium compulit experientia discere, non se nescire illius versutias; et unico certamine virtutum omnium præclarum specimen edidit. Nam quod insidias detexerit, ac malitiæ decora, ut proponebatur, specie nequaquam delusus sit; manifeste ostendit, ipsum, si quis alius, prudentia præditum fuisse. Quod vero hinc illecebræ, viro sancto propositæ, ex hujus seculi voluptatibus veluti concretæ essent, possentque asperum eremiticæ vitæ institutum lenire et ad felicitatem mundanam evocare; inde Sanctus illarum quidem egregius contemptor apparuerit, laboriosam vero ac miseram vitam iis prætulerit; indicium est, eum simul et temperantia excelluisse, et animi fortitu- B dine enituisse. Quod denique nequissimum, impiam illum mentem suggerere nequiter conantem, repulerit; Deo autem, quem natura tota Dominum atque Creatorem clamat, obsequentem sese præstiterit; ei laudem justitiæ non immerito tribuit.

elucescente in Sancto Prudentia, Temperantia, Fortitudine, et Justitia.

ὸὺς προσωπεῖον, καὶ τὸ τῆς αἰσχύνης εἰκότως ἀνθυποδύς· ὁ D γὰρ ἀποδειλιάσας μὲν πρὸς τὴν ἐκ τοῦ φανεροῦ συμπλοκὴν, δόλῳ δὲ τὴν νίκην κλέψαι πειρώμενος, εἶτα φωραθεὶς, τὴν πρώτην εὐθὺς ἡττώμενος, τοῦ δράματος οὐχ ἑκὼν εἶναι μετ' αἰσχύνης ἀφίσταται, καὶ τῇ φυγῇ, τοῦ τροπαίου τοῖς ἀντιπάλοις παραχωρεῖ, συνέσει μόνῃ τὸ κατ' αὐτοῦ κράτος ἀναδησαμένοις εὐχερῶς.

29 Οὕτως ὁ νοῦ καὶ φρενῶν ἐπιβολώτατος οὑτοσὶ Πέτρος, διὰ βραχέος τῷ πονηρῷ δοὺς πείρᾳ ἐκμαθεῖν, ὡς οὐκ ἀνεπιγνώμων τῶν αὐτοῦ τεχνασμάτων, δι' ἑνὸς ἄθλου πάσης ἀρετῆς ἀπόδειξιν ἐναργῆ ἐξήνεγκε. Τῷ μὲν γὰρ συνεωρακέναι τὸν δόλον, ἥκιστα δὲ τῷ τῆς κακουργίας εὐπρεπεῖ παρασυρῆναι, δῆλος ἐστὶν εἴπερ τις καὶ φρονήσεως ἐπειλημμένος. Ἐπεὶ δὲ διὰ τῶν τῇδε μὲν ἡδέων ὥσπερ συνεσκευασται τὸ δέλεαρ, τῆς ἐπ' ἐρημίας διαίτης τὸ σκληρὸν ὑπομαλάττον, καὶ πρὸς τὴν ἐν τῷ κόσμῳ ῥαστώνην ἐκκαλούμενον, ὁ δὲ, τῆς μὲν ὑπερόπτης ἀκριβὴς ἐφάνη, τὸν δ' ἐπίπονον καὶ τεθλιμμένον ἀνθελόμενος βίον, ὁμοῦ τε σωφροσύνην ἔδειξεν ἀκραν, καὶ τὴν ψυχὴν ἀνδρείως συνετείνετο. Τὸν μέντοι πονηρὸν, πονηρῶς τὴν ἀσεβῆ ὑποτιθέμενον ἐκείνην γνώμην ἀπωσάμενος, Θεῷ δὲ τῷ φύσει δεσπότῃ καὶ δημιουργῷ πειθήνιον παρασχὼν ἑαυτὸν, δικαιοσύνης φέροιτ' ἂν οὐκ ἀπεικότως δόξαν·

E

CAPUT VI.

Quartam tentationem dæmonis, Angelum mentiti, vincit humilitate: ac donis cœlestibus cumulatur.

Ille, qui quidquid honestum est irreconciliabili prosequitur odio, neque post ita quidem cessandum sibi putavit. O insaniam! quod ne quidem ut puer, sicut aiunt, malo doctus est; aut potius, o insolentiam! Hæc enim, cum optato rerum suarum eventu frustrata est, inani spe tumescens, obventuram sibi deinde victoriam vane imaginatur. Non sic Dei famulus Petrus, qui tantarum virtutum ac victoriarum coronis conspicuus, omnia sua in Deum referebat; et hinc ejusdem opem in futurum fidenter implorabat. Atque ita factum est, ut humilitate quidem fultus, ex reportata victoria nullum animi C detrimentum faceret: spe vero, quæ non confundit, erectus, ad imminentem porro tentationem accingeretur: eaque longissime superior apparuerit, uti sequens oratio palam faciet.

Indignatur clade sua dæmon et spe erigitur Santus,

31 Nam nequam ille, multiformior Proteo, ille multiceps hydra, ille ad seducendum etiam ea, quæ seduci non possunt, promptus; tum quod ceteras omnes nocendi artes desperaret valituras, tum quod conspiceret viri sancti conjunctum cum omni virtutum genere institutum, et exquisitam vivendi rationem, nec non demissam in summa perfectione humilitatem; hinc spem concepit auferendi inviolabilem ejus thesaurum. Ille igitur, qui ex olim a luce depulsus recesserat, et in tenebras misere commutatus fuerat, ut Petrum in similem calamitatem pertrahat; lucis speciem assumit, Angelum lucis simulans; sicque Sanctum adit, mendaci suo lumine lucernam, ex veræ primæque lucis participatione accensam, extincturus. Illuc autem accedens, coram in faciem illum alloqui non audet, gravissimum ejus vultum veritus: sed specui forinsecus adstans, per ostiolum vocem intra immittit, blando sermone suo fisus. Inde igitur Sanctum salutans;

qui ab illo quartum tentatur, Angeli speciem induto,

Ἀλλὰ γὰρ οὐδ' οὕτως, ὁ πρὸς ὅ, τι τῶν καλῶν ἀσυνεκτως ἀσπόνδως ἔχων, ἡσυχάζειν ᾤετο δεῖν· ὢ τῆς μωρίας! ὃς οὐδ' ὡς νήπιος, ὅ φασιν, ἔγνω παθὼν· μᾶλλον δ' ὢ τῆς ἀπονοίας! αὕτη γὰρ ὅταν ἀπὸ τῶν ἐλπίδων ἐλεγχθῇ, κεναῖς ἐλπίσι φυσᾶται, τὴν ἐπειτ' ἐσομένην ὀνειροπολοῦσα νίκην. Ἀλλ' οὐχ ὁ τοῦ Θεοῦ θεράπων Πέτρος οὕτως, ὁ καὶ τηλικούτων ἀρετῶν τε καὶ τροπαίων στεφανίτης ὀφθείς· ἀλλ' ἐπὶ Θεὸν τὸ πᾶν ἀναφέρων, καὶ τὴν ἐκεῖθεν ὑπὲρ τῶν μελλόντων θαρρούντως βοήθειαν ἐξεκαλεῖτο. Καὶ οὕτω ταπεινώσει μὲν ἐρηρεισμένος, οὐδὲν ὑπὸ τῆς εἰς αὐτὸν ἐλθούσης νίκης παραβλάπτεται τὸν λογισμὸν· ἐλπίδι δὲ χρώμενος ἀκαταισχύντῳ, πρὸς τὴν ἐπιφερομένην ἀποδύεται πεῖραν· ἔνθεν τοι καὶ ταύτης ἐκ F πολλοῦ τοῦ περιόντος ἀναδείκνυται κρείττων, ὡς ὁ λόγος ἤδη δηλώσων.

31 Ὁ γὰρ Πρωτέως πολυμορφώτερος, ἡ πολυκέφαλος ὕδρα, ὁ πρὸς τὸ παράγειν ἀμηχάνως εὐμήχανος, τοῦτο μὲν πρὸς ἄλλο πᾶν εἶδος ἐπηρείας ἀπειρηκὼς, τοῦτο δὲ τὴν τοῦ ἀνδρὸς διὰ πάσης ἀρετῆς ἀγωγὴν, καὶ τὸ τῆς πολιτείας ἀκριβούμενον, καὶ διαφερόντως ὑψηλόν τε καὶ παραλλαττωμένον τεθεαμένος, ἐντεῦθεν ἤλπισε συλήσειν τὸν ἄσυλον ἐκείνου θησαυρόν. Ὁ τοίνυν ἐκπεσὼν ποτε φωτὸς ἀλλοτριούμενος, καὶ πρὸς σκότος ἀθλίως μεταβαλὼν, ὑπὲρ τοῦ τὸν ὅμοιον τῷ Πέτρῳ προστρίψασθαι μῶμον, φωτὸς ἀναλαμβάνει σχῆμα, καὶ φωτὸς ἄγγελον ὑποκρίνεται, καὶ πρόσεισι τῷ Ἁγίῳ, τῷ κατεψευσμένῳ παρ' ἑαυτῷ φωτὶ, τὴν ἐκ τοῦ ἀληθινοῦ καὶ πρώτου φωτὸς ἡμμένην ὄντως λυχνίαν ἀποσβέσαι πειρώμενος. Καὶ δὴ προσελθὼν, τὴν μὲν κατὰ πρόσωπον ὁμιλίαν ἀπαγορεύει, τὴν κριτικωτάτην ἐκείνην ὄψιν ὑφορώμενος· τῷ σπηλαίῳ δὲ ἔξωθεν ἐφεστὼς, διὰ τῆς θυρίδος ὡμίλει τῷ τῶν λόγων εὐπροσώπῳ θαρρῶν. Ἐκεῖθεν τοίνυν τὸν Ὅσιον ἀσπασάμενος, Ἀνδρίζου καὶ ἴσχυε προσεφώνησε, Πέτρε. Τοῦ δὲ, διασκεψαμένου τε καὶ ἐρομένου, τίς εἴη, καὶ ὅθεν ὁ τὸ πρόσρημα

A πρόσρημα δοὺς; ἐκεῖνος εὐθὺς ὑποτυχών· Ἀρχιστράτηγός εἰμι, φησί, Κυρίου δόξης· ἥκω δέ σοι δηλώσων τὴν ἐν τοῖς ἐπουρανίοις τεθησαυρισμένην ὑπὲρ τῶν ἄχρι τήμερον πεπονημένων ἀμοιβήν· ἅμα δέ σοι καὶ διδάξων, ὅ, τί ποτε τοὐντεῦθέν σοι πρακτέον.

D Viriliter age, inquiebat, et confortare, Petre. Hoc autem considerante atque adeo interrogante, Quisnam istic esset, ac unde tibi loquens veniret? Subjunxit ille continuo, Princeps militiæ sum ego Domini gloriæ : venio autem significaturus, quam in cœlis tibi pro toleratis huc usque laboribus mercedem comparaveris ; et simul docturus quid deinceps agendum tibi supersit.

A. GREG. PALAMA

32 Εὖ ἴσθι τοιγαροῦν, ἀσκήσει τε καὶ καρτερίᾳ, τοὺς πρὸ σοῦ πάντας ὑπερενεγκών, καὶ μειζόνων προσηκόντως τευξόμενος βραβείων. Νηστεύει μὲν γὰρ Ἠλίας, ἀλλὰ τεσσαρακοντά που ἡμερῶν περίοδον· σὺ δ' ἐνταῦθ' ἕβδομον ἔτος ἕλκων, ἀνθρωπίνης ἄγευστος διατελεῖς τροφῆς. Δανιὴλ θηρσὶ συνῆν θαυμασίως· ἀλλ' ὀλίγοις δή τισι, καὶ ἐπ' ὀλίγον· σὺ δ' ἐπὶ πολύ τε, καὶ πολλοῖς. Εἰ δὲ καὶ τοῦ Ἰὼβ θαυμάζοι τις τὴν καρτερίαν, ἀλλ' ἀκούσιος ἦν ἐπιφορά· σὺ δ' ἑκὼν τοῖς ἀοίκοις ἐπὶ τοσοῦτον ἐπιχωριάζων, πολυειδέσι καὶ πολυπλόκοις περιπίπτων πειρασμοῖς, οὐκ ἀπείρηκας. Ἓν νῦν σοι λείπεται τοῖς ἀνθρώποις συγγενόμενον, βελτίους αὐτοὺς ἀπεργάσασθαι, καὶ τῆς γῆς ἀνασπάσαντα, τῶν οὐρανίων ἀποδεῖξαι πολίτας, πρὸς παράδειγμα βλέποντα, παρ' οὗ καὶ αὐτὸς ἀρτίως τῇ γῇ ἔσω καταπτάμενος, Χριστόν, ὃς μετὰ τὴν ἐπ' ὄρους ἐκείνην ἐναγώνιον διατριβήν, ἐπανιὼν τῷ πλήθει τῶν ἀνθρώπων συνεγίνετο, νόμους σωτηρίους ἐκτι-

B θείς. Εἰ δ' ὑποπτεύεις μου τὴν παρουσίαν, ὡς οὐ θεόθεν γεγενημένην, ἐγώ σοι τεκμήριον ἐναργὲς ἐπιδείξω τοῦ πεμφθῆναι πρὸς Θεοῦ. Δαβὶδ μέν, γάρ, ὁ τῶν αὐτοῦ θαυμασίων ὑμνητής, πρὸς τὸν Θεὸν αὐτόν φησι, Σὺ ἐξήρανας ποταμοὺς Ἠθάν, δηλονότι τοὺς ἀενάους, καὶ μὴ προσκαίρως χειμάρρου τρόπον ἀναβλύζοντας. Ἀλλαχοῦ δέ που τῶν ψαλμῶν, Ἔθετο πηγὰς ὑδάτων εἰς ἔρημον, καὶ διεξόδους ὑδάτων εἰς δίψαν, ἀπὸ κακίας τῶν κατοικούντων ἐν αὐτοῖς. Καὶ σὲ τοίνυν, πρὸ τοῦ θεοφιλὲς μηκέτ' εἶναι κατοικεῖν ἐνταῦθα, τὸ παραρρέον ὕδωρ, αὐτοῦ δι' ἐμοῦ κελεύσαντος, ἐπέλιπε. Τοῦτο δ' ἦν ὁ περιττὸς τὰς τοιαύτας ἐπινοίας προκατασχηματίσας, ἑτέρῳ πονηρῷ πνεύματι.

32 Scias igitur velim, exercitatione sancta atque tolerantia te omnibus qui hactenus fuerunt antecellere, atque adeo majora tibi præmia jure merito manere. Jejunat quidem Elias, sed quadraginta tantum dierum curriculo : tu vero septimum jam annum hic agens sine cibis humanæ vitæ propriis perstas. Daniel cum feris mirabiliter versatus est ; attamen cum paucis, et tempore non longo : tu vero et longo tempore et cum multis cohabitas. Si tolerantiam quoque Jobi miretur quispiam ; cogites eum non sua sponte sustinuisse malorum incursum : tu vero inhospita loca tanto tempore voluntarie incolis, varii generis pluribusque tentationibus exagitatus ; et nondum animum despondisti. Unum nunc desideratur, ut homines conversatione tua meliores reddas, eosque a rebus terrenis abstractos in numerum transferas cœlestium civium aspiciens in exemplum, quod Christus est ; a quo et ego nunc missus celeri volatu adsum. Hic post illam in monte athleticam moram reversus, homines frequenter convenit, ac leges eis præscripsit salutares. Si vero etiam suspiceris, huc me advenisse non ex numine divino, manifesto tibi comprobabo argumento, a Deo me missum esse. David namque, mirabilium divinorum præco, sic Deum ipsum alloquitur : Tu siccasti fluvios Ethan, illos videlicet fluvios, qui jugiter manarunt, non qui torrentis adinstar recenter proruperunt. Et alio Psalmorum loco : Posuit fontes aquarum in desertum et exitus aquarum in sitim, a malitia habitantium in eis. Quapropter in signum, te quoque non amplius Deo propitio commorari hic posse, quæ præterfluit aqua, ipso per me jubente, defecit. Curaverat autem fertilis ille talium commentorum, per alium nequam spiritum, aquam illam prius retro agendam.

Laudibus eum Eliæ,

Danieli,

et Jobo præferente,

E

reditum ad homines suadente,

ac dicta sua prodigio confirmante.

Ps. 73, 15

Ps. 106, 33

33 Οὐ μὴν ἀλλ' εἰ καὶ τῆς ἀρετῆς ἄκων ἐπαινέτης ἦν ὁ τῆς κακίας σοφιστής, καὶ πιθανῶς ὅτι μάλιστα προῆγε τὸν λόγον, ἵν' οὕτως εἴπω, πολὺ τὸ μέλι τῷ δηλητηρίῳ παραμιγνύς, καὶ σημεῖον εἰς πίστιν ἐπεδείκνυ, τὴν πρὸς τὸ μὴ ὂν δοκοῦσαν ἐκχωρῆσαι πηγήν. Ἀλλ'

C ὅστις ἦν, ἥκιστα τὸν μέγαν ἐλάνθανεν; Οὐκοῦν· οὐδὲ χαλκὸς χρυσοειδοῦς περιτακέντος ἄνθους, εἶτα τῇ Λυδίᾳ προσαγόμενος λίθῳ· βάσανον γὰρ ὁ θεῖος Πέτρος εἶχεν ἀκριβῆ τὸ τῆς ψυχῆς ὄμμα, τῇ πρὸς Θεὸν νεύσει κεκαθαρμένον. Καὶ τοίνυν συνεὶς τὸ δρᾶμα, μετριότητι τὸν ἐπηρμένον ἐκεῖνον θᾶττον καθαιρεῖ, καὶ ὀλίγοις μακρὰν ἀποδιοπομπεῖ τὸν φένακα λόγοις· Ἀνάξιος εἰμι λέγων ἀγγελικῆς θέας ἐγώ· πῶς δ' οὔ; φησίν, ὃς παρὰ τοῦτο καὶ τοὺς ἀνθρώπους ἔφυγόν τε καὶ φεύξομαι διὰ τέλους, ἀνάξιον ἐμαυτὸν γνοὺς τῆς μετ' αὐτῶν διατριβῆς, ὡς εὐτελέστερον ἢ κατ' αὐτοὺς ὄντα, καὶ τὸ τοῦ Προφήτου φάναι, οὐκ ἄνθρωπον.

33 Verum enim vero tametsi malorum artifex, vel invitus fuerit laudator virtutis, et quam aptissimam ad persuadendum orationem protulerit, multum mellis, ut ita loquar, veneno miscens ; insuper et signum ad fidem faciendam addiderit, efficiendo ut fons evanuisse sit visus ; an ideo, quis esset, magnum virum latuit? Minime vero : nec enim latere poterit æs, circumfuso auri flore illitum, posteaquam lydio lapidi admotum fuerit : Lydium namque lapidem præstantissimum habebat divinus Petrus, oculum mentis, recta in Deum intentione purgatum. Fabulam itaque intelligens, modestia sua superbum illum subito confundit, paucisque verbis impostorem procul amandat; Indignus, inquiens, ego sum angelica visione (qui enim aliter fieri possit?) ego qui etiam hominum conspectum fugi et fugere numquam desinam : cum me indignum cognoscam conversatione ipsorum, utpote viliorem conditione humana, atque (ut verbis Prophetæ loquar) non hominem.

Fraudem ejus cognoscens Petrus,

F

humilitate sua superbum facile pellit.

Ps. 21, 7

34 Ὁ μὲν οὖν, ἰδιαίτατόν τι κρίμα, κατὰ τὸν Ἀπόστολον, τὸν τῦφον ἔχων, τὴν ἐναντιωτάτην τοῦ ἁγίου μετριότητα μηδαμῶς φέρων, ᾗ τάχους εἶχεν, ᾤχετο καὶ ἀπεδίδρασκε· Θεὸς δέ, ὁ τοῖς ταπεινοῖς διδοὺς χάριν, ἐπεμέτρει τῷ Πέτρῳ δαψιλῆ τὴν χάριν, οὐκ ἐν τῷ μέλλοντι μόνον αὐτὴν αὐτῷ ταμιευόμενος, ἀλλὰ τῆς ἀποκειμένης ἐχέγγυον ὥσπερ ἀρραβῶνα κἀνταῦθα προδεικνύς· τοὐντεῦθεν γάρ, ἀνεπηρέαστος δικαίως ὁ μέγας διετέλει τὸν βίον ἀνύττων. Ὡς γὰρ αἱ τῶν ὑψηλοτάτων ὀρέων κορυφαὶ πνεύμασιν ἧττον περιπνέονται, τῇ τοῦ

34 Ille igitur, qui propriissimum aliquod judicium, ut Apostolus ait, superbiam habet ; contrariam sibi modestiam viri sancti nullatenus ferens, quam celerrime potuit, deposita larva fugam capessivit. Deus autem, qui humilibus dat gratiam, uberem ejus mensuram etiam Petro contulit, non tantum in futuro seculo repositam, sed illic repositæ securitatem, velut arrhabonem ei in hoc seculo præstans. Ex illo namque tempore contumeliis diabolicis liber, juste perfecteque vir magnus vitam peregit.

ac multis ideo donis cumulatur a Deo

A GREG. PALAMA

A peregit. Quemadmodum enim summorum montium cacumina ventis minus obnoxia sunt, quod aer illis circumfusus una cum cœli circuitu moveatur; (circuitum autem illum, per continuationem usque ad ipsa cacumina pertingentem, validiorem esse, quam impetum ventorum inferne ortorum, manifestum est) eodem plane modo, cum Petrus jam in invisibilem omnium virtutum, ut ita loquar, speculam, videlicet humilitatem, evasisset, ac cœlestis spiritus gratia afflatus perflatusque esset; nequam spirituum cohors merito in inferiorem quemdam locum dimissa abactaque est, alis eorum dissolutis ab igne divino, non secus ac cera liquescit; et, ut fabulæ referunt, dissolutæ fuerunt Icari pennæ ardentioribus solis radiis.

οὐρανοῦ περιφορᾷ συγκινουμένου τοῦ περὶ αὐτὰς ἀέρος, D ἡ μέχρι καὶ ἐς αὐτὰς διὰ τῶν συνεχῶν καθικνουμένη, τῆς κάτωθεν τῶν ἀνέμων ὁρμῆς τε καὶ γενέσεως ἐπικρατεστέρα δείκνυται· τὸν αὐτὸν δὴ τοῦτον τρόπον, καὶ τοῦ Πέτρου νῦν ἐπὶ τὴν ἄοπτον ὥσπερ σκοπιὰν πάσης ἀρετῆς, δηλονότι τὴν ταπείνωσιν ἀναδεδραμηκότος, καὶ τοῦ ἀνωτάτου πνεύματος ἐμπνεουμένου τε καὶ περιπνεομένου χάρισιν, ἡ τῶν πονηρῶν πνευμάτων φάλαγξ κάτωπου παρεῖται προσηκόντως, καὶ ἀπελήλαται, τῶν πτερῶν αὐτοῖς, ὡς τήκεται κηρὸς, ὑπὸ τοῦ θείου διαλυθέντων πυρὸς, ὥσπερ φασὶ καὶ ταῖς ὑφ᾽ ἡλίου θερμοτέραις προσβολαῖς, τὴν μετὰ τοὺς μύθους Ἰκάρου μηχανήν.

et pane ab Angelis allato nutritur.

35 Nempe divini spiritus favos, spiritibus malorum machinatoribus repulsis, eorum loco beneficos submisit, ministros; ac virum, etiam dum in terris versabatur ministris cœlestibus non inferiorem certis dierum intervallis enutrivit, pane ab Angelo delato. Eliæ quidem ministravit corvus, quæ volucris pullos suos odio prosequitur, quod symbolum notasse, aiunt, immisericordem ejus in contribules B animum: Petro vero, angelicæ conversationis viro, minister Angelus, et quidem manifeste Angelus, adest, qui illi etiam manna exhibet, sponte natum et varii saporis opsonium, utpote quod pro vario manducantis appetitu variam saporis speciem semper ingerebat. Versabatur itaque magnus Petrus, velut in paradiso ac terris altiore loco, tenuia quædam indicia retinens suæ cum rebus inferioribus ac terrenis commúnionis; vitam, re familiari, curis, negotiis, et (quod caput est) turbidis cogitationibus vacuam agens; atque puris animi motibus ac visionibus spiritualibus quotidie gaudens, et deliciis affluens.

35 Ἀλλὰ γὰρ ἡ τοῦ θείου Πνεύματος ἐπίπνοια, τὰς κακούργους ἀπωσαμένη δυνάμεις, καὶ τοὺς ἀγαθουργοὺς ἀντεπιφέρει λειτουργοὺς, καὶ οὕτω τρέφει, τὸν ἐπὶ γῆς αὐτῆς οὐχ ἧττω τῶν ἄνω λειτουργῶν, ταχταῖς ἡμερῶν περιόδοις δι᾽ Ἀγγέλου κομιζομένῳ. Ἠλίᾳ μὲν γὰρ κόραξ τὸ μισότεκνον ὑπηρετεῖτο ζῶον, σύμβολον φασι τοῦ πρὸς τὸ ὁμόφυλον ἀσυμπαθοῦς. Πέτρῳ δὲ, τῆς κατ᾽ ἀγγέλους πολιτείας, ὁ διακονιστὴς Ἄγγελος Ἄγγελος σαφῶς καὶ τὸ μάννα τῷ γενναίῳ ἐπιδείκνυσιν, αὐτοφυὲς ὁμοῦ τε καὶ πολυειδὲς ὄψον, ὅτε τῇ τοῦ μεταλαμβάνοντος ὀρέξει, τὴν γεῦσιν ποικίλα συμμεταβάλλουσαν ἀεὶ παρέχον. E Ἔζη τοίνυν ὁ μέγας ὡς ἐν παραδείσῳ, καὶ τῆς γῆς ἐξῃρημένῳ χωρίῳ, μικρά τινα σύμβολα φέρων τῆς πρὸς τὰ κάτω καὶ τὴν γῆν κοινωνίας· ἄοικον, ἀμέριμνον, ἀπραγμάτευτον, καὶ τὸ μέγιστον, ἀφάνταστον ἄγων ζωήν· ἁπλαῖς ἐπιβολαῖς τοῦ νοῦ, νοεροῖς ὁσημέραι θεάμασιν ἐντρυφῶν καὶ γαννύμενος.

CAPUT VII.

A venatore inventus, ei seriem vitæ suæ exponit; et cupientem illic manere, domum remittit.

Annis 46 in cremo exactis,

Cum hoc modo annos sex et quadraginta feliciter peregisset, soli Deo vivens, solumque contemplans, ab eoque solo vicissim contemplatus et enutritus; tandem, sub ipsum vitæ, quod aiunt, occasum, uni soli homini, eum videre, superna providentia contigit. Venator is erat, qui dum venationi operam C dans, per saltum oberrat; eumque prædæ diligentius indagandæ causa late circumspectat; prodit ante oculos cerva, visu pulchra, atque ejusmodi tum magnitudine tum pinguedine, ut allicere atque adeo trahere ad persequendum se posset cupidinem venatoris. Talis igitur illic cerva alicunde e luco prosiliens progrediebatur, atque admodum lente, veluti de industria, semper fugitans, præcurrebat venatori, prædæ inhianti; sic ut nec in manus, nec intra teli jactum veniret; neque vero ita procul se subduceret, ut capi non posse videretur. Hoc modo in multam diem cerva fugiebat, fugabat venator; aut verius dicam, illa ducebat, iste sequebatur. Illa enim venatorem, ad Sanctum perduxit, iste concitato cursu antrorsum properans, oculis animoque e præda pendebat. Deinde videns repente hominem, perquam canum, squalentem, sordentemque, corrugatum, et omni operimento nudum, continuo in fugam repente se conjecit, metu correptus. Inexpectata enim visio, tametsi non admodum terrifica sit, nata est animum viri fortis in deserto percellere ac dejicere.

a venatore, cervam insequente,

invenitur canus ac nudus;

Ἀλλ᾽ ἐν τούτοις οὕτως εὐδαιμόνως ἓξ ἐπιβιοὺς ἔτη πρὸς τοῖς τεσσαράκοντα, Θεῷ μόνῳ καὶ ζῶν καὶ ὁρῶν, καὶ ὑπ᾽ αὐτοῦ μόνου καὶ τρεφόμενος καὶ ὁρώμενος, ὕστερον ἐπ᾽ αὐτὰς, ὅ φασι, τὰς τοῦ βίου δυσμὰς, ἑνὶ μόνῳ τῶν ἀνθρώπων κρείττονι προνοίᾳ θεατὸς ἐγεγόνει. Κυνηγέτης οὗτος ἦν· ᾧ δὴ θηρωμένῳ, καὶ τὰς λόχμας περινοστοῦντι καὶ κατ᾽ ἄγραν ἀκριβέστερον περισκοποῦντι τὴν ὕλην, πεῖραν ἅρπασαι, πρὸ τῶν ὀφθαλμῶν ἔλαφος ὑπεκδῦσα, καλὴ μὲν ἰδεῖν, ἱκανὴ δὲ θέλξαι τε καὶ πρὸς τὸ μεταδιώκειν ἐπᾶραι θηρατοῦ ψυχὴν, τοῦτο μὲν εὐμεγέθης, τοῦτο F δὲ κατάσαρκος οὖσα. Τοιαύτη τοίνυν ἐκεῖθέν ποθεν τοῦ ἄλσους προαλλομένη, πρόεισι· καὶ κατὰ βραχὺ λίαν ἐπιτηδὲς ἀεὶ διαφεύγουσα, προῆγε τὸν θηρᾶν ἐραστὴν, μήτ᾽ εἴσω γινομένη χειρῶν ἢ βελῶν, μήτ᾽ ἐκτὸς οὕτως, ὡς δόξαι μὴ θηράσιμος εἶναι. Καὶ οὕτως ἐπιπολὺ τῆς ἡμέρας ἡ μὲν ἔφευγεν, ὁ δὲ ἐδίωκε· μᾶλλον δὲ, ἵν᾽ εἴπω τἀληθὲς, ἡ μὲν ἡγεῖτο, ὁ δ᾽ εἵπετο· τῷ γὰρ Ὁσίῳ φέρουσα τὸν ἄνδρα παρέστησεν, ὡς ἀκρατῶς ἐπὶ τὸ πρόσω σπεύδων, ὄμμα τε καὶ νοῦν τοῦ θηράματος ἐξηρτημένος. Εἶτ᾽ ἐξαίφνης ἄνθρωπον εὖ μάλα πολιὸν ἰδὼν, αὐχμῶντα, ῥυπῶντα, κατερρικνωμένον, παντὸς περικαλύμματος ἐστερημένον, πρὸς φυγὴν εὐθὺς ἐτράπετο περιδεὴς γεγονώς· ἀπροσδόκητος γὰρ ἐπ᾽ ἐρημίας θέα, κἂν μικρὸν δεῖμα φέρῃ, δύναται πατάξαι ψυχὴν ἀνδρὸς καὶ δουλώσασθαι.

territum confortat

37 Cum ergo ille, timoris stimulo actus, pedem retroferret; elata voce exclamans vir Dei; O homo,

37 Ὡς οὖν ἐκεῖνος, φόβου κέντρῳ νυγείς, εἰς τοὔμπαλιν ἐπεστραμμένος ᾔει, γεγωνὸν ἀναβοήσας ὁ τοῦ Θεοῦ ἄνθρωπος

A ἄνθρωπος· Ἄνθρωπός εἰμι καὶ αὐτός, φησιν, ἄνθρωπε. Θαῤῥῶν οὖν, καὶ τῆς φυγῆς ἀφέμενος, ἐπανήκειν πρὸς ἡμᾶς προθυμήθητι· Θεὸς γὰρ ἴσως ὧδέ σε, τῶν κατ' ἐμὲ σήμερον ἀκροατὴν ἐσόμενον, ἔπεμψε. Τῆς φωνῆς οὖν ὁ κυνηγέτης ᾐσθημένος, καὶ πρῶτον μὲν εἰς ἑαυτόν, εἶτα καὶ πρὸς τὸν Ὅσιον ἐπανελθών, καὶ τὰ κατ' αὐτὸν πρὸς ἀκρίβειαν μεθ' ἱκετείας ἐξετάσας, καὶ οὕτως ἐξ ἀρχῆς ἄχρι τέλους ἐκμαθών, τὴν αἰτίαν τῆς ἐπὶ τὸ κρεῖττον ὁρμῆς, αὐτῆς τῆς ὁρμῆς τὴν ἔκβασιν, τὴν ἐπὶ τὸ ὄρος ἀγωγὴν καὶ ἀνάβασιν, τὰς ἐκ τοῦ πονηροῦ πείρας, τὰ κατ' αὐτοῦ τρόπαια, τῶν ἐκ Θεοῦ χαρισμάτων τὸ πλῆθος, πάντων ἐλθὼν εἰς ἀκοήν, εἶθ' οὕτως οἴκαδ' ἀναλύσας, τοῦ σωτηρίου τοῦδε καὶ τοῖς ἄλλοις μεταδίδωσι διηγήματος· ὃ δὴ παρὰ πατέρων υἱέσιν, ὥσπερ ἀγαθοῦ τινος κλήρου, παραπεμπομένου τε καὶ κατιόντος, ἤδη δέ τινος καὶ ἀνάγραπτον ποιησαμένου, μέχρι καὶ πρὸς ἡμᾶς εὖ ποιοῦν ἤδη φθάνει· τῇ τε μνήμῃ νεάζον, καὶ τῆς ὀνησίμου δυνάμεως οὐχ ὑφειμένως ἔχων, πᾶσι παντὸς ἀγαθοῦ παράδειγμα προκείμενον, καὶ βίου τοπαράπαν ἀπλανοῦς ἀρχέτυπος εἰκών, καὶ πάσης ἀρετῆς ἰδέα, πάσης κακίας ἀμιγής.

et ego homo sum, inquit: confide igitur, et omissa fuga, redire ad nos nullus dubita. Fortassis enim te hodie huc misit Deus, ut rerum a me gestarum auditor sis. Venator, tali voce percepta, primum quidem ad se ipse, deinde ad Sanctum rediit; ejusque gesta diligenter ac suppliciter exquirens, a capite ad calcem perdidicit omnia: Quæ causa ad meliorem vitam instituendam stimulaverit, quis exitus secutus sit, qualiter vitam in monte instituerit, quomodo ad perfectionem ascenderit, quas dæmonis tentationes sustinuerit, quæ illo devicto trophæa erexerit, quam multis a Deo donis ac gratiis cumulatus fuerit. Hæc ille omnia cum audivisset, ac domum reversus esset; salutaris hujusce narrationis alios quoque participes facit: quæ etiam a parentibus ad filios, tamquam præclara hereditas, transmissa descendit; et tandem ab aliquo litteris quoque mandata, non sine multa utilitate ad nos usque pervenit; ac memoria sui renovata, non parum virtutis proficuæ continens, exemplum omnis boni cunctis proponitur, principalis imago vitæ undiquaque innocentis, forma omnimodæ virtutis, omnimodæ labis expers.

D *A. GREG. PALAMA territum confortat* — *ac vitæ suæ seriem ei narrat.* — *Vita a venatore narrata,* — *ab alio scripta,* — *hic ornatior proponitur.*

38 Ἀλλ' ὁ μὲν λόγος ἐπείγεται πρὸς τὸ τέλος· ἐγὼ
B δ' αἰσθάνομαι πολλὰ τὰ τῶν ἀναγκαίων εἰρῆσθαι παραλιπών, ὧν ὀλίγα προσθείς, καὶ ταῦτα τῶν μετὰ τὴν πρὸς Θεὸν ἐκδημίαν ὑπηργμένων τῷ θαυμασίῳ, προσῆκον ποιήσω τῷ λόγῳ τέλος. Μικρὸν οὖν αὖθις ἀναληπτέον. Τεθεαμένος γὰρ ὁ κυνηγέτης ἐκεῖνος τὸν τοῦ Θεοῦ ἄνθρωπον, καὶ εἰς λόγους ἐλθών, καὶ γνοὺς αὐτὸν τοῦθ' ὡς ἀληθῶς ὄντα Θεοῦ ἄνθρωπον, μᾶλλον δ' ὑπὲρ ἡμᾶς φάναι, καὶ ἄγγελον ἀτεχνῶς Θεοῦ, καὶ μύστην τῶν ἄνω καὶ θεωρόν· οὐ δεκάτας ἀπὸ τῶν ἐνόντων ἐδίδου, καθάπερ Ἀβραὰμ πάλαι τῷ Μελχισεδὲκ ἐντυχών· οὐδ' ἀπὸ τῶν οἴκοι τεθησαυρισμένων ὑπισχνεῖτο κομίσειν, ἢ τὸ ἥμισυ τῶν ὑπαρχόντων πτωχοῖς δώσειν κατὰ Ζακχαῖον· ἀλλ' ὅλον ἑαυτὸν Θεῷ, καὶ τῷ κατὰ Θεὸν ἀνδρὶ παρέξειν ᾑρεῖτο, ζημίαν ἡγούμενος τὴν ἐπάνοδον, καὶ τὴν ἀπ' αὐτοῦ διάζευξιν οὐκ ἐπὶ νοῦν ἔχων. Ἐντεῦθεν, ταύτην ἐπαγγέλλω σοι χάριν, ἔλεγε, θειοτάτη μοι κορυφή, παραδέξασθαί μου τὴν συνοικίαν, ἵν' ὑπὸ σοὶ διδασκάλῳ τεταγμένος, τὸ λοιπὸν καὶ αὐτὸς ἀφροντὶς κατὰ Θεὸν βιώσω, δυνηθεὶς διαδρᾶναι τὰς ποικίλας τῶν τῆς πονηρίας πνευμάτων ἐνέδρας, καὶ πρὸς αὐτὸν φθάσαι Θεόν, τὴν κοινὴν τῶν εὖ βεβιωκότων ἀνάπαυσιν· ὃς καὶ προσδραμεῖν αὐτῷ πάντας διακελεύεται, καὶ προσιόντας προσίεται φιλοφρόνως, καὶ τῶν μειζόνων ἢ κατ' ἐλπίδας ἀξιοῖ. Γενοῦ τοίνυν κἀν τούτῳ μιμητὴς τοῦ δεσπότου, καὶ τὴν ἐμὴν μηδαμῶς ἀπαξιώσῃς εὐτέλειαν· Οὐ γὰρ ἔτ' ἀνέχομαι
C σου τῆς θέας ἀποσχέσθαι, τοῦ Θεοῦ ἄνθρωπε· σοῦ γὰρ εἰ διαστείην, ἀβίωτον οὐκ ἀπεικότως ἐλάσω βίον· ὥσπερ εἰ θησαυροῦ μετέχειν ἔξον, καὶ θησαυροῦ τῆς γῆς ἁπάσης τιμιωτέρου, εἶτ' αὐτὸς ἑκὼν ἐμαυτὸν ἀπάγαγον, στερήσας τῆς καλῆς μετουσίας.

38 Sed oratio nostra finem spectat: quamvis existimem multa, quæ dici deberent, prætermissa esse; quorum pauca, quæ post mirabilis viri ad Superos transitum contigerunt, nunc referens, aptum orationi finem imponam. Quamobrem paulo altius repetenda mihi oratio est. Postquam venator ille famulum Dei viderat, allocutus fuerat, ac vere cognoverat, hominem sanctum esse; aut potius majorem hominibus, Angelum revera Dei, cœlestem Sacerdotem, ac Deitatis contemplatorem videri; non decimas eorum quæ possidebat, uti olim Abraham Melchisedeco occurrens, largitus est; neque thesauros domi reconditos allaturum, aut dimidium bonorum suorum, exemplo Zachæi, pauperibus daturum se promisit: verum sese Deo divinoque viro totum addicere statuit, reditum supplicio sibi ducens, et omnino cogitans numquam se ab illo divellendum. Qua de causa hanc a te gratiam peto, inquiebat, vir sanctissime, ut in societatem tuam me recipias, quo te magistro reliquum vitæ meæ, curarum expers, Deo impendam; varias malignorum spirituum insidias caveam; atque ad Deum, communem omnium, qui beato fine vitam clauserunt, requiem perveniam: Deum, inquam, qui omnes ad se jubet venire, venientes benigne excipit, ac majoribus quam speraverant præmiis remuneratur. Fac igitur in hoc quoque Dominum tuum imiteris; atque exiguitatem meam quæso, ne repudies: nondum enim ab aspectu tuo, vir Dei, possum avelli. Quod si avelli me omnino velis, miserabilem imposterum, nec injuria, tracturus sum vitam: veluti si thesaurum in potestate mea haberem, et quidem omnibus mundi divitiis præstantiorem, cujus ego possessione me postea mea sponte exuerem.

E *Venator viri sanctitatem miratus,* — *rogat ut cum ipso habitare sibi liceat:* — F

39 Ἀλλ', Οὐχί, φησὶν ὁ καὶ τὰ πόῤῥω προβλέπων οὑτοσὶ Πέτρος· μηδ' οὕτως ὦ οὗτος ἀρτίως διανοοῦ. Σοὶ γὰρ δὴ καὶ σύζυγος οἴκοι κάθηται, καὶ προσήκοντες κατὰ γένος ἐπιτετράφαται, καὶ προσέτι πρόσεστιν οὐσία πολλή, πολλῶν πενήτων ἐμπλῆσαι δυναμένη γαστέρας. Ἄγε δή μοι, φίλον τέκνον, βοηθὸς ἐπανελθὼν γενοῦ κατὰ τῆς ἐνδείας, τοῖς ὑπὸ ταύτης ἀφειδῶς πιεζομένοις, καὶ μὴ ἀνῇς ἐπαρκῶν αὐτοῖς, ἄχρι καὶ σαυτὸν ἐν ἴσῃ καταστάσεις μοίρᾳ. Τότε γὰρ ἴσως εὖ ποιῶν ἐπὶ τὸν αὐχένα τὸν Χριστοῦ ζυγὸν ἀναθήσῃ· Πτωχοὶ γάρ, ὡς αὐτὸς εἶπεν, εὐαγγελίζονται· πρόσεχε δὲ σαυτῷ, καὶ ταῖς γηΐναις ὅση δύναμις ἡδοναῖς τε καὶ μερίμναις ἀποταξάμενος, παράμονον τηρεῖν ἐν τῇ σῇ καρδίᾳ τὴν τοῦ Θεοῦ μνήμην, τὴν ἐπ' ὀνόματι τούτου μελέτην, τοῖς ἐν κρυπτῷ τῆς ψυχῆς ταμείοις ἀνάγραπτον ὥσπερ ἐνθέμενος· θείοις τε βίβλοις καὶ λογίοις ἐντυγχάνῃ ὅσαι ἡμέραι τε καὶ

39 Non sic, inquit qui futura prævidebat Petrus, non sic modo cogita, bone vir. Sedet namque tibi uxor domi, et propinqui tuæ curæ commissi sunt: accedit quod res familiaris tibi lauta suppetat, quæ plurium egenorum latrantes stomachos possit sedare. Age igitur, dilecte fili, revertere, et inopia graviter laborantibus opitulare, nec prius desine illis erogare quæ habes, quam ad parem iis redactus fueris conditionem. Tunc enim fortasse bene faciendo mereberis ut Christi jugo collum subdas: pauperes quippe, ut ipse ait, evangelizantur. Attende vero tibi ipse; voluptatibus curisque terrenis nuntium quantum fieri potest remitte; perpetuam in animo tuo serva memoriam Dei, ejusque nomen in secreto cordis tui meditando veluti inscribens, sacras paginas atque eloquia singulis diebus horisque

sed bona opera exerciturus, — *domum remittitur.* Matt. 11, 5

A. GREG. PALAMÆ.

A risque singulis studiose lectita. Cumque in his anni spatium exegeris, si ad nos reverti animo collubitum sit tuo, quid te fieri velit Deus, manifestius cognosces.

ὧραι. Κἀν τούτοις ἐνιαυσιαῖον χρόνον ἠνυκὼς, ἣν πρὸς D ἡμᾶς αὖθις ἀφῖχθαι προθυμηθῇς, εἴσῃ τὸ περὶ σοῦ θέλημα τοῦ Κυρίου τρανώτερον.

CAPUT VIII.

Mortui cadaver dæmonem expellit, ac navi impositum aufertur.

Post annum cum fratre dæmoniaco eodem redit

Cum hæc effatus precatusque esset, sermonem abrumpit, atque a venatore recessit. Hic vero domum revertitur: jamque determinato tempore præterlapso, fratrem quem habebat a malo dæmonem insessum, cum duobus Monachis conducens, scapha ad Sanctum proficiscitur: et appulsus qua parte se meminerat recto in montem itinere progressum, interiore ejus loco Sanctum reperisse, una cum sociis vectoribus navi excendit, atque iter quod per montis latus ad vi- B rum sanctum ducebat ingreditur, citatiore passu quam alii properans. Anima quippe, quæ stimulis impellitur amoris, tametsi alis instructa sit, non satis cito desideria sua attigerit. Ita ille fervido impetu, secum ascendentes longe præcurrens, ad locum desideratum primus pertingit; atque oculis accuratius pervestigans omnia, conspicit viri sancti cadaver, admodum decenter jacens, cum spiritus inde excessisset, atque ad spirituum Dominum provolasset.

et Sanctum obiisse compeniens,

Ταῦτα ὁ μέγας εἰρηκώς τε καὶ ἐπευξάμενος, παύει τε ὁμιλῶν, καὶ τοῦ κυνηγέτου διίσταται· ὁ δ᾽ οἴκαδε ἐπανελθὼν, ἤδη τοῦ ὡρισμένου χρόνου παραῤῥυέντος, ἀδελφὸν ἔχων δαιμονίῳ πονηρῷ κάτοχον, μοναχοῖς τισι δύο τοῦτον συμπαραλαβὼν, δι᾽ ἀκατίου στέλλεται πρὸς τὸν Ὅσιον· καὶ δὴ προσορμίσας, οὗ κατ᾽ εὐθὺ τοῦ ὄρους ἐνδοτέρω τῷ γενναίῳ ἐντετυχηκὼς ἠπίστατο, συναποβαίνει τοῖς κεκοινωνηκόσιν ἐκείνοις τοῦ πλοῦ· καὶ διὰ τῆς ὑπωρείας, τῆς πρὸς αὐτὸν ἦγε τὸ φερούσης. Συντονωτέρᾳ δὲ οὗτος τῶν ἄλλων πορείᾳ χρώμενος (ψυχὴ γὰρ ἀγάπης κέντροις ἐλαυνομένη, τάχ᾽ ἂν οὐδ᾽ εἰ πτερὰ σχοίη, κόρον σχοίη τῆς πρὸς τὰ παιδικὰ παχύτητος) οὕτως οὖν ἐκεῖνος E ὁρμῇ ζεούσῃ, τοὺς συνανιόντας πολὺ παραδραμὼν, καὶ τῷ ποθουμένῳ τῶν τόπων ἐπιστὰς, ὀξύτερόν τε τὴν ὄψιν ἐπιβάλλων, τὸν νεκρὸν ὁρᾷ τοῦ μεγάλου, κοσμίως εὖ μάλα κείμενον, τοῦ πνεύματος ἀποδεδημηκότος, καὶ πρὸς τὸν τῶν πνευμάτων ἐπιδεδημηκότος Δεσπότην.

in luctum solvitur.

41 Tam acerbo ille spectaculo, veluti sagitta quadam confixus, lugubrum edidit clamorem; pectus percussit, lacrymas fudit, ingemuit, ejulavit; Quid, inquiens, misero me fiet? Spe excidi, thesaurus ablatus est, salute privatus sum, et quas expectabam animæ divitias omnino misere perdidi. Ita inquiebat, nondum experientia doctus, mortuum illum non exiguas esse divitias, et esse thesaurum qui possessores suos non parum juvare possit. Paulo post etiam dæmoniacus ille una cum Monachis advenit. Is continuo conclamare, contorqueri, ac toto conturbari corpore; manus indecore protendere, ac pedes pari modo movere; horrendum et non humano more oculos distorquere, atque dentes inter se collidendo indecorum strepi- C tum et absurdum sonum emittere, et multam denique spumam ore protudere, ortam ex eo, quod crebro expiraturus expirare non posset, tum propter inordinatum organorum motum, tum propter phlegmatum profluvium, ex turbatione cerebri natum, tum quod insidens spiritus se quoque admisceret.

Dæmoniacus varie torquetur viso cadavere,

41 Τῇ πικρᾷ τοίνυν ἐκείνῃ θέᾳ, καθάπερ τινὶ βέλει πληγεὶς, πικρὰς ἠφίει φωνὰς, τὰ στέρνα τύπτων, δακρύων, οἰμώζων, ὅλος ῥηγνύμενος· Τί γένωμαι, λέγων, ὁ τάλας ἐγώ; τῶν ἐλπίδων ἐψεύσθην, τὸν θησαυρὸν ἀφῃρέθην, τῆς σωτηρίας ἐστερήθην τῆς ἐμαυτοῦ, καὶ τοῦ κατὰ ψυχήν μοι προσδοκίμου πλούτου τελέως ἀθλίως ἡμάρτηκα· μήπω πεῖραν μαθὼν, ὡς καὶ νεκρὸς ἐκεῖνος ἥκιστα μικρός τις πλοῦτος, οὐδὲ θησαυρὸς μικρὰ τοὺς εὐμοιρηκότας ὀνῆσαι δυνάμενος. Μικρὸν ὅσον, καὶ δαιμονῶν ἐκεῖνος συνανῆλθε τοῖς μοναχοῖς· ὃς δὴ καὶ ὑπήκοος εὐθὺς ἦν, ἐστροβεῖτό τε, καὶ τὸ πᾶν συνεκλονεῖτο τὸ σῶμα, τώ τε χεῖρε προὔτεινεν ἀκόσμως, καὶ τὼ πόδε τὸν ὅμοιον διεκίνει τρόπον, δεινόν τε, καὶ οὐ κατ᾽ ἀνθρώπους τὼ ὀφθαλμὼ διέστρεφε· καὶ τοὺς ὀδόντας ἀλλήλοις προσαράσσων, ἀπρεπῆ προέπεμπε ψόφον, καὶ ἀπηχῆ τινα ἠχήν· τῆς δὲ οἱ ἐκπνοῆς ἀθρόας μὴ διεκπνεῖσθαι δυναμένης, διὰ τὴν τῶν ὀργάνων ἄτακτον συγκίνησιν, καὶ τὴν F διὰ τὸν ἐν ἐγκεφάλῳ κυκεῶνα συῤῥοίᾳ γινομένην τῶν φλεγμάτων, τοῦ ἐνισχομένου συναναμιγνυμένου πνεύματος, πολὺς προὐχεῖτο τοῦ στόματος ἀφρός.

dæmone ipso multis capotulante cum Petro,

42 In homine, ita miserabiliter affecto, inhabitans spiritus per os ejus sermonem promebat, quo ipsum Sancti cadaver, veluti si adhuc beatæ animæ conjunctum esset, alloquebatur: Nondum satietas te cepit, inquiens, erectorum in dedecus meum trophæorum, homo insatiabilis? Tres et quinquaginta anni sunt, ex quo me crudeliter jactare, persequi, exterminare non desinis. Ad meas vero sagittas, quas non unius generis in te ego jaculatus sum, tu non secus ac adamas petra, ex nominis tui etymo restitisti; et ne nunc quidem, postquam e vivis excessisti, satis tibi egisse videris, nisi hocce etiam homuncione me expuleris; in quem, posteaquam multum prius confecissem itineris, vix tandem invento aditu irrepsi ac habito. Verumtamen non tibi parebo, non hinc excedam: cum hoc fere solum, genio meo aptum, supersit hospitium.

42 Ἀλλ᾽ οὕτω, φεῦ! ἐλεεινῶς ἔχοντος, καὶ λόγους ἐτράνου δι᾽ ἐκείνου, τὸ ἔνοικον ἐν ἐκείνῳ πνεῦμα, καὶ τῷ τοῦ ὁσίου νεκρῷ καθάπερ ἔτι συνημμένῳ τῇ μακαρίᾳ τούτου ψυχῇ, διελέγετο· Οὐκ ἔλαβές πω, λέγων, κόρον τῶν κατ᾽ ἐμοῦ τροπαίων, ἀκόρεστε, τρεῖς ἤδη καὶ πεντήκοντα ἐνιαυτοὺς οὐκ ἀνῆκες βάλλων, διώκων, ὑπερορίζων ἀφειδῶς ἡμᾶς· σὺ δὲ πρὸς τὰς παρ᾽ ἡμῶν παντοίας τῶν βελῶν ἀφέσεις, ἴσα καὶ Πέτρος ἀδάμας φερωνύμως διέκεισο, καὶ οὐδὲ νῦν γοῦν ἀποχρῶν εἶναί σοι δοκεῖ, καὶ ταῦτ᾽ ἐξ ἀνθρώπων γεγονότι, εἰ μὴ καὶ τουτουί με προσαπελάσειας τοῦ ἀνθρωπίου, καθ᾽ ὃ πολλὰς μὲν πρότερον τεμὼν ὁδοὺς, μόγις δὲ ὅμως πάροδον εὗρον καὶ εἰσδὺς ἐνοικῶ· ἀλλ᾽ οὐ μένουν οὐ πείσομαι, οὐδ᾽ ἐξελεύσομαι, τὸ μόνον εὐφυὲς ἐμοὶ σχεδὸν καταγώγιον ἀπολιπών.

A 43 Ἐπὶ τούτοις, ὢ τοῦ θαύματος! τοῦ κειμένου τὴν νεκροπρεπῆ τε καὶ ὕποχον ὄψιν, ὑπ' ὄψιν ἀποθεμένου τῶν παρεστώτων, κἀπὶ τὸ φαιδρότερον ἀμειψαμένου τὴν χροιὰν, τοῦ δαιμονῶντος ἀπηλλάττετο τὸ δαιμόνιον, καπνοῦ δίκην διὰ τοῦ στόματος ἐκφερόμενον· ὡς εἶναι φάναι μικρὸν ὑπαλλάξαντα τὸ τοῦ Δαβὶδ, Εὐφρανθέντος τοῦ δικαίου (τούτου γὰρ ἄγγελος ἡ τῆς χροίας ἀλλοίωσις) ἐξέλιπεν ὡσεὶ καπνὸς ὁ τοῦ Θεοῦ ἐχθρός. Τί τούτου πολλῷ μεῖζον εἰς θαύματος λόγον, τῶν νῦν ἢ τῶν πώποτε; Νεκροὺς ἀνέστησαν ἤδη τῶν πάλαι τινὲς, Ἠλίας ἐκεῖνος, Ἐλισσαῖος μετ' ἐκεῖνον, ὁ καὶ δι' ἐκείνου τῆς διπλασίονος μετειληχὼς χάριτος· ἑαυτὸν δὲ οὐδεὶς, ὅτι μὴ Χριστὸς, ἐπὶ τὸ ζῆν ἐπανήγαγεν· οὗ δὴ καὶ οὗτος ἐγγὺς, ὥσπερ ἐπὶ τῆς ἀπαθοῦς διαγωγῆς, οὕτω κἀπὶ τῶν θαυμάτων ἀφῖχθαι, διὰ τῆς ἐκείνου χάριτος ἠξιώθη· εἰ δὲ καὶ τοὺς εὖ παθόντας ἐξετάζοι τις, τοσοῦτον εὐκταιότερον ἀναβιώσεως, δαίμονος ἀπαλλαγῆναι, ὁπόσον τὸ δαιμονᾶν τοῦ τεθνάναι ἀπευκταιότερον εἴεν.

44 Ὁ μέντοι θηρατὴς ἐκεῖνος, ἐπὶ τὸ χαίρειν ὑπὸ τοῦ πενθεῖν μεταβαλὼν, ἅμα τ' ἀδελφῷ σωφρονοῦντι, καὶ τῇ συνεκδήμῳ τῶν μοναχῶν συνωρίδι, τὴν σορὸν ἀνελόμενος, καὶ τῷ πλοίῳ κοσμίως ἐνθέμενος, τὸν ἀνάπλουν διὰ τοῦ
B πρὸς βορὰν τετραμμένου τοῦ ὄρους ἐποιεῖτο μέρους. Τέως μὲν οὖν, ἐξ οὐρίας ἡ ναῦς ἐφέρετο· σεμνείου δέ τινος ἀντικρὺς γεγονυῖα, μηθ' ἑτέρου πνεύματος ἀντιπνεύσαντος, μήτε τοῦ φέροντος ἀπολιπόντος, ἀλλ' οὐδ' ὑφειμένου, τοῖς σκοπέλοις ἐπίσης ἀμετάβατος ἦν. Οἱ μὲν οὖν προσεπετίθουν τὴν ἀπ' αὐτῶν συνέργειαν τῇ ῥύμῃ τοῦ πνεύματος, ᾗ δυνάμεως εἶχον ἐρέττοντες· ὁ δ' ἐγκείμενος, οὐ τοῦ πνεύματος ἄρα μόνον, ἀλλὰ καὶ τῶν ζώντων ἐκείνων ἐκ πολλοῦ τοῦ περιόντος κρείττων ἦν, μᾶλλον δὲ, ὁ καὶ νεκρῶν καὶ ζώντων Κύριος, παρ' οὗ πάνθ' ὑπερφυῶς ἐτελεῖτο... τοῦ μὴ καταλιπεῖν τοῦτο τὸ θεῖον ὄρος, τῆς ἐναγωνίου βιοτῆς ἀνήκοον, τοῦ κατὰ Δανιὴλ τῶν ἐπιθυμίων ἀνδρὸς, τοῦ θείου τούτου Πέτρου δηλαδή. Τοῦ πρόσω τοίνυν κοινῇ πάντες ἀπογνόντες, ἔκρουσαν τότε πρύμναν, καὶ οὕτω πειθηνίῳ τῷ πλοίῳ χρησάμενοι καταίρουσιν ἐπὶ τὸ καταντικρὺ σεμνεῖον ἐκεῖνο, κἀνταῦθα τὴν ἐπέραστον ἐκείνην ἀκουσίως ἐναποτίθεναι σορόν. Ἀλλὰ γὰρ τῶν ἐνταῦθα γενομένων θαυμάτων καταλέγειν τὸ πλῆθος, ἐπίσης οὔτ' εὔκαιρον, οὔτε δυνατόν.

43 Ad hæc, o miraculum! quod jacebat cadaver, D
emortuam pallidamque faciem in adstantes obvertit, *A. GREG. PALAMA et ex hospitio illo suo fugiente.*
eamque lætiori colore induit: tum ilico recedit ab energumeno dæmon, per os ejus adinstar fumi elatus; ut modice mutato Davidico illo uti liceat: Lætante justo (lætitiæ quippe index erat coloris mutatio) defecit sicut fumus inimicus Dei. Quodnam hoc facto majus miraculum dici potest, aut nostra aut majorum memoria, contigisse? Nonnulli jam pridem revocarunt mortuos ad vitam, videlicet Elias et post hunc Eliseus, qui per illum etiam duplicem gratiam adeptus esset: sed nemo unus, si Christum excipias, seipsum vitæ restituit. Ad Christum autem, gratia ejus adjuvante, Petrus, uti vita perturbationibus superiore, ita etiam gloria miraculorum, propius accedere meruit. Si quis vero etiam, quinam ejus beneficentiam experti sint, exquirat; noverit is tanto optabilius esse liberari dæmonio, quam resuscitari a mortuis, quanto morte ipsa tristius est a dæmonio vexari.

Ps. 67, 3

44 Venator porro ille, verso in gaudium luctu, una cum fratre sibi jam restituto, binisque Monachis viæ comitibus, cadaver tollit, navigio decenter imponit, ac versus borealem a monte plagam renavigat. Et secundo quidem ferebatur vento navis, donec e regione cujusdam cœnobii provecta, nullo alio in contrarium flante vento, et secundo illo non ponente, imo nec imminuto, non aliter quam scopulus, loco eodem immota hæsit. Vectores igitur suam cum impellente vento conferebant operam, toto conatu remis incumbentes. Sed mortuus ille qui jacebat in navi, non modo ventis, sed ipsis etiam vivis hominibus immensum viribus præstabat; aut potius præstabat ille, qui mortuorum æque ac vivorum Dominus est, a quo cuncta perficiebantur egregie, ut ne sacer hic mons perderet inauditam laboriosæ vitæ memoriam viri, uti Daniel ait desiderium, divini videlicet Petri nostri. Ulteriorem itaque progressum omnes simul desperantes, puppim antrorsum pepulerunt: atque ita obsequens sibi navigium nacti, appulerunt ad monasterium illud, quod e regione positum erat, ibique amatum impense cadaver illubentes deponunt. Multitudinem vero miraculorum, eo in loco patratorum, deinceps enumerare, æque importunum ac impossibile foret.

Cadaver impositum navi, E

quæ medio cursu immota hæret

defertur ad proximum cœnobium,

ubi multis miraculis claret.

C F

CAPUT IX.

Depositum Photocomi sacrum corpus dæmoniacos sanat, ac templo festoque honoratur.

Οὓς δ' ἀνωτέρω φθάσας ἐδήλωσεν ὁ λόγος σύμπλους γεγενῆσθαι τῷ κυνηγέτῃ, μηκέτ' ἀνεκτὸν ἡγεῖσθαι διαστῆναι τῆς ἁγίας ἐκείνης σοροῦ, σκηψάμενοι, δέονται μὲν ὑποδεδέχθαί τε καὶ συντετάχθαί μετὰ τῶν αὐτῆς εὐμοιρηκότων ἐκείνων, ὡς διὰ τέλους ἐκεῖ βιώσοντες· πρὸς ὀλίγον δὲ παραμεμενηκότες, ὑφαιροῦνται τὸ θαυματοποιὸν ἐκεῖνο σῶμα, κἀπὶ τῆς Θρᾴκης διαπόντιοι μεταβαίνουσιν· οὗ δήπου καὶ κατατιθέασιν αὖθις οὐχ ἑκόντες εἶναι. Μεταξὺ γὰρ πορευομένων, ὁ τοῦ ἀρίστου καιρὸς ἐφεστήκει· καὶ ὁ παρακείμενος σφίσι τηνικαῦτα τόπος οὕτω τυχὼν, πρὸς ἄριστον ἄριστος ἐτύγχανεν ὤν· πηγὴ μὲν γὰρ ἐκεῖθεν ἀνεῤῥήγνυτο, διειδὴς μὲν ἰδεῖν, ἡδεῖα δὲ πιεῖν· κύκλῳ δὲ περὶ αὐτὴν μαλακή τις ἐτεθήλει πόα, διαίτῃ τε καὶ καταλύσει χάρειν· καί που καὶ φυτὰ τῇ διεξόδῳ παραπεφύκει τοῦ ὕδατος.

Illi autem, quos supra indicavit oratio nostra una cum venatore vectos fuisse, neutiquam ferendum putantes, sese a sacro illo thesauro avelli; simulanter rogant quidem ut recipiantur atque annumerentur in illic feliciter commorantium numerum, ibidem vitam et ipsi finituri; post moram vero non diutinam auferentes thaumaturgum illud corpus, in Thraciam trajiciunt, ibidemque illud denuo deponunt inviti. Dum enim iter faciunt, instante prandii tempore, locus, qui prope tunc aberat, ad illud parandum aptissimus eis forte visus est. Fons quippe inde manabat, aspectu pulcher et gustu suavis: circum autem ipsum mollis virebat herba, gratum præbens recubitum ac diversorium; ibidemque non deerant arbores, ad aquæ decursum plantatæ.

Corpus transfertur in Thraciam

A. GREG. PALAMA dæmoniacis multis ad illud concurrentibus,

A 46 Ex altis itaque ramis linteum, quo pretiosum cadaver, ipsis viventibus vigore præstantius, involutum erat, suspendunt ; ejusque umbram ipsi subeunt, ac assidentes fonti proferunt quos penes se habebant cibos, atque manducant. Cum repente innumerabilis multitudo omnis ætatis, concurrentes altumque vociferantes, et manus horrendum contorquentes, impetu in ipsos invadunt, summa se injuria affici a Petro et male torqueri lamentantes. Lamentationis autem hæc summa erat, quod a Petro tum aliis pluribus e locis, tum ex hoc ipso expellerentur.

ex pago Photocomi,

47 Prope enim a fonte aberat pagus, Photocomis nomine, in cujus vicinia olim porticus constructa fuerat, ubi ingens multitudo dæmoniorum morabatur ; quæ Petrum adesse sentientes, manere loco illo nequiverunt. Quo enim pacto dæmonia, quæ meræ tenebræ sunt, virum cœlestis luminis indeque promanantis gratiæ plenum, ferrent præsentem ? Quemadmodum enim adorandum illud Christi corpus, quod eamdem cum subsistente Verbo divino personam habebat, etiam tum cum triduo ab anima separatum fuit, non item separabatur a Deitate ; ita pariter corpora illorum, B qui dum vivebant Spiritum sanctum consecuti fuerunt, ne quidem post mortem, ab eodem inhabitante Spiritu divino deferuntur. Idem sane spiritus qui etiam illic tunc aderat, adventu suo obstacula difflans, inimicorum spirituum terrefaciebat fugabatque agmina, quæ universam Photocomin impudenter invaserant, ejusque incolas omnes in furorem egerant atque commoverant : sed nihil quidquam omnino lucri inde retulerunt, quam ut aperta fuga sua se victos testarentur.

ac libertatem recuperantibus

qui etiam sacrum corpus sibi retinent,

48 Nam turba illa hominum furore percitorum, ilico sanæ menti modestiæque restituta, prius etiam quam ad suspensum, quod diximus, beati Patris linteum contingerent, inconditos antea clamores in cantica decora commutarunt. Atque hoc pacto sui compotes celeriter redditi, miseram porro se victuros vitam arbitrabantur, si contingeret, communem salutis suæ vindicem a se avelli : et sibi ipsis merito timentes, ne illo ablato, miserabilius aliquid prioribus miseriis ferendum foret ; averruncum illud malorum corpus sibi retinuerunt ; non tamen vi ; sed inductis ad hoc, qui corpus attulerant, Monachis : quibus pecuniam insuper dantes, et sibi divinum illud corpus cum psalmis et canticis spiri- C tualibus, auferentes, nec non publica ac celeberrima pompa deducentes, in pagum suum transtulerunt, aut potius pagum eidem dicarunt.

multa miracula operans,

49 Jam vero quænam oratio miraculorum ejus quæ hic increbuerunt, multitudinem enumeret ? Qui enim prius affectos male oculos habuerat lince acutius videbat : qui heri ac pridem surdus fuerat, quemlibet auribus sonum percipiebat : alius olim magis fere mutus quam piscis, expedite movebat linguam : alii aliorum membrorum capti usu, eumdem statim recipiebant corroborati. Erant, qui toto corpore ita affecti essent, ut gravi malo periclitarentur de vita ; sed momento temporis sanitati restituti sunt, gaudentibus omnibus, plaudentibusque et pæana canentibus. Insuper bonorum suorum partem non exiguum quisque conferebant, consecrabant ei partem agri sui carissimam, atque ædem pulcritudine eximiam construebant, eamque pretiosissimis donis adornabant. Obtinet autem vir sanctus non istam solum ædem, sed ipsam quam maxime regionem illam, cum aliis non paucis, ubi laudibus effertur, miraculis inclarescit, atque annua colitur celebritate. Placet nimirum mihi qui ait, probos viros, cum mortui fuerint, ubique terrarum sepulcrum obtinere, quia ubique opera ab iis præclare gesta in ore omnium versantur.

moxque, templo exstructo

et annuo festo honoratum.

46 Ὑψοῦ τοιγαροῦν τῶν πτόρθων ἐξαρτήσαντες τὴν D ὀθόνην, ἥ τις ἐντεθησαυρισμένον εἶχε τὸν τῶν ζώντων ἐνεργέστερον νεκρὸν, ὑπελθόντες αὐτοὶ τὴν σκίαν, καὶ τῇ πηγῇ παρακαθίσαντες, παρέβαλόν τε τῶν ἐνόντων ἐδωδίμων, καὶ ἅπτοντο τροφῆς· ἐξαίφνης δὲ πλῆθος ἀριθμοῦ κρεῖττον, ἐκ πάσης ἡλικίας συγκεκροτημένον, μέγα ανακράζοντες προσήλαυνον, ὁρμῇ τε χρώμενοι, καὶ περιδινήσει τῶν χειρῶν ἀσχήμονι, τὰ μέγιστά τε αδικεῖσθαι λέγοντες, καὶ κακῶς ὑπὸ τοῦ Πέτρου πάσχειν· οὗτος γὰρ ἦν ἡ πᾶσα τῆς κραυγῆς ὑπόθεσις, ἐγκαλούμενος οτι πολλαχόθεν τε ἄλλοθεν, κἀκεῖθεν ἀπήλαυνεν αὐτούς.

47 Τῇ γὰρ πηγῇ παρῴκει κώμη, Φωτόκωμις ταύτῃ τὸ ἐπώνυμον· πλησίον τοίνυν παρ' αὐτῇ, ἐκ παλαιοῦ στοά τις ἦν ἀνῳκοδομημένη. Ταύτῃ σύστημα δαιμονίων παμπληθὲς ἐπεχωρίαζε· ταῦτα τῆς τοῦ Πέτρου παρουσίας ᾐσθημένα, μένειν επὶ χώραν οὐκ ἐδύνατο· πῶς γὰρ αν, σκότος ατεχνῶς ὄντα, τὸ φωτὸς τοῦ ἀνωτάτω μέτοχον καὶ τῆς ἐκεῖθεν χάριτος δοχεῖον, ἔσχεν ὑπομεῖναι παριον ; Ὥσπερ γὰρ τὸ τῆς αὐτῆς ὑποστάσεως εὐμοιρηκὸς τῷ ἐνυποστάτῳ Λόγῳ προσκυνητὸν ἐκεῖνο σῶμα, καὶ τῇ τριημέρῳ διαζεύξει τῆς ψυχῆς, ἥκιστα διέστη τῆς θεότητος· οὕτω κἀπὶ τῶν ἁγίου Πνεύματος ἐν τῷ ζῆν τετυχηκότων, εἶτα τεθνηκότων, τὸ ἐνῳκισμένον ἐκεῖνο θεῖον πνεῦμα, τῶν νεκρῶν σωμάτων οὐκ ἀφίπταται. Τοῦτ' ἄρα κἀκεῖ τηνικαῦτα διὰ τῆς ἐπιδημίας ἀντιπνεῦσαν, τὰς τῶν ἀντικειμένων πνευμάτων ἐξωθοῦν διαταράττει E φάλαγγας, αἱ δὴ πανδημεὶ τῷ Φωτοκώμει εἰσεκώμασαν, καὶ πάντας ἐκβακχεύσασαι, συγκινοῦσαι κεσαν· μηδὲν πάντως ἐκ τούτου κερδᾶναι δυνηθεῖσαι πλέον ἢ τὸ φανερὰν τὴν σφετέραν ἐκ τῆς ἥττης καταστῆσαι φυγήν.

48 Ὁ γὰρ μεμηνὼς ἐκεῖνος τῶν ἀνθρώπων δῆμος, φθάνει μεταβεβληκὼς ἐπὶ τὸ σῶφρόν τε καὶ εὔσχημον (καὶ πρὶν ἢ φθάσαι προσεγγίσαι τῇ απῃωρημένῃ τοῦ Πατρὸς σορῷ καὶ δὴ τὰς απρεπεῖς φωνὰς παραυτίκα μεταποίησαν εις εὐπρεπεῖς ᾠδάς. Οὕτω δὲ ῥαδίως απηλλαγμένοι τῆς μανιας αβίωτον ᾤοντο τον βίον, εἰ συμβαίη τοῦ κοινοῦ τούτοις σωτῆρος ἀποσχέσθαι· περὶ σφίσιν αὐτοῖς εἰκότως δεδιότες, μήποτε και σχετλιώτερόν τι τῶν προτέρων ὑποσταίεν, το ἀλεξίκακον ἐκεῖνο σῶμα παρακατέχοντες· βίᾳ μὲν οὖν, πείσαντες δ' ομως τοὺς διακομιστὰς ἐκείνους μοναχοὺς, τοῖς μὲν χρήματα ἐπέδωκαν, αὐτοὶ δὲ τὸ θεῖον ἐκεῖνο σκῆνος ανελόμενοι, ψαλμοῖς τε καὶ ᾠδαῖς πνευματικαῖς, πομπῇ τε δημοσίᾳ και αλλως φιλοτιμοτάτῃ χρώμενοι, προέπεμπόν τε καὶ ανετίθεντο τῇ κώμῃ, μᾶλλον δὲ αὐτῷ ταύτην ανετίθουν.

F

49 Ἀλλὰ γάρ τίς ἐνταῦθα λόγος, τῶν ἐπιβατηρίων θαυμάτων τὴν πληθὺν ἀπαριθμήσαι τ' ἄν ; ὁ μεν γὰρ οξύτερον λιγγέως ἔβλεπε, πρότερον τῆς ὄψεως πονηρῶς ἔχων· ὁ δὲ τὰ ὦτα ψόφων εἶχεν αντιληπτικά, χθὲς καὶ πρὸ ταύτης ἐκκεκωφημένος· γλῶτταν ἕτερος εὔλαλον ἐκίνει, τῶν ἰχθύων σχεδὸν ἀφωνότερος τυγχάνων πρώην· καὶ ἄλλος ἄλλου τοῦ πονήρως ἔχων τῶν μελῶν, παραχρῆμα πάντες ανεῤῥώννυντο· ἔστι δ' ὧν τὸ σῶμα πᾶν, δεινῆς νόσου παρανάλωμα κινδυνεῦον ἔσεσθαι, πρὸς ὑγείαν ἐν ακαρεῖ μετεποιεῖτο. Καὶ πάντες ἔχαιρον, ἐκρότουν, ἐπαιάνιζον· και τῶν οὐσιῶν δὲ συμφέροντες ἦσαν ἕκαστος οὐ μικρὰν ἀπόμοιραν, αφιέρωσάν τε μέρος αὐτῷ γῆς το χαριέστατον, καὶ νεὼν νεουργήσαντες ανήγειραν περικαλλῆ καὶ πολυτιμή τοῖς ἀναθήμασι κεκοσμημένον. Ἐπέχει δὲ αὐτὸς οὐκ ἐκεῖνον ἄρα μόνον, ἀλλὰ καὶ τουτονὶ τὸν χῶρον μάλιστα, σὺν οὐκ ὀλίγοις ἄλλοις, ἐφ' ὧν ᾄδεταί τε καὶ θαυμάζεται, καὶ τοῖς ἐτησίοις τιμᾶται τελεταῖς· ἐπαινῶ γὰρ τὸν εἰπόντα, τοὺς αγαθοὺς τῶν τεθνηκότων επὶ πάσης γῆς τεθάφθαι, τῷ διὰ πάσης τὰς σφίσιν ὑπηργμένας ἀριστείας ανακηρύττεσθαι.

A 50 Τοῖς μὲν οὖν ἄλλοις, μικροῦ δέω λέγειν ἅπασι, συντέθνηκε τὸ ἀριστεύειν· ὁ δ᾽ ἡμῶν μέγας ἐν πατράσιν οὑτοσὶ Πέτρος, καὶ μετὰ θάνατον ἀθάνατός ἐστι δι᾽ αἰῶνος ἀριστεύς· καὶ ὃ πάντων ἐστὶ μέγιστον, ὡς οὐκ ἐνταυθοῖ μόνον τούτου μέγα κλέος ἐστίν· οὐ δ᾽ ἐπὶ τῆς γῆς ἁπάσης ὅση τῷ νόμῳ τῆς χάριτος ἰθύνεται, καὶ τοῖς τῶν εὐαγγελικῶν λογίων εἴκει θεσμοῖς· ἀλλὰ καὶ κατ᾽ αὐτὸν τὸν οὐρανὸν, καὶ τὰς ἐπ᾽ αὐτοῦ περὶ Θεὸν δυνάμεις, αἷς καὶ αὐτὸς ἐνδιαιτᾶ νῦν. Ὃ γὰρ μόνης τῆς θείας ὂν τυγχάνει φύσεως, τὸ πανταχοῦ παρεῖναι, τοῦτ᾽ ἐκεῖνος κατὰ την ὑπὸ Θεοῦ δεδομένην αὐτῷ χάριν ἀπηνέγκατο, παρὼν μὲν τοῖς ἐπὶ γῆς, δι᾽ εὐφήμου καὶ ἀνεπιλήστου μνήμης, ἐν δ᾽ οὐρανῷ τοῖς ἀπ᾽ αἰῶνος ἁγίοις ἐναρίθμιος διατελῶν, καὶ τὴν μετ᾽ ἀγγέλων περὶ Θεὸν συνεξελίττων ἄληκτον χορείαν.

51 Οὕτω ζῶν μὲν πάντα ἀπεκτήσατο, θανὼν δὲ πάντα ἐκληρώσατο· καὶ τὴν οἰκουμένην φυγὼν ἔτι περιών, τὸν οὐρανὸν ἀποθανὼν ἀντέλαβε, μᾶλλον δὲ πρὸς τῇ γῇ κἀκεῖνον προσεκτήσατο· καὶ τὴν πάντων αἴσθησιν λανθάνων κατὰ τὸν βίον, νῦν ἐξ ἀνθρώπων γεγονὼς, πᾶσαν πάντων αἴσθησιν καὶ τέρπει καὶ ὀνίνησι. Κεῖται μὲν γὰρ ὀλίγου δεῖν, ἐπὶ τὰς ἁπάντων σὺν θαύματι γλώττας,

B φθάνει δὲ μικροῦ παραπλησίως, ἐπὶ τὰς ἁπάντων ἀκοὰς, καὶ θέαμα πρόκειται προσκυνητὸν, καὶ δι᾽ ἁφῆς λυσιτελέστατον· οὐ μόνον δὲ, ἀλλὰ καὶ τὰς τῆς ψυχῆς ἐπὶ τὸ κρεῖττον μεθαρμόζει δυνάμεις, τοῖς κατὰ τὸν οἰκεῖον βίον ὑποδείγμασι πάντας ἐκδιδάσκων, οὗ δεῖ ταύταις, καὶ ὅπως, καὶ ἐφ᾽ ὅσον χρηστέον. Καὶ οὕτω παντοίως πάντας εὐποιῶν, καὶ κοινὸν προκείμενος ἀγαθῶν ἁπάντων πρυτανεῖον, ἀρετῆς ἡγεμὼν, φυγαδευτὴς κακίας, ἁπάντων παντοῖος προμηθεὺς, ποριστὴς ἐν ἀπορίαις εὐμήχανος, καὶ, συνελόντα φάναι, πρὸς πᾶν ὅτου τις ἂν δέοιτο βοηθὸς ἑτοιμότατος, μᾶλλον δὲ πρὸς πᾶσαν λογικὴν φύσιν, ἁρμοζόντως ἑαυτὸν σὺν Θεῷ μεταποιῶν, καὶ διώκτης μὲν δαιμόνων, εὐεργέτης δὲ ἀνθρώπων, συμπολίτης δὲ ἀγγέλων ὤν.

52 Ἀλλ᾽ ὁ μὲν οὕτως ἑαυτὸν προὔθηκεν ἡμῖν χρῆμα τε μέγα, καὶ φάρμακον πρὸς πᾶν εἶδος θεραπείας διαρκές, ὑπόδειγμά τε φιλοσοφίας ἀληθοῦς, τοῖς κατ᾽ ἀρετὴν βιοῦν προελομένοις, καὶ τοῖς περὶ λόγους μέγα δυναμένοις ὑπόθεσιν ἀρίστην, καὶ κοσμεῖν οὐδὲν ἧττον, ἢ κοσμεῖσθαι πεφυκυῖαν. Ἡμῶν δ᾽ οὐδεὶς ἁπάντων, οὔτε μιμήσασθαι τοῦτον διὰ τέλους, οὔτε πρὸς ἀξίαν ἐπαινέσθαι δύναιτ᾽ ἄν· εἰ δ᾽ ὅπως ἂν ἕκαστος ἔχοι δυνάμεως ζηλοίη

C τε καὶ εὐφημοίη, πρεπόντως ἂν δή που δρώη· δοξάζων διὰ τούτου τὸν ἐν τρισὶν ὑποστάσεσιν ἕνα κατ᾽ οὐσίαν, τοῖς εὐφρονοῦσι πιστευόμενον Θεὸν, ὅς ἐστι θαυμαστὸς ἐν τοῖς Ἁγίοις αὐτοῦ, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

50 Alii quidem, parum abest quin dicam omnes, cum morte cessant laudabiliter operari : hicce vero magnus Pater noster Petrus etiam post mortem immortalis mirabilia patrat per secula : quodque omnium caput est, non hic modo ac toto terrarum orbe, qua gratiæ dirigitur legibus atque evangelicorum oraculorum obedit scitis, summa Petri elucet gloria ; sed ipsum quoque cœlum penetrans, angelicis Potestatibus, quibuscum nunc ipse versatur, in æstimatione est. Quod enim soli divinæ naturæ competit, ubique præsentem adesse ; id Petrus per collatam sibi divinitus gratiam consequi meruit : utpote qui in terris cum hominibus versetur, per claram atque indelebilem memoriam sui : et in cœlo Sanctis qui a seculo sunt annumeratus, cum Angelis circum Dei thronum choreas sine intermissione ducit. D

A GREG. PALAMA Alias Sanctis præfertur Petrus,

ubique post mortem præsens,

51 Ita ille, cum vivebat, omnia abdicavit ; cum mortuus fuit, omnia consecutus est : cum vita superat, mundum fugit ; cum illam morte clausit, cœlum recepit ; aut potius terræ cœlum adjunxit sibi possidendum. In vita olim sua sensus latebat omnium ; nunc vita functus, omnes omnium sensus delectat et juvat. Nam linguæ propemodum omnium cum admiratione de ipso loquuntur ; similiter ad omnium ferme auditum laudes ejus perveniunt ; proponitur ipse oculis spectaculum adorabile, et contrectatione sui perutile. Neque sensus tantummodo afficit, verum etiam animæ facultates ad virtutem recte componit ; omnes vitæ suæ exemplis docens, ubi, et quo modo, et quantum facultatibus illis utendum sit. Atque ita omnimode omnibus bene faciens, factus est bonorum omnium communis apotheca; virtutis magister, expulsor vitiorum, bonorum omnis generis provisor, facilis in rebus angustis suppeditator ; et, verbo ut dicam, in necessitatibus cunctis adjutor paratissimus. Præcipue tamen erga quamlibet ratione præditam naturam conformiter Deo se gerebat, fugator dæmonum benefactor hominum, contubernalis Angelorum.

E *omnium sensus delectans.*

ac animos erudiens.

52 Ita ille quidem se ipsum nobis præbuit thesaurum magnum ac medicinam, omnis generis morbos egregie curantem. Præbuit item se omnibus, sancte vitam instituere volentibus, philosophiæ Christianæ exemplar; nec non iis qui dicendi facultate excellunt, optimum argumentum, non minus aptum ad commendationem laudati, quam laudantis ipsius. Nostrum vero omnium nemo unus ipsum aut perfecte imitari, aut pro meritis laudare quiverit : quod si quis tamen facultate imitandi atque laudandi polleat, præclare profecto fecerit, glorificans per ipsum, quem recte sentientes credimus trinum in personis, unum si essentia Deum, qui mirabilis est in Sanctis suis, nunc et semper et in secula seculorum. Amen. F

cunctis exemplum egregium.

DE S. JOANNE MILITE

FORSAN ALEXANDRIÆ IN ÆGYPTO

G. H.

Ex Fastis Græcorum et Raderi nostri conjectura.

Cultus sacer.

In *MS. Synaxario Ecclesiæ Constantinopolitanæ, nobis a nostris Parisiensibus concesso, et in Menæis excusis et MSS. Mediolanensibus bibliothecæ Ambrosianæ, aliisque celebratur* Μνήμη τοῦ ἁγίου Ιωάννου τοῦ στρατιώτου, Memoria S. Joannis Militis, *aut (ut aliqui volunt* στρατηλάτου Ducis, aut illustris et emeriti Militis. *Quis ille sit, ex tam paucis verbis, non addito loci aut temporis indicio, difficile scitu est. Mathæus Raderus noster, in suis Observationibus, omnino arbitratur illum esse* Joannem militem Alexandrinum, *cujus aliquam Vitam in Prato spirituali cap.* 23 *profert Joannes Moschus his verbis:*

Vita Joannis Militis Alexandrini.

A *verbis : Hoc etiam nobis idem Abbas Palladius narravit, dicens :* Erat in Alexandria Miles quidam *(Græce τὶς στρατιώτης)* Joannes nomine, hunc habens ordinem vitæ. Diebus singulis a mane usque in horam nonam sedebat in monasterio solus, juxta gradus S. Petri, cilicio indutus, et sportellas texens, tacens omnino, et nulli quidquam loquens. Sedebat autem laborans manibus suis, atque hoc solum canebat dulciter : Domine, ab occultis meis munda me, ut non confundar orans. Hunc versum cum dixisset, una ferme hora tacebat : et rursum eumdem resumebat versum, ipsumque septies per totam D diem repetebat, nihil omnino aliud dicens. Hora autem nona exuebat cilicium, induebatque militarem habitum, id est, indumenta sua, atque ita ad propria signa properabat. Cum hoc et ego annos octo mansi, multumque ædificatus sum in silentio et instituto suo. *Hæc ibi. Si ergo hic intelligatur, palæstra ejus fuit* Alexandria *Ægypti, et tempus vitæ circa annum Sexcentesimum, aut proxime sequentes.*

DE SANCTO ZENONE

A GRÆCIS HONORATO

G. H.

XII JUNII

Varii Zenones. Epp.

Nomen Zenonis *celebre pridem fuit ab antiquis Philosophis ad Romanos Consules et Imperatores translatum. Plurimos vero in hoc opere recolimus sanctos Martyres, hoc nomine appellatos. Dedimus etiam* XI *Aprilis illustrem* Episcopum B Veronensem, Zenonem *dictum. Est et alius* XXVI *Decembris celebrandus,* Zeno Episcopus Majumæ in Palæstina, *ad dictum diem Martyrologio Romano inscriptus. Tertius est* S. Zeno, Episcopus et Martyr in Lydia, *ex variis Martyrologiis Latinis relatus die* XXVII *Aprilis. Alius* S. Zeno, Apostolorum discipulus, *et creditus* Episcopus Diospolitanus in Ægypto : *cujus memoria celebranda et examinanda erit die* XXVII *Sept. Varii denique.* Alii *ejusdem nominis Episcopi subscripserunt Conciliis ; ita* Zeno Episcopus, *interfuit Concilio Romano anno* CCCXXIV ; *et* Zeno Episcopus Tyrius *Concilio Nicæno anno* CCCXXV ; *iterumque* Zeno Tyriensis Episcopus *Concilio Romano anno* CCCLXIX ; *Constantinopolitano, anno* CCCLXXXI ; *et* Zeno Teuchirorum *seu* Zeutyrensis Episcopus ; *atque* Zeno, Curii, Cypri, aut Cyrenes, *qui subscripserunt Ephesino, anno* CCCCXXXI ; Zeno *denique* Rhinocurensis *Chalcedonensi anno* CCCCLI.

an hic Episcopus dubitatur

Hæc dicta sunto, si forte S. Zeno, *hoc die relatus fuerit illorum aliquis. Nam in Menæis excusis sic legitur :* Τῶν ὁσίων Ζήνωνος καὶ Τροφηλίου Ἐπισκόπων. *De* Tryphelio *seu* Trophilio Episcopo in Cypro, *cum Martyrologio Romano et Menæis MSS. agemus sequenti die. Quid si* Zenonem *arbitraremur supra relatum* Majumæ Episcopum, *quem alio die necdum reperimus a Græcis relatum ? Interim ad diem præcedentem* E XI *Junii referuntur* SS. Zeno et Triphyllius *in Menæis Chifletianis, et solus posterior appellatur* Episcopus ; *de* Zenone *autem ista leguntur* Τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ ὁ ὅσιος Ζήνων, ἐν εἰρήνῃ τελειοῦτη. Eadem die S. Zeno, in pace vitam finit : *ubi hi etiam adduntur versus.*

Χριστῷ συνέστην, ὥσπερ ἤλπισε, Ζήνων
Τὸ τῆς γραφῆς γάρ, Ἐλπὶς οὐ καταισχύνει.
Assistit, ut speravit, jam Christo Zeno
Scriptura namque, Spes non confundit, ait.

Ambo referuntur in MS. Synaxario Constantinopolitano, et Menæis MSS. Ambrosianis : sed ob titulum Episcopalem non integre ibi scriptum dubitamus num is de utroque, an autem de ultimo solum accipiendus sit.

C

DE S. JULIANO

HEGUMENO CONSTANTINOPOLI

F

Sylloge, de ejus cultu et sepulturæ loco.

G. H.

XII JUNII

Memoria sacra.

Synaxarium MS. Ecclesiæ Constantinopolitanæ jam supra laudatum, ista de hoc Sancto suggerit : Τοῦ ὁσίου Ἰουλιανοῦ τοῦ εἰς τὰ Δίβα ἐν τῇ Δαγούτῃ. *In Menæis excusis sub finem legitur,* ἐν τοῖς Δαγάτου, *pro quo in MSS. Chifletianis habetur,* ἐν τῇ Δαγουήλ. *Raderus noster arbitratur, quod* Liba haud procul abest a Nitria Ægypti : *sed* vocem Dagati, *seu* Dagatæ *aut* Daguel *sibi ignotam fatetur. Arbitror ego in ipsa Constantinopoli partem objectam Thraciæ cum suburbio,* Liba *dici. Nam in Vita S. Nicolai Studitæ, a nobis ad diem* IV *Februarii illustrata, num.* 13, Huni ad Liba regiones vastarunt, *et num.* 44, *vir* quidam pretium redemptionis animæ divitias egenis large impertiens, in urbe ad partes Liba semotum locum ac quieti aptum coemens, proposito animi rectissimo, viro sancto Nicolao offert, commodam ea largitione amanti quietem præstans ; quem is locum Dei gratia illustre tandem monasterium, optimam in eo a principio basim figens, effecit. *Cantacuzenus etiam lib.* 1 *cap.* 40, *asserit* corpus Irenes, *uxoris Andronici Junioris,* Bysantium deportatum in Libis monasterio, magnifice ac regia pompa funeratum fuisse. *Carolus du Fresne Cangii Toparcha, lib.* 4 *Constantinopolis Christianæ cap.* 6 *num.* 55, *meminit hujus* S. Juliani, XII *Junii relati, et dubitat* an non legendum Δίβος, cujus appellatione extitit Ecclesia Deiparæ dicata: *quam sub Leone Philosopho Imperatore restauratam fuisse, legitur apud eumdem Carolum cap.* 2 *num* 26. *In Menæis MSS. Chifletianis hi versus adduntur.*

Liba monasterium CP.

Ἰουλιανὸς θάπτεται, Πατὴρ μέγας,
Τάφου τὸν ὁδὸν ἡμερῶν πλήρης φθάσας
Julianus magnus sepelitur Pater,
Plenus dierum ingressus sepulchri viam.

Titulus magni Patris.

Ex his omnibus videtur colligi posse, S. Julianum *fuisse in dicto monasterio* magnum Patrem ; *sive Hegumenum, ibidemque* sepultum *sacram venerationem obtinuisse. Floruit dictus Nicolaus Studita seculo Christi nono, quod videtur etiam de hoc* S. Juliano *dicendum.*

DE

DE S. CUNERA VIRG. MART.

RHENIS APUD BELGAS IN DIOEC. ULTRAJECTINA.

D. P.

COMMENTARIUS PRÆVIUS

§. *I. De genere et ætate Sanctæ verosimilior conjectura, quam fides sit Legendæ, quæ sociam S. Ursulæ facit.*

CIRCA AN. DCC.

Situs loci,

Rhenen *oppidum est ditionis Ultrajectinæ in Belgio, ad dexteram nunc Rheni fluminis ripam, olim ad lævam situm: et ideo fortassis plurali nomine dictum antiquitus, quod esset inter duos* Rhenos; *Novum scilicet, qui hisce in partibus Lecka nunc dicitur; et Veterem, cujus ægre nunc vestigia nisi interrupta invenias. Infra ipsum locum sedet* Batavodurum, *vulgo* wykter-Durstede, *supra* Vadum *nunc* Wagheninghe *nuncupatum: intra quem tractum et ultra religiose colitur* S. Cunera Virgo Martyr. *De ea hodie in Additionibus ad Usuardum Molanus:* In oppido Rhenensi elevatio S. Cuneræ, Virginis et Martyris, *facta scilicet a S. Willibrordo Trajectensi Episcopo, adeoque intra annum* DCXCIV *et* DCCXLIV: per annos *enim omnino* quinquaginta, *teste S. Bonifacio Moguntino Epist.* 1 prædicans gentem Frisonum, maxima ex parte convertit ad fidem Christi, fana et delubra destruxit, et ecclesias construxit, Sedem Episcopalem constituens in loco et castello quod dicitur Trajectum; *utpote gentis totius tunc Regia.*

ubi corpus elevatum a S. Willibrordo

B

Synopsis Legendæ male consutæ,

2 *Hoc quam certum est, tam incerta nobis fit popularis traditio, qua nunc passim creditur, venisse* Cuneram *sociam S. Ursulæ, cum suo comitatu apud Agrippinenses cæsæ; quodque eam* Radbodus Rheni Rex, *cædi illi præsens, sub suo occultatam pallio, unam ex omnibus vivam servarit, Rhenosque deductam suæ commendaverit uxori. Credibiliora sunt tali principio subjuncta cetera: videlicet, quod Rhenensis Domina, videns* Cuneram *singulariter amari a marito; zelo mota, eamdem in stabulum tractam strangulaverit auxilio pedissequæ unius, atque in stabulo defoderit. Addunt, quod in furorem acta ipsa Domina, se præcipitio peremerit; defunctæ autem sanctitatem manifestaverint nocturna supra corpus luminaria, et equi stabulum ingredi recusantes: quibus motus Dominus loci* ad ejus honorem suum donavit et dotavit Palatium. Post annos autem plurimos, *illac transiens* S. Willibrordus, rogatus a civibus fuit, quatenus B. Cuneram, Virginem ac Martyrem, pro qua Deus quotidie diversa facere consuevit miracula, transferre dignaretur. *Ita sermo sive legenda pro festo, quem Gerardus Vossius, in libro de Historicis Latinis initio seculi* XVI *compositum credit; seculum fortassis* XV *scripturus, si Belgicam, ejus versionem vidisset anno* MCCCCLXXX *curatam* in bona civitate Trajecti, *ut terminis Typographi utar. Multo antiquiorem esse nulla ratio suadet, Hunc autem sermonem sive Legendam secuti Auctor Florarii MS. Sanctorum. Martyrologium Coloniæ et Lubecæ excusum an.* 1490, *Grevenus in Additionibus ad Usuardum, Ferrarius Miræus, Gelenius, Wilsonus, Saussayus, incunctanter* Cuneram *ipsam laudant, tamquam Ursulanæ societatis.*

C

ubi Cunera dicitur una sociarum S. Ursula;

3 *Colitur* S. Ursula XXI *Octobris, quando de ea ejusque Sociabus agendum ex professo erit, interim non potui me cohibere, quin in Conatu Chronico-historico de Romanorum Pontificum serie, Dissertatione propria quærerem,* an inter SS. Pontianum et Anterum locus esse possit Cyriaco, *qui dimisso Pontificatu Virgines ad martyrium secutus dicitur, ideoque in Catalogis Pontificum prætermissus. Deinde in Paralipomenis ad eumdem Tractatum pag.* 38 *delibavi totum illud argumentum; et definiendo potius quid in Legenda Ursulana prorsus sit incredibile, quam quid credibile censeri debeat, præter sanctitatem et cultum, in controversiam non vocandum, meas aliquas conjecturas proposui, in iis lectorum exploraturus judicia, prius quam ad rei summam veniatur. Undecumque tamen collectæ Virgines, et quomodocumque Coloniam advectæ, aut quacumque occasione necatæ dicantur; idque sive* Maximino Imperatore, *ad annum* CCXXXVI *Christianos persequi exorso; sive* Maximo tyranno, *contra immissos in se Hunnos atque Coloniam obsidentes festinante, ad annum* CCCLXXXV; *quidquid, inquam, de ipsis elegeris; non apparet qua ratione possit ad ejusmodi Societatem* S. Cunera *pertinuisse.*

adeoque seculo 3 vel 4 vixisse.

4 *Etenim gens Fresonum tota, usque ad S. Willibrordi adventum et finem septimi seculi, ut dictum est, gentilitatis tenebris implicata tenebatur; nec ulla ratione verosimile apparet, in Rhenensi tam prope Ultrajectum oppido, Christianum, non dicam Regem, sed vel Toparcham fuisse, tribus vel quatuor seculis citius; qui* Cuneram *viventem apud se habuerit, et sepulturam mortuæ honoraverit, donato ei palatio suo. Similis aut etiam major difficultas invenitur in ipsius* S. Cuneræ *persona et genere, dum ea creditur filia* Aurelii *et* Florentiæ, in Ortayade minore, apud urbem dictam Orchadam *regnantium; quod Crombachius aliique sic intelligit, quasi dicatur* Orcadum Regis *fuisse filia, et quidem ex alterutro parente ipsiusmet* S. Ursulæ consanguinea. *Etenim* Orcades insulæ, *extremo Aquilonaris Britanniæ angulo objectæ, ut lingua hodiedum fere Gothica, et a Pictorum, Scotorum seu Hibernorum linguis diversissima utuntur; sic existimantur ex Gothia Daniave primos habitatores accepisse, Scotisque et Pictis semper fuisse inimici; ut posito etiam quod Britanna* Ursula *fuerit, ægre credi possit, matrimoniorum communionem aliquam inter gentes, moribus magis quam spatiis discretas, intercessisse. Damus tamen hoc, an etiam dabimus Romanam linguam usitatam fuisse in insulis, ad quas nec adspirare quidem nisi Romani, redactos in Provinciam Britones ægre defensabant a Scotis Pictisque, objecto eis celebri illo muro, qui etiamnum disterminat regna Angliæ ac Scotiæ nunc nominibus nota.*

et Rhenis famulata Regi:

E

item fuisse Regis Orcadum Aurelii filia,

licet istæ insulæ

5 *Scoti quidem dicunt S. Palladium, missum sibi a Cælestino Papa anno* CCCCXXXI *Episcopum, usque ad Orcades extendisse apostolicam curam, directo ad illos S. Servano Episcopo; et S. Kentiernum seculo* VI *easdem per discipulos instruxisse. Sed neque id satis certo probatur, et nihil facit ad tempora S. Ursulæ, uno saltem seculo anterioris. Hodie quidem insulæ illæ Anglici Imperii pars censentur, quatenus etiam Scotiam complectitur, et eorum Episcopus dum, res Catholica stabat, suberat Archiepiscopo Andreapolitano; anno tamen* MLXXXV *apud Malmesburiensem lib.* 3 *adhuc nominatur* Paulus, Arcadum Comes, hereditario jure subjectus Regi Noricorum *sive Norwegiæ, qui ipsas Scotiæ Regi oppignoravit anno* MCCCCLXXIV. *Et Picti quidem, Britonum extremi per quos, si amicitia major fuisset, fidem Christianam fortasse possent credi edoctæ* Orcades; *non ante annum* CCCCXXX *veræ fidei lumen suscipere inceperunt, serius aliquanto iis qui erant in Hibernia Scotis. Norvegi autem, Dani ac Gothi, primos prædicatores Evangelii tantum acceperunt post annum* DCCC. *Quandonam porro vixerit* S. Magnus, *Orcadum Apostolus habitus, (cujus nomen apud Olaum Wormium in Fastis Danicis invenio notatum ad* XIX *Augusti) necdum comperi, vix tamen putem eo penetrasse ante seculum* XI.

F

solum tentatæ dicantur sec 5,

forte nec ante an. 1000 fidem susceperint.

6 *His ita se habentibus, siquid veri subest populari*

de

AUCTORE D. P.

Credibilius est, conversa jam Frisia Rhenos adductam

A *de* S. Cunera *traditioni (ut semper subesse talibus solet aliquid veritatis) credam illius Dominum, unum inter multos fuisse eorum Procerum, quos S. Willibrordus Christianos fecit in hisce Frisiæ ac Germaniæ confiniis. In hujus ministerio cum degeret* Cunera (*cujus nomen ejusdem cum nominibus* Cunradus, Cunigundis, Cunibertus *originis, suadet illam non valde peregrinam credere*) *cum ab unguiculis Christiana; amorem heri multis sibi modis mereretur; ab ejus uxore minus pia per zelotypiam interempta sit. Divinis autem miraculis sanctam declarantibus, primo ipsum stabulum in quo sepulta jacebat, conversum sit in ædiculam sacram, probante et supra corpus altare consecrante* S. Willibrordo, *vel aliquo ejus Trajecti successore cui Willebrordi nomen aptaverit vacillans traditio, et altare supra corpus consecrante. Deinde vero crebrescentibus miraculis, et Christiana religione apud Rhenenses magis magisque efflorescente, cum Parochialem ecclesiam ampliorem illi dedicasset idem vel alius Pontifex Trajectensis, a civibus rogatus sit sanctum corpus elevare: quod hoc die* VI *Junii fecerit.*

nec adeo diu post, elevatum corpus esse,

7 *Alia nihilominus* Inventio S. Cuneræ Virginis et Martyris *notatur in Florario ad diem* XIX *Decembris: nec mirum fuerit si post annorum plurium decursum, bellorum vel incendiorum casibus eversa ecclesia, et sub ruinis sepultum corpus sacrum fuerit, iterumque inventum lætificaverit Rhenenses: quibus jam, nescio unde, persuasit ipsam fuisse* e Societate undecim millium Virginum, *in ipsarum Octava id est* XXVIII *Octobris faciendam Translationem censuerint, prout hæc notatur in Martyrologio quondam Coloniæ excuso sub annum ut Molanus indicat,* 1521. *Eo tamen die Florarium notat* Passionem: *quod licet passim probari videam, tamquam a S. Willibrordo institutum; vereor tamen ut id verum sit, magisque inclinor ut credam ignotum, omnino mansisse diem cædis, clanculo patratæ. Ut ut est, oportet satis celebrem fuisse diei* XXVIII *cultum, ratione* S. Cuneræ, *tunc vel passæ vel translatæ, quandoquidem in Legendario Ultrajectino S. Salvatoris, unde Acta dabimus, ipsa inveniatur tali die locata; et consequenter sub ejusdem, tamquam primariæ, nota, etiam in originaria Rhenensi membrana, unde transcripta illa esse cognovimus cum ipsam nobis videre licuit. Quod Martyrologium Scoticum Camerarii* S. Cuneram *proponat* IX Junii *ne flocci quidem fecerim, propter manifestam auctoris in talibus comminiscendis levitatem, qua cum Dempstero certasse videtur.*

B

cujus alia quoque Inventio 19 Decemb. et Translatio 29 Oct. memoratur.

C

§. II. *Legendæ Rhenensis ætas ac fides exigua, gemina Reliquiarum inspectio.*

H*actenus scripseram, cum beneficio Illrustrissimi ac Reverendissimi Domini, Petri Archiepiscopi Sebasteni, et Vicarii per Provincias fœderatas Apostolici, accepi originales Rhenensium membranas, ab annis circiter trecentis exaratas, ad usum Chori (ut forma et character major monstrat) sed quod dolemus foliis sex revulsis mutilas, quæ universim fuerant, ut minimum sexdecim. Harum initio ponitur Prologus, ad genium seculi* XV *sic exordiens;* Cunera, quasi Condens æra, quia thesaurum hic in terra condidit, quem in cœlo nunc invenit. *Deinde subtexitur* Genealogia S. Cuneræ, *tali exordio:* Secundum Isidorum, in Europa jacet quædam terra, quæ Orcades dicitur, et habet in se triginta tres insulas, de quibus tredecim ab hominibus Christianis possidentur... quæ quondam steterunt sub imperio Regis Orcadorum, nunc autem Regis Angliæ, et Teutonice vocantur Bartnengen: in qua terra magna urbs regalis jacet, quæ quondam Orcada vocabatur, nunc autem Jork. *Tam infeliciter posito principio (nullum enim* Jork, *præter* Eboracum *in Anglia novimus, nec Anglis quidquam juris, pro eo quo ista scribebantur tempore, in* Orcades *concedimus), tali, inquam, principio congruunt cetera quibus Auctor illa in civitate Regem fingit* Aurelium, *qui ducto contra barbaros exercitu victus, captus, Soldanoque Babylonis traditus, ab hujus filia per eum a cultu idolorum abducta (quasi vero Soldani isti fuerint idololatræ) ejusque matrimonium pacta liberatus, cum ipsa redierit, ex eaque* Cuneram *genuerit; postquam Judæus astrologus prædixerat, ex eo procreandam* mulierculam servam, quæ secundum cursum cœli in terra floreret virtutibus, sicut terra floribus et cœlum sideribus, per quam multi desolati consolabuntur, et infirmi sanabuntur: *ipse autem quia noluerit uxori istius Judæi in adulterium consentire,* nunc claret gloriosis miraculis; *sicut et uxor ejus baptizata, quia* in timore Christi vitam suam ducere ac mandatis ejus ferventer intendere studuit, tunc claruit virtutibus et signis, et nunc multis gloriosis miraculis..... Sic hæc sancta et electa Virgo Cunera a Judæo prophetizata est, antequam nata, cujus meritis gloriemur in secula. Amen.

Legenda MS. Rhenensis cum Prologo

et genealogia

D

prorsus fabulosa;

9 *Soldanos Babylonios nosse primum mundus cœpit, sub eorum primo Saladino, qui anno* MCLXIV *Ægypto potitus, totam Califarum potentiam ad se traxit, et Babylone sive Cayri sibi ac posteris sedem Imperii elegit: cujus ætas, quantum distet ab ætati Rasbodi Frisonum Regis, et S. Willibrordi sub eo prædicantis; atque hæc porro a tempore Ursulani martyrii, quis non videt? et per consequens, quam male consuta sit tota sequens Legenda. Auctor licet polliceatur* de vita et morte S. Cuneræ Virginis et Martyris, quæ de ea scripta sunt, recitare; *scripta tamen valde antiqua habuisse præ oculis præsumi non debet; utpote compilata post vulgatam Ursulanæ Passionis historiam; quam ut Crombachius contendit ad seculum* VII *et S. Cuniberti attollere, vereor tamen ne potius debeat seculo* IX *vel* X *adscribi: hæc autem nullam sociarum nominatim appellat præter unicam Pinnosam. Anno demum* MCLXXXIII *descripta est* nova undecim millium Virginum historia, *ab Anonymo prætexente, revelationes B. Elisabethæ Schonaugiensi factas, annis post obitum ejus* XVIII. *Tali historia totis mox Germaniis sparsa, et propter rerum eatenus inauditarum novitatem magno cum plausu accepta, quamvis nulla ibi appareret* Cunera, *nedum genealogia ejus; exemplum tamen hujus simili libertate fingendæ datum est; ut hæc de qua agimus, non debeat antiquior censeri seculo* XIII *aut* XIV.

ad imitationem earum, quæ S. Elisabethæ Schonaug. tribuuntur,

E

adeoque seculi 13 aut 14 primum edita.

10 *Genealogiam in prædictis membranis sequitur novus titulus, rubrica descriptus.* Hic incipit Passio ejusdem Sanctæ: *et additur vox* Thema, *quia exordium sumit ab hac sententia Psalmi* LXVII, Mirabilis Deus in Sanctis suis. *Molanus, in Natalibus Sanctorum Belgii allegat* historiam Latine impressam tomo secundo Legendæ Lovanii et Coloniæ in infantia typographiæ. *Erat hæc Legenda primo Coloniæ excusa anno* MCCCCLXXXIII, *et biennio post Lovanii recusa. Edidit eamdem noster Pater Hermannus Crombach, tomo 2 Historiæ Ursulanæ lib. 11 cap. 10, usus codice MS. Ecclesiæ Cathedralis Ultrajectinæ S. Martini: asseritque, aliud ecgraphum sibi submissum a Reverendissimo Archiepiscopo Philippensi, ex originali in arca* S. Cuneræ *reperta; eo scilicet quod præ manibus habeo. Præterea Joannes Gerbrandus a Leyda Carmelita, in Chronico Episcoporum Ultrajectinorum et Comitum Hollandiæ cap. 4 et duobus sequentibus, camdem Vitam et translationem descripsit. Nos ipsam pridem habebamus ex MSS. duobus, altero Monasterii Bodecensis in Westphalia, altero ecclesiæ S. Salvatoris Ultrajecti: quibus inter se et cum impresso atque membrana Rhenensi collatis, hic eamdem Legendam exhibendam censuimus, ut suo judicio inde excerpat Lector quod probaverit magis: damus autem ipsam sub titulo* Sermonis, *ut magis apto.*

Ea Legenda pridem Latine impressa,

F

seu potius sermo, datur ex MS.

A 11 *Cum prædictis membranis pariter accepimus descriptum an.* 1695, 5 *Septemb. T. Donckers Protonotarii Apostolici* Testimonium, de Reliquiis ac earum visitatione et custodia, *sub nota* anni MDCXV, XVI Maji, stylo vet. *tenoris sequentis.* Cum D. Joannes Ludolphi, Vicarius ecclesiæ Rhenensis, in peregrinatione Buscoducensi anno dicto VII Maji obiisset; qui hactenus, ex permissu Superiorum in custodia habuerit, propter temporum iniquitatem, Reliquias sanctissimæ Virginis et Martyris Cuneræ, Patronæ Rhenensium; eo defuncto earumdem Reliquiarum visitationem et inspectionem habuerunt adm. RR. et Venerabiles Domini, D. Wilgerus a Mœrendael, ecclesiæ B. Petri Trajectensis Decanus; R. D. Victor Schorelius, ejusdem Ecclesiæ senior Sacerdos et Vicarius; et M. Jacobus Boolius, Ecclesiæ B. Mariæ Præbendatus; repertaque sunt in lignea custodia hæc sequentia, in quatuor diversis involucris. In primo involucro, quod extus est bysso Damascena rubra rectum, et linteo candido vero de intus, hæc erant. Duo maxima ossa, ad longitudinem palmæ cum dimidia. Tria ossa alia, ad longitudinem unius palmæ. Quinque alia ossa longa, sed aliquantum minora. In secundo involucro, quod extus tegitur

Instrumenta inspectarum Reliquiarum an. 1615.

B nigro bysso et trita, de intus candida tela, hæc reperta sunt: Partes capitis tres, ad latitudinem trium digitorum, et longitudinem paulo amplius digiti; os majus, ut videbatur, ex scapulis; duæ partes ossium crassiores, et aliquanto majores; septem partes notabiles, sed præcedentibus adhuc minores; adhuc aliæ quatuor partes ossium minimæ. Tertium est capsa ex bysso rubra, aureis oris, in qua erant duæ vittæ aut capitis ornamenta ex textili bysso, in quorum altera hærent insignia multa ejus Virginis duplicis generis, in altero flosculi aurei sunt intertexti: In quarto involucro est Mantile strangulationis ejus, longum paulo amplius duabus ulnis, latum tribus ulnæ quadrantibus, cum dimidia, involutum duobus aliis mantilibus, candidis flosculis byssinis ruditer distinctis: cui pro supremo involucro additum videtur antiquum et tritum Corporale. Hæc a nobis inspecta et visitata, eidem capsæ ad conservationem pro supraposita civitate Rhenensi fuerunt denuo inclusa, anno et die quo supra. In cujus rei testimonium hanc ipso tempore scriptam testimonii schedam subsignavimus. *Et subscripti erant iidem tres qui supra.*

C 12 *Crombachius Historiæ Ursulanæ lib.* 10 *cap.* 41; *recitat Epistolam Illustriss. Philippi, Archiepiscopi Philippensis, et per Fœderatorum Statuum Provincias Vicarii Apostolici datas Ultrajecti* XII *Martii, anno* MDCXXXVIII, *in hæc verba:* De vita, morte, et miraculis S. Cuneræ, Virginis ac Martyris, veriora ac solidiora scribere ac referre non possum, quam quæ, tum impressa ante centum et plures annos, inveni inclusa capsæ, quæ Caput et majorem partem Corporis ejusdem sanctæ Martyris continebat, simul cum manutergio seu mappa manuali, qua strangulata est; et duabus vittis crinalibus seu capillaribus (Huyven Belgice appellamus) quæ omnia in bona custodia apud nos conservantur. Quod attinet ad historiam vitæ, manuscriptam ante ducentos fere annos..... adjungo hisce copiam ejus. Quoad miracula... satis magno numero notantur in dicto libro MS. et credo in exemplari impresso, quod Coloniam missum, eadem contineri. De aliis recentioribus vel circa nostra tempora factis nihil certi habeo, nisi ex relatione quorumdam seniorum; nec licuit plenam hactenus informationem sumere. Scio tamen, unum vel alterum, qui cum periculosa admodum obstructione gutturis laborarent, cum missam sibi a nobis particulam Reliquiarum S. Cuneræ devote gutturi applicarent, sanitatis gratiam recepisse.

et an. 1638

quando etiam inventus liber MS. miraculorum.

eamdemque Deo per intercessionem S. Cuneræ acceptam retulisse. D

AUCTORE D. P.

§. *III. Cultus Reliquiarum S. Cuneræ per varia loca, et quædam ad eas miracula.*

Laudatus § *superiori Crombachius, lib.* 8 *texens Indicem omnium earum Virginum, quæ variis in locis cultæ, putantur ad Ursulanarum Societatem pertinuisse, plus quam unam* Cuneram *numerat, quod sane miror: cum neque ex titulis sepulcralibus l.* 7 *cap.* 19. *neque in Indice, post eumdem librum contexto, ex revelationibus BB. Elisabethæ et Hermanno adscriptis, hujusmodi nomen inveniatur. Nam si excusari possit* Rhenensis Cuneræ *in illis prætermissio, utpote diu post alias et alibi necatæ: unde quæso sciri potuit, ea Capita quæ in ecclesia S. Vincentii Coloniæ, et in monasterio Swivokano Cisterciensium Virginum apud Teneramundam habentur sub nomine* S. Cuneræ, *Martyrum ex ea Societate esse? Nisi dici possit, de veritate quidem ipsarum Reliquiarum inde constare, quod sumptæ sint ex cumulo aliarum; nomina vero gratis assumpta, quemadmodum quotidie fit circa Reliquias Roma allatas. Constabit interim,* Cuneræ Rhenensis *neutrum Caput esse, quando id, quod illius esse creditur, adhuc in capsa ejus tenetur.*

Ea quæ alibi habentur capita,

hujus Cuneræ non sunt.

E

14 *Ceterum ut ista Capita nihil ad ipsam spectare existimo, sic neque ad peculiarem ejus laudem facere puto, quod in B. Meinwerci Episcopi Paderbornensis Vita,* V *Junii illustrata num.* 7 *legitur, de hominibus matris ejus quæ domum sui filii hæreditatem abalienare conatæ, gratificaturi, obtulerunt pro ea juramentum, super Sanctorum Reliquias faciendum,* allatis de ecclesia vicina Rhene, constructa in honorem S. Cuneræ, iis in quibus jurare consueverant. *Licet enim Crombachius toto capite* 40 *libri* 10 *conetur inde probare, quod fuerit* antiquissima consuetudo Clivensium et Geldrensium, probandi perjuros ad S. Cuneræ Reliquias; *nihil tamen adfert, quo vel probet Reliquias, quas illi ex S. Cuneræ ecclesia attulerunt, ipsius fuisse; neque hoc dato, quod id fuerit hisce Reliquiis peculiare, probat eum morem universim circa quasvis Reliquias fuisse. Utcumque tamen id se habuerit, nemo contemptim a Meinwerco habitas credat qualescumque Reliquias, quia* eas abjecit, et prolatis de apothecis suis Reliquiis Apostolorum Petri et Pauli et S. Blasii, super eas eos jurare fecit; *sed intelligat, merito suspectas eas Episcopo sancto fuisse, quas offerebant homines pejerare parati; idque ut impunius facerent, profana forsitan ossa in medium adducentes. Interim ex eo ipso loco probatur celebritas Sanctæ, ætate Meinwerci id est* XI *seculo.* F

An fuerit Rhenis usus perjuros probandi ad ejus Reliquias?

15 *Ejusdem celebritatis continuationem, nihil per hæreses prædominantes imminutam, probat etiamnum frequens usus, tota circum regione,* Cuneræ *nomen baptizandis puellis adoptandi. Solet autem passim nomen istud contractum pronuntiari* Knera, *unde diminutivum* Knertje *vel* Knerntje. *Invenio etiam manu Rosweydi nostri exaratam schedulam in hæc verba,* Petrus Biyenborg S. Theol. Licent. *ignotus nobis hactenus,* hanc Collectam posuit XI Junii, die S. Cuneræ Virginis.

Nomen istic frequens

Vetus Collecta,

ANTIPH. Cunera Virgo nobilis pauperum solamen;
Ultrajectensis patriæ sit sedulum juvamen.

Deus qui pro fidei Christianæ constantia, ad preces gloriosæ Virginis et Martyris tuæ Cuneræ, panes in ligna convertisti; et ipsam pro te strangulatam, corona martyrii decorasti; fac nos, quæsumus, ejus precibus a peccatis converti, et a nexibus immundorum spirituum liberari. *Ante ortum vero Calvinismi sive Geusismi in Belgio, inveniebantur Belgici quidam multique versus, quos eadem in scheda Rosweydus reliquit hoc sensu:* Rhenis, ad pedem sublimis atque

et patrocinium præsertim ad mala gutturis.

AUCTORE D. P.

A atque magnificæ turris, stat ornatissima S. Cuneræ ecclesia, ibi ut fertur martyrizatæ : cujus ibi corpus requiescit, et sepulcrum visitatur ab hominibus, equis et bobus, gravi morbo laborantibus : curantur autem ibi præcipue faucium dolores.

Ossa quædam ex Belgio in Lusitaniam delata,

16 *Atque hæc sunt quæ de veteri* Cuneræ *apud Rhenenses cultu, deque ejus ibidem adhuc servatis Reliquiis nonnullis colligere potui. Quid aliis partibus sacri corporis factum sit ; liber deinceps enarrare. Imprimis autem recordari te, Lector, velim, quod in Appendice pro die 2 Aprilis ad Acta S. Mariæ Ægyptiacæ, dedi publicum instrumentum, per quod constat; Emmanueli Portugalliæ Regi an.* MDLXV, *a Margarita Austriaca, tunc Belgii Gubernatrice, missis Reliquias S. Adriani et quinque Belgicarum Sanctarum ibi nominatarum, in quibus* S. Cunera : *ex quibus singulis*

et inde Antuerpiam relata :

separatam particulam Rex ille dederit nepti suæ Mariæ desponsæ Alexandro Farnesio Principi Parmensi, Margaritæ productæ filio; reliquas majores partes sibi ac regno suo reservans. *Hæ vero quomodo inde in Galliam ablatæ sint, ab Antonio Notho, Lusitanici regni titulum sibi arrogantes, ab eoque sub annum* MDXCIV *donatæ filio Emmanueli, Ordinis Cisterciensis Religioso, una cum aliis multis præstantissimis Re-*
B *liquiis sanctorum* XXXIV, *et anno* MDCXXXIII *monasterio S. Salvatoris Antuerpiæ fuerint ab eo consignatæ, ac denique anno ejusdem præsentis seculi* LXXI *solenniter elevatæ, deductum videri potuerit § 4 Comm. prævii. Unum hoc dico vero, quod,* Num. XVI *recenseantur* binæ partes ossium S. Cuneræ, Virginis et Martyris 21 Junii, *ubi legendum* 12.

plura Embricum translata 1602,

17 *Sed longe major sacri corporis portio ad nostrum Collegium Embricense pervenit, anno* MDCII, *una cum hisce litteris.* In nomine sanctæ et individuæ Trinitatis. Amen. Notum sit omnibus, præsens instrumentum lecturis aut legi audituris, quod Nobilis Dominus Thomas a Buerlo, MDCII, II Januarii, attulerit Reliquias S. Cuneræ, Virginis et Martyris, quæ asservantur in Rhenen, quas ipsi donavit venerabilis vir ac Dominus Joannes Ludol-

cum sigillis vitta crinalis,


phi ; I Os tibiæ vel brachii II. Os ex collo rotundum cum tribus particulis ; III, ex ejusdem Virginis et Martyris vitta excisa duo (ut putatur) patris et matris gentilitia insignia acu picta, quæ eadem civitas Rhenen usurpavit, a sua Patrona accepta ; IV, Fasciculum filorum ex sacra mappa, qua fuit strangulata. Quæ omnia diligenter dictus Sacerdos, præsente
C Domino Buerlo exemit ex capsa, in qua dictæ Martyris Reliquiæ asservabantur, quæ per ipsum clam conservatæ sunt. In cujus rei fidem subscripserunt et sigillo roboraverunt, XXIV Aprilis anno MDCII, Thomas a Buerlo, *Zutphaniensis, atque annis aliquot causa religionis exul, in Collegio Embricensi commoratus : et* Joannes Hasius S. J. *tunc Collegii Rector, in eoque mortuus anno* XXIV *hujus seculi : qui prædictas Reliquias inclusit capsellæ cupreæ inauratæ, lamellisque argenteis ornatæ, ac prorsus simili cum altera*

ex facultate Nuntii Apostolici,

capsa, cui incluserat Reliquias SS. Eusebii, Martyris Romani, Patròni Arnhemiensis, *ab eodem Domino simili ratione acceptas, quarum mentio facienda* XXV *Augusti : simul autem exponuntur ambæ Capsæ illæ majoribus festis in altari, et suo quæque die ritus Duplicis officio coluntur a nostris. Ut vero istæc omnia aliaque similia legitima essent,* Octavius Frangipanius, Episcopus Tricaricensis, Nuntius *ad Belgii Principes Albertum et Isabellam* Apostolicus, concessit prædicto R. P Joanni Hasio, Collegii Rectori, plenam potestatem, colligendi ex locis hæreticis et retinendi sacras Reliquias, ea super re confectis et sigillatis litteris, ex Neoportu Flandriæ anno MDCII. *Ita testatur, qui omnium Embricensis Collegii Reliquiarum descriptionem nobis misit, anno* MDCLXIX, Fridericus Eimeren S. J.

quæ sigilla non bene creduntur gentilitia Sanctæ insignia esse.

18 *Ego satis certus, una cum plerisque nunc eruditis in re Tesseraria, sive ut vocant Armoriali, gentilitia nulla insignia in usu fuisse ætate S. Willebrordi, nedum S. Ursulæ, ac ne quidem diu post; sed seculo* D
X *primum cœpisse usurpari, primum quidem arbitraria et vaga, deinde fixa ; ipsa, quæ parentum* Cuneræ *fuisse imperite præsumuntur, curavi Embricæ delineanda atque hic exprimenda.*



Nolim equidem existimare, ea istic picta collocataque fuisse, ut persuaderetur posteritati, quod S. Cunera *ipsis usa sit, ad parentum suorum conservandam memoriam, usurpandaque Rhenensibus dimiserit (hæc enim turpis impostura foret) sed ad fidem ipsis vittis, quibus intextæ viderent, publice faciendam, quod illæ una cum sacris ossibus antiquitus servatæ fuerint : et Domini quidem Rhenensis ipsa esse insignia, quibus et oppidum* E
utitur, tres scilicet flavas fascias ductas per campum argenteum, ejusdemque metalli sex cruculis decussatis, Saltuariis vulgo dictis, inspersas, alia Conjugis seu Domini fuerint, ducta fortassis ex Rotenbergica familia, cui tres globi argentei super nigro fundo pro tesseris sunt, uti videre est in Horto armoriali impresso Gandavi, sub nota anni 1567, *uti mihi Alkmaria scribit prænobilis Dominus Adrianus Westphalen, talium rerum diligens scrutator. Fieri etiam potest, ut ipsæmet vittæ, anathema sint, Sanctæ positum ab aliqua Rhenensis Domini uxore, in memoriam curati a gravi aliquo dolore capitis.*

Ex redemptis Reliquiis Ultrajectinis,

19 *Porro inter complures pretiosas Reliquias, quibus Metropolitana Ultrajectina dives erat, etiam insignes aliquæ censebantur ejusdem* S. Cuneræ, *nescio quam pridem illuc allatæ.* Has omnes cum rerum potiti Calvinistæ parvi facerent, inventas ibi civis Catholicus, cognomento Botterus, familia Consulari vir (cujus vidua usque ad hujus seculi medium superstes plurimum laudatur in vita Venerabilis Joannæ Randenradiæ, apud Ruremondenses cum magnæ sanctitatis opinione defunctæ) Botterus, inquam, redemit omnes, pretio bis mille florenorum. Exactis autem duodecim annis induciarum, inter Hispanos et Hollandos servatarum, Canonissa quædam a F
Rhynfeld cognominata, Domini Botteri neptis, S. Cuneræ Reliquias donavit adm. Rev. Dom. Joanni Moors Bernensis Canonicæ Ordinis Præmonstratensis Abbati : qui eas in Pastorali sua ecclesia de

pars S. Cuneræ delata in Berlicom,

Berlicem deposuit. Hinc propagata erga Sanctam devotio, Catholicos undique excivit, eos præsertim qui circa Rhenen in Velavia ac Betavia commorantur. Confluunt autem hi potissimum ad Dominicam immediate præcedentem festum S. Joannis Baptistæ, quando illius ibi festum celebratur.

et inde in Bedaf.

20 Neque post captam a Statibus Silvam-ducis cessavit confluxus ille publicus, quoad per Monasteriensem pacem licuit Fœderatis publicum omnem Catholicæ Religionis exercitium toto Silvæducensi territorio prohibere : quo tamen ne penitus cessaret cultus Sanctæ, placuit Bernensi Prælato transferre Reliquias S. Cuneræ in proximum Catholicoque ritui relictum agrum ; in vicum, inquam, Bedaf, sub Dominio Ravesteniensi, ubi magis magisque inclarescit devotio popularis erga S. Cuneram. *Ita in suis ad me litteris Domnus Lucas Sionghers, diu apud Bedaf commoratus, et anno* MDCXC *rem Catholicam in Berlicem curans : et addit :* Vidi testis oculatus millenos

A lenos homines, prædicta Dominica convenientes cum magna devotione, nec sine fructu et levamine ægrorum, maxime contra dolores gutturis. Novi etiam Graviensis oppidi viduam perquam honestam; quam inflammato immedicabiliter gutture, extra convalescendi spem posuerant medici. Sed adfuit invocata pie virgo Cunera, et malum dispulit: ipsa vero beneficii memor, quotannis redit votum solutura. *magno concursu honoratur.* Audivi etiam Teutonici Ordinis Parochum quemdam, pro concione asseverantem, a simili se malo curatum facto voto, et cerea anathemata, centena atque centena, in Bedaf appensa, palam faciunt, quam multis ibi auxilio fuerit invocata Cunera. *De Domino Bottero ejusque uxore pluribus infra agetur, ubi de S. Odulfi Reliquiis, per hanc Collegio nostro Hallensi communicatis.*

SERMO IN DIE FESTO

Circa seculi XIV *initium compositus, ex Codicibus antiquitus scriptis et excusis.*

Prologus de fine et utilitate hujus Legendæ Mirabilis Deus in Sanctis suis, qui, inter cetera suæ potentiæ miracula, etiam in sexu fragili mirabilia operatur, B. Cuneram ad nos extremos *a* pene mundialis circuli incolas, olim transmittens, fecit mirabilia in vita sua, in morte pariter et post mortem: quam Sanctam, in exemplum virtutum propositam nobis, honorare et venerari, sicut decet, merito tenemur; præsertim qui in circuitu loci passionis ejus, id est diœcesi Trajectensi *b* commorantes degimus. Honorare, inquam, hanc Sanctam, et alios utriusque sexus Sanctos, eorum vitam recolendo, nobis prodest ad imitationem; quam dum attente pensamus, torporem mentis excutere, ac eorum sequi vestigia, pro nostrarum modulo virium, incitamur. Insuper ex Sanctorum digna veneratione fructus nobis acquiritur, et ex eorum oratione. De vita igitur et morte sanctæ Virginis ac Martyris Cuneræ, quæ de ea scripta sunt, recitemus.

B

a

b

2 Cum enim B. Ursula, divinis parens nutibus, cum suis Sodalibus Romam aggredi, ad visitandum limina beatorum Petri et Pauli Apostolorum aliorumque Sanctorum ibidem requiescentium proposuisset; ad B. Cuneram ejus consanguineam, nuntios misit in Orcardam *c* minorem, ad urbem dictam Orcadam [videlicet Jorc] *d* rogans ut secum vellet proficisci. Quæ precibus S. Ursulæ libenter annuens, obtenta parentum licentia, ad eam quantocius pergebat. Pater autem ejus Aurelius ac mater Florentia *e* de absentia filiæ suæ Cuneræ dolebant. Post hæc S. Ursula, congregatis Sodalibus suis, peregrinationem conceptam perficiens; et in reditu apud Coloniam navigio veniens, Martyrium perpessa est cum aliis Virginibus, sicut in Legenda XI mille Virginum plenius continetur. Porro in illo tempore quo sancta Virginum turba sic martyrizata est, adfuit illic *f* Radbodus, Rex Rheni, videns Virgines atrociter necari. Denique B. Cunera navem egrediente, ac pro Christi amore Martyrium pati volente, dictus Rex, ob ejus elegantiam misericordia motus, eam pallio texit: secumque ad oppidum Rhenen, ubi morabatur, perducens, ab illa morte Deo favente protexit. Hæc sola Virgo Cunera, de illo felici Virginum Collegio, superstes legitur permansisse.

in qua dicitur Cunera S. Ursulam comitata

c

d

C

e

et sociorum cædi a Rheni Rege subtracta

f

ac Rhenas ducta

3 His ita peractis, B. Cunera in hospitio Regis existens, Deum semper præ oculis habuit; a mandatis ejus non errans, imo indesinenter orationibus, vigiliis, abstinentiis, ac aliis bonis operibus sine fastidio vacans, ibat de virtute in virtutem, omnemque ornatum seculi cum gloria prorsus contempsit. Pauperibus secundum suam possibilitatem subvenit: et quia gloria sequitur etiam invitos; Rex Cuneram *g* considerans virtuosis operibus ferventer intendere, eam exaltavit, universæ præferens familiæ, clavesque regni *h* commisit eidem. Qua prærogativa accepta, Cunera in aliquo se non extulit; quin potius se in omnibus humilians Regi, Reginæ, totique familiæ, commoda fuit in cunctis licitis et honestis: et hac de causa dilecta erat a Rege super omnes ei servientes. Regina vero, perpendens singularem Regis amorem, quem ad Virginem istam gessit; invidebat ei supra modum, cupiens nomen ejus præclarum quomodolibet denigrare.

ubi pie fideliterque ministrans,

D EX MSS.

g

h

a zelotypa hera

4 Quapropter Rege aliquando discumbente, ficta mala de sancta Virgine narravit, ut eum ab amore ipsius avelleret. Sed quia vincit opus verbum, indignatus Rex fidem Reginæ non adhibuit, indicens ei silentium, quia Cuneram in omnibus fidelem reperit. Unde Regina, grandiore concepta invidia, solito more pravorum, qui semper in vetitum nituntur, ad confusionem Cuneræ quantum potuit per fas et nefas anhelabat. Post aliquot tempus S. Cunera, dum acceptis in sinum suo panibus ad usus pauperum palatium pertransiret; visa est a Regina, quæ Regem ita alloquitur: Domine mi Rex: ecce Cunera, vobis prædilecta, prodigaliter bona spargit, sicut oculata fide discere poteritis. Vocatur a Rege Cunera: quæ multum perterrita, Deum humiliter invocavit, quatenus ab instanti confusione liberaretur. Ex divina clementia panes vertebantur in hastilia *i*: quæ Rex in sinu ejus videns, Reginam duris verbis increpavit.

insimulatur prodigalitatis,

sed miraculo panum in assulas ligni versorum excusatur:

E

i

5 Ab illa hora Regina, considerans quod non posset Cuneram verbis lædere, moliebatur eam occulte perimere; consilium a sua pedissequa requirens, qualiter hoc opportune fieret. Intelligens pedissequa Reginæ voluntatem, cum ea in mortem innocentis Virginis conspiravit. Rege igitur causa venationis ad aeris temperiem equitante; Cuneram arripientes prostraverunt, et quodam singularis operis manutergio, (quod adhuc est in hac *k* sacra, quæ Rhenen appellatur, ecclesia) strangulantes, sepelierunt eam in stabulo suffocatam. Postquam autem hoc enorme atque in humanum scelus ab eis perpetratum est, se numquam alicui revelaturas firmiter promiserunt. Rege post pusillum temporis de venatu redeunte, Regina gestu placido alacriter ipsum jucundo vultu salutavit. Perpendens Rex Reginam cum familia sibi obviantes. Cuneram vero non videns, ubinam esset quæsivit. Cui Regina, maleficium suum satagens abscondere, præcogitato mendacio respondit, dicens: In absentia vestra, Domine Rex, parentes Cuneræ venerunt ad nostram *l* mansionem, eam cum festinatione nimia deducentes.

ab eadem deinde clam strangulatur,

k

et in stabulo defossa

F

l

6 Interea equi Regis ad stabulum ducti, in quo S. Cunera sepulta fuit, nequaquam verberibus aut stimulis compelli poterant, ut intrarent. Quamobrem ducti ad aliud stabulum, faciliter introibant. Discumbente autem Rege, de vespere stabularius, in illo loco stabuli in quo S. Cunera tumulata fuit, candelas ardentes ad instar Crucis videns, Regi celeriter nuntiavit. Quo audito Rex, grandi stupore perplexus, jussit veritatem diligentius experiri. Currentes igitur ad stabulum famuli, candelas ardentes de longe viderunt: sed dum appropinquabant ab oculis eorum penitus evanuerunt. Cumque ingressi fuissent stabulum, videntes recentem terram noviter commotam, effoderunt eam: corpusque B. Cuneræ, cum manutergio quo strangulata fuerat, invenientes, de fovea levaverunt. Videns autem Rex Cuneram, quam maxime dilexerat, tam enormiter interfectam, ex verisimilibus conjecturis et ex præsumptione violenta, Reginam comperit suæ necis fuisse actricem.

duplici miraculo revelatur

Hera in amentiam acta præcipitio extinguitur:

Ex MSS

A cem. Accensus ergo Rex ingenti furore, Reginam sine misericordia punivit, in tantum, quod rationis expers vagabatur per totam regionem, insana per triduum : crinesque suos extrahens, vestimentaque sua lanians, effecta est penitus furiosa. Quemadmodum scriptum est, Malos male perdet; contigit de Regina, Deo permittente : quæ tandem, post trium dierum insaniam, seipsam de quodam cacumine præcipitavit. Rex autem, Cuneræ solatio destitutus, ad honorem ejus suum donavit palatium et dotavit *m*. Passa est hæc sancta Virgo Cunera anno Domini CCCXXXIX, *atque hic (ut habet novus titulus rubrica scriptus)* incipit Translatio Beatæ Cuneræ Virginis : *incipit autem hoc modo :*

S. Willibrordus, rogatus corpus elevare

7 Anno Domini DC et XCVIII, B. Willebrordus, primus Episcopus Trajectensis, a Sergio Papa Archiepiscopus ibidem missus, cum suo Diacono B. Adalberto et subdiacono B. Werenfrido, dum visitare suum Metropolitanum intenderet; contigit eum oppidum Rhenen transire : qui cum ibi moram aliquantulum perageret, venientes ad eum sapientiores oppidi, de gestis et virtutibus B. Cuneræ multa recitaverunt; supplicantes unanimiter et devote, quatenus illam beatam Virginem et Martyrem, pro qua B *n* Deus omnipotens quotidie diversa consuevit facere miracula, transferre dignaretur. Audito fide dignorum hujus testimonio, gavisus est Præsul sanctus : sed quia tunc arduis occupatus erat negotiis, quæ moram absque incommodo non patiebantur; promisit eorum piam adimplere voluntatem. Postquam autem egressus sui finem nactus est, navigio Rhenum fluvium descendens, [tranquille pervenit juxta montem *o* Heymonis, ubi] tempestas horribilis insurgens, navemque suam fere deglutiens, omnes [in navi *p* existentes] submersionem compulit formidare. Invocans ergo divinum auxilium B. Willebrordus, pro mitigatione tempestatis humiliter oravit. Qua per Dei gratiam placata, recordatus est, oppidanis in Rhenis promisisse se translationem B. Cuneræ Virginis, dum rediret. Confessus est igitur coram suis, quod propter oblivionem sui promissi, merito fuisset periclitatus. Cum autem essent penes oppidum Rhenen, præcepit navim littori velociter applicare : et factum est ita. Exiens navem B. Willibrordus, monuit suos ut ad locum B. Cuneræ humiliter accederent [et devote. Venerunt itaque *q* omnes, juxta monitionem sancti viri, ad locum C ubi quievit S. Cunera; cum eodem sinceris mentibus accedentes, seque ipsius adjuvari meritis postulantes].

tempestate monetur ne rem differat.

Ex hinc Sancta colitur per totum diœcesim.

8 Post hæc S. Willibrordus, debitas adhibens solennitates, corpus beatissimæ Virginis ac Martyris Cuneræ transtulit reverenter. Unde factum est ut nomen ejus, per diœcesim Trajectensem magnificatum est nimis; et miracula, quæ pro ea clementer operari consuevit Dominus, divulgata. Veneremur ergo hanc Virginem ac Martyrem gloriosam, pro qua, sicut prædictum est, fecit Deus mirabilia in vita sua, per panum videlicet in alias res mutationem; et in morte, per candelarum ad ejus tumulum accensionem; et post mortem, per miraculorum crebram operationem. Hæc enim Virgo, pro nullo delicto, sed pro virtuosis quæ incessanter egit operibus, vitam perdidit temporalem : ideoque largitus est ei vitam cum suis æternalem Jesus Christus Dominus noster, qui cum Deo Patre vivit et regnat, in unitate Spiritus sancti Deus, per omnia secula seculorum. Amen.

ANNOTATA D. P.

a *Si mundialem circulum melius notum habuisset Auctor, potius ab extremis illius incolis, quam ad eos venisse Sanctum dixisset : ultra* Orcades *enim nihil* D *est quam* terrarum ultima Thule, *nunc dicta Yslandia. Belgicus vero Meridianus septem omnino gradibus longius a polo distat, quam is cui Insulæ prædictæ subsunt.*

b *Scilicet* Trajecti ad Rhenum, *sive* Ultrajecti, *diversi a Trajecto ad Mosam.*

c *Ita membranæ Rhenen. alia MSS.* Orcajadam.

d *Deest hoc in aliis, verosimiliter postea additum hic, sed valde ignoranter, æque ac in margine ponitur alia manu* Eboracensis ; *nisi traditio fuerit, sed fabulis obscurata, quod indidem oriunda fuerit Cunera.*

e *Alia duo ecgrapha*, Florentina.

f *Nomen hoc in sola membrana Rhenensi legitur : cui postea additum ex conjectura. Ad Rhenum autem erat Trajectum, olim Frisonum regia.*

g *Christianum ergo eum supponere videtur.*

h *Rectius* claves penus *dixisset.*

i *Alias*, in hastulas : *melius* assulas *scripsisset.*

k *MS. Bodecense, et Lov. editio*, Quod adhuc in ejusdem Ecclesia est : *unde apparet MS. Ultraject. quo utimur, ex Rhenensi sumptum esse, verbo nullo mutato.*

l *Ut hoc mendacium habeat speciem aliquam veritatis, oportet concipere, quod* S. Cunera *parentes* E *suos habuerit haud procul Rhenis : neque mancipio accepta fuerit, sed ad ingenuum dumtaxat famulatum ibi commorata : alias parentibus liberum non fuisset filiam abducere, citra veniam Patroni.*

m *Ita MS. Rhenense, alia sic brevius : omisso anno Passionis, forte posterius adjecto,* Post annos plurimos dum A. W. visitare Metropolitanum intenderent. *Coluntur autem* S. Adalbertus 25 *Junii*, S. Werenfridus 14 *Augusti.*

n *Hic deficit MS. Rhen. foliis duobus evulsis mutilatum.*

o *Desunt hæc in Bodecensi et Lovan. fortassis quia suspectum vel ignotum transcribenti erat nomen loci : supponitur autem hic, veterem Rhenum a Rhenis Trajecto navigabilem tunc adhuc fuisse, quod nunc minime est : unde et opus fuit canalem fodere sesquileucæ, qui Trajecto in novum Rhenum ducat e regione Vianæ. Notandum vero, inter Ultrajectum et Amersfordiam spatiosum montem tendi, a meridie in Septemtrionem, qui pene sub ipsis oppidi Rhenensis mœnibus initium sumit ; vulgo* Amersfordiensis mons *dictus, porrectusque secundum veterem Rhenum usque* Amerongam, F *in colle sitam, qui forsitan hic dicitur* Heymonismons, *sive* Aymonis *(idem enim utrumque est) et ab hoc forsitan tam* Amersfordiæ *quam* Amerongæ *nomen fluxit.*

p *MS.* in mari : *quod cum ineptum transcribentibus videretur, (veteris enim Rheni ad mare nunc obstructum ostium, plus quam duorum dierum navigatione distat Trajecto, patenti autem cæli tractu leucis 8) maluerunt Bodecenses et Lovanienses, vel is quem isti transcripserunt, hic quoque omittere verba [ ] intercepta.*

q *MS.* Fecerunt ; *et hinc turbato sensu, maluerit idem librarius rursum omittere lineas duas, ejus judicio minus necessarias. Ast Joannes a Leydis, veram lectionem nactus, scripsit,* venerunt.

MIRACULA

Ex MS. Rhenensi, sed mutilo, collecta.

§ *I. Mortui suscitati, blasphemi puniti, cæci illuminati.*

Eadem *fortuna, quæ Legendæ finem a membranis Rhenensibus abstulit, revulso folio* IV *et* V, *invidit etiam nobis*

A *nobis notitiam primorum, miraculorum : et folium* VI *reliquit cum hoc imperfecto sensu in fronte*, gratias agentes Deo, et B. Cuneræ solvebant vota. *Sequuntur deinde tria de mortuis suscitatis miracula, hoc modo.*

Resuscitantur pueri duo: *a* *b*

2 In Verhuysen *a* puer Gheraerdi, dicti Crauwel, in cacabo pleno *b* pulenti cecidit : et mortuo a matre pueri extracto, ut sibi videbatur, promisit B. Cuneræ, si puer revivisceret, sine mora ad ecclesiam Renensem portaret ; et cum vino et tritico eumdem ad honorem ejus ponderaret. Revixit : et votum implevit. In Rhenen Joannes filius Henrici, alias Putman, in puteo cecidit : et, ut videbatur, mortuus extractus fuit. Parentes ejus B. Cuneram invocaverunt, ut ad vitam pristinam veniret, oblationem pro eo voventes. Revixit : et vota solvebant. Hic erat civis Rhenensis.

3 Anno Domini MCCCCIII in Trajecto juxta pontem *c*, Rodenborger brug nominatum, quidam puer existens in navi, piscans quæ ex alia navi ceciderant tempore hiemali : qui ex navi cadens, per aliquod tempus natans sic super aquam, cultus solummodo de puero videbatur. Quidam vero stantes super plateam, ignorantes dubitaverunt quid hoc esset, B quod in aqua nataret : et diligenter inspicientes, cognoverunt quod esset puer. Qui cum diligentia eum ex fossa extraxerunt, et posuerunt eum supra terram, ut aqua ex corpore pueri curreret. Quidam *item tertius:* vero adstantes, fiduciam habentes in beata Virgine ac Martyre Cunera, dixerunt : O B. Cunera, quæ multa signa et miracula facis, suscita puerum istum submersum, oraque Deum pro eo ut ad vitam pristinam veniat. Promittimus Deo, vobis ipsum cum oblationibus, Rhenem in ecclesiam vestram, offerre. Deum talia vota promiserunt, oscitavit puer quasi de somno evigilasset, et sanatus est. Ipsi autem vota persolventes, gloriam Deo et B. Cuneræ dederunt. *Hactenus folium* VI *cujus altera facies, uti et prima sequentis folii* VII, *pura remansit; ad eum credo finem, ut adscriberentur similia alia, referenda ad primum, qui perierit, titulum generalem* de mortuis resuscitatis : *nam post vacuas illas paginas sequitur quidam similiter generalis titulus*, de vindictis, qualiter S. Cunera se vindicaverit de suis blasphematoribus et de væsanis : *et post tria de his exempla, spatium sesqui columnæ, in prima facie folii* VIII *residuum, impletur alterius generis miraculis, manu diversa et atramento vividiori scriptis ; aversa autem* C *facies rursus habet generalem titulum rubricatum* de cæcis, *ac rursum folii* IX *pars aversa fere tota vacat, transiturque folio* XI *ad titulum* de captivis.

4 Erat quidam indiscretus homo de Vloeten Tra- *d* jectensis diœcesis, qui anno Domini MCCCCLXXVIII *d*, in die Translationis B. Cuneræ, in statione prima *e* *blasphemus in rabiem agitur,* quæ fit in Elst *e*, blasphemando B. Cuneram ita dixit : B. Cunera videtur esse lenaria, quia leni *f* *f* et lenæ, qui invicem copulari non possunt, veniunt hic ad B. Cuneram ut ibidem fornicari possint. Qui immediate ad terram cecidit, et pestem vesaniæ acquisivit, corrodens manus : et universa membra dentibus decerpsisset, si tentus a parentibus non *et ad aliorum vota sibi restituitur,* fuisset. Frater Nicolaus Ordinis Augustinensium de Dordraco, illo tempore stationem servans, ac sermonem faciens, universos Christi fideles, ibidem in honore B. Cuneræ congregatos, supplicavit, ut amore Dei invocarent animam B. Virginis Cuneræ, pro illo blasphematore ac miserrimo peccatore, ut sanitatem pristinam reciperet. Parentes autem ejus voverunt Deo et B. Cuneræ, quod dum in vita esset, annuatim limina B. Cuneræ visitaret in camisia et braca, omnibus aliis vestimentis extractis cum libra ceræ Post spatium unius horæ, ille homo ad seipsumveniebat, et lamentabiliter peccata sua confitebatur, promittens Deo et B. Cuneræ omnia vota parentum adimplere. Fecit quod vovebat, et sanitatem usque ad mortem obtinuit. D *Ex MSS.*

5 Fuit etiam unus alter blasphemator, anno Domini MCCCCXIX, in Vigilia Translationis B. Cuneræ Virginis, sedens super equum suum, circa portam civitatis quæ dicitur Porta-montis, dicens : Ecce quot facies *g* fatuæ veniunt ad visitandam unam fatuam faciem. Cujus equus immediate collum frangens [cecidit mortuus], et secunda die blasphemator expiravit Non miremur quod Sancti vindicabunt se in suos blasphematores. Unde legimus [in libris] Regum, quod Elias dixit ad quinquagenarium Regis Ochoziæ, qui veniebat ad Beelzebub Deum Acharon, ad reconciliandum de infirmitate sua, utrum convaleret an non ; Elias occurrens ei in via *h* dixit ad eum et ad quinquaginta suos ; Si homo Dei sum, descendat ignis de cœlo, et devoret te et quinquaginta tuos : qui in momento devorati sunt. Et si Elias hoc fecit ; Sancti Dei utique potestatem habent hoc idem facere [iis], qui non crediderunt Prophetam esse in Israel. *alius citata morte punitur.* *g* *h*

6 In Appeldorn *i* Velue, fuit quidam infirmatus morbo vesaniæ. Uxor ejus vovebat B. Cuneræ, si infirmitas in eo cessaret, ipsa cum eo, in Vigilia Translationis ejus, cum oblationibus eam visitaret. Qui neglexit votum, et infirmitas in eo duplicabatur. Qui secundo anno votum voverunt adimplere ; quod etiam secundo neglexerunt. Tunc tertio anno illa infirmitas super eum cecidit, quod digitos de manibus ore corrosit. Tunc tertio vota voverunt, et satisfecerunt, et sanitatem obtinuit. *Quæ sequentur et reliquam paginam implent, alia, ut dixi, manu adscripta sunt, nec ad generalem titulum pertinent, sed scribuntur sub titulis novissimo ac minutissimo charactere adjectis* de captivis, de resuscitata mortua in Tyla, mortuus resuscitatus. *i* *Insanus repetito ter voto sanatur.* E

7 Famulus cujusdam coloni, in parochia Rhenensi commorans, fuit captivatus a raptoribus, maleficis, vespilionibus *k* ; et captivus ab eisdem ductus in quamdam silvam, prope Wagheninghen sitam, vulgariter dictam de Most, catenis ferreis undique dire legatus, ita ut propria sua virtute nullo modo putaret posse dissolvi. Quar dolore et amaritudine repletus, in animo suam miseriam deplangens, et diversis molestis afflictionibus fatigatus, somnum jacens in terra cœpit paulatim intentare, suas vires cupiens parumper recreare. Cui dulciter dormienti apparuit B. Cunera, dicens: Exurge alacriter, redemptus nam estis a manu deprædantium inimicorum tuorum : dissoluta sunt vincula, quibus ligatus estis. Vade, et offer munus tuum, et coram Reliquiis meis, quæ Rhenen requiescunt, pro hoc beneficio gratiarum actiones referatis. Surrexit ergo captivus, et liberatum se sensit, et obtulit munus suum pro beneficio, sibi a B. Cunera pie impenso. *liberatur captivus.* *k* F

8 In Tyla *l* fuit quædam matrona habens prolem quamdam, qui tribus horis mortuus jacuit, et nullus vitalis spiritus apparuit in eo. sicut ipsa mater pueri asseruit : quæ contristata valde de morte tam subitanea sui infantis, fiduciam tamen magnam habens in beata Virgine Cunera, eam suam adjutricem in mœrore cordis sui cœpit confidenter invocare; ut puer suus ad pristinam vitam ejus precibus posset revenire; faciens votum puerum et seipsam, suæ imagini, in ecclesia Rhenensi, si puer revixerit, præsentare, cum suis *m* immolationibus condignis. Quo peracto, puer præmissus pristinæ vitæ sanus adeptus est florem, in gaudium suæ genitricis et decus Regis altissimi. Hoc miraculum, immolans mater puerum, retulit cum lætitia magistris fabricæ ecclesiæ supradictæ. Et ita pluribus viris discretis in Tyla constat. Anno a nativitate Domini MCCCCXXX, *l* *puer mortuus resuscitatur:* *m*

A v Mensis Maji, divulgatum *n* primo extitit in diœcesi Trajectensis Pontificatus.

Ex MSS. *n* *o* *illuminatur et sanatur apoplectica cæca:* *p*

9 Anno Domini MCCCCXCVIII, quædam mulier de *o* Montfoerd, in vigilia translationis B. Cuneræ Virginis, hora Vesperarum, in ecclesia super vehiculum ferebatur : quæ retulit cunctis in prædicta ecclesia existentibus, quod per triennium et ultra poplexia *p* fuit percussa, et in eadem hora totum visum suum perdidit; in percussione nec unum membrum obtinuit, quod movere potuit, dempta in ore lingua. Prædicto anno, ante festum Translationis B. Cuneræ Virginis, in somnis (ut sibi videbatur) monita fuit, quod se promitteret in prædicto festo visitare lipsana beatæ Cuneræ Virginis, cum oblatione unius libræ ceræ, et hoc annuatim servare : promittens B. Cunera quod pro ipsa apud Dominum nostrum Jesum Christum intercederet, et sanitatem recuperaret : quod et factum est. Dum ferebatur in ecclesia B. Cuneræ, circa sepulcrum ejus, sanata est continuo poplexia, et lumen oculorum suorum obtinuit ; cunctis mirantibus in ecclesia existentibus, et laudem dantibus Deo et B. Cuneræ. Ipsa autem votum persolvens, Deo et B. Cuneræ gratias agens, sano corpore... repatriavit. Eadem B hora duo pueri ibidem cernebantur ; et patres et matres puerorum testati sunt, quod unus cæcus natus fuerit, licet pupillam integram in oculis videbatur habere ; alteri per poccas *q* per triennium oculi extincti fuerunt : qui ambo circa sepulcrum dictæ Virginis lumen oculorum suorum acquisierunt. Parentes eorum, gratias Deo et B. Cuneræ agentes, oblationem facientes, cum magno gaudio repatriaverunt.

item pueri cæci duo; *q*

10 Circa annum Domini MCCCLXXX, in die B. Cuneræ Virginis, cum Reliquiæ in Elsche portatæ fuerunt, ubi prima statio servatur ; puer quidam masculus, XII annorum vel circiter, cæcus natus, a patre et matre ante feretrum B. Cuneræ ducebatur ; qui proprio motu dixerunt, quod tribus vicibus in somnis moniti fuerunt, ut filium in die Translationis in Elsche ante feretrum B Cuneræ ferrent, et permitterent eum cum nuda mappa, qua strangulata fuit B. Cunera, oculis dicti pueri contingere, ut ipse visum integrum reciperet. Qui dum hoc Domino Nicolao *r* Ordinis B. Augustini in Dordraco, et Magistris fabricæ ac Consilio civitatis Rhenensis pro tempore ibidem existentibus retulis- C sent ; annuerunt petitioni eorum. Dum dicta mappa communi populo, ut moris est, ostensa fuerat, sic nuda ad oculos dicti pueri semel, secundo, ac tertio ponebatur. Ille, ut parentes dixerunt, qui cæcus natus fuerat, lumen recepit, et admirans de pulchritudine mundi, quæ numquam videbat, de universis interrogavit. Peregrini cum parentibus hæc videntes, dederunt laudem Deo, et parentes, pro eo oblationem facientes, cum magno gaudio repatriaverunt.

et tertius, attactu mappæ qua strangulata Sancta. *r*

11 Wilhelmus de Ysendorn, filius Domini de Ysendorn *s* Trajectensis diœcesis, circa annos Domini MCCCLXXXIX, in confessione revelavit Domino Woltero Zimdelbier, Vicario in ecclesia Rhenensi dictæ diœcesis, de amissione visus unius oculi sui, scilicet dexteri, quem per triennium perdidit : quam acquisivit de casura quam cecidit de caballo suo ; rogans eum humiliter, si fieri posset, quod cum nuda mappa, qua beata Virgo strangulata fuerat, tangeretur ; [quia] tantam fidem in Domino et B. Cunera haberet, quod lumen oculi sui reciperet. Ipse autem, propter beneficium quod ipse et sui fecerunt ecclesiæ B. Cuneræ Virginis, impetravit voluntatem suam. Una die eodem anno ante festum Translationis, casu veniebat cum patre, matre et sorore in civitate [ubi] in hospitio suo fuerat quando Reliquiæ portabantur, sicut consuetudo est eas D portare dictus Wolterus ; et impetravit quod dictus Wilhelmus, cum patre matre et sorore, ad locum ubi tunc temporis Reliquiæ nudæ fuerunt positæ ducebantur. Ipsi autem videntes Reliquias, ad terram inclinaverunt genuflectendo. Dictus Wilhelmus solus surrexit, et ante mappam B. Cuneræ se prosternens ad terram, cum magna humilitate ac devotione, orationem cum magno fletu faciens, surrexit. Postmodum etiam rogavit ut nuda mappa oculus ejus tangeretur, quod commiserunt cereis accensit dicto Domino Woltero. Qui cum magna reverentia ad mappam accedens, in manu sua tenens, ad oculum dicti Wilhelmi semel, secundo ac tertio tangebat. Ipse autem, clauso primitus sinistro oculo, et aperto dextero, sæpe ac sæpius cecidit ad terram : et elevans cum devotione oculos suos ad mappam, dixit, Domine pater, ac Domina mater, Deo gratias et B. Virgini Cuneræ, ego nunc lumen meum recepi, et ideo bene video sicut unquam in vita mea vidi. Ipse autem cum patre, matre et sorore oblationem faciens, cum magno gaudio a loco illo recedens, in brevi postea imaginem de argento ad honorem ejus in ecclesia obtulit.

s *Item juvenis cœcus,*

E 12 *Exhinc relinquebatur tota fere pagina vacua : quam deinde alius alia manu sic implere cœpit.* Miraculum de contractis. Quædam mulier de Culenberch Trajectensis diœcesis circa annos Domini MCCCCXVIII, in Vigilia : *cetera hic scribi prætermissa, vide infra ex libello Teutonico apud Crombachium : nam, sequentia duo folia quæ perierunt sub suis quæque titulis similiter forsitan procedebant, ex parte vacua aut postea suppleta. Ego ad folium* XI *transeo.*

Plura desiderantur.

ANNOTATA D. P.

a Veerhuysen, *media infra Rhenas leuca ad alteram ripam.*

b *Ita MS. forte legendum* pulmenti, *aut sicut ex Teutonico vertit lib.* 10 *cap.* 16 *Crombachius,* aqua bullienti.

c *Ichnographica Trajectensis civitatis tabula, sub num.* 52, *notat media fere urbe pontem* Romenburgbrug, *qui hic idem esse potest, nomine leviter mutato.*

d *Crombachius cap.* 39 *eadem referens, notat annum* 1368, *librario forsitan mendo.*

e *Ipsius Rhenensis oppidi vicum esse censeo ecclesiæ* F *propinquiorem.* Elst *scribit Crombachius.*

f Lenus, *pro* Lenone ; *et* Lenaria, *pro* Lenocinio *necdum alibi legi.*

g *Crombachius,* quod fatui et fatuæ, *ac forte melius. Ibi autem hodiernæ tabulæ nullum quidem* Appeldorn *habent, sed una a Rhenis leuca* Iseldorñ *infra nominandum ; unde suspicor vicina fuisse loca, nam sæpe in talibus accidit, commune duobus nomen epitheto distingui.*

h *Non in via, sed in monte Carmeli residens Elias, quinquagenarium, jubentem ut descenderet, unum alterumque, igne cœlitus evocato consumpsit, ut refertur* 4 *Reg. cap.* 1, *de missis autem in Accaron paulo ante aliud non legitur, quam quod increpitos remiserit ad Regem, mortis nuntios.*

i Velavia, *vulgo* Velue, *antiqua Batavorum insulā, inter Rhenum et Vahalim.*

k *Forte legendum* vespertilionibus, *quod hæ noctu volent, isti noctu grassentur : quomodo tales in brabantia dicuntur* nachtegaele, *quia nomen istud in lingua Teutonica significat* Nocticinam avem, *quam* Luciniam *Latini dicunt.*

l Tyla, *vulgo* Tiel, *oppidum Velaviæ ad Vahalim, leucis* 2 *a Rhenen.*

m

A

m Immolare *et* Immolatio, *hic et infra sæpius, est,* Offerre *et* Oblatio.

n *Crombachius idem refert cap.* 37, *et quod sequitur retulerat cap.* 30.

o Montfort, *oppidum Ultrajectinæ diœcesis, inter hujus metropolim Oude-watriam; hinc una, inde duabus leucis distans.*

p *Ita vulgariter appellamus, quod integre* Apoplexia.

q *Crombachius cap. præcitato* Variolos *vertit, vulgo utimur diminutivo, vocamusque* poxkens *vel* pockelen; *simplici autem voce* Pocke, *ad morbum fœdiorem significandum.*

r *Poterat hic* Nicolaus a Dordraco *Alphabetum Augustinianum Herreræ et Encomiasticum Elsii auxisse, si notus iis fuisset.*

s *Ipsum procul dubio, quod supra* Iseldorn.

§. *II. Captivi liberati, morbi varii curati, etiam animalium.*

B

Nobilis captivus, et morti destinatus ab inimicis,

Domicellus Aernoldus de Hoenpoel, Coloniensis diœcesis, a suis inimicis fuerat captus et incarceratus, ita quod amici desperabant de vita ejus: quia inimici ejus sæpe tractabant de morte ejus, et concordabant ac concordati sunt de die necis ejus. Mater autem ejus hoc percipiens, videlicet Domina de Hoenpoel, multum tristata et anxiata de nece sive morte filii sui, per consilium suorum amicorum, invocavit beatam Virginem ac Martyrem Cuneram, pro deliberatione filii sui Aernoldi, ut cum honore de tali periculo ac captura deliberaret; promittens, quod si filius suus evaderet cum honore periculum istud, in primis quando perscrutaretur veritatem, ac oculis suis ipsum videret, quod tunc in crastino cum eo se præpararet visitare beatam Virginem Cuneram in *a* forma, Si prædictus Domicellus Aernoldus, propter metum corporis vel anxietatem, in propria persona prædictam S. Cuneram visitare non auderet; quod tunc alium peregrinum pro eo acciperet; ac etiam ipsum cum tritico et vino, auro et argento, ibidem ponderaret vel ipsam pro eo; ac etiam cereum unum de viginti aut triginta libris ceræ immolaret.

a votum pro eo faciente matre,

14 In crastino, prandio de meridie facto, dictus Domicellus Aernoldus equitando venit in Vorbeken Coloniensis diœcesis, in dutlia *b* sua, ubi mater sua moram traxerat. Mater autem ejus, maximo repleta gaudio, ipsum interrogavit, quomodo secum staret, quia mirabilia de morte ejus audisset, quoniam de illa tractabant inimici ejus. Ipse autem respondens ait: Hodie complessent voluntatem eorum in me, quia secundum propositum eorum me hodie decollassent, si D. N. Jesus Christus hoc non providisset, cum sua misericordia. Quia circa mediam noctem quædam pulcherrima Virgo ad me veniebat, duodecim *c* vel tredecim annorum, quæ cippum fregit, ac me de domo, ultra primam ac secundam fossam, ducens in rectam viam, mihi cum instantia dixit, ut votum a matre mea pro me factum adimplerem; ipsam perdidi et evanuit ab oculis meis, et hunc equum inveni; super quem sedi, per totam noctem et diem ultra equitavi, et vobis primitus apparere volui. Mater ejus, magnas gratiarum actiones B. Cuneræ tribuens, dixit: O Beata Cunera, magna est gratia tua apud Deum. Dixit autem ad filium: Ecce beata Virgo et Martyr Cunera te liberavit a periculo isto. Parabimus nos in crastino ipsam visitare, sicut vovi pro te. Ipse autem respondebat: Mater, hoc facere non audeo, quia inimicus Domini Episcopi Trajectensis sum. Promitto Deo et B. Cuneræ, numquam in vita mea ab isto tempore, civitatem Rhenensem, aut in ista parochia moram trahentes, aut suos peregrinos inimicare aut violare; et pro posse et nosse, ipsos, quantum in me est, ab omni periculo liberare. Ipsa vero in crastino cum familia se præparavit; et Rhenen veniens, quæ gesta fuerant ibidem narravit; et vota persolvens, in pace repatriavit.

b nocte eadem decretum præcedente,

C

c ab apparente illi Sancta liberatur,

et spondet nulli Rhenensi unquam nocere:

D

EX MSS.

liberatur item alius, voto proprio:

15 Dominus Wilhelmus de Ysendornn, ex Haghensteyn Trajectensis diœcesis, captus, quando ab Hollandiensibus et Trajectensibus vastatus et destructus fuerat, in magno periculo positus erat, quod sæpe et sæpius desperabat de vita. Invocavit B. Virginem ac Martyrem Cuneram, tamquam suam consolatricem, ut dignaretur [apud] D. N. Jesum Christum pro ipso intercedere, vellet prolongare. Duplicare promisit imaginem argenteam, quam ante in ecclesia Rhenensi obtulit, in ponderatione. In brevi post votum, Dominus *d* Hollandiæ misericordia ductus, permisit ipsum se emere, et summam mutavit quam sibi imposuit. Ipse autem gratias agens, B. Cuneræ votum persolvebat. *Vacat reliqua pagina; et amissis foliis* XII *ac* XIII *inchoatur folium* XIV, *recentiori aliquanto manu, absque ullo rubricæ vestigio scriptum: titulis dumtaxat charactere minori et atramento languidiori inter paragraphos vel marginem scriptis,* De cæco, de contracto, de calculosa liberata, de paralytico in Gornichem annorum LXXXIX, de suscitatione mortui, de bruto animali.

d

E

e puer cæcus illuminatur:

16 Anno Domini a nativitate MCCCCXLVI, contigit in Aernem *e*, quod quidam puer quinque annorum, orbatus visu in hieme, octo horarum spatio flebiliter extitit. Parentes ergo super his obstupescentes, B. Cuneram adjutricem et hujus plagæ patronam implorantes, peregrinationem facere promittentes, cum oblatione duorum cereorum oculorum, atque denario *f* crucifixo uti moris est, peregrinatione facta lumen visus pristini recepit. Anno Domini MCCCCXVI, puer *g* quidam in Trajecto, filia oppidani cujusdam, contracta permissione divina usque ad quinquennium [fuit]. Parentes igitur, videntes quotidianas et assiduas angustias istius juvenculæ, votum ad S. Cuneram fecerunt. Voto igitur facto, puer convaluit, et recto tramite hodierno die incedit. Anno Domini ejusdem ut supra, quædam mulier passa et vexata calculo, adeo graviter quod timebatur de morte ejus; votum fecit ad S. Cuneram, suas Reliquias reverenter, oblatione prævia, visitandi: qua facta promissione, resumpsit sanitatem integram, nullum deinceps sentiens calculi tædium.

f

g sanatur contracta,

et calculosa:

F

obsessa liberatur,

h

17 Universis utriusque sexus viris discretis et honestis personis, peregrinis advenis, Reliquias almæ Cuneræ devote visitantibus, ac ejusdem oppidi concivibus innotescat; quod quædam puella oriunda de Cranenborg, *h* obsessa a diabolo et multum suis nequitiis vexata, quæ ubique ab omnibus peritis medicis et exorcistis remedium contra istum morbum quæsivit, sed nullum invenit efficax: quare omni humano subsidio privata, Dei altissimi medicamen suavissimum cœpit implorare, petens aliquod relevamen per intercessiones sanctæ et gloriosæ Virginis Cuneræ Martyris Christi; de consilio cujusdam viri providi et discreti, huic ancillæ præfatæ familiaris, atque ministerio in quo potuit perobsequiosi: qui quidem vir condolens gravi infirmitati ejus, de consensu obsessæ, Reliquias S. Cuneræ secum visitare spopondit. Quo salubriter facto, alleviationem Leviatan resumpsit, qui fugit a corpore, per invocationem tam accepti nominis Virginis mirificæ sanctitatis; relinquens vas incorruptum: quæ a duro jugo redempta, votum et oblationes ut promisit persolvit, atque hæc in perpetuam memoriam, ad laudem et honorem Cuneræ Virginis ac Martyris, Magistris fabricæ ac scriptori recitavit jucunda voce.

A

i

Paralyticus curatur,

18 Fuit quidam de Gornichem *i*, qui dixit, quod diutinæ morbo paralysis vexatus fuit : qui sibi interdum tam crudeliter advenit, quod ægrotabat usque ad mortem ; et sæpe monitus fuit in somno, quod semel annuatim voveret B. Cuneram visitare, et sic deberet convalere. Qui ipso expergiscente venire non curavit. Tandem ipso existente in Bachrach *k* supra Rhenum, post diuturnam vexationem vovit B. Cuneræ, quod esset semper peregrinus ejus : et numquam rediit paralysis. Et narratum est hoc miraculum contigisse anno MCCCCXXXIX.

k.

aqua mersus reviviscit,

Eodem anno supradicto quædam mulier oblationem suam præbens dixit, quod viro existente in navi, cum quibusdam piscatoribus seu aliis, sicque uno illorum remigante navem, cecidit extra navem ; sic quod sui assistentes consortes diutine quæsierunt eum, cum retibus et hastis et aliis instrumentis ; tandem eum repererunt, et ipso invento erat mortuus ad tempus ; sic quod mulier ejus vovit suam peregrinationem, invocans Deum et S. Cuneram, cum viro prædicto visitare. Voto ergo facto, vir maritus ejus ad seipsum rediens, impleverunt peregrinationem eorum.

item equus mortuus.

Contigit eodem anno quod equus subito mortuus, facto voto ad B Cuneram, revixit ; et sanus a suo patrono, votum qui fecit, etiam coram Reliquiis ejus Virginis prædictæ ductus, pro eo promissum persolvit. *Post hæc vacat reliqua dimidia pagina et deest folium* XV, *adest autem* XVI ; *in cujus primæ paginæ dimidio hoc solum scriptum ; et in alterius paginæ similiter dimidio postrema duo.*

b

l

m

juvatur periculose parturiens.

19 Mulier quædam in parochia civilis *l* ecclesiæ in Trajecto, in platea vulgariter dicta onder die *m* Schuremaker, gravidata, tempore partus ita infirmabatur, quod de vita sua desperabatur. Adducto et vocato ad eam Confessore suo, videlicet Fr. Nicolao Ordinis S. Augustini de Dordraco, pro consilio corporis et animæ ; intelligens per discretas mulieres, quod convalere non posset, intuens in eam dixit : O mea dilecta filia, corde et animo invocabis beatam Virginem ac Martyrem Cuneram, ut te consolari dignetur, et te cum prole tua custodiat, ac sanitatem et levamen mittat. Dum in ecclesia purificata *n* fueris, ipsam cum muneribus cum prole visitabis. Mulier prædicta cum humilitate B. Cuneram invocavit, promittens eam visitare secundum consilium sui Confessoris. Fr. Nicolaus ab ea recessit : sed antequam domum suam ingressus fuerat, nuntius ad eum veniebat, nuntians sibi, quod filium sanum genuerat, et quod non desperabatur de vita sua. Postquam purificata fuerat, ad B. Cuneram cum partu masculino veniebat, et vota solvebat.

n

c

o

Equus confossus sanatur.

20 Quidam vir, in Ghinckel *o* Trajectensis diœcesis, equum habuit, quem quidam transfixit in medio ventris, ita quod vir ille desperabat de vita ejus. Quem vovit ad B. Cuneram, ut intercederet ad Dominum pro eo ut sanitatem reciperet. Qui ex magna fiducia, quam ad ipsam gerebat, addidit ; si equus prædictus sanitatem recuperaret, ipsum immediate venderet ; et quidquid de eo veniret, dimidietatem ipsam in oblationem ministraret. Qui [cum esset] sanatus, prædictum pro XXX. . . *p* Hollandicis vendidit, et vota persolvebat *q*.

p

q

indomitus cicuratur.

In Schoenhovia fuit quidam vir, qui habuit equum de multo valore : invocans in adjutorium B. Cuneram ut bene venderet equum suum, oblationem bonam sibi ministraret. Qui votum neglexit : ipse vero ad forum post aliquot dies cum equo suo veniens, intendens illum vendere, dum mercatores prædictum equum probare vellent, prædictus equus retrorsum currens, et per viam rectam se extendere nolens, [fecit] ita ut ipsum vendere nequivit. Ipse autem super votum cogitans, quod et B. Cuneræ voverat ; D promisit sibi duplicare votum, ut bene ipsum venderet : qui immediate ita domatus fuit, quod ultra valorem ipsum vendidit : et vota persolvebat.

ANNOTATA D. P.

a In forma *id est, cum omni solennitate et ritu consueto.*

b *Si* Duflia *non est nomen prædii, suspicor legendum* in Buflia sua *id est in thorace bubalini corii*, Buffels *vulgo dicto, et militibus usitatissimi.*

c *Non est novum Sanctos apparere forma magis juvenili quam revera fuerint, ut habemus in apparitionibus S. Angeli Carmelitæ, S. Antonii Patavini, et aliorum : quod si credere volumus* S. Cuneram, *in ea plane apparuisse ætate in qua obiit : fieri potuit, ut Domina sua ipsam odisse cœperit, non veluti rivalem, sed ut privignam ; suspicata ea mariti adulterio natam, quam hic ideo tenerius diligeret ac sollicitius commendaret, licet diceretur peregre adducta aut mancipio empta.*

d *Fortassis* Franciscus Borsaliæ Dominus, *Jacobæ, Comitis Hollandiæ et Hannoniæ, secundus post Joannem Brabantiæ Ducem maritus, ab anno* 1426 *ad* 1436 ; *quo illa obiit, mutatis identidem maritis graves dum vixit turbas passa et intestina bella, quorum occasione videri possunt capiti nobiles præmemorati.* E

e Arnhemium, *ad eamdem dexteram Rheni ripam, supra Rhenas leucis sex positum oppidum, et propriæ ditionis caput.*

f Crucifixus denarius, *id est* Cruce signatus, *quales ad vota soli nea vulgus fidelium destinare solitum non raro audivi.*

g *Quia Teutonicum* kind *æque* puellam *ac* puerum *significat,* puer *hic etiam pro* puella *dicitur, ut apparet.*

h Kranenburgum oppidum Cliviæ, *inquit Crombachius cap.* 37, nobile Collegio Canonicorum, *sex Leucis Rhena distat.*

i Gornichem, *hodie* Gorcum, *infra Bommelium insulam et Vacalis ac Mosæ confluentes. Crombachius cap.* 31 Gorckemium in Arkelia : *hæc vero in nullis tabulis aut scriptoribus monstratur, quare nec reddere possum talis epitheti rationem.*

k Bacheracum *ad sinistram Rheni ripam, pari fere a Confluentia et Moguntia intervallo.*

l *Vulgo* de Buerkerk, *quasi dicas ecclesia vicinorum ; a Cathedrali remota interjectu duorum aut trium vicorum.* F

m *Id est* sub fabricatore horrei.

n *De ritu* purificationis, *servando cum mulieribus, a puerperio in ecclesiam introducendis, in Gallia et Belgio, vide erudite disserentem Cangium in Glossario. Dicitur autem Latine* Purificatio, *per analogiam ad ritus veteris testamenti : Belgice autem nominatur* Kerk-gank *id est* Accessus ad ecclesiam, *cum cereo et oblatione fieri solitus.*

o Ginckel, *Rhena Amersfortium euntibus ad sesquileucam occurrit.*

p *Videtur quidem* ST *scribi, quod* stuferos *significaret, partem* 20 *unius floreni Belgici : sed adeo exiguum id foret equi etiam pro seculo* 15, *quo rarior pecunia et carior erat, pretium, ut magis propendeam ad legendum* fl. *florenos.*

q *Hoc miraculum, cum præcedenti aliisque duobus circa equos patratis, relaturus cap.* 38 *Crombachius ; prolixe contendit, pium ac minime superstitiosum, sed utile esse, jumenta Sanctis commendare, sicut fit die S. Antonii, et ad corpus S. Huberti. Est autem* Schonhovia, *multis locis commune nomen,* Pulchrum-hortum *seu* Curiam pulchram *significans ; proximum autem*

tem videtur oppidum, quod jacet sex leucis infra Rhenum.

MIRACULA ALIA

Ab Anonymo Rhenensi ex authenticis collecta, et ante sesquiseculum Teutonice impressa.

Interprete Hermanno Crombach. S. J. Ex ejus Ursula Vindicata lib 10 cap. 28 et seqq.

Circa an 1520 selecta ex plurimis,

Auctor anonymus, qui circa annum MDXX S. Cuneræ miracula Belgice typis vulgavit, negat centesimam prodigiorum partem conscriptam esse, quæ Deus S Cuneræ meritis circa jumenta hominesque dignatus est perpetrare: nec tamen omnia, quæ tabulis signata testataque reperit, sed insigniora tantum selecta esse, ne similitudo prodigiorum aliorum fastidium legenti pareret. *Ita Crombachius, excursurus prætitulati libri Caput 40 : ast Capite 28*
B *redditurus Latine quæ Teutonice impressa invenerat miracula, ita præfatus erat :* Præcipua quæ reperire potui ab anno MCCCXXX circiter ad MDXV, adnotatur ? ut existimem, Eleonoræ, de qua hoc Capite ducturus sum, jussu et cura (cui tunc ut Gelriæ Duci parebat Rhena) tabulis fuisse ad memoriam posterorum diligentius consignata. Ea transmisit ad me nobilis familia de Rhode Ultrajecto, ab auctore Anonymo ante centum annos Rhenensi in oppido typis vulgata : excerpta vero sunt ex MS. libro oppidi, in quem cum fierent summa fide relata fuerant. Ex iis ad triginta, quæ Sanctæ hujus apud Deum merita mirifice testantur, breviter recensebo.

ab an 1330 ad 1515.

§. I. *Miraculosæ curationes Sanctam invocantibus factæ.*

Sec 14 Ducissa Geldriæ

Illustre est, quod Eleonoræ, Eduardi Regis Angliæ filiæ, contigit. Hanc sibi matrimoniali fœdere sociarat Raynaldus II, Comes Geldriæ, et ex Comite primus Ducis titulo decoratus anno MCCCXXXIX : ut observat Aubertus Miræus; in Geldriæ Ducibus. Venerat hæc Eleonora, fama prodigiorum S. Cuneræ excita, sacras exuvias pie veneratura, Rhenam,
C magno stipata comitum ; et sanguine sanctam Martyrem contingebat, ab Orcadum Regibus suorum majorum imagines repetens. Tanto igitur ortu femina, facile, quod unum desiderabat, suis expressit precibus, ut stamina quædam mappulæ sibi donarentur, qua sancta Martyr fuit impiis ancillarum manibus præfocata. Jam sacro ditata pignore, Rhenenses egressa portas, magno cum gaudio, curru vecta revertebatur ; cum illico stant immoti, in ipso vestigio, quasi siderati equi (currum dixisses sufflaminatum) totum etiam, quasi obhærens vestigio, sistitur agmen comitum. Ibi tum in veneratione S. Cuneræ venit admiratio : succurrebat enim nolle Divam, mappæ fila a reliquis sacris exuviis separari, nec Rhenensibus evehi mœnibus, multis olim paritura corporis sanitatem Eleonora curru Rhenam repetit, pronis jam ad cursum equis : sacro corpori adjungit fila, et magnis Divam consanguineam ornat donis, jam cœlestem ejus experta virtutem : mox etiam citatis equis nullo obstaculo repetit iter, multo magis Sanctam reverita Martyrem, redditis jam staminibus, quam si eadem cœlo propitio retinuisset ; et ab hoc tempore sanctæ Virginis admiranda, quæ Deus patravit, opera fuerunt accuratius tabulis consignata.

impetratis de Sanctæ mappula filis,

sistitur ad portas, donec ea retulerit.

3 Solet divina bonitas Sanctos, ea præsertim corporis parte gloria decorare, qua plurimum amore Christi pertulerunt ; iis etiam morbis patronos et tutelares præficere, quos ipsi, dum viverent, toleraverunt. Ita Sancti Rochus et Ludovicus Galliarum Rex, pestifero morbo infectis ; S. Aurelia, febrientibus suis succurrunt suffragiis ; nam horum morborum tolerantia Deo mirifice placuerunt : Sancta vero Apollonia dentium medetur doloribus, et sancta Martyr Cunera iis noscitur facilius opitulari, qui anginæ molestiis, vel gutturis tumoribus cruciantur, quia mantili præfocata martyrii lauream reportavit. Wilsem prope Harlemium pagus est, hic, dum quidam piscem avidius quam cautius edit, spina guttur occupat ; quæ tam arcte claustra œsophagi constrinxit, ut dies octo nec cibo nec potui ullus in stomachum pateret aditus. Is, damnata medicorum ope, quorum remedia frustra expertus erat, ad S. Cuneræ confugit opem ; ejus se spondet sacrum tymbum Rhenensi in oppido supplicem veneraturum. Quam mox oravit, tam mox impetravit Martyris cœlestem mali medicinam : nam continuo cum piscis spina dolores exspuit, laxato œsophagi aditu, est via cibo sumendo reserata. D

Matrona fauces dolentium.

eximit spinam gutturi hærentem,

4 Simili malo in Batavia ossiculum guttur adeo cuidam clauserat, ut deglutiret nihil. Multo jam tempore magnis lancinabatur doloribus : una supererat ossiculi depellendi spes S. Cuneræ deprecatio ? cujus festivitatis pervigilio Rhenam summa pietate adit : et ad aram progressus, in qua sacri Cineres populo monstrabantur; eos, quibus sacri thesauri custodia demandata erat, adiit ; et summis obtinuit precibus, ut mappula, quæ collum Martyris strinxerat, applicaretur gutturi. Nec sua illum pietas frustrata est ; excussum in terram, cunctis attonitis, ossiculum est, applicato sacro pignore; rediitque statim sperata sanitas ; quare gaudio vix sibi præsens, Deum in sancta Martyre dono oblato collaudavit. E

aufert ossiculum, admota mappula,

5 Illud etiam memorabile, quod in Zelandia, loco qui Ziercksee appellatur, Martino Jacobi filio contigit. Hunc angina tumens vexabat pertinaciter, ut viginti ipsos dies noctesque nec sibi pauxillum, vel liquoris guttulam sorbere valeret. Quam desperarant pridem medici sanitatem, eam sancta Cunera precibus invocata reddidit ilico ; nam ubi se voti religione obstrinxit, quod molem et gravitatem corporis sui jam desperati, pari tritici vinique pondere, auro simul et argento redempturus esset ; præterea prolem primam femineam, si quam ei Deus largiri dignaretur, Cuneræ nomine ad refricandam beneficii memoriam nominaturus ; continuo gutturis laxatis angustiis, fœdam pessimorum humorum congeriem egurgitat, ac Martyris beneficio constanti deinde frui cœpit sanitate.

in unam [illegible],

6 Porro ipso S. Cuneræ festo die, Ultrajecto Rhenam parens quidam adduxit filium, qui obtorto natus collo, tristi spectaculo dorsum respectarat ; sed ut primum hanc ipsam Deo Virginique Martyri peregrinationem voverat, rectum humani capitis positum et constitutionem impetravit. Coloniam etiam Agrippinam, cœlestis ejus virtus dimanavit. Testis illius luculentus civis anno MDII cujus filiæ collum ita intumuerat : ut vultus oblique distorqueretur. Nulla spes mali pellendi humano remedio supererat : quocirca ad divina conversus, cum uxore sua parens, et filia, vovet ad S. Cuneram profectionem. Vix id mente conceperat, cum detumescere collum, situm caput nativum recipere, redire filiæ sperata sanitas. Nec promptiores fuerunt in vovenda, quam explenda peregrinatione, quam insigni mentis pietate peregerunt.

collum distortum,

7 Majus, anno MCCCCLXXXI, capto Rhenensi op-

ex Crombachio. Culter in gutture non læso curvatur:

A pido, gutturi Wilhelmi Haac periculum ab hoste imminebat. Nox erat; cum clamores et ululatus civium, teneri hostium armis Rhenam, satis indicarent; ille lecto nudus exiliens, et solo tectus indusio, procurrebat ad templum velut asylum. Sed hostis in via miserum intercipit, affligit solo; jamque jacentem pede premens, ejus jugulum cultro feriebat. Ille S. Cuneram ingeminare : nec incassum missæ preces. Mira res! culter ceræ instar molliter lentescens reflectitur, quasi impactus silici; et triplici sinuatus circulo, ferientis dexteram circumscribit, salvo et incolumi Wilhelmo. Cujus in obtenti beneficii monimentum, culter ipse ad sanctæ Martyris lipsanothecam diu Rhenæ suspensus olim, adhuc creditur superesse. Nec tacendus Ultrajectinus civis, qui manuario sibi opere victum comparabat. Ejus linguam pravus humor insederat, et elinguem dimidiato jam anno reddiderat. Ut hoc incommodo miser levaretur, adornat Rhenam versus peregrinationem. Jamque ad pagum Dorn pervenerat, cum disertus et eloquens finem reperit nullum deprædicandi S. Cuneræ merita, tam Rhenæ ad sacras exuvias, quam redux in patria. Anno MDIII

linguæ impedimentum solvitur :

B puerum alebat Ultrajectina femina, sex jam hebdomadas ita captum oculis, ut nihil eorum, quæ proxime locata essent, discerneret. Mater, tot prodigiorum fama permota, votivam spondet Rhenam versus peregrinationem; et puer, excussa protinus caligine, recepit lumen oculorum.

cæcus illuminatur:

8 Puella quinquennis, quatuor ipsos annos clauda, sine usu pedum et manuum, resolutione quadam nervorum cruciabatur, lecto continuo affixa. Sæpe peregrinationem voverat, effectu tamen nullo. Nox erat, et dum mater natam tantis videt affligi doloribus, in singultus imo ululatu erumpit, quasi mentis et sui impotens. Filiola, velut matrem consolatura, exclamat; O mater, Cunera. Vox illa, quasi cœlo missa, matrem reddit sibi, et ad spem recuperandæ valetudinis S. Cuneræ precibus erigit, cujus tunc admirabilium operum famam recordabatur. Ergo oculos manusque in cœlum tendens, pari pietate et fiducia, contra vim morbi S. Cuneram implorat, ne minus in filiam suam benigna esset, quam fuerat in alios; spondet cum incolumi prole peregrinationem. Nec vana spes aut imploratio fuit. Precationem excepit sanitas : cubitu se allevat filia; surgit incolumis, et anno MCCCXVIII, in pervigilio S. Cuneræ, cum matre sacrum invisens tumulum, gratulatur suppliciter Deo, et sanctæ Martyris merita prædicat, præsentibus stupore attonitis.

puella 4 annos affixa lecto, orante pro ea matre:

C

9 Lindæ in Batavia, provectæ ætatis vir, compedibus ferreis vinctus, detinebatur tetro in carcere. Æger animi mœrebat senecio : nec enim succurrebat modus, quo vinculis eximeretur. Una restabat salutis anchora, S. Cuneræ fidum in ærumnis invocatæ solatium et auxilium. In genua provolvitur, et Divam illam precatur, miserum ut carcere liberet : spondet votivam non sine munere peregrinationem. Ratum id fixumque Superi habuere. Audit miser jucundo strepitu ferrea retinacula crepitare; mox numellas, quibus adstricta cervix, decidere videt, in frusta minutissima dissipatas; idem videt in compedibus : et jam vinculis omnibus liber, Diva eadem protegente, Rhenam perducitur; S. Cuneræ præco, cunctis narrare cœpit, quæ vix ipse nisi sibi credidisset.

captivus, ruptis vinculis, Rhenam perducitur:

10 Est in Velavia ducatus Geldriæ locus, Putten incolæ vocant. Hic quinquagenario major herniosus utrimque erat, ita quidem, ut nec mutare locum posset, neque tamen violentia morbi pateretur uno in loco consistere. Cui a cœlo et bono genio venit ea cogitatio, ut S. Cuneræ Rhenensi corde et ore votum voveat. Statim ab ipso voto hernia introcedit, D et solidatur, sospesque S. Cuneræ gratulatur. Acutissimis mulier, anno MCCCCXLVI, calculi doloribus vexabatur : sed sine remedio fuit, cum tantis pungeretur aculeis, ut viribus defecta morti proxima videretur. Concipit votum sanctæ Martyris reliquias adeundi. Remisit quidem, non sublatus omnino dolor est; donec præsentem se Divæ sisteret; tunc enim omni soluta molestia, malum prorsus depulsum sensit. Iisdem aculeis alia mulier lancinabatur, et ipsa votivam spoponderat peregrinationem. Jam Rhenam venerat, cum solito vehementior ægram incessit dolor, ut animam jam actura videretur. Iterum S. Cuneram invocat, et munus appromittit. Ecce tibi mane calculus pone in lecto, columbini ovi magnitudine, reperitur, salva femina.

sanatur gravis hernia, et dolor calculi.

11 His tot prodigiis factum est, ut S. Cuneræ nomen, non in Batavia, Geldria, totoque Belgio tantum fuerit magna apud summos infimosque in gloria, sed etiam veneratione; vulgoque mortales ejus fidem et patrocinium, jam inde retro a mille annis implorarint. Neque vero Germaniæ finibus se S. Cuneræ virtus tenuit : transgressa Galliam pervadit in Lusitaniam : nam de Sicilia, sequenti dicam capite. An. MCCCCXXXV Virgo quædam Portugalla E erat, quam papilla ingenti cruciatu affligebat. Cum summo levando dolori nullum chirurgi medicique sponderent auxilium, postquam Divos Divasque varias cassis invocasset precibus, nocte concubia per quietem adstare sibi puellam videt, quæ his ægram compellat dictis : Quin tu Virgini et Martyri Cuneræ votivam spondes peregrinationem, Rhenam versus? medicinam enim præsentem experieris. Paret rite monenti ægra : voto concepto statim abscedit dolor, sanam et vegetam papillam cernit : grata etiam germanum viæ adsciscit comitem, et per tanta locorum intervalla, longo et difficili itinere, Rhenam tandem non sine molestia reperit; ibique vulgato prodigio, et munere Divæ suæ appenso, remeavit sospes in patriam.

Lusitana puella oculum dolens sanatur et Rhenam venit.

PARS SECUNDA

Liberatio ex variis vitæ periculis.

Et quia tanto locorum divortio Portugalliam adivimus; Siculum, si lubet, mare, duce eadem propitia, invisamus. In hoc arbitror æquore Henricus Mom, civis Rhenensis, cum socio Rumeler, adversis ventis vitæ discrimen adiit. Erat Henricus non ita maris sirtiumque, ut forte Rheni, peritus. Navim in altum provectam, atrox tempestatis vis adorta, in ultimum adduxit discrimen : imo procella sæviente, omnemque artem vincente, vi in scopulos impacta ejecit vasa omnia, et vectores triginta duos, qui fluctibus hausti perierunt. Henricus, trepida, imo desperata in re impavidus, quod unum restabat salutis remedium, clavum arcte complectitur; atque quo securior esset, eidem se vinculis alligat, ne fluctuum violentia avulsus sorbeatur. Interim jactatur procellis, nunc in altum nubibus imminens, mox in abyssum reciprocis fluctibus devolvitur : nec tamen ita mentem tempestas emoverat, quin Deiparæ et Divæ tutelaris patriæ suæ S. Cuneræ meminisset. Supplex igitur, quibus potest precibus, certe calentibus, quæ præsens imago mortis expresserat, cœlestem hanc sibi naufrago, et fluctuanti deposcit anchoram; ne cum corpore, quod formidabat, etiam animæ salus in discrimen adduceretur. Nec tamen faciles habuit Divos; triduum jactatus undis oravit, nec fractus procellis, nec desperavit Cœlitum auxilium, licet in arcto res esset. Fuit ea dilatio major, ut salus momento reddita gratior accideret.

Rhenensis nauta circa Siciliam passus naufragium, F *et cum clavo navis sua triduum jactatus,*

A

S. Cunera apparente animatur

12 Tertius jam illuxerat dies, cum S. Cunera, specie duodennis aut tredecennis puellæ, mortali augustior, inter undas maris supra clavum emicat (nihil enim præterea e navi reliquum usquam apparebat) clarumque lumen superfulsit, quod tenebras dispulit. Ac primo quidem formidine quadam correptus est, sed ea mox suavi Martyris alloquio discussa penitus fuit : jubet enim metum ponere, Cuneram se esse, cujus triduo, et trinoctio opem implorasset; Rhena se venisse, ut fluctibus et vitæ periculo exempto, præsens solatium et auxilium adferret. Subjecit : Volo autem, ut Deo mihique voveas, non ante te Rhenæ in meo oppido quidquam gustaturum aut bibiturum, quam cum uxore tua et quinque filiabus obieris ea loca, quibus annua religione meæ Reliquiæ deportantur. Tu, cum uxore

et salvus Catanæ appellitur,

et liberis, pariter nudipedes, absque indusio, pie circuibitis, donec ad tumulum meum redeatis : tum vero corporis tui molem pari tritici vinique pondere redimes, annuamque meo honori institues peregrinationem. Hic Henricus, pulso jam timore, offert se ad omnia promptum paratumque. Cui Virgo : Vale, mi Henrice, salvum te et incolumem esse et manere jubeo : Rhenam jam mihi redeundum est.

B

Respicit abeuntem naufragus, et momento temporis (o Dei bonitatem! suam Martyrem honorantis!) illa evanescit ex oculis, et naufragus se in sicco constitutum miratur, eo loci ubi S. Agatha requiescit. Quis incredibilem animi voluptatem explicet, quam percepit, cum se non periculo tantum, sed etiam periculi metu liberatum vidit, et sospitem, ac vegetum? Sed quia pecunia defecerat, ut sibi viaticum compararet; apud navarchum loci suam locavit operam in hebdomadas duodecim : inde tantum collegit, ut Romam pervenerit : ibidem in cognatum

atque inde Rhenam.

suum Ricquinum a Dominis incidit; a quo mutuatus argentum, salvus in Bataviam Rhenam rediit; et quæ sancte promiserat, sanctius cum familia executus est. Sed nunc regressi in Bataviam, ibidem rem etiam magis mirandam videamus.

13 Tessendoriæ in Batavia, ducatus Geldriensis

Puella puteo mersa,

et diœcesis Ultrajectinæ, prope aquam quam Pottum accolæ vocant, die dominico, parentes in templo rei divinæ intererant, relicta domi sola quinquenni filia, Ea cum vagatur incautius, in puteum decidit. Audi rem miram, et vix auditam hactenus. Adest S. Cunera Virgo, quæ dimisso fune educit teneram, quam ad ripam vicinæ aquæ Pottum appellatæ, intra sic-

C

cam deponit foveam : ibique perstitit cum puella diem et noctem, crepusculum usque matutinum, ne qua molestia vel periculum illi soli nasceretur. Felix custodia, quam pro mortalibus parentibus felicius

indeque extracta a Sancta,

Cœlites suscipiunt! Interea, perpetrata re divina in ecclesia, domum parentes redeunt; prolem suam oculis et affectu repetunt; quærunt in vicinia et a vicinis ipsis, si quis vidisset : negare omnes. Patrem interim formido incessit, ne forsan undis mersa periisset filia. Ergo solicitus totum diem, omni instrumentorum genere, fundum aquæ ad ripam explorat diligenter, si forte vestigium aliquod hominis vel vestimenti appareret : sed cum ludere se videt operam, et humana deficere subsidia, pie ad Cœlites convertitur, S. Cuneram, ut mœstorum perfugium, advocat. Cum parente tristior mater orat Divam, respiciat orbitatem, soletur lacrymas; reddat filiolam tristibus, additque doni votum. Sed eo quidem die domum afflicti redeunt sine filiola : postridie cum sol occumberet, parens eodem loci requirebat equos, domum reducturus : ubi filiolam metu securam offendit, vacantem lusibus. Ille stupere primo : stu-

post triduum salva Rhenæ sistitur,

por mox in iram vertit. Increpare igitur parvulam, ubi duos ipsos dies dilituisset? Cui filia : Ego, mi Pater, prope domum in puteum decidi, e quo me S. Cunera eductam hic deposuit. Viden', mi Pater? D

Ex Crombacchio.

Ecce ipsam S. Cuneram, illac Rhenam versus abeuntem, unde cibos mihi plurimos attulit. Petiit etiam, ut nomine suo rogarem te, ut me cras Rhenam deductam, pro more vino triticoque redimas; quod ni feceris, gravius damnum spretæ monitionis imminere dixit. Hoc inopinato eventu, tantisque Cœlitum favoribus exultantes parentes, piis filiolæ parent consiliis; Deoque et S. Cuneræ grati, postridie filia Rhenam deducta, lubenti prolixoque animo vinum triticumque sanctæ Virgini obtulerunt, a qua biduo fuerat cœlestibus epulis recreata.

14 Et quia de mersis sermo incidit, age plura hujus generis beneficia unum in fasciculum colliga-

Resuscitatur puer submersus unus,

mus. Joannes Ægidius, Ammerongam et Wickam inter, prope aggerem qui arcendis aquarum inundationibus objicitur, filium habebat decennem; qui delapsus e navicula, absorptus erat undis. Percellitur amisso filio pater; et quod res erat suspicatus, scapham inscendit, fundumque harpagonibus lustrat, reperitque sub navicula filium exanimem. Extrahit cadaver, non sine lacrymis : advolat et uxor, luctu pene exanimata. In hoc doloris æstu parentes ad S. Cuneram tristes animum et preces vertunt, ambo in genua provoluti, votum peregri- E
nationis adjiciunt; et pro more farris vinique tantum, quantum filius appenderet. Hic puer, o rem miram! statim vitam et vocem recipit, surgit; cum parentibus domum, cum iisdem, mox Rhenam venit, gratiam acturis et laudem Martyris propagaturis.

15 Est prope Trajectum in orientali plaga locus, *alter,*
unde cespites effodiuntur : ibi ad S. Martini pontem puer in stagnum lapsus est. Mater anxia ubique quærit prolem amissam, voce et oculis; nec tamen comparet uspiam. Hic, ut sæpe mali præsaga mens, ad stagnum vadit. Heu! videt capiti insistentem, surrectis in aerem pedibus, cœno et aquæ immersum. Lugubre, eheu, spectaculum! Extrahit tamen : et ubi nihil animæ et palpitationis reperit, funus lecto infert. Quatuor jam horas puer animam ejecerat; spes tamen matrem non deserit. Vicinos præsentes exemplo ad Dei Cœlitumque poscendam opem provocat; prolapsi in genua calidis precibus et lacrymis opem poscunt, et S. Cuneram invocant. Statim vitam puer viresque recipit : post paulo Rhenam parentes cum filio veniunt, factum narrant, laudes gratesque dicunt.

16 Alia mulier, quæ in Rhenensi parœcia fixerat F
et tertius
domicilium, Christiano more, festo Palmarum ad templum ierat, ut divinis vacaret laudibus. Ut domum rediit, filium etiam suum vicino in puteo mersum reperit; quem eductum ut exanimem vidit, ilico genibus nixa ad S. Cuneræ confugit auxilium, spei plena, nec irritis precibus : redanimatur filius, et S. Cuneræ merita prædicat. Simile quiddam prope *item ancilla.*
Amstelrodamum, nobile Hollandiæ emporium, accidit Westhoviæ Hic ancilla quædam famulabatur, quæ, quo casu nescio, mersa aquis, excivit parentes. Jam tres horas exanime jacebat cadaver, ipsi tamen non desperarunt cœleste auxilium : peregrinationem vovent cum filia ad tymbum Rhenensem sanctæ Martyris, quæ revixit ilico, surgensque pariter cum iis Rhenam profecta, persolvit quod pie parentes promiserant.

17 Multos alios, vel obtritos, vel præcipites ex alto lapsos, sanitati vel vitæ etiam restitui.

Puer sub curru saxifero obtritus

Forte Chorus Rhenensi templo adjungebatur : lapides et cæmenta convehebantur. Ibi Henrici ab Oykere filius, dum in plateis indulget puerilem in lusibus, a biroto curru lapidibus onusto obteritur. Accurrunt suppeditatum vicini : sed vitæ superstitis nulla apparebant indicia. Erat mater in domo Wilhelmi

A lhelmi a Pluderen; cui cum tristis adfertur nuntius, illa lamentari, et suam deplorare orbitatem: prudente tamen usa consilio, qua in S. Cuneram erat ut pietate sic fiducia, sublatum brachiis cadaver ad ædem sacram defert, et prope sacram lipsanothecam deponit. Hic illa ardentibus et audacibus instare precibus, quas vehemens filii amor expresserat; et cum lacrymis ita affari Martyrem: Ecce Sancta Martyr, ecce filium meum, tuo in opere obtritum et exanimatum: ergone censeberis isti filio meo et civi tuo vitam eripuisse, qui toties alienos etiam exterosque mortuos ad vitam revocasti? Redde, obsecro, redde filium matri, tuo in opere tam atroci sublatum mortis genere: ego sancte tibi recipio, si vita tuo fruatur munere; tuus, dum vita comes illi erit, peregrinus erit, et tuo se mancipabit obsequio: et mecum præsentes omnes munus aliquod tuas ad aras offeremus. Oravit et flevit mater: jacebat exanimis filius; an ut mora illa mors filii testatior cunctis redderetur? Ergo in altari prolem collocat, preces ingeminat, fiduciam ipsa mora acuit: cum læto spectaculo puer oculos aperire, circumspicere adstantes, quærere matrem, prensare ubera, et lac avido sugere ore; redeuntque incolumis B ac sospes domum

Ex Crombacchio.

et a matre oblatus Sanctæ,

reviviscit:

18 Ultrajectina in urbe, in octava Natalis Deiparæ, puer incautior sub currum bene oneratum lapsus est; cui rotarum attritus cranium effregit: ut per auriculæ dependulæ hiatum reconditi meatus cerebri paterent intuenti. Jacebat quinque ipsas horas, suspirium nullaque vitæ edebat signa; non motum, non halitum. Tacti tam acerbo fato pia miseratione vicini cum parentibus, mortuum S. Cuneræ offerunt: parentes etiam votum peregrinationis interponunt. Cordi ea pietas Superis fuit: statim sui compos, mali omnia expers redditur: stetitque intuens intuentes. Unum restabat incommodum, auris dependulæ vitium. Vocati igitur chirurgi aurem capiti assuunt; statimque vulnus omne consanescit. Grati igitur cum filio parentes, ut religione etiam animum expediant, Divam ipsam in loco salutatum veniunt, et de beneficio laudes dicunt.

item alius:

19 Eadem in urbe novennem filium habebat Joannes Wannemaker, civis Ultrajectinus. Is e duobus solario decidit in caput, quod mire lapsu attritum afflictumque erat, subitoque exanimatus dimidiatam C horam jacuit: ita vicini clamoribus exciti testabantur. Qui tamen ad lacrymas parentum ingeniculati, more locis illis recepto, Deum Sanctamque Cuneram supplices obtestabantur pro salute pueri: adeunt parentes votum peregrinationis nudis pedibus Rhenam instituendæ, Vix voto se obstrinxerant, cum revixit et reviguit puer, nulla corporis relicta noxa. Læti igitur nudipedes iter ingrediuntur; actisque pro more gratiis, eodem habitu Ultrajectum repedarunt.

tertius ex alto in caput,

20 Atque sicut hi exanimes vitæ redditi, sic non minus mirandum, quod cuidam, ex casu et membrorum collisione ac conquassatione morti proximo, evenit. Erat Joannis von Dohm opificis famulus, cum chorum S. Cuneræ architectaretur; ei datum in mandatis, ut locum fenestra occluderet. Stabant erectæ machinæ, et fulcra, quibus insisteret; dumque in iis it reditque incautior; nescio an fallente vestigio, an vero machina nimio pondere pressa, debilitata, atque adeo fracta, præceps sane magna cum saxorum vi ad terram labitur, corpore in subjectam struem lapidum fortiter impacto et conquassato; ut semianimis domum delatus, desperatis humanis remediis, morti proximus videretur. Joannes Architectus, famuli sui et nepotis vicem dolet; et eo magis, quo sanguine ei conjunctior erat. Is, cum piis viris, feminisque, Deiparæ et S. Cuneræ patro- D cinium, pro ipsius etiam Divæ honore, implorat ardentius ei, qui dum operi sanctæ Martyris invigilat, se afflixerat; addit ægri nomine vota. Repente præsenti periculo subtrahitur, tumor et vulnera consanescunt; valet, vigetque, ita quidem, ut postridie ad labores redierit, fenestram occluserit, et suo conceptum nomine votum libenter exsolverit.

et faber cæmentarius in struem saxorum lapsus:

21 In Hollandiæ loco, quem Wilsen vocant, erat effrænis et intractabilis equus, imo rabiosus, ut rudentibus adstringeretur, ne elapsus noceret hominibus. Crescebat effera rabies, ut de occidendo jam deliberarent: cum ruptis omnibus vinculis, effracto violenter stabulo, procurrit; et cum hinnitu crebro fremituque, calcibus intentatis pulsat, ferit; quod si audacior quispiam tentaret accessum, adversus occurrebat, et ni mature fuga elaberetur, calces assilientis et præsentem mortem non evasisset. Jam non tam de equo suo, quam ne noceret aliis herus solicitus, S. Cuneræ vovet, Deo in fidem et testimonium fidei adducto, peregrinationem. Dicto citius cadit rabies et ferocia; redit sponte ad stabulum, jam ad nutum tractabilis; sessorem excipit quemlibet. Lætus eventu tam felici concepti E voti, Rhenam versus iter adornat eques; offert donativum, præco non minus ipse, quam mansuetissimus equus S. Cuneræ meritorum.

equus rabidus mitescit,

22 Mortuis etiam quandoque S. Cuneræ merita vitam reddiderunt. Delicium cujusdam equus erat; quem cum repentina mors domino eripuisset, spem nondum eripuit usum ejus et vitam recuperandi: nam ad promissam S. Cuneræ visitationem consurgit e vestigio redivivus et alacer, quem dominus inscendens S. Cuneræ non sine munere stitit. Illustrius quod subjicio. Vollenhoviæ, in superiore parte Ultrajectinæ diœcesis, arcis satrapa caballum generosum alebat, quem mors oppresserat. Jam soleæ ferreæ pedibus exemptæ erant, et aderant qui pellem detraherent. Puer qui a stabulo erat, doluit vehementer: obstringit se honori S. Cuneræ Rhenensi in templo positurum ceream equi effigiem, tanti monimentum prodigii, si resurgeret. Placuit Superis hominis desiderium: redit anima, vita, et hinnitus equo: consurgit, se inscendendum offert famulo; qui quatuor soleas ferreas, quæ hodie adhuc servantur, cum cerea effigie equina offert; Satrapa Deum et Martyrem gratiis et laudibus pro- F sequente. Addit Anonymus vitæ auctor, innumera esse et quotidiana istiusmodi circa bruta prodigia quæ ob nimiam frequentiam vilescant, nec omnia possunt mitti in tabulas; sed ea tantum, quæ novitate rei insigne quiddam continent, observari.

resuscitatur mortuus unus,

et alter jam excoriandus

23 Ut in pios benigna S. Cunera, sic in sacrilegos immitis, in blasphemos severa, ita tamen ut pœnitudo delinquentis possit severitatem mitigare. Anno MCCCCXCIX, Dux Geldriæ, subito et inopinato instructus peditum et equitum, exercitu, Rhenam occupavit; et militibus oppidum diripiendum donavit. Illi flamma ferroque sæviunt, domos civium effringunt, nec a sacris etiam locis sacrilegas abstinent manus. Jam æde S. Cuneræ violenter reserata, sacra diripiebant; et duo præsertim equites insignite improbi, non obvia tantum rapiunt; ipsum templi pavimentum scrutantur, et terram emoliuntur altius, si forte alicubi reconditus thesaurus lateat. Luere sacrilegium, ut pœna corporis, sic animæ: nam ingens sepulcralis lapidis moles in fodientes, non sine Numine ruit, obterit, sepelit. Vulgatur toto oppido vindicta Numinis; quando, aliquanto serius pulsatis tympanis, severe militibus præconis voce interdicitur, ne Deo dicata loca effringant, spolient, violent. Ita tymbus S. Cuneræ pretiosus

Milites captum oppidum diripientes,

duo Sanctæ ædem violantes, ruina obruuntur:

A pretiosus, quem harpyjæ istæ cum anathemate rapacibus presserant manibus, remansit inviolatus; exercitus vero movit se loco, oppido excessit, Rhenamque sanctæ Martyris reliquit custodiæ. D

DE S. LEONE PAPA III,

ROMÆ IN BASILICA VATICANA.

COMMENTARIUS HISTORICUS.

§. I. *De cultu ejus, vita ante Pontificatum, et primi quadrienni actis.*

A. DCCCXVI Nuper Romano Martyrologio adscriptus,

Cur Leo Papa III, *nihilominus de Catholica Romana Ecclesia bene meritus fuerit, neque leviores pro Dei causa labores sustinuerit, quam ejus nominis* Primus, Secundus, *et* Quartus *omnes adscripti sacris Fastis Romani Martyrologii; mirum sane est, illum honore isto caruisse, usque ad annum* LXXIII *currentis nunc seculi; quando* sacra Rituum Congregatio ad preces Capituli et Canonicorum sacrosanctæ Basilicæ Vaticanæ S. Petri, referente Eminentiss. D. Cardinali Bona, censuit die E XVII, in Martyrologio Romano esse apponenda, die XII Junii *quædam* verba, prout jacent diligenter examinata et approbata, *videlicet*, Romæ in Basilica Vaticana S. Leonis Papæ tertii, cui erutos ab impiis oculos et præcisam linguam Deus mirabiliter restituit. *Prævius eis ad hoc visus est Philippus Ferrarius, in utroque Catalogo hac ipsa Depositionis ejus die. Multo etiam citius idem fecisse videntur Coloniæ Agrippinæ Carthusiani, in suo auctiori Usuardo, prout eum habemus Coloniæ et Lubecæ excusum anno* MCCCCXC, *sed, quod mireris, ad* XIII *Aprilis, quando* S. Leo I, *colitur, quasi Tertii* Natalis *fuerit : quod nullo sensu potest verificari, quemcumque demum Natalem sumas. Illis autem etiam prior Petrus de Natalibus, inter Vitas Sanctorum*, Leonis III *ut* Sancti *meminit; sed nullo die addito, lib. 6 cap. 19 sui Catalogi anno* MCCCLXXXII *finiti.*

antea vero relatus ut Sanctus a Ferrario,

Coloniensibus.

et Petro de Natalibus

2 *Neque censeri debent privata auctoritate quidquam illi fecisse, quandoquidem apud Romanum Canonicum, sub Eugenio Papa III florentem, in Basilicæ Vaticanæ descriptione num.* XL, *de Oratorio S. Leonis IV Papæ leguntur hæc verba :* Ante altare S. Mauritii, juxta aditum qui vadit ad S. Martinum post S. Petrum, est oratorium S. Leonis Papæ Quarti : in quo, sicut C sæpe a nostris majoribus accepimus, videlicet a Domno Presbytero Censio Priore et Domno Christiano, sanctæ recordationis Domnus Paschalis Papa secundus, corpus B. Leonis Papæ, Primi, et Secundi, et Tertii, et Quarti recondidit : sicut etiam multi nostrorum viderunt, *post initium nempe seculi* XII, *sub cujus medium Canonicus ille scripsit : quando ibidem adhuc legebatur lapidi insculptus, hic titulus :* Sub hoc altare sunt corpora SS. Leonum I, II, III et IV, Pontificum et Confessorum. Ex libro quoque memorabilium Basilicæ Vaticanæ, ab anno MDLXXV, habetur instauratio altaris seu oratorii Sanctorum Leonum Primi, Secundi, Tertii, et Quarti. Item apertio sepulcri et inspectio corporum eorum die I Augusti, anno MDLXXX, Gregorio XIII summo Pontifice... in eaque apertione sepulcri, acceptæ fuerunt supradictæ Reliquiæ (*quæ scilicet antea dictæ fuerant* in capsa rubro serico tecta *contineri*) fidelium aspectui perpetuo præsentandæ. Anno autem MDCVII die XXVII Maji, Dominica infra Octavam Ascensionis, solenni processione sacra ipsa corpora, in ara Deiparæ Virginis in Columna, honorifice collocata fuerunt. *Ita* Catalogus *sacrarum Reliquiarum* almæ Vaticanæ Basilicæ, qui Paulo Bzovio et Marco Aurelio Maraldo, S. D. N. Pauli Papæ Datariis, ejus Basilicæ Canonicis majoribus Sacristis curantibus, fideliter est scriptus anno MDCXVII : *de quo pluribus a nobis actum* XI *Aprilis, ubi de* S. Leone I : *cui aliisque duobus similem, quoad opinionem sanctitatis, semper habitum Tertium, ex dictis liquet.*

talis autem semper Romæ fuit habitus,

æque ac tres alii,

communi cum illis tumba depositus et translatus.

3 *Acta scripsit Anastasius Bibliothecarius, ad annos circiter* LXX, *post* Leonem *suum de Vitis Pontificum opus prosecutus; scripsit autem prolixissime, quia plurimam materiam suggerebat prolixa illius erga Romanas ecclesias liberalitas, a qua profecta munera sigillatim enumerat; utinam æque solicitus, ad memorabiliora ejusdem gesta alia, publicam Ecclesiæ causam spectantia, prosequenda! Nunc præter ista, satis legenda apud ipsum, vix alia habemus, quam quæ et melius scripta reperiuntur apud Auctores Coævos Caroli Magni gesta prosecutos, huic et illi communia. Interim initia ejus ex Anastasio sic accipe.* Leo Tertius, natione Romanus, ex parte Azuppio, sedit annos viginti, menses quinque, dies decem et sex : *plures*, septem *legunt; sed hos ipse auctor in fine corrigit.* A parva ætate in Vestiario Patriarchii enutritus et educatus, omnemque ecclesiasticam disciplinam spiritaliter eruditus, tam in Psalterio quam in sacris divinis Scripturis pollens, Subdiaconus factus, in Presbyterii honorem provectus est. Erat enim vir castus, loquela facundus, et animo constans : ubi vero inveniebat præcipuum aliquem Monachum vel servum Dei, in colloquiis divinis et oratione, cum eo penitus vacare non cessabat. Valde nimisque hilaris in eleemosynis existebat, verum etiam et infirmorum maximus visitator, prædicans illis * scripturaliter, ut pro cura pauperum, animas suas in eleemosynis redimerent : qui plures ejus prædicationibus annuentes, quidquid ille pro Christo commendabat, occulte diu noctuque pauperibus erogabant, fructum animarum crebro offerentes salubriter Deo. F

Acta qualia scripserit Anastasius

Asserit hic a puero institutum rebus sacris

** an aliis ?*

plenumque virtutibus.

4 Dum taliter, in ipso Vestiario præcipue degens, splenderet, et ejus solertissimam curam ipse Vestiarius diligeret, ab omnibus amantissime diligebatur. Quapropter *mortuo die* XXV *Decembris* DCCXCV *Hadriano I*, divina inspiratione, una concordia eademque voluntate, a cunctis Sacerdotibus seu Proceribus et omni Clero, nec non et Optimatibus vel cuncto Populo Romano, Dei nutu, in Natali beati primi Martyris Stephani electus est; et sequenti die, in Natali S. Joannis Apostoli et Evangelistæ, ad laudem et gloriam omnipotentis Dei, Pontifex in Sede Apostolica est ordinatus. Erat enim Ecclesiasticarum rerum defensor, et contrariorum fortissimus expugnator; et nimis mitissimus, et eidem ecclesiæ benevolus atque præclarus amator; tardus ad irascendum, et velox ad miserandum; nulli malum pro malo reddens, neque vindictam secundum meritum tribuens, sed pius ac misericors. Tempore Ordinationis suæ studuit justitias facere. *Ita creatus ordinatusque* Leo, *ineunte mox anno novo* DCCXCVI; per Legatos suos, claves confessionis S. Petri ac vexillum

magno consensu electum et ordinatum.

qui mox legatis missis ad Carolum Magn.

AUCTORE D. P.

A lum Romanæ Urbis, cum aliis muneribus Regi *Francorum, et Longobardorum Carolo* misit; rogavitque ut aliquem de suis Optimatibus Romam mitteret, qui populum Romanum ad suam fidem atque subjectionem per sacramenta firmaret, *tamquam Urbis Romanæ* Patricio, *per Hadrianum prædecessorem creato, id est, tamquam* Defensori; *non vero ut* Domino; *quia (ut infra ostendetur) nec Imperator quidem coronatus et unctus, vel unius pagi dominus eo titulo factus est Carolus, nedum jure Patriciatus.* Missus est autem ad hoc Engelbertus Abbas monasterii S. Richarii: per quem etiam tunc ad S. Petrum magnam partem thesauri, quem Ericus Dux Forojuliensis, spoliata Hunorum regia quæ Ringus vocabatur, eodem anno de Pannonia Regi detulerat, misit. *Ita Eginhardus in Annalibus, ipsiusmet Caroli Secretarius.*

reciproce ab eo legatum accipit,

5 *Misit etiam epistolam, qua* Leoni Papæ perpetuæ beatitudinis in Christo salutem *precatus,* Perlectis, *inquit,* Excellentiæ vestræ litteris et audita chartula decretali, valde, ut fateor, gavisi sumus, seu in electionis unanimitate, seu in humilitatis vestræ obedientia, et in promissionis ad nos fidelitate. In quibus omnibus, ex intimo cordis affectu, B multiplices divinæ pietati agimus gratias; quia nobis, post lacrymabile doloris vulnus, quod animæ nostræ dilectissimi patris et fidelissimi amici obitus inflixit, tale in vobis solita suæ clementiæ providentia solatium perdonare dignatus est. Unde et vestræ Sanctitati, quasi vicario lætitiæ munere, per ejusdem Dei et Domini nostri Jesu Christi misericordiam, qui sanctæ suæ Ecclesiæ in vestræ Beatitudinis exaltatione consuluit, nostram omniumque fideliumque nostrorum demandamus prosperitatem, nec non et pacificam in Dei voluntate totius regni nostri innotescimus unanimitatem; ut æque in nostræ devotionis gaudeatis, sicut et nos in vestræ Sanctitatis lætamur successibus........ Ad dilectionis pacificam animi unitatem, Angelbertum, manualem nostræ familiaritatis, vestræ dereximus Sanctitati; quem prius... beatissimo Patri nostro, prædecessori vestro dirigere curavimus; sed dum exenia omnia parata erant, lugubri paternæ mortis nuntio repente tardatum est iter illius. Sed modo lætiores de vestræ Sanctitatis successione facti, quod desideraveram in illo pio Patre agere, in vobis perficere studemus: illique omnia injunximus, quæ vel nobis voluntaria, vel vobis necessaria videbantur: ut ex collatione mutua conferatis, quidquid ad exaltationem sanctæ Dei Ecclesiæ, vel ad stabilitatem honoris vestri, vel Patriciatus nostri firmitatem, necessarium intelligeretis. Sicut enim cum beatissimo prædecessore vestro sanctæ paternitatis pactum inii, sic et cum Beatitudine vestra ejusdem fidei et caritatis inviolabile fœdus statuere desidero: quatenus Apostolicæ sanctitatis vestræ divina donante gratia sanctorum advocata precibus, me ubique Apostolica benedictio prosequatur; et sanctissima Romanæ Ecclesiæ Sedes, Deo donante, nostra semper devotione defendatur. Nostrum est, secundum auxilium divinæ pietatis, sanctam ubique Christi Ecclesiam, ab incursu Paganorum et ab infidelium devastatione, armis defendere foris, et intus Catholicæ fidei agnitione munire. Vestrum est sanctissime Pater, elevatis ad Deum cum Moyse manibus, nostram adjuvare militiam: quatenus vobis intercedentibus, Deo ductore et datore, populus Christianus, super inimicos sui sancti nominis, ubique semper habeat victoriam, et nomen Domini nostri Jesu Christi toto clarificetur in orbe. Vestræ vero auctoritatis prudentia Canones ubique sequatur: quatenus totius sanctitatis exempla omnibus evidenter in vestra fulgeant conversatione, et sanctæ

cum epistola gratulatoria,

et muneribus, defuncto Hadriano destinatis;

pro renovatione multa facit;

admonitionis exhortatio audiatur ab ore; quatenus D sic luceat lux vestra coram hominibus, ut videant opera vestra bona, et glorificent Patrem vestrum qui in cœlis est. Omnipotens Deus vestræ Auctoritatis beatitudinem, ad sanctæ suæ Ecclesiæ exaltationem, per multa annorum curricula, incolumem conservare dignetur.

6 *Præstitit egregie sanctus Pontifex, quod amanter et reverenter pius Rex ab eo faciendum suggessit: sed et de missis sibi thesauris nihil avare condens,* Rogam, *(id est stipendium)* Clero suo in Presbyterio maxime ampliavit. Fecit etiam in Basilica B. Petri Apostoli, nutritoris sui, thuribulum aureum ante vestibulum altaris, pensans libras decem et septem..... Sarta vero tecta Basilicæ B. Petri Apostoli, id est navem majorem, sed et aliam navem super altare, cum quadriporticu, simul et fontem aquæ ante fores argenteas. Verum etiam turrim cum cameris suis, ab imo usque ad summum, omnia in omnibus noviter instauravit: Præsertim imaginem Salvatoris, cum reliquis miræ pulchritudinis depictam, ad decorem suprascriptæ ecclesiæ, in fastigio sub arcu majori posuit..... Similiter et titulum S. Sabinæ studiose renovavit.... Fecit autem et in Basilica beatæ Dei genitricis, quæ appellatur ad Præsepe, cyborium ex argento purissimo, quod pensat libras sexcentas et E undecim, simul et rugas argenteas in ingressis presbyterii, pensantes libras octuaginta... Interea et in Basilica beati Christi Martyris Laurentii, sita foris muros, fecit imagines argenteas tres, Salvatoris, B. Petri Apostoli, et S. Laurentii, pensantes simul libras quinquaginta quator et semis..... Itemque renovavit sarta tecta B. Felicis et Adaucti Martyrum, juxta S. Paulum Apostolum: sed et Basilicam S. Mennæ, atque titulum B. Vitalis Christi Martyris, nec non et cœmeterium S. Zotici via Lavicana; pariter et Ecclesiam sanctæ Dei Genitris in Fonticana, quæ per olitana marcuerat [tempora]. Fecit autem isdem Præsul, in Basilica Doctoris mundi, B. Pauli Apostoli, Confessionem simul et rugas ex auro obrizo, habentes gemmas pretiosas instar B. Pauli Apostoli, pensantes libras centum quinquaginta et sex: sed cameram ejusdem Basilicæ, in modum B. Petri Apostoli, noviter fecit.....

Exorsus ille a magna largitate erga Clerum

et Romanas ecclesias,

præsertim SS. Petri et Pauli,

7 Ipse vero præcipuus Pontifex, in titulo B. Susannæ, ubi et Presbyter ordinatus fuerat, dum breviter destructus fuisset, et jam per longitana F tempora ipsæ parietinæ marcuissent, ob nimium amorem ampliavit ædificium; et noviter in altum fodiens, firmissimum posuit fundamentum; et eruta planitie mirifice excelsa, super ipsa fundamenta ædificavit ecclesiam, cum absida amplissima, et cacumina mirifica de musivo, atque cameram decoratam seu Presbyterium, et pavimentum marmoribus pulchris ornavit: verum etiam dextra levaque, porticus ejus cum columnis marmoreis construxit. Sed et baptisterium ibi constituit, ubi et dona obtulit, videlicet gabathas aureas fundatas tres *(id est lychnos pensiles, inferne rotundos, instar patinarum,* pensantes libras quatuor et semis, Cruces aureas duas cum gemmis... lucernam argenteam unam... imagines argenteas tres... Fecit et confessionem ejusdem altaris, ex argento purissimo pensantem libras centum tres, et uncias duas: columnas argenteas octo et gammadia duo, et arcus duos cum crucibus argenteis quinque, et gabathas quindecim, pensantia simul libras centum et quinquaginta: *et alia multa in coronis, canistris, vestibus, vasis colatoriis: quæ omnia et singula, multisque nunc exoletis vocibus obscura, atque superius etiam punctis signata, et in ipso Anastasio vel apud Baronium legenda, prætermisi studio brevitatis. Hic noto, quod ea in ecclesia merito fuerit positus ejusmodi titulus in libro Nicolai Alemanni de*

denuo fundat ædem S. Susannæ

et donis ornat,

A *de parietinis Lateranensibus sic relatus :* Dudum hæc beatæ Suzannæ Mart. aula, coangusto et tetro existens loco, marcuerat : quam Domnus Leo Papa III a fundamentis erigens et condens, corpus beatæ Felicitatis Mart. compte ædificans ornavit atque dicavit.

atque corpore S. Felicitatis,

8 *Et hæc quidem tunc, postea vero aliquoties alia eidem ecclesiæ donaria contulit, apud Anastasium sparsim commemorata : ex eodemque affectu, cum ope Caroli Magni (ut infra dicitur) in suam restitutus Sedem, ipsum vicissim Imperiali corona ornasset, suæque ad illum arctissimæ amicitiæ illustria vellet monumenta extare ; etiam in prædicta ecclesia tale unum constitui fecit, sese ut illius ecclesiæ fundatorem una cum ipso istic exprimens opere tessellato, ea plane forma, qua infra expressos videbimus in Lateranensi triclinio; nisi quod ibi genuflexi, hic stantes figurentur ; uti in fine superioris seculi adhuc ibi visos testatur prælaudatus Alemannus. Ibidem, ad ipsam quo hic scribebat diem, in sublimi vicinaque contignatione adhuc legebantur hæc verba.* SANCTISSIMVS D. N. LEO PAPA D. N. CAROLO REGI. *Hoc autem fecit eodem animo, et forte decessorum plurium exemplo; quo postea, Anastasio teste, Leonis Papæ IV mandato, ipsiusmet* sanctissimi Præsu-

ubi postea etiam se cum Carolo M. in musivo posuit:

B lis, nec non et specialis filii sui Domni Imperatoris Lotharii, propter futuram memoriam, personæ Deo caræ et per cuncta secula venerandæ, depictæ sunt. *Ipsum emblema Tertii hic vide.*



§. II. *Oculis et lingua mutilatus a conjuratis Leo, sanatur divinitus.*

Hactenus *ex voto fluere* Leoni *videbantur omnia, quando atrox tempestas in eum concitata, virtutem ejus sanctitatemque, non minus probavit, quam exercuit. Audiamus Anastasium :* Hic venerabilis et sanctissimus Pontifex, dum in sancta Catholica et Apostolica Romana Ecclesia per ordinem ecclesiasticum degeret, et ritum orthodoxæ fidei teneret, atque ex omni parte, tam per diversas ecclesias quam in Patriarchio, in amplis ædificiis construens, compte ornaret; cum die quadam more solito, in Letaniis, quæ ab omnibus Majores appellantur, procedere deberet, ut secundum annuam consuetudinem Letanias et Missarum solennia cum Sacerdotibus celebraret, et Omnipotenti Domino pro salute Christiani populi preces funderet ; et secundum olitanam traditionem a Notario S. R. Ecclesiæ, in ecclesia B. Georgii Christi Martyris, in ejus natali ipsa Letania prædicata fuisset ; omnes, tam viri quam feminæ, devota mente catervatim in ecclesia beati Christi Martyris Laurentii, quæ Lucinæ nuncupatur, ubi et collecta prædicta inerat, occurrerunt. D

In Letania majori procedens Leo,

AUCTORE D. P.

10 Ubi, dum prædictus venerabilis Pontifex a Patriarchio egressus fuisset, obviam illi sine Planeta iniquus nec dicendus Paschalis Primicerius occurrit; et in hypocrisi veniam ab illo petebat, dicens ; Quia infirmus sum : et ideo sine Planeta veni. Tunc sanctissimus Præsul veniam illi dedit. Similiter et Campellus Sacellarius, in ipsorum dolositate pariter in Pontificali obsequio pergentes, et dulcia verba quæ non habebant in pectore cum eo loquentes; maligni etiam et iniqui ac perversi falsique Christiani, prorsus pagani, filii diaboli, in unum se sathanice colligentes, pleni iniqua cogitatione, in ipso itinere, ante monasterium SS. Stephani et Sylvestri, quod Domnus Paulus Papa fundaverat, clam armati adstitere : atque repente de loco insidiarum exilientes, ad ipsum (quod dictu nefas est) impie trucidandum absque ulla reverentia confluxerunt, Paschale ad caput stante, et Campulo ad pedes, secundum iniquum ipsorum consilium. Quo facto, omnis qui circa eum erat populus, videlicet inermis et in Dei officio præparatus, timore armorum perterritus, in fugam conversus est. E

circumvenitur a conspiratis

11 Ipsi vero insidiatores atque operatores, malorum, Judaico more, sine ullo divini vel humani honoris intuitu, ferino more comprehendentes, in terram eum projecerunt ; et absque ulla misericordia scindendo expoliantes eum, crudeliter oculos ei evellere, et ipsum penitus cæcare conati sunt : nam lingua ejus præcisa est ; et, ut ipsi omnino tunc arbitrari sunt, cæcum eum et mutum in media platea dimiserunt. Verum ipsi maligni Paschalis et Campulus, sicut vere maligni, sicut veri pagani et impii, ad ipsius monasterii ecclesiam ante confessionem eum trahentes, ante ipsum venerabile altare, iterum oculos et linguam amplius eruerunt; et plagis eum diversis et fustibus cædentes, laniaverunt ; et semivivum in sanguine revolutum, ante ipsum altare dimiserunt; postmodum vero sub custodia in ipso monasterio dimiserunt. Timore autem perterriti, ne a Christianis hominibus furatus inde fuisset ; tunc malignum consilium adepti (sicut ipse Hugumenus monasterii S. Erasmi professus est) fecerunt eum ad se venire clam per noctem, tam Paschalis malignus qui tunc Primicerius erat, quam Campulus Sacellarius, et Maurus Nepesimus; et miserunt eum in prædictum monasterium S. Sylvestri, cum plurimis iniquis consentaneis ipsorum malefactoribus: et sic per noctem exinde eum abstrahentes, deduxerunt in monasterium S. Gerasimi, et in arcta custodia eum recluserunt. F

fœde prosternitur

oculisque et lingua privatur,

12 Sed Deus omnipotens, qui eorum malitiam præsciendo diu patienter sustinuit, ipse eorum iniquos conatus mirabiliter destruxit. Contigit enim, cooperante Deo et Beato Petro Apostolo suffragante, quod antedictus Papa, cum ab ipsis carnificibus in monasterium S. Erasmi in custodiam mitteretur, ut visum receperit, et lingua ad loquendum ipsi restituta sit. Et ut ostenderet omnipotens Deus super suum famulum solitam misericordiam et magnum miraculum, divino nutu ejus, a fidelibus Christianis viris, videlicet per Albinum Cubicularium, cum aliis fidelibus Deum metuentibus, ex ipso eum claustro occulte abstollentes, in basilicam B. Petri Apostolorum Principis, ubi et ejus sacratissimum

quibus divinitus receptis,

A tissimum corpus quiescit, deduxerunt. Qui omnes, audientes et videntes mirabilia Dei, qui innocentem et justum Pontificem de manibus inimicorum eruit, glorificaverunt Dominum Deum, dicentes; Benedictus Dominus Deus Israel, qui facit mirabilia magna solus, et non deseruit sperantes in se: sed in eo adimplevit misericordiam suam, ut manifestaretur gloria Dei in mirabilia in illo, quemadmodum promisit sperantibus in se, Psalmista dicente? Dominus illuminatio mea et salus mea, quem timebo: Dominus defensor vitæ meæ, a quo trepidabo? et iterum: Lucerna pedibus meis verbum tuum, Domine, et lumen semitis meis. Et vere a tenebris eum Dominus eripiens, et lumen reddidit, et linguam ad loquendum restituit, et totis eum solidavit membris, et in omnibus operibus mirabiliter deducens confortavit.

Ps. 26, et 118

13 Quantum gaudium habuerunt Christiani homines et fideles, tantum mœrore et angustia angustiati illi, nesciebant quid agerent; et in periculo se esse existimantes, quærebant semetipsos interficere; et dum non invenirent, quid aliud agerent, domum Albini, fidelis B. Petri Apostoli et ejusdem Pontifi- B cis, deprædantes destruxerunt. Et in ipsam B. Petri Apostoli aulam conjungente præfato Pontifice, confestim Winichis, gloriosus Dux Spoletanus, cum suo exercitu obviavit ei: et cum summum Pontificem loquentem ac videntem conspexisset, venerabiliter eum recipiens, Spoletum deduxit; glorificans et laudans Deum, qui per talia mirabilia eum clarificavit. Quo audito, per diversas civitates Romanorum, fideles ei occurrerunt; et pariter cum aliquibus ex ipsis civitatibus Episcopis, Presbyteris seu Clericis Romanis et Primatibus civitatum, ad excellentissimum Dominum Carolum, Regem Francorum et Longobardorum atque Patricium Romanorum, profectus est. *Hactenus Anastasius.*

ducitur Spoletum

indeque abit ad Carolum R. Fr.

14 *Sed prius quam ille ad Regem perveniret, Coloniam Agrippinam attigit, ut narrat Auctor Translationis S. Severini apud Surium die* XXIII *Octobris. Quia enim* ipso anno *factæ Translationis* tanta narratur fuisse fertilitas, ut ipsa ex omnium ore Patronum suum veraciter rediisse, Sedique propriæ restitutum esse, testaretur; et hoc verbum, ab incolis usitatum, etiam longinquos et exteros non latebat factumque quasi proverbium erat, Domi esse S. Severinum; idem, ut aiunt, beatæ memoriæ vene- C randus Papa Leo, quasi consuetudinis ejusdem oblitus suo impressit exemplo. Nam cum Roma profectus, propter pœnas injuste sibi illatas, ad Imperatorem Carolum migraret in Franciam; *seu potius, ad tunc solum Regem, in Saxoniam)* devenit ad locum quo viri Dei Severini corpus venerabile requiescit; ibique, præter morem quem in via servaverat, oratum ecclesiam introivit. Comites autem ejus mirantes, causam hujusmodi sciscitabantur. Quibus ille, Loci, inquit, hujus defensor domi est; ideo non ausus sum illum præterire insalutatum. *Atque hinc postea Coloniensibus in mentem venit, in suo auctioris Usuardi Martyrologio,* natale Leonis III Papæ et Confessoris *primo loco notare, cum illius ipsius eventus ac dicti commemoratione, seu alio quam oportet die, Natali scilicet S. Leonis I,* III *Idus Aprilis.*

et Coloniæ veneratur corpus S. Severini.

15 *Utcumque interim festinaret Leo, prævenit tamen ad aures Caroli, non solum nocturno visu cognita, ut infra ex Alcuino videbimus, sed certis comperta nuntiis fama, tragœdia apud urbem Romam reipsa acta: cujus participem ille mox facere curavit prædictum Alcuinum Flaccum. Is enim Epist.* II *ait,* Quid in eo actum sit, qui Rector præfatæ Romanæ Sedis fuerat, mihi veneranda bonitas vestra innotescere curavit. *Et mox subdit (uti scilicet ex Caroli epistola didicerat)* quod ipsi traditores cordibus suis excæcati D excæcaverunt caput proprium. *Eginhardus vero, Secretarius Caroli Magni in gestis ejus:* Romæ, *inquit,* Leo Papa, cum Letania processurus, a Lateranis ad ecclesiam B. Laurentii, quæ ad Craticulam vocatur, equo pergeret; in insidias a Romanis positas juxta eamdem ecclesiam incidit: ubi equo dejectus, et erutis oculis (ut aliquibus visum est) lingua quoque amputata, nudus ac semivivus in platea relictus est. Deinde jussu eorum, qui hujus facti auctores fuere, in monasterium S. Erasmi Martyris velut ad curandum missus, Albini cujusdam cubicularii sui cura, noctu per murum demissus, a Winigiso Duce Spoletano, qui audito hujusmodi facinore Romam festinus advenerat, susceptus, ac Spoletum deductus est. Cujus rei nuntium cum Rex accepisset, ipsum, ut Vicarium S. Petri et summum Pontificem, cum summo honore ad se præcepit adduci.

Carolus facinus Romanum Alcuino scribit.

16 *His consentiunt veteres Francorum Annales, Tiliu atque Loiseau apud Caesnæum tom. 2 Francorum; et alium quidam etiam nominando Missos Caroli, tunc in urbe præsentes, qui non nisi compertissima Regi scripsisse potuerunt, sic loquuntur.* Romani Leonem Papam, Letania majore captum excæcaverunt, ac linguam ejusdem amputaverunt: qui in custodia E missus, nocte per murum evasit, et ad legatos Domini Regis [qui tum ad Basilicam S. Petri, erant Wirundum scilicet Abbatem et Winichisum Spoletanum Ducem, veniens], Spoletum est deductus. *Quæ facile cum Eginhardi relatione conciliabis, si rem matutino gestam tempore, Winigisus, cum exercitu in Tuscia non longe a Vaticano consistens, intellexerit; eoque accesserit ante noctem, et Wirundo se adjunxerit. Sed neque ab Anastasio dissentit Eginhardus, cum excæcatum scribens, addit;* ut aliquibus visum est. *Vel enim iis verbis appellat fidem oculatorum testium, quo sensu excæcatio indubitanter asseritur; vel opinionem dumtaxat eorum refert, qui tunc prorsus exoculatum falso putarunt; sed non negat iteratam violentiam, oculis primo impetu necdum prorsus extinctis, illatam in ecclesia S. Erasmi, cujus expressius meminit Anastasius. Certe non solum in principio, ad primi nuntii credulitatem, creditum in aula Francica est vere excæcatum Pontificem fuisse; sed etiam postquam ipsemet istic comparuit, et verbis minime ambiguis narravit quæ contra se patrata fuerant.*

ut sibi a suis legatis perscriptum erat;

deinde coram apparuerit Leo,

17 *Inter eos qui ipsemmet audivisse potuerunt, vel saltem per os Caroli excepisse quæ illi Leo de se narrarat, in carmine quo congressum utriusque pariter descripsit, minime ambigue occultus invenitur: iter prius quam nuntius ex Italia adesset; imo, per somnium eadem Regi visa, sic narrat.*

et Rex ipse antea in somno viderat, F

Portentum Rex triste videt, monstrumque nefandum
In somnis; summum Romanæ adstare Leonem
Urbis Pontificem, mœstosque effundere fletus;
Squallentes oculos, maculatum sanguine vultum,
Truncatam linguam, horrendaque multa gerentem
Vulnera. Solicitos gelidus pavor occupat artus
Augusti. Rapidos Romana ad mœnia Missos
Tres jubet ire, foret si sanus Pastor opimus
Explorare Gregis, quid tristia somnia signent.

Hi porro cum Romæ appropinquassent, mox obviam habuerunt narrantes, quomodo,

Dum solitum transiret iter Leo, Papa benignus,

Omnis turba conjuratorum (nam supplicantium cœtus multus ab ejusmodi scelere prorsus immunis fuit), omnis, *inquam.*

Irruit in summum Pastorem turba tumultus,
Cæca, furens; subito diris commota procellis,
Sacro Sacerdotis torquebat membra flagellis;
Carnifices geminas traxerunt fronte fenestras,
Et celerem abscindunt lacerato corpore linguam,

ac Missi ejus in via audiverant.

A 18 *Denique Poeta Saxonicus lib.* 3 *Annalium, usque ad Caroli mortem perductorum, annum* DCCXCIX *auspicatus a pathetica exaggeratione facinoris*, temporibus *quod* admisere modernis *novi ab orco carnifices, contra sanctissimum Papam, qui instituta ad S. Laurentii Litania*,

Idem scribit Poeta Saxo,

Cum celeraret iter, turba vallatus iniqua,
Crudelesque manus tolerans, amiserat ipsum
Effossis oculis lumen. Linguam quoque tortor
Præcidit, nudumque dehinc liquere jacentem
Seminecemque foris, fœdatum sanguine multo.
Inque monasterium post hæc deductus Erasmi
Martyris (auctores facti sic nempe jubebant)
Curandi specie, fuerat servatus in ipso.

Pergit porro Alcuinus; deque sublato prorsus tam videndi quam loquendi usu, ac divinitus reddito, nihil dubius, sic canit:

ac denique Alcuinus.

Pontificem tantum sese extinxisse putabat
Plebs, pietate carens, atrisque infecta venenis.
Sed manus alma Patris oculis medicamina ademptis
Optulit, atque novo reparavit lumine vultum.
Ora peregrinos stupuerunt pallida visus,
Explicat et celerem truncataque lingua loquelam.

Unde mox addit Cohors Francorum mixta Latinis

B Obstupuit, Domino grates laudesque rependens,
Qui nova Pontifici reddebat lumina summo,
Et desperatam condebat in ore loquelam.

Similiter obvios per iter populos inducit, qui

Capite in veteri visus cernendo novellos
Obstupent, linguamque loqui mirantur ademptam.

Ac deinde eadem tum Missus Leonis, tum ipse Leo Carolo phrasi fere simili narrant.

19 *Non ita absolute Poeta Saxonicus. Cum enim dixisset, quod Pontifex* transacto tempore pauco,
Amissum recipit visum pariterque loquelam;
subdubitare videtur de miraculo, sic cœpta prosequens;

Nonnulli tamen de oculis dubitant,

Seu quia festinans tortor trepidansque nefandis.....
Non quantum voluit credulia facta peregit;
Seu (quod credendum magis est) antiqua Redemptor
Per meritum magni renovans miracula Petri,
Sanari successorem donaverat ejus.

Ita ille, propensior tamen ad credendum miraculum. E contrario Theophanes, et post eum Zonaras, rem ita narrant. Οἱ τῆς Ῥώμης, συγγενεῖς τοῦ μακαριωτάτου Πάπα Ἀδριανοῦ, συγκινήσαντες τὸν λαὸν, ἐστασίασαν κατὰ Λέοντος τοῦ Πάπα, καὶ κρατήσαντες ἐτύφλωσαν αὐτὸν, οὐ μέντοι ἠδυνήθησαν τελέως σβέσαι τὸ φῶς αὐτοῦ, τῶν τυφλωσάντων αὐτὸν φιλανθρώπων ὄντων καὶ φεισαμένων αὐτῷ. Romani, qui erant beati Papæ Adriani

C consanguinei, commoventes populum, insurrexerunt contra Leonem Papam; eumque comprehendentes excæcaverunt: sed lumen ei penitus extinguere non valuerunt, iis qui ipsum cæcabant humanius agentibus eique parcentibus. *Apparet parum integram valdeque læsiquatam narrationem facti Constantinopolim pervenisse, ubi de mutilatione linguæ nihil audivit Theophanes.*

20 *Interim Joachimus Camerarius, in Annotatis ad Chronologiam S. Nicephori CP. pro suæ sectæ genio ab eo omni credendo alienior, quod vel naturæ ordinem superat, vel ad singularem Pontificis commendationem faciat*, Conspirarunt, *inquit*, in Leonem quidam, et capto jusserunt oculos erui: quibus tamen datum hoc negotium fuerat, ii cruentos quidem vulnerando oculos fecerunt, sed pepercerunt luminibus Pontificis, itaque visus ei ademptus non est: de quo fabulam postea sparserunt quidam, visum Pontifici divinitus restitutum fuisse. *Sed et inter Catholicos inventi sunt, qui rem, apud ejus temporis scriptores, et qui nosse melius quam Theophanes poterant, indubitatam, credere recusarent; quibus accedens in Dictionario Historico Ludovicus Morerius;* Verosimile est, *inquit*, quod adversarii Leonis erraverint

aut etiam plane excæcatum negant:

in persona, aliumque pro ipso sic male tractaverint, D famam autem sparserint in ipsum illum ea se perpetrasse: qui ope amicorum subductus periculo fuerit, ut sentiunt moderni, non tam faciles ad credenda miracula. *Quid adhæc dicam? Græci, quibus jam familiare erat visu privare eos quos ab Imperio removebant, mutilationem linguæ vel ignorarunt vel non crediderunt; lectam apud Latinos dissimularunt hæretici; Morerius cum suis satis vidit, citra pervicaciam non posse id negari, quod tam constanter asseverabatur: vicebat etiam, admisso circa loquelæ restitutionem miraculi, nihil causæ esse cur dubitaretur de visu. Ergo alium quempiam supposuit injuriæ, ne miraculum esset, videntem loquentemque Pontificem venisse ad Carolum. Sed credat qui potest, vel ipsum se passum dixisse quæ passus non fuerat; vel creditum ita leviter fuisse in re tam evidenter miraculosa, saltem propter curationis celeritatem; quæ non potuit non excessisse naturæ modum, etiamsi solum læsus fuisset Pontifex circa oculos, et extrema dumtaxat linguæ particula mutilatus.*

AUCTORE D. P.

sed cur hoc magis quam lingua privatum?

§ III. *Exceptio honorifica Leonis apud Paderbornum, et quædam ejus acta in Saxonia*

E

Nunc *audiendus nobis Anastasius est, de Leonis ad Carolum accessu, hunc ita describens.* Ipse Christianissimus et orthodoxus atque præcipuus clementissimusque Rex, illico ut audivit, misit in obviam ejus Hildivaldum, Archiepiscopum *Coloniensem* et Capellanum, *aliis Hudeboldum*; et Ascharium Comitem *(Alcuino Germarium)* et postea filium suum Pipinum, excellentissimum Regem, cum aliis Comitibus, obviam eis iterum; et usque ubi ipse magnus Rex obviavit, et sicut Vicarium B. Petri Apostoli, venerabiliter et honorifice, cum hymnis et canticis spiritualibus, eum suscepit: et pariter se amplectentes, cum lacrymis osculati sunt. Et prædicto Pontifice Gloria in excelsis Deo inchoante, et cuncto Clero suscipiente, Oratio super cuncto populo data est. Tunc benignissimus Domnus Carolus, magnus Rex, dictum Pontificem conspiciens, gratias Deo retulit, qui tam mirabilia super famulum suum, per suffragia sanctorum Apostolorum Petri et Pauli, operatus, ad nihilum prædictos viros iniquos, *id est iniqua eorum consilia*, deduxit.

Excipitur honorifice Leo

22 *Occursus hic occasionem dedit, ipso eodem tempore, componendi insignis poematis, ultra quingentos versus extensi, atque ab Henrico Canisio primum editi, postea inter Francica du Chesne relati, ubi frustra videtur aliud opus quæri, cujus pars ista fuerit. Auctor multis de causis putatur Alcuinus, qui adhuc annis quinque superfuit, et præsens videtur interfuisse: ex quo ut hic postremam partem delibem, suadent particulares circumstantiæ multæ, in illa relatæ. Cum ergo Poeta, quisquis is fuit, Regem cum exercitu trans Rhenum deduxisset in Saxoniam, quo iter intenderat, quando primos Legatos in Italiam mittebat, Pontificem deducturos; sic a loci descriptione orditur:*

F

in Saxonia juxta Paderbornam,

Et locus insignis, quo Patra et Lippa fluentant,
Altus, et in nudo campo jacet, undique largo
Vestitus spatio: celso de colle videri
Namque potest regio omnis, et hinc exercitus omnis.
Huc Carolus, multis stipatus millibus heros,
Advenit, et tandem juvat hic succedere tectis.
Missus Apostolici Regalem tendit ad aulam
Interea, et summum manifestat quippe venire
Pontificem, expulsum Romana a sede Leonem
Civibus a propriis, et tot tolerasse recenset
Verbera, commemorans extinctum lumine vultum;
Narrat et abscissam liquido de gutture linguam;
Nunc medicante Deo sanatum et ab omnibus istis

A Esse malis. Animis stupet ipse exercitus omnis
AUCTORE D. P. Audita; et Carolus, recolendo somnia retro,
Præteriti indicio agnoscens vestigia visus,
Hoc fore non dubitat, quod tristes fundere fletus
Pontificem in somnis jam dudum vidit eumdem.

prima per filium Regis Pippinum,

23 Hinc jubet extemplo Pippinum occurrere [magno.
Pastori, pacem et placidam portare salutem.
Obvius ire parat, Genitoris jussa facessens
Pippinus: centum lætus cum * millibus ibat.....

* *id est*, militibus.

Utque videt patulo adversum se tendere campo
Pastor Apostolicus, centum cum millibus altum
Pippinum; geminas extendit ab æthera palmas,
Pro populoque preces effundens pectore largas.
Ante Sacerdotem ter summum exercitus omnis
Sternitur, et supplex vulgus ter fusus adorat.
Mox Leo Papa solo Pippinum more benigno
Excipit; et sacris circumdans colla lacertis,
Hæret, in amplexuque diu placida oscula libans...
Rex pius interea solium conscendit, et omnem

deinde a Carolo et exercitu,

Alloquitur populum... *aciemque instrui ac procedere* [*jubet*:
Ante Sacerdotum porro casta agmina, ternis
Stant divisa choris: in longis vestibus almæ
B Sacra Crucis vexilla levant, et Præsulis omnis
Adventum expectat clerusque et candida plebes.
Jam pater in campo Carolus videt agmine aperto,
Pippinum et summum Pastorem tendere contra.
Constat et, inque modum populum expectare coronæ
Præcipit, atque aciem hinc dividit urbis ad instar.
24 Ipse autem medio consistere in orbe beatus
Præsulis adventum expectans, et vertice toto
Altior est sociis; populum supereminet omnem.
Jam Leo Papa subitque, extremo se agmine miscet:

ac denique ab ipso Rege:

Quam varias habitu, et lingua, tam vestibus, armis
Miratur gentes, diversis partibus orbis.
Extemplo properans Carolus veneranter adorat,
Pontificem amplectens magnum, et placida oscula [libat:
Inque vices dextras jungunt, pariterque feruntur
Gressibus, et multo miscentes verba favore.
Ante Sacerdotem ter summum exercitus omnis
Sternitur, et supplex vulgus ter fusus adorat.
Pro populoque preces ter fundit pectore Præsul.
Rex pater Europæ, et summus Leo Pastor in orbe
Congressi, inque vicem vario sermone feruntur.
25 Exquirit Carolus casus, auditque laborum
Diversos: sceleris populi impia facta stupescit.
C Miratur geminas jam dudum luce fenestras

qui post sacra peracta

Extinctas, et nunc reparatum lumine vultum;
Truncatamque loqui miratur forcipe linguam.
Alter in alterius configunt lumina vultus,
Et parili Sedis tendunt ad culmina gressu.
Ante Sacerdotes sacri stant ostia templi,
Alternis vocibus moderantes carmina laudum,
Atque Creatori grates laudesque frequentant,
Qui nova Pontifici reddebat lumina summo,
Et desperatam condebat in ore loquelam.

convivium ipsi præbet,

Exoritur clamor, vox ardua pulsat olympum.
Intrat Apostolicus, Carolo ducente beato,
Templa Creatoris, solito solennia more
Concelebrare pio Missarum sacra favore.
Ex hinc officiis divinis rite peractis.....
Rex Carolus simul et summus Leo Præsul in orbe
Vescitur, atque bibunt pateris spumantia vina,
Post lætas epulas et dulcia pocula Bacchi,
Multa pius magno Carolus dat dona Leoni:
Hinc lætus repetens aulæ secreta revisit
Rex, et Apostolicus reperit quoque castra suorum.

26 *Brevius hæc perstringit Poeta Saxo: cumque narrasset, quomodo Rex* — locatis.

Ad Paderbrunnon multo cum milite castris,
Operiebatur non parvo tempore summi
Præsulis adventum; *Pippini quidem obviam missi* D
non meminit, qui tunc erat filiorum secundus; dum tamen scribit, Carolum Juniorem ad confinia Saxoniæ missum, ut cum Wilcis et Abrodritis *negotia componeret, facit nos intelligere, cur ambo missi non potuerint in occursum. Dum autem adhuc expectatur Carolus;*

Venit, *inquit*, Apostolicus, terrarum pene supremas
Jam penetrans oras. Illi via tanta peracta
Visa brevis fuerat, quia compensaverat omnes
Intuitu Caroli, quos pertulit ante, labores...

et reduci in Sedem suam jubet.

Namque propinquantem cum primum noverat, illi
Obvius ipse loco de castrorum memorato,
Stipatus multis populorum millibus ibat.
Pontificemque vicem Petri, cui claudere cœlum
Et reserare licet verbo, Sedemque tenentem
Suscepit cum magnifico reverenter honore.
Cumque dies aliquos lætos ibi duceret, idem
Insinuans Præsul sua quæque negotia Regi,
Illius facilem cognovit ad omnia mentem,
Concedendo pie voluit quæcumque precari.
Inde reducendum digne Primoribus illum
Francorum commendavit: qui jussa replentes,
Ingressi pariter Romam, sua restituerunt
Omnia Pontifici rursum, quo jura regendæ
Sedis Apostolicæ justosque teneret honores. E

Ipse Paderbornensis ecclesiæ altare consecrat,

27 *Liber de translatione S. Liborii Cenomannis Paderbornam, jussu Bisonis Episcopi ante finem seculi* x *exaratus, insignem præsentis ibidem* Leonis *memoriam hisce verbis consignat, num.* 5 *apud nostrum Bollandum, Opusculo particulari.* Vir sanctissimus et vere Apostolicus Papa Sedis Romanæ, Leo nomine, injusta civium odia perpessus, illic eum *(Carolum)* adiit, pro sedandis contra se ortis simultatibus Imperialem opem quæsiturus. A quo *(Carolo)* cum ingenti, ut par erat, honore susceptus, religiosum ejus ac salutare Christianitatis dilatandæ studium, nobiliter inchoatum, Apostolica auctoritate firmavit; atque in ecclesiæ, tunc ibidem noviter constructa, quoddam altare consecrans, adorandas in eo Reliquias sancti Protomartyris Stephani, quas secum Roma detulerat, collocavit *; fiducialiter id Principi promittens, quod oratorium illud, tanti Martyris patrocinio munitum, non ulterius passurum foret injuriam, quam, ipso referente, prius ei contigisse cognovit; ut videlicet ob incolarum loci perfidiam et odium in religionem Christianam, aliquoties igni traderetur. Et ob hanc maxime causam easdem Reliquias ibi rogatu Imperatoris recondi- F

prædicitque non ultra exurendum

dit, non sine effectu congruo fiduciæ sponsionisque suæ, cum nihil tale illic postmodum perpetratum esse certissimum sit. *Eadem ac fere iisdem verbis referuntur in Vita S. Meinwerci Paderbornensis Episcopi,* VI *Junii num.* 2: *sed omittitur pars altera post* * arsit enim civitas et monasterium totum anno Incarnationis millesimo, *uti in Vita ipsius S. Meinwerci num.* 6, *iterumque, ut refert Krantzius lib.* 6, *cap.* 58, *et Gobelinus, conflagravit civitas cum ecclesia, an.* MCXXXI. *Sed, si recte expendantur verba, non simpliciter promittitur numquam arsurus locus; sed non arsurus,* ob incolarum loci perfidiam et odium in religionem Christianam, *sicut antea contigisse audierat* Leo, *referente Carolo, cui ibi per unius anni anticipationem datur titulus* Imperatoris.

a civibus apostatis:

28 *Ferdinandus Furstenbergius, laudatissimæ apud omnes memoriæ Episcopus, in suis ad Monumenta Paderbornensia Notis, pag.* 129 *indicat,* altare Tetemellensis seu Diethmoldiensis Ecclesiæ *similiter ab hoc* S. Leone *consecratum fuisse; ejusque altaris lapidem, in usum cryptæ monasterii Abdinchoffensis, a fundatore Meinwerco prædicto fuisse translatum. Ecclesiam quoque in Sidinghusen, pagum diœcesis Paderbornensis in dynastia Burana, similiter ab eodem dedicatam asserit.*

item altare Tetemellense.

Sed

A *Sed imprimis memoranda hic venit ecclesia Eresburgensis ad Dimolam, de cujus Dedicatione hanc Bullam profert idem Celsissimus Monumentorum patriorum Illustrator, pag.* 115, *ex vetustiori et accuratiori quam Baronius exemplo.* Leo, servus servorum Dei, Karolo M. Francorum Regi. Piæ tuæ petitioni per omnia congaudentes, quod jubes annuere non tardamus. Igitur hunc montem Eresburg, quem expugnatum cum omni Saxonia Deo obtulisti, et per nos B. Petro consecrasti; liberum ab omni humana potestate esse, et Fratrum ibidem ad Christi servitium adunatorum ditioni tantummodo parere censemus. Qui ne aliquid in hoc impedimenti patiantur, neve regni vestri invasoribus aliqua rebellandi fiducia præparetur, sub anathemate B. Petri auctoritate interdicimus, nequis unquam bellica in ipso monte præsidia collocare; aut per te collata prædia aut decimas circa montem, per duas Saxonicas rastas, quas illuc delegasti, audeat diripere. Hæc conservantibus sit pax a Deo Patre; infringentibus execratio, et a Catholicorum collegio separatio sit in æternum. Datum Eresburg, per manum Joannis Bibliothecarii et Cancellarii Ecclesiæ Romanæ, IX Kalend. Jan. anno Domni Leonis Tertii quarto, Indictione septima, die Dedicationis Capellæ in Eresburg.

et capellam in Eresburg:

B 29 *Bullæ hujus veritas confirmatur ex Adriani Papæ IV Privilegio, in favorem monasterii Corbeiensis expedito, sub data anni* MCLIIII; *ubi ad cetera plura Pontifex adjicit,* quod monasterium Heresburg, cum decimis circa montem per duas rastas Saxonicas, sicut a beatæ memoriæ Domno Leone Papa, ex petitione Caroli M. Imperatoris, qui ipsum montem expugnaverat, collatæ esse noscuntur..... numquam ab eodem Corbeiensi alienentur cœnobio. *Hoc tamen non obstante, sed salva Bullæ Eresbergensis substantia, tenemus, ne in illo quidem quod allegatur vetustiori sincerioríque exemplari satis sincera haberi omnia; nec dubitamus quin littera* M, *pro titulo* Magni *initio posita, non solum quoad abbreviatæ scriptionis formam, sed etiam quoad substantiam tituli, adjecta a transcribentibus sit: esto jam tum fortassis* Magnus Rex *a Romanis nuncuparetur* Carolus, *uti semper eum appellat Anastasius, quando ejus solum ut Regis meminit. Alii alia fortasse notabunt: sed præteriri nullatenus debet observatio Episcopi Illustratoris, qua monet, pro* IX Kal. Jan. *legendam* IX Kal. Junias. *Etenim ex Anastasio mox videbimus,* Leonem *e Saxonia redeuntem, eodem adhuc anno quo Roma discesserat, a Romanis* in Vigiliis B. Andreæ *fuisse exceptum. Recte autem pro* Kalendis Januarii *substituuntur* Kalendæ Junii; *simulque intelligitur celeritas itineris, quo Romæ violentiam passus Pontifex* in Litaniis Majoribus *seu festo S. Marci* VII *Kal. Maji Feria* V *hebdomadæ* III *post Albas, Paderbornam pervenit mense Majo: circumstantia utique notatu digna, cum aliunde nobis nihil constet de tempore istius tam solennis congressus. Eidem correctioni favet, quod nullus frequentior in mensibus transcribendis occurrat error, quam quo* Jan. *pro* Jun. *ponitur, et e converso.*

cujus rei etiam meminit Hadrianus P.,

In bulla vera tempus sincere habetur.

C

§. IV *Leonis reditus Romam. Caroli accessus eodem: hujusque et illius Imperatoris coronati acta.*

Redeo ad Anastasii contextum, quo nova impiorum molimina, Leonisque in Urbem reditus, et actus gloriosi ac sancti, sic perteruntur: Cum in magno honore apud se per aliquantum temporis eum ipse serenissimus Rex habuisset; hæc præfati iniqui et filii diaboli audientes, post dira et iniqua incendia, quæ in possessionibus seu rebus B. Petri Apostoli gesserunt; moliti sunt, Deo illis contrario, falsa

Leo, iniquitatem accusantibus cum inimicis,

D adversus sanctissimum Pontificem imponere crimina, et post eum ad prædictum mittere Regem, quæ probare nequaquam potuissent; quia per insidias et iniquitates eorum talia nec dicenda, sanctam Ecclesiam humiliare volentes, proferebant. Sed dum ad prædictum clementissimum magnum Regem præfatus Pontifex in magno et condecenti honore degeret, ex omni parte tam Archiepiscopis quam Episcopis et ceteris Sacerdotibus venientibus, una cum consilio ejusdem piissimi magni Regis, omnibusque eximiis Francis, Deo prævio Romam illum remeantem, in suam Apostolicam Sedem honorifice, cum nimio, ut decuit, dimiserunt honore. Qui per unamquamque civitatem tamquam ipsum excipientes Apostolum, usque Romam deduxerunt.

AUCTORE D. P.

Romam honorifice deductus,

31 Tunc Romani, præ nimio gaudio suum recipientes Pastorem, omnes generaliter in vigilia B. Andreæ Apostoli, tam proceres Clericorum cum omnibus Clericis, quam Optimates et Senatus, cunctaque Militia et universus Populus Romanus, cum Sanctimonialibus ac Diaconissis, ac nobilissimis Matronis et universis feminis, simul etiam et cunctæ Scholæ peregrinorum, videlicet Francorum, Frisonum, Saxonum, atque Longobardorum, simul omnes connexi, ad pontem Milvium, cum signis et bandis et canticis spiritualibus, susceperunt, et in ecclesiam B. Petri Apostoli eum deduxerunt; ubi et Missarum solennia celebravit, et omnes communiter Corpus et Sanguinem D. N. Jesu Christi fideliter participati sunt. Et alia die, secundum olitanam consuetudinem, natale B. Andreæ Apostoli celebrantes, Romam intrans, cum multo gaudio et lætitia, in Patriarchium Lateranense intravit. Et post aliquantos dies fidelissimis Missis, qui cum eo venerant in Pontificale obsequium, videlicet Hildevaldo et Arno, reverendissimis Archiepiscopis; et Cuniberto, Bernhardo, Hattone et Tesse, reverendissimis, et sanctissimis Episcopis; nec non et Flacco, electo Episcopo; verum etiam Helmgoth, Rothegario et Germario gloriosis Comitibus, residentibus in triclinio ipsius Domni Leonis Papæ, per unam et amplius hebdomadam, et inquirentibus ipsos nefandissimos malefactores, quam malitiam ad ipsum ipsorum Pontificem habuissent; tam Paschalis quam Campulus cum sequacibus eorum, nihil habuerunt adversus eum quod dicerent. Tunc eos comprehendentes, prædicti Missi magni Regis, emiserunt eos in Franciam.

magna cum gratulatione excipitur;

E

citati ad judicium accusatores,

obmutescunt:

F

32 *Anno sequenti idem Rex,* mense Augusto inchoante, *sicut Eginhardi Annales narrant,* Moguntiacum veniens, generalem conventum ibidem habuit, et iter in Italiam indixit: atque inde profectus cum exercitu Ravennam venit; ibique septem non amplius dies moratus, Pippinum filium suum cum eodem exercitu in terram Beneventanorum ire jussit; movensque de Ravenna cum filio, Anconam usque pervenit; quo ibi dimisso, Romam proficiscitur: cui, pridie quam illo veniret, Leo Papa apud Numentum occurrit; et cum magna veneratione ibidem susceptus, post cœnam, qua simul refecti sunt, illo ibi manente, Pontifex ad Urbem processit: posteroque die in gradibus B. Petri Apostoli cum Episcopis et universo Clero consistens, advenientem Regem, equoque descendentem, Deo laudes dicendo et gratias agendo suscepit; et cunctis psallentibus, in ecclesiam ejusdem beatissimi Apostoli, Deum glorificans atque magnificans, introduxit. *Eadem omnia, heroico versu et eleganti pro tempore, reddidit Saxo Poeta, atque in his librum suum tertium finit. Eginhardus vero, cum dixisset, quod ista facta sunt* VIII Kalendas Decembris, *ceptam narrationem sic prosequitur:*

Rex ipse Romam tendit;

occurrit ei ad Numentum Leo,

33 Post septem vero dies Rex concione vocata,

cur

A cur Romam venisset, omnibus patefecit; et exinde quotidie iis, propter quæ venerat facienda, operam impendit. In quibus, ut maximum, ita difficillimum erat, quod primo inchoatum est, de investigandis videlicet, quæ Pontifici objiciebantur criminibus. Qui tamen, postquam nullus eorumdem criminum probator esse voluit, coram omni populo, in basilica B. Petri Apostoli, Evangelium ferens, ambonem conscendit; invocatoque Trinitatis nomine, de objectis se criminibus jurejurando purgavit. *Hæc breviter ille: fusius autem et distinctius Anastasius.* Post modicum tempus, *id est primo dumtaxat a regressu Leonis anno vertente*, ipse magnus Rex, dum in Basilica B. Petri Apostoli conjunxisset, et cum magno honore fuisset susceptus; fecit in eamdem ecclesiam congregari Archiepiscopos seu Episcopos, Abbates, et omnem nobilitatem Francorum atque Romanorum; et sedentes pariter tam magnus Rex quam beatissimus Pontifex, fecerunt residere et sanctissimos Archiepiscopos, Episcopos et Abbates, stantibus reliquis Sacerdotibus et Optimatibus Francorum et Romanorum; ut crimina, quæ adversus almum Pontificem dicta fuerant, examinarent. Qui universi Archiepiscopi et Abbates, unanimiter audientes, dixerunt: Nos Sedem Apostolicam, quæ est caput omnium Dei Ecclesiarum, judicare non audemus: nam ab ipsa nos omnes et Vicario suo judicamur; ipsa autem a nemine judicatur, quemadmodum et antiquitus mos fuit, sed sicut ipse summus Pontifex censuerit, canonice obedierunt.

AUCTORE D. P. et coram illo se purgat de objectis,

in Synodo ad id vocata,

B

34 Venerabilis vero Præsul inquit: Prædecessorum meorum vestigia sequor, et de talibus falsis criminibus, quæ super me nequiter exarserunt, me purificare paratus sum. Alia vero die, in eadem ecclesia B. Petri Apostoli, cum omnes adessent generaliter Archiepiscopi seu Episcopi et Abbates, et omnes Franci qui in officio ejusdem magni Regis fuerunt, et cuncti Romani, in eorum præsentia, amplectens præfatus venerabilis Pontifex sancta Christi quatuor Evangelia, coram omnibus ascendit in ambonem, et sub jurejurando clara voce dixit: Quia de istis falsis criminibus, quæ super me imposuerunt Romani, qui inique me persecuti sunt, scientiam non habeo, nec talia egisse me cognosco. Et hoc peracto, omnes Archiepiscopi, Episcopi et Abbates et cuncti Clerici lætania facta laudes detulerunt Deo, atque Dei genitrici semperque virgini Mariæ Dominæ nostræ, et B. Petro Apostolorum Principi, omnibusque Sanctis Dei. *Hic vero nequis otiose scriptum patet*, Lætania, *pro* Letania *vel* Litania; *sunt enim ut notat Dominicus Macer in Hierolexico, bene diversæ. Hæc enim, pro Supplicatione populariter instituta, primario accipitur; secundario autem, pro certa Dei Sanctorumque ex ordine invocandorum formula, tunc usurpari solita; quam* Kyrie eleyson *intonando ordiens, dicitur* Litaniam imponere. Lætania *vero, lætum ac festivum diem significat, ut patet ex Regesto Gregoriano lib. 4 Ep. 54, ubi Papa* Lætanias solennes, *id est dies solenniter festos enumerat, quibus Archiepiscopo licet Pallio uti: atqui numquam is utitur Pallio extra ecclesiam; et extra illam fiunt* Litaniæ Majores *in festo S. Marci, et* Minores *ante Ascensionem.*

præstito jurejurando

C

factum excipit Lætania;

35 Post hæc adveniente die Natali D. N. Jesu Christi, in jam dicta Basilica B. Petri Apostoli omnes iterum convenerunt: et tunc (cum *Rex, ut loquitur Eginhardus,* fuisset ingressus, et coram altari, ubi ad orationem se inclinaverat, assisteret) *nihil minus cogitantem*, venerabilis almificus Pontifex, manibus suis propriis, pretiosissima corona coronavit eum. Tunc universi fideles Romani, videntes tantam defensionem et dilectionem, quam erga sanctam Romanam Ecclesiam et ejus Vicarium habuit, unanimiter altisona voce, Dei nutu atque B. Petri Clavigeri regni cœlorum, exclamaverunt: Carolo Piissimo, Augusto, a Deo coronato, Magno, Pacifico Imperatori, vita et victoria (*Annales Francorum et Eginhardus omissa voce* Piissimo, *ad vocem* Imperatori *addunt* Romanorum) Idque ante sacram Confessionem B. Petri Apostoli, plures Sanctos, invocantes, ter dictum est; et ab omnibus constitutus est Imperator Romanorum. Et illico sanctissimus Antistes et Pontifex, unxit oleo sancto Carolum, et excellentissimum filium ejus Regem, in ipso die Natalis D. N. Jesu Christi. *Eginhardus addit:* Post quas laudes a Pontifice more antiquorum Principum adoratus est: ac deinde, omisso Patricii nomine, Imperator et Augustus appellatus. *Hinc Theophanes;* Ab eo tempore ac deinceps Roma in Francorum potestate fuit, *non ut Dominorum, quemadmodum sub Græcis, sed ut Defensorum, ut infra apparebit:* ipse vero Leo, Carolo vicem rependens, coronavit eum Regem Romanorum in ecclesia S. Apostoli Petri, ungens ipsum oleo a capite ad pedes, vestituque Regio et corona circumdans, die xxv Decembris, Indictione nona: *ubi Βασιλέα et Βασιλικὴν ἐσθῆτα verbotenus reddo, ut ostendam Græcis eas voces in usu fuisse, ubi Latini* Imperatorem *et* Imperialem *dicunt.*

et Rex in Natali D. N. coronatus Imperator,

D

E

36 Post celebrationem Missarum, *inquit Anastasius*, obtulit ipse serenissimus Domnus Imperator mensam argenteam... Sed et in Confessione ipsius Dei Apostoli obtulit, una cum præcellentissimo filio suo Rege et filiabus (*hæ apud Alcuinum in carmine præcitato hoc ordine recensentur*, Hrodrud, Berta, Gisala, Hrodhaid, Theodrada, Hildrud: *uxor vero quarta* Luitgardis *hic non nominatur, utpote pridie Nonas Junii, immediate hoc iter Romanum prægressi, Turonis defuncta*) cum filio, et filiabus, *inquit Anastasius* [obtulit] diversa vasa ex auro purissimo in ministerio ipsius mensæ... sed et coronam auream cum gemmis majoribus, quæ pendet super altare, pensantem libras quinquaginta quinque: et patenam auream majorem, cum gemmis diversis, pensantem libras triginta: et calicem majorem cum gemmis et ansis duabus, pensantem libras quinquaginta octo... obtulit et super sacratissimum altare B. Petri Apostoli mensam argenteam minorem, cum pedibus suis, pens. lib. quinquaginta quinque; cum diversis vasis argenteis miræ magnitudinis, quæ ad usum ipsius mensæ pertinent. Item in Basilica Salvatoris D. N. Jesu Christi, quam Constantinianam vocant, obtulit Crucem cum gemmis hiacynthinis, quam almificus Pontifex in Lætania præcedere constituit, secundum petitionem ipsius piissimi Imperatoris...

multa dona offert Ecclesiæ,

F

37 Postmodum vero (*sive, ut Eginhardus,* post paucos dies) cum deducti fuissent [in judicium] iniquissimi illi malefactores [qui eumdem Pontificem anno superiore deposuerant]; videlicet Paschalis cum Campulo et sequaces eorum, in præsentia piissimi Domni Imperatoris, circumstantibus nobilissimis Francis et Romanis, et omnibus exprobrantibus de malis ipsorum consiliis et operationibus, increpabat Campulus Paschalem dicendo; Mala hora faciem tuam vidi, eo quod tunc me misisti in istud periculum: et ceteri similiter, unus alterum condemnans, manifestabant suos ipsorum reatus. Quos dum tam crudeles et iniquos piissimus Imperator cognovisset [secundum legem Romanorum, ut crimine læsæ majestatis rei, capite damnati sunt. Pro quibus tamen Papa pio affectu apud Imperatorem intercessit: nam et vita et membrorum integritas eis concessa est. Ceterum pro sui facinoris magnitudine] Imperator eos in exilium, in partibus Franciæ misit. *Hactenus Anastasius, Eginhardi verbis*

et adductos in judicium reos violati Pontificis,

capite damnat.

A *verbis [ ] interpolatus, quorum prior nihil ultra de Carolo, posterior vero ita progreditur:* Ordinatis deinde Romanæ urbis et Pontificis totiusque Italiæ, non tantum publicis, sed etiam ecclesiasticis et privatis rebus (nam tota hieme non aliud fecit Imperator) missaque in Beneventanos iterum expeditione cum Pippino filio suo, post Pascha, VII Kalendas Maji (*adeoque Dominica tertia et festo S. Marci ac Litaniarum majorum, nam Pascha actum fuerat* IV *Aprilis*) Roma profectus. Spoletum venit.

sed intercedit eo

§. V. *De Triclinio Leoniano ejusque musivis, et horum significatu.*

Triclinium Lateranense majus ante fabricatum,

Priusquam *persecutionem prænarratam sustineret* Leo, *fecerat, teste Anastasio*, in Patriarchio Lateranensi Triclinium, majus super omnia triclinia, nominis sui magnitudine decoratum, ponens in eo fundamenta firmissima; et in circuitu laminis marmoreis ornavit, atque marmoribus in exemplis (*id est incomparabilibus vel potius, ut Alemannus, exemplatis seu historiatis*) stravit; et diversis columnis, tam porphyreticis quam albis et sculptis, cum vasibus et liliis simul positis decoravit. Cameram B cum absida de musivo, et alias duas absidas, diversas historias pingens, marmorum incrustatione pariter in circuitu decoravit. *Postquam autem restitutus in suam Sedem Caroli beneficio, eumdem coronaverat Imperatorem, et post præbitum illi in Triclinio solenne epulum, perpetuam suam illiusque memoriam extare etiam ibi fecit, duplici utrimque emblemate, de quo nobis hic tractandum sumimus. Opus enim istud, subinde restauratum, cum demum ita defecisset, ut præter trium absidum unam, eamque tectorio ex parte decusso deformatam, hujus seculi initio superesset nihil*; Franciscus, S. Agathæ Diaconus Cardinalis Barberinus, *ut habet inscriptio ibi nunc legenda* Triclinii a Leone III Romano Pontifice constructi, a Leone IV successore, sexagesimo post anno, reparati, nostra tandem ætate pene diruti, partem hanc illustriorem, in qua utraque Romani Imperii translatio, redditaque Urbi pax publica continetur, parietibus hinc inde suffultam, ex ære musivum instauravit, labansque olim dexterum absidis emblema, antiquariorum diligentia coloribus exceptum, penitus deinde collapsum, ad priscum exemplum, summa fide ex musivo restituit, anno Jubilæi MDCXXV. *Reliquæ fabricæ omnino nihil superest: siquidem* fundamenta *illa* firmissima, *a prædicta abside ad Sancta Sanctorum, id est a meridie ad septemtrionem ducta*, Pœnitentiarii Lateranenses olerum seminariis hortoque penitus obruerunt: erant autem ea jacta sub publicæ viæ solum, ut inferior pars ædium ostendit; cujus columnæ, ruinarum ruderibus consepultæ, cubitis vix hodie duobus distant C a pavimento.

post coronatum Imperatorem musivis ornat Leo:

de quibus an. 1625 restauratis,

39 *Ita Nicolaus Alemannus: qui occasione restaurationis prædictæ insignem suam eruditionem Urbi et Orbi notam fecit, edendo Dissertationem historicam* de Parietinis Lateranensibus, *ea ratione*, ut de ædificio, ubi publicum id opus extat, pauca et pro re nata; tum de musivi emblemate atque ejus historia pluscula disserere *Lectori polliceatur*; postremo inscriptos imaginibus titulos accuratius expendere, e quibus de Caroli Magni Patricia dignitate multa elici, multa de Imperii translati prima origine cognosci possint. *Hoc ut clarius ei procedat, triplici sculptu tabula exhibentur:* I, Ichnographia *totius operis, sed absque ullo (quod mireris!) columnarum præmemoratarum vestigio, quale nec hodie ullum videre est:* II, Orthographia absidis primariæ, *qualis ante restaurationem apparebat displuviata, cum sinistræ absidis elevatione prima, quæ similiter hodie tota deficit:* III,

edit de iis Nic. Alemannus

eadem Absis restituta. *Ultimam satis habeo hic repræsentare, sic tamen ut alias duas requirere nemo magnopere possit; cum supra vacuum alias parietem novum, quo nunc veluti diaphragmate pars restaurata discriminatur a reliquo Leoniani Triclinii versus Sancta sanctorum protenso et discooperto spatio, describuntur; hinc quidem contracta in brevem formam ichnographia, inde vero ruinosi operis orthographia. Scribitur autem mihi, ad altitudinem prædicti parietis ductum fornicem, qui intermedium spatium cooperiens, illuc per laterales scalas progressos evehit ad peribolum seu loricam, columellis distinctam, unde commodissime spectari tota musivorum forma possit.* D

AUCTORE D. P. *cum 3 figuris æneis hic in unam contractis,*

40 *Nihil hic casu, nihil temere factum, persuadet diligentia Levitarum Ædilium, ab Alemanno cap.* 12 *laudata*, quorum munus fuit sacris ædificiis faciundis præesse, utque cum dignitate ac rite fierent, curare: *talium enim, ut diu ante ac post floruit Collegium, ita etiam hoc ipso stetisse tempore, probat inscriptio, quæ ante Triclinii demolitionem Sixtinam, pone ipsum sic legebatur:* Curante N. Levita Petri, in honorem Archangelorum, Leo Tertius Papa fieri jussit. *Vide ergo in testudine tribunalis stantem in actu benedicentis* Christum; *et ad Evangelicam pacem, per quatuor orbis climata, sub pedibus repræsentata, prædicandam, suos duodecim mittentem Apostolos: qui omnes videntur, collectis reverenter manibus sub planeta, excipere celeusma illud*, Euntes docete; *imprimis autem expeditus cum cruce et clavibus procurrit* Petrus, *velut totius Apostolici agminis ducatum a Magistro suo consecutus. An, ad eamdem* Petri *præcellentiam denotandam, etiam faciat vestis dissimilis ceteris, non explicat Alemannus; nec ego facile definierim: suspicari tamen ejusmodi quid licet, dum illi omnes implicantur Planetæ sacrificali cum stola seu orario Presbyterali*; Petrus *vero ad universalem curam videtur expeditas manus servare. Quid autem significent iisdem Planetis assutæ quasi litteræ cubitales, eæque (quantum assequor) latinæ, nec divinare quidem præsumpserim: credo tamen illas quoque non carere mysterio. Sed in primis notata vox* PAX, *recte accipitur, ut a Leone assumpta in monumentum ejus pacis, quam discusso turbine reddiderat Christus Urbi Romanæ, absque ullo reorum sanguine.*

ubi in prima abside cum Apostolis Christus;

prædicare pacem jubens

41 *Ceterum; ut Alemanni, sic nostram considerationem præcipue merentur emblematici seu musivi operis picturæ duæ, de quibus ita ille ratiocinatur cap.* 9: Nescio quid historiæ superiorum temporum hoc loco repetivit Leo, et cum suo Pontificatu composuit; quod utraque respondere sibi, mutua quadam cum personarum tum negotiorum similitudine, viderentur; ac proinde imagines quæ ea referrent, e regione collocatis, eo facilius ex historiæ convenientia comparari, atque luculentius intelligi alteram ex altera posse speravit. Tres quippe in utraque tabula personæ; aliæ nituntur genibus, duo pro tribunali sedent, Christus videlicet parte dextra, sinistra Princeps Apostolorum Petrus: suus utrique, Pontifex hinc, inde Imperator, submittit genua; Christo, Silvester et Constantinus; Petro, Leo et Carolus. Horum pro sua quisque conditione ab illo sumit insignia; Imperatores, vexillum; Pontificum alter, sinu claves, alter Pallium accipit. Scilicet imaginum auctor sic intelligi voluit, ab utroque illo Imperatore Pontifices eos divino nutu in dignitatem assertos: Leonem IV, ita a Carolo Magno in integrum esse restitutum, quemadmodum postliminio revocatum a Constantino Imperatore Silvestrum: contra, Imperatores, iisdem Pontificibus, Imperium obtinuisse; Constantinum quidem, postquam a Silvestro salute est fonte, initiatus, in Imperio confirmatum designatumque divinitus Ecclesiæ Christianæ defensorem; Carolum vero, secundum Deum,

F duplex ad angulos emblema

per quas duplicem Imperii translationem designare

a

A a Petro Apostolorum maximo, hoc est Ecclesia Romana, Cæsarem renuntiatum et vindicem cooptatum fuisse.

AUCTORE D. P.

42 Hæc, illarum continet tabularum historia, *inquit Alemannus, et tunc adhuc communiori sententia cum Cæsare Cardinali Baronio recipiens ex apocryphis Silvestri actis Romanum Constantini baptismum. Idem autem, quod ille de Historia ibi picta, censuit restaurator operis Barberinus Cardinalis, cum dixit, quod ibi contineatur* utraque Romani Imperii translatio, *a Gentilibus scilicet ad Christianos, et a Græcis ad Latinos. Quod autem hic posuit Alemannus, pergit reliqua Dissertatione eruditissime illustrare : ac primum leviter refutat eum, qui in dextera tabella cujus subscriptio deficiens una cum nomine Pontificis liberiorem relinquebat interpretibus facultatem credebat se videre, in Pontificis imagine, non* Silvestrum, *sed Petrum; eique opponit, quod in priscis Majorum iconibus* numquam *sit* reperire Petrum, sacra illa indutum penula, quam modo Planetam, modo Casulam appellant. *Non sit ergo ibi expressus* Petrus : *ast unde* Silvestrum *hic mihi pones, nisi aliud sit, quod eo retrahat? Trahit, inquies,* R. Constantinus. *Nomen quidem* Constantini *lego, sed quanto pluris facio Æditum Levitarum, ab Alemanno commendatum, pingendarum rite imaginum peritiam; tanto minus, credo, hic eum signatum, ubi nihil minus video quam* Constantinum, *adeo pridem mortuum ; sed omnia* Caroli, *tum cum emblema pingeretur viventis : quod manifeste commonstrat saxum seu tabella quadrata post caput ; cum defunctis, speciali reverentia dignis, omnia Romana musiva circulum lucis soleant post caput ponere, velut æternam beatitudinem consecutis : qua de re alias diffusius egi, ubi de S. Gregorii imaginibus, in cujus Vita Joannes Diaconus lib. 4 cap. 84 expresse notat,* viventis insigne *id esse;* ex quo, *inquit*, manifestissime declaratur, quia Gregorius dum adhuc viveret suam similitudinem depingi voluit : *denotat autem, quadratum illud saxum, ipso Alemanno judice, virtutum quatuor moralium perfectionem, ad quam Christianus omnis debeat vitam erigere, sive quadrari, ut ipsemet Gregorius hom. 21 in Ezechielem loquitur. Occurrit quidem objectioni huic Alemannus ; et defunctis etiam Gentilibus circulum dederint. Vide ergo et considera expressius hic dextrum emblema, in quo* Constantinus *signatus præsumitur.* D

nec Petrus sed Silvester a dextris pingi;

utpote compositus Constantino,

B

sed videtur hic omnino esse idem Carolus;

43 *Si* Magni Constantini *sculptas pictasque antiquitus imagines vidisti numquam (quis autem non vidit?) consule ejus nummos, a me ex Wilthemio propositos ad diem ipsius festum (nam et ipse inter Sanctos colitur, ut demonstravi) diem, inquam* XX *Maji. Invenies ubique barbam, Romanorum Cæsarum more rasam; caput vel galea coopertum, vel diademate gemmato cinctum; pectus lorica, latus clypeo militariter tectum, vel Consulari trabea amictum; Romana denique videbis omnia, in toga vel in sago : litteram vero* R, *quæ* Regem *nominet, omnino nusquam. Si vero a dextro hic emblemate ad sinistrum te convertas, quid aliud conspicies quam eumdem quem ibi* Carolum, *vultu leniter barbato, habitu Francico, cum vexillo item ætatis suæ, similibus utrobique rosis consperso, quorum nihil Constantiniana secula sapit, Carolina omnia, solamque in coronamento differentiam, quod a dextris Regium, a sinistris Imperiale videtur ; utrumque tamen ejusdemmet temporis. Quare vehementer fallor, si non ad idem exemplar, iisdemque prorsus lineamentis, composita fuit figura utraque : quod autem illa nunc leviter differant, solum censeo provenire ab accuratione majori eorum, qui Barberini jussu ad prototypon sinistri emblematis evecti propius, ipsum conati sunt quam simillime possent exprimere in ectypo; cum Antiquarii, a quorum manibus habetur Vaticanum ectypon emblematis dexteri, ipsum eminus, qua licebat nec adhuc totum defluxerat, considerantes, rudibus fuerint lineamentis contenti; quæ forsitan etiam pro majori parte ex sinistri lateris imitatione suppleverint, nec non ex propria phantasia : ab hac enim omnino est vitta linea ad pugnos et collum, cum forma capillitii arrectæque mystacis, a seculo Carolino, nedum Constantiniano, tam aliena omnia, quam propinqua usui parentum nostrorum. Nec me multum movet* Constantini *titulus, ut apparet, acephalus; cum littera* R, *nihil congruum ei significante ; acephalum namque probat defectus* † *crucis, ante* Leonis *et* Caroli *nomina in altero latere signanter expressæ.*

nihil enim Romanum effigies habet,

et omnia Caroli ad sinistrum expressi,

E

unde etiam accepta delineatio videtur.






Constantino *aptari id posse credit; nam ante* Leonem *non invenire exemplar ejus, qui lucis Principibus signum istud tribuerit ; sed inveniat oportet, qui vel mortuo tribuerit, antequam Joannis Diaconi sententiam restringat : et invenimus nos, qui mortuis etiam Gen-*

44 *Salva igitur, quam Eminentissimo Restauratori et eruditissimo Commentatori profiteor deberi, etiam post mortem utriusque, reverentia ; audebo diversum ab eis sentire, et utrobique expressum dicere eumdem* Carolum, *a sinistris quidem jam* Imperatorem, *cum Leone*

TRICLINII LEONIANI ABSIS PRIMARIA RESTITVTA





A *Paries primarius ...*
B *Ichnographia ...*
C *Antiqua facies ...*
reliquus ...
D *Cubiculum, ubi ...*
E *Vestigium novi ...*
F *Reliquus ...*
G ...
H *Ædicula ...*
I *Instaurati operis ...*

A *Leone vivente; a dextris vero solum* Regem, *cum amantissimo suo, sed jam defuncto,* Hadriano Papa; *cui, ante pedes Christi supplicanti, et Ecclesiæ a Longobardis pressæ necessitates flebiliter exponenti, defensorem* Carolum *idem* Christus *assignat, utens potestate quam sibi dedit Pater in cœlo et in terra. Illius potestatis symbolum, duplex clavis est; Defensoris vero, vexillum porrectum* Carolo Regi, *cum titulo Patricii* Romanorum, *Græcis adempto; adhortationeque his verbis expressa,* ✝ ESTO VERUS CONSTANTINUS : *cujus tamen sententiæ prima linea defluxerit tota, ex secunda solum* R *remanserit, spatio utrimque vacuo. Hic vel similis alius fuerit litterarum illarum sensus: nec etiam improbavero si quis velit, ita potius lectum fuisse:* ✝ CAROLVS REX FRANC. VERVS CONSTANTINVS, *ut illi ex altera parte responderit nomen Papæ; per hasce litteras,* SCS, *vel* SCISSIMVS HADRIANVS PAPA. *Sed et alia conjectura occurrit animo, ex ascitis familiarius nominibus, quibus eo tempore inter se amici, etiam Principes, utebantur in epistolis ac versibus. Sic Alcuinus* Carolum *suum identidem appellat* Davidem; *Carolus ad* Angelbertum *Abbatem Centulensem inscribens litteras,* Homero auriculario salutem *dictat; tacito prorsus nomine proprio. Quin igitur fieri potuit, ut* Carolus B Leoni *vel* Hadriano *privatim nuncupatus sit* Constantinus; *cujus usus memoriam voluerit hic extare Pontifex, ex ipsis vultus lineamentis, et vero nomine ad sinistram comparituro, satis cognoscendum* Carolum *confidens, etiam sub alieno nomine. Nihil equidem ausim definire, sed omnino tale quid cogitandum censeo, nisi litteras illas putare velis, opus esse, figuris illis multo recentius; ipsumque audaciæ alicujus interpolatoris imputare, qui suam conjecturam, de picto ibi* Constantino, *illiverit temere parieti decrustato.*

qui a dextris fuerit compositus Hadriano defuncto, ut Rex,

Constantino similis in protegenda Ecclesia,

aut etiam familiaris sic nuncupatus:

46 *Dum conjecturæ deditus fui, transeo ego ad lateris sinistri emblema, leviori jam opera considerandum: et cum Alemanno sentio,* Carolum *jam coronatum* Imperatorem *hic vere repræsentari; neque ut dissentiam (sicut alias feci) amplius me movet titulus* Regis, *ibi expressus ex usu et acclamationibus vulgi, cui* Imperatoris *titulus pridem insolens erat; cum ipsi, cui eum ab Augusto ductum acceperant, translata in Asiam Sede, passim* Βασιλεῖς Reges, *rarius* Αὐτοκράτορες, *nec fere nisi in suis diplomatibus dicerentur, unde prior* Imperatoris *titulus (utpote ex prima sui institutione humanitatis amplius, dignitatis minus continens) pene contemptui eo tempore erat; sed* Carolus, *usu suo, eum pristinæ æstimationi reddidit; quod non ita subito re-* C *ceptum ubique fuit, ne Romæ quidem. Movet autem me, ut ita sentiam, non solum Corona epanoclista, sed multo magis titulus* D. N. *id est* Domini nostri, *Francorum Regibus inusitatus, et primum cum Imperio assumptus, sicut erudite probat Alemannus. Libenter etiam ei assenserim, S. Petro propterea hic Pallium imponi, ut intelligatur non tam personam suam repræsentare, quam Pontificiæ potestatis plenitudinem, tum in* Leone *restituendo, tum in Ecclesiæ defensione* Carolo *committenda; quod notat porrectum* Leoni *Orarium seu minus Pallium, et claves in sinu positæ; nec mysterio vacare mihi videtur littera* L, *imæ vesti assuta, sed designare plenam Libertatem Ecclesiæ eo facto stabilitam, excusso penitus jugo veteri Græcorum; nec novo alio (ut quidam hæretici contendunt) assumpto.*

a sinistris vero cum ipso Leone Imperator,

cum titulo D. N. id est, Domini nostri

§. VI *An saltem sinistrum emblema Imperii translationem denotet, ex mente Leonis: et quam diverso sensu Leo et Carolus scribantur D. N.*

Affirmat Alemannus,

P*ostquam sinistræ partis musivum ejusque inscriptiones, per quatuor integra Capita, explicuit Alemannus, cum omni ea eruditione et accuratione quam posset in tali tamque plausibili argumento sperari; sed quam transferre huc non possumus, nisi a* Leonis *Papæ rebus longius abducendo sermonem; extremis tandem duobus Capitibus quærendum sibi sumit,* An jus et auctoritatem Imperii transferendi hæc tabula contineat, *et* an ejus translati causas indicent ejusdem tabulæ inscriptiones. *Factam translationem res ipsa loquitur; legitima auctoritate justissimisque de causis factam, nemo dubitet nisi impius:* Carolum, *qui a dextris sub Adriano, solum ponitur ut* Rex Francorum et Patricius Romanorum, *a sinistris exhiberi ut* Imperatorem *cum titulo* Domini nostri *et corona, Græcorum Imperatorum instituto superne clausa, patet. Sed, cum res illa tota facto potius quam verbo processerit, nullo condito contra Græcos decreto; nec ipsos, quantumvis de Apostolica Sede, primum fœde spoliata, tum ignaviter deserta, pessime meritos, ignominia ulla notasse* Leo *inveniatur; non possum mihi persuadere ut credam, voluisse virum, sanctissimum ac modestissimum, in illa sua tabula extare exauctoratæ (ut sic loquar) Græciæ monumentum, aut aliud omnino quam suæ erga Carolum gratitudinis debitæ argumentum.*

D AUCTORE D. P.

sed non probat

47 *Sed neque Alemannus ipse quidpiam adducit, unde alterutrum, quod in titulo quæritur, in corpore Dissertationis affirmative vindicatum deduci; totus autem est in probandis articulis, quos extra controversiam habendos puto.* Vexillum *Carolo in manum dat* Petrus, *sed quale antea* Christus. *Neque Urbis vel Imperii Vexillum istud est, si quidquam sapio: nihil enim tale in Latina Græcaque antiquitate reperias. Romanis* Labara *sua erant, forma ut notum est quadrata, et hunc constanter in suis fanonibus tota servat Ecclesia Occidentalis, Romanis ritibus informata.* Flammea, *qualia hic cernuntur, Francorum natio videtur semper usurpasse; unde ipsorum* Auriflamma, *quod* primarium vexillum *interpretari ex Teutonico idiomate, Francis olim patrio, possis. Hinc factum crediderim, ut* Stephanus *Papa III, cum* Pippinum *ejusque filios* Carolum *et* Carolomannum, *a se unctos Francorum Reges, etiam* Romanorum Patricios *crearet ad S. Dionysii juxta Parisios, ejusmodi vexilli traditione actum illum insigniret: quo quid intenderit, ipse explicat in Epistola ad eosdem, quæ est in Cod. Carol. 6, et ab Annalium Francorum auctore aliquoties ad an. 754 num. 57, his verbis.* Nulli nisi tantummodo tuæ amantissimæ Excellentiæ, vel dulcissimis filiis et cunctæ genti Francorum, per Dei præceptionem et S. Petri, sanctam Dei Ecclesiam et nostrum Romanorum Reipublicæ populum com- F misimus protegendum. *Ejusdem porro formæ vexillum miserit Carolo* Hadrianus, *Romanum ei Patriciatum confirmans; ejusdem formæ miserit* Leo, *ideoque etiam hic exprimi fecerit* Leo *[illegible]: sed cum aliqua coloris diversitate, ab Alemanno non observata. Etenim Jo. Franciscus Vannius noster, rogatus propius singula explorare, invenit sinistri lateris vexillum esse cæruleum, qui color nationi illi etiamnunc Regius est: quod autem S. Petrus porrigit coloris est rubri; tum quia hic admonere poterat, sanguinis, si opus esset, pro Ecclesia fundendi; tum quia hunc sibi colorem proprium Ecclesia semper habuit, et etiam nunc habet in labaris atque fanonibus processionalibus, symbolum martyrii et caritatis; quæ cum inferne soleant in tres lacinias scindi, unius ac trinæ Deitatis mysterio significando: apparet cur etiam Flammeum Leonianum findatur trifariam; licet id etiam referri possit ad expressiorem similitudinem* Flammæ, *unde nomen sumptum.*

E *nam vexillum utriusque lateris idem est, et Francicum,*

quale sit creando Patricio assumptum a Stephano 3 Parisiis,

et quale deinde miserint Hadrianus et Leo

48 *Nunc si* Flammeum *seu* Vexillum, *quale dixi, nihil in sua origine Romanum habet, multo minus id habent* senæ-Rosæ *apud Alemannum, æque in dextri quam sinistri emblematis vexillo sparsæ. Interim efficaciter excludunt tempora* Silvestri *et* Constantini,

Illis insparsæ rosæ sex.


adquæ

A ad quæ non nisi imperitissime potuissent illas operis curatores retulisse ; satis superque indicantes ipsa vexillorum similitudine, unam eamdemque se causam habere ipsas utrobique pingendi. Ciacconius et sequaces illius, undecumque rapta occasione gentilitium insigniorum cuique Pontifici attribuendorum, nihil cunctantur asserere, Rosas illas ei genti tesserarias fuisse unde Leo processit ; haud dubie familiam etiam nominaturi, si quam inter Romanas invenissent illis usam. Sed absit ut armorialia insignia aliqua ante seculum undecimum fuisse cogitemus, ad eum quo deinceps invaluerunt modum. Si autem necesse sit divinare, quid ipsæ Rosæ (si tamen sunt Rosæ) tali loco et numero, ibi velint ; occurrit mihi sermo Innocentii Papæ III, in Dominica Lætare habitus, circa annum MCC, rationem reddens solemnitatis, quæ de antiqua Sedis Apostolicæ consuetudine celebratur in ecclesia sanctæ Crucis, Hierusalem dicta, et cur ea die Romanus Pontifex illo in loco florem aureum fidelibus populis repræsentat. Habes totum hunc sermonem editum an. 1681 a Carolo Cartari, post ejus de Rosa-aurea tractatum, in quo, relatis cap, I variorum variis de ritus illius origine sententiis, tandem concludit quod Ordo Romanus, anno MCXCII insertus libro Censuum Romanæ

B Ecclesiæ, Caroli Magni ævo fuerit compilatus ; unde inferre possemus, eum quoque ritum, ut istic præscribitur, adeo antiquum esse, ut originem primam invenire impossibile sit. Dixi, Si tamen Rosæ sunt : nam (sicut proprius observavit prælaudatus Vannius) solum Scutula sunt, triplici circulo circumducta, hoc modo :

AUCTORE D. P.

quas possis ad ritum Rosæ benedicendæ referre)



seu potius seu scutula variegata,

Ubi medius orbis, in dexteri quidem lateris vexillo, quod Christus porrigit, sicuti et circulus extremus auro pinguntur, rubro vero secundus utrique interjectus ; in altero autem non satis distinguitur aureusne sit color : sed ruber in extimo, ceruleus in centro manifeste apparent. In his mysteria quærant, qui volunt ; inveniant qui possunt. Ego senario numero scutularum intendo, atque

C ad antiquam ... Germanicarum Ecclesiarum consuetudinem, (etiam Alexandro Papa VII, inter familiare colloquium observatum annos præcedentium in Episcopatu Præsulum signantium per virgulas, seu teretes baculos permodum cereorum, palam in ecclesia suspensos e summo lacunari. Hinc autem in mentem mihi venit suspicari, in ecclesiæ Patriarchalis Lateranensis labaro solitam annis singulis scutellam variegatam appingi, ex quarum numero populus intelligeret, quot annos temporis illius Pontifex in suo Pontificatu numeraret : atque ita notaretur hic, annus sextus Leonis, idemque Christi DCCCI, quo Musivum istud factum fuerit.

numero suo videntur annos Pontificatus notare.

49 A vexillo ad ternas Claves transeo, in quibus Alemannus præcipuam vim ponit ; ad probandum quod Ecclesia, per S. Petrum repræsentata, in translatione Imperii a Græcis ad Francos, usa fuerit plenitudine Apostolicæ potestatis, per claves illas signata ; sic enim inquit, cap. 14 ; Clavis duplex, ligandi scilicet solvendique auctoritas, penes alios etiam est ecclesiarum Antistes ; facultas vero secularia ad religionis amussim dirigendi, rerumque publicarum statum temperandi, et ad Christianæ pietatis censuram regna et imperia moderandi, Apostolica plane est et summa ecclesiastica potestas : quæ licet a ligandi solvendique potestate proficiscatur, illi tamen jure solummodo competit, qui unus omnium D est pater, censor religionis, a bene beateque vivendi magister. Is ergo cum Romanus sit Pontifex. ejus sane fuerunt partes, ad regendum Imperium, quod a religione jam aberrarat, et pietatis præceptoribus Romanis Pontificibus bellum indixerat, hominem designare, qui et religionis et Ecclesiæ Romanæ, religionis magistræ causa, omnia vellet. Quam vera hæc esse puto omnia, tam parum censeo ad numerum clavium ternarium facere ; quamvis enim ea potestas in Ecclesia semper fuerit, attamen moris indifferentis erat, non solum Latinis, sed etiam Græcis, cum una, duabus, vel tribus clavibus Petrum pingere : idque probat ipsemet Alemannus ex Codice Vaticano Græco, sub an. DCXCIX exarato non magis quam picto, producens hujusmodi sancti Apostoli imaginem. Neque difficile est plura ternarii numeri mysteria producere, ad quæ respexerit etiam triplex Clavis.

Triplex etiam clavis in sinu Petri, nihil facit ad Imperii translationem,

utpote diu ante pingi solita :

50 Sed inscriptiones fortassis factam translationem Imperii testantur, cum Carolus D. N. prætitulatur. Non magis profecto, quam cum ita prætitulatur Leo, mutatio facta in Pontificatu signetur ; et nisi aliunde sciremus, neutrum eo titulo usum fuisse ante initium seculi IX ; ex hac quidem pictura ignoraremus, quandonam vel ipsis vel eorum antecessoribus titulus talis accesserit. De Francorum Regibus clarum est, eorum Can- E cellarios, in subsignandis diplomatis, nec Domini quidem titulum nominibus ipsorum præposuisse. De Romanis Pontificibus constat, eos æque ac Episcopos alios, prætitulari quidem solitos Domnos, sed absque addito Nostri. Sic Breve ipsiusmet Leonis de Eresburgensi dedicatione, signatur (ut vidimus) anno Domini Leonis III quarto ; idemque de omnibus decessoribus ejus probat formula Epistolarum ad Exarchum Italiæ aliosque scribendarum Pontifice mortuo ; qualium litterarum formulam, post Gregorii II chronologiam produxi, sic conceptam. A Deo servatæ excellentiæ Domini nostri per has nostras innotescimus humiles syllabas, ab hac luce fuisse subtractum Domnum [ill.], sanctissimum nostrum Pontificem. Siquidem ad id usque tempus, quo Leo Isauricus nefarium Romanæ Ecclesiæ simul et sacris imaginibus bellum indixit, Romana Urbs, et quidquid in Italia necdum barbaris cesserat, in civilibus suberat Imperatoribus Græcis, eorumque Exarchis et Patriciis, quos titulo Domini nostri, non solum Romani ceteri, sed ipsimet etiam Pontifices nuncuparunt semper. Postquam vero intellectum est, adesse cum Imperialibus mandatis Exarchum Eutychium, ad occidendum Gregorium, et omnes eumdem Eutychium anathematizarunt, sese magni cum parvis F constringentes sacramento, numquam Pontificem, Christianæ fidei zelotem et ecclesiarum defensorem, se permittere noceri aut amoveri, sed mori pro illius salute essent omnes parati, uti scribit Anastasius ; videntur iidem civitatem suam temporali Pontificum Dominio subjecisse, saltem quoad usque Imagines restituerentur, et ablata inique patrimonia redderentur. Quia tamen illi dominium tale, potius jure sequestri quam perpetuæ possessionis tenebant, semper parati priores Dominos, ad fidem regredientes, illataque damna resarcientes, et debitam contra barbaros defensionem præstantes, recipere in subtractam tantisper possessionem ; numquam illi passi sunt Domini nostri vocari, usque ad Leonem. Hic vero nihil æquum ab Irene et Constantino ejus filio, licet orthodoxis, obtinere se posse videns ; tandem, quod decessores ejus quinque jam facere cœperant, ad Francorum defensionem totum sese contulit ; et fortassis hanc ipsam habuit suæ persecutionis causam, quod de Græcis prorsus abdicandis consilia agitaret.

nec etiam titulus D. N.

licet tum primum adscriptus Carolo æque ac Leoni.

Cesserat quidem dominium Urbis Pontificiis sub Gregorio 2,

abdicatis Græcis ;

51 Caroli filius Ludovicus in Constit. de Privil. B. B. Petri ad Paschalem ; Concedo, inquit, sicut a prædecessoribus vestris usque nunc in vestra potestate et ditione tenuistis et disposuistis, civitatem Romanam

ut testatur Ludovicus Imperator,

A Romanam cum Ducatu suo : *quibus verbis, antiquiorem possessionem significantibus, ut minimum indicat, eam saltem in* Leone. *Paschalis decessore, cœpisse. Rem ergo inter* Leonem *et* Carolum *eo anno, quo hic Romæ substitit, rebus et Ecclesiæ et Urbis ordinandis intentus, sic actam concipio. Considerans* Leo, *populi Romani mobilitatem, et Græcorum identidem subrepentium machinationes, haud facile posse reprimi sua unius auctoritate, quamtumvis Patriciis Francis subnixa ; nisi prorsus exclusis ab Occidente Græcis (nam in Oriente omnia illis integra reliquit, ipseque* Carolus, *etiam Imperator factus, ut fratres coluit) suo supremo ad id usus jure, proprioque prorsus motu,* Imperatorem *dixit, coronavit, et unxit* Carolum, *nihil minus opinantem. Ut enim in ejus Vita scribit Eginhardus num.* 33 ; Imperatoris et Augusti nomen tantum primo aversatus est, ut affirmaret se eo die, quamvis præcipua solennitas esset, ecclesiam non intraturum fuisse, si Pontificis consilium præscire potuisset. Invidiam tamen suscepti nominis, Constantinopolitanis Imperatoribus super hac indignantibus, magna tulit patientia, vicitque eorum contumaciam magnanimitate... mittendo ad eos crebras legationes, et in epistolis fratres appellando.

Leo tamen Carolum Dominum appellari voluit,

B 52 *Hinc consequens erat, ut a Romanis posthac appellaretur* Dominus noster, *itaque desinerent illi posthac respicere alios. Sed ut constaret illis,* Carolum *eo titulo nihil aliud sibi acquisitum putare in civitatem Romanam et patrimonia, partim jam recepta a Longobardis, partim a Græcis recipienda, præter obligationem* Mundiburdis *(ut Franci vocabant) id est tutelæ atque defensionis : ipsum inter et Pontificem convenisse crediderim, ut iidem Romani compellerentur in publicis omnibus actibus compellare Pontificem cum titulo* Domini nostri, *sicut in emblemate de quo agimus, ac postea semper observatum fuit ; quamvis sæpe conatus fuerit Populus iste, veteris ante Augustum Reipublicæ formam repetere, excusso etiam Pontificum dominatu. Nihil igitur amplius, quam habuerat* Patricius, *acquisivit* Imperator *et* Augustus Carolus, *præter majoris dignitatis titulum* ; *et hoc inter alios per orbem Christianum Principes eo fiebat celsior, quo erat ad defensionem ecclesiæ obligatior Pontifici, vicissim obligato spiritualibus armis potissimum tueri eum, a quo præcipue erat corporalibus protegendus. Atque hoc est quod suo in testamento, heredibus suis ac filiis tribus, inculcans Carolus* ; Super omnia autem, *inquit*, jubemus ut ipsi tres fratres curam et defensionem sancti Papæ

et ab hoc vicissim ita jussus est appellari,

ut Romani scirent penes hunc dominium,

penes ipsum tutelam solum esse

C simul suscipiant, sicut quondam ab avo nostro, Carolo, et beatæ memoriæ genitore Pippino Rege, et a nobis postea suscepta est ; ut eam cum omni adjutorio ab hostibus defendere nitantur; et justitiam suam, quantum ad ipsos pertinet et ratio postulat, habere faciant.

53 *Condidit testamentum hoc anno* DCCCVI Imperator Cæsar Carolus, Rex Francorum invictissimus et Romani Rector Imperii, Pius, Felix ac Triumphator, semper Augustus, *regni sui in tres filios divisionem instituens* usque ad terminos S. Petri ; *ipsos atque a divisione excludens, multoque magis Romanam Urbem ac Ducatum ejus, cujus nec meminit quidem ; quippe* Imperatoris titulo, qui *tamen* magnificentissimus fuit, ne unius quidem pagi factus dominus, *ut fatetur Carolus le Cointe in Annal. ad annum præd. n.* 29. *et tamen* omnia, *licet in conventu Primorum atque Optimatum jurejurando firmata a singulis,* Leoni Papæ, ut ipse sua manu subscriberet, per Eginhardum missa sunt : quibus Pontifex lectis et assensum præbuit, et propria manu subscripsit. *Ita ipsemet Eginhardus in Annalibus. Cur autem Imperialis tituli heredem neminem scripsit? Haud dubie, quia sciebat ipsum a nemine nisi a Pontifice posse conferri ; idque verosimiliter iis etiam pactis continebatur, quæ cum ipso Romæ inierat.*

hinc nulla Urbis mentio in divisione

54 *Unde cum postea legitur anno* DCCCXIII *mense* D *Septembri,* Ludovicum *filium Imperii consortem declarasse et coronasse ; non id fecisse credendus est auctoritate propria, sed petito habitoque* Leonis *consensu ; illamet forsan occasione, qua testamentum subscribendum misit : ac ne tunc quidem plus filio contulisse credi debet, quam electo Romanorum Regi nunc conferunt Septemviri Imperiales : nam* Ludovicus, *licet Aquisgrani coronatus a patre, Imperii tamen Coronam de manu Stephani Papæ IV gratanter excepit in ecclesia Remensi, anno post obitum patris tertio ; eatenus cunctatus ipse in Italiam accedere, ubi præsentia sua necessaria non erat, regnante ibidem fratris defuncti filio Bernardo, ad Ecclesiæ tuitionem extrema avi voluntate nihilo minus obstricto; idemque Imperator partes regni filiis designans, cum Lotharium illis prætulisset, suique* nominis *(Imperialis videlicet) fecisset* participem ; gesta scribere mandastis, *inquit ipsimet scribens Agobardus Lugdunensis,* et per consortem nominis vestri factum Romam misistis, a summo Pontifice probanda et firmanda. *Denique filius Lotharii illius Ludovicus Junior, coronatus a Leone IV anno* DCCCXLIX, *scribens Basilio Imperatori Constantinopolitano* ; Francorum, *inquit*, Principes, primo Reges, deinde Imperatores dicti sunt ; ii dumtaxat, qui a Romano Pontifice ad hoc oleo sancto perfusi sunt : in quibus etiam Carolus Magnus abavus noster, unctione ejusmodi per summum Pontificem delibutus, primus ex gente et genealogia nostra, pietate in eo abundante, et Imperator dictus, et Christus Domini factus est. E

AUCTORE D. P. nec ipse titulus Imperatoris cuiquam filiorum datus,

nisi de consensu Pontificis.

§. VII. *Reliqua Leonis cum Carolo Imperatore acta.*

A*nno* DCCCIV. *cum Aquisgrani degeret* Carolus *Imperator*, medio Novembri nuntiatum est, Leonem Papam Natalem Domini secum celebrare velle, ubicumque hoc contingere potuisset. Quem statim, misso ad S. Mauritium Carolo filio suo, honorifice suscipere jussit; ipse ad Remorum civitatem obviam illi profectus, ibique susceptum primo Carisiacum villam, ubi Natalem Domini celebravit ; deinde Aquisgrani perduxit : et donatum magnis muneribus, per Bajoariam ire volentem, deduci fecit usque Ravennam. Causa adventus ejus hæc erat. Perlatum fuerat ad Imperatorem æstate præterita, Christi sanguinem in Mantua fuisse repertum : propter hoc misit ad Papam, petens ut hujus famæ veritatem inquireret. Qui arrepta occasione exeundi, F primo in Longobardiam quasi pro inquisitione prædicta profectus est ; indeque arrepto itinere subito ad Imperatorem usque pervenit, mansitque apud illum dies octo, et sicut dictum est Romam revertit. *Quomodo idem sacer cruor iterum inventus ibidem Mantuæ fuerit, juxta hospitale S. Andreæ, anno* MXLIX, *inveniet Lector noster ad diem* XV *Martii, ubi de S. Longino* § 2 *et* 3, *occasione corporis tunc pariter reperti.*

Leo Carolum Remis visit anno 804:

occasione sanguinis Dominici Mantuam progressus,

56 *His omissis hic sufficit indicasse, præmissa accepta esse ex Annalibus Eginhardi : satisque esse ad falsitatis convincendas Epistolas, sub nomine S. Ludgeri, præpostere dicti Monasteriensis Episcopi (quando ignota adhuc ea appellatio erat) et Rixfridi Episcopi Ultrajectini,* de Canonizatione S. Suiberti, *non minoribus, quam Vita hujus sub nomine S. Marcellini edita, refertæ fabulis ; sicuti abunde demonstravit Bollandus* XXVI *Martii, ante vitam ejusdem S. Ludgeri* § 7 *et* 8; *periique non potuisse ostendit, ut* S. Leo, *anno* DCCCIII, *sicut ibi dicitur,* cum magna solennitate suorum Cardinalium, Archiepiscoporum, Episcoporum, et Prælatorum, ac Primatum ad Imperatorem Carolum veniens, *plures in hac inferiori ad Rhenum et Mosam*

non tamen cum magno comitatu,

AUCTORE D. P. et subscribit paci a Carolo cum Græcis factæ.

A *dominabatur Constantinopoli Nicephorus, eoque in Mœsia mortuo anno* DCCCXII gener ejus Michael Imperator factus, Legatos Imperatoris Caroli, qui ad Nicephorum missi fuerant absolvit, cum quibus et suos Legatos direxit, et per eos pacem a Nicephoro inceptam confirmavit. Nam Aquisgrani, ubi ad Imperatorem venerunt, scriptum pacti ab eo in epistola suscipientes, more suo, id est Græca lingua, laudes ei dixerunt, Imperatorem et Βασιλέα eum appellantes : et inde reversi Romam, in basilica S. Petri, eumdem pacti seu fœderis libellum a Leone Papa denuo susceperunt, *utique ejus assensu et subscriptione firmatum. Ita nihil, quod Ecclesiam ac Romanam civitatem concerneret, absque Pontifice ratum voluit habere* Carolus ; *adeoque nec sequenti anno, cum* Ludovicum *filium Imperii consortem declaravit, credendus est aliter id fecisse, quam ex præhabito illius consensu. Posthæc autem anno* DCCCXIV, dum Aquisgrani hiemaret, anno ætatis circiter LXXI, Regni autem XLVII, subjectæque Italiæ XLIII, ex quo vero Imperator et Augustus appellatus est XIV, V Kal. Febr. rebus humanis excessit, *juxta Eginhardum.*

Moritur is an. 814

§ VIII. *Acta Leonis cum Constantinopolitanis. Nicephori Patriarchæ ad eum Synodicæ. Nova Romanorum conspiratio sopita.*

B

Oriente turbato per Constantinum Imp. adulterinum conjugium

H*actenus in Occidente, cum suo novo Imperatore, occupatum consideravimus* Leonem Papam ; *rerum cum Constantinopolitanis et reliquo Oriente actarum vix ulla nobis supersunt vestigia. Cœperat Oriens vehementer concuti, paucis priusquam* Leo *ordinaretur mensibus, redacta in ordinem Irene Imperatoris matre, detrusa in monasterium Maria Imperatrice, pro eaque subinducta cubicularia Theodote. Adulterinas nuptias, quibus assistere S. Tharasius Patriarcha recusaverat, celebravit Josephus, magnæ Ecclesiæ Œconomus : ob quod ipsum quidem gradu et officio dimovit Patriarcha, sed cum Imperatore constantiam non tenuit, illo ad Communionem recepto, et attondendæ Imperatricis coronandæque pellicis potestate facta, ut scribit Theophanes. S. Plato Saccudæorum Hegumenus, ea de causa se ab communione Patriarchæ separavit, neque dubium, quin et carcere ad* Leonem *Pontificem hic confugerit per litteras : sed progressum non habuit dissidium istud, quia Constantinus Imperator per matrem oculis et regno privatus est anno* DCCXCVII. *Irene tamen, jam rerum potens, non restituit Apostolicæ Sedi ablata a Leone Isauro patrimonia Siciliæ atque Calabriæ : quare Imperator coronatus* Carolus, Siciliam *ut inquit Theophanes* classe adoriri meditabatur : sed mutavit consilium, cum Irene pacem et conjugium mire præeligens : *reipsa autem anno* DCCCI Apocrisiarii a Carolo et a Leone Papa missi advenerunt *Constantinopolim*, Irenem Carolo matrimonio jungendam, atque ita Orientis et Occidentis Imperia in unum componenda postulantes : quibus ipsa assensura erat, si non Aetius, post Imperatricem cuncta administrans, atque Imperium in fratrem suum transferre meditans, ejus se consiliis opposuisset. *Anno tamen* DCCCII Irene Imperatrix e Constantinopoli misit Legatum, pacis confirmandæ gratia inter Francos et Græcos ; et Imperator vicissim misit Jesse Episcopum Ambianensem et Helingaudum Comitem Constantinopolim, ut pacem cum ea statuerent.

pro eoque regnante sola matre Irene,

C

conatur Leo ipsam jungere Carolo,

et pacem sancit.

Illa per Nicephorum tyrannum exauctorata,

67 *Ita tunc conticuit reposcendorum Patrimoniorum negotium, vel etiam necessitas, iisdem per conventionem restitutis : litteræ enim* Leonis *ad* Carolum *datæ anno* DCCCXIII *de rebus Siciliensibus, nihil continent querelarum de Græcis ; sed indicant ipsum Carolum ibi Legatum habuisse, et commercium litterarum cum Gregorio Patricio. Ceterum quæcumque Irenes culpa fuit circa Patrimonia, eam noluit obesse clemens Deus* D *referendæ ob orthodoxiam restitutam mercedi : quapropter expurgandam dedit adversæ fortunæ, per quam anno* DCCCIII *redacta in ordinem, ab insurgente contra ipsam Nicephoro, mortua sancte est in exilio Mitilenensi* IX *Augusti. Ipse vero tyrannus, satis sibi hostium domi esse videns, Legatis Imperialibus Constantinopoli regredientibus suos adjunxit,* qui venerunt ad Imperatorem in Germaniam, super fluvium Salam ; et conditionem faciendæ pacis in scripto susceperunt ; et inde dimissi, cum epistola Imperatoris, Romam regressi, atque inde Constantinopolim reversi sunt, *teste Eginhardo : ut appareat qualem in hac pace partem* Leo Papa *habuerit. Sed ea pax diuturna non fuit : anno enim* DCCCVI, Classis a Nicephoro Imperatore, cui Nicetas Patricius præerat, ad recuperandam *a Francis* Dalmatiam mittitur ; *idemque alieniori semper a* Leone *videtur fuisse animo. Siquidem hoc ipso anno substitutus in locum defuncti S. Tarasii S. Nicephorus Patriarcha, prohibitus ab eodem Imperatore fuit Synodicas de more Romam mittere, sic enim ille se postea excusat, per Nicephori mortem et Michaelis evectionem ad Imperium, liberam nactus facultatem implendi officii :*

et jam cum ipso pacem firmat :

qui tamen Nicephorum Patriarcham vetat

68 Quod serius occurrimus, id nemo miretur, neque nostram ob id existimationem in accusationem adducat : quin potius Deo dilecta vestra Fraternitas certo sibi persuasum habeat, Sacerdotalem consuetudinem nequaquam hic excidisse, aut per contemptum vel ignaviam quidquam eorum quæ ecclesiasticis viris conveniunt neglectum fuisse : verum duram implacabilemque præpotentis sententiam, quo minus decretis uteremur, obstitisse. Ignoscat proinde beata anima vestra, si quam noxam cunctatione mea promeritus ; cogitetque haudquaquam facile esse, potentibus, propria voluntate elatis, et quodcumque animo libitum fuerit adimplere satagentibus, sese opponere. Etenim rati causam admodum plausibilem sese nactos, qua nos jam tum Sacerdotio initiatos ab officio præpedirent, stomachose nobis objectabant passimque invulgabant, vos a Constantinopolitana Ecclesia alienos esse, temereque ab ea vos divulsisse. Cum ergo hæc sive vis sive injuria ad vos quoque attinuerit, venia eos dignabimini, qui præter voluntatem pari necessitate constricti fuerunt.

E

Leoni Synodicas suas mittere,

69 *Quamquam autem anno* DCCCVII *juxta Eginhardum* Niceta Patricius, qui cum classe Constantinopolitana in Venetia se continebat, pace facta cum Pippino Rege, et Induciis usque ad mensem Augustum constitutis, statione soluta Constantinopolim regressus est ; *non tamen facile fuit ut scelestissimus Imperator pateretur cum Pontifice communicare Patriarcham ; quando hunc, virum quidem optimum, sed adhuc ecclesiasticarum rerum rudem, utpote ex aula assumptum ad Thronum, modis omnibus coegerat ; ut absolutum a pseudo synodo pauculorum Episcoporum Josephum Œconomum, in gradum reciperet pristinum ; Sanctosque Theodorum ac Platonem in exilium, altera latrocinali Synodo coacta, pelli pateretur. Extat enim S. Theodori de omnibus istis ad* Leonem *Pontificem epistola, legiturque apud Baronium ad annum* DCCCIX *num.* 14 ; *quibus ille acceptis, litteras reddidit Apostolicas ; quæ licet non extent, paterno tamen amore plenas eas fuisse indicant aliæ ab eodem Theodoro num.* 18, *quibus hic patefacit nefandam eorum hæresim, qui errorem in recipiendo Josepho mordicus tenentes, defenderent dispensationem (ut aiebant) legitime factum super adulterio ; contraque eam fortissime disputat Theodorus, seque* Leoni *excusat, cui falso relatus fuerat cum hæreticis quibusdam communicare, eosque anathematizat. Verosimile etiam est, talibus litteris edoctum* Leonem *quanto in periculo iterum versaretur*

Constantinopoli

tamquam cum Græcis non communicante,

F

propter impurum Josephum receptum in communionem

A *Constantinopoli orthodoxia, per scandalosam istam contentionem inter Monachos et Patriarcham; non stetisse intra nudum consolationis officium; sed etiam excommunicationem tulisse vel saltem comminatum iis, qui turpissimum Josephi factum velut legitimum defendebant.*

Sed eo sublato et pace composita pulso Josepho,

70 *Sed Imperatore Nicephoro e vivis sublato, subrogatus Michael, cum anno* DCCCXI, *primum* Sanctissimum Patriarcham... et Theodorum atque Platonem cum Studitarum monasterii primoribus ad concordiam studuit revocare. Legatos etiam ad Carolum Francorum Regem destinavit qui de pace atque matrimonio cum Theophilacto filio ineundo tractarent : sed et Nicephorus sanctissimus Patriarcha ad Leonem sanctissimum Romæ Papam Synodicas litteras transmisit, *ut scribit Theophanes : Michael vero Studita, in Vita ipsius S. Theodori novum Imperatorem laudans, quod* dissidentia membra mox aptissime copulavit, pulchrum Ecclesiæ corpus in unum iterum connectens; et pristinam Sacerdotibus ac Monachis concordiam reduxit ; Josepho nimirum, qui ejectus ab Ecclesia antea fuerat, ab eadem nunc tamquam inutili membro apertius reciso. *Addit Theophanes, quod* Placuit hoc imprimis Romano Antistiti, qui per litteras nuntiosque suos sententiam confirmavit : nam et illum sequestrum pacis et conciliatorem, ad devincendum Patrum animos pius Imperator adhibuerat. *Ipsis in Synodicis præmemoratis Nicephorus Patriarcha primum vitæ suæ ab exordio, et electionis rationem reddit, tum fidei accuratam distinctamque facit professionem, hæreses damnat, doceri petit, ac denique excusata (ut dixi) mora, pollicetur juge litterarum commercium, doletque quod* interim nonnulli sunt, qui divina flocci faciunt, propriæque existimationis causa quidvis moliuntur, neque quale ex Deo judicium sibi immineat quidquam pensi habent.

B *cum approbatione Leonis,*

Epistolæ eædem Synodicæ sunt:

71 Verum enim vero, *inquit, ut illis* usitatum gratumque est præsenti gloriæ splendore que inhiare; ita plane consentaneum est, ut nos divinæ gloriæ ecclesiasticoque decoro et concordiæ, sacrorumque Canonum observationi modis omnibus operam navemus, nostrisque muniis die noctuque incumbamus, et pro Imperatore nostro piissimo potentissimoque jam declarato, sincero germanoque Ecclesiæ filio, ac moribus Deo gratis honestæque vitæ conversatione egregie ornato. Deo, qui illum coronat regnumque cum illo administrat, continuas preces obsecrationesque offeramus, quo vitam pacificam imperiumque quam maxime diuturnum illi largiatur, barbaricis triumphis exornet, felicem Christiani orbis moderationem concedat, ad orthodoxæ fidei zelum incitet, in divinorum tandem præceptorum observatione ita perficiat, ut liberet suis, cum regni potentiæque diuturnitate, honorem et gloriam relinquat non vulgarem. *Denique, commendato litterarum latore* Michaele Philadelphiæ Metropolita, *precibusque apud S. Petrum petitis : In signum, inquit,* caritatis quæ inter nos in Domino intercedit, misimus fraternæ vestræ Beatitudini encolpium aureum, cujus alterum latus crystallo est inclusum, alterum opere fusili effigiatum. Habet illud in se alterum encolpium, cui pretiosorum Lignorum particulæ insertæ sunt. Accessit his candidum Sticharium, et castanei coloris contextum Phenolium tum epitrachelium quoque et enchirium, auro variegata et ornata. Istæc mnemosyni loco, ad misericordem illum Apostolatum, Deo duce transferenda submisseque offerenda, sindoni elegante involvi, plumbeoque sigillo obsignari curavimus. *Verum diuturna Ecclesiæ pax non fuit : cum enim Michael anno* DCCCXIII, *post unum annum et novem menses Imperii, ipsum Leoni Armeno cessisset, quietem monasticam*

quibus petuntur preces pro pio Imp. Michaele

C

et munera oblata.

regno inquieto et infelici præferens ; cœpit novus Imperator iconomachicæ hæreseos occultatum venenum secundo suo anno prodere, easque excitare tragœdias quas vide XII *et* XIII *Martii ad Acta S. Theophanis sæpius allegati, et S. Nicephori Patriarchæ, quorum his Patriarchatu dejectus, iste in exilium deportatus, egregia uterque claruit confessione :*

D

AUCTORE D. P.

72 *Hæc nova et prioribus atrocior in Orientali Imperio tempestas, quin* Leoni *Papæ,* Caroli *defensoris sui morte jam multum afflicto, novum dolorum curarumque cumulum attulerit, sane dubitari non potest. Quo minus tamen remedio ferendo attenderet, domestica rursum turbamenta fecere. Nam cum anno* DCCCXV *Imperator* Ludovicus *Paderbornæ generalem conventum haberet,* allatum est ei, *inquit Eginhardus,* quosdam de primoribus Romanorum, ad interficiendum Leonem Papam, in ipsa urbe Roma conspirasse : ac deinde cum hujus causæ indicium ad Pontificem esset delatum, omnes illius factionis auctores ipsius jussu esse necatos. Quod cum moleste ferret ... Bernhardum Regem Italiæ nepotem suum.... ad cognoscendum quod nuntiabatur, Romam mittit. Is cum eo venisset, ægritudine decubuit : res tamen quas compererat per Gerholdum Comitem, qui ad hoc ei legatus datus fuerat, Imperatori nuntiavit. Quem Legati Pontificis, Joannes Episcopus Silvæcandidæ, Theodorus Nomenclator, et Sergius Dux subsecuti, de his quæ Domino suo objiciebantur, per omnia Imperatori satisfecerunt.

Nova Romanorum contra Leonem conspiratio.

E

per Bernardum R. Italiæ sopita, semel

73 *Nemo est qui hæc distinctius explicet : sed post pauca quæ dam addit Eginhardus,* quod cum Romani Leonem Papam ægritudine decubuisse viderent, collecta manu omnia prædia, quæ in singularum civitatum ditionibus noviter extruxerat, primo diripiunt, deinde igne immisso cremant ; tum Romam ire statuunt, et quæ sibi erepta querebantur violenter auferre. Quo comperto Bernardus Rex, missa manu per Winigisum Ducem Spoletanum, et seditionem illam sedavit, et eos a cœpto desistere fecit, quæque erant gesta per legatos Imperatori nuntiavit. *Tum vero, si unquam alias, usus esse potuit debuitque salubris istius consilii; quo ipse* a Deo protectus et præclarus Pontifex instituit, *(annus nescitur)* ut ante tres dies Ascensionis Dominicæ, Letaniæ celebrarentur, scilicet feria secunda egrediente Pontifice cum omni Clero et cuncto Populo, cum hymnis et canticis spiritualibus, ab ecclesia Dei genitricis ad Præsepe, pergendo ad ecclesiam Salvatoris, quæ appellatur Constantiniana ; feria tertia vero, exeuntes ab ecclesia S. Sabinæ Martyris, et pergentes ad B. Paulum Apostolum ; feria quarta, exeuntes ab ecclesia Jerusalem, et pergentes ad ecclesiam B. Laurentii Martyris foris muros, *ut scribit Anastasius.*

iterumque

F

§ IX. *Leonis erga ecclesias reparandas et ornandas magnifica liberalitas atque obitus.*

Q*ui nos originem Letaniarum Minorum* Leoni Papæ *acceptam referre docuit Anastasius ; reliquum prolixissimum suum de ipso tractatum implevit recensendis, quæ post suam ab exilio reversionem intra extraque urbem fecit, operibus præclaris ; nec non enumerandis donariis, identidem per ecclesias erogatis ; quæ cuncta longum esset tædiosumque transcribere : præstantiora igitur hic aliqua seligam, unde fiat de reliquis conjectura. Cum ergo significasset Anastasius, quod* præfatus sanctissimus Pontifex, *intra primos pontificatus sui Sedis annos, præter alia* § I *indicata,* juxta ecclesiam B. Petri Apostoli, fecit in triclinio majori miræ pulchritudinis decoratam absidem, de musivo ornatam, et absidas duas dextra lævaque marmore et pictura

Opera ante exilium in Vaticano

Ac totum D. P. post reditum ornat Presbyterium:

pictura splendentes *fere sicut in Lateranensi Patriarchio*, et in pavimento marmoreis exemplis stratis, cum ceteris amplis ædificiis, tam in ascensu scalæ quam post ipsum triclinium; *addit, quod* post reversionem suam, et ob nimium amorem fecit eidem nutritori suo *Petro* Presbyterium noviter, totum marmoreum, magnæ pulchritudinis, sculptum compteque erectum.....

restaurat ecclesias suburbanas aliquot:

75 Ecclesiæ B. Andreæ Apostoli, sitæ in tricesimo via Appia in Silice, sarta tecta noviter renovavit; una cum baptisterio et porticu: in qua ecclesia Presbyterum constituit, ubi et dona obtulit tam in argento quam in vestibus et libris. Nona vero indictione, *id est anno* DCCCI, peccatis nostris imminentibus subito terræ motus factus est pridie Kalendas Maji; et ecclesia B. Pauli Apostoli, ab ipso terræ motu concussa, omnia sarta tecta ruerunt. Quod conspiciens magnus et præclarus Pontifex, in magnam veniens tribulationem, lamentari cœpit tam pro argento quamque pro ceteris speciebus, quæ ibidem demolitæ et confractæ sunt. Sed, Domino annuente et beato Principe Apostolorum protegente, præfatus Pontifex totis nisibus suis fundamen ponens, sicut antiquitus existebat, ampla et maxima fortitudine, in meliorem deduxit statum; et in meliori specie eam marmoribus decoravit, tamquæ Presbyterium quam totam ecclesiam marmoravit, et ejus porticus renovavit; simulque et in naveque est super altare, sarta tecta omnia noviter restauravit, et tres imagines aureas ibidem obtulit, scilicet Salvatoris D. N. Jesu Christi, et beatorum Principum Apostolorum Petri ac Pauli. Sed aliam imaginem argenteam Salvatoris deauratam, super postes in introitu posuit, pensantem libras sexaginta. Sed et omne argentum ibidem, quod conquassatum fuerat, noviter restauravit; nec non et fenestras ipsius ecclesiæ miræ pulchritudinis ex metallo Cyprino decoravit.....

et basilicam Sancti Pauli,

cyboria argentea condit ad S. Pancratii et S. Mariæ,

76 In Basilica B. Pancratii Martyris fecit cyborium ex argento purissimo pensans libras CCCLXVII: et in titulo Calixti ad honorem sanctæ Dei genitricis semperque virginis Mariæ, fecit cyborium ex argento, pensans libras DIV et semis..... Itemque fecit in Patriarchio Lateranensi triclinium miræ magnitudinis, *ab aliis dicto diversum*, decoratum cum absida de musivo; sed et alias absidas decem dextra levaque, diversis historiis depictas, habentes Apostolos gentibus prædicantes, cohærentes basilicæ Constantinianæ; in quo loco et accubita collocavit, et in medio concham porphyreticam aquam fundentem, nec non et pavimentum ipsius marmoribus diversis stravit.... Ecclesiam vero B. Pauli Apostoli, quæ vocatur Conventus, sitam in territorio Orbetano, intra fines Suanenses et Clusinenses... quæ pro nimia vetustate jam emarcuerat, atque in ea pecudes refugium faciebant, nec non et ex ea Reliquiæ ablatæ fuerant... mundari præcepit, et omnia sarta tecta ipsius in porticibus noviter restaurari; atque in altari... Reliquias recondi. Pari modo et in basilica B. Petri Apostoli, sita in Albano, quæ pro nimia vetustate jam ruitura erat, omnia sarta tecta ejus noviter restauravit... Idem almificus Præsul divina inspiratione repletus, fecit in basilica B. Pauli Apostoli cyborium cum columnis, super altare miræ magnitudinis et pulchritudinis, decoratum ex argento purissimo, pensans libras duo mille et XV... Sarta tecta vero ecclesiæ B. Aureæ, sitæ in Ostia, omnia noviter reparavit. Ecclesiam vero B. Marcelli, sitam in quartodecimo, quæ ab igne fuerat exusta, in omnibus restauravit....

et alterum ad Lateranas triclinium;

restaurat in Tusciam eclesiam S. Pauli

et in Ostia S. Aureæ,

baptisterium ad S. Andream struit,

77 Baptisterium ad B. Andream conspiciens, quia jam præ nimia vetustate ruinæ proximum erat, et quia angustior locus populi existebat qui ad baptismum veniebat; a fundamentis ipsum baptisterium in rotundum ampla largitate construens, in meliorem erexit statum; atque sacrum fontem in medio largiori spatio fundavit, et in circuitu columnis prophyreticis decoravit; et in medio fontis columnam posuit, et super columnam agnum ex argento purissimo fundentem aquam, pensantem libras X et VIII: nec non et altare majus sub absida construxit, cujus faciem atque confessionem ceu rugas, ad decorem ipsius sacri altaris, investivit ex argento mundissimo, pensante simul libras XL et VIII... ipsum vero baptisterium diversis in circuitu decoravit picturis. Oratorium vero sanctæ Crucis, quod præ nimia erat vetustate ruiturum, a fundamentis simul cum absida novo ædificio erexit, et ad perfectum usque perduxit; atque ipsam absidam ex musivo diversis decoratam picturis atque marmoribus miro splendore ornavit, ubi et obtulit cyborium super altare, cum columnis suis, atque faciem ipsius altaris investivit ex argento purissimo, pensante libras CXX et unam... Fecit in basilica S. Petri cyborium cum columnis quatuor, ex argento purissimo deaurato, cum diversis historiis miræ magnitudinis mirifice decoratum; quod pensat libras duo mille septingentas et quatuor: cyborium vero quod inde abstulit posuit super altare majus in basilica beatæ Dei genitricis, quæ appellatur ad Præsepe.... Hospitale B. Petro Apostolo, in loco qui Naumachia dicitur, a fundamentis noviter construens, diversa illic domorum ædificia decoravit, atque ecclesiam in honorem B. Petri a novo construxit; in qua etiam corpora Sanctorum Ecclesiæ Christi Martyrum deferens recondidit, et omnia quæ in prædicto hospitali erant necessaria construxit, Prædia etiam illuc urbana vel rustica, pro alimoniis Christi pauperum, seu advenis vel peregrinis, qui ex longinquis regionibus veniunt, obtulit ad exaltationem sanctæ Dei Ecclesiæ et salutem populi Romani......

reparat Oratorium S. Crucis,

condit grandius Cyborium in S. Petri

et hospitale:

item Oratorium B. Archangeli in Laterano

78 Fecit in Patriarchio Lateranensi oratorium a fundamentis in honore B. Archangeli, insigni opere firmissime construens, quod etiam ex musivo seu diversis picturis atque pulcherrimis marmorum metallis diversicoloribus ornavit undique, et omnia cimelia tam aurea quam argentea vel etiam vela diversa ibidem obtulit. Macronam vero ipsius Lateranensis Patriarchii, quæ extenditur a campo et ultra imagines Apostolorum, quæ præ nimia vetustate ruitura erat, a fundamentis, simul et sarta tecta, nec non et solarium ab imo usque ad summum noviter restauravit, et in melius firmissimis marmoribus stravit, atque cameram ipsius macronæ noviter fecit, et diversis historiis pictura mirifice decoravit.... Basilica vero B. Apollinaris Martyris, quæ fundata est juxta civitatem Ravennam, cujus trabes præ nimia vetustate de annorum curriculis et oletanis temporibus nimis emarcuerant, jam pene ruitura in tempore illo erat: misitque illuc venerabilis Pater divinitus inspiratus, et per solertissimam ac providam curam suam, omnia sarta tecta ipsius ecclesiæ, simul cum quadriporticis suis, noviter ac firmiter restauravit..... Episcopium vero Albanense simul cum ecclesia, quæ in nomine B. Pancratii fundata est, et per quamdam negligentiam vel per submissiones diabolicas a fundamentis usque ad summum tectum combustum est: sed clementissimus et solertissimus Pontifex, Deo aspirante, ex sancti Spiritus illustratione, firmum jaciens fundamentum, mirum in modum præfatam ecclesiam noviter restauravit, et simul cum sartis tectis Deo juvante ad meliorem statum perduxit.

ubi et aulam Concilii restaurat,

et Ravennæ ædem S. Apollinaris.

atque Episcopium Albanense

Non videtur ... tertium Leoninum, sed Leo I

77 *Hæc satis fuerit obiter delibasse, pauca de plurimis, sed illustriora ex Anastasio: qui cum nusquam*

mentionem

A *mentionem faciat fundatæ* urbis Leoninæ, *totum S. Petri Burgum cum Mole Adriani seu castro S. Angeli complexæ, vix audeo recentioribus Panciroliо et aliis credere, ullam eo in opere partem* Leonem Tertium *habuisse, et omnem eam laudem malim* Quarto *relinquere. Satis illi ad gloriam sunt, centum fere templa restaurata, et pleræque Urbis ecclesiæ ornamentis pluribus ex auro et argento, vesteque pretiosa et supellectili varia ornatæ donatæque; quibus quam munifice impenderit hic magnificentissimus Pontifex liberaliter collatos sibi a* Carolo *Imperatore thesauros, et patrimoniorum per eumdem vindicatorum proventus, vel hinc colligas, quod auri fusi ductique pondus, ex Anastasio in unam subductum summam, ultra octingentas libras ascendat; argentas libras ascendat; argenti, ultra viginti et unum librarum millia. Adde his gemmas aliaque cimelia, quorum æstimationem non curavit cognoscere Anastasius, uti nec artificum mercedes, quamvis opus sæpe materiam superaret. Finit autem Vitam Leonis, seu verius librum de ejus operibus, consueto more Anastasius his verbis:*

per quæ vasis sacris fabricandis impendit,

libras auri 800, argenti 21000.

Moritur 11 Junii 12

80 Qui beatissimus Pontifex, postquam Sedem Romanam et Apostolicam annos viginti, menses
B quinque, et dies sedecim gloriosissime rexit (*scilicet a die* XXVII *Decembris anni* DCCXCV, *usque ad* XI *Junii anni* DCCCXVI *inclusive*) ex hac luce subtractus, ad æternam migravit requiem. Fecit autem Ordinationes tres per mensem Martium, *exemplo trium suorum prædecessorum immediatorum, cum aliis antegressis (quantum quidem ex Anastasio mensem notante possumus assequi)* December *placuerit ad ejusmodi functionem; his verosimiliter rationem habentibus Natalis Dominici, illis Incarnationis divinæ. Ordinavit autem* Leo, *tribus illis vicibus simul sumptis*, Presbyteros *Cardinales* triginta, Diaconos *Cardinales* undecim, Episcopos per diversa loca numero centum sex et viginti. *Episcopi enim necdum Cardinalibus accensebantur, et septem Suburbicarii, qui nunc primum sacri Collegii ordinem faciunt, tunc nequidem jus suffragii ad Pontificis electionem habebant; sed vi solummodo intererant ut arbitri, et Electum ordinaturi.* Sepultus est *Leo postridie sui obitus*, in basilica B. Petri Apostoli pridie Idus Junias, Indictione nona. et cessavit Episcopatus dies x; *post quos ordinatus fuit, die* XXII *Junii, Dominica* II *post Pentecosten*, Stephanus IV, *a Baronio nominatus V, propter unum quem ipse, quia electus fuerit, credidit omitti in numero non debuisse.* D

Ordinationibus tribus in Martio,

sepelitur 12 ejusdem et succedit Stephanus IV.

E

DE SANCTO ODULPHO

PRESBYTERO ULTRAJECTINO.

COMMENTARIUS PRÆVIUS

De ejus cultu, reliquiis, et vita.

G. H.

CIRCA DCCCLXV

Memoria in antiquis Martyrologiis,

Floruit *sæculo Christi nono* S. Odulphus, *cujus memoriam habemus inscriptam Martyrologio MS. Ultrajectino Ecclesiæ S. Mariæ, ante annos fere septingentos exarato, hisce verbis ad hunc* XII *Junii:* Trajecti natale Sancti Odulphi, Presbyteri et Confessoris. *Ubi, ad majorem loci notitiam, in Martyrologio Coloniæ et Lubecæ anno* 1490 *excuso legitur,* In inferiore Trajecto; *quod est* Ultrajectum, *ita appellatum respectu* Trajecti superioris, *ad Mosam siti. Non indicato loco colitur, legitur in antiquis MSS. Atrebatensi Ecclesiæ Cathedralis, Leodiensi monasterii S. Laurentii, Trevirensi S. Martini, Bru*[...] *S. Gudulæ: Leodiensi quoque et aliquo alio*
C *Ultrajectino, pluribusque MSS. item in Martyrologio, sub nomine Bedæ* [...] *edito, quod suppositium esse hinc patet. At majus elogium in MS. Usuardo, in Alsatia aucto, ita refertur:* Eodem die, apud Trajectum inferius, depositio S. Odulfi, Canonici monasterii Sancti Salvatoris: qui Frisiam cum S. Frederico Episcopo suo iterato convertit: et quia ipsum benigne non audierunt, prædixit Danos super eos esse venturos, et multos Martyres in Frisia esse futuros: et sic factum est. Denique circa finem vitæ suæ monasterium in Frisia ædificavit, et mare illic [...] prædixit. Denique Trajectum rediit, et in pace obiit.

et in recentioribus,

Vita

2 *Similia elogia sunt in MS. Florario, sed non adeo antiquo; in quo dicitur* obiisse anno salutis DCCCLXV; *nec non in Auctario Usuardi, a Greveno sub annum* 1521 *recuso, Molani Indiculo et Natalibus Sanctorum Belgii, Ghinii Natalibus Sanctorum Canonicorum, Arnoldi Wionis Martyrologio Benedictino, quem secuti Dorganius et Bucelinus, et hic cum longissimo encomio: verum prudenter omisit Menardus. Præclare explicat statum vitæ Miræus in Fastis Belgicis,* Ultrajectum, *inquit,* profectus, Canonicis Sanctis Salvatoris, vulgo Oudtmunster, qui communem ac velut eremiticam adhuc vitam tunc agebant, se adjunxit: et a Frederico Episcopo in Frisiam missus, Stavriæ Canonicorum in communi pariter viventium Collegium instauravit, quod Andreas Cu[...]quensis, XXV Episcopus Ultrajectinus, Benedictinis Ostbrouca evocatis postea attribuit. *Hæc Miræus: quibus similia habet Molanus, unde intelligitur, quo fundamento adscriptus sit Benedictinis. Reperimus etiam a Congregatione Windesemensi Canonicorum Regularium, in Ordinario divini officii ad annum* MDXXII *excuso, coli festum ejus sub ritu novem Lectionum, quod etiam a Canonicis Regularibus Lateranensibus sub ritu duplici celebratur. At ejus festum per totam provinciam Ultrajectinam, latissime extensam, solenni ritu celebratum fuisse, indicant antiqua Missalia et Breviaria quæ apud nos plurima sunt, uti et Harlemense Breviarium MS. atque etiamnum continuari indicant Officia propria provinciæ Ultrajectinæ hoc sæculo cusa et recusa.*

et variis Breviariis:

F

3 *Est* Oultjens-plaat *amplus oppidi instar pagus, in Ultra-Frachtana insula, inter Hollandiam et Zelandiam, quasi* S. Odulphi Syrtis *dicta*, ibique fuisse Ecclesiam S. Odulpho dicatam, *indicavit mihi olim Jacobus de la Torre, Archiepiscopus Ephesinus et Vicarius Pontificius in dicta Provincia Ultrajectina, quod tum ex ore ejus annotavimus.* Amstelodami ad Novumpontem, vulgo de Nieubrugge, olim ædem fuisse S. Odulpho sacram, *scripsit nobis Amstelodamo anno* MDCLVIII *Adrianus Cools, Societatis Jesu, tum Missionis Hollandiæ Superior.* Eidem dicatam basilicam Canonicorum, in Lossensi diœcesis Leodiensis oppido, *indicant Miræus et Molanus: qui addit,* natum Oorscholi in Campania Brabantica, ubi in parentum prædio extat ecclesia in ejus honorem: quæ intra paucos annos, propter multitudinem et vagam habitationem incolarum, erecta est in secundam parochialem ecclesiam. *Hæc Molanus. At* Stavera *supra memorata, ejus veneratione et miraculis celeberrima, fuit quondam urbium totius Frisiæ maxima, ditissima*

Ecclesiæ in Oultjensplaat,

Amstelodami,

Lossi,

Oorscholi,

Staviæ.

A *[illegible]issima ac splendidissima, imo et Regum credita sedes, portu tunc supra modum commodissimo; unde opes cumulatæ luxum, insolentiam protervíamque tantam generant, ut quisquis nimis insolenter apud Frisios sese effert, communi proverbio, dicatur videri* protervus juvenis Staverensis. *Sed ex præsagio S.* Odulphi *cum dicta urbe sic actum est, ut paulatim fortunam amiserit, atque ita decreverit, ut vix oppidi nomen retineat, et pauci incolæ captura piscium et navigatione vitam sustineant.*

ædes Ultrajecti.

3 *Præterea liquis porro locis eminuit cultus ejus in ecclesia Sancti Salvatoris Ultrajectina, in cujus cœmeterio solebant ejus ædes monstrari, his versiculis inscriptæ, a Buchelio in Notis ad Chronicon Joannis de Beka in Alfrico Episcopo relatis.*

Odulfus, sacrum quem Clara Brabantia ab Oirschot
Misit ad hoc templum, has habitavit Presbyter ædes.

Post mortem, in Ecclesia Sancti Salvatoris Ultrajecti sepultus, pluribus claruit miraculis. *Ita Officia propria provinciæ Ultrajectinæ anno* MDCXL *recusa.* Baldricus XV Episcopus *seculo* X, corpora S. Odulphi *et aliorum* per mysticam revelationem, adinvenit: de quibus sanctis Patronis Trajectensem Ecclesiam gloriosius adornavit. *Ita Beka et Heda. Ut tamen impleta fuerit Sancti prophetia, infra num.* 10, *oportet corpus ejus Staveram translatum deinde fuisse, sed quando nescimus divinare, aut per quem denique eo factum sit. Ibidem venerationi publicæ olim solebant exponi sacra* Capita SS. Frederici Episcopi et Odulphi Presbyteri: *de quibus ad Joannem Bollandum scripsit anno* MDCLXIV *Magnificus vir Gisbertus Lappius a Waveren, Patritius et Jurisconsultus Ultrajectinus, cujus illustris mentio est in Appendice ad Chronicon Joannis de Beka pag.* 122; *et ex ejusdem Lappii memoriis edita est Vita Wilhelmi Heda, ante Historiam Episcoporum Ultrajectensium ab hoc conscriptam, et Notæ ad Historiam Lamberti Hortensii, ante quam est Poema Jacobi Dousæ ad ipsum Lappium. Hic ergo ista scribit:*

B *corporis inventio per revelationem*

5 Refricat mihi non unis litteris magnificus Dominus Nyhuysius memoriam tui, atque ingens circa Vitas Sanctorum studium... Huic operæ tuæ subsidiaria opera dare, ad laudem Sanctorum Dei, me delectat; et vel maxime de Sanctis patriæ nostræ, inter quorum cultores ego me vel primum profiteor. Habe itaque a me geminam hanc inscriptionem, C quam ego cum accuratione delineavi, cum hæ Reliquiæ in custodia essent cognati mei Pompeji a Montzima, Canonici et Thesaurarii Ecclesiæ Sancti Salvatoris (Oude-Munster) Ultrajecti ac postea Præpositi, magni Præsidis Viglii ex sorore prænepotis: quæ jam asservantur in Capitulo, reducta sunt post excessum cognati mei. Cranium S. Odulphi argenteo capite seclusum, justæ ac humanæ magnitudinis, inscriptionem habet littera Germanizante (quali in Hortensio meo inscriptionem quamdam expressi) ut ad oculum videas quam Germanizantem litteram vocem.

Cranium cum magno honore adservatum.

Anno Dni m. ccc. Decanus et Capitulum S^ti Salvatoris Trajecten. me ex capella extrahi et fieri fecerunt.

S. Frederici Martyris pars cranii, itidem reclusa argenteo capite mitrato inscriptionem sequentem habet littera jam supra narrata.

Anno Dni m. ccc. LXII, Decanus et Capitulum S^ti Salvator. Trajecten. me ex tumba, pro tunc innovata, extrahi et fieri fecerunt, per Elyam Seerpfwert aurifabrum. D

Adservatur scyphus S. Odulphi ligneus, argenteo deaurato scypho circumvestitus, ad quem ex catenula aurea crux purissimi auri dependet, cum imagine Christi crucifixi; in qua ambo pedes fulcro innixi, gemino clavo transfixi cernuntur; et hodie, festo ejus Divi ex eo bibentes, crucem scypho ( ) immergunt. Ipse Divus Odulphus eam Crucem in pectore gestabat. Ego sæpe ex illo scypho libavi; cum in custodia esset prædicti cognati mei Pompeji.

4 *Hactenus Lappius. At Petrus Kerckoven, Cathedralis Ecclesiæ Ruremundensis Decanus, sub authentico instrumento anno* MDCXXIX, *die* XXVI *Aprilis signato, testatur,* Domino Everhardo Botter, Magistro Rationum Cameræ, dum viveret, et Consiliario Regiæ Majestatis in Geldria, residenti ante multos annos Ultrajecti, multas Reliquias de diversarum ecclesiarum et monasteriorum sanctarum Reliquiarum thesauro communicatas, et inter ceteras has de S. Odulpho Confessore, Canonico Ecclesiæ Collegiatæ S. Salvatoris Ultrajectensis; de S. Gregorio, Episcopo ejusdem civitatis: item particulas ossium S. Chelindis Virginis et Martyris et Sanctarum undecim millium Virginum. Et quandoquidem dicti Domini Botteri relicti vidua, Domicella Ida van Mierlo, attestetur, nominatas Reliquias, per maritum quondam suum, ex ipsis thecis Sanctorum in ecclesia Ultrajectina et monasteriis accepisse; Hinc est quod attestor, easdem Reliquias prænominatorum Sanctorum et Sanctarum, pro talibus haberi posse; cum prædictæ Domicellæ viduæ fides, vita, et honestas ita mihi nota sit, ut in re tanti momenti non aliud quam veritati consentaneum testimonium datura sit. *Instrumenti hujus, cujus originale adservatur in Collegio Societatis Jesu Hallensi, confinio Hannoniæ et Brabantiæ, tribus leucis Bruxellis dissito, cui jam dicto anno* MDCXXIX *die* XVIII *Aprilis, dictas Reliquias dono assignaverat memorata Vidua Ida van Mierlo, cum epistola donationis: quam ipsi etiam habemus, nobis communicatam.*

E *cujus magna pars inde delata*

7 *Easdem Reliquias approbavit, et publice venerationi exponi permisit, Illustrissimus Franciscus Vander Burcht, Archiepiscopus Cameracensis, die* VIII *Junii dicti anni* MDCXIX; *et in propositione etiam posita, dicitur esse* magna pars cranii capitis S. Odulphi, Confessoris, Canonici Ultrajectini. *Servantur autem hæ Reliquiæ cum aliis in Sacello domestico Collegii Hallensis, teste serica et auro tectæ, cum aliis in majori cista panno aureo argenteoque ornata; et exponantur pridie festi ante primas Vesperas in altari majoris chori; quibus absolutis deferuntur ad altare Deiparæ Virginis miraculosæ, quod festivis vestitur ornamentis, eo quod magis frequentetur, et ibi continua sacra a primo mane usque ad meridiem fiant. Canitur de Sancto in choro Officium ritu duplicis festi, quod ceteri quoque Sacerdotes sequuntur. Hæc omnia curavit Jacobus Wynsius, tunc Superior Hallensis Residentiæ, necdum Collegii Societatis Jesu; qui postea constitutus Superior domus tertiæ probationis in oppido Lirano, tribus Antuerpia leucis dissito, inter alias Reliquias Hallis secum detulit duo ossa dicti* S. Odulphi *ex ejusdem cranio, alterum alio majus; quæ cum approbatione Joannis Malderi, Episcopi Antuerpiensis, publicæ venerationi exponi possunt. Ita ad posterorum memoriam scriptum, attestante dicto Jacobo Wynsio, litteris datis pridie Kalendas Novembris anno* MDCXXX, *quorum omnium exemplum fidele penes nos servamus.*

asservatur Hallis, F

et particulæ Lirae,

8 *Aliquos etiam* S. Odulphi *Reliquias in ecclesia Orschotana illi dicata servari, inde accepimus una cum Vita ejus, quam idiomate Brabantico ibi in codice pergameno*

A *gameno habent, et unde sumptum ecgraphum submiserunt anno* MDCXLVIII, *subscribentibus Joanne van Oudenhoven, Pastore in Parochia S. Odulphi, Bartholomæo vanden Vilken, ex Ordine Eremitarum S. Augustini, Ecclesiæ collegiatæ ac parochialis S. Petri in municipio Orschotano Pastores; et Gadenho, Notario publico; non sine admiratione etiam hoc addentes testimonio suo, quod cum membranas, quibus continetur vita, tam in marginibus quam intra lineas pluribus locis arroserint atque perroserint mures, nulla tamen littera eorum dentibus violata sit, itaque legi integre omnia possint. Verum eamdem Vitam, originali Latino idiomate, damus ex variis antiquis MSS. scilicet Ultrajectino ecclesiæ S. Salvatoris et Rubeæ Vallis Canonicorum Regularium prope Bruxellas, tum ex Schedis MSS. D. Lindani, et Legenda Coloniæ anno* MCCCCLXXXIII, *atque biennio post Lovanii excusa. Laurentius Surius agnoscit eam* graviter scriptam, *sed* magna ex parte se stylum mutasse *præfatur, quam malumus ex primis fontibus proferre. Prologum reperimus solum in dicto MS. Rubeæ-vallis, forte a Joanne Gillemans collectore compositum : extat enim ibidem in prima parte Hagiologii Brabantinorum. Demum ex Molano ista subjungimus* : Refert Becanus Hollan-

Acta antiqua, Teutonico MS.

Latina dantur ex MSS.

B densis Chronographus, inter sui temporis gesta, Hollandos in bello contra Orientalem Frisiam nullum infortunium passos esse, quoad usque B. Odulphi Confessoris monasterium impugnaverunt. Hoc autem impugnato, non Frisonum, sed Dei virtute, ibidem interiisse Wilhelmum Comitem, cum multis nobilibus ac præclaris armigeris.

VITA

Ex variis antiquis codicibus MSS. et editis.

PROLOGUS.

Scripturus auxiliante Deo vitam et conversationem B. Odulph, Confessoris et Presbyteri, in primis ejus invoco gratiam, cujus bono Sanctus iste meruit esse quod fuit in hoc exilio; ut videlicet tantæ strenuitatis in seipso tantæque lenitatis in aliis inveniretur: sicque admonendo, increpando, corrigendo et castigando, bonas virtutes plantando, vitiorumque radices exstirpando, vinum cum oleo veluti bonus Samaritanus sauciatorum vulneribus

C infundendo, denarium laborantibus in Dei vinea promissum vere meruit adipisci. Cujus precibus adjutus, meo calamo parum aliquid audebo de innumeris virtutibus ejus tradere paginæ, præsentibus utile, dignumque posteris; quatenus inspecto speculo conversationis ejus, tergere valeant hæc subjecta legentes, omne quod deforme apparet in oculis summi inspectoris, ut tandem mutata pelle veteris hominis, novum induere, et ad æternæ claritatis mansionem mereantur feliciter ac salubriter pervenire.

CAPUT I.

Ortus, studia, Sacerdotium, Acta Ultrajecti et in Frisia.

Temporibus Ludovici piissimi Augusti erat quidam vir venerabilis, ex nobili prosapia Francorum oriundus, nomine *a* Ludgis: de quo, Deo prædestinante, procreatus est filius nomine Odulfus: qui mox cum sacratissima Baptismatis unda renascitur, cœlesti rore divinitus irrigatur. Ablactatus autem, illico sacræ eruditionis additur studiis, et sanctis ac Deo devotis hominibus canonica religione commendatur erudiendus. Cui Deus tale discendi

a Nobili prosapia ortus,

D studium tantæque solertiæ contulit ingenium, ut ævo majores mirum in modum in discendo præcelleret, suamque ætatem adhuc annis immaturam divino dogmate non segniter decoraret. Crevit autem ætate, sapientia et sanctitate in tantum, ut iis qui tunc temporis religiose Deo servire conarentur, novus Samuel exoriri videretur. Illi vero coram religiosorum virorum præsentia cœlitus tanta conceditur gratia, ut unanimiter ab eis omnibus diligeretur, probabilisque vitæ summa veneratione coleretur: quos et ipse condigna vicissitudine puræque dilectionis dilexit amore. Jam enim puer venerabilis sub ipsis adolescentiæ annis id præfigurabat, se velle continuo, quod operibus perficere satagebat in futuro: quoniam jam tunc se non immemorem Dominici sermonis affuturum proposuit, quem Dominus discipulis suis loquens, ait: Qui amat patrem aut matrem plus quam me, non est me dignus: et, Qui vult post me venire, abneget semetipsum, et tollat crucem suam quotidie, et sequatur me. Hujus verba Evangelicæ lectionis laudabilis puer sedulo recolens, ac secum diu noctuque tacitus revolvens, piis moribus sanctisque operibus Deo devovit incessanter servire: spiritualique Matri sanctæ Dei Ecclesiæ inextricabiliter adhærere, quod et factum est. E

ex MSS. proficit in studiis et virtute;

Matt. 10

Luc. 9

3 Sanctus igitur adolescens Odulfus, Deo dilectus, viris probatis admodum acceptus, sed soli Deo tantummodo famulari solicitus, sanctarum virtutum gradibus ascendit, quoad usque in virum perfectum occurreret. Semper etenim, ut moris est Sanctorum, mentem ad cœlestia studuit erigere, secularisque pompæ triumphaliter illecebras evadere, sicut scriptum est: Ibunt de virtute in virtutem. Quid in tantis morabor? Omni virtute proficiens, per gradus ecclesiastici ordinis ascendit: et juxta divinam, ut credendum est, prædestinationem ad Sacerdotalis officii pervenit benedictionem; atque cooperante gratia Spiritus sancti, Sacerdos effectus est Regis altissimi. Quo rite peracto, statim sibi delegavit in animo, quod propter piæ conversationis studium ad quoddam sacræ religionis tendere properaret monasterium. Quem sui parentes rogaverunt, non ita velle agere; sed ut voluntati eorum assentiret, atque ecclesiam quæ nuncupatur *b* Oressooth cum populo regeret: nam illic natus extitit et nutritus. Quorum precibus evictus, votis eorum pro tempore paruit vel invitus.

Psal. 83

initiatur Sacerdotio:

regit Ecclesiam Orschotanam. *b*

4 Sed non multo post visum est ei adire summæ reverentiæ locum, nomine Trajectum *c*, ut inibi quamdiu in hac luce viveret, cum aliis Dei famulis, ibidem sub castris Christi degentibus, Christo Regi militaret. Quid plura? Vir Deo plenus, juxta veridicam vocem in Evangelio, dicentis; Qui non renuntiat omnibus quæ possidet, non potest meus esse discipulus; postponens patrem, propinquos, agros, familiam, omnemque possessionem, quo visum est ei, Christo duce pergere, pauper rebus, dives meritis contendit properare. Nihil enim habere desiderabat in hoc seculo; ut a Domino secundum tuam promissionem centuplum acciperet, et vitam æternam possideret in futuro. Quo in loco tunc temporis erat quidam magnæ sanctitatis Episcopus, nomine *d* Fredericus; qui sanctum virum cum magno suscepit gaudio et honore condigno; omnesque secum unanimiter servi Dei, qui inibi erant coadunati, Domino congratulantur tam sanctum tamque religiosum adventasse Dei famulum.

F

c Ultrajectum migrat.

Luc. 14

a S. Frederico Episcopo exceptus: *d*

5 Sanctus autem vir humanæ sagacitati diu celare nequivit, quod intus supernam majestatem non latuit: sed mox cum aliquantisper illic degisset *e*, illis omnibus ardens divini luminis lucerna resplenduit. Nam erat ille pervigil in vigiliis, potens in jejuniis

e

Ex MSS. excellit in omnigena virtute.

A jejuniis in oratione sedulus, in sacra lectione studiosus; in eleemosynarum largitate dapsilis, in pauperum cura celebris, in hospitalitate fervens, in distribuendo res ecclesiasticas prudens; et quibus post Antistitem præerat, eos omnes ultra modum humanum præcellebat. Non enim aliud ab illis omnibus et ab ipso Præsule, ut dignus habebatur, quam Pater monasterii vocabatur. Ad ejus oris imperium omnes habere decrevere consilium: quia omnibus omnia factus est, ut ait Apostolus, ut omnes lucrifaceret Christo.

Pater monasterii dicitur

1 Cor. 9

6 Eodem namque contigit tempore, quod Fresones, viri videlicet feroces, in tanti erroris dementiam devenere *f*, quod supradictus Episcopus Fredericus, neque per semetipsum, neque per suos Archidiaconos, ad viam veritatis possit eos revocare. Statim litteras inde cum legato fideli Trajectum direxit, sanctumque Odulphum Dei famulum voluntarie poposcit, ut quanto citius valeret transmenso sinu maris, qui nuncupatur *g* Alechmeer ad se usque perveniret. Qua legatione vir Dei lætus in tantum efficitur, quasi jam ad cœleste convivium invitaretur; cupiens cum proprio Pastore sub eodem agone, si ita res se haberet, palma martyrii subire. Cumque vir Deo plenus transmenso itinere perveniret B ad Præsulem, confestim eo viso ultra solitum inæstimabili repletur gaudio; Salutantes autem invicem in osculo sancto, seseque consolantes invicem divinæ pacis solatio, ut summi Regis præcones incliti, cœlesti romphæa viriliter armati, cœperunt per ecclesias simul iter agere, iterum atque iterum easdem repetere, populum prædicando, et ad viam veritatis Evangelica eruditione convertendo, crebrisque admonitionibus arguendo et increpando convertere; donec homines, qui erant ante velut *h* lupi feroces, salutari dogmate in mansuetas converterentur oves.

in Frisiam a S. Frederico evocatus,

cum ipso Frisones ad meliorem frugem convertit.

7 His ita per ordinem digestis, idem Pontifex inito consilio cum Clericis, non modicaque ejusdem patriæ laicorum multitudine, sanctum Dei virum obnixe poposcerat, quo intra ipsius patriæ fines persisteret; ac populum, qui nuper in seipsum reversus est, erudiendo sanaret, et ab antiqui hostis mortifera fauce salubriter eriperet. Vir autem Dei, multum renitens, asserebat ætate se fore provectum, et prorsus imbecillem ad id ministerium. Ast sibi non assentit Episcopus, qui eum flectere conatur precibus *i*. Tandem vero Odulfus, nolens volens, suo Pastori paruit, C populique votis consensum præbuit; ea tamen ratione, quod aliquantis quandoque transactis annorum curriculis sibi Trajectum revisere liceret, quoniam illic in Dei servitio vitam finire proposuerat. Quid plura? Vir Spiritu sancto plenus, non cessabat populo Dei prædicare, cœlorumque regnum instanter evangelizare. Omnibus igitur, seu prudens dispensator, divini sermonis præbuit alimenta: fortioribus quippe fortiora, infirmioribus juxta Apostolum lactis exhibuit pocula: sicque suæ sanctitatis exemplo omnes unanimiter repleti sunt gaudio.

et urgente Episcopo,

licet senex,

strenue excolit Frisiam:

1 Cor. 3

8 Hac ergo obedientia rite peracta, repedavit ad propria, Deum collaudans, quod ejus adjutus auxilio tot lucrifacere mereretur in hoc seculo animas. Quamvis etenim jam longo fessus extitisset senio; tamen ejus animum, ætatis victorem, non minus solito se piguit exercere in Dei servitio. Perseverabat enim, ut assuevit, in jejuniis assiduis, in vigiliis Deo placitis, in orationibus sacris; in eleemosynis largissimus, sibi parcus, omnibusque pro Christi nomine largus; nilque terrenum in hac luce curavit acquirere, quatenus post carnis debitum æterna præmia mereretur accipere.

reversus Ultrajectum

solita senex exercitia peragit.

D

ANNOTATA. G. H.

a *Ita Ms. Rubææ-Vallis, additque fuisse* de stirpe Karolidarum, *sive* Caroli Magni, *cui anno* 814 *defuncto successit* Ludovicus Pius, *anno* 840 *mortuus: in Vita S. Frederici dicitur* Bodgisus: *nomen satis notum in Francica historia: pro quo tamen alia MSS. habent* Lodgis *et* Ledgis.

b Orschotum *illustre Brabantiæ municipium in territorio Silvæducensi, plures protulit viros, eruditione præclaros, inter quos in Societate Jesu fuerunt Adrianus Crommius et Goswinus Metserus, in studiis Theologicis Lovanii olim Professores.*

c *Additur in Legenda olim excusa,* more pristino Wilsenburgh nuncupatus; *ac censetur id factum a* Wilsis Australis Hollandiæ populis, *diciturque* hoc nomine hodie locus esse haud procul ab urbe.

d *Colitur* S. Fredericus 18 *Julii, in cujus Vita, ex MS. Ultrajectino danda, ista leguntur:* Quidam Sacerdos, nomine Odulphus, in vico qui dicitur Oreschot, deguit sanctissimus, nobili de patre Bodgiso satus, prædicator populorum, non minus sacris deditus Scripturis, et bonis in actibus nulli fuerat postponendus. Hic cum quadam nocte in suo fessus E quiesceret lectulo, vidit in visione Angelum Dei sibi adstantem, claro lumine fulgentem, et talia roseo ore verba proferentem: Surge, serve Jesu Christi, surge: oportet te adire castrum, cui nomen est Trajectum: et cum ceteris Dei famulis ibi ad tuum manebis exitum: et ad prædicandum populo, B. Frederici, cujus illud est Pontificium, te decet esse fautorem, in quocumque jusserit locorum. Extemplo vir Dei, tali visione perterritus, de nocte surrexit; et quod ei in itinere, necessarium foret præparavit usque ad diei crepusculum... Relictis igitur omnibus Dominum secutus est: Trajectumque, quemadmodum illi jussum, pervenit post triduum: et cum sanctam ingressus esset urbem, Præsul Fredericus cum Clero illi obviam ruit. etc. *Dictæ visionis Angelicæ fit etiam mentio in Vita Orschotana.*

e In hospitio satis decoro, in parte Australi Castri. *Ita Vita S. Frederici.*

f *Additur in eadem Vita:* Ut Sabellii Ariique sectam putares esse disseminatam et exortam.

g *Jam diximus ad vitam 3 S. Bonifacii litt f. non* Alemere *sed* Almere *vel* Elmere *scribendum; et intelligi mare quod vocant Meridionale* de Zuyder-zee: *per quod a Narda in Staveren est trajectus leucarum* 10. F

h *Eadem Vita,* cor gerentes belluinum.

i *Eadem Vita,* ei quamvis invito, Staverensem ad regendum commendavit Ecclesiam. *Joannes de Beka, in Chronico Ultrajectino in S. Frederico, ita ait:* B. Odulpho, sancti Salvatoris Concanonico, Stavriensem Ecclesiam commisit.

CAPUT II.

Varia spiritu Prophetico prædicta. Incendium extinctum. Morbus, obitus, veneratio.

Sed inter hæc silendum non puto, quod B. Odulfus in tantum repletus erat spiritu prophetico, ut ita ventura prædiceret, quasi jam facta cerneret. Ex quibus quamplurimis pauca nobis huic lectioni libuit inserere; ne fides audientium tardior fiat eadem animadvertere. Cum a loco qui dicitur Staveren se præpararet discedere, antequam cœpisset iter inde movere, accidit maximam Fresonum multitudinem illuc convenisse, quatenus sua saluberrima munirentur admonitione. Quos Domino commendans benedictus

Spiritu prophetico

prædicit Frisonum defectionem,

A benedixit : quin etiam caritative eos admonuit, ne viam veritatis unquam desererent, quam iterum sine gravi vindicta repetere non valerent. Scio etenim, inquit, vos facturos : quapropter *a* Paganos, super vos prænuntio venturos : qui istam devastantes patriam, vos et quæ vestra sunt secum deducent in captivitatem. Quod ita fieri, ut prophetavit vir sanctus, postea rei probavit eventus.

a
et Paganorum incursionem :

10 Sanctus autem vir, qui futura per spiritum Prophetiæ prævidit, adhuc eidem populo Frisonum adstans, aliud magnæ admirationis præsagium intulit, ita dicens : Cernitis, inquit, hanc? (ostendit eis non modicæ magnitudinis petram, quæ jacebat ante ipsius domus januam) scitote quod sine humano labore devolvetur in flumen, quod dicitur *b* Flye ; ibique jacebit sub undis, quamdiu divinæ pacis munimine carebitis. Cum autem videritis eamdem, absque humana subvectione, hujus littoris oram subire ; procul dubium corpus meum *c* creditote, licet post mortem carnis, hanc patriam revisitare, vobisque pacem impetratam suppeditare : donec cum superbia, perjurio, homicidio, adulterio, totiusque generis peccato Deum offendatis ; ut concessæ pacis donum auferat a vobis. Hujus obstupendæ prophetiæ B signique mirabilis, multi homines qui hoc se vidisse testantur, adhuc sunt superstites. Est etiam ibidem in ecclesia eadem petra perdurans immobilis, non minus in testimonium credulis, quam ad confusionem incredulis.

aliud præsagium dedit in petra mota et remota :
b
c

11 Postmodum vero contigit Trajectensem Ecclesiam existere Pastore viduatam, illo videlicet hinc ad cœlestem migrante patriam. Nec mora : convenerunt in unum Clerici : ut cum beato viro conspirarent de electione Pontificis. Diu etenim illis inter se altercantibus, quem promovere vellent ad curam regiminis. Tandem Præpositum Ecclesiæ, nomine Craft *d* elegere. Ille quidem locuples divitiis, fastu arrogantiæ inflatus, respondit : Habeo rerum quod sufficit ; cur me cura tanti oneris aggravatis? Beatus autem Odulfus, id responsum indigne ferens, ait ad eum : Quid, inquis, miserrime? Spernis plane quod non mereris attingere. Forsitan si id nolles inire, verumtamen deberes dicere, te indignum fore tanti honoris culmen ascendere : nunc autem quia propter tuam innumeram possessionem Apostolici Ordinis sprevisti dignitatem, in eodem membro cum quo pertinaciter prolocutus es id nefandum, jam nunc in proximo hujus vitæ pro vindicta patieris C interitum. Quod non multo post subsecutum est.

d
Præposito arroganti mortem prædicit:

12 Conventu autem Clericorum adhuc titubante, singuli eos, qui sibi optimi videbantur elegere *e*. Sacerdos vero Domini, non respiciens ad personam, sed potius ad meritum, dicebat inter eos probabiliorem inveniri posse Pontificem : nihil tamen illos vituperans, quos sibi elegerant. Ostendit ergo eis quemdam Presbyterum, nomine Hungerum : qui quamvis esset aspectu deformis ; tamen clam hominibus, palam Deo, non minus merito quam opere claruit insignis. Cunctis autem huic electioni consentientibus, statuto tempore secundum Dei voluntatem, pastoralis officii suscepit benedictionem. Per gratiam vero Spiritus sancti sic impleta est prophetia viri justi, quod post sanctos Pontifices, videlicet Wilbrordum et Bonifacium, in illa Sede nequaquam inveniretur, qui sanctioris vitæ tramitem usque ad obitum insequeretur.

e
ostendit Hungerum eligendum:

13 Nec hoc prætereundum est, quod Deo vir plenus, jam provectæ ætatis, fessus senio, nequibat ecclesiam adire nisi suffulciretur baculo, in cujus summitate ceratam habebat tabellulam ; in qua, si ita res eveniret, nomina fidelium denotaret, donec congruo tempore describeret ea in libro vitæ. Quadam vero die sanctus vir animo fortis, immemor D suæ imbecillitatis, dum festinanter ad Dei properaret obsequium, post se in cellula prætermisit baculum. Nec longo intervallo facto, eadem cellula insidiante diabolo inflammata est, cum omni suppellectili ipsius atque cum baculo. Cum sanctus vir interim divinis laudibus insisteret, ignique valido eam inflammari cerneret, ad nota præsidia cucurrit : Deum exoravit, ne loca Sanctorum ignis invaderet, parvipendens quod suæ habitationis domicilium igni deperiret. Exauditur ejus oratio, mansuescit incendium continuo, nec ultra prævaluit, nisi solummodo cellulam quam invaserat combussit. Igne igitur extincto, baculus ita invenitur illæsus omnino, quod quasi sub incendio durante, nec cera nec minutissimus apex deficeret in ea : quatenus liquide cunctis manifestaretur, quanti meriti, quantæque virtutis coram Deo sanctus vir haberetur. Eumdem quoque baculum, post illius obitum, super sepulchrum ejus Fratres posuerunt infixum : qui in eodem loco ubi fixus fuerat, usque ad tempora beatæ memoriæ *f* Radbodi Episcopi perduraverat.

ob senium fulcitur baculo
Ex MSS
qui inter incendium cellulæ,
ejus precibus extinctum, mansit intactus :
f

14 Cum autem jam tempus adesset, quo sanctus vir diu optatam cœlestis regni patriam adire deberet ; modica febre correptus, suam intellexit imminere solutionem. Accersitis autem Fratribus ad se, E indicavit eis et diem et tempus suæ remunerationis. Cumque se morti proximum agnovit, Fratres iterum admonuit, ut ad se convenirent, et cum eo Psalmos, pro exspectatione sui exitus, decantarent. Omnibus ergo exequiarum ministeriis secundum ipsius jussum rite peractis, valefecit Fratribus, deprecans eos pro se Domino preces effundere, promittensque pro eis, et loco, nec non pro habitatoribus loci, ad Deum se oraturum omni tempore. Mox conversus ad Dominum, nil mortem trepidans, quoniam sibi fuit mori lucrum, hilari mente dixit ; In manus tuas, Domine, commendo spiritum meum. Inter hæc verba de corpore sanctissima illius egressa est anima. Qua scilicet exeunte, tanta illic miri odoris aspersa est fragrantia, ut omnes illi qui aderant inæstimabili suavitate replerentur ; ita ut per hoc patenter agnoscerent, quod Angelici cives animam egredientem suscepissent.

febri correptus,
prædictum diem mortis,
omnibus dispositis obit,
et suavem odorem relinquit.

15 Celebratur autem ejus solemnitas pridie Idus Junii. Fiunt autem, non solum in Trajecto, verum etiam in Staveren, ejus intercedentibus meritis miracula innumerabilia, per gloriam et honorem Domini nostri Jesu Christi : qui cum Patre et Spiritu F sancto coæternus vivit et regnat Deus, per infinita secula seculorum. Amen.

ANNOTATA G. H.

a *Hic intelligi* Normannos *et* Danos, *satis colligimus ex Joanne de Beka, et Notis Buchelii, ad proxime post S. Fredericum subsecutos Episcopos; et confirmatur signate ex antiquo Martyrologio, in quo adduntur* multi Martyres facti.

b Flye, *antiquis* Flevus, *non tam fluvius, quam æstuarium Maris-Meridionalis in oceanum sese effundentis, quod a Stavera sic incipit appellari usque in* Flilandiam *insulam.*

c *Desolatione loci factum, credo, ut nesciatur quando translatum Ultrajecto Staveram corpus sanctum sit, aut quid deinde sacris ejus ossibus factum : solum enim caput mansit Trajecti.*

d *Hujus* Craftonii *nulla in Ultrajectinis historiis fit mentio, nomen ex veteri lingua verteretur* Potentia, *quæ modo* Crachi *dicitur; Germani autem* Kraffi *pronuntiant.*

e *Idem Beka :* Per B. Odulphum, S. Salvatori Canonicum, Præpositus abdicatus est, et Alfricus in

A in throno fratris sui laudabiliter collocatus, *cui successit* Ludgerus *ac dein* Hungerus, *de quo sub finem ista habet Beka :* Anno Domini 866, XI Kalendas Januarii Hungerus Episcopus obdormivit in Domino, postquam cum Alfrico et Ludgero annis viginti octo Trajectensi præfuisset Episcopio, qui per Danorum austeritatem a propria Sede propulsus fuit. *Eadem habet Heda. An ergo* Hungerus, *primo electus, ut in hisce Actis indicatur, cesserit Alfrico et* D *Ludgero, eisque successerit, proponimus indagandum viris eruditis.*

f *Post dictum* Hungerum *fuerunt Episcopi* Odilbaldus *et* Egilboldus. *Huic successit* S. Radbodus, *mortuus anno* 917 *die* 29 *Novembris, quo erit vita ejus danda.*

DE SANCTIS EREMITIS SCOTIS

MARINO AC ZIMIO, PRESBYTERIS; AC VIMIO, LAICO; BENEDICTINIS,

GRIESTETTÆ IN RATISPONENSI BAVARIÆ DIOECESI.

SYLLOGE HISTORICA.

De eorum adventu, cultu, translatione, miraculis.

D. P.

B

Sæc. XI

Laodicen. Episcopus Coadministrator Ratispon.

Trias hæc *Peregrinorum in Bavaria Sanctorum, tam obscura seculo præcedenti fuit, ut Boicæ pietatis eximius ac diligens illustrator Matthæus Raderus, moliens præclara illa et elegantissimis iconibus splendida volumina, de Sanctis ac Beatis Bavarici Circuli, nullum uspiam eorum vestigium deprehenderit. Laterent ergo nos etiam nunc, procul in Belgio positos, nisi Illustrissimus ac Reverendissimus Albertus Ernestus, Episcopus Laodicensis et Coadministrator Ratisponensis, Comes de Wattenberg, nostra Sanctorum Acta penes se habere continuo, et diligenter legere solitus, ut ipsemet scribit, certiores nos facere dignatus esset translationis illorum, a se anno* MDCLXXXIX *die* XII *Junii celebratæ, missa pariter, quam imprimi cum imagine jusserat, Germanica synopsi vitæ.*

2 *Hanc ne oporteat Latinam reddere, facit Instrumentum Translationis prædictæ, unde illa synopsis est verbotenus sic accepta, hoc tenore descriptum.* Anno Domini millesimo sexentesimo octuagesimo nono, die undecima Junii, Illustrissimus et Reverendissimus Dominus Suffraganeus, mane profectus cum amplissimo Domino Abbate S. Jacobi Ratisbonæ Scotorum Placido, ad prandium divertit in Hemmau, Vesperi in Dietfurt; disquisiturus dubia super locum sepulturæ Sanctorum ac beatorum Eremitarum et Confessorum Scotorum, Marini seu Martini, Zimii, et Vimii, quiescentium ibidem ad jactum lapidis in Pagi Griestettensis ecclesia, Decanatus Riedenburg, ad S. Jacobum Scotorum in Ratisbona pertinente, ibidem miraculis Coruscantium, quorum plurima litteris conscripta asservantur. Perantiqua enim et constanti traditione receptum, hos Sanctos, ante sexcentos et amplius annos, ad pagum Griestett sive Grienstett, ut in antiquis litteris invenitur, peregrinos, et sacra loca obeuntes, quod tunc frequens erat, divertisse; noctu per somnium admonitos, hic illos vitam ponere et transigere debere. Mane autem surgentes, et locum vitæ solitarie aptissimum intuentes, intellexisse, ad Scosos Ratisponenses, quo tendebant, pertinere; atque jam tunc Abbatis S. Jacobi obtenta venia, in nemore prope habitare cœpisse, quos Marinus, Prior ejusdem monasterii, ex Abbatis voluntate visitans; et ipse, bona sui Præsulis venia, etiam se illis aggregavit; ubi omnes tres, miraculis clari in vita et post mortem, in Domino quievere. Quorum corpora S. Jacobi Abbas Christianus in ecclesiam, hoc in pago Griestettensi suo fundo exædificatam, S. Martini nomine, ex eremi incommodo loco venerabiliter transtulit; ubi hactenus magna miraculorum fama culti ab accurrentibus populis, in terra sepulti remanserunt.

1689, 11 Junii egreditur urbe cum Abbate

C

quæsiturus Sanctorum corpora,

in extructa desuper ecclesia S. Marini:

E

3 Sed injuria temporis sic exoleverat eorum memoria, ut nesciretur, ubi vel utrum adhuc eo loci conditi essent, ubi hactenus contigerat eorum sepulcra honorari. Unde factum, ut antiquæ traditionis constantior ratio inquireretur; qua expetita, altera die locum adeuntibus memoratum, olim in extrema parte chori, supra gradum ad templi tholum, horum Sanctorum nomina fuisse muro inscripta, ad dexteram Evangelii partem, S. Marini : ad lævam Epistolæ, Sanctorum Zimii et Vimii; unde aliis occasio sumpta, ut recentiori tempore, foris supra portam templi, iidem Sancti sic fuerint depicti, ut primum locum Marinus, secundum Zimius, tertium Vimius occuparet; quæ pariete dealbato fuissent extincta, vel decidissent; quo ordine et iidem Sancti, in novo altari in choro, ex sumptibus sororis Serenissimi Maximiliani Emmanuelis Electoris Bavari, nunc Magnæ Ducissa Hetruriæ, ex præsenti periculo vitæ ac morbo erepta divinitus, sic sculpti cernuntur. His insuper præsens Dominus Carolus Widdman, *ædilis loci vulgo Supra-murum,* Prætor Dominæ Baronissæ de Muggenthall, præsentibus quoque venerabilibus Mag. Joanne Dobbler Parocho, et ejus prædecessore Joanne Bauwr modo Plebano in Jachhausen, et Actuario civitatis Dietfurt Joanne Fackler, et aliis honestis viris; [Juratus deposuit] quod non tantum a quinquaginta annis locus ille ad gradum Chori, nomine sepulturæ S. Marini indigetatur ad Evangelii cornu, veri sepulcri magnitudinis formam lateribus ultro infractam graviter et ad normam referens [visus sit] ; sed ex altero [etiam] cornu Epistolæ duæ magnæ cavitates contiguæ, sepulcra innuentes, sæpius (quod templi computus testarentur), sed et ab ipso, complanari jussæ ac studio reparatæ; noviter iterum ad priores sic memoratas formas, a nobis coram inspectas, ultro et sponte sic lateribus infractas, subsederint, et Chorum adeuntibus periculosum lapsui, in confluxu populi, ac perincommodum redderet.

die Jun. 12 intelligit ex traditione juxta altare jacere,

iis locis ubi terra identidem subsidebat

F

ad mensuram sepulcri.

4 Initium ergo operi datum a dextero cornu Evangelii, ubi exerta illa forma sepulcri exstabat, ultro et præter naturam effigiata, S. Marini nomine vocata. Nec multum in terram itum est et effossum, quin sarcophagus detegeretur ex crassis asseribus operculo consummato, ceteris partibus utcumque exstantibus

Sic ad cornu Evangelii invenitur corpus S. Marini,

A exstantibus; in eoque corpus suo ordine dispositum terra mixtum, sed per omnia olim veneranter compositum. (Nam et habitus Ordinis S. Benedicti [agnitus est, et] Rosarium sive decas ex Granadillo miræ ac recentis fragrantiæ; tum Sacerdotalis [Alba] ex serico et optimo lino constitisse [cernebatur]: quod reverenter sublatum in tumba, litteris testibus, cujus esset, donec ceteri quoque quærerentur, repositum seorsim fuit. Major pars tumbæ, cui corpus incubuerat, servata populi pietati, foris Sanctos adeuntis [et cupidi] ejus attactu sanctæ virtutis aliquid attrahendi. Judicatum inde non immerito, ceteros quoque e regione inveniendos, cum primus antiquissimæ traditioni sic inventus responderit. Quamvis autem multa alii causarentur, nihilominus duæ ceteræ cavitates ad Epistolæ cornu erui cœptæ fuerunt, ac statim sepulcra deprehensa sunt.

ad cornu Epistolæ SS. Zimii et Vimii corpora.

5 Nam murus se prodidit, qui duo sepulcra contigua separabat, in quibus prior S. Zimius, et olim supra in muro scriptura referebat Presbyter, idemque Ordinis S. Benedicti, capite versus altare: alter vero S. Vimius, capite versus populum, laicus, B decore conditi exstiterunt. De illis tamen, præter corporis ossa et capita, nihil quam minima habitus Benedictini pars, et corium peregrinantis pallioli inventum. Sublatum itaque utrumque corpus, in eadem tumba cum S. Marini, quodvis seorsim litteris testibus reverenter repositum, cum magno astantium gaudio, retro majus altare templi collocata fuere, ac muro reclusa; ut fidelium populorum venerationi digne constarent, nec non impedimentum omne ac dubium præsentiæ, tum irreverentiæ pedibus calcantium, tum ad Lectorium et sacram Synaxin accedentium, firmiter complanato pavimento, sublatum esset.

qua pariter elevata locantur post altare.

6 *Omnia hæc acta fuerunt die* XII *Junii, isto anno Dominica, uti respondit Illustrissimus desuper interrogatus per litteras. Non multo autem post contigit sequens* miraculum, plane insigne, *ut in sua ad nos epistola ipsam appellat prædictus Illustrissimus: quodque in litteras publicas relatum hoc tenore transmisit.* Anno Domini millesimo sexcentesimo octuagesimo nono, comparuit Andreas Piller, coram Parocho in Eggerrberg totaque collecta hominum Parochia, dum templo egredi festinabant, ex Parochia Parsbergensi; obtestans, quomodo tribus annis totus membris contractus, et epilepsia fuisset infirmatus: postquam tribus se devovit Sanctis his, C munere aliquo cereo deferendo; quotidie cœpit melius habere, et sine ulla ope humana, eodem anno ad integram sanitatem fuit restitutus, suaque ibidem reliquit fulcra: quod idem testantur ejus Parochiani, illum sic constitutum fuisse. *Dies contestati miraculi non exprimitur, verosimile est tamen a die nuncupati voti ad plenum sanitatem, et hinc ad declarationem prænotatam aliquantos menses intercessisse. Interim ex ore Illustrissimi, a letali morbo convalescentis accepit Joannes Federer, Collegii nostri Ratisponensis Rector, et scripsit anno* MDCXCIV *die* X *Martii, quod* cum Serenissima Magni Hetruriæ Ducis

Sanatur contractus, et epilepticus

D nurus Violanta, Soror Serenissimi Electoris Bavariæ Maximiliani Emmanuelis, insanabili ulcere in genis a medicis deponeretur, facto voto a Serenissima matre Adelheide, fuerit absque alia medicina sanata: unde et novum in loco erectum altare, cum insignibus ejusdem Principis ad perpetuam memoriam.

AUCTORE D. P.

7 *In Germanico, dicuntur Sancti Peregrini consedisse* in vacuo quodam prædio rusticano prope Altmulen. *Fluvius hic est, Danubio ad Kelhaim influens, sex horariis leucis supra Ratisbonam; ad eum autem situm oppidum* Dietfurt, *a prædicta confluentia tantum distat, quantum ab ipsa Ratisbona; unde illuc terra itur per* Hemmau, *media via situm, quatuor vel quinque leucarum intervallo utrimque. Paucioribus leucis supra* Dietfurt, *in Altmul refunditur rivus Zaltz, Grisa rivulo auctus, unde* Griespach *et* Griestetten *adsita ei loca, nomen habent.* Griespach *tabulæ topographicæ nominant,* Griestetten *licent: sed ex dictis facile est intelligere, locum hunc ut summum una vel sesquihora* Dietfurto *abesse: quæ autem ibidem contigerunt* miracula quam plurima, *et* litteris conscripta asservantur, *ut initio producti jam Instrumenti dicitur, ea ubi accepero fideliter dabo. Interim accipe formulam, a prædicto illustrissimo approbatam et Germanice imprimi permissam, vel etiam compositam.* E

Descriptio loci

8 Antiph. Amavit eos Dominus et ornavit eos: ℟. Stola gloriæ induit eos, et ad portas paradisi coronavit eos. Oratio. Omnipotens æterne Deus, qui famulos tuos et Confessores Scotos, Zimium atque Vimium, tam mirabiliter adamasti, eisque locum in quo tibi deinceps servirent commonstrasti; atque Marinum eorum conterraneum eodem in spiritu ipsis consociasti; ut in sancta conversatione ac studio solitudinis et austeritatis eremum istam illustrarent; quorum tibi beneplacita vita omnibus Christi fidelibus ipsos visitantibus gratiam tuam divinam conciliat; te suppliciter deprecamur, cum intimo de nostris peccatis dolore, ut istorum famulorum tuorum intercessionem pro nobis velis hoc loco suscipere: et eis qui te in tuis Sanctis honorare student, atque ad eorum confugiunt patrocinium, fontem misericordiæ tuæ largiter manare facias; per quam in omni adversitate confortati, divinam tuam implere voluntatem possimus et post vitam hanc, æterni gaudii atque beatitatis esse consortes. Amen.

Oratio

9 *Tempus quo vixerit* Christianus *Abbas necdum comperi; neque satis discerno utrum is Sanctos statim a morte, de loco in quo vixerant sublatos, ad ædem S. Martini detulerit tumulandos; an vero post aliquantorum annorum spatia, miraculis ibi factis motus, corpora transferri jusserit. Sed nec ulla memoria superest dierum, quibus illi peregrinatione finita ad cœlestem patriam pervenere: quod autem præcipue ad eos concursus fiat festo S. Martini, non alteri causæ adscribitur, quam quod hic sit Patronus ecclesiæ, in qua requiescunt. Igitur hunc diem* XII *præferimus ceteris, tamquam inventione sacrorum corporum memorabilem, cum judicio et assensu Illustrissimi; donec aliud aliquid definiatur.* F

Ætas incerta.

NOT. 8

DE SANCTO ESKILLO

EPISCOPO STRENGENENSI ET MARTYRE.

IN SUDERMANIA SUECIÆ PROVINCIA.

COMMENTARIUS PRÆVIUS

De ejus cultu, vita et translationibus.

SEC. XI
Episcopatus Strengenensis.

Sudermania, *ad mare Balthicum provincia Sueciæ seu Suconiæ proprie sumptæ, sita est inter Uplandiam et Ostrogothiam: cujus urbes sunt Nycopia Ducum Sedes, et* Strenguesirim, *ubi primus Episcopus* S. Eskillus *Sedem constituit, et hic postmodum ibidem mansit, dum fides orthodoxa in ea regione floreret. Res illius gestas et martyrium cum miraculis, dicitur scripsisse* S. Brynolphus, *etiam Episcopus Scarensis, cujus Vitam dedimus die* VI *Februarii.*

Acta a S. Brynolpho scripta.

B *Joannes Vastovius in Vite Aquilonia post Vitam* S. Eskilli *dolet, quod non licuerit sibi Vitam et miracula videre : edidit autem aliquam ex antiquis Lectionibus, sed a se novo stylo exornatis. Nos eam Vitam ut primitus in* XII *Lectiones distributam accepimus, adjuvante R. P. Winimaro Monheim Societatis Jesu, anno* MDCLXXV *; qui ait, ipsam se in* Carthusia Hildesiensi reperisse antiquissimo stylo et charactere a ducentis prope annis transcriptam, *manu cujusdam* Karstiani Carthusiani, in Ecclesia Stregnensi Sacerdotis consecrati, *et* Scholarum in ea Rectoris, *degentis in* domo Pacis-Mariæ Ordinis Carthusiensis, *eadem in diœcesi sita. Rogat autem Priorem Hildesiensem Karstianus ut dignetur* hanc historiam ligare ad asseres, et dignetur nonnumquam in refectorio legere, pro Patrum conventualium ædificatione et sancti Martyris honore : *ad quem etiam R. P. Hedensen, ibidem Religiosus, ipsam operi nostro inserendam descripsit.*

Aliqua dantur ex MS. Suec co.

2 *Habemus Missale* Votivale, *ut scribitur de Sanctis regni Suecorum etiam singulariter tractans, a ducentis circiter annis excusum ; in quo de* S. Eskillo *præscribitur Introitus Missæ,* Gaudeamus, *cum hac Oratione.* Deus, pro cujus fide gloriosus Pontifex
C Eskillus manibus impiorum lapidatus occubuit, mentes nostras illumina fidei fulgore : ut possimus viam veritatis agnoscere, et ad vitam, quam pretiosa morte promeruit, pervenire. *Epistola legitur ex cap 25 libri secundi Paralipomenon, a versu* XVII *de* Zacharia filio Joiadæ Sacerdote, *juxta Joæ Regis imperium in atrio Domini lapidibus interfecto ; cui etiam in Vita æquiparatur. Evangelium est de* Pastore bono, *ex capite* 10 *S. Joannis ; ante quod legitur Sequentia, hic mox subjicienda. Secreta hujusmodi est.* Salutaris hostiæ munus sacrandum, quæsumus Domine, Beatus Eskillus, Martyr et Pontifex, nobis ad salutem favere deposcat : ut et conversationis illius experiamus insignia, et intercessionis ejus percipiamus suffragia. *Demum hæc est Postcommunio :* Adjuvet nos, quæsumus omnipotens Deus, per hæc Sacramenta quæ sumpsimus, Beati Eskilli Martyris tui atque Pontificis intercessio veneranda, qui pro tui nominis honore glorioso martyrio meruit coronari. *Præterea in Kalendario, huic Missali votivo præfixo, pridie Idus Junii rubris litteris indicatur festum* duplex Eskilli Martyris.

Missa olim excusa.

3 *Extant etiam Officia propria Sanctorum Poloniæ et Sueciæ sæpius recusa, in quibus ad* XII *Junii Lectiones tres propriæ, ex Annalibus Suecicis desumptæ, proponuntur, et cum aliis infra dandis satis conveniunt : Hymni vero ad Vesperas, Matutinum et Laudes sunt proprii una cum Oratione, quæ ibidem legi possunt : scribitur autem* Æschilus, *uti apud Vastovium* Æschillus *: ast in antiqua Vita et citato Missali votivo* Eskillus *: idque ob antiquitatem servamus. Ejusdem memoria ad diem* IX *Junii celebratur in MS. Florario Sanctorum; at* Translatio *ejus vocatur apud Grevenum in Auctario Usuardi, et apud Canisium in Martyrologio Germanico. Apud eosdem iterum refertur* VI *Octobris, et in citatis Officiis propriis appellatur* Translatio : *imo et ad hunc* XII *Junii forsan aliqua* Translatio *celebratur, quia in Actis infra dicitur* passus tempore vernali, et tempore passionis Christi. *Vastovius* ipso die, *inquit,* quo hebdomadatim acerbæ necis Domini memoriam peragunt fideles. *Joannes Wilsonus refert ejus memoriam in Martyrologio Anglicano ad diem* X *Aprilis, citatque primo Joannis Magni Historiam Gothorum lib.* 18 *cap.* 19, *ubi martyrium describitur, non addito mense aut die. Secundo allegat Annales et Breviaria Suecica : sed quænam ea sint, ignoramus.*

Officia propria

Memoria 9 Junii, 6 Octob.

E

10 Aprilis:

4 *Quid si dicatur martyrium passus die* X *Aprilis in Parasceve seu feria sexta ante Pascha? Sed tunc non assignaretur cum Vastovio annus* MLXIII, *verum annus* MLXIX, *quando cyclo lunæ* VI, *Solis* XIV *littera Dominicali D, Pascha celebratum fuit die* XII *Aprilis. Asserit tamen Vastovius ab aliis Passionem ejus referri ad annum* MXXVI *aut* MXLV. *quorum etiam neuter vel Parasceven, vel Dominicam, vel etiam simpliciter Feriam* VI *composuit cum* X *Aprilis vel* XII *Junii. Quod autem ad translationem attinet, eam præfatus Karstianus indicat in sua Carthusia Pacis S. Mariæ, agi annuatim* in Octavis Angelorum, vel die præcedenti
F Octavas : et utimur, *inquit, in* ecclesiastico obsequio omnibus sicut in festo B. Clementis, Episcopi et Martyris, XXIII *Novembris : et festum Angelorum in prælaudato Missali præscribitur faciendum,* XXVI *Augusti. Concludo cum indicata supra Sequentia.*

Incertus annus Martyrii.

Translatio in Octavis Angelorum in Augusto.

5 Hac in die gloriemur, et devote veneremur,
Eskilli solennia.
Qui pro fide lapidatus, jam a Christo sublimatus,
Residet in gloria.
Transit rigor hiemalis, novus floret flos vernalis,
In salutem gentium.
Error cedit, sublimatur Christi fides, augmentatur
Numerus fidelium.
Dum Pagana gens honorat deos, Deum Præsul orat
Signum dari cœlitus.
Mox nix, grando descendentes, deos, aras sub- [vertentes].
Destruxerunt penitus.
Hostes sternit vis Sampsonis, lampas lucet Gedeonis
Dum Præsul occiditur.
Infideles cuncti credunt, ægri clamant et accedunt
Quibus salus redditur.
Nos ægrotos prece sana, quos impugnat caro vana,
Mundus, et dæmonia.
Pater, tutor, dux Sweonum, nos concives fac San- [ctorum].
In superna curia. Amen.

Sequentia.

NOT. 9

VITA

VITA

Ex MS Suecico.

Suecia diu expers fidei

Vinea Domini Sabaoth sancta est Ecclesia, quam de Ægypto transtulit, et dextera sua plantavit. Hæc cum palmites suos late per mundum extendisset, adhuc Suecia regio borealis, perfidiæ torpore frigida et inculta, spinas tantum et tribulos germinavit. Nimirum, sicuti Apostoli olim a Spiritu sancto vetiti sunt verbum Dei in Asia prædicare; sic divina providentia a terra illa, donec ibi sciret aliquos esse salvandos, doctorem removit, ne sanctum daretur canibus, et contemptores gravius punirentur. Tandem cum venit tempus miserendi ejus, circa annos domini octingentos quadraginta quinque, divina miseratione *a* S. Anscharius Episcopus *b* Bremensis, a Ludovico Imperatore ibidem missus, ut bonus agricola verbum Dei seminando, vineam fecit de spineto.

Act. 16, 6

a S. Anschario sec. 9 exculta,

sed ad Paganismum reversa,

2 Deinde, inimico super seminante zizania, vinea illa in amaritudinem conversa, pro uvis fecit labruscas; quia expulso *c* Simone Episcopo, a beato Anschario eis destinato, et *d* occiso nepote suo, populus ad opera *e* paganitatis est reversus. Iterum cum justitiæ radius totaliter vergeret ad occasum, hora quasi undecima, paterfamilias, mundi Salvator, reparare volens vineam suam jam arescentem, salutaris doctrinæ non habentem humorem, mandavit nubibus suis, id est prædicatoribus ut pluerent super eam imbrem. Unde ipse pietate sua ineffabili misit eis B. Sigfridum *f*, quasi de cœlo translatum, qui relicta celsitudine dignitatis Archiepiscopalis, peregrinus et pauper ad incredulos transiit, ut Evangelium eis Christi prædicaret: deditque peregrinationis suæ comitem individuum, doctorem eximium B. Eskillum, de Britannia oriundum, qui ipsius Capellanus fuerat et consanguineus. Isti duo venti, calidi et pluviosi, ad partes Sueciæ divinitus adducti, arentia infidelium corda cœlestis intelligentiæ fluentis rigabant, cœperuntque ibi rursus rediviva virtutum germina pullulare.

Doctores accepit SS. Sigfridum et Eskillum

3 De gestis autem B. Eskilli felicibus aliqua curavimus humili stylo litterarum tradere monumentis. Sanctus iste post infantiæ rudimenta, quasi oliva pullulans, et velut cypressus in altitudinem se tollens, contemptis illecebris seculi, se totum transfundit in amorem Dei. Legis divinæ documentis instructus, defluentis ejus mellifluis avide hausit, unde multis postmodum salutis poculum ministravit. Ipse dum ad virilem pervenisset ætatem, tantum a Deo inspiratus est, ut B. Abrahæ meritis æquaretur, cui dictum est: Exi de terra tua et de cognatione tua et veni in terram quam monstravero tibi, et faciam te crescere in gentem magnam.

Hic lege divina instructus,

Act. 7, 3

4 Exivit, spretis parentibus et patriæ retinaculis, a Britannia, ubi oriundus extitit; ad regnum Sueciæ perrexit, certus quod quanto longius propter Deum recederet a solo proprio, tanto plus appropinquaret cœlo. Crevit in ipso gratia et justitia cum ætate, et fecit omnia secundum exemplar, quod ei in monte, scilicet S. Sigfrido, virtutum speculo, monstratum est, cujus vitæ sanctissimæ esse studuit imitator. Cumque Christi bonus odor esset, sanctitatis ejus fama ad aures Regis Ingonis pervenit, qui tunc sceptrum regale in regno Sueciæ tenuit.

ex Anglia in Sueciam profectus,

S. Sigfridi imitator

5 Sane cum divina providentia voluit, ut lampas tam clare accensa super candelabrum cœleste constituta, multis lumen præberet, consensu omnium eligitur in Episcopum *g* Sueciæ [in loco] qui vocatur Nordhans Kogh, et a B Sigfrido honorifice consecratur. Postquam autem dignitatis Pontificalis solium ascenderat, quasi stella matutina in medio nebulæ, multos amissis vestigiis errantes in invio, et non in via boni exempli, sacræ doctrinæ radio ad viam patriæ cœlestis reduxit. Colebat in eo populus Christum, tamquam jubar solis in montis vertice refulgentem; ad cujus prædicationem eximiam plurimi fideles, zelo fidei succensi, cœperunt Sanctorum oracula construere, profana delubra subvertere, lucosque succidere; in quibus dudum infideles Sacrificiis sacrilegis insudabant: unde merito dici potest illud Prophetæ; Terra illa inculta, facta est quasi hortus voluptatis, pro fanis et delubris habens jam templum Dei vivi.

ubi consecratus Episcopus,

EX VSS LECTION. *convertit plurimos*

Ezec. 36, 35

6 Hæc autem hostis antiquus videns, et invidens, quod quotidie sua cultura decresceret et multiplicatis fidelibus ecclesia triumpharet; moliebatur Pastoris vitam extinguere, ut oves dispersæ infernalium luporum morsibus paterent. Denique idem adversarius, cujus anhelitus prunas ardere facit, quosdam perversos jam retro post Satanam abire volentes, contra Regem Ingonem fidei defensorem acri livore inflammavit. Hi videntes sibi sub ipso illicita non licere, collecto exercitu Regem in bello victum *h* fugarunt de regno. Post hæc adinstar populi Israelitici, qui ne essent sub domino Roboam, ubi erat templum et cultus veri Dei, Regem fecerunt sibi Jeroboam, cujus consilio idololatræ effecti, vitulos adoraverunt: sic isti abjecto Principe Christiano, idololatram elegerunt præficientes sibi in regem Suenonem quemdam, impium, et indignum decore regio, dictum *i* Blodswen, et merito sic vocatum; quia permisit eos bibere sanguinem animalium, simulacris libatum, et vesci idolothytis.

Tunc diabolico molimine,

Catholico Rege Ingone fugato,

impioque Suenone assumpto

7 His itaque gestis, ut Philisthæi, capto Sampsone ingressi fanum, Dagoni Deo suo hostias immolaverunt; simili modo triumphato pugile fidei, scilicet Ingone Rege, multitudo infidelium una cum Rege suo convenit Stregnis in loco idolorum, ut immolatis bobus et ovibus victimas diis suis libarent: feceruntque ibi convivium grande ob reverentiam Regis et venerationem deorum, de quorum victimis comedebant adipes, et bibebant vinum libaminum, fausta Regi novo acclamantes.

resumuntur profana sacra

8 Tempore illo Episcopus S. Eskillus, apud ecclesiam fors residens, his rumoribus auditis, fortis zelotes, velut alter Elias, qui in diebus suis non pertimuit Principem; indutus lorica justitiæ, protectus scuto fidei, et accepto gladio Spiritus, quod est verbum Dei, cum clericis suis et paucis aliis ad idiolatras processit intrepidus; itaque in medio stans, prædicando arguit ipsos, quod obliti Domini Creatoris sui, immolarent dæmoniis et non Deo. At illi ut aspides obturaverunt aures suas, ne legem Dei audirent, verbis ejus oblatrando. Cernens hoc vir Dei, oculis ac manibus in cœlum levatis, rogavit Deum, ut aliquam faceret suæ offensionis evidentiam, per quam incredulorum corda saxea recognoscerent ipsum solum esse verum Deum.

quibus obsistens S. Eskillus

9 Finita oratione, mox antiquum signum, ad preces Samuelis factum contra Philisthæos, innovatur. Nam fragore magno intonuit Dominus: grando, nix et pluvia descendentes aras immolantium et hostias destruxerunt: super Episcopum vero nec una gutta pluviæ venit. Quo viso filii Belial furore repleti, impetum fecerunt in eum; unus autem ex ipsis ariolus, Spadbodde nomine, caput ejus cum lapide percussit: alius vero cum securi testam capitis ejus confregit. Tunc sanguine sacro de vulneribus fluente, perfusus est lapis in quo stetit; qui, ut dicitur, *k* adhuc in eo apparet quasi indelebilis; sicut peccatum Judæ stylo ferreo scriptum *l* legitur in ungue adamantino, in memoriam facinoris execrandi.

eadem grandine impetrata evertit,

quare graviter læsus,

Ex equo dejectus, et jussu lapidatus 2 Par. 25, 17 moritur Martyr :

A 10 Interim sanctum Martyrem, semivivum in terra cadentem, quidam Nobiles rapientes, ad Regem traxerunt : et ne sine causa pati diceret, dixerunt eum magicis artibus, ob injuriam novi Regis et deorum, sic aerem concitasse. Statim igitur a Rege iniquo (ut a Joas contra justum Pontificem, scilicet Zachariam) sententia mortis lata, ductus in *m* montem juxta vallem, ubi nunc situm est claustrum Fratrum Prædicatorum; et sicut Jeremias et Stephanus, pro Zelo fidei et defensione veritatis lapidibus obrutus, vitam finivit temporalem, et æternam in cœlis felicitatem inchoavit. Sicut autem, Gedeonis lagena confracta, lampas inclusa apparuit : Sic fracto alabastro sanctissimi corporis ejus, odor virtutum fragravit *n*. Multi enim variis languoribus vexati, meritis et precibus ejus curati sunt : sicut in suis *o* sanctis miraculis probatur.

miraculis inclarescens corpus nequit alio auferri immobile

11 Sicut autem tempore Achab, interfectis Prophetis Domini, idololatria dominante, Deus septem millia virorum, qui non curvabant genua ante Baal, reservavit ; sic tunc multi boni fideles non consenserunt profanis actibus perfidorum, ne extenderent ad iniquitates manus suas. Hi tulerunt corpus Martyris ; ut illud in ecclesia fors sepelirent. Venienti-
B bus autem eis ad locum, qui *p* Eskilstuna dicitur, tanta densitate nebula aerem obscuravit, quod ulterius ire non potuerunt; et ita ponderosum est effectum corpus ejus, quod illud nullatenus movere potuerunt. Eadem nocte revelatum est ei, qui primus in eum lapidem misit, quod in illo loco, ob reverentiam Martyris, foret basilica construenda, quod et factum est *q*.

sed in basilica ibi constructa sepelitur.

12 Sepulto igitur ibidem corpore. ad coruscationem miraculorum ejus, fiebant in caulis gregis Dominici de lupis oves, de persecutoribus Ecclesiæ tutores. Hic est noster Sampson, qui plures occidit moriens quam vivens. Merito hunc beatum Martyrem esse dicimus, qui meruit Christi passionibus communicare. Passus est enim tempore vernali, et tempore passionis Christi, pro divinæ causa justitiæ : ideo digne ut flos rosarum, in diebus veris, sanguine Martyrii rubricatus, in cœleste rosarium est translatus : cujus meritis et precibus gloriosis det nobis gratiam in præsenti, et gloriam in futuro Jesus Christus dominus noster, qui est benedictus in secula seculorum. Amen *r*.

C

ANNOTATA G. H.

a *Acta* S. Anscharii *dedimus* 3 *Februarii*, *et in Commentario prævio* §. XI *late egimus de conversione Sueonum seu Suecorum ; ostendimusque a Ludovico Pio missum, non anno* 845, *quando hic obierat ; sed anno* 829 *cum Witmaro Socio ; et medio istic anno substitisse. Qui reversus, constitutus est* Hamburgensis Archiepiscopus ; et Legatus ad Danos Sueonesque, *varios eo destinavit. Quæ ibidem late explicantur.*

b *Hamburgo a Nordmannis anno* 845 *devastato, S. Anscharius Bremam fugit, et Leuderico* 4 *Bremensi Episcopo anno* 847 *vita functo successit, Sede Hamburgensi cum Bremensi unita, quæ* §. 3 *deduximus.*

c *Hic est* S. Gaudbertus, Simon *dictus, qui ibidem degit circa annum* 876 *et sequentes. At pulsus inde, factus Episcopus Osnabrugensis in Westphalia, sancteque mortuus refertur* 2 *Februarii cum Martyribus Ebbeckstorpiensibus : ubi ejus Acta discutiuntur.*

d *Hic est* S. Nithardus Presbyter, *de quo egimus dicto* 3 *Februarii ante Acta S. Anscharii.* D

e *Post S. Nithardi necem, et S. Gaudberti discessum, fuit Suecia septem annis absque Sacerdote, et tunc eo migravit* Ardgarius Anachoreta, *et S. Anscharius, factus Episcopus Bremensis, iter in Sueciam resumpsit ; eamque Ecclesiam circa annum* 853 *commendavit Erimberto, cognato Gaudberti : cui successerunt Anfridus et Rembertus Danus, superstes S. Anschario, anno* 865 *mortuo. Quo deinde, sed per interpolatas vices, fidem Christi in Suecia promoverunt, sicut indicatur a Vastovio in Vite Aquilonia.*

f *Acta* S. Sigfridi *dedimus* 15 *Februarii : quem Joannes Magnus statuit ante fuisse* Archiepiscopum Eboracensem, *Vastovius* Archidiaconum Eboracensem. *Quod aliaque ibidem discutimus.*

g *Lectiones hodiernæ*, in Episcopum Ecclesiæ, quæ vocatur Nordhanscog. *Vastovius* Nordanskogh.

h *Eædem Lectiones asserunt* interfectum, *Joannes Magnus* occisum in Sconingia : *Vastovius* trucidatum anno circiter 1063, apud Vestrogottos, in monasterio Warnhemensi honorifice conditum, *unde in elogio* Martyrem *eum appellat.* E

i *Joannes Magnus, dictæ Lectiones, et Vastovius,* Sanguinarium *cognominant, nam* Blod, *sanguis est, at nomen ejus in Catalogo Regum passim est omissum, nec videtur diu regnasse,* confestim *(inquit Magnus)* suffecto Halstano.

k *Ad marginem addit Karstianus :* Ita jam est adhuc vere in Stregnis, *scilicet cum adhuc vigeret orthodoxa fides.*

l *Nescio ubi hoc scriptum legatur.*

m *Addit qui supra :* Claustrum istud vidi, sed non fui intus : *et* in isto monte stat Ecclesia Cathedralis Stragnensis, in qua, ego indignissimus Karstianus suscepi ordinationem Sacerdotii.

n *Addit Vastovius.* Nam lampas, de cœlo labi super corpus Sancti visa, fuit cunctis admirationi et stupori.

o *Hæc miracula ejus Vastovius non potuit obtinere : uti et nos per Hildesienses frustra, eadem quæsivimus.*

p Elkilstuna, *in mappis* Skilstuna, *cum strengnesia et Torsilia triangulum facit.*

q *In margine addit Karstianus :* Est jam ibi monasterium Joannitarum, et distat a monasterio no- F
stro *(scilicet Pacis-Mariæ)* septem milliaribus : et adhuc habetur ibi in auro et argento conditus sacer thesaurus, videlicet corpus hujus beatissimi Martyris.

r *In ecgrapho additur,* Tu autem Domine : *quod si ad cujusque Lectionis finem fuisset appositum potuissemus veterem divisionem Lectionum ipsorum in margine annotare. Nunc, cum in* 27 *paragraphos distinctam historiam videmus, distinctionis talis nullam habendam rationem putamus : sed ad aliquam veteris divisionis similitudinem duodenarium numerum induximus. Præscribitur quoque* Homilia *in Evangelium,* In illo tempore dixit Jesus discipulis suis, Ego sum Pastor bonus : *sed non indicatur unde sumenda sit Homilia. Hodiernum Romanum ad Dominicam* 2 *post Pascha sumit illam a S. Gregorio Papa ea Homil.* 14 *in Evangelia. Addit in Marg. Karstianus :* Hoc Evangelium et ipsius Homiliam legunt hic in regno Sacerdotes seculares in isto festo, et satis congruit ; *quo videtur indicare apud Carthusianos aliud Evangelium a Carthusianis legi, fortassis ex festo S. Clementis,* Vigilate quia nescitis, *cum* Homilia S. Hilarii, *ex Comm. in Matth. can.* 26 *in fine.*

DE BEATO GUIDONE,

ORDINIS S. FRANCISCI MINORUM CORTONÆ IN HETRURIA

COMMENTARIUS PRÆVIUS.

D. P.

NOT. 10 CIRCA MCCXLV. *Cultus et Officium proprium*

Cortona, *urbs Hetruriæ antiqua, Episcopali Sede a Joanne XXII honorata sub Archiepiscopo Florentino, cum quo est in dominio Magni Ducis, in confinio Pontificio et agri Perusini. Ibi quadringentis abhinc obiit sanctissima pœnitens* Margarita, *cujus vitam dedimus, quando festum agitur,* XXII *Februarii; solum autem quadraginta et aliquot anni abierunt, quod ibidem obiit Vener. Soror* Magdalena Baldelli XXII *Novembris, cujus visiones quasdam admodum pias habeo in MSS. Sed prior istis tempore fuit* B. Guido, *cujus festum celebratur ad hunc diem* XII *Junii Officio Ecclesiastico, cum propriis de Vita Lectionibus tribus ad 2 Nocturnum, quæ habentur typis Cameræ Apostolicæ impressæ anno* MDCXLIV, *cum hujusmodi licentia.* Nos Guilielmus Sirletus, tituli S. Laurentii in Panisperna S. R. E. Presbyter Cardinalis, fidem facimus et attestamur, S. D. N. Dominum Gregorium XIII, vivæ vocis oraculo nobis facto, concessisse, et licentiam dedisse Episcopo et Capitulo Cortonensi, dicendi, in Choro et extra, suprascriptum Officium S. Guidonis Confessoris, ad formam Romani Breviarii redactum et reformatum, in festo ejusdem B. Guidonis, tam in prædicta ecclesia, quam per totam diœcesim Cortonensem. Datum Romæ, in Palatio Apostolico, in loco nostræ solitæ residentiæ, IV Kalendas Junii, MDLXXXIII. *Inscriptus est autem* B. Guido *Catalogo generali Ferrarii; et, cum illustri elogio, ejusdem Catalogo Sanctorum Italiæ; item Martyrologio Franciscano Arturi, et Martyrologio Poetico Brautii Episcopi Sarsinæ.*

B

Acta a variis indicata;

2 *Res ejus gestas enarrarunt passim Scriptores Ordinis S. Francisci, Marianus Florentinus, Petrus Rodulphius Tossinianus, Bartholomæus Pisanus, Marcus Ulyssiponensis, Franciscus Haroldus; item Abrahamus Bzovius, tomo* 13 *Annalium anno* 1233 *num.* 24; *Antonius Terrinca, in suo Theatro Hetrusco Minoritico nondum edito, parte* 3 *Tit.* I *serie* 4 *num.* 12. *Sed omnes isti, æque ac Waddingus, tomo* I *Annalium Ordinis ad annum* 1211 *num.* 8, *annumque* 1250 *num.* 4 *et seqq. pro fundamento habent Vitam Italicam MS. antiquam sane, et forsitan originaliter compositam Latine, ab Auctore coævo: vix enim invenio quod initio Ordinis, Franciscani cujusdam Sancti aut Beati Vita fuerit vulgari idiomate scripta. Sed periisse potuit originalis contextus in devastatione civitatis, facta per Aretinos anno* MCCLIX *aut præcedenti, et superfuisse alicubi sola versio Italica, cui per modum secundæ partis addita sit Miracula, secuta aliqua inventionem Capitis, in clade prædicta absconditi, aliquantis post annis factam* I *Maji; qui dies exinde festivissimus diu Cortonensibus fuit, alias propter corporis amissionem inconsolabilibus: quod si ab eodem Auctore etiam cetera sunt, nihil coget coævum Sancto credere. Utraque retulit in suas historias Cortonenses, hactenus MSS. Rinaldus Badelli, Antiquarius Cortonensis circa annum* MDXC, *unde ea transcripsit, mihique Latine reddenda cum Annotatis suis misit, æque patriarum Antiquitatum amator Franciscus Pauli Baldelli: idem qui et alia multa de Cortonensium rebus me docuit.*

C

et forte a coævo scripta,

dantur ex MS Italico:

3 *Hoc etiam referente didici, apud Patres Cappucinos, in loco Cellarum, quondam a* SS. Francisco et Guidone *habitatarum, extare aliud Vitæ exemplum, quam illis anno* MDXCVIII *donavit Joannes Baptista Serninus, nitidiusque transcripsit et nonnullis additamentis interpolavit Frater Franciscus de Equis anno* MDCXLIII; *quod sufficit indicasse. Item, quod anno* MDCLII *aliam Italicam ejusdem Sancti Vitam composuerit ediderit que Fr. Nicolaus Barberius Dominicanus, inter Academicos Topistas cognominatus Fuggiascus, id est Fugitivus. Tantam autem styli sublimitatem sectatus is est, ut videatur historici styli a nativa rerum expressione commendandi, metas omnes voluisse quam longissime effugere; ad substantiam nihil addens quod notari mereatur, et totus in captandis continuandisque metaphoricis phrasibus.*

extat etiam alia MS. Italica Vita:

NOT. 11

et novissime tertia, edita a Barberio.

E

Ætas Beati.

4 *Ætas* Guidonis *ex eo colligitur, quod qui anno* MCCXI *ad Habitum susceptus fuit a S. Francisco, juvenis jam tum pietate clarus et sui juris, adeoque annorum ut minimum* XXIV; *dicatur obiisse sexagenarius, proinde mortuum statuo circa annum* MCCXLIV, *licet Waddingus circa* MCCL *floruisse dicat.* Caput *(periit enim corpus, ut dixi, argento inclusum, servatur in Ecclesia nunc Cathedrali super altari contiguo sacristiæ: ubi etiam depicta erat supra parietem ipsius ad vivum expressa imago: quam postea novis coloribus ad eamdem similitudinem repræsentavit Adrianus Zabarelli, pictor Cortonensis, cum paries ille restaurandus esset anno* MDCLVII; *post quod idem pictor plura ectypa Cortonæ fecit: primum autem ectypon an.* 1690 *servabatur apud Heredes Pauli Tomasii, Decani ecclesiæ Cortonensis.*


Caput servatum.

Vetus effigies aut saltem ex vetustiori sumpta circa 1524.

5 *Sed de ipso non audet affirmare Baldellus antiquissimum fuisse, eo quod constans traditio sit, omnes istius ecclesiæ picturas factas aut reparatas a Luca Signorelli, occasione restaurationis factæ tempore Sylvii Cardinalis Passerini, qui amplissima per Hetruriam legatione functus, patriæ suæ Episcopatum gessit ab anno* MDXXI *ad* XXIX. *Sed etiam Lucas iste ercat potest vetustiorem alium habuisse præ oculis: et ad alterutram credo exactam esse illam, quam varii varie ediderunt æri incisam, cum aliis Beatorum Franciscanorum imaginibus; seorsim autem quidam Joannes Jacobus Cortonensis, et hujus plurima habentur exempla apud Cappucinos: qui etiam in sacellum verterunt veterem in qua* B. Guido *obiit cellam, posito intus altariolo, supraque illud ipsius* S. Francisci ac B. Guidonis *effigiebus sculptis, iisque genuflexis, ad altitudinem unius cubiti uniusque palmi, sicut eas ibi formavit Antonius Zabarelli, pater Adriani: sed in habitu* Capucinorum, *alias quoad faciem* Guidonis *similiorem ei quam fecisse diximus Signorellum. Ego, ut quam simillimam imaginem dare hic possem, rogavi prælaudatum Baldellum, a quo Vitam accepi, ut Zabarelli ectypon curaret mihi nova diligentia delineandum; quod et fecit, uti hic subtus vides. Monuit tamen; eum qui hic videtur signanter notari defectum dentium, non verificari in capite: quod qui a multis retro annis vidit nudum sacristanus, antequam argento includeretur, negavit dentibus ullis carere. Sed quid si dentes illi duo longiores aliis fuerint, ideoque soli expressi a pictore sint, qui non videtur notabilem istam deformitatem aliunde quam ex viventis propriis lineamentis accipere*

F

A *potuisse, auxisse tamen supra verum videtur. Nam postquam æri insculpi curassem subjectam iconem, idem Baldellus aliud ectypon reperit, a manu Caccii Bonnetti, cujus discipulus fuerat Adrianus; ac in eo neque sic distant ab invicem, neque tam profunde descendunt duo illi dentes, imo vix observantur sub labro inferiori.*



VITA

Auctore Anonymo forte coævo.

Ex MS. Italico Rainaldi Baldelli.

S. Franciscus, accepta prædicandi facultate

Sanctus Franciscus, Princeps et caput Religionis Fratrum Minorum, divinitus inspiratus observare sanctam et apostolicam vitam, collectos pauperes Fratres suos deduxit in partes civitatis Assisii : atque ut firmius stabiliret Regulam, iis a se præscriptam, contulit se Romam ad summum Pontificem : coram quo humiliter confidens, non solum desideratam confirmationem *a* accepit, sed etiam plenam amplamque potestatem Dei verbum prædicandi. D Reversus ergo sanctus Pater Assisium, cœpit per regionem prædicabundus discurrere, uno socio comitatus ; venitque Cortonam *b*, idem coram populo congregato facturus. Erat tunc temporis Cortonæ juvenis quidam devotus, Guido nuncupatus, et ad portam *c* Coloniam habitans. Hic ab infantia virginem se conservans, honeste vivebat de facultatibus suis ; reliquum autem patrimonii sui, et quod labore manuum superlucrari poterat, Christi pauperibus totum distribuebat, ac porro pœnitentiæ orationisque exercitiis vacabat. Cum ergo sermonem ad populum absolvisset S. Franciscus, ad genua ei accidit Guido, obnixe supplicans ut in domum suam divertere vellet, quietis capiendæ causa. Qui divinitus illuminatus, atque ad socium conversus ; Juvenis hic, inquit, per Dei gratiam ex nostris unus erit, atque in hac sua civitate sanctificabitur.

cum id fecisset Cortonæ;

a Guidone invitatur ad mensam;

2 Tum oblatum sibi Guidonis hospitium acceptans, secutus eumdem in domum ejus cum socio est : cui post prandium ad genua rursus accidens Guido, rogavit ipsum, ut se quoque vellet in socium admittere : quod libenter S. Franciscus fecit ; et E quoniam solus erat heres parentum suorum, imperavit ut omnia venderet, ibantque per urbem simul tres omnia pauperibus distribuentes. Hoc facto duxit Guidonem Sanctus in ecclesiam, ibique coram omni populo induit *d* eum Habitu suo : et quia plurimum amabat solitudinem, contulerunt sese omnes tres ad locum, usque hodie Cellarum *e* dictum. Ibidem ex eleemosynis cœperunt ædificare cœnobiolum, Fratresque suscipere, inter quos fuit Fr. Elias *f* de villa Ursaria, qui postea Cortonam attulit sanctas Reliquias *g*, a Friderico II Imperatore acceptas. Hoc in loco dum S. Franciscus cum sociis commoratur, quotidie proficiens in devotione piisque orationis ac pœnitentiæ operibus, accidit ei per excessum abstinentiæ incurrere quartanam febrem : unde cum frigus vehemens pateretur, civis quidam Cortonensis qui ad eum visitandum venerat, suum illi pallium pro Dei amore dedit, quod ille etiam simili amore suscepit. Venienti autem eodem paupherculæ feminæ cum duobus filiis grandiusculis, et eleemosynæ nomine aliquid postulanti, illud ipsum pallium S. Franciscus dedit, eo quod aliud nihil dandum haberet. Factum porro mirantibus Fratribus dixit ; Pallium istud commodatum mihi fuit, quoad invenirem alium, magis me eo egentem : unde omnes optime ædificati mansere, beneque in amore sanctæ paupertatis fundati. F

eoque et aliis receptis ad habitum condit locum Cellarum

et datum sibi pallium donat pauperi:

3 Ita dum ibi viveret S. Franciscus in multa oratione et abstinentia ; Guido quo melius divinarum rerum contemplationi vacare posset ab eo cellulam propriam poposcit : quod libens annuit ; jussitque fieri ponticulum ligneum supra rivulum, qui dicti loci latus præterlabitur, atque trans eum ædificavit in cellulam *h* sub quodam saxo : ubi ille manebat usque ad tempus recitandi Officii, ad quod simul cum aliis conveniebat. Interim increverat numerus Fratrum ; quare alio digressurus S. Franciscus, benedixit eis, omnes ad perseverantiam in bene cœptis in nomine Jesu Christi confortans, beatoque Guidoni impensissime commendans : qui cum omni humilitate et obedientia inter ipsos versabatur. Quia autem ante ingressum in Ordinem didicerat per bene legere ac scribere, oravit eum Guardianus, ut vellet Presbyteratus gradum *i* suscipere : quod et fecit ; et exinde quotidiana exomologesi præmissa exibat ad eleemosynas corrogandas ; ac suis deinde manibus laborans, magna cum parcitate sumebat cibum, perseverabatque diu ac noctu in oratione et contemplationibus sacris, quas crebra corporis flagellatione interpolabat. Hinc quaqua versum

Guidoni permittit ut solitariam sibi cellam struat

qui Sacerdos ordinatur.

A sum erumpens sanctitatis fama, venerabilem eum omnibus faciebat.

et a S. Francisco, istac iter habente

4 Post aliquid deinde tempus, iterum Cortonam venit S. Franciscus, fuitque cum magna caritate receptus a civibus: quod audiens Guido, petiit continuo socium a Guardiano, ad illumque accessit; et magno cum affectu mutuo amplexi, simul ea nocte in civitate manserunt. Postero die rogatus instantissime Sanctus fuit, ut vel semel saltem vellet prædicare populo: quo facto cum egredi e civitate vellet, prohibitus a custodibus portarum fuit, coactusque ibi manere usque in diem tertium: quando iterum prædicavit Sanctus, supra saxum *k* in cœmeterio parochiali positum, atque in fine sermonis dixit: Nobiles cives, scitote voluntatis divinæ esse, ut ultimos vitæ dies claudam ad S. Mariæ Angelorum *l* Assisii. Verumtamen meo loco relinquo vobis Fr. Guidonem, cui vos omnes cordatissime commendo: novi autem quod per Dei gratiam et merita ipsius civitas Cortona cum incolis suis a multis periculis liberabitur. Ita cum bona omnium gratia discessit, atque ad visitandos Fratres in locum Cellarum abiit cum Guidone: quibus salutaris, suaque adhortatione et benedictione munitis, cum socio suo Assisium rediit.

civibus suo loco relinquitur.

B

Incipit illis concionari.

5 Exhinc B. Guido veniebat statis temporibus ad eleemosynam petendam cum socio Cortonam, et prædicabat *m* tam utiliter, ut beatum se reputaret qui eum audire posset, tum propter sanctitatem vitæ, tum propter bonum testimonium quod ei dederat S. Franciscus, quando populo valedixit. Sed quia nimia abstinentia *n* vires ejus vehementer prostraverat, ut plurimum infirmus apparebat: et die quodam Cortonæ existentem arripuit febris continua, coegitque ad domum civis cujusdam devoti se recipere. Ibi cum illa quotidie caperet incrementum, visitabatur diligenter a civibus, eique mittebant medicos suos: quibus judicantibus nulla humana arte juvari illum posse, animos nihilominus spemque longioris vitæ faciebant circumstantes; et Guido respondebat, Vita et mors in manu Domini. Erat febrilis æstus vehementissimus, ita ut omnibus videretur ad mortis articulum propinquasse: itaque interrogabant eum circumstantes, numquid forte appeteret: ipse autem recordatus fontellucciæ, unde cum veniebat Cortonam solitus erat bibere; respondit illius haustum gratum sibi futurum. Quæsita ergo et allata aqua, elevavit sese B. Guido; et sublatis in cœlum manibus, oravit ac benedixit in nomine sanctissimæ Trinitatis. Et ecce, quæ aqua allata fuerat, mox apparuit in optimum vinum nigrum saporis optimi et odoris versum: unde cum aliquantulum hausisset, subito sic evanuit febris ac si nihil mali passus esset: quod miraculum videntes audientesque, gratias cum laudibus Deo dederunt. Insuper cum frequentes essent ægri Cortonæ (agebatur enim mensis Augustus) quotquot ex eadem aqua biberunt, in Dei nomine et B. Guidonis, sanabantur ab omni qua tenebantur infirmitate.

æger aquam in vinum vertit

ejusque fontem reddit aliis salutarem.

C

6 Post dies complures voluit discedere Guido: quod cum populus audivisset, propter miracula quæ illic Beatus fecerat, et propter fiduciam devotam erga fontellucciam unde ille biberat, quæ est in via ad Cellas *o* ducente, omnes usque ad easdem comitati eum sunt; cumque ad dictum fontem venissent, simul omnes orabant ut fonti benediceret Itaque flexis in terram genibus, et facta devota oratione, coram omnibus viris ac feminis pariter genuflexis, tertio formavit signum sanctæ Crucis, Deum orans et B. Mariam Virginem, omnesque Sanctos paradisi, ut quisquis ex aqua illa biberet animæ ac corporis sanitatem consequeretur. Cumque omnes subintulissent, Amen, ipse quidem cum socio ad Cellas rediit, Fratribusque quid actum esset enarravit; D populus autem qui secutus fuerat cupide bibit de aqua sic benedicta, laudans Deum beatissimamque Virginem, cum B. Guidone et omnibus Sanctis: quotquot autem biberant continuo convaluerant a quocumque vexabantur morbo.

rogatus a civibus,

Ex MS. ITAL.

brachium aridum sanat:

7 Erat tum temporis Cortonæ Sacerdos, cui ex quadam infirmitate aridum remanserat brachium cum manu dextera, sic ut iis neutiquam uti adeoque nec Missam facere posset, unde in magnam devenit calamitatem. Hic audita laudabili fama Guidonis ad eum venit, cœpitque pro Dei amore orare, ut sibi sanitatis gratiam dignaretur a Deo impetrare. Motus ad compassionem Guido, duxit eum ad ecclesiam: ibique genua flectens orationem fecit, ac deinde brachium manumque signavit Cruce, dicens; Sanet te Jesus Christus: et continuo reddita salus est ægro, quanta olim fuerat; unde cum lacrymis Deo gratias egit et B. Guidoni.

modicam farinam pauperculæ donat

8 Iisdem temporibus *p* gravis annonæ caritas Hetruriam coarctabat: cumque non haberent Fratres quid manducarent, cum licentia Guardiani assumpto socio per comitatum Cortonensem egressus est eleemosynas conquisiturus. Cumque venisset ad villam nominatam Monticulus *q* Cucciattorum, accepit in sacculo modicum farinæ ad coquendas E hostias sacrificales: sed superveniens mulier paupercula cum duobus parvulis filiis, querensque nihil omnino ad victum sibi suisque esse, currente jam mense Martio, cum ab eo eleemosynam peteret; tantæ paupertatis consideratione motus Guido in domum ejus ingressus est; flexusque in terram manus et oculos in cœlum sustulit, atque dixit, Domine Deus, qui quinque panibus satiasti quinque millia hominum in deserto, dignetur tua largissima misericordia pascere pauperculam hanc cum filiis suis modica hac farina. Tum erectus in pedes plenusque fiducia, quæsivit ex muliere num sacculum haberet. Illa autem respondit, non habere se quidem, sed mox aliunde si juberet allaturam: ipsoque facto ab una vicinarum commodato accepit integri sextarii capacem. Sumpsit ergo illum Guido: et utrique sacco benedicens, ex suo in alterum mulieris transfudit implevitque totum, et tamen retinuit ipse quantum coquendis hostiis satis erat. Quod videntes, Frater socius atque mulier, gratias egerunt Deo atque B. Guidoni, qui ad ipsam sermonem vertens dixit: Confide, mulier in Domino Jesu Christo, atque ex hac farina cum filiis tuis vescere. Tum be- F nedicens eidem abiit: mulieri autem panes inde conficienti cum Dei benedictione suffecit copiose farina illa usque ad novam messem.

eamque facit usque ad messem sufficere:

puellam in puteum delapsam,

9 Alia vice cum B. Guido esset Cortonæ, in aula D. Joannis Judicis, contigit puellam quamdam, cum aliis puellis ludentem juxta puteum, qui stat ad latus viæ ducentis versus portam Colonam, in illum cadere et suffocari; puteus enim carebat tunc spondis, quæ novæ fabricabantur. Accurrunt pater et mater, accurrunt amici et vicini, puellamque mortuam extrahunt, magnoque cum planctu et lacrymis domum portant, ac sepulturæ præparare incipiunt, multis qui eodem accesserant inspectantibus. Tum quibusdam mulieribus, devote erga S. Guidonem affectis, venit in mentem, ut ipsum qui Cortonæ erat, accersendum suaderent; Forte enim, inquiebant, per ipsius preces faciet nobis Dominus optatam gratiam. Audiit hoc mater puellæ; et continuo misit qui Guidonem accerserent. Hic vero audito casu, cum intelligeret suppliciter rogari se, ut ad videndam saltem mortuam accederet parentesque consolandos; misericordia tactus, vocantes secutus est: et ingressus in domum atque in cameram ubi jacebat mortua, et maximus ciebatur planctus; Per

amorem

A amorem, inquit, Dei, placeat omnibus tantisper foras progredi. Paruerunt illi, sic tamen ut intra domum manerent, Guidone cum socio intra cameram relicto solo. Qui mox ad orationem prostratus, Domine, inquit, Jesu Christe, afflictorum consolator, ostende super hac mortua misericordiam tuam infinitam, et sicuti mortuum Lazarum clementer resuscitati, vivificare digneris etiam hanc puellam, et matri suæ resuscitatam reddere. Tunc benedicendo cadaver, ter super ipsum formavit signum invictissimæ Crucis : et continuo, surrexit puella, tamquam a profundo somno, absque ulla læsione vel macula. Accurrentes autem quotquot in domo aderant, resuscitatamque videntes quam mortuam reliquerant; infinitas gratias reddiderunt Deo, gloriosissimæque Virgini matri ejus et S. Guidoni.

EX MS. ITAL.

servat incolumem

Sexagenarius mortis suæ diem, et horam discit a S. Francisco

10 Alia ejusmodi plura, magnæ sanctitatis et virtutis miracula referenda restant, a quibus abstineo calamum causa vitandæ prolixitatis. Paulo autem post obiit S. Franciscus, fuitque in numerum Cœlitum relatus. Sanctus autem Guido in loco Cellarum cum Fratribus suis perseverabat, in virtute proficiens, et miraculis coruscans, usque ad annum suæ ætatis sexagesimum : quem ingressus B cum noctium una somnum caperet, post devotas suas contemplationes, uti consueverat, apparuit ei S. Franciscus et dixit. Adest, fili mi, tempus quo te oportet cum Fratribus tuis recipere tuorum laborum mercedem : scito igitur quia tertio abhinc die ad horam Nonæ veniam, ut Dei gratia meritisque tuis intervenientibus deducam te in paradisum : atque hoc dicto et data ei benedictione disparuit. Tum vero statim assurgens Guido, abiit ad Confessarium suum; et quidquid a S. Francisco audiverat narravit ex ordine : deinde in suam se reclusit cellam, noctu et diu contemplationi intentus, cum lætitia spirituali alacriter expectans suum sanctum Patrem Franciscum, qui juxta condictum eum ad se sumeret.

ad eam paratus,

et Sancto apparente moritur

11 Tertio autem die illucescente, nonnihil cœpit infirmari : quare accersivit Guardianum cum Fratribus, et a singulis veniam postulavit, si quid unquam in eos verbo factoque peccarat. Ad ejusque petitionem tam Guardianus quam ceteri, unus post alium, imponentes manum capiti ejus, absolutionis formulam super ipsum pronuntiarunt. Deinde S. Guido, oculos et manus ad cœlum tollens, recitare cœpit Litanias, Fratribus ad singula respondenti- C bus : et cereo benedicto in conspectu posito, cum Sacramentis omnibus esset munitus Litaniæque finitæ, ipsa hora Nonæ die XII Junii, exclamare magno cum affectu cœpit, Eccum S. Franciscum D meum : assurgite omnes, et obviam ei procedamus : atque hæc dicens obdormivit in Domino; in ipso Cellarum loco.

Corpus in civitatem delatum

12 Audita S. Guidonis morte, Cortonenses continuo advocaverunt Consilium publicum, definieruntque unanimi sententia, nequaquam patiendum sibi esse, ut extra civitatem suam corpus sanctum maneret; sed curandum ut intra parochialem suam honorifice deportatum sepeliretur. Compulsatis ergo campanis omnibus, populus universus, viri et feminæ, pueri et puellæ, in manibus ramos palmarum gestantes, cum suavi ac spirituali cantu, processerunt usque in locum Cellarum; ibique susceptum corpus detulerunt Cortonam, reverenterque collocarunt in ecclesia sua. Finito deinde Officio, consultabatur quomodo sepulturæ mandandus defunctus esset; cum arator rusticus, improviso ingressus, clamavit et dixit; O viri Cortonenses, venite et videte miraculum. Interrogatus autem quid ei accidisset; Ecce, dum terram aratro proscindo, in genua prolapsi boves mei, nulla ratione se patiuntur erigi. Excurrerunt ergo multi, visuri quid rei esset : cumque eo ubi boves flectebant loco, E aliquantum fodissent, invenerunt marmoreum sepulcrum pulcherrimum, et continuo boves se erexerunt. Nec mora quin omnes in eam venirent sententiam, quod pro funerando S. Guidone sepulcrum istud tam miraculose fecerit inviniri Deus : quapropter impositum carro, per eos ipsos boves pertrahi fecerunt ad suam Parochialem ecclesiam. Id vero magna cum lætitia sustulerunt alii, et posuerunt supra altare; componentes intra illud corpus S. Guidonis, cujus animam nihil dubitabant una cum aliis Sanctis triumphare in cœlis.

[illegible] arcæ, miraculo repertæ.

Arcæ illius elegantia.

13 *Jacobus Laurus, parte 2 Historiæ Cortonensis Marmoream arcam, cujus supra fit mentio, ut miraculose repertæ ad recondendum* B. Guidonis *corpus, multis commendat illius elegantiam ab arte eximia sculptoris : et ait, quod ejus ex itinere visæ admiratione tantum captus Donatus, ævi sui celeberrimus sculptor, cum eam non cessaret collaudare suis Florentinis; nihilo minus celebris Philippus Brunelleschius contineri non potuerit, quin Cortonam excurreret, suis oculis laudata æstimaturus; et veritate dictorum comperta, delineationem sibi formaret, ut in Vitis Pictorum testatur Georgius Vasari Aretinus. Utinam ejusmodi delineatio ad nostras manus pervenire potuisset! Placet interim ejus defectum supplere, ex ea, quam accepimus, manu* F *minus perita, fideli tamen, facta ad instantiam sæpe jam memorati Francisci Baldelli.*



Arca marmorea ad ſepulturam. B. Guidonis miraculoſe inventa prope Cortonam an. 1245

A 14 *Romani, quibus cremandorum humandorumque corporum promiscuus erat usus, ad hoc sarcophagos, ad illud sibi conficiebant urnas; et utriusque generis habebant figlina ac marmorea vasa venalia, pro emptoris arbitrio perficienda, addito vel Epitaphio vel imagine ejus, cujus ibi ossa vel corpus condendum erat. Imagines potissimum videre in sarcophagis est, quemadmodum hic cernitur ejus, cui arca hæc empta quidem sit, sed videtur (Deo sic disponente) vacua remansisse, et casu aliquo derelicta in agro, ubi post secula tot inventa serviret honori* B. Guidonis. *Porro sic paratos sarcophagos ornabant sculptores historiis sacris profanisve, ut Gentilitas Christianisve copia offerretur et delectus. Et sic in Roma subterranea Haringhi, sacra plurima videas; alibi, ac nominatim ad S. Agnetis, in sarcophago, nescio cui parato, profana omnia ac fere Bacchica.*

forma, usus

15 *Talem etiam hujus, quam damus, sculpturam esse, censet Illustriss. Joannes Ciampinus, in sua desuper ad me epistola sic opinatus.* In explicanda celatæ Cortonensis historia, dicam, an fabula, Oedipusne sim, tuum esto judicium: mihi satis fuerit tibi morem gessisse, et aliquid ad studia tua conatum esse. In medio igitur operimenti orbicula- B ris visitur figura, a duabus Victoriis sustentata: cujus in medio cernitur quædam imago, qua strenuum virum, bellique ducem, deque alia subacta natione victorem triumphatoremque repræsentari autumo, cum propter ipsas Victorias (quæ, ut dixi, imaginem sustentant) cum etiam propter ipsos captivos, ac triumphorum insignia prope extantia. In sarcophagi vero facie visitur biga, quam duo trahunt Centauri: in qua stat quidam juvenis, ad cujus sinistram est mulier alata, quæ Centauros veluti dirigit, quæque victoriam (ni fallor) repræsentat. Per juvenem Bacchum denotari existimo, cum ex vite eidem proxima, cum, ex cane pelleque, qua indutus apparet, quæ fortasse caprina est; tum quoque ex parva figura, quæ, si bene observetur, expressa cernitur in ipsa biga, racemum uvæ sinistra tenens; tum denique ex Centauris: quæ omnia ipsum indicant Bacchum. De vite, quæ Baccho sacrata sit, minime immoror in hoc demonstrando; de cane videatur Vossius de Idololatria lib. 1 cap. 30. De Centauris videndus est Nonnius Panopolita Dionysiorum lib. 14, vers. 49 et 193, et 265. Proxima Centauris acies cernitur expressa cum vi- C ris scutariis, sicas præ manibus habentibus, nonnullisque in terra prostratis interfectisque, et quibusdam aliis equitibus. Quare fortasse Thebanum bellum, quod Bacchus gessit, ostendit: ut apud eumdem Nonnium lib: 44. vers. 20 et sequentibus. Hæc sunt, quæ divinando exposui, si metam attigerim, eruditio Tua animadverterit.

Sculptura a Ciampino explicata.

ANNOTATA.

D. Francisci, quondam Pauli de Baldellis, aucta per D. P.

a *Confirmationem suæ Regulæ accepit* S. Franciscus an. 1210 *ab Innocentio Papa III; quod autem coram eo jussus sit sedere, necdum alibi legi.* Not. 1

b *Cortonam venisse* Franciscum *statuit Waddingus an.* 1211.

c *Barberius asserit, huic Portæ id nomen inditum, quia illac ingressa sit Romanorum* Colonia.

d *Errat ergo Barberius, cum in loco Cellarum Habitu donatum* Guidonem *scribit. Tenuerunt locum Fratres usque ad annum* 1250, *quando illuc subintrarunt Tertiarii quidam, ac deinde Eremitæ nonnulli; et in horum habitu videtur expressus* S. Guido, *sicuti eumdem alius expressit in habitu Cappucinorum, post* D *quam hi anno* 1537 *locum obtinuissent. Eremitæ autem, isti censeri possunt illi, qui se* Pauperes Eremitas *dicebant; qui a S. Petro Cœlestino confirmati, dici etiam cœperunt* Eremitæ Domini Cœlestini, *ac deinde* Clareni, *et anno* 1560 *adhuc perseverabant, habitu distincti a ceteris Franciscanis; quam distinctionem fortassis licebit hinc cognoscere, si vera est nostra conjectura. Cinereus certe pallii color est, et ad fibulæ locum assuti panniculi duo, coloris nigri.*

e *In Vita MS. apud Cappucinos ad hunc modum describuntur primæ istic Cellæ.* Visitur etiamnum ibi vilissima cellula, ex rudibus fabricata saxis, boum stercore incrustatis, cujus torti ac distorti muri satis indicant, quam nullo artificio usus sit faber; cumque jam anni circiter 438 effluxerint, ex quo illam inhabitavit S. Patriarcha, sentitur nihilominus ibi cœlestis quidam odor, præsertim diebus festis. Ibidem cernitur etiam vetustissima Deiparæ imago, cum filio inter brachia, satisque devota; et circum tabellæ votivæ quam plurimæ, ob gratias receptas appensæ. Ipsam vero cellulam Patres Cappucini, qui suum istic Novitiatum habent, in veneratione magna servant, tamquam primæ paupertatis exemplum; quam etiam referunt fabrica reliquæ, tam veteres, quam novæ. Est etiam in dormitorio veteri Cella E alia, similem priori odorem retinens, sed minus vivacem: eumdemque afflant etiam pauperculi libri, qui Sanctis Patribus istis in usu fuerunt. *Hactenus Franciscus de Equis Cappucinus, anno* 1643 *interpolans Vitam, in vetustiori MS. anni* 1598 *repertam. Addiderim ego, Stercoream incrustationem non amplius nunc videri; et cellam alteram esse ipsam, in qua* S. Guido *expiravit. Waddingus* MD *passibus Cortona locum distare scribit: itaque revera est, situs in concavo montium, et juxta habens ilicetum spissum; ubi hodiedum in refectorio servatur altare vetus, in quo creditur sæpius sacrificasse S. Antonius de Padua, adeo ut olim habuerit usum ecclesiæ; pro qua novam Patribus Cappucinis, in honorem S. Antonii prædicti, anno* NOT. 13 1634 *consecravit D. Laurentius della Robbia, Cortonensis Episcopus.*

f Ursaria, *vulgo* Orsaia, *aut etiam* Ossaia: *ubi quia plurima reperiuntur ossa, ex clade Romanorum ad Trasimenum sub Hannibale, loco inde nomen factum volunt aliqui. Waddingus ad an.* 1211 *num.* 9, *putat Cortonenses, suum* Ossariam *male confundere cum Ursaria, castello Apuliæ juxta Leandrum Alberti, et hanc esse veram Eliæ patriam suumque Marianum* F *Florentinum errasse judicat. Alii e contrario appellant ad Italicum id est genuinum exemplar Leandri, editionis Venetæ, ubi* Ossaia o Orsaia di Toscana *nominatur. Nobis textus Italicus ad manum non est. Sed quidquid de eo sit, nihil dubito, quin omne de Eliæ patria dubium deposuerit Waddingus, quando ad an.* 1441 *agens de SS. Bernardini et Alberti Sartianensis apud Cortonam occursu, describit ab hoc illi ostensam Crucem Græcanicam, cui positum ibi publicitus altare, cum inscriptione, quod eam* Fr. Elias, olim Franciscani Ordinis moderator, ex Orientis legatione retulit, et in hac sua patria collocavit: *licet altare* NOT. 14 *istud tantum erectum sit an.* 1631. *Fuit autem* Elias *iste, primus postea Minister Generalis.*

g *Reliquiæ istæ sunt,* Caput S. Emerentianæ Virg. et Martyris, *et frustum* ex ligno S. Crucis, *unum ex majoribus quod in Italia sit. Additur etiam* Tunica S. Francisci, *et alia quædam.*

h *Cellam istam nunc torrens abstulit; ponticulus autem, olim ligneus, in saxeum est conversus.*

i *Marcus Ulyssippon. errat, cum ait, quod* Guido *fuerit* Sacerdos, admissus inter Conversos.

k *Saxum illud, postea in lineas fissum, per modum cæmenti interstinguit lapides conquadratos, quibus sternitur pavimentum ecclesiæ S. Mariæ, nunc Cathedralis.*

A *lis, olim vero Parochialis, sive ut Itali loquuntur* la Pieve, *id est,* Plebs, *unde etiam* Parochus *dicitur* Plebanus : *facta est autem Cathedralis sub Julio II, loco suburbanæ ecclesiæ S. Vincentii.*

EX MS. ITAL.

l *Id est, diœcesis Assisinatis : abest enim a civitate ecclesia illa uno circiter milliari. Quomodo autem Sanctus extremum æger, Senis Cortonam delatus sit,* Elia, suorum parentum et amicorum ope, solicite omnia ministrante ; *indeque Assisium, ac denique transferri se jusserit ad cænobium Angelorum, narrat Waddingus ad annum, quo Sanctus obiit,* 1226 *num.* 25.

m *Rodulfus et Barrius dicunt, quod* Assisium venit ad S. Franciscum, a quo facultatem prædicandi accepit, et mox exercere cœpit.

n *Waddingus et alii :* Septem Quadragesimas in anno, sicut a beato Patre edoctus, in pane et aqua jejunabat : reliquum vero tempus semel in die ut plurimum, et moderate, reficiebat. *Barberius Quadragesimas illas definit* ab Epiphania ad diem, abinde quadragesimum ; a die Cinerum usque ad Pascha ; ab Ascensione ad Pentecosten ; dies duodecim ante festum SS. Petri et Pauli, et hinc usque ad Assumptionem B. Mariæ ; dies 40 ante festum S. Michaelis ; et a festo Sanctorum omnium usque ad

B Natalem Domini.

o Fontem-Lucium *vocat Waddingus : sed apparet vocem esse unicam, ex diminutivo* Fontella, *iterata diminutione terminatam in* uccia. *Per illum Fonticulum olim Cortona ad Cellas ibatur, nunc via alia altior eo ducit : manet autem ad fontem conspicue picta imago* S. Guidonis. *Barberius hoc miraculum post sequentia duo narrat.*

p *Barberius videtur hanc famem ponere, statim post obitum* S. Francisci *an.* 1226 : *Marcus Ulissiponensis, elapsis abinde sex annis, ergo* 1232.

q *Waddingus* Montecchium *(sic enim vulgo pronuntiatur)* prope Castellionem, *et intelligit* Castellionem Aretinum , *unde ipsum Montecchium solum tribus milliaribus distat, Cortona autem sex.*

r *Canonizatus fuit* S. Franciscus *biennio post mortem, an.* 1228 *per Gregorium IX.*

s *Circa annum, ut dixi,* 1215.

MIRACULA.

Ex MSS. Rinaldi Baldelli Cortonensis.

Rinaldus Nicolai qu. Rinaldi de Baldellis, *in*

C *brevi Relatione præcipuarum quarumdam personarum familiæ Baldellæ, impressa non ita pridem Perusii, laudatur non minus ab insigni rerum antiquarum, quam legum suo tempore vigentium peritia ; et ab Oldoino nostro nominatur in Atheneo Hetrusco, ut qui memorias quasdam historicas de rebus et familiis Cortonensibus collegerit, uti præfari cœperam num.* 2. *In his cum retulisset Italice redditam a se Vitam* B. Guidonis *sic orditur secundam :* Finita prima parte devotissimæ historiæ S. Guidonis Cortonensis, Ordinis S. Francisci ; sequitur secunda, in qua legitur, quomodo inventum fuerit ejus sanctissimum caput die prima Maji. Ad hujus autem declarationem historiæ, primo explicanda est origo et principium hujus civitatis Cortonensis ; secundo, qua ratione S. Guido factus sit Frater Ordinis S. Francisci ; tertio, qualiter corpus ejus delatum fuit ad parochialem ædem ; ac denique adferenda erunt miracula aliqua, ad confirmandam fidem sanctitatis ejus. *Ita ille : nobis omissis istis omnibus sola miracula persequi placet, atque Latina facere ut sequuntur.*

14 Cum sic honorabiliter jaceret corpus S. Guidonis, in ecclesia parochiali Cortonensi ; et magna in veneratione civibus esset, propter frequentia miracula ; accidit quodam tempore, ad punitionem peccatorum atque ex instigatione diaboli, ut Are- D

Cortona ab Aretinis capta,

tini *a*, nulla a Cortonensibus injuria lacessiti, armata manu noctu irrumperent ; cumque ubique discurrerent, prædabundi atque clamantes, Vivant, vivant Aretini ; ecclesiæ Custos ad hostilem vocem experrectus, audiensque omnia pessum ire, dixit intra se : Video equidem omnia, quæ in ecclesia sunt, peritura : experiar igitur an saltem caput S. Guidonis possim abscondere, sic ut ab hostibus nequeat inveniri. Ita solicite ipsum arripiens, schedulæque inscribens nomen cujus erat, involvit panno cuidam ; et cum alligato ad hunc lapide, projecit in fundum putei, etiam nunc in ecclesia constituti. Interim Aretini civitate potiti, ad portam posuerunt accensam candelam, edicto publicato mandantes sub pœna capitis, ut cives omnes urbe excederent prius quam illa consumeretur. Exivit igitur etiam cum aliis Sacrista, timore mortis, Aretinis prædam per otium colligentibus ; qua exportata *b*, consilium inierunt incendendæ civitatis, sic ut amplius habitari non posset. Quod cum tertio post die fecissent, triennium totum mansit Cortona habitatoribus vacua : et interim obiit Sacrista ille, qui S. Guidonis caput, nemine conscio, in puteum conjecerat.

caput Sancti a Sacrista in puteum conjicitur:

15 Vivebat autem D. Uguccio de Casali, vir generosus et armis fortis, qui ante urbis calamitatem prædictam Capitaneus fuerat ; et patria exulans, modo cum uno, modo cum altero ex nobilibus Tusciæ honorabiliter versabatur. Cum ergo inter Florentinos et Senenses bellum exarsisset, Ducem sibi Senenses elegerunt D. Uguccionem prædictum commiseruntque prælium, quod hodiedum *c* Montis-aperti nominatur : in quo cum præcipua enituisset Uguccionis virtus, ipsique victoria adscriberetur ; congregati Senenses optionem ei fecerunt cujuscumque vellet præmii. At ille ; Nihil pro me, inquit, postulo, Magnifici Domini ; solum mihi liceat ruinas Cortonensis patriæ meæ restaurare, in eaque cum civibus meis habitare. Itum in consilium a Senensibus est : decretumque ut ei darentur trecenti fabri, stipendio publico per triennium conducti, qui auxilio ipsi ad fabricam essent ; itaque redire cœperunt dispersi Cortonenses, et divini cultus officia resumere.

E

Urbe Senensium favore restaurata

16 Quærebatur solicite corpus S. Guidonis, sed nusquam potuit reperiri, ad dolorem omnium non mediocrem. Tandem cum Domino placeret solari populum Cortonensem revelatione capitis pretiosi, fecit Sacristanum illum, qui mortuo novus successerat, cum una noctium daturus esset signum ad Matutinas, videre supra prædictum puteum splendorem magnum : quod cum iterum tertioque accidisset, narravit Presbyteris, ad nocturnum Officium convenientibus, visum : qui et ipsi idem omnes viderunt. Aperto itaque puteo tantum ex eo lumen processit, ac si alius ibi sol fuisset. Quapropter sequenti mane, die prima Maji, sanctis Jacobo et Philippo Apostolis sacra, cum iterum puteum inspexissent, et eumdem rursus splendorem viderent ; compulsatis campanis acciverunt populum : qui viso miraculo processionem instituit, supplicando ut quid eo signo portenderet, significare dignaretur Deus. Cumque regressi ad puteum omnes genua flecterent precesque continuarent, cœperunt inde haurire aquam puteumque movere ; ad tertium autem immissionem situlæ emersit ad superficiem aquæ involutum quidpiam : quod ab immisso per funem Sacerdote extractum fuit, comitante ipsum eodem miraculoso splendore, et mox disparente.

corpus nusquam apparet

F

sed caput cælesti splendore indicatur:

17 Perseverabat populus genuflexus orare, præstolabaturque ut intelligeret quid istic involutum haberetur. Solutus ergo fascis est a Sacerdotibus, qui repererunt caput humanum, cum schedula, fidem faciente,

eductumque e puteo reponitur in arcam,

A faciente, quod ipsum esset caput S. Guidonis, et a quo illuc conjectum significante : omnia autem erant tam sicca, acsi numquam ab aqua contacta fuissent, sed intra capsam bene munitam custodita semper. Tum vero incredibilis omnes perfudit lætitia : qui magna cum solennitate tulerunt venerabile caput ad sepulcrum eatenus vacuum; et virtutem experturi ejus quem invenerant thesauri, fecerunt sibi adduci puerum pluribus annis cæcum, pro quo cum pater et mater votum fecissent faciendi ex cera simulacrum capitis unius, si puer illuminaretur. Hoc autem coram omnibus statim facto, mota Communitas decretum fecit quotannis solennius celebrandi primam Maji, in memoriam tam miraculosæ inventionis.

ad quod mox illuminatur cæcus.

d

18 Voluit porro pluribus etiam aliis *d* miraculis monstrare Deus, quam acceptus sibi S. Guido sit. Inter hæc memorabile valde contigit juvenculæ cuidam Cortonensi : quæ cum sola juxta puteum luderet pila, et hæc in illum cecidisset, tantum pro ea recipienda laboravit ut ipsa quoque intus laberetur; ubi triduum totum inobservata mansit. Quærebant eam ubique parentes sui, nec ullo indicio percipere

Puella, in puteum lapsa et Sancto commendata,

B poterant, quid ipsa factum esset : mater tamen semper invocabat S. Guidonem, dicens ; Commendo tibi filiam meam. Tertio die accessit ad puteum mulier quædam haurire aquam, et introrsum despiciens vidit agnovitque puellam, et quod vidit matri retulit : quæ confestim accurrens, de puteo illam extraxit nihil omnino læsam. Cumque interrogasset quomodo istic sic esset servata, respondit : Fui ego in fundo putei : sed quia mecum erat S. Guido, non potuit aqua me contingere, nec unquam famem aut sitim sensi ; nunc autem me extulit ad superficiem aquæ, mihique benedicens dixit : Ego sum Frater Guido, in ecclesia parochiali sepultus : itaque supra aquam mansi sedens, in nullo (ut videtis) humectata. Quo audito omnes egerunt Deo gratias pro tanto miraculo.

inde tertio die salva educitur

19 Insuper fuit Cortonæ vir honoratus titulo Potestatis, qui quia suo munere fungebatur ad satisfactionem omnium, ab omnibus quoque amabatur. Hic cum interim mortem obiisset, consultatum est de modo quo posset quam honoratissime sepeliri . inter alios autem unus censuit ponendum in sepulcro S. Guidonis, capite hujus tantisper in Sacristiam delato, donec novum ei monumentum conderetur. Placuit consilium, sed ejus auctor continuo loque-

Arcam volentes ad alium usum vertere, Capite ad sacristiam translato,

C lam amisit : et tempus, quod serenum fuerat, in tantam subito procellam turbinemque conversum est, ut nemo de Palatio auderet egredi. Nec mora, agnoverunt omnes qui consensum dederant, delictum a se, voveruntque cum cereis processionaliter visitare sepulcrum : et continuo serenitas rediit : unde cognoverunt omnes, neque Deo neque S. Guidoni placuisse deliberationem istiusmodi, et mox facto voto fecerunt satis. Ei autem qui loquelam amiserat, mandaverunt amici et consanguinei sui, ut tribus quotannis diebus visitaret sepulcrum S. Guidonis, eoque ferret caput cereum : et primo die Maji usum linguæ recepit; unde omnes Deum glorificaverunt *e*.

miraculose prohibentur.

e

20 Celebrabatur autem festum inventi Capitis cum magna quotannis solennitate, non solum cantionibus devotis, sed etiam equestribus decursionibus, quemadmodum nunc fit in festo S. Margaritæ *f*, cum juventus per forum currit ab æde S. Andreæ ad cœmeterium Parochiale. Accidit autem ut eorum unus non posset quadam vice equum suum cohibere, quo minus supra puteum saliret qui erat in media via *g* ; unde formidans ille ne letalis sibi hic saltus esset, devote dixit : S. Guido, adjuva me : et mox equus quidem cum capite, pectore et anterioribus pedibus se immisit in puteum , sed sessor se supra putei labrum illæsum sedere miratus est; quin et equus salvus inde exivit. Actis ergo S. Guidoni gratiis, rursum alacriter ac devote conscendit equum, et ad visitandum sepulcrum abiit. Ista autem consuetudo tam pia per negligentiam paulatim in desuetudinem venit. Multa insuper alia miracula variis in locis, in vita atque post mortem, patravit S. Guido ; quæ brevitatis causa *h* prætermittuntur . hæc autem scripta sint ad laudem Jesu Christi, gloriosissimæque virginis Mariæ et S. Guidonis, quibus omni loco sit honor et gloria sempiterna. Amen.

D EX MS. ITAL.

Eques, in puteum præcipitandus ab equo, f g *invocato Sancto liberatur*

h

ANNOTATA.

E

D. Francisci quondam Pauli de Baldellis, aucta per D. P.

a *Joannes Villanus, Chronic. Florent. lib.* 6 *cap.* 68, *narrat quomodo an.* 1259. *cum Aretinis titulo Potestatis præesset D. Sibaldus de Rubeis, Florentinus; iidem Aretini, Cortonam, munitissimam quidem, sed male custoditam, noctu invaserint; murosque et turres demoliti, Cortonenses suæ subjecerint potestati : quæ causa Florentinis fuit, arma contra Aretinos sumendi. Distat autem* Cortona *Aretium* p. m. 14. *Barberius asserit discissis in partes civibus, ab earum altera vocatos Aretinos in auxilium : qui ambas indiscriminatim oppresserint.*

b *Credibile est, Aretinos etiam exportasse* Corpus B. Guidonis, *quamvis nesciatur quid eo factum sit : sunt tamen qui credant ipsum Aretii honorari sub nomine S. Donati, urbis Patroni. Waddingus dicit* in Germaniam ablatum *credi : sed huic opinioni occasionem dedisse videtur* S. Guido, Abbas Pomposianus *prope Padum fluvium, Spiram translatus, sicut diximus ad ejus diem* 31 *Martii.*

c *Rem, an.* 1260.4 *Septembris gestam, narrat Villanus cap.* 80; *describitque, non tam pugnam, quam stragem. Cum enim Florentini sperarent sibi aperiendam a conspiratis portam; re intus detecta, eruperunt Senenses in nihil minus expectantes; quorum ad* 1500 *cæsi in campo, nec pauciores capti narrantur.* F

d *Sequentia miracula refert Barberius ut ante prædictam civitatis desolationem facta : quod etiam videntur indicare Beati verba, asserentis, se in parochia sepultum haberi. Sed ut id valeat pro primo, non valet pro aliis, ut mox apparebit.*

e *Nescio cur hunc casum Barberius omiserit.*

f *Intelligitur* Margarita Cortonensis, *cujus festum agi diximus* 21 *Febr. et obiit sesqui seculo post* B. Guidonem : *videtur autem decursio illa instituta primum an.* 1623.

g *Superest hodiedum puteus iste, ante carcerem publicum.*

h *Non videntur tamen illa unquam scripta fuisse.*

DE S. PLACIDO EREMITA

FUNDATORE MONASTERII CISTERC: S. SPIRITUS PROPE OCRAM AQUILANÆ DIOECESIS IN ITALIA.

COMMENTARIUS PRÆVIUS

D. P.

De loco monasterii, anno mortis, et vitæ Auctore, atque cultu Beati.

AN. MCCXLVIII

In diœcesi Furconiensi,

Furconium, *antiqua in Vestinis civitas, et Episcopali Sede ab omni retro memoria fuit insignis : sed Aquilam translatis sub seculi* XIII *medium et plebe et Cathedra, adeo totum periit, ut de situ ac nomine ambigant ii, qui de origine urbis Aquilanæ, circa annum* MCCL *jure et titulo civitatis donatæ, libros scripsere, Bernardinus Cyrillus, anno* MDLXX *: et Salvator Massonus, anno* MDXCIV. *Horum postremus, accuratius scrutatus omnia, pag.* 95 *producit instrumentum, quo et* Aquilæ *nomen, condita civitate antiquius esse ; nec* Furconium *a Longobardis, ut putant aliqui, destructum fuisse evincitur ; dum in eo legitur*. In nomine Domini Jesu Christi, *quod* anno ab incarnatione ejus millesimo quinto, Indictione XIII ecclesia B. Mariæ de Aquila, ab Odorisio Venerabili Furconensi Episcopo,.... cum duobus altaribus, uno inferius et altero superius, dedicata est. *Sed instrumentum istud describenti excidisse videtur verbum* centesimo, *intelligendusque annus* MCXCV : *alias enim, solum fuisset numeranda* Indictio III. *Cum tali correctione etiam coincidit ab eodem Massono allegata moneta ærea, cujus anticæ parti impressa Papalis mitra, cum circumscripto,* Innocentius III ; *posticæ, Aquila expansis alis, cum circumscripto,* Aquilana libertas. *Nam Pontifex ille primum cœpit anno* MCXCVIII. *Quidquid tamen de ætate Odorisii sit, constat ex productis ab Ughello Bullis, tom.* 1 *col.* 428 *et* 429 *anno* MCCLVII. Aquilensi *Episcopatui, tum primum instituto, unitum* Furconiensem *fuisse ; utque* de cetero loci Præsul, non Furconiensis, sed Aquilanus Episcopus nominetur.

B

cui an. 1195 *Odorisius præfuit,*

2 Berardus *is erat hujus nominis secundus, cujus decessor* T. *anno* MCCXXV *Electus, putatur successisse* Raynerio *claro miraculis, de quibus Honorius III inquisitionem commisit Pennensi Episcopo, ut ex ejus Registro docet Ughellus, tom.* 5 *col.* 1495. *Hoc ideo noto, ut si forte res illa progressum habuit, et cultum* Sancti *Raynerius obtinuit, diligentiam suscitem Aquilanorum, ad nobis notificandum diem cultus et modum. Quod autem etiam* T. Furconiensis *hic meminerim, fecit prætitulatus* B. Placidus, *quem spectat instrumentum, ab eodem Ughello productum, tom.* 6 *col.* 897, *nomen Episcopi sic integre exprimens.* Nos Thomas, Episcopus Furconiensis, pro salute animæ nostræ, damus et concedimus Fratri Placido et Fratribus, licentiam monasterii construendi, ad honorem sancti Spiritus, in territorio de Ocra, in loco qui dicitur Pretula, qui secundum ordinem et regulam Cisterciensis Ordinis vivere debeant, tam in officiis quam in aliis regularibus disciplinis.... Datum Furconiæ, die VI Decembris MCCXXVI. *Locum autem ad id tradiderant,* in manus Placidi de Vena Ocrensis, In nomine æterni Domini, anno Incarnationis ejus MCCXXII mense Novembri Indict. X, *eodem quo supra Pisano Stylo,* Berardus de Ocra, Dei et Imperiali gratia Comes Albæ, una cum Domina matre Roalda de Ocra, *per instrumentum, quod integrum legere est tomo* 6 *præcitato col.* 895 *et seqq.*

C

et ultimus Thomas, idemque Aquilanus Episcopus

anno 1226 *fundatur monast. S. Spiritus*

in loco quem B. Placido dederat Berardus de Ocra.

3 *Sequitur ibidem col.* 898 Vita B. Placidi Rhodiensis, Cisterciensis Ordinis Monachi, a Rogerio Casæ-novæ Monacho, ejusdem Synchrono, conscripta et hactenus inedita. *Synchroni auctoris verosimilitudinem facit num.* 4, *ita simpliciter nominatus* Simeon Sacerdos, *ac si de persona, cunctis tunc notissima, ageretur. Sed* Rogerii *nomen unde acceperit Ughellus, nec explicat ipse, nec invenitur in eo quod ipse nobis dedit MS. ecgrapho, cui titulus* Vita B. Placidi ex Rodio, Monachi Cisterciensis Ordinis de Vena Ocrensis. ex vetusta D. Pauli de Celano, Monachi Casæ-novæ. *Sed neque hujus Pauli originariam illam esse suadet Fossense ecgraphum, ab eodemmet Ughello nobis donatum hoc titulo;* B. Placici Rodiensis Vita, Cisterciensis Ordinis Monachi, Antonii Amicii I. V. C. studio, ex vetusta Pauli a Celano, Casæ novæ Monacho, in epitomen contracta, et Clero Fossensi dicata. *Distat* Fossa *ab Aquila, secundo Aterno descendenti, solis* VI *vel* VIII p. m. *ab* Ocra *vero dumtaxat* II ;*adjectaque ei planities, etiam nunc* Planum Forconæ *nominata, probat istic vetus* Forconium *fuisse. Sub ipsam vero Ocram, in monte situm est* Monasterium, S. Spiritus *supra dictum ; de quo, inquit Ughellus,* plura essent dicenda, quæ brevitatis gratia prætermittimus : fortassis alio in loco redibit sermo. *An redierit, nescio ; ego certe in reliquis tribus Ughelli tomis necdum reperi locum : plura ergo si operæ pretium sit hic attexere, Aquila aut Fossa expectabo. Suspicor autem, Fossense ecgraphum, aut etiam alterum prænotatum, submissum Ughello esse post editum librum, ad corrigendum errorem in nomine auctoris commissum. Interim quod originaria ea Vita non sit, quam impressam ille nobis dedit, probat hæc Fossensi ecgrapho præfixa Epistola.*

Illius Vita apud Ughellum

E

ex antiquiori Pauli de Celano,

in compendium redacta ab Anton. Amicio

4 Antonius Amicii, Clero Fossensi S. D.

Cum semper apud majores nostros, Sanctorum Reliquiæ summo honore ac magno habitæ fuerint pretio, meritoque D. Chrysostomus omnes hortetur, ut, pro benedictione aliqua consequenda, eas sæpe magna fide contingamus, Sanctos ipsos imitemur, ac eorum tumulos adoremus ; pio studio adductus Vitam B. Placidi nostri (cujus venerandæ Reliquiæ in æde sancti Spiritus asservantur, ubi festum ejus quotannis celebratur) ex antiquissimo scripto in compendium contraxi ; eamque, de cujus inopia jam diu conquesti sumus, eo libentius typis committendam curavi, quo et ille et templum ipsum majori nobis sint venerationi, ut immortali Deo ac Placido placeamus. Quis enim neget, Sanctorum historias, piis viris commemoratas, plurimam in Deum Sanctosque ipsos pietatem ac religionem parere? quin imo ipsos, ad ambulandum per arctam fidei ac bonorum operum viam, quæ ducit ad vitam, accendere, instigare, urgere? Ut igitur nostrum omnium pietas, qua hunc etiam complectimur Sanctum, augeatur ; hujusmodi Vitam, quam vobis volo dicatam, iterum atque iterum legamus. Fieri enim minime poterit, quin sancti viri gesta relegentes, ejus Reliquias

F

et Clero Fossensi dedicata

cum testimonio annuæ festivitatis.

A liquias magis veneremur, unde noverimus etiam nos ejus patrocinio intercessionibusque apud Deum, adjuvari. Suscipite igitur hilari fronte quidquid laboris ad summi Dei sanctique honorem subii, ut oblivioni datam historiam nostris conterraneis restituerem, quod vobis gratissimum fore minime dubitamus. Valeat quisque vestrum in Christo Jesu Domino nostro. Amen. *Et mox,* Incipit feliciter Vita B Placidi, *ad verbum eadem, quam edidit Ughellus, cum cujus editione duplex ecgraphum contulimus.*

5 *Ex epistola certi reddimur, de cultu; et hoc qualecumque compendium factum esse scimus, post inventam, et in Italia usurpari cœptam ante annos ducentos typographicam artem. Compendium ipsum hic recudendum dare, nihil attinet; cum habeamus idem, quod*

Datur Vita antiquior auct. Paulo

Amicius præ oculis habuit, antiquissimum scriptum; *sicut illud* Fr. Paulus de Celano, Casæ-novæ Monachus, *misit* Domino (*an* Domnino *vel* Dominico, *ut proprium nomen sit, non* Domino, *appellativum*?) Archiepresbytero S. Martialis de Rodio, *ipsius* B. Placidi *patria,* Furconensis diœcesis *In hac dedicatoria gratulatur sibi* Paulus, *quod* ex omni Congregatione Casæ-novæ *(in cujus jurisdictionem novum suum monasterium Beatus transtulerat) ad ejus mortem* B *assistente,* electus *sit,* ut benedictio morituri super caput suum veniret, *velut præscii a Paulo scribendam vitam suam;* sicut vidi, *inquit,* vel relatione fide dignorum didici, et ea quæ ex ejus ore sanctissimo familiariter audire promerui. *Vetus MS. studiose requisitum, invenit; et rogatu R. P. Joannis Francisci Vannii nostri in Collegio Romano linguæ Hebraicæ Professoris, anno* MDCXCI *nobis transcripsit Illustriss. D. Josephus Caprini Patricius Aquilanus, sub hoc a se aptato titulo;* Vita B. Placidi, Monachi Ordinis S. Benedicti, Congregationis Cisterciensis, cujus corpus requiescit in ecclesia Abbatiali sancti Spiritus de Ocra prope Fossam, Aquilanæ diœcesis. *Est autem* Celanum, *Pauli patria, situm in monte proximo Fucino lacui, cui nomen suum hodie communicat, distans Ocra in Meridiem* XII P. M. *nec procul inde abest* Casa-nova, *ad oram ipsius lacus; ut nihil dubitem, quin hic fuerit olim Abbatia, cui se suosque* Placidus *tradidit.*

qui obiisse Beatum scribit 1248 12 Junii.

6 *Dicit autem Paulus iste, etiam ut relatus in Compendio, quod Beatus obiit* anno MCCXLVIII infra Octavas Pentecostes die XII Junii: *sed cum num.* 17 *nominatur* Feria secunda, *haud dubie error transcri-* C *bentis est,* secundam *pro* sexta *legentis, aut* II *pro* VI. *Obscuritatis aliquid fuisse oportet in veteri scriptura, quo factum sit ut Amicius legerit* Feriam V. *Sed quomodo eidem pro* pridie Idus Junii, *id est* XII, *obrepserit* Idibus, *id est* XIII, *non est facile divinare. Neque juvare huic potest Epitaphium, antiquitus sculptum in petra, ecclesiæ pavimento inserta, ante pedem altaris, quo annum ac diem mortis expressum fuisse satis apparet, ex vestigiis residuarum litterarum; sed ita extritarum, teste Caprino, ut numeri nequeant plene discerni. Jam quod ad tempus scriptæ Vitæ attinet; cum ultimo loco inter miracula narrentur ab immundis spiritibus liberatæ energumenæ septem,* die Dominica, quinta Julii; *cumque hic concursus habeatur, ipso quo Sanctus obiit anno; haud incongrue judicabimus, scripta esse omnia infra quartam ab obitu Sancti hebdomadam; nec mirabimur nihil addi de festo illius, cujus necdum advenerat Anniversarium. Hodie in loco jam fere deserto, non invenitur amplius integrum corpus, sed ossa dumtaxat quædam præcipua. Ita Vannio nostro D. Josephus Caprini prælaudatus.*

D

VITA

Auctore Paulo de Celano, familiariter noto, intra primum ab obitu mensem edita.

PROLOGUS.

Reverendo in Christo Patri Domino Archiepresbytero S. Martialis de Rodio Furconensis Diœcesis Fr. Paulus de Celano, Casæ-novæ Monachorum minimus, gratiam in præsenti et gloriam in futuro.

Illustres B. Placidi actus

Etiamsi leviter otiosus existam, a Patre familias, qui tota die stantes otiosos in suam adduxit vineam, merito redarguar: quare vestræ exquiror Paternitati S. nostri Placidi describere Vitam si invaliditas styli nostrum ingenium non denigret. Illustres etenim Sanctorum actus describere operæ pretium est, ut veritas in exemplum et aliorum speculum magis pateat, ac sit velut quoddam condimentum, maxime illis, qui non queunt elicere mel de petra oleumque de saxo durissimo. Verum qualis ego sum, ut B. Placidi vitam audeam exarare? Nam si cuncta mei corporis membra verterentur in linguas, et omnes mei artus sonora voce resonarent, non sufficerent ejus enarrare virtutes. Sed cum hoc quod assumpsi opus in eum dirigatur, qui inter specialissimos et caros mihi Sanctus præcipuus fuit; hoc opus aggredi tentare præsumo, ut cuncta posteritas in benedictione renarret, et mercedis munus capiendum in futuro afferat. In extremis itaque positus in Religione Beatus, immo in principio, juxta illud, Opus consummavi; tunc ego ei occurri forte divina dispositione, credo, electus ex omni congregatione Casæ-novæ, ut benedictio morituri super me veniret; et cum alia membra minime posset movere, ad dandam benedictionem, tamen super caput meum mihi benedixit, et benedictionis notas cautus possideo.

scribere præsumit auctor.

E

qui extrema ejus benedictione fruitus.

confidit exiguitatem suam divinitus adjuvandam.

2 Trado tibi igitur operam efficacem, ut ea quæ vidi, vel relatione fide dignorum didici, et ea, quæ ex ejus ore sanctissimo familiariter audire promerui, vera et pura narratione, stylo simplici non false variato, aliis manifestem, ad meam utique exiguitatem; ut ex ista materia quoddam pulmentum filiis terrarum fiat, in quo si colocintidas immiscuero negligenter; [noster], ut confido, farinula condiet Elisæus amaritudinem rudis styli, et excessum meæ insipientiæ excusabit affectus meæ devotionis, et defectui indulgebit benignitas dicti Sancti; ne sublimitas tanti operis, ad imperitum deducta artificem, quasi naufraga in scopulis meæ insipientiæ elidatur. Foveat demum Christi clementia vivam linguam, et de sicca petra surgat gratia populo sitienti; ut digne audiat ea, quæ Sanctus opere cœpit a principiis pueritiæ; atque in medium adolescentiæ, et usque ad finem continuavit in morte, et post mortem miracula, quæ Deus per eum operatus est, in ejus testimonium sanctitatis.

F

CAPUT I.

Pii juvenis ad omnem virtutem profectus, initia solitariæ vitæ, loco sæpius mutato.

a Rusticanis parentibus sed piis natus.

Dilectus Deus et hominibus puer Placidus, de Amiterninis partibus extitit oriundus, de oppidulo, quod Rodium *a* nuncupat, quasi de parvula Bethleem natus est, dux quidem Christi, qui ducatum præbeat populo Christiano. Parentes ejus, secundum

A

A. PAULO CELANO

seculi dignitatem infimi, pauperes omnino in seculo, divites in Christo fuerunt. Pater ejus propriis sumptibus vivebat, cibum manu et arte agriculturæ quærebat : mater vero, Apostolicam regulam servans, subdita erat viro suo, filios enutriens in timore Domini, et in Christianæ fidei disciplina : in simplici tugurio suo simpliciter Deum confitens et *senili puer gravitate,* fortiter credens, ipsius mandata sine querela servabat, et ad Deum quadam ratione dilectum adjuvante gratia plurimum anhelabat. Nec mirum si Dei notitia cadebat in illam simplicem mulierem; quia dicit Philosophus; Deum æternum esse, cunctorum ratione degentium commune judicium est. Placidus vero, in ordine filiorum tertius, fuit ab ipsa pueritia cor gerens senile, nulli dedit voluptati *erga alios liberalis* animum. Erat ingeniosus et sortitus est animam bonam; non cognoscens litteraturam, cum introiret potentias Domini; et posterior ad servitutem Dei factus, multa tulit et fecit puer, sudavit, et alsit. Nam circa socios benignus, et humilis atque munificus erat; ita ut panem, quem ei mater dabat in pastu pecudum occupato, aliis pastoribus erogabat; et jejunus ad ædes suas revertens, jejuna membra et defessa reportabat lætus ad domum.

4 Erat paupertatis ardentissimus amator; domi-

B

nicam orationem continue cantans, se numquam ludis et vanitatibus immiscuit. Tantam enim gravitatem divina gratia plantavit in puero, quantam natura non posuit in sene decrepito. Eum ridentem et jocantem, ut mos est, nemo vidit: parentibus obediens, humilitatem omnibus exhibebat : cumque aliquanto tempore evoluto, proficiens ætate et *severus in corpus suum,* gratia apud Deum et homines, puer Placidus transivit in adolescentiam; cingulis ferreis subligavit corporis membra, omni tempore abstinentiam regulæ servans, continue jejunium per triginta et septem annos omni studuit alacritate servare; semper habens in ore illud Apostolicum, Non sunt condignæ passiones hujus temporis, ad futuram gloriam quæ revelabitur nobis. Super caput ejus novacula non ascendit : super nudam humum semper jacebat, imo potius sedebat, ita quod ad extremitatem usque vitæ suæ appodiatus stabat, ad modicum soporem; occultum saccum, quo semel fuit indutus,

b

numquam lavans; dicens *b* superfluum esse munditias quærere in cilicio rusticali. Tamen in eo munditia cum odore semper erat; et mirum in modum nec

C

squallore pressus nec sudore fœdatus, apparebat candidus et rubicundus, electus ex millibus.

5 In caritate erat præcipue fundatus, et fortiter *excellebat caritate,* radicatus; ita quod nec illata injuria, nec infirmitas corporis, nec aliqua adversitas temporalis a caritate et a fraterna compassione abstraxit, dicens illud Apostolicum; *2 Cor. 11, 29* Quis infirmatur et ego non infirmor? quis scandalizatur et ego non scandalizor? Fortitudo *fortitudine* spiritualis adeo vigebat in eo, quod ei poterat illud Salomonis adaptari, Justus, quasi leo confidens, *Prov. 28, 1* absque terrore erit. Humilitas vero, quasi custos *humilitate,* omnium virtutum, strinxerat fortiter mentem ejus; ita quod, licet super coætaneos suos major esset meritis apud Deum, minorem se omnibus existimabat. *justitia,* Justitia erat adeo præditus, quod omnes videbatur justitiæ partes observare, Deo reddens timorem et amorem; sciens illud Malachiæ Prophetæ, *Mal. 2, 6* Si Dominus ego sum, ubi est timor meus? et si *obedientia,* pater ego sum, ubi est honor meus? et parentibus obedientiam et reverentiam, sciens quod filius sapiens lætificat patrem, filius vero stultus est mœstitia matri suæ. Pauperibus eleemosynam, cum omni alacritate; sociis obsequium, cum cordis puri- *comitate* tate; et sic omnibus omnia factus omnes lucrabatur omnibus. Illud Proverbiorum ore et opere demonstrabat; Non proderunt thesauri impietatis, justitia vero liberabit a morte. Frequenter animus Placidi

D

circa ecclesias versabatur; et de agro rediens, a *meditatione.* scholaribus parvulis lectionem de Psalterio discebat; quam postea meditabatur in agro, et recogitabat in campis silvæ.

6 Tandem ascensionem in corde suo disponens, cœpit fugam præmeditare : et exiens cum Abram *Compostellam peregrinatus,* de terra et cognatione sua, et de domo patris sui, ad extrema Hispaniæ profectus est, limina B. Jacobi de Compostella conspecturus. Cum anno integro apud Fratres dicti B. Jacobi excubuisset; rediens post annum, in infirmitatem incurrit maximam: quia quinquennium adeo in lecto adversa valetudine gravabatur, quod nec de lecto surgere, nec caput levare poterat sine adminiculo aliorum. Afflictio *ægrotat quinquennio,* addita est afflicto ad coronam : quia quem Deus diligit corrigit, et quasi in filio sibi complacet. Et cum in tantis esset doloribus constitutus, dicebat sibi bene esse, cum caro nequam diversis tribulationibus purgabatur, quam a pueritia sua tenera sub divino spiritu subjugavit. Quæ sunt autem necessaria carnis faciens, et de hoc habens fortissimum argumentum; cum tanti temporis spatio in infirmitate gravatus, nec medicinas suscepit, nec

E

balneo se intinxit; sed medicinam illam, quæ descendit in festinatione nebulæ. Sanatus mox Apo- *deinde Romam et ad S. Michaelem abit,* stolorum et B. Michaelis Archangeli limina visitavit; non permittens equum suum quiescere, quia nihil nocet admisso sudore calcar addere equo; erat etiam Martyrum frequentius visitator.

7 Inter hæc vir sanctus cogitans et perpendens, quod nequaquam tutum erat stare in seculo nequam cœpit anxius esse quo tenderet illud Poeticum-Ca- *postea in montem Cornu secedit* sum per quemcumque rapit tempestas, deferor hospes. Sed non defuit, immo adfuit divina pietas, vaccillanti occurrens, et citius quod petebat occurrit. Nam mons est, qui Cornu *c* vocatur, incipiens

c

et in acutum se extollens ad similitudinem cornu, undique herbis et arboribus virorem omni tempore præconservans : in cujus latere, ubi quidam Eremita *inde ad S. Nicolai monasterium* erat, in loco altissimo se posuit; ita ut loco illi possit ille versiculus adaptari. Angustus intus limina celsa petit, difficilesque nimis per dura et aspera gressus. A quo Eremita quæsivit et accepit habitum monachalem. et sub ejus doctrina annum integrum stetit, jejuniis et orationibus vacans Deo Sed quia ubi erat impetus spiritus, illuc gradiebatur; ad

F

monasterium S. Nicolai, quod non longe erat, se transtulit; ut ejus simplicitas multorum sapientium collocutione fieret prudens.

8 Et post annum venit ad ecclesiam Salvatoris; *et S. Salvatoris ecclesiam,* ubi tamquam aurum in fornace probatus, didicit pugnare contra mundi, carnis, et diaboli hostiles incursus. Nam soror Præpositi ejusdem ecclesiæ, consideravit adolescentem decorum aspectu; et tamquam mulier illa impudica, quæ Joseph pallium apprehendens dixit, Dormi mecum; ista capta laqueo oculorum, quotidie juvenem de nefando opere requirebat. At ille videns, quod tam sævam bestiam non posset superare, arripuit fugam, juxta illud *2 Cor. 6, 18* Apostoli; Fugite fornicationem : nam tutius est cedere quam pugnare. Et sic ascendit in montem *d*

d

Casentini, sub quadam rupe latitans per quinque menses; et credebat se esse ab hostibus separatum. Sed non defuit ei rediviva tentatio mulierum; nam novæ cantilenæ mulierum a dicto casali frequenter resonabant in aures viri Dei : per quod quasi desperatus, homo Dei, nesciebat quo fugeret a facie *ac denique Ocram* tribulantis; sed assumens pennas sicut aquilæ, in arduis voluit ponere nidum suum; et exultans ut gigas ad currendam viam, in arcta rupe sub castro

e

e Ocræ, quæ invia est, se abscondit, et in ea annis duodecim latitavit. Verum abscondi non poterat lucerna

A lucerna sub modio. Clarescentibus miraculis multi ad eum inceperunt accurrere; sed pauci, propter difficultatem ingressus, ad rupem poterant pervenire. Ad quam accessit quidam Sacerdos, nomine Simeon; sed de rupe cadens, occubuit. Quod audiens vir sanctus, tantum doluit, quod proprium habitaculum dereliquit: et veniens in monte opaco supra Pretulam, ibi sub quodam tugurio inter ligna silvarum ab aspectu hominum se abscondit; de foliis herbarum et radicibus vivens.

et Pratulam.

ANNOTATA D. P.

a *Nusquam invenitur* Rodium *in tabula Topographica Aprutii.*

b *Dictum hoc a S. Hilarione sumptum, cujus Vitam illustrabimus* 21 *Octobr.*

c *Invenio loca duo in tabulis,* Corno *nuncupata, quæ distant pari fere* 8 *vel* 9 *milliarium intervallo ab Aquila, alterum ad Occidentem in Apennino, alterum ad Euro-boream. Priorem libentius intellexerim. Dubiam tollet, qui nobis monstraverit vicinum ei* monasterium S. Nicolai, *et ecclesiam* S. Salvatoris a Sano: *nisi forte in tabulis male scriptum sit* Fano, *locus pariter in Apennio, et priori* Corno *ad Boream situs, intervallo* 5 m. p.

B

d *Est quidem* Casentinum, *regio prope Florentiam, sed trans Apenninum: quare in hoc ipso jugum aliquod prædictis locis vicinius intelligo, etsi tabulæ eum non nominent.*

e Ocra *tabuli* Ocri, 5 *ab Aquila,* 2 *a Fossa milliaribus. Hic autem cœpit habitare Sanctus ante an.* 1208, *annos jam forte natus* 24, *unde consequens foret, ad annum vitæ* 70 *accessisse, cum obiit* 1248.

CAPUT II.

Alia Sancti exercitia, extructum monasterium, futura prædicta, pius obitus.

Divino recreatus promisso,

Ibi Dominus apta revelatione dignatus est ei apparere, portans chartam in manibus suis exaratam, et dictum est a portante; Lege, Placide, serve Dei. Qui respondit, se nescire tales litteras legere. Sed Dominus ejus aperiens intellectum, ostendit illi omnes lacrymas, orationes, eleemosynas, et alia bona quæ ipse fecerat. Nec mirum, quia ubi Spiritus sanctus doctor est, facile discitur quod docetur. Et C ut esset certior de visione Dei, ei Dominus dixit; Noli timere, Placide, serve meus: quia sicut tu rogasti me, ita et ego rogavi Patrem, ut non deficiat fides tua; et sic de tanta visione confortatus, magis et magis orationibus et jejuniis insistebat; psalmos semper in ore habens, et psalterium de manibus suis numquam cadebat; dicebat enim cum tanto jubilo psalmodiam, quod vix attenuato spiritu exprimere poterat verba, repetens unum versum Psalmi ter, et quater. Quodam vero die, cum continuasset usque ad vesperam orationem, elevatis manibus et depressis, cum genuflexione, apparuerunt ei duæ columbæ, levantes alas suas et deponentes ad similitudinem perorantis, ita quod poterat eas capere vir sanctus. Et merito in columbæ specie Spiritus sanctus ei apparuit, qui simplicitatem semper servavit et gemitum columbinum: nam volatilia ad sibi similia conjunguntur, et omne animal, ut ait Salomon, diligit similia sibi.

jugi insistit Psalmodiæ;

Ecli. 13, 19

abstinentiæ rigidæ,

10 Omni tempore, exceptis diebus Dominicis, jejunabat; numquam vel condito sanguine utebatur vel carnibus; et præter jejunia consueta, centum quadragesimas fecit et quatuordecim, in quibus nec asso igne nec cocto aqua, sed herbis et leguminibus utebatur; et alias fecit, in quibus nihil comedens, aquæ tantum pocula hauriebat. Videte quantus sit ille, qui Moysis et Eliæ, imo Salvatoris nostri, extitit imitator. Idem duodecim annis ante suum obitum, tribus diebus in hebdomada, panem minime comedebat. Orabat sine intermissione Pater sanctus, et peccata populi multis lacrymis expiabat; sciens, quod oratio Dominum lenit, lacryma cogit. Poterat dicere cum Propheta; Factæ sunt mihi lacrymæ meæ panes die ac nocte. Millies in die et nocte Pater noster, et Ave Maria *a* recitabat. Flectebat genua, et omnia præcordia fixa habebat in Deo; nihil aliud quam de ipso Deo cogitans, illud Cypriani habens in mente. Cum stamus, inquit, ad orationem..... cogitatio carnalis et secularis; quando tunc animus id solum cogitat quod precatur: et secundum Regulam B. Benedicti Patris nostri, omni tempore vitam suam custodiebat Monachus, maxime *b* diebus Quadragesimæ.

D

A PAULO CELANO: crebris lacrymis,

a

attentæ orationi,

b

infestis pediculis

11 Proposuit sibi Beatus vir initio cujusdam Quadragesimæ, ipsam totam vigilem in Dei laudibus occupare. Sed non defuit inimicus, invidens desiderio viri Dei. Tot congerit pediculos in ejus vestibus et in carne, quod vix poterat aliud cogitare. Et cum per totam Quadragesimam inauditum bellum circa pediculos sustineret, plus dolens de turbata mente, quam de turbata carne; ipsa die sancta E Paschæ in lacrymis resolutus, reputabat illos dies sanctissimos perdidisse. Hæc eo cogitante, tres columbæ subito ascenderunt super eum, una intra manicam ejus dexteram, alia in sinistram, tertia vero in os ejus: et statim multitudo pediculorum ita evanuit, quod videbatur nec signa, nec vestigia remansisse. Mirandis plus miranda succedunt, accedunt fortibus fortiora; nec mirum, quia mirabilis Deus in Sanctis suis, et terribilis in operibus suis. Namque triginta et septem annis numquam jacuit in lecto, numquam prostratus in humo; sed sedendo, vel stando, ad modicum dormitabat; ita quod dicere poterat; Ego dormio, et cor meum vigilat. Et cum sopor furtive quodammodo palpebris accessisset, infremebat spiritu et turbabat se ipsum, memorans illud Salomonis. Cum paululum dormis, paululum dormitabis: et illud Catonis.

miraculo liberatur:

dure cubat, parum dormit,

Prov. 6, 10

Plus vigila semper, nec somno deditus esto,
Nam diuturna quies vitiis alimenta ministrat.

12 Denique macerato corpore, et penitus desiccato, defecerat colluctatio adversus carnem et sanguinem; sed non defuit adversus principes et potestates tenebrarum harum. Nam frequenter videbat montem plenum dæmonibus, qui cum magno F impetu in ejus turgurium irruebant. Sed dicebat Vir Dei: In Domino confido, quare dicitis mihi, transmigra in montem sicut passer. Et sic orationum septus [munimine], nullatenus est ab adversariis superatus. Studuit omni solicitudine vir beatus, omnes de sua consanguinitate ad Dei servitium convocare: quod et fecit, alios mittens ultra mare ad Dominicum sepulcrum visitandum; alios secum retinens, in Christi servitio instruendos; qui post mortem ejus, coadjutores fuerunt portando Tabernaculum Domini, sicut rei probavit eventus. Nam cum in oratione positus, vidisset supra magnam multitudinem hominum, inter quos stabant multi Principes et Magnates; apparuit ei quidam in *c* veste fulgente, dicens; homo Dei benedic istis hominibus qui venerunt. Et signavit eos signo sanctæ Crucis, cum timore obediens imperanti. Tunc videns inferius quemdam collem petrosum, qui Pretula vocabatur; collem siccum et aridum, petris et *d* pretulis tantum plenum; et cogitans, quod a Nazareth potest aliquid boni esse; impetravit illum a Comite de Ocra *e*, nomine Berardo. Et exiens homo ad opus suum, et ad operationem suam usque ad vesperam, cœpit plantare

luctatur contra dæmones,

Ps 10, 3

multos Deo lucratur.

c

Pretulam impetrat

d

e

A plantare arbores. [extruere] domunculas, et aquas de montis supercilio derivare: et sic ponens terram sine aqua in exitus aquarum, collocavit illuc esurientes et sitientes, et constituerunt civitatem habitationis; seminaverunt agros, plantaverunt vineas, et fecerunt fructum nativitatis: et benedixit eis Dominus Deus noster, et multiplicati sunt merito et numero ipsi Fratres. *et in ea ædificat monasterium;*

13 Stabat vir Dei inter Fratres, tamquam unus ex eis, laborans in fossione a mane usque ad vesperam, et in sero ad consuetum tugurium ascendebat. Nocturnas orationes more solito faciens, videbat Deum deorum in Sion, tamquam in visionis specula matutina: in qua vidit etiam animam nepotis sui, quem ad Imperialem *f* Curiam longe miserat pro negotiis domus, a corpore migravisse: et Fratribus suis locum, diem, et horam mortis ejus certe nuntiavit, ex quibus multi manent usque adhuc, perhibentes testimonium veritatis. *visaque anima nepotis peregre defuncti,* Jam videns tempus resolutionis suæ instare, cogitavit gregem suum Pastori committere, ne lupus oviculas errantes invadens, pastoris solatio destitutas, eas raperet. Et audiens monasterium Casæ-novæ, fama celebrem locum; Fratres commisit eisdem, ut essent sub regula B. Benedicti, et sub Cisterciensis Ordinis instituto. B *illud tradit Ordini Cisterciensi:* Quo facto diabolus, apparens viro Dei, ad suum tugurium revertenti, cum magno impetu conatus est eum terrere, dicens; Male egisti, Placide, male egisti, quia domum tuam aliis commisisti: et fere præcipitavit eum: sed signo Crucis se muniens, fugavit continuo inimicum.

14 Erat vir sanctus plenus prophetia, et ea quæ de futuris dicebat, non cadebant in terram. Nam quodam die Nicolaus de Fossa *g* duos filios habens, uno illorum mortuo, ad virum Dei in silva cum magnis doloribus properavit, ejulans et protestans, quod si alter superstes, Joannes nomine, ante patris mortem decederet, præcipitem se donaret. *prophetico spiritu plenus,* Quem Sanctus increpans de verborum stultitia, et quod esset homo rationalis et sensatus, et verba proderet insensata; vix eum potuit ab hujusmodi verbis cohibere. Et convertens se ad orationem, dixit homini sic clamanti: Vade, Nicolae, et securus esto, quia tu filio tuo Joanne citius morieris, et erit in proximo finis tuus; Joannes vero puer crescet, et coram magnis et potentibus gratia et valore multum valebit. Luce clarius veritas est secuta: pater enim non post multos dies solvit commune C debitum; filius vero ad Romanam Curiam vadens, coram Domino Papa et Cardinalibus bonum locum et gratiam est adeptus. *brevem patri, longam filio vitam,* Prophetavit etiam B. Placidus de loco ipso qui Pretula nuncupatur; ubi domus et Ecclesia est translata, quod ipsam Dominus in possessionibus et rebus temporalibus amplificabit, et multorum corda convertet ad ipsum, dicens pauculis Fratribus, qui cooperatores in gratiam secum erant; Non hoc erit impossibile apud Deum; eo quod de impossibilitate et loci altitudine desperare quibusdam Fratribus præ nimia paupertate videbatur: sed hodie impleta est propter rei evidentiam prophetia. *et monasterio suo ampla multa prædicit:*

15 Ipse tamen nec paupertate premebatur, nec abundantia tumescebat, ita quod dicere poterat;

Sunt mihi pauca satis, sunt mihi multa parum.

O felix anima, quæ mundum sic contempsit, quod de mundi gloria nihil accepit! *ipse abstinentissime vivens,* Corpus itaque jejuniis continuis et laboribus sic afflixit, quod, nec ad horam valebat contra stimulum calcitrare. Vinum ut venenum vitavit; et nec aqua, quæ modicum vel nullum nutrimentum habet, voluit saturari; sciens quod ebrietas, mentis inducit exilium, et libidinis provocat appetitum. Non ita faciunt qui ad æquales haustus se obligant potatores; qui nec D vino sibi temperant, nec observant jejunia consueta; quos Canonica sanctio reprehendit, et qui quarta et sexta feria non jejunant, videntur cum crucifigentibus crucifigere Dominum, et cum tradentibus tradere Salvatorem. *A. PAULO CELANO.* Felix profecto Placidus, miraque nobilitate in dando, sic se fecerat liberalem, quod nec sibi necessarium victum retinens, nec vestitum, omnia pauperibus erogabat, observans illud;

Regia, crede mihi, res est succurrere egenis.

Et illud B. Bernardi: Si vacuam manum invenerit donorum promptissimus elargitor, erit in judicio importunus exactor.

16 Tempus tandem advenit, quo hic Sanctus properaret ad palmam, in quo expectatio justi lætitia est, et pavor iis qui operantur malum. *extremum æger,* Et ecce languor grandis parvum intravit tugurium, eumque graviter tormentavit. Cumque ossa ejus et cutis apparuerit, et super ea...... continuo.... febris, medicinas non quærebat, nec fercula delicata. Nam Domina Regalis de Ocra post multos dies, videlicet die sancto Paschatis, misit ei farinulam *h* cum succo carnis hœdinæ; quam cum comederet, dictumque a latore illi esset, in laudem edulii sibi missi, quod in eo essent carnes hœdinæ, graviter ferre cœpit Sanctus, et tota dies illa in fletum versa E est et in luctum. *recusat esum carnis* Crescente denique infirmitate, dictum est a Fratribus, et a multis aliis qui eum venerant visitare, quod ad ecclesiam, quam ipse inferius fabricabat, a tugurio *i* descenderet. Et acquievit homo Dei: et cœperunt ipsum unanimiter deportare. Et elevatis oculis ac manibus in cœlum, cœpit profundius suspirare. Et ecce (omnibus videntibus quit aderant) inauditum miraculum est secutum. Nam in recessu sancti hospitis commota sunt ligna silvarum; et quod voce non poterant, naturaliter, imo supernaturaliter præstiterunt obsequium recedenti, inclinantes se profunde. *discedenti sese inclinant arbores,* Flecte ramos arbor alta tensa laxa viscera, et rigor lentescat ille.

17 Eo tandem ad Ecclesiam deportato, supervenit Robertus, venerabilis Abbas *k* Casæ-novæ; [qui ejus audita] Confessione, et Missa celebrata, exitum suum Dominici Corporis et sanguinis perceptione munivit: *et ipse coram Abbate expirat.* et finito colloquio, familiam domus S. Spiritus cum omnibus suis bonis, plenius ei tradidit; et ejus tutelæ, custodiæ, et dominio commendavit Abbatiam, secundum B. Benedicti regulam ex Cisterciensis Ordinis instituto. Quo facto feria secunda *l* infra octavam Pentecostes, in vesperas intentus F orationi, et quasi in extasi positus, levavit manus suas ad cœlum, et in manibus Abbatis, Domini *m* Pauli, Domini Dominici, et aliorum qui aderant, inter verba orationis, pretiosam animam suo reddidit factori, qui est benedictus in secula seculorum. Amen. Post hæc, omnes, qui adfuimus, attestamur, et testimonium nostrum verum est; vidimus quamdam resurrectionis gloriam in corpore defuncti. Nam vultus luce clarior existebat, totum corpus vitro purius apparebat, et membra illa occulta *n* speciem septennis pueri prætendebant. Celebrata itaque Missa, et officio funeris jam peracto, convenit subito tanta hominum multitudo, quod totus mons Pretulæ plenus erat. Convenerunt Clerici cum processionibus et senes cum junioribus: et de propinquis, et contiguis partibus venientes, omnes cum canticis et Christianis honoribus conclamabant: Pater Placide, cur nos deseris? cur nos orbatos dimittis? Et post quatuor dies et noctes, corpus ejus ad tumulum cum jubilo deportantes, invocantes et magnificantes Dominum, de immensis miraculis, quæ faciebat Dominus, per eumdem, et in illo quatriduo, omnes aperte dicebant; Visitavit Dominus plebem suam. Igitur anno Domini MCCXLVIII, die XII Mensis *o* Junii Indictione *p* septima, S. Placidus,

A S. Placidus, Deo carus, mortem solvit, et vitam invenit; in cujus obitu infrascripta miracula dignatus est Dominus operari. *q*

q

ANNOTATA D. P.

a *Salutationis Angelicæ usus apud Cistercienses frequentari hoc seculo* 13 *in Gallia cœperat, uti docet Mabilio in Præfatione ad sec.* v *Benedict. num.* 120.

b *Regula* 49 *sic incipit :* Licet omni tempore vita Monachi, Quadragesimæ debeat observationem habere: tamen, quia paucorum est ista virtus, ideo suademus, istis diebus Quadragesimæ omni puritate vitam suam custodire.

c *Fuerit hic* S. Bernardus, *vel* S. Benedictus.

d Pretulæ, *per usitatam eo loci methathesim, dicuntur pro* Petrulis, *diminutivum a* Petra, *Aprutinis* Preta. *Hinc loco nomen.*

e *Scilicet anno* 1222. *Chartam donationis lege apud Ughellum tom.* 6 *col.* 895, *in qua et patris sui meminit similiter* Berardi de Ocra, *et uxoris* D. Comitissæ Sibiliæ : *data est autem Charta,* tempore D. Honorii Papæ III, *anno ejus* VII, regnante D. Frederico, D. G. inclito Rom. Imp. semper Augusto,

B et illustrissimo Rege Siciliæ, *per* Constantiam *uxorem, eadem in Charta nominatam, anno Imperii eorum* III

f *Ergo ante annum* 1245, *quo* Fredericus II *depositus fuit in Concilio Lugdunensi, et electus pro eo Henricus VII, Landgravius Hassiæ et Thuringiæ : superfuit tamen ille usque ad* 1250 *exeuntem.*

g *Hinc apparet* Fossam *a* Furconio *distinguendam; contra quam aliqui censent, et hujus illam credunt partem unam reliquam esse.*

h *Videtur pastas intelligere, ex farina confectas coctasque, vulgus* Maccaroni *vocat; moris est autem eas carnium decocto incoqui, quod gustu deprehendere non statim potuit Sanctus : neque necesse est ipsasmet carnes additas intelligere : tunc enim nec gustare quidem voluisset.*

i *Hinc colligo, solitarie ipsum semper, velut Eremitam vixisse, neque titulum unquam Prioris, nedum Abbatis inter Fratres gessisse : quibus verosimiliter Prior suus, ab ipso institutus, erat in cœnobio inferiori, juxta ecclesiam ædificato.*

k Casæ-novæ Abbatiam *Jongelinus unam nominat num* 74 *in Pedemontio ad Nuriæ fontem, inter Italiæ*

C *monasteria, et ex eaque natam vult* Aram-bonam *in Theatina diœcesi. Sed cum in eadem diœcesi alia inveniatur* Casa-nova 8 p. m. *a Theate, ab Ocra vero* 15 *distans, ex hac putem natam Aram-bonam. Hic tamen potius credo intelligi aliam* Casam-novam *ad lacum Fucinum, Ocra distantem* p. m. 14 *eo quod vicina Celano sit, unde scriptor Paulus.*

l *Ita ecgraphum nostrum, indubitabili transcribentium errore. Amicius in Compendio* quintam *legit, sed omnino legendum* sextam *(unde facile fuerit ad* secundam *scribendum exerrare) patet ex infra notatis anno* 1248 *et* 12 *Junii. Isto autem anno, qui habuit Pascha* 19 *Aprilis, atque adeo Pentecosten* 7 *Junii, non potuit ejusdem mensis dies* 12, *nisi in feriam sextam infra Octavam cadere.*

m *Ipsum hic Auctorem intellige.*

n *Amicius ;* Cujus corpus ita clarum ac pulcrum apparuit, ut speciem septennis pueri præ se ferret. *Plus aliquid innuunt et ad eximiæ castitatis probationem faciunt verba Auctoris : videntur enim declarare, a stimulo carnis æque immunem fuisse, atque est puer septennis, ut, consideranti* membra occulta, *patebit.*

o *Idem Amicius,* Idibus Junii : *sed anno* 1248 Idus Junii *ceciderunt in Sabbatum. Inhæremus igitur antiquiori lectioni.*

p *Hic iterum in numero erratum : scribenda enim fuit* Indictio sexta, *anno* 1248 *conveniens.* D

A PAVLO CELANO

q *Totum sequens caput absolvit Amicius hac brevi periodo :* Hæc autem miracula post mortem ab eo edita sunt. Undecim a dæmone oppressi liberati. Claudus unus, et alter qui claudus et incurvus erat, sanatus. Cæcus visum recepit. Muta locuta est. Duo lateribus contractis, quidam manu contracta et obliqua, paralyticusque, restituti sunt, ad laudem et gloriam omnipotentis Dei, qui vivit et regnat, per omnia secula seculorum. Amen.

CAPUT III.

Miracula post mortem B. Placidi facta.

Dominicus de S. *a* Demetrio, utriusque visus lumine multo tempore jam privatus, sicut tota villa et vicini testabantur; adductus est ad hominem sic defunctum; et eo palpato recepit continuo luminis claritatem. Et hoc signum factum fuit in præsentia Magistri Bernardi de ipsa Villa, et Magistri Nicolai, Dominici Sancti, et aliorum de plebe, qui vicini erant funeri; et omnis plebs, ut vidit, gloriam Deo dedit. E

a Illuminatur cæcus,

19 Laudonia de Fossa, viginti annis a dæmonio fatigata, adducta est quasi per violentiam ad loculum viri Dei, eo quod tantum invictus dæmon eam magnopere divexabat : et statim sana effecta est, et cum tota plebe laudabat Dominum, quæ obsessa primum blasphemabat. Et hoc factum fuit in præsentia Dominici Bernardi, mariti sui; Nicolai Ægidii, et totius populi de Ocra : qui continue per præfatum spatium vexatam viderant, et a B. Placido liberatam.

Liberatur energumena.

20 Petrus Gualderius de S. Eusanio *b*, qui decem annis claudus fuerat et *c* enervatus, ita quod nec deambulare nec cœlum videre poterat, ea die ad tantum spectaculum portatus est : statim ut membra ejus tetigerunt corpus Sancti, consolidatæ sunt bases et plantæ ejus, et exivit jubilans et laudans Dominum, et Placidum servum ejus. Et hoc signum factum fuit in præsentia Rogerii S. Eusanii, Berardi Simeonis, Bernardi Gratiani, et totius populi S. Eusanii, qui illuc venerant, et viderant ipsum sic contractum per præfatum spatium temporis, et meritis B. Placidi erectum, et sanatum ea die in præsentia præfatorum.

b
c
erigitur claudus

21 Maria de S. Eusanio, a dæmonio longo tempore obsessa pariter et vexata, per B. Placidum fuit liberata; et huic liberatione populus de dicta terra Ocræ adfuit, qui prius dæmoniacam viderant, et ad memoriam S. Placidi liberatam. F

curantur, dæmoniaca,

22 Raynaldus de Loculo *d*, qui pedem per plurimos annos tortum habuit, fortiter claudicans; tactu sepulcri ipsius Beati, fuit restitutus plenariæ sanitati, in præsentia Nicolai de Lucolo, Domini Benedicti de Raynaldis, Joannis Nicolai Gregorii, qui viderant ipsum claudum et sanatum.

d
pes distortus

23 Petruccia de Cascia, quæ ab infantia sua habuit dæmonium litteratum (qui secundum suam confessionem Tribulus vocabat, et dixit se fuisse in cœlo cum aliis, et vidisse sapientiam et altitudinem Dei Patris; interrogatus, quare cecidit; respondit, quod multi cecidimus cum magistro nostro, qui voluit ponere sedem in Aquilone, et esse similis Altissimo. Interrogatus si vellet redire in cœlum, dixit : Tardatum est) liberata fuit a Domino meritis dicti Sancti, in præsentia Domini Pauli, qui eam interrogavit, Gregorii Bernardi, Azzonis de Fossa, Joannis Nicolai Bernardi, qui eam dæmoniacum viderant, et S. Placidi meritis liberatam.

puer energumenus.

24 Paulus, filius Bartolomei de Prætorio, latus sinistrum

paralyticus,

A sinistrum tempore longo aridum habens, et [veniens] prima die obitus Viri Dei, sanum et incolume reportavit, in præsentia Fortis-Brachii de Fossa, Domini Magistri Benedicti, Joannis Berardi, Domini Berardi, Joannis Ægidii, et Joannis Bernardi : qui eum ipsa die infirmum viderant, et sanatum ad memoriam viri Dei.

dæmoniacus, 25 Et quia in variis signis divina munificentia exaltavit famam justi cum laudibus, ita ut remoti populi clamarent a finibus terræ, ac divinam laudem justi. *e* Cola *e* de Mascio de Valle Siciliana, dæmonem habens gravissimum atque sævum, statim quod tetigit ejus loculum, vel invitus fugatus est ab eo dæmon, in præsentia Jacobi Bernardi et Azzonis Tomassii de eadem terra, qui eum viderant dæmoniacum, et fugatum, ita quod dæmon exivit ab eo ; et vomuit lapidem unum rubeum, et folium unum.

muta, 26 Geburga de Corno, quæ longo tempore linguam perdidit et loquelam, adducta est ad corpus viri Dei, tetigit vestimenta, et recuperavit statim loquelam, recte benedicens Deum et Placidum servum ejus. Hoc signum factum fuit in præsentia Domini Pauli Dominici, et Fr. Ægidii, et multorum B aliorum hominum.

paralyticus, 27 Raynaldus in Calza de Corno, annis novem habens sinistrum femur stupidum et infirmum, ad tactum hominis Dei restitutus est pristinæ sanitati, in præsentia Gemmæ, sororis Domini Pauli, et Bartolomei.

f paralytica, 28 Maria de Podio Picentino *f* latus sinistrum amiserat, ita quod per annum nullum sensum habuerat : accedens ad locum hominis Dei, est restituta sanitati, et integre liberata : in præsentia Domini Raynaldi de Corno, Domini Matthæi Bonutii, Domini Teodini, qui viderant eam infirmam, et sanatam meritis ipsius Sancti

g energumena, 29 Sicut calodæmones *g* nomina trahunt [ab operibus] quæ excreent; ita cacodæmones, ab operibus quæ nequiter operantur, nuncupantur. Nam *h* quidam dæmon qui Cambo *h* vocabatur, per septem *i* annos vexaverat Palmeriam, filiam Domini Thomasii de Castro *i* S. Petri; et eam quasi desolatam consumebat : sed statim cum ad memoriam viri Dei deportata fuit, fugatus est dæmon, et ipsa restituta fuit pristinæ sanitati, in præsentia Angeli Tubortini, Petri Fratris sui, Domini Teodini de Sinitio, et aliorum, qui viderant eam dæmoniacam, et sanatam per Placidum servum Dei.

manus contracta, 30 Petrus, filius Domini Joannis de Rocca de Corno, contractam et obliquam dexteram manum habens ab utero matris suæ, meritis S. Placidi extendit manum, et restituta fuit omnino sanitati; in præsentia Domini Joannis patris ipsius, et Mabiliæ de Rocca de Corno, qui viderant manum dexteram sic contractam et sanatam.

k manus arida, 31 Lucas de Zoto *k* per biennium manum sinistram habent aridam et contractam : liberatus est meritis S. Placidi, in præsentia Petri de Roma, Tomasii de Ocra, et Joannis de Carapelle. *brachium invalidum,* Gualderius Joannis de Colvaria, ejus brachium dexterum, genus infirmitatis adeo invalidum reddidit et infirmum, quod nulli parti corporis serviebat. Ad sepulchrum veniens viri Dei, ab omni infirmitate protinus est sanatus, in præsentia Domini Pauli Nigri patris Petri Angeli, et F. Ægidii, qui viderunt eum sic infirmum, per S. Placidum liberatum, et sanatum.

l dæmoniaca, 32 Timebant dæmones ipsum B. Placidum, et ejus sævitiam. Nam Bona de Bazzano *l* Tabernaria, per annos quatuor a dæmone agitata, videns quemdam hominem, qui in devotione occulte in bursa portabat de sacco tunicæ viri Dei, intrantem, ut comederet more hospitis, domum ejus; cœpit garrire et clamare, quare meum intravit hospitium Placidellus? Et cum non posset accedere ad eum, prodidit homo quod occulte portabat; et consuluit quod ad sanctum virum Dei misera mulier properaret. Adducta est, et a dæmonio liberata, in præsentia Domini Dominici, et Fratris Ægidii, et Fratris Pauli, qui viderunt eam dæmoniacam et a S. Placido liberatam. D

33 Maria de Saxa, uxor Magistri Dudonis, a dæmonio per triginta annos obsessa fuerat et vexata, tamen non erat publice per contradam publicata; *annis 30 obsessa,* sed publicata fuit per quamdam aliam dæmoniacam, quæ illi dixit, statim ut eam vidit : Quare venisti? Male venisti : et cœperunt simul garrire. *uti et alia:* Verumtamen, dixit, liberaberis ad specum ejus, et ego ad tumulum liberabor; quod quidem ita accidit, in præsentia Domini Angeli Tubortini, Blasii de Popleto, Gualdericii de Piscaria, Tomasii Domini Joannis Petitti, qui eam viderunt dæmoniacam, et sanam.

34 Gemma Jacobi, per multa tempora ad terram, *incurva una* quasi animal, incurvata; erecta est precibus et meritis dicti Sancti, coram Nicolao Blasii, Vanne Pauli, Joanne Clementis, et Ventura, qui eam viderant E infirmam et sanam.

35 Maria de Saxa, fuit adeo incurvata, quod *et altera,* depresso inter genua capite, membris omnibus destituta, ambulare non poterat, nec sedere. Præsentata fuit ad tumulum viri Dei, et sanitati continuo restituta, ita quod domum propriam gressu celeri est regressa. Et hoc factum fuit in præsentia Joannis Barboni, Raynaldi patris sui, et Petri Gualderii : qui viderunt eam sic infirmam, et meritis B. Placidi liberatam.

36 Thomasia de Coporciano *m*, quæ brachium *m* sinistrum quasi perditum habebat, sanum recepit *brachium inutile semel* ad memoriam dicti Sancti, in præsentia Domini Dominici, et Joannis a Caporciano.

37 Petrus puer de Bazzano, qui sensum brachii dexteri amiserat, sanum recepit ad memoriam dicti *et iterum* Sancti, in præsentia Domini Joannis Nicolai, et multorum aliorum.

38 Tadæus de Caporciano, qui brachii dextri *ac tertio :* sensum amiserat et valorem, sanum recepit et firmum, ad memoriam viri Dei, coram N. Archiepresbytero S. Fabiani, Jacobo de Pizzulo *n* et Paulo, Ca- *n* nonicis ejusdem ecclesiæ : qui viderunt sic infir- F mum, meritis dicti Sancti liberatum.

39 Benedicta Roberti, inclinata multis annis, et penitus curvata, ad locum viri Dei portata, erecta *mulier incurva;* et sanata est, coram Matthæo Raynaldi, Nicolao Cantalupi, et Roberto ejus patre.

40 Jacobus Joannis Ginolfi de Planella *o*, per *o* decem annos cruribus, et brachiis, et quasi toto *paralyticus unus* corpore curvatus in domo sua jacuit contractus : et statim cum deportatus fuit ad sepulcrum viri Dei, extensus est velociter, et sanatus; qui sine adminiculo ad propria remeavit, in præsentia Domini Guilielmi de Poldano, Goffredi ejus filii; Simonis Matthæi, Dominici Riccardi, qui viderunt sic infirmum et sanatum meritis hujus Sancti.

41 Nicolaus Tomasii de Ofaniano per triennium in lecto jacuit, manibus et pedibus, et toto corpore *et alter,* contractus, qui nec ambulare poterat, nec sedere; statim quod fuit adductus ad memoriam viri Dei, fuit plenarie liberatus, in præsentia Domini Juliani de eadem terra, qui viderat eum sic infirmum et sanatum.

42 Et quia idem Sanctus septiformi gratia Spiritus sancti fuit plenus, septem dæmoniacas die *dæmoniacæ septem.* Dominico quinta *p* Julii liberavit : et quæ similiter *p* fortuito casu venerunt errabundæ, liberatæ cum gratia

A gratia ad propria recesserunt : quarum nomina, præ nimia frequentia miraculorum, quæ omnia in hac pagina non sunt conscripta, non potuit scriptor memoriæ commendare. Hoc signum factum fuit coram Fratre Ægidio, D. Dominico Tomasio, Domino Joanne Petitto, qui viderunt eas dæmoniacas, et sanas.

Laus Deo, et B. Placido.

ANNOTATA D. P.

a *Vulgo* Domitrio, *ad ripam Aterni fluminis*, 3 p. m. *Ocra distans. Est et* San-Mitrio *in Appennino prope Celanum.*

b S. Eusanius M. *colitur 9 Julii, Parochia ab eo nuncupata, vulgo* San Sano, *immediate supra dictam Domitrii villam jacet.*

c *Amicius videtur legisse,* incurvatum.

d *Vulgo* Lucoli, *in ipso Apennino, Ocra distans* 6 *vel* 7 p. m.

e *Id est* Nicolaus : *sed* Valem Sicilianam *non habent Tabulæ.*

f *Nec hoc Tabulæ exprimunt, haud longe tamen quærendum puto.*

B g Calodæmones. 1. *bonos Angelos, a* καλὸς pulcher, bonus, *dicuntur hoc loco ; sicut* Cacodæmones *a* κακὸς malus ; *δαίμων enim Græco* Spiritum *significavit, notione ad bonum et malum indifferente. Sic Orpheus Poeta in suis ad Deos hymnis, omnes honoris causa* Dæmones *nominat.*

h A Κάμβω, cesso *potius dictus videtur hic dæmon, velut Otii sasor ; nam (Græce voces aut integræ aut corruptæ multæ istis partibus usurpantur) quam a* Cambio, *permuto.*

i Castrum S. Petri *unum* 7 p. m. *ab Aquila ; alterum eodem tractu, media inter Aquilam et Hadriam via, utrimque distat* p. m. 12 *aut.* 13. *Est et aliud ejusdem nominis oppidum, haud procul Submona, ab Ocra vero ad* 20 p. m. *distans.*

k Zotto, *non invenitur in Tabula, neque* Colvaria *inter nominanda : et aliæ quædam infra.*

l Bazzanum *hoc, diversum reor ab iis, quæ sunt in Marchia Tarvisana et territorio Cremonensi ; puto autem in Aprutio requirendum.*

m Caporcianum *distat Ocra* 7 p. m.

n Pizzoli *ab Aquila distat in Boream* 5 p. m. *Sed an hic sit* ecclesia S. Fabriani, *cujus Archipresbyter* N. *et Canonici hic citantur testes, non divino.*

C o *In tabulis* Pianola, *intra Apenninum, Ocra distans* 4 p. m.

p *Idem annus* 1248 *quo B. Placidus obiit, post Bissextum Aprilis currebat sub littera Dominicali D, adeoque proximam a morte* quintam Julii *habebat Dominicam ; nec rediit concursus idem nisi anno* 1254 *et* 1265. *Mihi verosimile est, omnia hactenus relata miracula contigisse intra tres primas hebdomades : neque hic desiisse Scriptoris diligentiam, sed annis adhuc aliquantis per ipsum vel alios continuatam ; eorum tamen nihil nunc superesse : quia Vita hæc scripta sit eodem mense Julio ; et ejus Compendiatori Amicio cura nulla fuit miracula distinctius referendi ; forte nec supererant alia quam quæ Paulus scripserat.*

APPENDIX

De hodierno corporis et ecclesiæ statu.

Illustrissimus Dominus Josephus Caprini, cujus beneficio Vitam hanc dedimus, in suis ad nos litteris, quas D *Aquila dedit* XII *Maji* MDCXC, *rationem reddit duplicis sui ad loca hic memorata excursus, eo fine suscepti, ut quam accuratissime nos posset de rebus omnibus informare. Sic ergo orditur.* Ecclesia S. Spiritus de Ocra in saxoso colle consistit, unde et Pretola id est Petrula locus dicitur. Hactenus bene conservata tenetur, licet extinctus sit conventus, una cum aliis multis justo minoribus, ex Decreto Innocentii X. Sub altari majori conservantur Reliquiæ S. Placidi, magno cum decore et veneratione, intra arcam ferream, quatuor seris clausam ; qua continetur alia, serico Damasceno obducta. Inter illas etiam censentur calcei ipsius Beati, quibus infusa aqua, potanda præbetur iis diebus, quibus ipsæ Reliquiæ ostenduntur ; Feria scilicet secunda, tam Paschali, quam Pentecostali. His etiam diebus agitur festum solenne, et ad populum undique affluentem habetur sermo de laudibus Sancti. Eum dicturo, solet exhiberi Vita quam misi, quamque postea inveni etiam Fossæ, proximo Ocræ oppido, non solum Latinam, sed etiam Italice redditam, ad usum et devotionem idiotarum, per eum qui anno MDLXXXVIII fuerat ad dicendum invitatus ; utramque autem inveni manuscriptam.

AUCTORE D. P.

E 44 Per ecclesiæ parietes, ex utroque majoris altaris latere, expressa picturis cernitur tota S. Placidi Legenda, digestaque in tabellas quatuordecim : quarum seriem et argumentum cognoscere licet ex cujusque Epigraphe Italica, hoc quem Latine reddo ordine.

I B. Placidus, adhuc puer et gregem pascens, donabat panes suos pastoribus.

II Litterarum discendarum cupidus, a Scholaribus docetur Psalterium memoriter recitare.

III Adolescens peregrinatur in Galiciam ad S. Jacobum.

IV A peregrinatione redux, singulari, cum patientia sustinet quinquennium infirmitatis.

V In silva Pretularum Ocræ apparuit ei Dominus, tradens ei chartam quamdam, et sensum ejus aperiens.

VI Pediculis oppleto apparent columbæ duæ, ipsumque ab iis liberant.

VII Fabricatur ei capella sancti Spiritus in loco territorii Ocrensis, Pretula nuncupato.

VIII Regressus ab itinere ad S. Michaelem, in Monte-cornu sumit habitum religiosum.

F IX Tentatus a muliere quadam, fugit in speluncam desertam supra Casentinum.

X Orationi vacans, et impudicis cantionibus mulierum Casentinensium fatigatus, fugit versus Ocram.

XI Sacerdote quodam per aspera illa loca lapso atque mortuo, recipit se ad silvam Pretularum Ocrensium,

XII Senio et morbo fractus, deportatur in capellam silvanam, inclinantibus sese in transitu arboribus.

XIII Spiritum reddit inter brachia Abbatis Casænovæ.

XIV Religiosis Reliquias monstrantibus, sanantur omnis generis infirmitates.

45 Ad eumdem parietem insuper expressa coloribus cernuntur miracula sequentia, in hunc modum subscripta. Liberat membris mutilum. Liberat cæcum. Liberat mutilum et distortum. Liberat energumenum. Liberat mutilum. Mutam loqui facit.

DE S. JOANNE A S. FACUNDO,

ORD. EREMITARUM S. AUGUSTINI PRÆSBYTERO,

SALMANTICÆ IN CASTELLA.

COMMENTARIUS PRÆVIUS.

D. P.

§. I, *De Sancti ætate, et Joanne a Sevilia, primæ Vitæ scriptore.*

MCCCCLXXIX.

Augustinianorum Conventus Salmanticæ,

Salamanticæ, *vetusta Castellæ ad Tormen fluvium civitate (quam toto orbe celeberrimam reddidit erecta vel restituta principio seculi* XV *Studiorum Universitas erat jam inde ab anno* MCCII *dedicata* S. Petri *ecclesia. In hujus possessionem anno* MCCLXXVII *inductus* Ordo Eremitarum S. Augustini, *Conventum ei, ab hoc sancto Doctore nominatum, adjunxit. Hic ad veteris observantiæ normam reductus anno* MCCCCXLIII, *tanta virorum præstantium copia*
B *abundavit, ut Ægidius d'Avila, in suo Theatro Ecclesiastico anni* **1618**, *exinde progressos numeret* duodecim Confessores, sanctimonia illustres; octo, Archiepiscopali aut Episcopali dignitate fulgentes;

illustrium virorum parens.

tres, a sacris Regum et Imperatorum Confessionibus; sex, a concionibus eorumdem; viginti quinque Provinciales, duos Religiosorum Reformatores, decem et septem Scriptores, et quartuordecim publicos in Academia Salmantina Professores. *Inter duodecim Confessores, quorum plerisque citra publicum ullum cultum, privata dumtaxat civium ac fratrum pietas Beatitatis titulum adscripsit; ad altiorem celeris gradum venerationis ecclesiasticæ jam pridem ascenderat,* Joannes a S. Facundo, *licet annis* XXXII, *post se juniorem S. Thomam de Villanova Sanctorum Catalogo solenniter adscriptus; decimo autem a suscepta reformatione anno in eumdem Conventum receptus, ac sancte mortuus, annis* XLVIII *prius, quam illuc prædictus S. Thomas ingrederetur.*

et Sanctorum duorum Joannis ac Thomæ

2 *De hujus Joannis antiquo cultu, non solum certos nos reddit Vita cum miraculis, circa annum* MCCCCXCVIII, *Hispanice scripta, a viro inferioris sanctitatis viro, eodemque Vicario Generali,* Fr. Joanne Hispalensi, *seu* a Sevilia, *in ordine ad canonizationem sollicitandam, (qui tunc)* Magno *Hispaniæ militiæ (ut nominabant)* Capitaneo, Gundizalvo Fernandez de Corduba. *Hinc nempe Joannes iste novem de eo argumento Epistolas scripsit, quas Historiæ prædicti Conventus, anno* MDCLII *vulgatæ, a pag.* 57 *ad pag.* 72 *inseruit Thomas de Herrera, jam ante in hoc tomo pag.* 392 *laudatus ob insigne aliud opus, octennio citius editum, sub titulo Alphabeti Augustiniani. In tali historia repertam tantæ auctoritatis Vitam, eo quo celebrata Canonizatio fuit anno in Belgicam nostram vertit* Fr. Antoninus de Witte, *Conventus Bruxellensis inquilinus, quam suam versionem cum habere nos benigne fecisset, unde Latinam formaremus; excusavi non esse moris nostri, ex alia quam qua quid scriptum est lingua versiones adornare: cum verissimum sit quod vulgo dicitur;*

item B. Joannis a Sevilia

C

Vita nuper ex Hispanico Teutonice reddita,

Purius ex ipso fonte bibuntur aquæ.

Verum is, nescio qua de causa, obstinaverat animum ne librum Herreræ a se dimitteret usque Antuerpiam; et ex Hispania petitus alius missusque nobis, tempestate periit; postulabatur autem ad prælum Vita. Placuit igitur bono viro, sancte asseveranti verbotenus a se redditum quid ab Herrera impressum reperit, majorem habere fidem, quam ipse mihi; et ex Belgica versione Latinam dare; in qua, si quid reperiatur minus recte positum, et originali Hispanico haud satis conforme; id corrigendum expectet Lector in supplemento, cum alterum libri prædicti exemplum ab Hispanis acceperimus.

et hic ex Teutonico Latine danda

3 *Ad auctorem Vitæ* Joannem Hispalensem *redeo, de quo ex antiquo Professionum libro sic scribit Herrera*: Ipse est Vicarius generalis, *eorum scilicet qui Reformati dicuntur*, et qui scripsit Vitam S. Joannis de S. Facundo. *Valaurius, infra laudandus eidem addit cognomen* de Orosco: *de eodemque sic loquitur ejus Belgicus Interpres.* Cum ab eo scripta Vita, in ordine ad canonizationem B. Joannis a S. Facundo, præsentenda Romæ esset; oblata est pariter, ad fidem firmandam, Vita ipsiusmet Joannis Hispalensi, *non antiquitus scripta (talem enim nullam invenit Herrera, in isto Salmanticensi Conventu aliquamdiu commoratus, et operi suo colligendo intentus) sed recens compilata*: qua lecta, Clemens Papa VIII dixit; Quando pro Joanne Sahaguntino ita satagitur, cur non pari diligentia laboratur pro Joanne de Sevilia. *Fieret id profecto, si paria pro utroque extarent documenta. Sed discrimen est ingens: hujus enim posterioris* Joannis, *si quis olim cultus fuit, totus evanuit; et fuisse aliquem non præsumitur, nisi ex benigna conjectura, eaque ancipiti.*

Scriptoris sanctitas a Clemente 8 laudata

E

4 *De ea sic legitur apud Herreram.* Extabant in sacello S. Laurentii, cœnobii Salmanticensis, ossa pii cujusdam viri recondita: quæ anno MDCV, cum ego Salmanticæ degerem, et altare in meliorem formam reduceretur, lucem viderunt; sed quæ erant intus in scheda descriptæ litteræ, evanescente charta, evanuerunt. Varia et confusa fuit seniorum traditio.... Nos pretiosa pignora, inter Deiparæ et Nicolai Tolentinatis sacella reposuimus, et hoc litteris aureis lapidi insculptum elogium addimus, Piæ mortalitatis exuviæ, ignoti Augustiniani Fratris (quem antiqui nostro ævo Patres Vener. Fratrem Joannem de Sevilia, vel devotum Fr. Martinum de Extarrono, utrumque virum sanctitate eximium, et hujus Salmanticensis cœnobii Alumnum et Præsulem censuerunt) teguntur hoc lapide. Latuere olim sub ara ipsa altaris, D. Laurentio sacri, usque ad annum MDCV, in quo reperta, dedere ingentia vestigia pietatis, qua prisci illi Patres venerabantur Reliquias sanctissimi hujus viri; cujus ossa, et minora alia pignora, Christo in Eucharistia latenti supposuere, ut vel sic haberet Filius hominis, ubi caput suum dulciter reclinaret; huc translata anno MDCXXXVII futuram immutationem exspectant.

ejusque vel similis alterius ossa an. 1505 inventa sub altari,

F

fuerunt translata 1637,

§. II. *Qua ætate S. Joannes Salmanticam ac deinde ad Habitum venerit.*

In ea Vita, *quam a Joanne Hispalensi epistolatim deductam dixi, ut ea quidem nunc habetur (nam originalia MSS. nusquam reperiuntur amplius) num.* 10 *expresse dicitur,* ad Habitum susceptus *Sanctus* anno MCCCCLXIII

Is qui an. 1463 suscepit Habitum

A MCCCCLXIII, *et sequenti ad Professionem : quod iterum asseritur num.* 29, *et additur, quod* vixit in Religione ad sedecim vel septemdecim annos, *donec* vita excessit anno MCCCCLXXIX. *Spatium ætatis totius nusquam exprimitur : quod magna auctoritas nec leviores rationes majus facere suadent, quam scripserunt Epitaphii recentioris auctores, anno vitæ* XLIX *defunctum asserentes; unde consequens foret, natum esse anno* MCCCCXXX, *quod interpres Belga ex Castelbranco annotavit. Verum tam exigua morientis ætas, nequit consistere cum ea quam habuisse Sanctum oportet, quando tredecim annis ante sumptum habitum Salmanticam venit anno* MCCCCL, *jam Sacerdos et celebris concionator. Hoc tamen tredecim annorum spatium expressime notat vita Hispanica recentior, quam vulgavit* Fr. Augustinus Antolinius, ejusdem Ordinis Provincialis, et in Universitate Salmanticensi ad sacræ scripturæ prælectiones Cathedraticus, *postea Civitatensis Episcopus, ac denique Archiepiscopus Compostellanus : qui eam Vitam an.* MDCV *dedicavit D. Francisco de Sandoval, Lermæ Duci. Etenim ex ea cap.* XI *colligitur, tempus, quo Sanctus in Collegio S. Bartholomæi vixit, quatuor circiter annorum fuisse; itque his verbis.* Ingressus in Collegium fuit Sanctus anno MCCCCL, XVI Februarii : postquam autem inde egressus est, mansit in civitate Salmanticensi quasi decem annis, sicuti referunt Cardinalis Antonianus et vir sanctus Joannes de Sevilia : deinde sumpsit habitum Augustinianum anno MCCCCLXIII, sicuti constat ex ejus professione.

et in eo obiit 1479

si an. 1450 Salmanticam venit,

B

uti cum Antolinio

6 *Hactenus Antolinius, a quo allegati scriptores duo, alter coævus, alter scribens anno* MDC, *de quo infra, si solum meminerunt commorationis Salmantinæ indefinite, neque annum recepti ad Collegium Sancti notarunt; tota fides istorum* XIII *vel* XIV *annorum, resolvitur in alia monumenta quæ habuerit et secutus sit Antolinius, nec ipse tantum, sed alii quoque. Etenim eodem tempore quo ille, eademque in civitate Salmanticensi, scribebat et edebat suam Salmanticensem historiam* Ægidius Gonsalvus d'Avila, *cui ex Joanne Hispalensi aliisque sui temporis notitiis intexuit vitam* B. Joannis Sahaguntini; *finiens quidem cum prædicto Epitaphio, sed tamen diserte affirmans pag.* 381, *quod egressus Collegio,* decem annis habitavit cum Canonico quodam Petro Sancio. *Eodem etiam tempore Hispanico carmine scripsit* Julianus de Armendaris : *qui licet etiam ipse Epitaphio prænotato deceptus, natum Sanctum dixerit anno* MCCCCXXX, *commorationis tamen Salmantinæ tempus ante ingressum, idem quod Antolinius definivit : sicut etiam idem definit* D. Franciscus Ruiz de Vergara, *in Vita D. Didaci de Anaya Archiepiscopi Hispalensis, cap.* 20, *ubi recensentur præcipui quique qui floruerunt in Bartholomæano Collegio per ipsum fundato, et pag.* 106 *ponitur elogium* S. Joannis.

plures asserunt)

C

7 *Interim ætas minor ea, quam exigit tot scriptorum consensus in definienda mora Salmanticensi, exprimitur etiam sub effigie, quam, ut genuinam ex prototypo, Petrus a Mariz Lusitanus* ex pietate vovit, Olisipone XV Martii anno MDCIX, *et sculptam præfixit prolixissimæ suæ de* S. Joanne Sahaguntino *Historiæ prænominato Duci Lermæo dedicatæ. Et ille quidem in progressu cap.* 16, *allegans ex Antolinio Chronicam Collegii, ubi annus receptionis notatur* MCCCCL; *satis vidit fieri non posse, ut tunc Salamanticam Sanctus venerit, jam antea ordinatus Sacerdos, nisi contra Canones id factus sit annos dumtaxat novemdecim natus; non tamen satis animorum habuit, ut eo argumento motus quidquam mutaret, quamvis cap.* 5 *præmisisset, annis omnino sex in Episcopio Burgensi vixisse* Joannem, *priusquam illuc se provehi pateretur. Quid ergo? Mavult Antolinium vocare in suspicionem erroris, ne* 1450 *legerit pro* 1460 *vel alio intermedio anno. Sed Antolinium nihil perperam legisse, certissimus testis, ipsamque Collegii Bartholomæani Chronicam præ oculis habens Vergara, irrefragabiliter probat. Prudentius fecit, et de anno Salmanticensis migrationis omnino tacuit is, qui ex Processibus ad Canonizationem adductis, ipso hujus anno, Italice collegit edit̄itque Vitam* Jacobus Antoninus Valauri, Theologiæ Doctor, et ad S. Hieronymi de Caritate Presbyter Romæ. *Dissimulato autem nodo isto, idem Velaurius absque scrupulo annos ætatis* XLIX *Joanni definivit, de quibus tamen ante paucos annos nihil definitum fuisse, suo silentio satis indicat Antolinius, fidelissimus scriptor; utpote nihil asserere præsumens quod in antiquis scripturis non repererit; sed per solam traditionem accepta libere adducens in suspicionem fictionis, sicut infra apparebit. Habet ille cap.* 38 *Latinam inscriptionem, infra referendam num.* 37 *Actorum prolixiorum; non habet Hispanicam, una cum illa positam anno* MDLXX; *utique dubius de ætate, quæ in Hispanica, non in Latina exprimitur.*

non recte creditur obiisse

D

AUCTORE D. P. an. æt. 49 natus 1429:

8 *Ceterum Auctores illi, populari scribentes lingua, merito abstinuerunt, a Chronologicis scrupulis, coram vulgo indiscreto proponendis; ne ex uno, qui forte per decursum temporis obrepsit errore, præjudicium crearetur historiæ reliquæ; et hoc ipsum valere potest, ad excusandum Interpretem Belgam. Nobis, ad Eruditorum satisfactionem et historiæ illustrationem intentis, non licet talia, utcumque vellent aliqui, dissimulare; nec veritatis amantibus grave id esse solet. Certe Societas nostra ut jam alias insinuare memini gratanter accepit, in nostri S. Francisci Xaverii ætate deprehensum a Petro Possino errorem corrigi, et decennio juniorem demonstrari, quam fuerat eatenus creditus. Cur igitur timeam, ne Ordo Augustinianus ægre ferat, si indiscussam hactenus sui* S. Joannis *ætatem, decennio saltem majorem nitar demonstrare, quam recentiores tradidere, antiquiora certioraque secutus monumenta? Dico igitur, anno* MCCCCXIX, *aut etiam citius, natum illum, atque in patria sua Grammaticis ac Dialecticis artibus instructum, vicennem circiter venisse Burgos; et in familiam Episcopalem admissum, annos aliquot, puta quinque vel sex, Decretorum studio ac Theologicis principiis impendisse ibidem, prius quam Sacerdotio initiaretur, annos saltem* XXV *natus. Tum cœpisse ad populum verba facere; nec nisi confirmata fama egregii sui in dicendo talenti, transiisse Salmanticam, jam tricenarium, eoque majorem, anno* MCCCCL; *receptumque inter Collegas Bartholomæanos, acto apud ipsos triennio, sumpserit gradum Baccalaurei, ac porro decennium impenderit habendis concionibus promovendisque Theologicis suis studiis; adeoque ad Ordinem venerit annos saltem natus* XLIV : *quæ justa ætas fuit gerendis, mox ab ipso novitiatu muneribus Magistri novitiorum, aliisque, de quibus per decursum historiæ agetur.*

sed dicendus erit, saltem decennio major fuisse,

E

ideoque sub an. 1419 natus,

Sacerdos factus circa 1445,

F

9 *Ita Sanctus obierit circiter sexagenarius; aut etiam eo major annis quinque; si suspicari velis, annorum* XLIX *fuisse cum venit ad Ordinem : per errorem autem factum, ut quos annos numerabat cum seculum dimisit, eos diu post habuisse putaretur, cum abiit ex hac vita; et tunc censeri posset, annis circiter quindecim Burgis commoratus, antequam venerit Salamanticam; tanto jam aptior rebus magnis agendis, quanto ætate et experientia provectior.*

Salmanticam migrasse anno 1450,

et forte an. æt. 49 Ordinem ingressus.

§. III. *De cultu S. Joannis, paulatim promoto usque ad Beatificationem et Vitas tunc scriptis, ac demum secuta Canonizatione.*

De S. Joanne Sahaguntino *(ut ex vulgi usu cognomen sumam) certiora sunt præter annos ætatis omnia. Non enim solum constat, mox ab obitu ejus cœpta patrari miracula, ejusque intercessionem ad sepulcrum invocatam a quam plurimis; sed etiam anno post nono,* Christi

Miracula an. 1488 notari cœpta:

AUCTORE D. P.

A *Christi* MCCCCLXXXVII, *sub attestatione Notariali descripta fuisse, sicut eorum pleraque Scriptor Joannes suis oculis vidit. Huc autem respicere videtur Herrera cum ait;* Formati sunt de vita et miraculis Processus anno MCCCCLXXXVIII; *sed dubito, an alio, quam jam dictum est, modo. Certius id videtur asseri* annis MDXXV et MDXLII: *qui processus utinam adhuc habeantur, notitiam nobis daturi plurium, per dimidium istud seculum factorum miraculorum. Illis autem rite confectis et signatis, auctoritate Ordinariorum ut par est credere (fuerunt autem hi D. Franciscus de Bobadilla, et Rodericus de Mendoza,* Actum de ejusdem in Sanctorum Catalogum relatione anno MDXLV et MDL, *quando S. Thomas de Villanova, ejusdem Salmanticensis Conventus alumnus, factus Archiepiscopus Valentinus, serm. 2 de Sacramento altaris, de* Joanne *nostro loquens;* qui hoc tempore, *inquit,* miro populi Salmanticensis studio egregiaque pietate, ob innumera quæ continenter ab eo eduntur miracula, colitur. *Actum est autem sub Paulo III; et hoc decedente, progressum in causa sub* MDLXXIV, LXXV et MDC, idque tandem a Sede Apostolica obtentum, ut Beatorum numero adscriberetur Joannes. Indultum quoque fuit die XIX Junii anno MDCI, ut die XII Junii in cœ-

Processus cœpti an. 1525,

resumpti 1545

B nobio Salmanticensi, a Fratribus Augustinianis, una cum Collegialibus, Capellanis, et Personis Collegii maximi S. Bartholomæi, quotannis de eo divinum Officium ageretur. Extensus postea favor ad provinciam Castellæ; deinde, ad preces Philippi III Hispaniarum Regis, ad universum Ordinem Augustinianum litteris datis Tusculi, die XV Octobris, anno MDCIII; tandemque ad oppida Ceæ et S. Facundi: *quæ omnia* Clementis VIII *indulta fuere.*

et 1551 Beatificatio facta,

11 *Eodem tempore, scilicet exeunte seculo* XVI *et ineunte* XVII, *Vitam ex Joanne Hispalensi sumptam in justi libri formam extenderat,* Fr. Augustinus Antolinius *supra laudatus; additis nonnullis certo sibi compertis, de actis ante mortem, et pluribus de gestis post mortem. Sed Vitam illam non nisi Provincialis factus in lucem edidit anno* MDCV. *Decimo autem post anno, Christi* MDCXV, *ex Hispanico in Italicum conversam illam Bononiæ edidit* Fr. Paulus Fraxinelli, Augustinianus et publicus sacræ Theologiæ Lector *in ista Academia; nihil aliunde addens, imo nec sciens forsitan, quod ejusdem Beati Historiam Ulissippone, per varia pia ac curiosa parerga, in volumen, bene grande extenderat, et anno* MDCIX *vulgarat* Petrus de Mariz,

mox edita Vita ab A. Antolinio

Italice reddita a Fraxinellio,

C Presbyter Lusitanus: *cujus nobis, in iis quæ ex se addit, tanto minor quam Antolinii auctoritas est, quanto longius a fontibus genuinis abfuit. Et hi quidem ejus temporis, quos vidimus, Auctores sunt. Citat autem Antolinius etiam* Silvinum Cardinalem Antonianum; *qui patria Romanus, anno* MDXCII. *Purpura donatus a Clemente VIII, prius obiit quam scriptam a se Vitam Marizius efferret in lucem. Cum ergo dicatur Antonianus,* multa et pedibus illigata, et soluta oratione scripsisse, nonnullas etiam orationes edidisse, *credibile est, harum unam in Beatificatione ipsa Romæ dictam excusamque, quam habuerit Antolinius et cap. 33 citat sub titulo Vitæ Latinæ. Hanc quoque nobis gratum esset videre; si forte is ex Processibus eatenus productis, neque ad nos facile perventuris, aliquid hauserit Antolinio præteritum.*

Latine a Card. Antoniano,

Lusitanice a Marizio;

12 *Marisius etiam laudat identidem Cantica, quibus* Julianus de Armendariz *eumdem Beatum celebravit. Hanc* Salmantinum *origine in Bibliotheca Hispana Nicolai Antonii legimus, populari carmine* Pinciæ *edidisse anno* MDCIII, Elogia S Joannis Sahaguntini: *sed frustra dubitat Nicolaus, sitne hoc aliud opus a* Vita, *quam simili carmine Romæ edidit anno* 1611; *alias enim Vita illa posterior esset Marizii opere. Habemus nos Vitam illam in decem Cantica divisam, et Barcinone recusam anno* MDCXXII, *quam Dux Alcalæ, Regius Locumtenens, testatur Salmanticæ prius excu-* D *sam fuisse; secunda fortassis editione; nam prima omnino videtur curata Vallisoleti (Pincia hæc veterum fuit) ibi enim approbata legitur anno* MDCII. *In hac præfatur Auctor, omnia a se composita fuisse postquam convaluisset ex venenoso quodam accidente, cui per annos octodecim tolerato, nec in Hispania nec in Italia remedium apud medicos eo consultos inveniebatur; stimulos autem sibi ad opus prosequendum additos, eo quod Salmantina civitas patria sua Patronum* Joannem *haberet; hunc autem ea sibi elegerat anno* MDCII, VIII *Junii. Non longi igitur laboris opus fuit, et bienno citius luci datum, licet eodem compositum tempore, quo suum composuit Antolinius.*

Carmine Hisp. ab Almendari

13 *Habemus ergo præter Joannem Hispalensem, jam tres Auctores, ex quibus, sed præcipue ex Antolinio, Vitam sancti Gallice scripsisse se profitetur* Georgius Maigretius, Prior Augustinianorum Tornacensium, et S. Theol. Doctor Lovanii, *quam ille edidit Tornaci decem annis ante Italicam editionem Fraxinelli. Quartus Maigretio Auctor, non potest videri Hieronymus Roman, quamvis hunc quoque alleget Marizius, ut qui vitam S. Joannis inseruerit suæ Ecclesiasticæ Historiæ Hispaniæ: hanc enim aliaque plura ejus MSS. numquam edita possidebat, eo sub* E *annum* MDXCVII *mortuo, Antolinius, qui transcriptam inde Vitam potuit Marizio commodasse. Quartus ergo Maigretio fuerit* Joannes Marietta Dominicanus, *qui Parte 3 suæ Historiæ Sanctorum Hispaniæ pag. 67 brevissimam* B. Joannis *Vitam inseruit, et Conchæ edidit anno* MDXCV, *allegans in margine quemdam* Zamam, *ex cujus lib. 14 cap. 26 ipsum acceperit, sed Bibliothecæ Hispanæ auctori Antonio Nicolai ignotum; quem tamen haud multo seniorem Marietta fuisse existimem. Maigretii vero librum, Latinum fecit et anno* MDCXXV *Antuerpiensibus typis vulgavit* Nicasius Baxius, cœnobii Augustiniani Vicarius. *Adde his elogium insertum Vitæ D. Didaci de Anaya supra laudatum num. 6: prodiit autem liber iste Madriti anno* MDCLXI: *cujus Auctor* D. Franciscus Ruiz de Vergara et Alaba, *intitulatur* Eques militiæ S. Jacobi et Regiæ Majestatis, cui inscribitur in supremo Castellæ Senatu consiliarius.

ex quibus et ex Marieta, Gallice scripsit Maigretius,

Latine a Baxio redditus;

prædictis etiam usus an. 1661 Vergaria.

14 *Hic prædictum elogium simul et librum suum ornaturus, non solum præfixo in fronte libri S. Bartholomæo, hinc inde apposuit* B. Joannem Sahaguntinum *et* Alfonsum Tostatum, *in habitu Collegiali; sed insuper illum sculpendum sic curavit integro in folio, cum titulo veræ effigiei. Verum cum eo recipere illam et* F *exhibere non audeo, visa ibidem effigie Philippi IV, a vulgo notissimis vultus regii lineamentis tam diversa, ut ejus sculptori nihil credere quis vellet de cujusquam similitudine. Nihilo plus audeo fidere effigiei, quam Antolinius editæ a se Vitæ præfixit; qui enim non in veteri Ordinis habitu, sed recentiori et suæ ætati accommodo Sanctum expressit, credi non debet ex antiquo prototypo illum accepisse. Marizius aliam, vultu et habitu dissimillimam,* ex voto, *ut ait sculpendam curavit, cum hac epigraphe:* Sancti Joannis de Sahagum vera effigies, seu potius Archetypon. *Hujus ergo ectypon, ad formam minorem restrictum, accipe. Patere etiam ut num. 6 prolixioris Vitæ, expressurus Sanctum in veteri habitu Collegialium Bartholomæanorum, apud Vergaram inveniendo pag. 52, eadem lineamenta referre sculptorem jubeam.*

addita effigie,

sed verisimiliorem aliam hic damus.



B *ac tandem an. 1690, Valaurius ex Processibus Italice.*

15 *Herrera, suum* B. Joannis *elogium sic finit :* Faxit Deus, ut virum, tantis meritis illustrem et tot miraculis clarum, post tot annos debito honore decoratum, colat Ecclesia, quæ Sanctorum numero ditescit, exemplo augetur, et gloria illorum exultat. *Ita ille in suo Alphabeto Augustiniano, quod sexto demum anno postquam fuerat cœptum imprimi, Christi* MDCXLIV, *absolutum habemus. Plures ejusdem aliorumque Ordinum de hoc argumento scriptores accumulare, nihil opus est : ex omnibus enim his nemo est, qui novi aliquid docere nos possit; præter ultimum* Jacobum Antonium Valaurium, *cujus supra memini, tunc scribentem, cum Herreræ votum, toti Ordini Augustiniano Hispanicæque Monarchiæ commune, exaudivit* Alexander Papa VIII, *celebrata* S. Joanne *Canonizatione, anno* MDCXC *die* XVI *Octobris. Nec aliud jam superest, quam ut Bulla Canonizationis vulgetur, ac nomen inscribatur Romano Martyrologio. Interim ex prædictis Antolinio, Marizio et Valaurio colligemus Acta uberiora, præsertim post mortem, Vitæ antiquæ subnectenda.*

C

VITA

Auctore P. Joanne Hispalensi.

Hispanice et Epistolariter descripta:

PROLOGUS.

Explicans intentionem scribentis.

Duci Gundisalvo Fernandio de Corduba, Magno belli Duci etc. Joannes de Sevilia.

Perillustris Domine.

Rogatu duarum filiarum Regis Ferdinandi

Promptus exequi nobilis tuæ Claritatis mandatum ; motus etiam precibus Excellentiæ suæ, præcelsæ Dominæ Mariæ *a* ab Arragonia, Priorissæ Regalis monasterii Dominæ nostræ Gratiarum, Ordinis magni Patris nostri Augustini extra muros *b* Madrigalensis, in regno Castellæ ; stimulatus insuper postulationibus sororis ejusdem Dominæ Priorissæ, Domicellæ *c* Mariæ de Arragonia, ambarum filiarum præpotentis Catholici Regis Hispaniæ, Neapoleos, et Siciliæ Ferdinandi ; eo etiam spectans ut Claritas tua in sua perseveret magnanimitate, ex ingenio semper ad magna quæque facienda propenso ; suscepi, licet indignus et ineptus, scribendam vitam et mirabilia opera nostri Joannis a S. Facundo, quatenus Claritas tua dignetur promovere canonizationem ejusdem, Religiosi Ordinis Eremitarum magni Patris nostri Augustini, et per suam Professionem legitimi filii celeberrimi ac sancti Conventus, in nobili Salmanticensi civitate constituti ; ut, quemadmodum misericors Deus eum, propter grandia merita sua, dignatus est æterna gloria coronare in cœlis ; ita faciat honorari in terris ; et ad memoriam hominum reduci innumera magnalia, quæ divina bonitas sua per eum, in hac transitoria vita degentem, voluit mirabiliter operari. Eadem scriptio huc etiam faciet, ut Dei famuli magis inflammentur, incitenturque ad perseverandum in sua pietate ; atque ut peccatores, dum cernent quomodo benignissimus Deus servos suos, tam in hac mortali vita, quam in futura æterna glorificet ; evigilent et exurgant de cœno delictorum suorum ; atque per veram pœnitentiam conversi ad Deum, consequantur salutem. Serviet denique labor hic, ut cuncti viventes sese commendent nostro Sancto Joanni, eumque sibi acciscant patronum ac protectorem, cujus intercessione adjuventur apud Deum.

D *in ordine ad promovendam Canonizationem,*

profectumque animarum, scribit Auctor.

E

ANNOTATA D. P.

a Maria, *hæc filia Ferdinandi naturalis,* retento Augustiniano habitu, Clarissarum conventum de Petris albis in Catalonia reformavit, indeque *ad suum* reversa *Monasterium,* obiit cum opinione sanctitatis, *inquit Herrera in Alphab. tom.* 1 *pag.* 148.

b Matricale. *Oppidum Extremaduræ, inter Emeritam et Turrim-Juliam* (Merida, Truxillo) *ubi Ferdinandus pater Mariæ obiit ; ut locum hunc videatur in deliciis habuisse, nec mirum sit ibi filias collocatas. Ibi obiisse anno* 1424 Catharinam, Joannis II ex Regina Maria filiam, et Infantis Henrici conthoralem *ait Herrera ; ibidemque* septennem *scribit obiisse* Caroli V filiam *naturalem* Joannam, *et* Annam Austriacam ejusdem Caroli ex Joanne filio neptem : *ut appareat regium omnino fuisse Parthenonem illum. Hoc seculo, extinctis Sancto monialibus, Fratrum est.*

c Sorori, *inquit Herrera,* in Prioratu successit ; et monasterio Cisterciensium Burgis, delas Huelgas, præfecta, Augustini habitu non dimisso, regiam illam et ditissimam domum sanctissime rexit, et in ea obdormivit in Domino. *Fuerit hæc ex alia matre, ejusdem Ferdinandi R. filia.* F

CAPUT I.

Prior vita S. Joannis usque ad Professionem inclusive.

2 *Perillustris Domine.*

Auctor, ut Vicarius generalis,

Ego Joannes de Sevilia, Religiosus Professus sub habitu nostri gloriosi Patris Augustini, et per ejusmodi professionem legitimus filius Conventus Salmanticensis, ejusdemque Vicarius, et Director Conventus Dominæ nostræ Gratiarum *a* extra muros civitatis Madrigalis ; deosculando humiliter manus Excellentiæ Tuæ, cum omni debita reverentia, eidem significo, quod videns miracula et opera admiranda, quæ Deus infinitus ostendebat et operabatur quotidie, per beatum Patrem Joannem a S. Facundo, et singulari erga eumdem devotione motus ; volui informari de vita atque natalibus ejusdem Beati Patris, tamquam Vicarius Generalis Ordinis nostri sancti Patris Augustini ; idque ex potestate mihi facta

A facta ab adm. Reverendo Patre nostro Generali per Hispanias, Patre Anselmo *b* piæ memoriæ. Cum ergo commorarer in monasterio sancti Patris nostri Augustini nobilis civitatis Vallisoletanæ; ibidemque etiam tunc degeret D. Martinus de Castrillo, Regius Locum-tenens in civitate S. Facundi, et germanus frater beati nostri Patris Joannis a S. Facundo; multis precibus eum coegi; ut mihi plenam notitiam traderet, de natalibus, vita, et conversatione fratris sui P. Joannis: quam mox propria manu consignavi scriptis, ut, si misericordi Deo placeat eum referri in Catalogum Sanctorum canonizatorum, non desit notitia debita eorum ornamentorum, quibus in hac mortali vita degentis pueritiam, adolescentiam, reliquamque ætatem, in seculo et religione traductam, exornavit. Illam autem accepi et audivi ut sequitur.

A IO DESIVILIA. *b* *ex relatu D. Martini, qui erat S. Joannis frater,* *in Ordine ad canonizationem,*

3 *Perillustris Domine.*

scribit quibus parentibus natus Joannes,

Juxta instructionem mihi ipsi datam a præscripto germano fratre B. Joannis de S. Facundo, verum est; quod idem Joannes fuerit legitimus filius D. B Joannis Gonsalvi de Castrilio et D. Sanciæ Martinii, qui ambo honesti ac probi Christiani Catholici et Dei servi, cives oppidi S. Facundi, cum non sine mœrore grandi diu steriles convixissent, optatæ prolis gratiam cœperunt a divina clementia petere, per intercessionem Sanctorum suorum; ut ita melius majorique cum animi sui solatio, eidem porro famulari possent. Ad preces ferventissimas eum in finem fusas, jungebant peregrinationes crebras ad celebriores quasque ecclesias et capellas, ibique per novemdium suas frequentabant supplicationes; sæpius autem ad reclusorium quoddam extra muros oppidi San-Facundini, in via Francorum dicta, S. Mariæ ad pontem nominatum. Ibi placuit Deo atque Deiparæ Virgini eorum vota exaudire: istic enim sensit D. Sancia concepisse se fœtum, quem consueto tempore peperit masculum; et quia primogenitus ipsis erat, patris nomine dici voluerunt Joannem.

Deipara invocata conceptus;

4 Post hunc alios quoque tres filios, ac totidem filias, eis Deus concessit: quorum hæc sunt nomina. Prima post Joannem in lucem prodiit filia nomine Maria; quam probe educatam institutamque nobili cuidam Ferdinando de la Liama desponderunt uxorem. Hanc secutus est filius Ferdinandus de C Castrilio, qui Religiosus factus in Abbatia S. Benedicti Sahaguntinensis, deinde Prior in monasterio Villæ-novæ S. Mancii, deinde Abbas ad S. Andreæ de Spinareda, obiit denique Granatensis Episcopus, tempore *c* Saracenorum. Tum nata iisdem est filia secunda, nomine Joanna, nobili viro Lupo de Penalosa nupta, et in præsentiarum Alconii habitans. Rursum secuto filio, datum ad sacros fontes est nomen Ludovici, qui modico vixit tempore: et huic successit filiarum tertia, cujus nomen mihi exciderat de memoria, quando hæc volui scripto mandare. Denique genuerunt supra nominatum D. Martinum de Castrilio, ex cujus ore ipsemet accepi quæ scribo. Hic in oppido S. Facundi residentiam quidem suam habebat, sed Curiæ clementissimorum Regum nostrorum Ferdinandi et Isabellæ obstrictus, eamdem solebat *d* comitari.

ex eadem matre fratres tres *c* *totidemque sorores habuit,* *d*

5 Paulo post *e* visum est Deo ad sese evocare matrem, et ad æternam gloriam transferre: quo casu ad secunda vota coactus Joannes pater, aliam sibi conjugem copulavit, ex qua filias duas genuit. Primæ nomen fuit Agnes, et venit in manus D. Sancii de Castellanis, civis Sahaguntinensis: secunda, appellata Catharina, nupsit D. Sancio Herresuelo, similiter civi Sahaguntinensi, et tunc Sariæ Præfecto. Atque hæc sufficiant de natalibus D beati Patris Joannis; ut innotescat, qua ratione divinitus fuerit concessus suis parentibus, quatenus Deo sancte famularetur in præsenti et in futuro cœlesti gloria potiretur.

e *duas alias ex Noverca.*

6 *Perillustris Domine.*

Latinis excultus litteris,

Explicatis beati nostri Joannis natalibus, per quos primus fuit suorum fratrum atque sororum, Dominationi Tuæ debeo declarare vitæ illius cursum in seculo, usque ad statum religiosum, in nostro sacro Ordine susceptum: qui ex relatione, a D. Martino de Castrilio mihi facta, sic processit. Cum esset parentibus suis primogenitus, ab iisdem tenere diligebatur: ideoque traditus quantocius est ad scholas, primis litterarum legendarum scribendarumque rudimentis imbuendus. Inde ad Latinitatis studia promotus, magnos in humanioribus scientiis fecit progressus. Eminebat autem jam tum in puero rara devotio, cum propenso ad preces et jejunia animo: eratque in omni actione tum compositus, ut facile appareret, quod eum sibi Deus in famulum specialem destinasset. Quod etiam sentiens pater ejus, dicere solebat: Quicumque vixerit, videbit, hunc E virum sanctum fore. Inter alia animi religiosioris indicia hoc etiam erat, quod amabat de loco sublimiori coætaneis pueris prædicare, ut ne unquam peccarent, sed Deo fideliter famularentur; ad quod eis efficaces sane proponebat rationes. Quantum autem proficiebat ætate, tantum crescebat in eo pietatis erga Deum fervor, et sanctæ conversationis elucebat splendor. Itaque amabat eum singulariter pater, ejusque studia quibuscumque poterat modis promovebat. Curavit ergo ut vici cujusdam, Codernilios *f* dicti, Parochialis titulus in puerum conferretur; constituto qui animarum curam ageret Administratore; dum interim beneficii reditu ipse fruebatur ad sustentationem filii.

et beneficio Curato instructus ad sui sustentationem, *f*

7 Verum Joannes factus adultior, et nullisdum sacris initiatus *g* Ordinibus, considerabat quanti discriminis res esset curam gerere animarum. Dixit igitur patri suo: Pater carissime, contra conscientiam esse videtur, quod sustineam, nec tamen geram curam animarum. Itaque per Deum oro, resignemus in alterum istud beneficium, qui magis eo indigeat, et melius quam ego de ipso possit reddere rationem. Cui pater; At mihi, inquit, videtur, fili, expedire magis ut ipsum retineamus, ad prosequenda studia tua, teque exinde sustentandum; dummodo Administratori sua merces solvatur. Filius F nihilominus, rationibus potior *h*, persistebat, rogans per animæ salutem, ne conscientiam suam gravatam vellet. Aderat huic contentioni avunculus *i* adolescentis, Joannes Alphonsi: qui audito nepote ad beneficii resignationem obfirmato, iracundia motus cœpit ei levitatem, inconstantiam, et commutabilitatem exprobare, eo quod destinatos sibi reditus refutaret. Ad quæ magna cum submissione Joannes: Obsecro, inquit, ut me molestus mihi sis; scio quid agam: nihil admittere volo quo conscientia lædi possit. Tum conversus ad affinem avunculus: Cognate, inquit, idoneus ille mihi videtur Burgensi Episcopo, sibi in talibus complacenti. Placuit consilium patri, et simul ambo profecti sunt ad prænominatum Episcopum, Alphonsum *k* de Cartagena: qui intellecta laudabili Joannis vita, amanter ipsum suscepit; adeoque carum habuit, ut quotidie cum eo Horas canonicas recitaret.

g *ex scrupulo sese eodem abdicat.* *h* *i* *et ab avunculo commendatus Burgensi Episcopo,* *k*

8 *Perillustris Domine.*

Beatus Joannes noster in Curia Burgensis Episcopi constitutus

A constitutus, cum totum se cultui divino impenderet, ita Præsuli isti placuit, ut varias in ipsum Præbendas *l* contulerit ad omnia idoneum illum existimans, atque intendens ulterius ipsum provehere majorique dignitate augere. Verum conscientiæ stimulis actus Joannes; et considerans, quam multa in Episcopali palatio sese offerrent impedimenta Deo servire cupienti, propter multitudinem illuc affluentium, perplexitatemque causarum tractandarum, quis inter difficile esset salvare animam; neque se posse ibi eam obtinere quietem in Dei famulatu, quam concupiscebat; ab Reverendissimo illo petiit facultatem, secedendi ad aliquam solitudinem, ubi Deo commodius famularetur. Existimabat Episcopus non aliunde proficisci petitionem ejusmodi, quam quod minora votis ei hactenus contulisset. Itaque, Si propterea, inquit, postulas licentiam recedendi a me, quia non satis tibi providi: polliceor primo vacaturum Canonicatum *m*. Cui Joannes: Non hoc, inquit, moveor ego, neque istud intendo; verum e contrario obsecro Reverendissimam Gratiam Tuam, ut potius cogites, in quem beneficia mihi collata, quam potes optima conscientia transferas: mihi enim certum est ea non retinere.

collatis sibi ab eo beneficiis etiam renuntiat,

l

m

B

9 Agnoscens Episcopus serio agere Joannem, atque omnino aspirare adperfectionem vitæ majorem, resignata in suas manus beneficia acceptavit, atque in alios bene meritos contulit. Joannes vero accepta licentia, secessit a curia, seque contulit ad parochialem S. Agathæ *n* in Burgensi civitate ecclesiam; unica, et ea perquam tenui ibidem capellania contentus; secundum cujus obligationem quotidie offerebat Missæ sacrificium: et populo cœpit Dei verbum prædicare, cum magno civitatis totius concursu. Post aliquantam vero in tali exercitio moram, tenuissime victitando, statuit ad Salamanticensem Academiam se transferre, ibique sublimiorum scientiarum studium prosequi. Receptus ergo ibi fuit in Capellanum nobilis, eruditi, et celebris Collegii S. Bartholomæi, prope Parochialem ædem S. Sebastiani; in qua quotidie operabatur Sacris, per varias autem urbis ecclesias frequenter habebat concionem. Deinde consuetos in ea Academia Gradus *o* suscepit: et in exectione *p* calculi cruciatus perpessus incredibiles; ab eisque miraculo *q* liberatus, vovit statum vitæ quam posset perfectissimum suscipere, in quo acceptam divinitus sanitatem Dei obsequio et verbi ejus prædicationi impenderet.

et habendis ad S. Agathæ concionibus vacat.

n

Salmanticam transgressus,

o p

q

fit ex voto

C

Augustinianus, anno 1463;

10 Omnibus autem expensis, decrevit petere habitum Eremitarum sancti et gloriosi Patris Augustini, in ipso Salamanticensis urbis Conventu: quod suum desiderium cum R. P. Priori exposuisset, et hic ad suos Religiosos retulisset; summa omnium voluntate et gaudio (nam ejus merita pridem noverant) ad habitum susceptus est, anno MCCCCLXIII XVIII Junii. Deinde vero ita vixit, tam verecundus, tam humilis, tam carus universis, ut quamvis adhuc Novitium, Superioris pene loco haberent. Ita transacto tirocinii tempore, unanimi totius Communitatis assensu receptus ad Professionem, eamdem nuncupavit in festo S. P. N. Augustini, die XXVIII Augusti, anno MCCCCLXIV. Exinde vixit sanctissime, observans Regulam et Constitutiones quam accuratissime; Deo serviens diu noctuque; et cum timore atque amore obedientiam complens usque ad finem vitæ: quemadmodum poterit suo tempore per legitimas informationes probari. Hæc vero paucis narrata sufficient, ad excitandam devotionem Dominationis Tuæ versus B. P. Joannem a S. Facundo.

et professus 1464,

vivit sanctissime.

D

A. J. P. DE SEVILLA.

ANNOTATA.

a *Dicitur etiam* Conventus S. Mariæ de Pietate, *et reformationem susceperat an.* 1433, *atque hoc titulo suberat ipsi Joanni Reformatorum Vicario.*

b Anselmus de Monte Falcone, *Beatis Ordinis ab Herrera annumeratus, electus dicitur Generalis an.* 1486; *absolvi ab onere impetravit an.* 1495, *et* 1496 *vel* 97 *obiit Romæ, die* VII *Septembris vel Januarii. Nec diu post debuerant hæc scripta esse; quando scilicet Magnus Gundisalvus, jam regno Neapolitano pulsis Francis potitus, multum videbatur auctoritate sua posse efficere apud Alexandrum VI, tunc Pontificem et sibi contra Francos colligatum.*

Regius Parthenon Madrigalensis

c Granata, *Maurorum opus, antiquioribus Episcopatuum Hispanicorum notitiis mandato, nullos Episcopos habuit, nisi cum anno* 1492 *a Catholicis Regibus Ferdinando et Isabella, per Magnum eorum Capitaneum Gundizalvum prædictum, ab Alexandro VI erecta in Metropolim est, subjectis ei Guadixensi et Almeriensi veteribus Ecclesiis, renuntiatoque Archiepiscopo Ferdinando de Talavera ex ordine S. Hieronymi. Quid ergo?* Guadix, *antiquitus* Acci *dicta, Granatæ proxima Sedes, olim fuerat Episcopalis. Hanc, capta civitate cum pluribus aliis an.* 1484, *non solum restituerit Rex Ferdinandus auctoritate Innocentii VIII, sed a recta dum urbe, quam pariter sibi [illegible] sperabat, institutum tunc Episcopum* Ferdinandum de Castrilio, *voluerit per anticipationem nominari* Episcopum Guadicensem *et* Archiepiscopum Granatensem, *designatis jam tum Dignitatibus, Canonicis, Portionariis, et Capellanis, sicuti tunc factum ait Tamayus de Salazar tom.* 4 *Hisp. Martyrologii pag.* 500. *Sic in Vita S. Oldegarii* 6 *Martii num.* 17 *dicitur* Bernardus Ausonensis *Episcopus, obtinuisse* Metropolitæ dignitatem, cum titulo Archiepiscopi Tarraconensis, *licet urbs adhuc deserta jacuerit per annos* 20.

E

Quomodo dicatur Granaten. Episcopus, ante urbem receptam sancti[illegible]

d *Hæc phrasis videtur indicare,* Martinum *quoque obiisse, prius quam Vita scriberetur. Et sane, si vixisset, potuisset ac debuisset rogari, ut quæ verbis dixerat consignaret scripto, Processibus servituro.*

e *Puta circa annum* 1434, *ut septem liberos illa ediderit spatio annorum.* 14.

f *Ita etiam legit Ardia: Antolinus autem, et alii post eum, solum* Dornillos.

g *Majoribus scilicet: nec enim potuit Parochiæ suæ reditibus frui, nisi minores Ordines, vel saltem Tonsuram Clericalem, suscepisset.*

F

h *Quis dicat duodennis pueri hanc fuisse providentiam, et dubitet circiter vicennem tunc* Joannem *credere?*

i *Licet vox Hispanica* Tio *indifferens sit, ad significandum fratrem patris vel matris; cognomentum tamen Alphonsi, diversum a nomine avi paterni, qui* Gonsalvus; *et Materni, qui* Martinus *videntur nuncupati; facit ut suspicer, fuisse fratrem secundæ uxoris, hoc innominato, cui* Alphonsus *pater fuerit; atque ita is fuerit* Joannis, *non quidem proprie dictus* Avunculus, *sic tamen appellatus, sicut Noverca appellabatur* Mater.

k *Tenuit* Alphonsus de Cartagena *Burgensem Sedem, ab an.* 1435 *ad* 1455. *Ardia dicit, eum fuisse* filium D. Pauli a S. Maria, per S. Vincentium Ferrerium abducti a Judaismo; *et addit, tanta doctrinæ fama claruisse, ut,* cum ex Germania rediret, compositis inter Imperatorem Albertum et Casimirum Poloniæ Regem controversiis; Eugenius IV coram Cardinalibus dixerit; Profecto si D. Alphonsus Burgensis Episcopus ad nostram Curiam accesserit, non sine verecundia sedebimus in Cathedra S. Petri.

A. Jo. de Sevilia.

A l *Sexto Burgensis commorationis anno, initiatum Sacerdotio* Joannem, *ait Mariz. lib.* 1 *cap.* 6.

m *Intellige*, Majorem: *nam* Minorem *saltem mox ab Ordinibus susceptis ei collatum, omnes alii scribunt.*

n *Vulgo* S. Gadea *dicitur, et in historia est memorabilis, quod ad eam ecclesiam solerent adduci Nobiles Castellani, juramento sese expurgaturi cum opus erat: qua occasione large digreditur Marizius, ad varia purgationis genera, antiquitus usurpata; puta ferri candentis, aquæ ferventis, etc.*

o Theologiæ Baccalaureatum *intelligit Antolinius, eoque hunc locum citat: qui amplius confirmatur, ex ipsius infra dando chirographo.*

p *Antolinius, et hunc secuti alii, dicunt, subiisse Sanctum sectionem*, ex consilio præcipuorum duorum medicorum, Doctoris della Regna senioris, et Doctoris Medinæ.

q *Iidem nullum hic miraculum agnoscunt, solum felicitatem sectionis mirantur, et hanc precibus ejus votoque adscribunt.*

CAPUT II.

B *Religiosæ Joannis virtutes, et prædicandæ veritatis fiducia.*

11 *Perillustris Domine.*

Fuit Joannes, conversatione exemplaris,

Postquam ostendimus, quomodo B. P. N. Joannes a S. Facundo progressus sit, usque dum sese voto obligavit, ad trium Evangelicorum consiliorum observantiam; convenit ut, ad excitandam Dominationis vestræ sinceram devotionem, declaremus, quam perfectus fuerit omni vita, in Religione traducta; idque ut potero brevissime, gratia Spiritus sancti adjuvante. Placeat ergo intelligere, magis in particulari, quem tenuerit modum vivendi in sacra Religione, prout quam brevissime scribere mihi dederit Spiritus sanctus; et prout intellexi ex fide dignis honoratisque personis, ipsi tum intra quam extra monasterium confiteri solitis. Imprimis autem jam diximus, conversationem nostri B. Joannis talem fuisse, ut omnibus exemplar et norma vivendi esset, præsertim Religiosis. Quantum autem ipsummet attinet, adeo tenera erat conscientia, ut in sui ipsius examine statis temporibus occuparetur quotidie, præsertim quoties monasterio egressus C illuc redierat, et priusquam cubitum se conferret. Numquam etiam incruentum Missæ sacrificium obtulisset Deo, nisi animo rite per Confessionem expiato A.

conscientia tenerrimus,

A

Superioribus obedientissimus,

12 Erga superiores invenimus fuisse semper obedientissimum, et hanc virtutem maximi æstimasse: neque enim visus est inquam vel minimum contra eam deliquisse. Ad cujus rei confirmationem D. Martinus de Castrilio, ejus germanus frater, mihi dixit; quod, cum aliquando profecto in patriam indultum ibi commorandi tempus brevius esset, quam negotia, propter quæ venerat, requirebant; miserit ad Superiorem, qui facultatem protrahendæ moræ faceret. Verum cum nuntius redire cunctaretur, et tempus interim expirasset, continuo Joannes, (sicut frater ejus juratus asseruit) in conclave quoddam se reclusit; nemini loquens, neque cibi aut potus quidquam sumens, quousque allata ei esset requisita facultas: prout allata est, post duos dies noctesque sic exactos. Insuper affirmavit idem germanus ejus, quod aliquando veniens in patriam, consanguineorum *a* atque amicorum visendorum causa; et transiens Villam-novam S. Mancii, ubi quidam ejus *b* germanus morabatur, ob quandam culpam excommunicatus, idque nihili faciens; id

uti insignibus patuit argumentis;

a

b

sciens Joannes ipsum acriter reprehenderit, hortatusque sit ut Matri Ecclesiæ obediret; illo nihilominus pervicaciam tenente, nec videre illum nec audire sustinuerit. Frater ergo ille parabat se ei alicubi obvium ultro dare: sed nuntiari ei jussit Joannes, frustra id futurum; nec enim alloquio suo dignandum: unde manifeste cognoscitur, quam esset in Dei timore firmus; præceptorumque, tam a Superioribus quam ab Ecclesia profectorum, observans. D

erga Religiosos humillimus,

13 Cum Religiosis agebat humiliter, omnium reverens, omnesque honore præveniens, quo etiam carum omnibus se faciebat. Si quem sua causa commotum intelligebat, continuo flexis genibus indulgentiam postulabat; neque assurrexisset, quin illam obtinuisset, omnes bene ædificatos pacatosque relinquens. Si quis eum durius compellaret, nihil eo commovebatur; sed boni consulebat omnia, et patienter sustinebat. Nemo conturbatum unquam conspexit: e contrario scimus, quod cum aliquando per silvam Madrigalensem iter haberet, P. Fr. Petro de Monroy comitatus; ibique *c* ab obviis grassatoribus essent non solum spoliati rebus omnibus, etiam Breviariis, sed insuper contumeliis onerati; E paucos post dies contigit ipsum illorum ducem Confessionis causa venire Salmanticam; et nescium quod Joannes esset cui confitebatur, acta omnia exponere, addendo quod extrema paupertate eo fuisset impulsus. Audivit hominem sibi constans Joannes; neque manifestans ipsum se esse, quem spoliaverat; post salutaria autem monita, ne similia posthac patraret ei data, assumpto socio circuivit per civitatem, quæsiturus eleemosynas; quibus donatum latronem, corporaliter ac spiritualiter adjutum, dimisit. Hujusmodi autem exempla infinita possent commemorari, ad longanimitatem ejus declarandam.

c

longanimis erga injurios sibi,

misericors erga afflictos,

14 Si quis me interroget, quomodo se haberet erga calamitosos atque afflictos, viduas pupillosque oppressos, aut opis alienæ indigos ægrotosque; respondeo, naturali quodam impetu ferri solitum ad omnes juvandos, tum piis admonitionibus, tum eleemosynis eo fine conquisitis: eodemque affectu Dominicis ac festis diebus nosocomia visitabat, et inopes familias sibi notas. Similiter studebat ad pacem et concordiam omnes adducere, sopitis inimicitiis litigiisque: quo factum est, ut Salamanticæ commorans, multas cædes impedierit inter duas prænobiles ibi familias, Monroyorum *d* et Manzanorum; prout ejusdem urbis honorati cives complures mihi retulerunt. Quin etiam cum civilibus discordiis tota in partes scinderetur civitas, nobilitate ad arma ac cædes prompta, cui compescendæ majestas Regia frustra fuerat; missus eo Joannes, velut Angelus pacis, omnes cohibuit, et formidabilem discessionem stitit. Profunda humilitas ejus hinc cognoscitur, quod quando aliquis ei agere gratias volebat, pro beneficio per ipsum divinitus impetrato; monebat eum, gratias referre Deo: nam miserum se peccatorem esse, qui nihil ultra posset quam ille sibi largiebatur.

pacis studiosissimus,

F

d

omnia ad Deum referens:

15 In administrando Pœnitentiæ sacramento, quam esset discretus, et quam teneræ conscientiæ; testantur, quotquot audivere illos, qui confiteri ipsi solebant; hi vero innumeri erant, quorum etiam hodieque vivunt complures. Numquam ille, nisi restitutione peracta, absolvisset ad eam faciendam obligatos, ex alienæ rei detentione injusta, quando ipsa eis possibilis erat; quod si non esset, interponebat sese medium apud læsos, eosque exorabat ut eleemosynæ nomine remitterent debita. Similiter negabat absolutionem mulieribus, quæ absque justa causa vel necessitate cerussa aut fuco utebantur; neque

discretus erga pœnitentes;

A *sed minime indulgens;* neque dissimulabat cum Ecclesiasticis, donec persuasisset cæsariem rescindere, et habitu statum suum decente uti. Idem erat erga matronas, nullatenus eis permittens grandiores eleemosynas facere, absque expresso consensu maritorum : neque Nobilibus sua relaxasset peccata, nisi domo pulsis quos in ea habebant lenonibus atque maleficis. Hæc autem omnia habeo ex testimonio plurium honoratorum virorum, ac nominatim ex ore cujusdam Roderici Guaras, tempore dissidii inter Manzanos et Monroyos gliscentis famosissimi, qui Salamanticæ habitabat prope S. Joannis de Alcazario.

16 Ad ejus conciones maximus erat concursus *gratiosissimus ad concionem,* populi, tam potenti illicio attrahi soliti, ut passim dicerent, Sumus audituri concionatorem gratiosum. Interim tam erat imperterritus hoc in munere, ut numquam parceret veritati, loco tamen suo ac tempore dicendæ ; adeo ut nullis minis, nequidem ipsa morte proposita, silentium sibi imponi pateretur. *liberrimus tamen* Hujus rei complures possent adduci testes, audire salutares ejus monitiones, soliti hodiedum superstites. Nominatim autem in veritate declaro, affirmatum mihi ab Equestris ordinis viris gravissimis, qui B. Joannem prædicantem audiverant Albæ de Tormes, quatuor leucas Salamantica, coram D. Garcia de B Toleto Duce Albano *e*, eum tanto cum fervore castigasse *e ad vitia redarguenda.* segnitiem optimatum in familia sua regenda, rerumque alienarum detentores injustos, eorumque adjutores et fautores malefactorum ; tum etiam subditorum suorum oppressores, grassatores, et factionum duces ; ut nemo dubitaret quin Deus omnipotens loqueretur per os ejus, ad correctionem præsentis ibidem Nobilitatis præcipuæ.

17 Cum autem ea dicendi libertas adeo graviter commovisset Albanum, ut iracundia elatus, continuo eum ad se vocarit ; et in ampla quadam aula, sub qua fluvius Tormes decurrebat, coram multa *Hinc offensus Dux Albanus,* Nobilitate adductum acribus verbis et contumeliosis perstrinxerit, veluti hominem infrunitæ dicacitatis. Cum autem Equites illi qui aderant, Ducem viderent sic æstuantem, imo spumantem labiis ; timuerentque ne hominem juberet de fenestra præcipitem in fluvium dari ; etiam dicentem inter alia audierunt : Quandoquidem, Pater, nullum nosti frænum linguæ tuæ ponere, ne mireris si quis regredienti tibi illud injiciet. Tum Sanctus, qui hactenus silentium tenuerat ; Quem in finem, inquit, Domine, C suggestum conscendo? *eum graviter objurgat;* ut veritatem auditoribus annuntiem, an vero ut eis adulando turpiter palpum faciam ? Scire Dominationem tuam convenit, prædicatorem esse debere sic comparatum animo, ad veritatem dicendam, tam in enuntiandis castigandisque defectibus, quam in virtute laudanda, ut velit pro ea causa etiam mortem oppetere ; quibus cum plura in eamdem sententiam addidisset, a Duce, ut melius potuit, expedivit sese, seque in viam dedit Salamanticam versus, unico socio P. Petro de Monroy comitatus.

18 *et mittit duos equites,* Jam medium circiter iter confecerant, venerantque ad locum patentem ac desertum ; quando ad se procurrere conspiciunt equites duos, lanceis gladiisque minaces : quare socio suo Joannes dixit, Viden'accelerantes duos equites istos? Nihil boni cogitant, sed veniunt probaturi patientiam nostram. Verumtamen, si pro nobis est Deus, quis poterit nocere? Ad quæ socius : Equidem eorum intentionem ignoro ; sed prius quam nimium vicini nobis fiant, experiar Deo adjuvante quid velint ; seque inclinans, cœpit in manicam saxa colligere. *ad ipsum cum socio fustigandum:* Ast Joannes id conspiciens ; Nondum, inquit, o Pater, perfecte religiosus es, qui malum malo rependere vis : nescin' moneri nos a Domino, quod tribulationes et tentationes in hac vita sint tolerandæ? Nisi protinus te exonraveris, nec unum quidem pedem promovebo amplius. D Noli metuere : pugnabit *A. JO DE SEVILLA* pro nobis Deus. Hoc dicto pedem fixit, neque se movit, quoad ille saxa abjecisset. Tum iter prosequentes illos, assecuti equites, non longius aberant quam jactus est lapidis ; cum eorum equi substiterunt immobiles ; et quantumlibet calcaribus urgerentur, promovere gressum non potuerunt ; sed trementes spumare atque sudare cœperunt : quo illi viso, conterriti etiam ipsi sunt, satiusque duxerunt agnoscere culpam, et auxilium cum indulgentia suppliciter postulare.

19 Tum Joannes quæsivit, quid vellent : et illi *quibus divinitus impeditis,* fassi sunt, se emissos a Duce, ut comprehensos cæderent fustibus usque ad mortem ; nunc vero equos sibi immobiles substitisse, quos ut ab invisibili nexu absolveret, et ipsos a culpa, humiliter precarentur. Quibus Joannes peramanter respondens, Misericors, inquit, est Deus, amici, qui vos servavit a tam grandi peccato, nos vero liberavit a manibus vestris : idem vobis crimen designatum remittat: atque a peccatis absolutos, faciat incolumes et salvos domum reverti. Cavete ne talia deinceps admittatis, et timete Deum, atque abite in pace, nuntiantes Duci id quod vobis in via contigit. Tum illi conscensis statim equis, quam celerrime reverterunt E Albam ; et prius quam in domos se suas reciperent, accesserunt ad Ducem ; quem invenerunt mire afflictum consternatumque, ac veluti moribundum, nulla apparente mali tam gravis et subiti causa. *Dux ipse torquetur ad mortem;* Cum ergo introgressi equites facta narrarunt, agnovit Dux ; unde et quid pateretur. Jussit ergo suorum aliquos confestim Salamanticam recurrere ; adeuntesque monasterium, cui alias optime afficiebatur, pro Dei amore obsecrare, ut, siquidem vitam suam salvam vellent Patres, in extremo positam, remitterent ad se confestim beatum nostrum Joannem, a quo sciebat solo juvari se posse.

20 *et a revocato ad se* Vicarius tunc monasterii erat R. P Joannes Salmanticensis, qui, B. Joanne assumpto, sine mora Albam profectus, Duci se stitit. Hic vero obviam illis procurrens, ad Joannis genua sese provolvit, veniam petiit, auxilium postulavit : seque de admisso facinore accusans, monuit fidenter redire, ad conciones ibidem habendas suaque vitia corrigenda, et viam salutis commonstrandam. Ast Joannes, gravibus verbis, sed reverentia erga Ducem conditis, vitam ejus moresque reprehendit ; et a salubriter F compuncto, atque a Ducissa *f* ejus conjuge, veniam *f veniam petit* redeundi petiit et obtinuit; referens, præter alias eleemosynas sibi ab ipsis factas, paramenta quædam sacerdotalia, interque ea vela calicum et corporalia valde pretiosa, quæ post obitum B. Joannis diu penes me habui. Neque a solo Albano Duce, veritatis causa sic periclitatus ille est : sed a pluribus tam nobilibus quam plebeiis personis, adeo ut nihil dubitemus, imo certi simus, mortem ei veneno illatam *ipse denique Sanctus veneno moritur.* ab impudica mulieri quadam. Id quod ita fidenter affirmo ; quia fide dignos testes habeo, qui ipsam mulierem, cujus ille lasciviam impudicitiamque castigaverat, jurantem audiverant, id se effectui daturam intra annum : sicut reipsa accidit. Continuo enim exarescere cœpit, cum tam manifestis præbiti sibi veneni indiciis, ut omnes inde mori eum affirmarent.

ANNOTATA. D. P.

A *Antolinus cap.* 21 §. 2 *addit, quod ea de causa increpitus in Capitulo a Priore, quia tam frequens Confessio Fratribus molesta erat; respondebat humiliter,* Confiteor, Fratres, culpam meam, et ignosci peto : aliter tamen facere non possum. Cum enim peccator sim,

A. J. DE SEVILLA. *Frequens Confessio Joannis.*

A sim, nescio odio an amore dignus; hunc ut possum requiro, et toties ad Pœnitentiæ sacramentum recurro, ut salutem consequar. Ignoro qua die vel hora venturus sit Dominus meus, ad ponendas mecum rationes; et video alios repente mori, alios de statu mentis dejici, dum infirmantur: satago igitur ut eo tempore paratus invenian, ad reddendam rationem. Sæpe confiteor, quia omni hora pecco.

a *Interpres Belga, non considerans, quod vox* Parentis *Hispanis æque ac Italis et Francis indifferens sit ad quemcumque consanguineum,* majores ac consanguineos *vertit; eo sensu, quo* Genitores *nostros Belgice vocamus* Ouders; *quos tamen, etiam novercam, præmortuos Joanni, cum adhuc Burgis esset, alii omnes affirmant.*

b *E num. 4 apparet hunc fuisse* Ferdinandum, *tunc eo loci* Priorem.

c *Acta locum nominat* Cantalapiedra.

d *Antolinez cap.* 33, *Marieta cap.* 17 *prolixe describunt, quomodo* D. Maria de Monroy, *vulgo dicta,* la Braba, *id est* Generosa et intrepida, *ultura necem duorum filiorum suorum, a duobus fratribus Manzanis occisorum, ipsos in Lusitaniam usque militari*

Monroyorum et Manzanorum factio.

B *habitu insecuta et assecuta invaserit; et amborum manu sua cæsorum capita, hastis infixa, detulerit Salamanticam; eaque tumulo filiorum imponens, quasi vexillum extulerit conjurantium in exitium Manzanorum; atque potentis familiæ; unde in partes scissa Nobilitas tota, secum divisum populum omnem, integro jam fere seculo, tenebat: sic ut nemini tutum esset inarmato procedere, et cædes quotidianæ patrarentur, etiam in ecclesiis.*

e *Primus hujus tituli Dux, proavus* Ferdinandi Albani, *sub Carolo V in Italia et Philippo II in Lusitania ac Belgis famosissimi: addit autem Marieta, missam ejus rogatu Sanctum fuisse pro festo Rosarii.*

f D. Maria Henriquez, *filia Admirantii Castellæ, et ex eodem patre soror Joannæ Reginæ Aragoniæ, atque adeo matertera Ferdinandi Catholici.*

CAPUT III.

Fervor sacrificantis Joannis, et quædam adhuc viventis miracula.

21 *Perillustris Domine.*

Expositis natalibus nostri B. Joannis de S. Facundo; nec non conversationis ejus modo, tam in C pueritia quam adolescentia, cum adhuc Canonicus vel Capellanus erat, et postquam perfectionis statum amplexus est in nostro sanctissimo Ordine; modo etiam Confessiones audiendi, et Dei verbum prædicandi; transeamus ad eumdem, Missas celebrantem; et quomodo in iis se gesserit, videamus. Noverit igitur Claritas Tua, quotidie solitum sacrificare; neque id unquam prætermisisse, nisi ineluctabiliter impeditum. Erat autem in hac sanctissima oblatione tam prolixus, ut neminem denique invenire posset qui sibi vellet assistere. Cumque ille propterea cogeretur ad Superiorem recurrere, eumque rogare, ut suum mandatum interponendo cogeret vel invitos ad morem sibi gerendum; ille e contrario ipsummet accusare cœpit, ac denique expresse imperare, ut deinceps ad aliorum Sacerdotum morem aptaret sese. Gravissimum id merito erat Joanni; sciens tamen obedientiæ pretium, ipsamque Sacrificio, etiam tali, meliorem esse; diebus aliquot mandatum implere humiliter est conatus: donec infimis precibus ac genibus flexis Superiorem exoravit, ut sese a tali mandato absolveret.

In Missa quotidiana valde prolixus,

et jussus se in eo corrigere,

22 His ergo motus Prior, et, pro ea qua excellere Joannem noverat vitæ sanctimonia, non vane conjectans, magnis eum ad id rationibus impelli, dixit ei: D Qua de causa adeo importune urget id Reverentia vestra? Non vides, quanta ministros afficias molestia? Quare non conformas te usui aliorum Sacerdotum? Cui Joannes, gravibus quibusdam impedimentis teneri se dixit, quibus prohibebatur adeo cito Missas absolvere, sicut alii faciebant; nec id facere poterat citra grande suum detrimentum. Ergo inquit Prior, edic causam, quæ te cogat adeo lentum esse in divino isto opere, si vis ut isto te mandato absolvam. Sed ille excusabat, arcanas omnino eas causas esse, quas patefacere nemini posset. Prior vero instare tanto magis, ac denique addito obedientiæ præcepto cogere. Cum igitur consuesset Joannes ipso Priore Confessario uti, constituit sub Sacramenti sigillo omnia concludere: quo facto præcepit Prior subditis suis, ut Joanni in Missa dicenda morem gererent, eumque nullatenus interturbarent; et qui antea ipsum pro Sancto habuerat, deinde pluris etiam faciebat.

vel causam tantæ moræ exponere,

eam primum sub sigillo Confessionis,

23 Interim rem, notam indicio tam sibi ad omnem usum inepto, tacere cogebatur, quam tamen omnimodis judicabat premi silentio non debere, sed proferendam ad notitiam plurium, ne Dei mirabilia E fructu frustrarentur suo, et ut vacillantes in fide corroborarentur, atque ut Dei famuli animarentur ad eum amandum, eique constanter serviendum, peccatores vero excitarentur ad pœnitentiam. Pio ergo zelo ductus Prior, cœpit Joannem hortari ac veluti cogere, ut eadem sibi extra Confessionem eo pacto revelaret, quo uti scientia ipsa posset, in iis locorum, temporum ac personarum circumstantiis quibus certo nosset proventurum inde spirituale bonum: nec enim convenire, ut sub modio contineatur lucerna. His rationibus victus noster B. Joannes, profunda cum humilitate, exposuit Priori sua omnia, quæ eidem revelaverat in Confessione; dando eidem licentiam ea notitia utendi, quoties expedire judicaret ad Dei gloriam et animarum salutem.

Eidem rursus instanti Priori etiam alter indicat;

24 Hac licentia accepta, Prior, addictissimus et familiarissimus mihi, congruum censuit ejusmodi arcana mecum communicare per hæc verba: P. Joannes, cum certo noverim, quanto solatio futurum tibi sit ea cognoscere, quæ spectant nostrum P. Joannem de S. Facundo; indubitanter crede, ipsum, obedientiæ præcepto coactum in conscientia, ut mihi revelaret causam suæ inter celebrandum mo- F rositatis, declaravisse, quod divina benignitas ipsi se in hoc Sacramento demonstrabat, et cognoscenda dabat mysteria, qualia mortalis homo nequit intellectu suo naturaliter complecti. Ipsum enim Christum illi se exhibere in divinissimo isto mysterio, oculis corporeis spectabilem et alloquendum: quodque conspiciebat benedicta manuum ac pedum ejus nec non sanctissimi lateris vulnera, fulgentissimos versus se radios evibrantia, cum coruscatione tam gratiosa et operosa; ut sola sufficeret homini absque cibo potuve sustentando. Intuebatur sanctissimum Christi corpus, instar fulgentissimi solis, in eoque plenam atque infinitam gloriam ejus; adeo ut sentiret verissimum esse, quod Apostolus testatur, eum esse in quem desiderant Angeli prospicere: et quia in ejusmodi contemplatione totus absorptus, illuminatissimos habebat oculos intellectus; intuebatur etiam ter-sanctam Trinitatem; ipsum scilicet Deum, unum in essentia, et trinum in personis: ita ut patesceret sibi ineffabile Triados sanctissimæ mysterium; quomodo Pater produceret Filium, et uterque spiraret Spiritum sanctum.

hic vero scriptori narrat,

solitum in Hostia videre Christum,

1 Petri 1 *et multa mysteria ineffabilia:*

25 Significabat insuper mihi quomodo in Sacramento corporis et sanguinis Domini intuebatur mysteria innumera, ibique erudiebatur de cunctis quæ postea

aliasque plures gratias percipere.

A postea prædicaturus erat. Ibidem conspiciebat Angelorum choros, sanctissimam Dei Matrem, aliosque Sanctos, et cœlestia arcana, tam multa et tam magna, ut nullius hominis lingua idonea sit ipsa verbis exprimere: adeo ut prædictus P. Prior P. Martinus de Spinosa, anno MCCCLXXIX mihi dixerit hæc formalia verba: P. Joannes, declaro Reverentiæ tuæ, quod fassus mihi sit, assecutum se esse tam multa mysteria inter sacrificandum, ut præ horrore quodam sacro quasi extra me raptus, viderer mihi mortuus in terram collapsurus. Quæ omnia cum ego peccator indignissimus cognovissem, perpendens infinita et maxima beneficia, quæ mortales consequuntur Missis celebrandis vel audiendis: firmiter atque devote proposui, numquam, nisi infirmitas aliqua prohiberet, omittere Sacrum dicendum vel saltem audiendum: quod etiam auctor sim ut faciant omnes, quotquot hæc lecturi vel cognituri sunt, ad majorem Dei gloriam, solatiumque et profectum animarum.

PARERGON

B *De similibus favoribus, altari Dei servo sub Missa exhibitis, initio hujus seculi* XVII.

Jo. Sebastianus del Campo S. J.

Hactenus relata, in sequenti prolixiori Vita num. 23; confirmaturus fide dignissimo testimonio S. Thomæ de Villa-nova, volo tam insolitos Dei favores in S. Joannem, illustrare recentiori hujus seculi exemplo, quod Mathias Tannerus noster refert in opere suo postumo, de gestis præclaris et virtutibus eorum, qui e Societate Jesu, in procuranda salute animarum, speciali zelo desudarunt in Europa. Agit is inter alios multos de P. Joanne Sebastiano del Campo *Sardo, qui Sassari obiit anno* MDCVIII, *die* VI *Augusti*, magnis in omne genus hominum editis beneficiis conspicuus, *de quo Elias de S. Theresia in Legatione Ecclesiæ Triumphantis tom.* 1 *libro* 2 *capite* 31 *sic scribit;* Obiit cum certissima sanctitatis opinione; et jam tot miracula per eum Deus operatur, ut peculiari libro describenda sint. *Fecit hoc auctor Vitæ, mihi adhuc ignotæ, nec dum an typis editæ, sed a Tannero allegatæ, atque in compendium Hispanicum redactæ a Joanne Eusebio Nirembergio, inter Vitas Virorum illustrium nostræ Societatis; utique ex* juridico Processu, *quo illa*, examinata et probata sunt, auctoritate Sassaritani Archiepiscopi Andreæ Bacallar.

an. 1608 Sassari in Sardinia defunctus,

C *Quod autem huc facit sic scriptum invenio pag.* 378.

sub Missa solitus in Hostia Dominum

Orationis studium toto vitæ decursu semper illi in præcipua cura fuit, cui vel lectioni spirituali omnes diei et noctis horas, a laboribus Apostolicis et brevissimo somno vacuas, tribuebat; cœlestibus in ea illustrationibus et favoribus mire cumulatus... eoque processit cum Deo agendi familiaritas, ut sæpissime Dominus oculis ejus visendum se præberet et suavissimo colloquio dignaretur: in Missa præcipue, in qua sub Consecrationem diversis formis spectabilem se exhibebat. Dicenti aliquando Missam proxime ad aram assistens persona Deo devota, vidit illum Hostiam sacram, jam jam sumendam, digitis complexum, toto vultu incendi ac veluti extra se rapi; singultire lacrymis infundi, et toto pectore subsultare, spatio fere unius horæ quadrantis: tandemque dicentem audiit; Domine, non possum te recipere, nisi ad speciem priorem Eucharistiæ redeas: post quæ magna quiete Hostiam sumpsit, et altero horæ quadrante immotus penitus duravit. Sacro finito eadem persona, evocato ad confessionale Patri, quæ vidisset audissetque narravit: quibus ille pudore suffusus, et ex propriis verbis proditum se, ita permittente Deo, videns, subjecit; Deum infantem sibi viva specie pro Eu-

præsentem tractare, visibili specie

charistia in manibus apparuisse, dixisseque: Quare me non recipisque? ideo se respondisse; Domine, non ausim te recipere, nisi ad priorem formam redeas.

D A. J. DE SEVILIA

Alias eidem sacrificanti præsens, vidit illum post sumptam Eucharistiam a terra elevatum, atque ab ejus ore radium tanti splendoris emicantem, ut illius lucem ferre impotens oculos obtegere cogeretur: quod ipsum ubi deinde Patri retulisset, respondit, radium hunc, non ab suo ore, sed a Christi præsentis divinitate, qui splendor est paternæ gloriæ, dimanasse. Iterum vero, cum Sacrum publice in copiosa hominum multitudine, diceret; dicto ante ipsam Communionem, Domine non sum dignus, aliquamdiu suspensus hæsit: ac tum, magna omnium admiratione, subito alta voce, Jesus! Jesus! Jesus! exclamavit; subjecitque paulo post; Domine, obsecro, redi ad formam priorem; qui non sum dignus, neque possum ita te sumere. Atque ejusmodi apparitiones fuere perfrequentes, in quibus modo patientis forma, vulneribus concisus Dominus, se illi in sacra Hostia exhibebat; modo gloriosus; prout facile colligebatur ex verbis et affectibus interim in ipso notatis: tantaque luminis vis aliquando ab ejus ore, dum ad populum conversus precaretur, Dominus vobiscum, erupit; ut casula, qua induebatur viridis coloris, plane candidum videretur induisse.

eaque varia,

E

Alias vero in ecstasim sub Sacrificio abreptus, durabat in eodem pluribus horis, ut nullatenus ad sensus revocari posset; et pœnitentes, illum ad Confessionalis sedem præstolantes, domum vacuos redire oporteret. Sane a Patris morte in juridico Processu, fuere diversi jurati testes, quorum aliqui, decem et pluribus vicibus Patri sacrificanti præsentes, ejusmodi prodigiosos eventus notavere. Qui vero litanti de Societate ad altare servivere, advertebant quasi ordinarie, cum reliquo Missæ tempore senilia membra vix sustineret, a Consecratione tamen sanctissimi Sacramenti usque ad Communionem, vix summis pedibus insistere, et non raro toto corpore ab solo levari.

atque exstases sæpe diuturnas pati.

CAPUT IV.

S. Joannis viventis mortuique miracula.

26 *Perillustris Domine.*

F

Explicato modo, quo utebatur B. Joannes de S. Facundo in Missa quotidie dicenda; congruum est, ut breviter narremus aliqua miracula, quæ per ejus intercessionem dignatus est operari Deus, pro manifestanda illius eximia sanctitate, tam in vita quam post mortem. Ad eorum certiorem fidem faciendam, placebit Claritati Tuæ intelligere, de iis informatum me fuisse a fratre germano ipsius Beati, sæpe nominato Martino; qui sub jurejurando et proprio suo chirographo mihi asseruit, quod tempore pestilentiæ in Sahaguntino oppido grassantis, eadem obierat septennis quædam filiola sua: cui in lecto mortuali adhuc jacenti, cum ipse et uxor sua omnia pararent ad sepulturam, supervenit P. Joannes cum socio P. Petro de Monroy: et recta progressus ad cubiculum in quo jacebat cadaver, nulloque verbo matrem aut sorores ejus allocutus, manum defunctæ arripuit, cum eaque descendit ad locum ubi istæ plangebant. Ipse vero puellam manu ducens, cum eaque veluti sana colloquens, lugentibus dixit; Quare tantopere conturbamini? Quia parvula semel deliquium patitur, imaginamini vobis statim obiisse. Tum alia quædam ipsis dixit, et sanam parvulam restituit matri. Obstupuerunt illæ vehementer

Inter viventis miracula constat

quod neptem suam resuscitarit a morte.

A. Jo. de Sevilla.

A vehementer, utpote quæ nec locutæ prius B. Joanni fuerant, nec omnino viderant ingredientem; ipsam autem certo sciebant obiisse. Gratias ergo egerunt Deo pro tam singulari beneficio: quia nihil dubitabant, quin ad ingressum B. Joannis mortua vitam recepisset. Vivit vero etiamnum illa, nomine Isabella de Castrilio, nupta nobili Don Petro Vaca; commoraturque in domo paterna, mater unius filii ac filiarum duarum.

et paulo post, eadem in domo orta rixa,

27 Postridie Salmanticam rediturus erat B. Joannes; interim autem, dum omnes accurrunt ad videndam puellam resuscitatam, et absque noxa ulla bene valentem, coram ipso et patre suo Martino, mirantur; contigit unum ex nepotibus eorum, cui nomen Sancius de Herrezuelo, venire ad Joannem, eumque rogare ad suam quoque domum dignaretur accedere, infirmam uxorem visitaturus. Eodem quoque appulit quidam Martinus, Garcias de Guaza, nec non filius ejus Joannes Garcias de Guaza, inter quos et prædictum Sancium grande erat dissidium, propter verba quædam mutuo habita apud vicum Vilelguam, ubi insimul fuerant commorati. Hi sic fortuito concurrentes cum litem præteritam resuscitarent, adeo exarserunt animi, ut Joannes Garcias de Guaza gladium stringens, graviter læserit Sancium de Herrezuelo; et humerorum uno (B) discisso, pene brachium simul absciderit. Accurrit ad fragorem D. Martinus de Castrilio, et vulnerato Sancio volens succurrere, tam validum ictum incussit capiti Joannis Garciæ, ut gladium ægre potuerit utraque manu extrahere a vulnere, eoque in conatu ipsum Joannem Garciam pedibus suis substraverit. Tantus autem ibi erat tumultus, ut populus undique et catervatim accurreret, ad eos ab invicem separandos. Inter ceteros adfuit et Joannes a S. Facundo, chirurgum introducens, qui fuerat accersitus ad curandos læsos. Hic vulnus Joannis Garciæ inspiciens, letale omnino atque insanabile judicavit; quare sensibus destituto et extremum spiranti caput linteo circumligare satis habuit, dicens: Huic nihil faciendum est: ecce moritur: cogitate solum de ejus sepultura.

amicum, a fratre ejus letaliter vulneratum sanaverit,

ipse vulnus curans.

28 Digresso igitur populo, aut circa Sancium occupato, solus cum moribundo relictus noster B. Joannes, cum capillos circum vulnus rescidisset, ipsumque oleo linivisset, rursum firmiter circumligavit linteo caput, itaque dimisit; læso nihil unquam locuto, usque ad diem alteram, quando re(C)gressus B. Joannes ad illum est, et denuo vulnus curare cœpit. Tum Garcias dixit; O sancta Maria! ubi fui? nec verbum ultra addidit. Perseveravit vulnus quotidie curare B. Joannes, sicut cœperat; et intra octiduum perfecte sanavit Garciam, qui etiamnum vivit incolumis. Chirurgus, qui Judæus erat, et omnino præter naturam fuisse curationem judicabat, ac meritis servi Dei Joannis divinæque potentiæ unice adscribendam; penes se statuit Catholicam Romanam Religionem amplecti. Dominus autem Martinus, utrumque miraculum, tam in filiolæ suæ resuscitatione, quam in Joannis Garciæ curatione patratum, sicuti suis oculis vidit, ita juratus confirmavit. Plura etiam alia miracula omnipotens Deus est operatus, ad intercessionem B. Joannis, adhuc mortalem hanc vitam ducentis; quæ Claritati Tuæ narrare prætermitto, ne longior sim in hac succincta informatione. Firmiter autem constitui plenius cuncta digerere, in alia ampliori relatione mirabilium ejusdem B. Joannis de S. Facundo.

teste utriusque miraculi eodem fratre

29 *Perillustris Domine.*

Relatis quæ vivus Joannes patravit mirabilibus, venio ad enarranda Claritati Tuæ, quæ misericors (D) Deus fieri voluit ad illius sepulcrum. Ut ergo omnibus innotescat, quam sancte in hoc seculo vixerit Joannes, quantumque eum dilexerit Deus, et quid apud eumdem nunc idem possit; deinde ut ejus auxilio juvari mereamur, et desiderata obtinere divinitus; denique ut ad Dei laudem ac famulatum fideles efficacius excitemus, promoveamusque Christianorum Catholicorum devotionem, nec non eorum omnium qui per gratiam sancti Spiritus intendunt obedire sanctæ Matri Ecclesiæ, suscipiendo baptismi sacramentum per fidem, itaque stabiliendo sibi sedem in regno cœlorum; hic declaro, quod noster B. Joannes de S. Facundo ingressus est Ordinem Eremitarum S. P. N. Augustini XXVII Junii, an. MCCCCLXIII; in eoque professus est die XXVIII Augusti MCCCCLXIV, in festo ejusdem sanctissimi Patris, cum Prior Salmanticensis Conventus esset P. Joannes de Salamanca, et Magister Novitiorum P. Joannes de Arenis: qui ambo illius Professionem exceperunt. Vixit autem in nostra Religione ad sedecim *a* vel septemdecim annos; quando evocante ipsum Domino, ad bonorum suorum operum mercedem in cœlesti gloria recipiendam, excessit e vita XI Junii, in festo S. Barnabæ, anno MCCCCLXXIX. Placuit autem Deo illius pretiosam mortem statim honorare et notam facere mirabilibus grandibus, ejus intuitu factis.

Joannes, actis in Religione annis 16,

moritur 11 Junii 1479

a

30 Cum enim Salmanticæ et circum illam pridem (E) non pluisset, atque ideo multæ peregrinationes supplicationesque publicitus essent institutæ; eodem quo Beatus obiit momento, tam copiosus imber descendit, ut cives omnes conclamarent; B. Joannes de S. Facundo hanc nobis pluviam de cœlo impetravit. Religiosi autem nostri, firmiter etiam persuasi virum sanctum fuisse, sepelierunt eum ante chorum *b* majorem ecclesiæ suæ: et continuo cœperunt incolæ accolæque in suis necessitatibus eo accurrere, adferentes vel adducentes ægros suos. Hinc tantum increvit popularis devotio, ut cœperint ornando eidem sepulcro adferre linea, in quibus terra inde accepta abstulerant, ad remedium febrium aliorumque morborum. Id licet illi per novem aut decem annos facere perseverarent, neque cessaret omnipotens Deus per merita servi sui Joannis plurimos curare a suis infirmitatibus, præsertim herniosos ac febricitantes; nos tamen haud magni id faciebamus. Imo, cum unus Religiosorum nostro(F)rum, Joannes de Alcaraz nomine, solitus egredientem domo comitari, eique post mortem pie affectus, istiusmodi eventus cœpisset litteris consignare, et operam suam commodare prædictis lineis ad sepulcrum appendendis; temeritatis eum arguebamus.

Secuta mox est desiderato diu pluvia,

b

et terra sepulcri medetur morbis

31 Verum cum nollet Deus, tantarum virtutum excellentiam diutius occultari, sed notam omnibus conspicuamque reddere decrevisset; ejus providentia factum est, ut, me Prioratum Conventus Salmanticensis sustinente, et *c* die quodam Sabbati, in Vigilia SS. Apostolorum Petri et Pauli, anno MCCCCLXXXVIII, cum nostris Religiosis Completorium in choro canente; ad initium primi Psalmi, Cum invocarem, accurrit ad me lacrymantibus oculis unus Fratrum nostrorum, Hermandus de Salamanca, tunc Ostiarius conventus, et in eo defunctus intra annos MDIII et IV, dixitque: Pater, Reverentia vestra rogatur confestim descendere; plena est enim ecclesia populo, alloquium vestrum expectante. Descendi igitur, comitantibus aliquot Religiosis: visaque conferta ibidem turba, mediam omnium reperi puellam nomine Beatricem, annorum circiter viginti trium, filiam Joannis de Curva et Violantis de Sese, civium Cuellariensium *d*; quæ Alburquerka advenerat,

An. 1488 incipiunt notari miracula.

c

d

A advenerat, manum dissolutam et inutilem habens, ut ad sepulcrum beati viri sanitatem consequeretur : vix autem illuc intromiserat manum, cum statim sese curatam sensit. Contigit autem, ad tantæ rei confirmationem, pariter istic inveniri tres Apostolicos Notarios, Gasparem Lopez de Gricio, postea Secretarium nostri clementissimi Regis ; Andream Toro, Presbyterum et Capellanum ecclesiæ S. Pelagiæ ; et Joannem Diaz de Santilliana : quos requisivi, ut vellent esse testes miraculi, in prædicta filia facti : qui statim omnia disposuerunt ad legitimum instrumentum desuper conficiendum.

cum 27 Junii curata esset manus puellæ,

32 Adjurata igitur de veritate dicenda, pro tali deposuit, causam sibi veniendi ad sepulcrum B. Joannis de S. Facundo fuisse ; quod existens in castro Alburquerkæ, cum Ruiteria de la Cueva, filia Sancii Perez de la Cueva, gubernatoris loci istius XIX Octobris MCCCCLXXXVII ; in manu sinistra senserit gravissimum cruciatum, cum nervorum contractione, qui manum ipsi concluserant in pugnum et ad omnia inutilem reliquerant ; sic ut aperire illam nullo modo valeret, et excrescentes ungues palmam penetrarent ; unde eadem manus intra octiduum adeo nigra et deformis apparuit, ut ab ea jam putrescente B gravis fœtor absisteret : Chirurgos autem quantacumque adhibita opera nullum ipsi remedium facere potuisse ; tamdemque re desperata dixisse, mortalium neminem, sed Deum solum posse illi subvenire. Deposuit etiam quod in isto castello multæ personæ fuerint infirmatæ, interque eas filia ipsius Gubernatoris : de cujus sanitate consulti medici, cum desperatam haberent, famulorum suorum unum Salamanticam properare jusserit pater, indeque adferre aliquantum de terra sepulcrali. Quem famulum ego ipse vidi ; rogantemque ut mandarem aliquid sibi dari de dicta terra, voti sui compotem remisi. Hoc autem celeriter Alburquerkam regresso, imposita est terra ægris omnibus, ipsiusque Gubernatoris filiæ ; et omnes sanitatem mox receperunt.

misere contracta 19 Octobris prioris,

post multos Alburquerkæ sanatos

33 Hoc viso, vovit eadem deponens devote accedere per seipsam ad sepulcrum B. Joannis de S. Facundo : seque dans in viam, advenit Salmanticam XXVIII Junii, *e* in Vigilia Sanctorum App. Petri et Pauli, uti supra dictum est : ac mox ecclesiam nostram ingressa, manum totumque brachium demisit in sepulcrum ; recitansque in honorem Domini Salvatoris nostri ter Pater noster et Ave Maria, inter orandum sensit magnum calorem serpere per manum et brachium : quibus ad se retractis aperuit C manum, eamque invenit prorsus sanam ac mundam suaveque olentem. Quam manum et ego et circumstantes omnes vidimus, servantem in vola vestigia unguium, antea profundius eidem infixorum. Hujusmodi infirmitatis et sanationis testes fuerunt, Bacalaureus Alphonsus de Algava, qui prædictam puellam sua chirurgica arte conatus fuerat juvare ; frater item ipsius puellæ Joannes Emmanuel, Guiomarus de la Torre, et Agnes de Olivares, qui cum ipsa venerant ad sepulcrum. Cumque coram prænominatis tribus Notariis solennis Actus confectus esset, compulsatis campanis omnibus, decantatum est Te Deum laudamus, in gratiarum actionem, pro tam singulari beneficio, per omnipotentem Deum præstito, meritis B. Joannis de S. Facundo.

cum vovisset per se ad sepulcrum venire, *e*

et huic manum contractam imposuisset

34 Postridie, videlicet XXIX Junii MCCCCLXXXVIII, coram subscriptis Notariis, Gaspare Lopez de Gricio, Joanne Dias de Santiliana, et D. Antonio de Roxas, Sacellano Regis atque Procuratore Illustrissimi D. Episcopi Salmanticensis *f*, nunc Granatensis Archiepiscopi, una mecum congregatis in majori choro ecclesiæ nostræ, vidimus introferri uxorem Consalvi Molitoris, impositam feretro ; unde portitores eam deposuerunt, cum tibia *g* fracta, tantisque doloribus ut commovere se nullatenus posset. D Ea a nobis interrogata est, fassaque se, prius quam huc adferretur, sacramenta Confessionis atque Communionis suscepisse. Tum præsentibus nobis dimissa intra sepulcrum B. Joannis, extracta inde est ex integro sana ; et vidimus eam, uti et infinita quæ aderat turba, recte gradientem ambulantemque, sine ulla prorsus claudicatione. Id quod, coram prædicto Procuratore seu Administratore D. Antonio de Roxas, in acta referri a prædictis Notariis jussi, et scripto firmati.

29 Junii redintegratur ibidem tibia fracta. *f* *g*

A. JO. DE SEVILIA.

ANNOTATA D. P.

a *Imo, quindecim vel sedecim : nam a* 27 *Junii* 1463 *ad* II *Junii* 1479 *numerantur præcise anni* 15, *menses* II, *dies* 15.

b *Antolinius :* In loco conspicuo ad finem ecclesiæ, ubi hodiedum sepultura ejus honoratur.

c *Anno* 1488, *currente littera Dominicali E, festum Apostolorum cecidit in feriam* 2, *adeoque Vigilia eorum in Sabbatum.*

d Cuellar, *diœcesis Segoviensis oppidum, inquit Marius, distat Salmantica a leucas fere* 30.

e *Perperam hic ab Interprete Belga, prioris sui* E *textus oblito, notatus erat* die Mercurii, *pro* Sabbato *supra indicato.*

f *Sic etiam apud Antolinium legitur : Avila tamen in Salmanticensibus, ignoravit hujus temporis Episcopum : certe non alium nominavit ipse, et hunc secutus Tamayus ad* 13 *Maji, quam Oliverium Cardinalem, ab an.* 1480 *quo Gondizalvus Viverus obiit, usque ad* 1491, *quo Didacus Valdes cœperit Salmantinam Ecclesiam absens regere, anno proximo factus etiam Episcopus Zamorensis. Hic autem an.* 1506 *Romæ defunctus est, nec unquam Granatensis Ecclesiæ titulum tenuit ; Oliverius vero, licet forsitan ad eam nominatus a Pontifice, nusquam probatur inivisse ejus tituli possessionem ; neque Tamayo inter Archiepiscopos Granatenses ad* 17 *Augusti notus est : Ferdinando etiam Ughello tom.* I *Italiæ sacræ, solum innotuit ut Cardinalis Episcopus Sabinensis. Eatenus certe inauditum Hispanis fuit (quod ipsemet observat Avila) Episcopos Roma mitti, et quidem alienigenas, qualis erat Oliverius, natus Neapoli, quod regnum Ferdinando Catholico primo acquisitum fuit anno* 1503. *Interim irrefragabiliter hic habemus, pro anno* 1498, *quo scripta hæc sunt, Archiepiscopum Granatensem ; talis autem post urbem a Mauris receptam an.* 1492, *ut supra dictum est, nullus nominatur a Tamayo, nisi* D. Ferdinandus de Talavera, *primus in ordine Archiepiscoporum, qui* F *ex Monacho Hieronymiano factus Catholicorum Regum Confessarius, deinde Abulensis Episcopus fuerit : quidni autem et Salmanticensis usque ad annum suæ ad Granatensem Sedem translationis, quando Didaco Zamorensi Episcopo Salmanticensem titulum cesserit ? Salmantica certe haud multo longius Abula distat quam Zamora, et cum utraque triangulum facit, ut uni æque commode ac alteri potuerit conjungi : præsentia autem Procuratoris indicat absentiam Episcopi alibi residentis.*

Episcopus Salmantic. ab an 1480 ad 1495

non Oliverius Card. qui numquam id fuit ;

sed Ferd. de Talavera, qui et Abulensis, et postea Granatensis

g *Antolinius, ad Molendini rotam id accidisse, ait.*

CAPUT V.

Reliqua pars veterum miraculorum.

35 *Perillustris Domine.*

Inter alia plura mirabilia, quæ acciderunt ad sepulcrum nostri B. Joannis de S. Facundo, est, quod XV Julii MCCCCLXXXVIII illuc venerit quidam Bernal a Sogerus, annos natus XXV, surdus ac mutus ; seque

15 Julii loquela et auditus redduntur ;

que demitti faciens intra sepulcrum, auditum et loquelam perfectam *b* recepit. Testes fuerunt Petrus de Canecia, Joannes de Flores, et Michael de Madrigali : relatumque id in scripta est a Joanne Dias de Santiliana, et Ægydio Fernandez de Tapia, ambobus Notariis ac civibus Salmanticensibus : qui propria manu omnia consignarunt.

A JO DE SEVILIA

erigitur puella nativitate clauda, 8 Julii,

36 Vidimus similiter, Perillustris Domine, venientem puellam nomine Sanciam, famulam Joannis de Salamanca, Zamoræ natam, annorum circiter viginti duorum ; quæ a nobis interrogata deposuit, quod a nativitate clauda maleque formata, sic ut luxatis lumbis erigere ipsa sese non posset, sed proreptare per humum cogeretur, cum ineffabili cruciatu ; quæ die lunæ VIII *c* Julii MCCCCLXXXVIII imposita sepulcro B. Joannis nostri, coram nobis apparuit perfecte sanata ; testibus Antonio de Paredes, Alfonso de Ducenas, Bernardino de Paredes Canonico, et Catharina de Carvajal Zamoræ commorante.

6 Aug paralyticus quinquennio,

37 Pari modo, Domine Perillustris, die Mercurii *d* VI Augusti, ejusdem anni MCCCCLXXXVIII venientem conspeximus Joannem de Mondragon ; qui B examinatus juravit, quod totis quinque annis, brachiis, manibus, cruribus, ac pedibus mancus *e* nusquam progredi potuerit, nisi modicum valde, idque per maximos cruciatus : qui similiter intra sepulcrum nostri B. Joannis plenam recuperavit membrorum omnium valetudinem. Qui eum antea impotem, et postea absque ullo defectu valentem conspexere, Franciscus de Victoria et Petrus de Mondragon fuerunt. Cujus miraculi fidem manu sua signavit Notarius Don Dias de Santiliana.

et puella ab annis 30,

38 Iterum, Perillustris Domine, ipso eodem die, Agnes, filia Roderici Alphonsi civis Garrovillani, annorum circiter triginta, clauda nata et paralytica, ita ut ægre manus aut pedes, vel aliud quippiam membrorum commoveret ; integram obtinuit sanitatem intra sepulcrum B. Joannis nostri, coram Alphonso de Villegas, Francisco de Vergara, Gonzalvo et Antonio ambobus filiis Didaci Alfonsi, civis et mercatoris Salmanticensis. Cumque illa jurata affirmasset, omnia sic se habere ; descripta res fuit a Joanne Dias de Santiliana Notario sæpedicto : quique sicut etiam ipsemet viderat, ita manu sua signatum reliquit.

aliaque 13 Augusti,

39 Insuper, Perillustris Domine, die Mercurii XIII Augusti MCCCCLXXXVIII, ad diem sepulcrum allata Helena, filia Michaelis Uaquerii, incola Fun- C telapeniæ, nuper defuncta ; testata est, se plenam obtinuisse totius corporis sanitatem, quod antea movere non potuerat nisi manibus ac pedibus reptans, quia sic debilis nata erat, et manus ipsas semper clausas habuerat. Id quod cum ipsamet puella testati sunt Alfonsus Vaquerus, Rodericus Gayterus, et Joannes Longus *f* : et coram me in Acta relatum fuit, ab eodem Notario Joanne Dias de Santiliana, anno mense et die præmemoratis.

25 Julii resuscitatur puer a tauro obtritus,

40 Eadem ratione, die Veneris XXV Julii MCCCCLXXXVIII, venire conspeximus, in comitatu multorum hominum, Thomam inquilinum Palentiæ de *g* Nigrella, ferentem ad nostri B. Joannis sepulcrum, parvulum filium, Andream Sico, veluti mortuum et absque ullo vitæ signo : super quo adjuratus pater puram putam dicere veritatem, deposuit, quomodo die Lunæ præcedenti, quidam Alfonsus, filius Christophori Sanctos, carrum frumento *h* onustum minans, ipsum puerum a tauris conculcatum pertransierat, et a rotis prorsus contritum reliquerat ; viso autem casu confugerat ad ecclesiam. Hoc intellecto dixerat Thomas patri Alfonsi, non esse quod filius ejus azylum quæreret ; se namque ei condonare imprudentiam commissam : mox autem commendavit parvulum S. Mariæ ac B. Joanni a S. Facundo ; et D statim respirans puer, aperuit oculos, loqui tamen non poterat. Tum ipse et uxor ejus attulerunt parvulum ad sepulcrum Beati : ubi perfectissime sibi restitutus, a me innumerisque aliis visus est ambulare per claustrum, loqui libere, et comedere. Testes tam mortis quam resurrectionis prædictæ fuerunt prædicti Christophorus Sanctos, Alfonsus filius ejus, et pater pueri Thomas ; insuper firmata res tota est chirographo præcitati Notarii, Joannis Diaz de Santiliana.

et alius paralyticus

41 Accidit etiam, Perillustris Domine, me prope adstante, ut visus fuerit plene sanari Joannes Fernandez, filius Petri Fernandez, Almeidæ commorantis : qui tam debilis natus erat, ut pedes post se trahere cogeretur, brachiorum autem unum nullatenus valeret attollere. Quod ita verum esse testata est Catharina Ruiz, mater prædicti Joannis Fernandez, et incola quidam pagi Almeidæ, similiter Joannes Fernandez nuncupatus : ipsumque insigne ac prorsus divinum miraculum manus suæ subscriptione firmavit jam sæpe dictus Joannes Dias de Santiliana Notarius.

22 Julii crus aridum ab an. 20,

42 Placuit etiam omnipotenti Deo, Perillustris Domine, per interventum B. Joannis donare integram sanitatem, XXII Julii ejusdem, cuidam Fran- E cisco Bollono, ex Bustillo Taurensis oppidi vico : qui viginti annis sinistra coxendice debilis, *i* crus etiam totum aridum portabat. Hic cum in nostra ecclesia suscepisset Pœnitentiæ et Eucharistiæ sacramenta, sanus domum rediit; et sanitatis suæ testes habuit D. Petrum Sanchez Presbyterum, et Petrum Rodriguez Bustilii inquilinos, cum innumeris qui aderant personis. Fidem vero omnium publicam fecit Notarius jam sæpe nominatus, Joannes Dias de Santiliana.

Auctor oculatus testes,

43 Hæc et alia complura similia miracula, Perillustris Domine, opera est divina clementia, propter merita B. Joannis de S. Facundo; præter innumerata alia, quæ defectu fidei Notarialis non sunt certificata ; ego tamen ipsa oculis meis vidi, et requisitus potero jurejurando affirmare. Fuerunt autem eorum multa, valde stupenda in conspectu hominum. Certe vidi ego hominem, circiter quadragenarium, qui uno oculorum prorsus extincto, cum preces suas ad Sanctum fudisset, et modicum terræ, ex ejus sepulcro sumptæ, aqua benedicta maceratum, oculo suo allinisset ; non potuit tolerare provenientem sibi exinde dolorem. Eductum ergo sacco sudarium imposuit oculo sic humectato ; cui cum lutum istud adhæsisset, pariter cum eo abstraxit F quidquid carnis et pilorum oculo supercreverat, tamquam si agglutina linteo fuissent ; et utrimque se clare intueri omnia miratus est. Quod ego videns cultrum sumpsi, et eam partem sudarii præscidi, cui vitiosa caro cum pilis adhæserat ; atque in memoriam facti apposui aliis B. Joannis nostri Reliquiis.

illuminati cochlis,

44 Vidi etiam feretro impositum, ad Beati sepulcrum apportari, virum circiter quinquagenarium ; qui totis triginta annis adeo debilis fuerat in manibus, pedibus atque corpore toto, ut nec caput quidem movere posset. adeo ut necesse duxerimus totum ei sepulcrum aperire, hominemque asseri impositum per duos funes illuc intromittere, cadaveri omnino similem, utpote aridum totum et flaventem, tantum pellem ossibus super indutum. Tum dixi; Volo hinc abire; neque enim mereor tantum miraculum intueri ; meque recepi extra ecclesiam. Vix claustrum ingressus eram, cum audivi ingentem strepitum conclamationemque : quando cursim assecuti me qui præmissa verba dicentem audierant, oraverunt in ecclesiam ut redirem : miserum

sanati per annos 30 paralytici,

A serum enim illum absque ulla morbi specie sanum assistere. Regressus igitur inveni populum omnem, dimissum in genua, junctis manibus et oculis lacrymantibus; vidensque hominem ambulantem per ecclesiam, et manibus in cœlum erectis Deo gratias agentem; totus animo consternatus, nescivi quid aliud facerem, quam ut ipse etiam genua flecterem, et Deo cum ceteris agerem gratias. Hunc autem mirabilem eventum, non ego solus, sed innumeri homines viderunt mecum, qui in memoriam facti litteris hæc signavi.

visus cæco nato dati,

45 Vidi etiam ad idem sepulcrum adduci plenamque videndi facultatem donari puero duodenni, qui cæcus natus fuerat. Similiter coram D. Gondisalvo de Mercado Ducis Alburquerkæ avunculo, multaque alia Nobilitate, vidi ad idem sepulcrum, sub decimam vespertinam, venire puellam circiter vicennem, uno oculo cæcam; et utroque bene videntem redire: super qua re cum rigide examinassemus puellam, comperimus ita fuisse ut dicebat.

et oculi puellæ.

ANNOTATA D. P.

D

a *Idem, omisso nomine, patriam indicat Madrigalem; et notat tunc fuisse* diem Mercurii: *sed debuit notasse* diem Martis, *quia ut dixi, currebat littera Dominicalis E; anno autem præcedente, quo currebat littera D, necdum cœperant notari miracula.*

b *Idem addit, quod* sentiens magnum in auribus strepitum, mox cœperit exprimere quæcumque alii præibant verba, specialiter autem Ave Maria.

c *Vel* 9 Julii *numera, vel nomina diem* Martis, *ob causam jam dictam.*

d *Imo* dies Veneris *fuisset.*

e *Antolinius addit* etiam cæcum *fuisse;* brachia autem ejus pectori, talos natibus adhæsisse, ac digitos palmæ.

f *Idem addit testes mulieres, ex Vadillo, Lamonensis territorii pago, natas; quæ infelicem illuc ex compassione adduxerant.*

g Tribus Salamanca *leucis, inquit idem.*

h *Et addit* carrum onustum *fuisse* sedecim cum dimidio Hanegis avenæ. *Est autem* Hanega *mensura equi valens Minæ Parisiensi, id est parti 24 modii, sive dimidio sextario.*

i *Ait idem etiam* coclitem *advenisse, et affrictu terræ sepulcralis extincti oculi lucem accepisse.*

C

EPILOGUS.

Protestatur Auctor hæc a se scripta

Quæ omnia, Perillustris Domine, quamvis prolixitate sua molestiam allatura, volui brevi huic relationi inserere; ut Claritati tuæ innotescerent parentes, natales, vita sancta, et mirabilia Beati nostri Joannis a S. Facundo, quæque per eum dignatur Deus quotidie facere, ad demonstrandam eximiam illius sanctimoniam, ut famuli ejus magis accendantur ad ejus amorem, fides autem Catholica in cordibus tepidorum ac languidorum Christianorum confirmetur; imprimis vero, ut super omnia laudetur Deus, eique ab omnibus suis creaturis serviatur: ad laudem etiam aliquam sanctæ nostræ Religionis Eremitarum magni Patris Augustini, ex qua tales ac plures alii sancti viri processerunt. Denique ut divulgatis eorumdem operibus admirandis, Claritas Tua velit se mediatorem efficacem constituere, adhoc ut noster B. Joannes, per universam militantis Ecclesiæ Christianitatem, colatur pro Sancto; ipsaque eum pro se habeat intercessorem, una cum ceteris ipsum honoraturis et invocaturis ut Patronum. Quatenus tali patrocinio fulta in cœlis Claritas tua, prosperetur in omni actu suo, ad majorem æternæ majestatis gloriam, salutem animæ suæ, defensionem sanctæ Matris Ecclesiæ, honorem Hispaniarum, et numquam satis laudatæ Cordubensis civitatis, in qua nata est Claritas tua. D

ut legentes ædificentur

et Beati tutelæ se committant:

... Sevilia

46 Insuper hæc omnia enarravi ad laudem, honorem, gloriam et triumphum potentissimi et clementissimi Regis Ferdinandi Catholici, a quo Claritas tua Romam mittitur ad Apostolicam Sedem, ad solicitandam ibidem et impetrandam Beatificationem Patris nostri Joannis de S. Facundo: quæ res non aliud Excellentiæ tuæ poterit adferre quam æterni nominis celebritatem, cum toti Nobilitati positus sic fueris in exemplum ejusmodi piorum operum prosequendorum; ut tua sectantes vestigia, mereantur fieri participes coronæ, quam in æterna secum gloria misericors Deus tuæ Claritati præparavit, una cum interminabilibus bonis, quæ nec auris audivit, nec oculus vidit. Quorum omnium principium misericors Deus, per infinitam gratiam suam, dignetur largiri Excellentiæ Tuæ, etiam in præsenti vita, mortali quidem, sed longa, sana ac sancta; consummationem vero, in futuro sine fine seculo, per gloriam æternam. Placeat igitur gratanter acceptare affectum meum, in hac brevi relatione declaratum; nec despicere simplicem, inornatum ad verbosum nimis stylum; sed æqui bonique consulere, pro ea qua Ordinem nostrum beatumque Joannem prosequeris benevolentia; ut per scriptionis meæ rusticitatem et inconcinnitatem non impediatur id quod intendo; nec mora objiciatur canonizationi ejus, quo præcipue fine induci me sivi precibus prænominatarum initio Religiosarum duarum, ad describendam hujus Beati vitam. E

ipse vero Albanus negotium Canonizationis

efficacius promoveat

petitque ruditatem styli sui excusari

ALIA ACTA

Ad vitæ antiquioris Supplementum, ex posterioribus ejus Scriptoribus collectum.

Ne secuturum Collectionis prætitulatæ contextum identidem oporteat interrumpere, allegandis ad singula puncta Auctoribus, unde Supplementum hoc collegimus, ipsos in Commentario prævio nominatos, charactere Romano * *notabo in margine, per litteras cognominum initiales. Itaque* Ant. *Augustinum Antolinium;* Mar. *Petrum Marizium;* Val. *Jacobum Valaurium, meum nomen consuetæ litteræ* D. P. *indicabunt. Tuum erit, lector, pro eo certioris notitiæ gradu, quo singulos collocandos monui in prævio Commentario, relata ex illis æstimare, cum agitur de Actis in Vita; de ceteris scribentes singuli, utpote de rebus sui temporis, fidem et quidem summam merentur. Numerus unicus Caput notabit; cum duplex ponetur, primus partem vel librum signabit: nam Marizius et Valaurius ita dividunt.* F

CAPUT I.

Prior Sancti vita usque ad votum ineundæ Religionis.

Qua Legionensis diœcesis Campestria rivulus Cea irrigat, jacet oppidum, a S. Facundi vetusto monasterio nomen nactum, ut Sahagun quasi Sant-Hagun nominetur vulgari dialecto; dum F in H, C in G mutatur: uti in Ahogar, Suffocare. Hic anno MCCCCXXIX natus S. Joannes, pro more inter Ecclesiasticos tunc familiari, deposito gentilitio Castrilii cognomine, cum veste Clericali cognomen etiam inde sumpsit; et addito sanctitatis titulo cohonestavit, dum S. Joannes a S. Facundo dicitur. Ibi, sub cura Benedictinorum eo loci Monachorum, Latinas litteras didicit: ibi etiam in Artibus studuit, quas nunc Philosophiæ nomine complectimur. Posito

D. P. Cognominis Sahajun ratio

A. D. P.
EX VARIIS
Mar. 1, 6
ætas cum Presbyter ordinaretur.

A sito deinde, quem ipsi obtinuerat pater suus, Dornellensis Parochiæ titulo, in familiam Alphonsi de Carthagena Burgensis Episcopi transiit, per intercessionem cujusdam sui avunculi, præfato Episcopo utilissimam gratissimamque operam navantis, in munere œconomi, commendatus ascitusque in familiam, jam circiter vicennis: et congruum sacris Ordinibus ætatem assecutus, factus est Presbyter, sexto postquam Burgos venerat anno; tanto sui ordinatoris favore, ut et Primitiis præsens assistere, et Neomystam voluerit mensæ suæ, nuptiali illo die, adhibere convivam. Contulit ei inde beneficium quoddam in Tannebuis, et in ipsa ecclesia Cathedrali Canonicatum. Sed hic inferioris ordinis fuerit; jam enim ex Vitæ scriptore didicimus, proxime vacaturum (utique ex majoribus) oblatum fuisse, si in Episcopali obsequio manere voluisset. Abbas quoque S. Facundi eidem contulisse dicitur opulentum Rectoratum, cum duabus tunc forte vacantibus Capellaniis, in oppido Sahaguntinensi, quarum ad ipsum spectabat collatio, et fructus percipere Joannes posset, substitutis pro se earumdem administris.

Mar. ib.

Exercitia pietatis in Curia.

Mar. ib.

B 2 Cum hujusmodi subsidiis gradum in Episcopali Curia sibi attributum sustinens; quantum per occupationes licebat, intendebat exercitiis pietatis, inter quæ erat frequentius visere miraculosam Christi crucifixi imaginem, cui in ecclesia Augustinianorum Fratrum altare proprium erat. Crucifixi istius historiam et miracula licebit apud Marizium legere, a pag. 41 ad 82 prolixe deducta. Huc solum spectat, quod aliquando contigit, orante coram pia illa imagine Joanne, sanitatis obtinendæ causa, novemdiali religione ibidem, perfungi paralyticum quemdam pauperem: cujus sinceram fidem ex precandi instantia æstimans Joannes, cœpit orationi ejus etiam suas preces ad eumdem finem impensius conjungere; et meruit exaudiri. Subito enim ex toto persanatum sese sentiens infirmus; furcillas quibus innitebatur abjecit, multum ad ejusmodi spectaculum exhilarato Joanne. Ille vero ipso in loco recipi ad Ordinem petiit, ut benefico sibi Crucifixo ibidem perpetuam serviret servitutem. Quæ res Joanni magnos addidit ad intendenda studia pietatis stimulos: quibus quanto magis afficiebatur, tanto minoris incipiebat mundana omnia facere, nihil tamen inde remissior ad obsequia sui Prælati.

Val. 1, 7
et conversatio plena ædificationis.

3 Ad Missæ sacrificium prolixe se præparare solitus, omnique contentione animi illi se applicare, ab altari se recipiebat ad chorum consuetamque C Psalmodiam; sub qua magnæ omnibus erat ædificationi. Inde, ut erat humillimus, libentius se transferebat ad pauperum ministeria, quibus et de suo, et de Domini sui proventibus subveniebat liberaliter. Simili cum caritate consolabatur infirmos, et in istis sic erat, ut sua eum necessitas non nisi sero ad frugalem corporis refectionem adduceret. Hoc vero nequaquam tractabat blande; sed ciliciis, flagellis, jejuniis ac vigiliis subigebat; quibus lassatus nudæ incumbebat humo, saxum aliquod capiti supponens. Diurnis occupationibus libenter subtrahebat aliquid temporis legendis libris spiritualibus: regressus autem vesperi ab episcopio, de rebus sacris ac devotis conferebat cum familia, deinde bonam noctis partem in cubiculo dabat orationi, Scripturisque sacris vel moralibus evolvendis. Inter quæ ita placebat Domino suo, ut hic, de eo quasi gloriabundus, sæpe diceret; Habeo in obsequio meo hominem sanctissimum; in quem numquam obtutum figo, quin ad ejus venerationem interius me sentiam commoveri. Et vero si Regi honorificum est ad obsequia sua habere Magnates, quanto felicior eo Prælatus is est, in ministerio habeans magnum aliquem Dei famulum; cum Deo servire, D regnare sit?

Mar. 1, 6

Recusat oblatam hereditatem avunculi

4 Erat in ejusdem Episcopi obsequio, ut dixi, etiam avunculus ejus, seu potius novercæ frater. Hic cum mori se videret, nepotem voluit bonorum suorum omnium heredem instituere. Verum incunctanter recusavit Joannes hereditatem admittere, illumque rogavit, ut eam dotandis sororibus suis adscriberet, quod et factum est. Voluit autem Episcopus, qui defunctum diligebat, omnes curandi funeris sumptus in se suscipere: nec aliud oneris nepoti relinquere, quam ut in exequiis illius funebrem pro concione haberet orationem. Hoc vero ei ita successit, ut quantus deinde futurus esset divini verbi prædicator, satis appareret: nam ad eloquentiam ei naturalem jam tum accesserat haud parum scientiæ theologicæ, crebra bonorum auctorum lectione acquisitæ. Mortem istam mors patris excepit intervallo haud longo: cujus causa profectus in patriam, cito etiam extulit novercam: et justis utrique persolutis Burgos rediit, certus expedire se beneficiorum ecclesiasticorum vinculis, quibus gravari se, non sublevari existimabat in studiis virtutis et litterarum sacrarum. Voluntariam ergo paupertatem fundamentum sumpsit apostolicæ quam E meditabatur vitæ, exorsus Burgis prædicare in eadem S. Agathæ ecclesia, in qua tenue beneficiolum sibi reservaverat.

et in ejus funere habet orationem;

patre et no[illegible]ibus, beneficia ecclesiastica abdicat.

Burgis abit Salmanticam

civilibus dissidiis turbatam;

5 Quamdiu sic privatim sibi vixerit non facile est definire, dum non præcise constat de anno quo Burgos advenit, neque de ætate quam inde extulit: virilem tamen hanc omnino fuisse, certe minime juvenilem, jam satis probatum existimo et probabunt porro quæ Salamanticæ egit: huc enim illum divina quædam vocatio adduxit, eo tempore, quo civitas tota ardebat dissidiis exitialibus, ex causa duorum nobilium fratrum de familia Monroya, in litigio quodam cæsorum ab amicissimis suis ex gente Manzana, duobus similiter fratribus. Rem ab ovo deducit Marizius a pag. 90 ad 97; Regumque Henrici III, Joannis II, et Henrici IV socordiæ imputat, gliscenti indies magis magisque sanguinolento malo nullum remedium positum fuisse, per annos circiter sexaginta. Ceteri scriptores, ea re prætermissa, unanimiter censent divino omnino consilio factum, ut tali tempore veniret Salmanticam Joannes, futurus civitati Angelus pacis. Delegerat is sibi hospitium circa parochiam S. Sebastiani; ubi cum eum invenissent aliqui, qui Burgis audierant prædicantem; rogaverunt, ut istic quoque vellet dicere in festo ipsius Sancti tutelaris, die F XXIV Augusti. Paruit rogantibus; et præsentes habuit Rectorem et Collegiales S. Bartholomæi: quibus cum apostolicus dicentis zelus et ædificativus plurimum sermo vehementer placuisset; oraverunt ut suo cœtui adjungi vellet, iisdem quibus illi commoditatibus ad studia quiete prosequenda fruiturus, futurusque ipsis pro Capellano domestico.

Avila.
incipit dicere ad S. Sebastiani,

adsciscitur in Collegium S. Bartholomæi,

Ant. 9

an. 1450 receptus ibi Capellanus

6 Fundaverat Collegium illud, pro quindecim Studentibus duobusque Capellanis, anno MCCCCX Didacus de Annaya, tum adhuc Conchensis Episcopus; et postea Archiepiscopus Hispalensis ipsum opulentius dotaverat, optimisque legibus sic adstrinxerat, ut cum rerum temporalium abundantia, videretur evangelica paupertas teneri, qua nihil est ad animorum conjunctionem studiorumque exercitationem conducibilius. Etenim neminem istic admittendum constituerat fundator suus, cui major summa annui reditus suppeteret, quam viginti florenorum Aragonensium; quam tamen summam mutatus monetæ valor, ex auri argentique abundantia, suasit primum ad centum, mox etiam ad ducentos Ducatos lxare, teste Vergara: qui recepti istic Joannis insigne

A insigne profert monumentum, ex Collegii Chronica Hispanice scripta, cujus verba sic fideliter reddo. Joannes Sahaguntinus Canonista, electus fuit in hac sancta domo anno MCCCCL, die XXV Januarii. Fuit Capellanus internus: et quamvis Capellani, sive interni sive externi, non soleant in hac Collegialium Chronica adnotari; conveniens tamen et rationabile fuit, pro eximia hujus viri Dei sanctitate, ut eorumdem Catalogo adscriberetur: quia ipse est verus ille Israelita, in quo non est inventus dolus; qui propter bonitatem suam et vitæ honestatem, ac morum integritatem, electus fuit in Capellanum interiorem. Idem Vergara proponit expressionem

dicitur illius Becam gestasse,

B



veteris habitus Collegialis, veluti Capellanis quoque competentis, adeoque et a Sancto gestati; eumque ait fuisse et esse coloris rufi; Becam autem, cujus nomen dicit sumptum esse ab Italis (vitam significare docent Academici Crascani Becam), inquam sic describit, ut non solum ex humeris ad pectus profluat, sed fere instar Græcanici Episcopalis Pallii, per tergum ad talos; dum vero supra caput in formam coronæ revolveretur, cum defluentibus ad tempora laciniis. Nunc pro parte illa superiori assumptus est pileus clericalis quadratus, sic ut prædicta Beca solos jam tegat humeros, sinum ante pectus eumdem formans, ex humero autem sinistro C ad terram defluat: et sic Joannem repræsentat, parum feliciter ad similitudinem promissam, sicut supra monui, solumque modernum Collegialium habitum recte objicit oculis.

7 Præter receptionem prænotatam, nihil vetera Collegii monumenta tradunt, quod pro certo scribi possit. Communiter tamen dici solet, quod cum nocte quadam cubitum sese composuisset, necdum recitata quadam Horarum parte; ejusque recordatus extincto jam lumine, hoc nuspiam reperiret; ea causa mœrentem consolatus sit Deus, ex cypresso quadam stante in medio atrii lucis radium emittens, cujus beneficio compleverit residuum Officii illius. Verum, ut dixi, minime certum id est, cum in nullis historiis reperiatur ejus res mentio, nec in veteribus Collegii memoriis, in quibus longe minutiora referuntur; neque in informationibus pro Canonizatione factis, in quibus mirum foret, nec unum quidem ex tot productis testibus adfuturum fuisse, qui id (si verum scivisset) affirmare vellet. Hæc Antolinius. Idem dixerim de ea traditione, ex qua haberi ait Vergara, quod olea quædam, in horto Collegii hodiedum spectabilis, transeunti Joanni sese inclinaverit; quapropter illac transeuntes Collegiales soleant honoris causa caput ei nudare. Hoc certius; quod ejusdem Collegii curatores, supra illius portam effingi fecerunt, ad dexterum latus statuam hujus sui sancti Capellani, cum hac Epigraphe; Beatus Pater Joannes de Sahagun, Bartholomææ Domus fausta proles; cui statuæ a sinistris ex opposito respondet effigies Alfonsi Testati de Madrigali Abulensis Episcopi, istic similiter commorati, et anno post Joannis illuc ingressum quarto præmature mortui; de quo circumfertur istud breve elogium, propter multitudinem et varietatem scriptorum:

et prælata dicentibus luce, Officium absolvisse,

ejusque ibi statua supra portam locata cernitur.

D

... ex variis ... et Alph. Testati,

Hic stupor est mundi, qui scibile discutit omne.

8 Porro, licet nemo eorum qui B. Joannis historiam scripserunt, dicat præcise quamdiu in isto Collegio vixerit; tamen ex historiæ tenore colligitur, vixisse ibi circiter quadriennio: quo decurso, videns vir sanctus, quod propter occupationes Collegii, non posset tam libere vacare curandæ saluti proximorum, dimisit locum ac dignitatem quam ibi tenebat, et retinuit habitum simplicis Clerici, sub eo futurus Salmanticensium Apostolus: non tamen præcise scitur, utrum munus prædicatoris, cum assignato ad id publicitus stipendio, susceperit ante vel post suum e Collegio discessum. Egressus autem E inde, recepit se in domum cujusdam probi Canonici, cujus memoria usque hodie in benedictione est, nomine Petri Sancii, commorantis ad angulum Torrecillæ, juxta Baccalaureum Ægidium de Tapia, ubi (prout scribunt Joannes de Sevilia et Cardinalis Antonianus) decem annos transegit, toto illo tempore occupatus in auxilium animarum, audiendo confessiones et prædicando. Ad hoc autem tempus omnino spectat memoria quædam, adscripta margine Summæ Bartolinæ, Pisis anno 1383 in membranis exaratæ, et in Conventu Salmantino hodiedum reverenter servatæ, in hæc verba. Emi istum librum in mense Madii, anno 1456, de Fratribus S. Pauli monasterii Burgensis (Salmanticæ scilicet studentibus). Dedi numos M. Petro librario, constitit in mille Moropetinos, quos sibi dedi, in florenis Regalibus et denario uno et.... in domo sua intra suum tentorium. Ita hanc memoriam transcribit Tamayus in Notis ad XI Junii. Moropetinos autem intelligo, quos Marevedisios nunc vocant, minutissimum pecuniæ genus; verum puto non legendum, in florénis; sed 12 florenis.

Ant. 11 Post annos 4 egressus de Collegio,

decem annis moratur apud Petrum Sancium

et an. 1456 emit Summam Bartolinam.

9 Singulis diebus sacrificium Missæ celebrabat, multis cum lacrymis, maxime cum eam dicebat de Passione Domini, atque sub ipsam Communionem; quemadmodum referunt testes in Processibus auditi, F qui eum cognoverunt: et passim æstimabatur vir sanctus a populo, qui ad eum recurrebat in suis necessitatibus, ut pro se Dominum deprecaretur. Multi etiam rogabant ut pro se Missam diceret, existimantes, quod ejus tam devota lectio citra dubium consequebatur e cœlo effectum desideratum. Ipse vero, qui totus pius et erga miseros plenus erat compassionis, libenter postulatis eorum annuebat: nec tamen Missarum titulo recipiebat eleemosynas, utpote præter tenuem victum, qui aliunde suppetebat, nihil in hoc mundo volens quam Deo servire. Etenim attributa eidem publicitus erant trecenta moropetinorum millia annue. Exigua summa; sed homini frugali et parco tunc sufficiens. Dies festos peculiari observabat reverentia, non solum interiori, sed etiam exteriori: atque hunc in finem decentiori tunc meliorique induebatur habitu, quem duplicem habebat, alterum griseum, cæruleum alium.

Ant. 12 Missam quotidie cum lacrymis, dicit,

tenuiter ex publico vivit

10 Horas habebat, inter studia litterarum precumque partitas: quieti autem capiendæ fasces aliquot sarmentorum, cum cervicali lapideo, sub lectica

A lectica dispositos, quos singulis noctibus reponebat, ne famulus suus (Joannes de Santillana hic erat) id persentisceret proderetque. Dicunt aliqui, eodem tempore in Universitate Salmanticensi publice sacram Scripturam prælegisse. Sed quomodo tantus amator paupertatis, admisisset attributam sibi a civitate sustentationem, si Cathedræ talis reditibus fruebatur? Aut quomodo tot producti testes, et interrogati an viventem noverint, solum respondissent, se eum novisse Salamanticæ in habitu Clericali; neque dixissent, quod eum ibi cognoverint Cathedraticum Scripturæ sacræ? Sane minutissima multa illi specificant, quibus probent Joannem sibi bene cognitum fuisse. Hactenus Antolinius; quem mirum est adeo sui potuisse oblivisci, ut quod hic cap. 12 jam operose refellit, cap. 21 expresse affirmet, propter quasdam Annotationes in Biblia, manu ejus scriptas. Leve profecto argumentum: maxime cum eas videatur scripsisse Religiosus, in quo statu Cathedraticum fuisse, nemo dicit.

duriter cubat:

non videtur Cathedram Scripturæ in Universitate tenuisse:

11 Hoc certum, præcipuam operam, extremis ante status mutationem annis, positam a Joanne in dissidiis quæ civitatem conturbabant sopiendis. Huc plerumque spectabant prædicationes ejus: qui industrie explorans loca ac tempora coeuntium fa- B ctionum, illuc se inferebat intrepide: nec fatigabatur, quamvis conatibus ejus contrarius dæmon identidem sopitos suscitaret ignes, multique in ipso concepti furoris æstu obduratos sese inexorabilesque præberent. Omnia nempe quamvis saxea corda emolliebat paulatim, sic ut tandem alia sibi prorsus civitas videretur. Inter hæc tamen contingebat non raro inveniri, qui monentis libertatem ægre ferentes, eum ut inimicum aversarentur. Sic (ut pluribus exemplis parcam) accidit ei in quodam vico districtus Salmanticensis, ubi nobiles aliqui, opibus possessionibusque præfidentes, gravissimas inter se exercebant discordias, vitamque ducebant indecoram eorum natalibus. Hi molestum sibi prædicatorem cum ignominia et contumeliis expulerunt: redivit tamen illuc identidem, donec seorsim tractans singulos, reduceret ad officium hominis Christiani universos. Quamquam autem temporibus illis vix esset familia nobilis, quæ non alicujus factionis caput haberi ambiret, populique furorem accenderet tantum, ut nemini sine periculo liceret incedere per plateas: ipsi tamen soli dabatur securitas, tamquam communi omnium pacificatori.

Mar. 1, 17 *cum totus esset in componendis dissidiis,*

nullis obduratorum injuriis deterritus

C

CAPUT II.

Vocatio ad Ordinem in eaque Professio. Officia gesta, pax civitatis procurata.

Hic labor aliquantis annis continuatus, vires corporis vehementer atterebat: sed imprimis dolores calculi, eo usque invalescentes, ut remedium fuerit a sectione petendum: quæ cum, mediante voto Religionis ingrediendæ, feliciter successisset; stabilitus in sancto proposito fuit, aliquantis post curationem diebus, sicut ex Processibus colligitur. Cum enim jam bene sanus sibi videretur, occurrit pauperi cuidam, laceris panniculis adeo tenuiter tecto, ut nudus dici posset. Hic eum rogat, ut aliquid vestitus sibi pro Dei amore largiretur, operiendo corpori: et occurrit animo duplicata in dierum festorum cultum vestis, domi reposita; quarum utram largiretur dubitans, meliorem Deo deberi judicavit, et egenti cæruleam dedit. Sequenti autem nocte tantis gratiis eum cumulavit Deus, ut aliud de iis referre non potuerit, quam solum Deum nosse quid tunc expertus sit; se vero nullis id verbis posse exprimere, nisi dicendo quod cognoverit, D quid Deus possit et velit facere, quando vult aliquod benefactum remunerari. Istam sane noctem animæ suæ diem fuisse, qualem viderit numquam. Hoc solum ex ejus ore proprio auditum novimus, quid autem id fuerit non possumus divinare. Itaque non dico, quod in persona istius pauperis ipse Christus apparuerit, uti Sanctis Augustino et Gregorio; vel quod accepta veste gloriatus coram Angelis sit, ut est in S. Martini Actis; solum expendo, quod tantus occultator collatorum sibi divinitus donorum, non potuerit cohibere se, quin aliquando populum cohortans ad liberalitatem erga pauperes exercendam, pro aliis quæ adducere potuisset exemplis, suum ipsius attulit; narraturus autem quid invicem sibi ea nocte rependerit Deus, ultra se explicare non potuit, sed adjecit hæc verba: Et statim ivi ad S. Augustini, atque suscepi habitum istum.

Sanus post sectionem calculi,

Ant. 13

meliorem e duabus vestem pauperi donat;

Ant. 14

et inexplicabili perfusus gratia

habitum Augustinianum petit;

13 Susceperat monasterium istud, ab annis non ita multis, strictiorem Regulæ Augustinianæ observantiam, ex Conventu Sanctorum duabus a Vallisoleto leucis sito: ubi Deus quosdam suos famulos excitaverat, ut in ea solitudine ac paupercula domo, vitam degerent solis divinis rebus intentam, per lectionem, orationem, ac meditationem: quas inter adeo rigidum observabant silentium, ut diebus fes- E tivis dumtaxat inter se colloquerentur, in hortum a Superiore deducti: si quid autem per hebdomadam indicandum alteri erat, id fiebat per signa. Ad nocturnam quietem dabatur manipulus palearum, supra vilem lectulum cum stragulo. Noctu surgebant ad Matutinas. Vestis ex grosso, sed nigro panno, sub quo in honorem Deiparæ ferebant album scapulare. Modicum quod habebant, commune erat omnibus, præter habitum; cum in sua cella nemini liceret habere libros, ne Diurnum quidem, quo omnes cogerentur Officium in choro recitare. Pecuniam tractabat nullus nisi ad hoc deputatus; camisia ad carnem solum lanea utebantur: quod si necessitas cogeret lineis uti, textura dumtaxat cannabina vel stuppea erat. Jejunabant a festo Sanctorum omnium usque ad Natalem Domini; et a feria secunda post Quinquagesimam usque ad Dominicam Palmarum; omni autem feria quarta, sexta, et sabbato solis quadragesimalibus vescebantur. Communis erat diebus Veneris flagellatio corporis, quæ in Quadragesima atque Adventu fiebat etiam Mercurii Sabbatique diebus.

Ant. 15

sub reformata tunc recens disciplina

eaque rigidissima.

14 Fama hujusmodi disciplinæ late sparsa, Con- F ventui nomen Sanctorum mox peperit, et pluribus æmulandi cupiditatem injecit, atque inter primos Conventui Salmanticensi, eo cum successu, ut hic observantiæ Mater cognominaretur. Rari tunc admittebantur Novitii: nam ab anno MCCCCLVI ad LXI, soli tres recepti inveniuntur; Fr. Joannes de Spinosa, Fr. Joannes de Arenis, et Fr. Alfonsus de Borgia: post quos primus anno MCCCCLXIII fuit hic Fr. Joannes Sahaguntinus, quem mox secuti Fr. Thomas Monroy, et Fr. Petrus de Toro. Ipse vero susceperat habitum de manibus venerabilis Patris Fr. Joanne de Salamanca: qui ejus magisterium Fr. Joanni de Arenis commisit. Annum et diem ipse Joannes manu propria Hispanice adscripsit prædictæ summæ Bartolinæ, verbis a Tamayo sic Latine redditis. Die XVIII Junii, anno MCCCCLXIII habitum suscepi in monasterio S. Augustini Salmanticensi, quo anno littera erat Dominicalis B. Natali SS. Marci et Marcellini Martyrum, ante festum S. Joannis septem diebus; et hoc fuit feria VI, et prædicavit Episcopus Oxomensis. Eumdem annum et diem in libro, antiquo Professionum notari asserit Herrera, cui Tamayus contestes addit P. Fr. Antonium de Solis, et P. Fr. Petrum de Castro, in Relatione

In Conventum Salmanticensem receptus an. 1463 18 Junii.

A lationе Translationis S. Joannis Sahaguntini. Idem vero Tamayus ex dicto libro, ante ecphras in Professionis infra dandam, hæc notari ait : Sabbato, die XVIII Junii, anno MCCCCLXIII, recepit habitum in hoc Conventu Fr. Joannes de Sahagum. Dominus det illi gratiam et benedictionem, ut in posterum perseveret, in suæ animæ bonum et omnium consolationem. Audiendi proinde non sunt, qui ex Professione facta XXVIII Augusti festo S. Augustini inferunt, in hujus Vigilia susceptum fuisse habitum, quasi mox ab elapso probationis anno necesse fuerit fieri Professionem.

curando triclinio admovetur,

15 Quamquam autem soleant Novitii in magna collectione teneri : personarum tamen paucitas et domesticæ rei angustiæ cogebant iisdem etiam committere ministeria publica, puta infirmariæ et refectorii ; etiam ad hoc utilia, ut experimentum de cujusque genio et ingenio caperetur. Post aliquot

Ant. 15

igitur dies a suscepto habitu, demandata Joanni est cura triclinii ; cui cum modicum vini doliolum esset, quia tamen ipse quoties ex eo promebat illud discedens Cruce signabat, contigit nullam vini imminutionem in eo notari, sed totius Conventus usui

et vinum multiplicat.

sufficere, quousque nova vindemia impleret cella-
B ria, vino tota regione supra communem modum abundante. Atque hoc primum miraculum est, quod per manus servi sui legimus operatum Dominum ; unde crevit illius ut Sancti inter Religiosos æstimatio.

16 Transacto anno ad religiosam Professionem admissus, eam fecit sub hac formula, quæ etiamnum reperitur Latine descripta ipsiusmet manu.

Man. 1, 19 *Professionem facit festo S. Augustini,*

Ego Frater Joannes de Sancto Facundo, in sacra Theologia Baccalaureus, testor et fateor per litteram istam, quod cum tempus probationis meæ in hac sacra Religione et Societate Ordinis Fratrum Eremitarum beatissimi Doctoris Patris nostri sancti Augustini sit elapsum ; et voluntas mea propria et deliberata est, ad Dei gratiam permanere et perseverare in eadem religionis observantia, ad Dei laudem et servitium, et in eadem societate expressam facere Professionem ; ideo ego prædictus Frater Joannes a sancto Facundo, Baccalaureus, facio expressam Professionem, et promitto obedientiam omnipotenti Deo, et beatæ gloriosæ semperque virgini Mariæ, et beato ac glorioso Doctori Ecclesiæ, Patri nostro Augustino ; et tibi Reverendo Patri Joanni, in Decretis Baccalaureo, Priori nostri hujus monasterii sive conventus sancti Augustini civitatis

cui Prior Conventus subscribit.

Salmanticæ ; nomine et vice Reverendissimi Patris nostri Prioris generalis totius Ordinis Fratrum Eremitarum sancti Augustini et successorum ; et vivere sine proprio et in castitate, in regulari observantia secundum Regulam beatissimi Patris nostri sancti Augustini, omnibus diebus vitæ meæ usque ad mortem. In quorum omnium testimonium et fidem, hic nomine proprio scripsi. Et precor Reverendum Patrem Priorem hujus conventus, ut eamdem meam Professionem recipiatis, et nomine vestro ac alterius Patris præsentium corroborare dignemini ; et orare omnes præsentes pro me, ut mihi sit gloria æterna in futurum. Amen. Facta sunt vigesima octava die Augusti, in die festo Patris nostri Augustini. Anno 1464. Frater Joannes Prior, Frater Joannes Theologus Baccalaureus.

Ant. 17 *Fit Magister Novitiorum,*

17 Vix Professionem fecerat, quando Superioribus visum est demandare ei curam novitiorum. Certe constat octavo post illam mense ipsorum Magistrum fuisse Joannem, licet non sciatur an fuerit prius. Sic autem functus est eo munere, ut quamvis postea factus sit Definitor Provinciæ, ipsum non dimiserit, quousque eum crearunt totius conventus Priorem. Verum hoc officio absolutus, rediit ad magisterium Novitiorum, etiam manens Definitor, D
septies in eo gradu (id est in omnibus deinde Capitulis quoad vixit habitis) confirmatus ; res profecto rara in hoc Ordine. Inter Novitios ejus fuit Venerabilis Pater Fr. Martinus de Spinosa, postea Definitor Congregationis totius, vir sanctissimæ conversationis, et qui postea meruit cognoscere grandes illos favores, quos servo suo Deus sub Missæ sacrificium faciebat. Nihil scitur de methodo qua utebatur in eorumdem Novitiorum instructione, quæ hinc seculo si prodita ad posteros esset foret thesaurus maximus. Hactenus Antolinius. Unde ergo accepit Velaurius decem illos articulos, quos ita asseveranter libro I capite 17, tradit acsi eos ipsiusmet Sancti manu scriptos invenisset? Securius ei credemus dicenti, utique ex Actis Capitularibus, Definitorem electum anno MCCCCLXV, VI Maji ; Priorem vero anno MCCCCLXXI. Fuit ergo electus Definitor Joannes, octo menses et totidem dies post suam Professionem ; Prior vero, septimo anno post eamdem transacto. Dederat autem ei Deus ad ea munera recte obeunda spirituum discernendorum facultatem eximiam ; eique addiderat etiam gratiam cognoscendi absentia, et penetrandi secreta animorum. Hinc cum intelligebat tentari aliquos, benedicebat eis, addens monita talia, quibus intellige- E
rent, nihil ipsum latere cogitationum suarum. Si quem in peccatum videbat decidisse, lugebat ejus vicem et lacrymabatur inconsolabiliter. His talentis ejus additus orationis pro subditis fundendæ fervor, et pœnitentiarum pro iisdem rigor hoc efficiebant, ut omnes ei commissi, non solum veri essent Christi servi, sed quasi vivæ ejusdem imagines : quemadmodum testatur vir doctrina et sanctitate præcipuus Mag. Villalobos, Frater Augustinianus et Cathedraticus Scripturæ sacræ in Uxamensi Academia, in Tract. 2 de S. Joanne Baptista, declarans, quid sit operibus dare testimonium Christo, et quomodo unusquisque obligetur ut bonus sit ; cum dixisset quod quilibet Christianus debeat esse vivum Evangelium ; sic ut posito hinc Christiano inde Sancto aliquo, imo ipso Christo, tam inter se appareant similes, ut discernere inter eos nequeas : Sic, inquit, vivebant duodecim Fratres nostri Salamancæ cum B. Joanne a S. Facundo.

18 Pene exciderat, quod, inter primas curas Sancti, post factam Professionem, fuerit abolere factiones quæ Salmanticæ repullulaverant tempore quo ille adhuc Novitius abstinebatur a pulpito. Huic autem rei designatas habebat Ferias quintam et sextam, quibus admirandos consequebatur effectus ad F
compescendam rabiem efferatorum istorum. Neque a proposito dimovebant injuriæ et contumeliæ sæpius illatæ : quin etiam ante eorum fores, qui Duces factionum erat, quandoque erigebat sibi pulpitum ; nihil formidans, sed palam edicens, nullo ne mortis quidem propositæ periculo, destituturum se cœptis : et sic cum aliquando ad S. Martini concionaretur, Quodam, inquit, die duo mihi venerunt comminantes, quod mihi vitam tollerent, si de istis rebus pergerem concionari : verumtamen opus est ut fungar officio meo. Audite me : quia felix ero si ideo moriar ; occidar enim quia veritatem dixerim et peccata corripuerim. Cum relatum ipsi esset, gliscenti in urbe malo fomentum extrinsecus subministrari identidem a Regio Ledesmæ Correctore ; ad ipsum se contulit, fomitem illum incendii precibus et lacrymis extincturus. Verum his ille non flectebatur : quare impendentem ei vindictam severis comminatus verbis, adeo non flexit vel ipsum vel partiarios ejus, ut horum aliqui, velut læsam in Correctore Majestatem ulturi, expellendum ab oppido cum infamia decreverint, ipsumque decretum

A. D. P. EX VARIIS.

Definitor Provinciæ,

Vol 1, 17

Ant. 18 *et* 19 *ac denique Prior Conventus Salmant*

cum magno subditorum fructu:

Man. 1, 20 *Interim resumpta cura factionum extirpandarum,*

Vol. 1, 30 *nihil timet mortem sæpius sibi intentatam,*

sacrilegum

A. D. P. EX VARIIS

A sacrilegum executioni mandarunt : sed is tam atroci injuria nihil commotus, dixit ad socium : Redeamus Salmanticam, ad complendum officium nobis divinitus injunctum : quod si hinc me expellunt, observemus Evangelium quo monemur ; Si vos in una civitate persecuti fuerint, fugite in aliam. Reverso autem accidit audiri compulsationem duarum Parochiarum, a sanctis Benedicto et Thoma dictarum, ad quas factione præcipuæ conveniebant, inde velut ad bellum procedere solitæ. Illuc ergo se statim contulit : sed pugnis calcibusque rejectus, et in lutum resupinatus fuit : animosior tamen inde resurgens, tumultu pacato et recedentibus qui concurrerant, solus id campum obtinuit.

obstupescentibus eorum, qui eo proruebant, brachiis;

19 Rursum nihilominus redeuntibus ad insaniam miseris, tonare de pulpito vehementius cœpit. Ad quod Eques quidam, velut si unus ipse impeteretur, excandescens; Ergone, inquit, tantus Nobilium concursus commoveri si sinet, ad vocem maledicti unius hypocritæ et infamis seminiverbii, ut vindictam desinat de inimicis suis sumere, per indecoram ignaviam condonando injurias? Adeste famuli, et Fraterculum istum pessimum fustibus mactate. Jam illi, ut jussi, ruebant in cædem ; at ipse obviam iis B progressus, promptum se offerebat in mortem, quam magnis cum clamoribus et convitiis illaturi veniebant ; intulissentque pugionibus strictis, nisi brachia eorum divinitus obriguissent, diffuso insuper per omnia membra tremore tam gravi, ut nihil habuerint potius quam coram Sancto procumbere in genua, salutemque et veniam deprecari : utramque vero cum Joannes donasset, moti ceterorum omnium animi sunt. Addit alius, idem accidisse in festo et Parochia S. Thomæ, nec solum prædictis Nobilis illius famulis, sed etiam nonnullis partis adversæ, qui facinus prohibituri vicissim gladios strinxerant, in defensionem sui prædicatoris. Ita scilicet in rebus narrandis contingere solet, dum quisque stylo proprio et pro suo conceptu rem exponit, licet uno ex fonte acceptam : et hinc apparet, quanto conducibilius nostro instituto sit, ipsos Processus de Sanctis habere, et singula referre invariatis testium deponentium verbis, absque ullo cultioris orationis fuco. Sed non est facile talium exempla describenda curare propter prolixitatem, minus autem exceptam eo quo optaremus modo verborum invariatorum substantiam. Ut ut est, dicunt ambo Marisius et Valaureus, quod illis sic primum in vestigio defixis, deinde orante Sancto restitutis sibi, ipso in loco pax C coaluit, in cujus rei perpetuam memoriam decretum est, quod usque hodie observatur, ut in publicis supplicationibus, utriusque Parochiæ Cruces junctim procedant, dexteram sinistramque alternando quotannis.

adit etiam ea causa epulas nuptiales; ANT 20

20 Firmata etiam amicitia est contrahendis invicem nuptiis : quas cum sua præsentia non dedignaretur Sanctus, accidit ut ei apponeretur avis assa (columba, an gallina, relatio variat) cujus causa cum angustiaretur, eo quod ejusmodi ferculum non convenire existimaret pauperi Religioso, quem decet soli necessitati servire ; subito subvolavit ex patina avis per fenestram, omnesque plenos admiratione reliquit ; ipsum vero etiam consolatione mirabili, quod suæ ea abstinendi voluntati, salva hospitum gratia, sic consuluisset pius Dominus.

Val. 1, 20

Rursum tamen alias accidit, mense Novembri festum agi ad S. Lazari trans pontem, ad quod ingens hominum multitudo confluxerat ; nec partibus suis deesse dæmonem, quin suum ibi lucrum quæreret, et scintillas non penitus extinctas suscitaret. Adorat ibi Sanctus, et collocato in capite pontis suggestu, cœpit verba facere. Sed non audiebatur, præ confuso vulgi circumfrementis strepitu. Quare nonnullam moram dicendi faciens ; tum, veluti minacius D insurgens, inquit. Audite verbum Domini : dico enim vobis, quod primus qui turbam hanc concitabit, et capulo admovebit manum, hic omnibus conspicientibus occidetur. Assistite hic quieti ; nequis velit abire cœnaturus apud inferos. His non obstantibus erupit unus aliquis, parti adversæ insultans; et mox coram omnibus occisus occubuit. Ad quem casum consternata turba, resumpsit sermonem Joannes, et dixit : Numquid præsagieram, non posse istos quiescere? Verum factum id sit : ne fiat amplius : pulpitum hoc tollite, meque alio transferte, et vos mecum. Ita ad conventum traduxit populum, non cessantem manus ei vestesque osculari, seque illi commendare, tamquam divinæ justitiæ arbitro : ipse vero consolatos dimisit cum benedictione sua, velut arrha divinæ clementiæ.

et obstrepentem sibi, mox occidendum prædicit.

CAPUT III.

Quædam virtutes Joannis, divina ad ejus custodiam providentia; ipse et alii per eum ab aquis servati.

E ANT 21 *Corporis exterior compositio*

Fuit Dei famulus grandi corpore, persona venerabili, vultu formoso, placido ac gravi : cujus aspectu ad virtutem alliciebat bonos, malis verecundiam incutiebat. Ipsum veris exprimere lineamentis ex voto conatus Marisius est, sicuti ea dedi in Comm. Pr. post num. 14. Tanta ejus modestia erat, ut quamvis hilari semper facie, ridenti tamen numquam vidisses. Conversatione facili ac simplici, gaudebat prudentium et doctorum virorum alloquiis. Duplicitatem et simulationem in verbis detestabatur : fraudulentos enim negabat bonum finem habere. Sermo ei ædificativus erat, nec ipso præsente quisquam fuisset ausus minus religiosa proferre. In omni actione fugiens singularitatis et extremitatis, media quantum poterat incedebat via.

et grata conversatio;

Conscientiæ ejus puritas ANT 22

22 In quærenda tamen conscientiæ puritate nullam agnoscebat moderationem, cum in conspectu Dei nihil satis purum intelligeret. Hinc multa ipse in se notabat, quæ aliis levia aut etiam ridicula viderentur; multa etiam cavebat ex animi teneritudine, quorum alii nullam rationem haberent. Sic non libenter comedebat columbas rurales, quod furto pastas diceret ex messibus alienis. Sic scrupulo grandi aliquando sibi duxit, ex aliena arbore cerasum libasse : sic recusavit uti unguento modico, quod sibi amici cujusdam famulus inscio domino F miserat, ad curandam tibiæ suæ plagam ; quousque is a domino licentiam petiisset : sic vel pulicem sibi molestum necare formidabat, ne displiceret Deo. Ita etiam voluit ut socius, in locum unde jam leuca una aberant, referret petram, quam tulerat ex maceria quadam ; non progressurus ultra, nisi id factum esset vel a se vel ab illo ; et addebat ; Si tu illam tali loco profuisses ad aliquod incommodum præcavendum, non gauderes eam inde tolli : quod igitur tibi fieri nolles, alteri ne feceris. A mulieribus conjugatis nullas accepisset eleemosynas, nisi scivisset eas cum consensu maritorum dari, ne unum quidem ovum, quorum quatuor vix unum album tunc temporis valebant. Voluit aliquando ut ovum furtim sumptum, quidam restitueret ; et mulier una tres marevedisios ac modicum serici.

et teneritudo summa.

ANT 23 *Oratio*

23 Orationis studio addictissimus, amabat ei impendere bonam partem noctis : ideo decantatis Matutinis permanebat in ecclesia, nec inde recedebat antequam sacrificium Missæ absolvisset. Quid autem hic pateretur potius quam ageret, placet explicare verbis S. Thomæ de Villa-nova, serm. 2 de Sacramento altaris sic locuti. Quidam nostræ Augustinianæ

A Augustinianæ familiæ ac religionis, Frater Joannes a S. Facundo, qui hoc tempore miro populi Salmanticensis studio egregiaque pietate, ob innumera quæ continenter ab eo eduntur miracula, colitur; cum Missæ quotidianum Sacrificium paulo prolixius perficeret, moraretur que in eo spatiosius; factum est ut a Prælato suo in virtute obedientiæ Missam celerius absolvere præciperetur: de quo sæpius ab eodem, licet blandius, consulto præmonitus fuerat. Cui Frater prædictus, quia obedientiam præterire non poterat, omne secretum patefecit, dicens: Ignosce, obsecro, mi Pater: nam aliud facere utique non possum: quia quotidie D. N. Jesum Christum, fulgentem in Hostia, istis oculis ego peccator conspicio. Quibus dictis perterritus Prælatus, solo prostratus, de illa molestia veniam petiit: eique prout vellet immorandi veniam dedit. Hæc non a Prælato eodem, sed a viro nostræ Religionis gravissimo, qui ab ejus ore audierat, referente cognovi. Hactenus Sanctus de Sancto; et inde factum, ut illius post mortem vel pictæ effigies vel statuæ sculptæ ipsum repræsentent, oculis in sacram Hostiam defixis, et talis hodiedum visitur alabastrina illa, quam Garcias Alvari de Toleto, primus Albæ Dux, efformandam curavit. B

et Missam dicentis fertur extaticus a S. Thoma de Villanova laudatus,

Marl. 27

24 Quam operose eo se præpararet Joannes, pluribus explicat prælaudati S. Thomæ Villanovani, discipulus, et ipse magnæ vir sanctitatis, ejusdemque Augustinianæ, non Franciscanæ (ut perperam inter Scriptores Waddingus) Religionis alumnus, Alphonsus de Horoseo, in ea quam Antolinius scriptam ab illo ait S. Joannis vita, adeoque ante annum MDXCI, quo obiit XIX Septembris Madriti, ubi corpus ab humiliori sepulcro in sublimiorem locum extulit Ferdinandi Hispaniarum Infantis pietas, rebus supra naturæ facultatem gestis mota. Ita Antonius Nicolai in Bibliotheca scriptorum Hispaniæ, ubi invenies quam plurima ejus opera enumerata, cum elogio, quod tota redolent Auctoris pietatem, eo magis recipienda, quod auctorem scribendi habuerit Mariam Deiparam, quo tempore Domum Augustinianorum Hispali administravit, sicut in Confessionibus suis (nam et has exemplo S. Augustini scripsit) ipse testatur. Ita ille: sed ut plurima magnifice ac studiose ibi enumerentur, in iis tamen non reperitur præcitata Vita Joannis, cujus velut ab eo scriptæ adeo certum testimonium dat Antolinius, dignam omnino quæ lucem videat, qua etiam causa ista de Auctore produxi.

a Alphonso de Horoseo

C 25 Solebat Joannes Missam dicere in capella, Crucifixi dicta, ab hujus imagine, istic alte collocata: cujus nulla hodie memoria superest, licet supersit Crucifixus, elevatus supra altare, quod est sub bene laborato fornice, supra capellam beatissimæ Virginis, ubi diu fuerunt in honore populi, Reliquiæ istius Sancti. Dicebat autem Missas ad horam tertiam matutinam, quia longiorem moram non ferebat fames ejus spiritualis. Sic cum semel eam diceret ad S. Mariæ Regalis prope Madrigalem, coram Sanctimonialibus istius Conventus, non solum in extasim raptus stetit a sensibus, sed ipse etiam corpore, supra altare ad mediam ulnam elevatus in aerem. Qualis deinde esset, in agendis pro tanto beneficio gratiis, Acta non explicant. Simili modo contigit eumdem sua in cella elevatum inveniri nocte quadam a Priore conventus; qui suorum cellas eo tempore circumlustrans, cum ex cella Joannis videret luminis repercussi fulgorem, et infortunium aliquod suspicaretur; religiosos plures, veluti ad incendium restinguendum, excivit; sed ingressus, magnum lumen tota cella diffusum reperit, atque in ejus medio orantem in extasi Sanctum; sed ignis omnino nihil.

Ant. 27 explicata ejus ad ipsam præparatio;

Ant. 28 crebro sub in raptus.

D 26 A talibus porro cum Deo congressibus, cum ad prædicandum foras procederet, quid mirum si magno semper id agebat fervore? Sed hic non alias major apparebat, quam cum esset laudanda castitas, vel contrarium ei vitium reprehendendum. Semel contigit, eum tam vehementer increpare mulieres, nudum in verecundius pectus gerentes, ut earum plures ad eum lapidandum concurrerint; fecissentque, nisi reliqua concio id intelligens domum usque comitata fuisset. Ipse vero placide dicebat, grande beneficium Dei futurum, si tali in causa sibi mori contingeret. Cum autem ad S. Lazari concionabatur extra portam civitatis; faciebat illuc adduci meretrices, quarum dolentissime ferebat perditionem: et multas ac miras in illis conversiones, per ipsius inflammata verba, operabatur Deus. Ut autem conversæ semel in idem cœnum non relaberentur, providebat conquisitis ad earumdem sustentationem eleemosynis. Multum etiam laborabat in aliis, quarum minus publica inhonestas erat, aut etiam prorsus secreta, revelante sibi earum statum Deo. Hoc cum aliquando ei in concione accidit, ita intorsit sermonem, acsi cuidam ibi præsenti solum fuisset locutus: deinde ad ejus domum se conferens, cœptam conversionem absolvit. Alias per urbem eunti occurrens mulier, manum ejus ad osculum petiit; sed ille, sciens divinitus consilium quod ceperat occidendi filiam, uterum ferre deprehensam; negavit se daturum ei, quæ dæmonium in corde gestabat: quare turbata illa, et Joannem ad suum secuta monasterium, ab eo clare intellexit causam negatæ manus; et jussa detestabile consilium deponere, cum intellexit, stupri auctorem reparaturum quod deliquerat, ducta in uxorem puella, quæ ipsi et hunc quem gerebat utero et alium quoque filium paritura esset, reconciliari se natæ suæ est passa. E

D. A. P. EX VARIIS Ant. 32, 36

Ex zelo castitatis odium incurrit mulierum,

multas tamen impudicas convertit et juvat;

Ant. 25

secreta cordium penetrans:

27 Ut autem solicitus semper Joannes erat pro divino honore, sic ipsius quoque famam tuebatur Deus; nec impune ferebat, si quis contra eum linguam temerarius laxasset. Sensit hoc imprimis Sanctimonialis quædam, nomine Catharina Romana, Priorissa regii Madrigalensis parthenonis. Hæc die quodam Veneris in Capitulo, cum acrius perstrinxisset Matrem Eleonoram de Betanios, rei vestiariæ Præfectam, quasi prodigam rerum monasterii, ob nimis effusum erga pauperes affectum; addidit etiam verba quædam sugillantia vitam ac monita Joannis, quibus forte pro se adductis liberalitatem istam nitebatur alia excusare. Lunæ autem sequenti, dum panis monasterii coqueretur, ab incenso clibano ter flamma erupit; ac prima quidem vice in cuspidem acuminata, usque ad tectum subiit, seque in clibanum recepit, nullo damno illato. F Secunda vehementius prosilivit, usque ad locum in quo Mater Catharina consistebat, quasi ipsam absorptura; sed solum pavorem illi intulit, sine noxa se recipiens: mox tamen iterum erumpens, et clibanum vacuum igne relinquens, per totum pistrinum extendit sese, et omnes in eo laborantes nubis instar involvens, mortem minari videbatur. Tum Catharina, intelligens id accidere propter verba, ante biduum jacta in venerabilem Joannem de S. Facundo; cunctis audientibus clara voce promisit, quod numquam amplius male esset locutura de Joanne: et continuo in furnum se recepit ignis totus, Catharina palam confitente, quod de viro Dei temere murmurans, sic castigari meruisset.

eum sugillans sanctimonialis,

erumpente ex Clibano flamma castigatur.

28 Nec minori cura idem Deus custodiebat servi sui corpus, et de periculis, quasi Angelorum manibus sublatum, eruebat. Ita aliquando lapsus in fluvium Tormes, et ab aquis per longum satis abreptus spatium, exivit inde vestibus omnino siccis. Ita breviter Antolinius. Marizius per omnes circumstantias

Ant. 34 Ipse in flumen lapsus,

A stantias rem prosecutus, ait, Horas diurnas inter eundum recitanti accidisse, quod totus orationi intentus, extremæ ripæ sic accederet, ut tandem fallente vestigio, rueret toto corpore in gurgitem, vulgo dictum Castellanum: nam plures ejusmodi gurgites idem fluvius habet. Cecidit autem eo loco, ubi assurgebat confragosa rupes, eaque tam alta, ut in cacumine positus infra consistentem nequires agnoscere. Ibi ergo, inter rupem et ripam, nihilo minus præruptam, constrictius fluvius profundissimus erat; Sanctus vero intra quadrantem horæ nusquam visus, volvebatur sub aquis, per illud spatium, quo per tres successive cataractas præcipitatur ingenti fragore aqua. Tum primum emergens, super eas gradi visus est; quousque accedens ad pontem civitatis, nactus est ex adverso S. Vincentii ripam, humiliorem et ascensui aptam. Interea circumcursans socius quærebat homines, qui saltem corpus venerabile tollerent: itaque ad pontem etiam ipse appropinquans, miratus est videre consertam plebem, et miraculum conclamantem. Exiverat enim Joannes tota veste tam siccus, acsi aquam non attigisset; nulla etiam sui parte lætus: sed ipse humanos plausus fugiens, festinavit in suum conventum se abdere.

A. D. P. EX VARIIS

inde siccus egreditur, semel

B 29 Simile accidit Palentia redeunti, quo eum obedientia Prioris sui, pro quodam urgenti negotio, miserat. Cum enim ad rivulum pervenisset, cui Corpus-hominis nomen est; eumque, alias semper vadabilem, reperisset tam enormiter inflatum, ut nemo transire præsumeret; ipse Deo fretus mulam adegit; et statim aquis hausti ambo credebantur periisse, vel sola ut summum mula emersura: sed ambo, et ipse quidem nec hilum madefactus, in alteram ripam evasere: obstupescentibus omnibus qui ibi aderant, certatimque ut Sanctum venerantibus; maxime cum sol, eatenus obductus nubibus, clarum exhibere diem ipso illo instante cœpisset, quo ab aquis solo reddebatur Joannes.

iterumque.

30 Sed et alia specimina divinæ in aquis potentiæ, per Joannem se exerentis, producantur. Procedenti per civitatem Salmanticensem ad pedes accidit desolata pueri cujusdam mater, recens in puteum lapsi, opem implorans. Ille ad puteum duci se mandat, quasi vivum adhuc inveniendum speraret; et quamvis majorem esse profunditatem videret, cingulum tamen, a corpore acceptum, illuc immisit, et puerum sursum traxit, quasi una cum ipsa aqua sublatus in altum puer fuisset. itaque corrigiam sa-

ANT. 21

et varios in aquas lapsos salvat

C cram apprehendisset. Concurrit populus, miraculum inclamat. Sanctum veneratur: sed ille inventum forte piscium vilissimorum fascem imposuit capiti, atque, Ad stultum, Ad stultum, magnis vocibus clamans, cursim ad conventum suum se proripuit. Gordaliziæ quoque in puteum lapsus puer, precibus Sancti vivus inde extractus est. Ad ejusdem pedes suffocati in flumine nati cadaver attulit, spatio passuum trecentorum, Benedictus Ramos, et redivivum recepit.

VAL. 2, 1

31 Addamus huc etiam quædam alia. Fidello Universitatis, cui erat commissa Bibliotheca, ablatus fuerat liber, et dignitate materiæ et ornamentorum argenteorum pretio æstimabilis valde. Qui suæ negligentiæ imputandam jacturam, indeque periculum prospiciens amittendi officii, ad virum Dei pro remedio accurrit. Promittit is rem se commendaturum Deo sub Missæ sacrificium: et ecce post elevationem Hostiæ, adfuit homo ignotus ipsi, alteri nemini conspicuus, qui librum in altari deposuit; quem Joannes absoluto Sacrificio tradidit ministro, ferendum in sacristiam, ubi ipsum amico reddidit mirabiliter exultanti. Solatium quoque apud eumdem invenit mulier, nimium afflicta, quia vir qui matrimonii

MAR. 30

Librum amissum recepi facit;

D fidem ipsi dederat, ea contempta aliam uxorem duxerat; prædixit enim fore, ut divinitus punitam injuriam suam videret. Et vidit: quia fœdifragus ille, cito captus a Mauris est; atque a servitute redemptus, morte obiit repentina. Nec impune cessit duabus mulieribus adeo contemptim habuisse sermones Sancti, ut ad eos audiendos, veluti ad ineptias quasdam, scurriliter se mutuo invitarent. Ambæ enim miserrimam mortem oppetiere, una a viro suo occisa, velut adultera; altera per sententiam judicis capite plexa, quia virum ipsa suum crudeliter interfecerat: cujus utriusque sic punitæ meminit Ordinis Alcantaræ Magister, in Hispanico quodam in Sancti honorem composito metro, factus de re tota certior, per epistolam Guardiani Franciscanorum Salmanticensium.

ANT. 25

prædicit fœdifrago pœnam,

quam etiam subeunt duæ contumeliosæ in Sanctum.

CAPUT IV.

Sancta mors Joannis et sepultura: prima secundaque translatio corporis in proprium sacellum.

Jam annum in Religione decimum sextum agebat Joannes, cum terrena fastidiens et cœlestium appetens, suspirabat cum Paulo identidem verba illa ruminans, Quis me liberabit de corpore mortis hujus? Exaudita autem vota sua divinitus intelligens, non potuit continere se, quin conceptum animo gaudium per os eructaret hoc modo. Prædicabat Joannes in S. Blasii solito cum fervore; cum medio in sermone substitit, et sublatis in cœlum oculis nescio quid intra se loqui visus aliquamdiu est, sola labia movens: deinde ad concionem expectatione suspensam dixit: Est hic coram vobis homo, qui morietur prius quam annus transeat, et tum dicetis, O quam bene prædicabat Pater a S. Facundo! Dico vobis, quod post decennium adhuc melius prædicabo. Et revera ipso anno obiit: decimo autem post anno prædicare per miracula efficacius cœpit. Causa mortis hæc fuisse fertur.

VAL. 3, 1

Mortem suam se intra annum prædicit,

E

et post annos 10 miraculis clarificandum.

33 Erant in civitate nobiles personæ duæ, impuro amore sic copulatæ, ut scandalum toti populo præberent. Has separandas ab invicem cum sibi sumpsisset Joannes, easque concionanti sibi præsentes haberet, cœpit ita vehementer intorquere ardentium suorum verborum jacula; ut commotus animo juvenis, vincula quibus tenebatur abrumpens, liberatorem suum secutus sit ad conventum; neque exire inde voluit, sed habitum sanctæ Religionis sumpsit. Eum ut a cœpto revocaret, nihil non egit amoris insani œstro agitata mulier pertinax; cumque ipsimet Sancto multas in faciem contumelias dixisset, tandem addidit, non transiturum eum annum, quin sibi pœnas promptas daret. Cum ergo intra duos ab istis minis menses exarescere Joannes ac deficere inciperet, et ad extremum varia veneni indicia medici deprehenderent; nequaquam dubitatum est, quin ipsum ab infelici illa ingestum dolo quopiam ipsi fuerit, adeoque recte eum Martyrem appellaverit vir venerabilis Alphonsus de Horosco. Nos tamen illud Ecclesiæ judicio definiendum relinquimus, notamusque lecto tandem affixum Sanctum, et extremis sacramentis rite munitum, postulata a Fratribus circumfusis delictorum venia expirasse, sub pulsum salutandæ Deiparæ dari solitum; præsente etiam nobili illo Novitio, qui ea nocte fuerat angelica visione, seu somnio divinitus immisso admonitus, ipsa die expiraturum magistrum ejus.

Ob contubernium impurum diremptum

veneno ut creditur [illegible].

sancte moritur

34 Ad pluviam mox cœlitus dimissam addit Julianus de Armendariz, in Vita rythmo scripta, furiosam illam, quæ Sancto mortis causa extiterat, illico divina

VAL. 1, 32

A divina quasi manu prostratam lecto decubuisse, et resolutam in lacrymas serio doluisse de flagitio commisso, atque intercessione Joannis felici tandem fine quievisse. Hoc certius, defuncti vultum, exuto mortis pallore, mirabili venustate refloruisse ac resplenduisse; unde mira consolatione affecti Fratres, non potuerunt ejus a se discessum lugere, quem jam tum cælis receptum pro se intercedere patronum, tam manifesto probabant indicio. Plures hoc testati jurejurando sunt; interque alios exceptione omni major Joannes Fernandius, Canonicus Ecclesiæ Cathedralis, eximiæ vir probitatis atque doctrinæ rediens a conspectu illius, cum magnæ teneritudinis lacrymis, omnes occurrentes sibi sic publicando alloquebatur: Venio ab aspectu magni amici mei, devoti Fratris Joannis de S. Facundo; et vobis pro certo affirmo, quod a vultu ejus [illegible] radii quidam splendidi, magnumque solatium adferentes intuentibus.

Vultus defuncti miro splendore fulget.

VAL. 3, 2

35 Expositum in ecclesia per biduum stetit venerabile corpus, lætum spectaculum præbens civibus accolisque Salmanticensibus, undique accurrentibus, manusque ac pedes et habitum deosculari satagentibus: sed cum paulatim, procedente devotioni populari, inciperent aliqui, non solum ex veste particulas vellere, sed etiam carpere pilos capitis sancti; unus etiam deprehenderetur, conatus digitum abscindere; ad capellam majorem receptum est depositum sanctum, [illegible] et custodiis adhibitis, propinquior omnis accessus fuit prohibitus. Quod corpus deinde sepultum est in conspicuo ad caput ecclesiæ loco, ubi hodiedum honoratur, inquit Antolinius; addens quod cum inciperent illic multiplicari miracula, scilicet anno [illegible], Joannes Hispalensis, Conventus tunc Prior, jusserit corpus Sancti, una cum aliis ejus Reliquiis, recondi intra labellum saxeum, quod in sepulcro poneretur, excavato ad eam profunditatem, quæ capere ingressuros [illegible] posset.

ANT. 37
corpus biduo veneratur spectatum,
B
honorifice sepelitur.

36 [illegible] miracula, cœpit sepulcrum [illegible] frequentari. Ut ergo populorum devotioni obsequerentur Fratres, parvum sacellum [illegible] ad Missam [illegible] Reliquiarum. [illegible] ut non deessent qui [illegible], ad famam miraculorum tota Hispania celebratorum, potentior aliquis ex Magnatibus commoveretur, ad illud [illegible] pro sua devotione, vel etiam totum furtim auferendum. Huic incommodo [illegible], die XVI Decembris anni MDXXXIII convenerant ad hoc lecti Religiosi decem, videlicet Fr. Didacus de Placentia Supprior (Prior enim peregre aberat) Fr. Petrus de Castro, Fr. Petrus Aviles, Fr. Matthæus de Carrates, Fr. Michael Lezanus, Fr. Franciscus Mata, Sacerdotes; et Clerici duo, Fr. Joannes de S. Vincentio, et Fr. Franciscus de Caneto; ac Fr. Julianus de Torres, Laicus, denarium completurus; uti narrat Fr. Hieronymus Roman, parte 2 Hist. Eccles. Hispaniarum cap. 7 quod est de Vita S. Joannis; dicens, omnes fuisse ex senioribus, magnæ religionis et plerisque eximiæ doctrinæ viros.

MAR. 2, 2
et sacello desuper structo honoratum.
C
Anno 1533 decem Fratres,

37 Decem illi, sub duodecimam nocturnam, dum ceteri in choro Matutinas canerent, convenientes in eum ubi corpus esse credebant locum; et elatis inde ossibus aliorum corporum, quæ nihilo minus esse opinabantur majorum suorum, tam virtutis illustrium, ideoque a communi sepultura defunctorum; acceperunt alveum putealem, seu pilam lapideam (uti Chronica appellat) pannis lavandis servientem; intra quam eorum quidam, Fr. Matthæus de Carrates, seposuit et discrevit ea quæ esse S. Joannis omnibus videbantur, secundum traditionem; eaque inter se composuit, et compaginavit, ut melius potuit. Item deinde factum ossibus aliorum, secundum ipsorum inter se proportionem. Veruntamen restabat plerorumque animis dubitatio, utrum id quod veluti corpus S. Joannis seposuerant, revera etiam ipsius esset: sed dubium omne deponere jussit P. Mag. Alfonsus de Corduba, dicens se certum, quod illud esset. Interrogatus autem causam scientiæ, dixit, quod Fr. Joannes Hispalensis, qui id ibi abdiderat, sibi rem omnem sub secreto revelaverat pro arcta quam secum habebat amicitia. Ita certificati rursus composuerunt sanctum corpus, ut melius potuerunt, abdideruntque in locum bene profundum ejusdem capellæ, ut deinceps non ita facile posset inveniri. Ne tamen penitus oblivioni daretur locus, ejus memoriam consignarunt in chartulario monasterii, expressis per quæ posset inveniri indiciis, quando ipsum reperire magna aliqua causa suaderet.

Ossa ejus secernunt ab aliis ibi sepultis,
D
A. D. P. EX VARIIS
et in saxea pilo profundius defodiunt.

38 Procedente exinde tempore refrixit erga depositum sacrum devotio, neque ulterius singularis aliqua cura prædictæ capellæ habebatur; quare etiam cessavit popularis devotio et cessarunt miracula; usque dum suscitavit Deus spiritum Fr. Didaci de Valderas Salmantini; qui memor veteris suæ cum esset novitius devotionis erga S. Joannem, factusque Sacrista monasterii, anno MDLXVI cœpit capellam prædictam adornare, [illegible] lampades, [illegible] annuntiare. Hinc resuscitari jam pene extincta in populo devotio, renovari miracula, appendi pro beneficiis receptis anathemata, quorum omnium cum auctor haberetur Frater prædictus, magna ei apud populum accessit gratia et auctoritas; quibus innixus, cœpit de amplificanda [illegible] capella (nam vetus nimis arcta et vilis videbatur) cogitare. Bonæ ejus voluntati concurrerunt [illegible] S. Bartholomæi Collegiales, largam eum in finem eleemosynam largiti. Ita egregii operis, et pro ratione status temporis satis perfecti, sacellum [illegible] est; in [illegible] magnificum tabernaculum [illegible] sacro deposito, idoneum. Interim quæsitus est locus, [illegible] D. Petri Gonzalez de Mendosa Salmanticensis Episcopi postulata est, ut efferri in publicam lucem posset.

Remissior exinde Fratrum populique devotio.
E
Devotio resuscitatur
et condecentius novum sacellum

39 Is vices suas commisit D. Ludovico de [illegible], Cathedralis Salmanticensis Provisori, et Diœcesis Gubernatori: qui [illegible] Augusti MDLXXIX, cum [illegible] venisset; P. Fr. Antonius de Valesco monasterii Prior, permissu Provisoris præfati et coram omnibus suis Religiosis, aperuit conditorium sacrarum Reliquiarum; easque ut supra dictum est compositas reperit, exspirante a petra ipsas continente, dum aperiretur, suavissimo odore, sicut habetur ex notariali actu desuper confecto. Tum ossa omnia, ut erant composita, reposuit in [illegible], bene laboratam et nitidissimam, [illegible] clavibus obseratam: et opertam nigri coloris holoserico villoso imposuit [illegible] Religiosorum humeris, atque processionaliter detulit supra capellam Deiparæ, ad altare Crucifixi, cum crucibus et cereis, cum Psalmis et Cantico Te Deum laudamus. Claves autem sic distributæ fuerunt, ut ea quæ interioris arculæ erat Provisori prædicto, istic præsenti et præsidenti, traderetur; aliæ duæ majoris illius arcæ concrederentur monasterio: de quibus instrumentum publicum mox scripsit, ad id vocatus Petrus Carincus, Scriba regius: cui subscripsere primum Provisor, tum sex Collegiales S. Bartholomæi, Doctor Rota tunc Rector Collegii, Licentiati vero Antonius de Lara,

F
interim elicitum unde sacrum corpus
et a sponte in novam arcam.

A Lara, Joannes Gomes Lezignana, Bernardus Garcia et Minnaya. Adfuerunt præterea multi graves viri et honorati, interque hos D. Joannes de Mendoza, frater Ducis de Infantado, consobrinus Episcopi Salmantini, ac postea Cardinalis: qui se peculiariter obstrictum Joanni fatebatur, ob liberationem ex gravi infirmitate, qua Salmanticæ degens laboraverat studiosus.

A. D. P. EX VARIIS

40 Ibi sanctæ Reliquiæ quieverunt, donec perfecta fuit fabrica novæ capellæ, et tabernaculi ipsis recipiendis designati: cui inscriptum hoc Epitaphium fuit. Augustiniani Salmanticenses, ex stipe quam populus contulit, Joanni Sahagun fratri suo, viro dum vixit sancto, a morte posuerunt. Avila distinctius rem descripsisse videtur, cum ait, quod suo tempore, id est sub exitum illius seculi, Corpus sanctum quiescebat in bene laborato tabernaculo, circum quod currebat inscriptio ad vulgi captum Hispanicis concepta verbis, sic Latine reddendis: Augustiniani Salmanticenses etc. ut supra. In hoc tabernaculo est sepultum corpus sancti Fr. Joannis de Sahagun. Obiit Sanctus die S. Barnabæ ætatis suæ anno XLIX (ita scilicet tunc credi cœperat, ex nescio quo male subducto calculo), sub ipso autem B tabernaculo (inquit narrationem prosequens Avila) est devotum altare, ad quod Sanctus Missam dicebat, cinctum crate ferrea, quæ facta ex eleemosynis a populo devoto collatis, habet istam Latinam Epigraphen.

quæ deinde operi perfecto infertur,

41 Anno deinde MDLXXXIX ignis corripuit monasterium; cumque jam arderet etiam tectum templi, prima Religiosis cura fuit, subducere flammis sanctissimam Eucharistiam et corpus B. Joannis. Ipsos in domum suam excepit D. Petrus de Zuniga, Eques Habitus S. Jacobi et Toparcha oppidorum Cislæ atque Florum Avilæ; vacuamque tam dignis hospitibus relinquens, migravit alio: sacra vero deposita, tantisper delata sunt ad Oratorium Bartholomæani Collegii, quoadusque præparatum iis esset in una aularum inferiorum dictæ domus, congruum receptaculum cum altari, in quo Fratres sua peragerent noctu diuque Officia, et in erecto ibidem altari Missas dicerent ante corpus B. Joannis, supra ipsum altare locati, cum multo quotidie cereorum lumine, et civium illuc accursu. Reparatis deinde incendii damnis, quo solum ecclesiæ tectum arserat solenni cum processione in ipsam relata sacra sunt; et Sanctissimo reposito intra sublime suum tabernaculum, ad ejus pedes supra altari, collocatum corpus S. Joannis. Quo facto, et digressa ad cœnam C Religiosorum communitate, corruit ipsius sacelli fornix, sub quem paulo ante omnes processerant, sacrum corpus istic ubi nunc honoratur collocaturi: qui fornix si paulo citius corruisset, et ipsos cum multis aliis oppressisset, et contrivisset arcam, quam gestabant.

Mar. 2. 2 et an. 1589 incendio ecclesiæ subducta,

tantisper idoneo loco servatur,

ac deinde in pristinum reponitur.

CAPUT V.

Varia Sancti miracula, præsertim in paralyticis et claudis, ex Antolinio.

His sub unum contextum ex Marizio deductis, venio ad miracula a Joanne Hispalensi præterita, et apud Antolinium a cap. 46 et deinceps legenda: ubi cum dixisset de sepulcro Joannis, id quod Damascenus de sepulcro Deiparæ, medicinam esse infirmorum et vivum salutis fontem. Ad dicti hujus confirmationem; non minimum, inquit, facit cæcus, qui mox ut pedem eo intulit, visum recuperavit: sed interiori etiam lumine illustratus votum prius correxit, et petiit ut rursus ille sibi adimeretur, si ex animæ salute non foret. Deus autem sapientiori ejus petitioni annuens, oblatum sibi oculorum recæptorum sacrificium gratum habuit, eisque reddidit D cæcitatem. Eodem intravit puella contracta; quæ cum in conspectu omnium expeditum membrorum omnium usum recuperasset; ut erat insueta labori, perrexit ad sepulcrum Sancti et ad ostium ecclesiæ, aut etiam per plateas, emendicare ut solebat victum. Admonebant Augustiniani ne sic otiosa, vitam degeret, sed alicui famulatui elocaret se; alioqui metuendum esse ne beneficio accepto ingratam castigaret Deus. Accidit ei ut frustra prædixerant; rediit qua prius tenebatur infirmitas; et tunc primum serio pœnitens misella, optavit iterum ad sepulcrum intromitti; sed non obtinuit prius quam polliceretur se melius usuram sanitate, si ea sibi iterum redderetur; sicut et fecit, voti sui compos reddita.

Ant. 46 Illuminatus ad sepulcrum cæcus,

denuo impetrat cæcitatem

Puella contracta semel

iterumque curatur.

43 Alii plures infirmi, ex variis morbis sanitatem eodem in sepulcro sunt consecuti, coram multo populo, qui inde propterea avelli vix poterat. Singulare autem fuit quod juveni cuidam Equiti contigit, cui nomen Martinus Arias Maldonatus, filio Roderici Arias Maldonati, Salmanticensis: qui cum ad sepulturam Joannis venisset una cum genitoribus, curiositate magis quam religione ductus; et plena populo ecclesia esset, atque duo Fratres ad ostium sepulcri, prohibituri ne illuc intrare volentes nimis E condensarentur; videns ille compressionem tantam, extendit dexterum brachium, et quasi de ridiculo dixit Fratribus; Accipite etiam istud, et ponite in sepulcro. Vix ea verba locutus fuerat, cum obrigescere sibi brachium sensit; unde commoto mox ad pœnitentiam animo, nec non toto populo, atque imprimis utroque parente commiserante, deprecari omnes Sanctum cœpere, ut juvenili ignoscens levitati, pristinum brachii sui usum restituerent emendato; quod et obtinuerunt, cum ipso intromissi in sepulcrum, post preces, ac vota ibi fusa.

Irridenti comprimentes se ad ingressum turbas,

brachium aret,

et pœnitenti sanatur.

44 Porro ut Apocalyptico Angelo, qui posuit pedem unum supra mare, alium supra terram similis ostenderetur Joannes; etiam in mari ejus potestas apparuit, cum suborta tempestate cœpit periclitari navis quædam, multis onusta viatoribus; quibus concordi voto ipsum invocantibus apparuit, magna in luce et Augustiniano habitu, iisdemque conspicientibus navim ad portum salutis direxit. Æque miraculosa ejusdem intercessio probata fuit in monasterio S. Ursulæ Salmanticensis, ubi innocentem quamdam Monacham carcere constrictam tenebat Abbatissa. Ea recordata miraculorum, per B. Joannem a S. Facundo multipliciter patratorum, invocavit adjutorem, et exaudita est. Adfuit enim una F noctium, et cervical pulsans excitavit a somno, proximeque die Veneris inde educendam promisit; uti, de mandato Abbatissæ, reipsa contigit.

Ant. 47 A periclitantibus in tempestate Sanctus succurrit se invocantibus:

item Monachæ carcere clausæ

45 Ibidem Salmanticæ, quædam mulier maritata, gravi lateris dolore exercebatur; in eaque afflictione Joannem invocans, primo perfusa divinitus est copioso sudore; deinde, ut beneficii auctorem cognosceret, ipse apparere ei dignatus est, consuetum Ordinis habitum indutus; et hilari ac splendido cum vultu, cubili appropinquavit; ubi ante lectulum flectens genua, sic perseveravit nocte tota apud eam, affluente solatio sic absorptam, ut cum primo mane accedentes domestici aliquid esculenti porrigerent, solo manus signo indicare potuerit, ne se inquietarent. Disparente autem Sancto, surrexit sana; et parvulum, quem herniosum habebat, ad sepulturam ejus detulit, ac retulit toties (nec enim semper placet Deo statim exaudire rogantes) donec sanitatem ei impetravit, cujus signum dederunt elapsa per viam vincula, quibus parvulum constrinxerat. Alia quoque mulier Salmanticensis, ex abortu quem passa erat, tertium mensem decumbebat infirma: quæ cum in vigilia Natalis Dominici, festivius

Ant. 48 et mulieri pleuriticæ,

ejusque etiam puero ab hernia sanato

alterique ex abortu infirmæ

A vius agere diem illum cupiens, Deo se commendasset, mox ut oculos clausit servum ejus vidit sub mediam noctem, qui pedes ipsi ac brachia permulcens manu, sanam dimisit.

Ant 49 Ad idem sepulcrum sanantur

46 In monasterio Dominicanarum Zamorræ, quod S. Mariæ Dominarum nuncupant, et strictioris observantiæ erat, sacristanæ munere fungebatur anno MCCCCLXXXVIII Lucretia de Mello: quæ, cum horologium aptaret, lapsa, tibiam supra talum fractam doluit. Huic nihil profuerat adhibita quantumvis diligens curatio, sed veluti paralytica non nisi cum fulcris passum unum movere poterat, idque admodum ægre; sed neque de loco ubi consederat assurgere, absque auxilio sublevantis. Audiens autem famam Joannis, in suo sepulcro miracula operantis, *Monialis ex lapsu paralytica,* petiit et obtinuit, (nec enim tunc adhuc servabatur clausura tam rigida) ut sibi liceret Salamanticam se conferre, acceptis juxta Regulam S. Augustini comitibus, Joanna Rodriguez de Ocampo Supprioressa, et Francisca Guadalaxara. Iverunt cum ea pariter quædam aliæ personæ, in Processu expressæ; cum quibus XVIII Julii, die Veneris, ingressa sepulcrum, regressa est sana, nulliusque fulcri ultra indigens; sed ambas furcillas, quibus uti consue- B verat, ibi relinquens in testimonium miraculi.

47 Salmanticæ in ejusdem Ordinis ac nominis monasterio, *alia, una tibia quam altera brevior,* alia Sanctimonialis, nomine Teresia Rodriguez, humilibus orta natalibus, tibiam unam altera multo longiorem habuerat ab initio vitæ, jam usque ad quadragesimum annum protractæ, unde gressus ei omnino incommodus et informis reddebatur. Hæc XIX Julii ejusdem sub vesperam, una cum Isabella Garabita, ex senioribus una, venit ad ecclesiam Augustinianorum; et sepulcrum ingressa, *illuc ter ingressa,* ipso quidem Sabbato sanitatem non recepit; sed noctem totam impendens orationi votisque faciendis, perseveravit in ecclesia simul et Dominicam diem sequentem; sub noctem autem rursus ingressa; rursum, nihil commodius ambulans, regressa est. *denique sana egreditur* Nec tamen etiam sic spem posuit, quin potius in oratione perstitit usque ad mediam noctem. Tum tertium ingressa, ipsa quam ibi reperit terra pedem male compositum operuit, eoque in situ cœpit recitare canticum Zachariæ, Benedictus, quasi divinæ visitationis secura. Inter duodecimam vero et primam horam, quasi accepto signo ut genua flecteret, in ea se prostravit, ab inveterato tot annorum malo prorsus libera.

48 Tauri, in familia Portocarrera, erat ancilla, C tertium mensem affixa lecto, Agnes Larez dicta; *Ant 50 uti et ancilla una,* usque adeo paralytica tota, ut levari strato non posset, nisi una cum lodice. Ea cum accessisset in spiritu, quo corpore non poterat, et votum visitandi sepulcri fecisset; tanto melius habere cœpit, ut mox potuerit lecto surgere, et furcillis subalaribus adjuta, quamvis ægre, gressum moliri. Sperans ergo integram sanitatem consequi, urgebat domesticos, ut se quam primum deferrent Salmanticam. Quo cum venisset, sellæ muliebri insidens, et jumento vecta, in comitatu virorum duorum; cum eadem quidem molestia iisdemque furcillis ingressa sepulcrum est, egressaque absque illis, licet gradu necdum plane firmo. Acta hæc sunt die Lunæ, XXI Julii, MCCCCLXXXVIII; die autem Jovis XXIV ejusdem Julii, Antonius Martin ex Civitate-Roderici, plus *item vir,* quam biennio paralyticus totus, liberum membrorum omnium usum extulit e sepulcro eodem; sicuti et puerulus Salmanticensis, nomine Joannicius, filius *puer,* Mariæ Velasquez; qui ex unius anni paralysi tibia sinistra mancus, pedem trahebat per terram, solis eam digitis tangens.

49 Tantumdem eodem die evenit Mariæ Gonzalez Majoricensi, quæ pedibus manibusque capta, moveri per seipsam non poterat; et XXIII Julii die Mercurii D advecta Salmanticam, die Jovis inducta in sepulcrum est. *A D P EX VARIIS mulier,* Tantumdem etiam expertus est Clericus quidam, dictus Petrus Magister, Archipresbyter *Clericus,* Castri-novi, qui ex infirmitate remanserat mancus jam integrum annum; et valde inflato corpore non nisi ægre et perparum poterat ambulare: die autem Jovis XVII Julii de sepulcro egressus, coram omnibus firmo gressu et valido usus est: quod etiam juramento suo coram Notariis est testatus. Sabbato deinde sequenti die XIX Julii Ferdinandus de Villario, Taurensis, medio corpore per annum paralyticus, *et viri claudicantes duo* nec commovere se quoquam absque fulcris valens, sine his exivit, cum aliquo tamen adhuc incommodo. Et die XXVI, Petrus Rodriguez Bustillensis, viginti annis uno pede claudicans, solisque ejus digitis terram attingens, post Confessionem et Communionem, rectus indidem processit. Eodem etiam die Franciscus de Robilio, octo annis aridam ferens tibiam, multa cum molestia; cum dicto Petro Rodriguez e loco suæ habitationis profectus ad visitandum sepulcrum Sancti, similiterque in ecclesia S. Augustini sacra Confessione Communioneque præparatus, similiter sanus egressus est, et utroque pede æqualiter firmus. E

Ant 51 Ad contactum terræ sepulcralis,

50 Catharina, paupercula et conjugata, Taur. passa erat aborsum Januario mense anni MCCCCLXXXVIII: exindeque a cingulo deorsum sic mansit paralytica, ut de uno in alterum latus alienis manibus esset movenda, usque ad diem S. Barnabæ, quando primum nonnihil cœpit, magna licet cum difficultate, supra furcillas ambulare. Ergo die quadam egressam domo sua ad ecclesiam, Ludovicus de Deza comitatus, rogavit an vellet aliquid de terra sepulcrali *sanatur paralytica una,* B. Joannis Sahaguntini, monens ut eam devote sumeret, si optaret sanari. Illa vero pridem eam se cupere respondit, sed eatenus obtinere non potuisse. Acceptam autem noluit præ reverentia ipsamet eam sibi applicare; sed ministrum quemdam suæ S. Salvatoris ecclesiæ rogavit, ut istud officium sibi præstaret. Et ecce tantum roboris inde statim accepit, ut sine difficultate prolixum satis spatium perambularet, non tamen sine furcillis. Existimans autem integrum beneficium ipsi sepulcro reservari, duci se Salmanticam fecit; eoque appulit XII Julii: et XIII ingressa est sepulcrum valde claudicans, tibiasque et pedes frigidissimos: per quos sensit diffundi calorem subitum, statim ut sacram illam terram attigit: et egressa ambulavit per totam ecclesiam, cum nonnulla tamen adhuc pœna. *alteraque,* F Idem contigerat Majori Ruiz, Salmanticensi conjugatæ, XXX Junii: et XI Julii aliud miraculum factum est in filia Joannis de Morales, Bonillæ de la Sierra *et parvula gradi nequiens* commorantis; quæ a nono ætatis suæ mense latere sinistro paralytica, usque ad quartum annum vitæ nullum potuerat passum formare; tum vero nonnihil ambulare cœperat, adnixa parietibus, pede uno manuque contortis: egressa autem est de sepulcro sana, sed modicum claudicans, velut ad memoriam accepti beneficii.

Ant 51 Eadem terra admota aufertur ab oculo panus,

51 Francisci de Luzena (Hieronymus Roman de Ledesma vocat) civis Segoviensis, oculo sinistro panus increverat, sic ut eo nihil videret amplius. Is plenus fiducia, ingressus sepulcrum est IX Julii, die Mercurii, MCCCCLXXXVIII: voti tamen sui compos factus non est, licet ibi satis diu orando perseverarit: rediit nihilominus uno et altero die usque ad sextum, nihil ne tum quidem auxilii expertus. Efferens autem inde aliquid de terra dixit; Hic omnino inveniam id quod requiro: et accedens ad proximum Deiparæ sacellum, se conjecit in genua, et manu sua admovit terram istam pano, oculum obnubilanti. Et ecce, sicut electum paleam, ita terra panum ad se

A se traxit: qui cadens in terram, et chalcedonii colorem habere visus, mox in candidam solutus est spumam: oculis autem apparuit totus purus ac mundus. Ad eamdem sepulturam accessit, annis decem plus minus clauda, Catharina Martinez Zamorensis, die xv Julii ejusdem anni, prius de peccatis confessa, ac sacro Christi corpore refecta, et desideratam gratiam retulit. Nec minus propitium Divum habuit, pari tempore idem passus incommodum, solumque in furcillis usque ægre ambulans, Joannes de Bonilla, apud Barcum Abulense manens: qui cum Albæ ad Tormem narrari audivisset miracula Salmanticensia, nulla mora interposita in viam se dedit; nec adhuc civitatem attigerat, quando expertus est, se minime vanum laborem assumpsisse; quando quidem multo levius ambulare cœperit: et sepulcrum cum devotione ingressus xvi Julii, inde exivit sanus ac firmus totus.

A. D. P.

Sanantur

CAPUT VI.

Reliqua ex Antolinio Monecula.

Prædicto xvi Julii, ad Beati sepulcrum venit Joan-
B nes de Lievana Zamorensis, qui pedes sic impeditos habebat, annos jam tres vel quatuor (ex eo scilicet tempore quo Lusitanus Rex Zamoram obsederat) ut supra furcillas gradiens, singulis passibus vix unum palmum procederet, postea vero firmiter ambulavit, cum modica tamen claudicatione. Eodem venerat, uno quidem die prius Maria, filia Petri de Capillis, Zamorensis etiam ipsa: quæ a die Pentecostes prægressæ paralytica, de lecto se commovere non potuerat: id quod ei acciderat, ex quodam lateris dextri dolore, qui ipsam anno integro tenuerat: sed non nisi xvii die curata est, postquam fuisset quater ingressa sepulcrum. Claudicavit tamen etiam ipsa deinceps tantillum, ut miraculi in ea patrati relinqueretur vestigium, sicut ait vir sanctus Alfonsus de Horosco. Joannes autem Fernandez Rodericopolitanus, annis septem dolens ex infirmitate stomachi, cum tumore, ad instar pugni prominente, subindeque crescente et aperto ex una parte; xviii Julii venit, et a priori incommodo liberatus est; rediens vero postridie, etiam a secundo.

Ant. 52

Curantur claudus et clauda,

Item dolens stomacho.

53 Helena de Benavides Salmanticensis, devotissima erga B. Joannem, quem ab infantia sua cognoverat; inter alias hujus vitæ afflictiones haud
C levissimam sensit, infirmitatem sui cujusdam dilectissimi nepotuli, gravibus febribus laborantis. Huic sanitatem quæsitura, intulit ipsum in sepulcrum Joannis: sed adeo nihil id puero profuit, ut intra paucos dies ad extrema deductus, jam pro mortuo in cunis jaceret; assidente ad illas nutrice, magnisque cum clamoribus aviam exciente. Accurrit illa, et adhuc spirantem reperit, sed extremum; tertia enim reciprocatione expiravit. Mortuum ergo extulerunt de cunis, et cervicali impositum composuerunt, sequenti die sepeliendum; quo facto et accenso ad funus cereo, abierunt, deploraturæ defunctum. Inde Helena amanter expostulare cum Sancto suo, nepotemque reposcere: Quem, inquit, si reddideris, anno integro faciam Ordinis tui habitu indui: quod si adultior eum ingredi voluerit, in hoc quoque adjutrix ei ero. Neque in irritum abiere preces. Puer quem mortuum vesperi reliquerant in cervicali, mane facto cœpit plorare. Accurrit ad notam sibi vocem mox avia: quam ut infans vidit, jam sanus et valens, vultu ridenti appellavit, Mama, necdum enim plus fari didicerat.

Ant. 53

Devota erga Sanctum matrona:

mortuus nepotulus resuscitatur.

54 Joannes de Mondragon, Montis-draconarii incola, quod est oppidulum Biscaiæ in finibus Guipiscoæ, quinque circiter annos pedibus captus, vix D
paululum et ægre se commovebat; brachiis autem manibusque contractis uti non poterat, ad sese vestiendum vel cibos ori inferendum. Hic cum vidisset epistolam aliquam, docentem quam multa Deus operaretur miracula in eos, qui sepulcrum B. Joannis Sahaguntini subibant; vidit quod mulierem integrum jam mensem febres patientem aspergebant de terra inde sumpta, eaque continuo sanabatur. Tali spectaculo excitatus ad fiduciam capiendam, in viam se dedit Salmanticam versus: in qua licet multum fatigaretur, pergebat tamen tanto animosius, quanto expressius sentiebat vires sibi augeri, pro modo quo appropinquabat civitati; in eamque die Lunæ et iv Augusti ingressus, anno sæpe dicto MCCCCLXXXVIII, accessit ad monasterium S. Augustini, atque Confessione peracta vigilem noctem illam in ecclesia egit; postera autem luce sepulcrum subiit, ex eoque rediit sanus, quocumque vellet manus ac pede movens.

Quinquennio invalidus et contractus

visa febricitanti curatione subita;

adit sepulcrum et sanatur:

55 Idem sere accidit juveni cuidam Didaco, Truxilli nato, qui toleratis integro uno anno febribus totus remanserat paralyticus, nec se commo-
vere ipse in lecto poterat: cumque in hoc statu E
mensem unum mansisset, melius habere cœpit, una tamen brachiorum impeditione remanente; eamdemque ad priorem totius corporis paralysim, non sine maximis cruciatibus, rediit. Parentes hic suos rogavit ut Salmanticam deferendum se curarent; et in via aliquantum melius habens, integre convaluit in sepulcro, cui fuit immissus die Martis xxix Julii MCCCCLXXXVIII. Indidem similiter egressus est sanus Joannes de Parraga, Rodericopolitanus, brachiis ac tibiis impeditus plusquam annis quinque; qui siquando paulo melius habebat, non poterat nisi cum furcillis, alteroque sibi assistente, tantillum ambulare. Delatus autem ad sepulcrum, in eo totus cœpit sudore perfundi, quod initium sanitatis fuit, solis pedibus aliquid tumoris retinentibus. Simili modo sanata ibidem est Sancia Ordonnez, ex monasterio Dominarum Zamorensium; quæ novem annis Ant. 54
crura paralytica tulerit. Quibus aliisque miraculis animata fides plurium infirmorum, frequentiores illos accedere faciebat.

idem tribus aliis paralyticis contingit.

56 Mulier Rodericopolitana, quæ sibi per imprudentiam manum ferreo veru transfixerat, eamdem inde retinuit mancam et inflexibilem per annos sedecim; sed ex sepulcro sanam retulit. Sicut etiam sanus inde exivit pauper quidam Salmantinus, quem sellæ impositum illuc intulerant quidam vicini sui; F
et quem attulerant, pedes nullatenus movere valentem, post duas horas reversi invenerunt hilariter salientem. Item alius Salmantinus paralyticus, manibus repere per terram solitus; suo servatori gratiam relaturus, petiit et obtinuit ad habitum recipi in monasterio S. Augustini. Alius quoque, in die S. Laurentii adductus supra jumentum, prævio sudore convaluit: et Magister Franciscus, Apothecarius Sahaguntinus, veniens cum uxore brachio impedita, ipse tibiam simili paralysi inutilem habens; se et illam ex sepulcro sanitatem referre gavisus, occasionem dedit Garciæ de Caduel des Moratillensi, cui os et oculi ex quadam consternatione distorti manserant; ut idem remedium experiri vellet, et expertus cum fructu est.

Curatur mulier, manum veru transfixam et inutilem gestans,

et paralytici quatuor:

57 Agneti Nunhez, Monachæ in cœnobio Annuntiationis Salmanticæ, quod vulgariter dicitur S. Ursulæ, sinistram mamillam exedebat cancer: sed Ant. 55
cum dimidiam horam intra sepulcrum orasset, sensit vehementem in pectore ardorem; et pannos impositos plagæ dissolvi: quibus ablatis, pectus mundum sanumque invenit. Simili cum successu illuc intravit mulier quædam Cordubensis, brachio im-
pedita

sanatur cancer Monachæ,

A pedita et manu in pugnum contracta: quæ vehementem calorem in iis sentiens, inclamare cœpit præsentem ibi sororem, ut se adjuvaret. Sed jussa quiescere, paulo post egressa est sana tota. Licentiatus quoque Petrus Emmanuel Madrigalensis, Auditor Regiæ Cancellariæ Vallisoliti, depositus a medicis Isabellæ Reginæ, propter apostema circa stomachum, cum febri ardenti conjunctum, voluit ad sepulcrum Sancti Salmanticam deportari: quod cum propter extremum periculum non impetraret; accessit affectu, quo non poterat corpore; vovitque novenam, si convalesceret, ibi celebrandam. Vix nuncupaverat votum, cum cœpit habere melius; et discusso periculo, necdum plene sanus, Salmanticam se contulit: ubi fecit sibi Missam dici ad proximum sepulcro altare; tum ipsum ingressus, pronus in terram procidit, et intra horæ quadrantem sensit attactu illo persanatum sibi stomachum, acsi nihil unquam mali passus esset. Quinquennio deinde post, infirmitatem stomachi incurrit a priori diversam; suique benefactoris recordatus, eodem rediit, novenam peregit, et a sepulcro sanus exivit.

et apostema Auditori regio;

Ant. 56

58 Ægrotabat ad mortem parvula quædam Salmanticæ: attulitque eam ad sepulcrum mater, et B Missam istic dicendam curavit: postquam inde egressa illa, pedibus suis ad princeps altare ivit. Cum autem altera die filiolam eodem reduceret, puella sesquiannum dumtaxat nata, nemine sublevante recta sepulturam progressa adest; exindeque plenam habuit sanitatem. Hanc etiam recepit alia puella, cui tibia impedita tam difficilem faciebat gressum, ut os ipsius tibiæ forti crepitu resonaret. Item Salmanticensis accola, carro advectus ex agro quem colebat, totus paralyticus; Ledesmensis item mulier paralytica, et alia contracta usque ad pedes; Alia rursum ex decenni paralysi dexteram tibiam clauda. Contractus unus latere dextero, et alia toto corpore, lumbos tamen et sinistrum latus vehementius dolens. Item una per decennium neque tibias neque brachia movere valens; et altera, eadem membra habens dissoluta per quinquennium; tum paralyticus per quadriennium. Quæ omnia miracula si non sufficiant impetrandæ canonizationi, nescio quæ tandem eo suffectura sint.

aliique plurimi, impediti aut paralytici:

59 Addo nihilominus, quod Franciscus de la Penna Albensis, a cingulo deorsum dissolutus, cum sibi post suscepta sacramenta tibias perfricaret cum terra sepulcrali, salutem obtinuit: uti et Christophorus de Oleso oculis infirmus, imo altero cæcus, C ob superinductum panum: qui eadem terra oculos confricans, claros ac sanos illos de sepulcro extulit tertia die. Duæ etiam mulieres paralyticæ, invocato solum Sancto, sanitatem meruere; et una, a capite usque ad pedes talis, manum insuper unam manca. Item paralyticus in una tibiarum, et altero oculo cæcus. Curata insuper viro uni paralysis annorum duodecim, et alteri ex gravi infirmitate contracta, tum parvula paralytica uno latere per annos quatuor; et alia valde ægra ad preces matris. Joannes Paciecus Rodericopolitanus, ex continua febri et apostemate cum carbunculo desperatus a medicis, convaluit ad contactum Reliquiarum B. Joannis: et Agnes Gonzalez Salmanticensis, per carbunculum capiti enatum deducta ad extremum, deprecante pro ipsa domina sua: quæ etiam liberari meruit a falso crimine necis illatæ cuidam famulæ suæ, cujus accusabatur. Plures quoque alii ex diversis infirmitatibus convaluerunt, alii ex variis periculis sunt liberati; ac præsertim mulieres parturientes, invocato Sancto tangentes ejus baculum, ad quem tam Salmanticæ quam Toleti multa sunt patrata miracula.

etiam tactu terræ sepulcralis,

Ant. 57

vel baculi quo usus Sanctus

60 Hactenus Antolinius a cap. 46 ad 58. Eum secutus Marizius eadem eodem ordine, sed pluribus D verbis nihil in substantia varians, reddidit Lusitanice; addidit autem parte 2 cap. 43 et seqq. ex Alfonso de Horosco, qua parte hic in Chronica sua Augustiniana agit de Beatis Ordinis, et Vitam Joannis deducit, sequentia pauca. Ac primum quidem ipsiusmet verbis in hunc modum: Pauci sunt anni quod vidimus in eadem sepultura sanari hominem, cui tibiam sagitta incussa contraxerat; extensi autem ibi ejus nervi sunt, et egressus currere per ecclesiam cœpit. Idem similiter narrat cæcum puerum, illuc a matre adductum, alacriter exclamasse; Video, mater, Sacerdotem, qui supra me Evangelium recitat: et revera jam clare videbat omnia. Item de juvene quodam infirmo dicit, quod eo usque reductus erat, ut multis jam diebus amissa loquela, cito moriturus crederetur: qui tamen ad sepulturam delatus, quam potuit devotissime salutationem Angelicam recitavit; et hac finita caruit omni morbo.

A. D. P. EX VARIIS. Quædam decerpta ex Marizio.

CAPUT VII.

Miracula collecta ex novissimo scriptore Ant. Jacobo Valaurio. E

Accipe porro etiam ex Valaurio, non pauca de præmissis referente, quæ hactenus non exposita ab aliis, ipse eruit ex antiquis novisque processibus. Incipiens ille a vestibus Joannis, dicit quod inde per pium furtum conati sunt plurimi rapere quidpiam, pro Reliquiis servandum, non sine plurium miraculorum iis mediantibus obtentorum effectu; tum addit, Salmanticæ vix ullam mulierem adduci in periculum partus, quæ non satagat ex Conventu Augustiniano accipere Tunicam, qua vivus usus est Sanctus; passimque felicia ea puerperia esse. Hinc vero, inquit ille, sanctæ isti vesti tanta accessit veneratio, ut cum processionaliter defertur per urbem, omnes per quos transit ei genua inclinent, Deum in suo Sancto mirabilem laudantes: nec quisquam est, qui magno honori et felicitati non ducat, vel modico tempore domi suæ habere tot prodigiorum instrumentum. Ipse etiam saccus, in quo olim servabatur, eadem pollet virtute. Hinc Joannes Lopez de Zalamanca, postquam cæruleum jam inveteratum cum novo serici rubei commutasset; deponit, eo mediante non solum se recepisse sanitatem, sed plurimos etiam alios a gravissimis infirmitatibus liberatos. Ita Velaurus cap. 2 lib. 3. plura deinde alia narrat capitibus sequentibus sex, unde hæc decerpo. F

Val. 3, 2

Tunica Sancti a puerperis expetitur;

et saccus, cui olim involuta fuit, multis prodest.

62 Quinquennis puella, Alfonsi Laurentii filia, dum pater agriculturæ vacaret, et mater inter vicinas fila duceret; in societate coætanearum aliquot per spatiosum hortum ludibunda discurrebat, circa labrum leviter congelatæ lacunæ; fallente autem vestigio lapsa in illam, nihil sui conspiciendum relinquebat præter capillos foris extantes. Ad sociarum clamorem mater excita, quæ plusquam centum quadraginta passibus inde distabat, imploravit auxilium B. Joannis Sahaguntini, ac deinde Catharinæ Palmeriæ sodalis suæ, metuens ut oppressus dolore animus sufficeret ferendo subsidio. Accurrit tamen quam potuit citissime, et simul cum Palmeria arripiens perticam, ad oram lacunæ attraxerunt eduxeruntque apprehensam per capillos, jam fere congelatam, ac nullum vitæ signum dantem; et appenderunt per pedes, ad eliciendam foras aquam intromissam; nec aliud deinde fecerunt, quam quod pannis aliquibus superinjectis, velut mortuam cooperuerint. Interim afflicta mater non desinebat invocare Beatum, vovens curandam Missam in ejus honorem.

Val. 3, 2

Puella quinquennis, gelido lacui immersa,

indeque extracta pro mortua,

A. D. P. EX VARIIS. *ad votum parentum post horam reviviscit.*

A honorem. Adfuit mox etiam accersitus pater, et simul ambo lacrymabundi redierunt ad spectandum defunctam filiolam. Ea post horam, qua sic jacuerat, discooperta, commovit se, dicens, Pater. Ad insperatam filiæ resuscitationem renovatæ sunt lacrymæ, non jam mœroris, sed jubili. Interrogata deinde, numquid sub aqua vidisset; puellari verecundia prohibita, tunc quidem tacuit; postea vero amiculæ suæ Catharinæ dixit, quod viderit virum nigris indutum cum corona in capite. Iterum autem requisita a patre suo; An ergo, inquit, æstimatis quod sub lacu mersa nihil viderim? Vidi sane, vidi.

Alia ab igne illæsa tollitur,

63 Dum Alfonsus de Alamansa, et Emmanuela Robles conjuges, simul cœnarent, procul aliquantum a foco; viderunt in eum labi pronam filiam suam. Non ita prompti potuerunt esse eorum pedes ad accurrendum, quam lingua ad invocandam Beati opem, quam etiam citius retulerunt: cum enim eam per capillos extraxisset alterutrius parentis frater, viderunt nihil in facie læsam. In oppido Santervazii puer quidam frigidum furnum ingressus erat, causa capiendi somni. Ita cum abisset ex oculis, obdormissetque; contigit ab ignaris domesticis furnum calefieri, quando circumdatus flamma puer atque

et puer ex furno ardente.

B evigilans, clamore testatus est istic esse se. Cui nihil prius habuit quod reponeret mater, quam inclamare Beatum; arreptoque titionum eorum uno, cujus jam caput ardebat, cum ipso ad se traxit puerum, nec in vestibus nec in capillis, nedum in carne quidquam noxæ passum a flammis.

Captivus a carcere liberatur,

64 Graviter offenderat loci Præfectum Joannes de Almanza, et ab eo, cui potentia suffragabatur ad jus sibi ipsi faciendum, datus erat in carcerem, nec leve supplicium formidabat; cum intercessores quamtumvis gratiosi (in quibus etiam fuit D. Thomasia Borgia, Comitissa Gregalis) nihil valeret ad emolliendum animum, in vindictam obstinatum. Una ergo noctium divinitus inspiratus, invocavit Beatum; et sub auroram aperiri portas vidit, per easque occurrere sibi adversarium eumdemque judicem: qui amplexum jussit esse securum libertatis, amiceque apprehensum invitavit ad prandium.

et æger a periculosa febre.

65 Joannes Poza Diaconus, Hispalensis origine, ulterioribus in republica litteraria gradibus aptaturus sese, et Baccalaureatum petiturus, Salamanticam venerat: sed studiorum cursum interrumpente febri, tam fixa duratione, quam accidentibus variam, nullam evadendi spem reliquam habebat. Videns ergo Doctoris Ruizii, regii medici artem nihil
C sibi ad salutem conducere, ad opem divinam respexit; invocatoque B. Joanne, vovit se, modo sequenti die non recurreret ex more febris, visitaturum ecclesiam ejus, cum duobus cereis ibi accendendis, et quotidie recitaturum tertiam partem Rosarii: statimque exauditum se ab illo sensit, cujus Deiparæ dum vixit devotissimi, non potuit non gratissimum Deo esse votum, cum matris honore conjunctum: et ita confestim sanatus est.

Oleum ex lampade S. Nicolai Tolent. petens,

66 Admirabilis etiam est successus, per quem terminatus est Processus Salmantinus; quando de licentia istius delegati tribunalis, ex libro olim scripto a P. Mag. Fr. Didaco Velez de Guevara, Hispali transcriptum est quod sequitur. In ecclesia Ordinis stabant erecta altaria duo, alterum S. Nicolai Tolentinatis, alterum S. Joannis Sahaguntini; et ante utrumque ardebat suspensa lampas. Huc feliciter intravit homo, a morbo chronico male habitus, ex persuasione cujusdam devotæ personæ uncturus se oleo prioris Sancti, quod multi experti fuerant præsens in morbis desperatis remedium. Sed bonus ille vir, non satis inter imagines lampadesque distinguens, extensa manu sumpsit de illa quæ ardebat ante altare posterioris, indeque se un-

et sumens ex lampade S. Joannis,

xit. Regressus domum non obtento quod speraverat D
beneficio, interrogatur ab amico, quomodo et unde acceperit oleum; itaque respondit, ut ex indiciis quæ dabat appareret error. Remittitur ergo ut sumat de oleo Sancti Tolentinatis: sed dum ad hujus lampadem extendit manum, attollitur illa per seipsam tam alte, ut attingere nulla ratione potuerit. In ipso tamen actu illo consecutus est sanitatem, volente Deo eam gloriam B. Joanni Sahaguntino relictam, sicut omnes censuerunt.

juvatur dum priorem attingere frustra nititur.

Sanatur letale vulnus,

67 Agnes Gonzalez, cum capiti cujusdam famulæ suæ ictum mortalem inflixisset; pœnitentia ducta ad Sanctum recurrit, qui illam subito sanavit. Bubulcus ex carro lapsus in præcipitium, eodem invocato servatus fuit. Isabella Gomez, lapsa ex scalis, post paucos dies deprehendit in mamilla sinistra lividam maculam, pustula una non majorem: quæ paulatim dilatata una cum acuto dolore crescebat, et indurata tandem se cancrum esse monstravit, et quidem tam malignum, ut nulla medicorum ars lenire eum posset, et ipsis remediis exasperaretur. Cum autem in momenta latius serperet, cito credebatur ad cor perventura pestis, vitamque ablatura. Ad mortem igitur præparabat illa se: spem tamen adhuc aliquam concepit vitæ, in sepulcro Joannis servandæ. Eo ergo conduci se fecit, et caput per fenestellam E
immisit, petiitque auxilium: deinde Sancto habitu tangi fecit partem læsam. Sacramenta quoque Confessionis et Communionis suscepit, ac denique brevissimo somno corripitur; unde experrecta, et veluti de morte reducta ad vitam, nihil aliud sciebat dicere, quam, O sancte mi Joannes de S. Facundo? Ergone verum est, o sancte mi? jam sana sum! Putabat scilicet somniare se: et locum plagæ mortalis tangens jam sanum, perrexit exclamare; O sancte mi! o sancte mi: egressaque in forum publicavit miraculum, cujus tot habuit testes, quot medicos civitas.

Val. 3, 9 incurabilis cancer;

brachio paralyticus

68 Malignus defluxus Emmanueli Caranzæ descendens in locum pulsus dexteri, totum brachium paralyticum fecit: et remediis malum exacerbantibus magis, nulla nisi a miraculo sanitatis spes erat. Cum ergo in festo S. Augustini ejus ecclesiam intrasset, Patris Filiique opem imploraturus; cœpit per actus contritionis sese ad Communionem disponere, quia surdus erat et consuetus ipsi Confessarius abscesserat: sæpius autem iterabat hæc verba; Quamvis magnus peccator sim omniumque miserrimus, tanto major Dei relucebit gloria. Sub hæc vidit aut videre sibi visus est, ex oculis Sancti F
absistentes radios, adeo vivos et lucidos, ut ex suis elicerent lacrymas: cum quibus pœnitentiæ actus iterans, accedensque ad altare, nitebatur admitti ad contactum sacri habitus, a quo eum multitudo conferta impediebat. Tandem autem eo perveniens, per quartam horæ partem voluit illum retinere suo brachio applicatum. Deinde ex integro sanum se sentiens, brachiumque extendens et quo vellet ducens, ad eum qui adstabat Religiosum se convertit et dixit; Numquid sanctum istum habitum tangens sanarer? Ecce sanum me: et ad circumstantes, quorum multi consciierant infirmitoris suæ, delirantis instar divulgabat miraculum; quod pluris sibi non steterat, quam suspirio uno et sensu et urentis cujusdam fervoris in brachio. Acciderunt hæc omnia in Dominica, et Lunæ sequenti ad consuetum panificii laborem rediens cum uxore, non minus quam farinæ triticeæ rubos tres pinsuit ea manu, quam prius nec ori quidem potuerat admovere, pectori, autem ægre.

admotam illi tunica Sancti,

Gibbosus et debilis

69 Emmanuel de Castrilio, filius Ursulæ de Medina, lapsu e scala ad altitudinem viginti palmorum, lumbos sic luxavit, ut a spina dorsi processerit

A serit ei gibbositas quædam, tam enormis et molesta, ut passum nullum formare posset, nisi incurvus et manus genibus apprimens, adhibito insuper scipione. In eo curando multi chirurgi, artem suam rogati curationi ejus impendere, periculum facere noluerunt: tandem tamen inventus unus, petiit eum suæ discretioni relinqui, velut jam mortuum. Sed recusavit mater, tam exiguæ spei causa, certo periculo filium committere; et maluit opem expectare a Sancto. Cujus sepulcrum novem diebus cum filio visitare promisit. Satis hoc fuit ad gratiam impetrandam; vix enim ecclesiam erant ingressi, cum filius sublato in altum scipione, procurrere solus ad sepulcrum cœpit, exclamans; Mater. Mater, jam nullum omnino malum sentio; jam sanus sum. Vix poterat suis oculis credere mater, attonita ad subitationem tam celeris gratiæ: mandavitque filio ne a vitali illo sepulcro discederet prius quam novena expirasset, ad plenam gratiam obtinendam; illuc enim ipsi cibum allaturam se, ut remanere posset etiam clausa ecclesia. Vix inde discesserat illa sub horam quintam, cum vidit post se venientem filium, cursu tam festino, acsi taurum fugeret (verba depo-

gressum recipit ad sepulcrum.

B sitionis ipsius sunt) laudantem elata voce gratiam obtentam.

70 Sed quia pro hujus plenitudine adhuc restabat complanandus gibbus, voluit mater continuari novenam, et promisit de sua paupertatula decerpere eleemosynam, Missæ curandæ necessariam. Reducto ergo ad sepulcrum filio, petiit ut Sacerdos, juxta pium patriæ istius ritum, super eo Evangelium recitaret, Super ægros manus imponent, et bene habebunt. Postea vero a multis ibi Religiosis visus puer, interrogatus fuit de reddita ipsi se movendi facultate, quæ patebat ad oculum, et domum est remissus. Ibi cum eum vestibus exueret mater, non amplius gibbum reperit; et plena stupore, interrogans quid ei factum esset, aut quomodo gibbus sublatus; audivit, quod, ipso quo Evangelium recitabatur momento temporis, senserit velut castaneam disrumpi; simulque sublatum dolorem, quem ibi patiebatur; et solum relictum ibi os unum, aliquantum elatius aliis, velut vestigium præteriti mali. Cujus gratiæ præcones mater ac filius moverunt Episcopum Cordubensem, Don Ludovicum Fernandez, ut ipsum a multis testibus confirmatum authentice approbaret.

quod persistere jussus a matre,

etiam a gibbo liberatur

71 S. Facundi oppidum, quod luci Sanctum dedit, noluit in eo honorando esse postremum: sed sub ejus invocatione in ecclesia sanctissimæ Trinitatis numerosam erexit Confraternitatem: et quia

In oppido S Facundi instituta Confraternitas,

C pro celebrando festo convenit, ad illuminandum altare aliquantam ceræ copiam comparat, Oratorii istius Prior, cum Petro della Puente Scriba regio, et Ludovico Pasquera, accessit ad officinam cerarii ut acciperet candelas sedecim, mediæ libræ singulas, universim libras octo et unciæ quatuor, ad rigorem bilancis, sicuti notatum reperitur in libro: et omnes integræ datæ piis confratribus sunt. Arserunt illæ toto tempore sacri musice cantati, et aliarum porro functionum, donec singularum tres quartæ partes consumerentur: sed cum venditori restituerctur quod residuum erat, prout moris est: repositarum intra bilancem, ut detrimentum æstimaretur, inventum est idem omnino pondus, quod prius quam positæ in altari candelæ fuissent. Volens tamen cerarius explorare certius casum, qui æstimabatur miraculosus; aliud sumpsit experimentum, impositis in alteram lancem totidem candelis mediæ libræ integris; et harum pondus nec uno quidem scrupulo visum est excedere pondus earum quæ tam notabiliter videbantur imminutæ; volente Sancto civibus declarare, quam gratæ sibi essent illæ pri-

ceram festo impensam nihil imminutam invenit,

mitiæ devotionis erga se, omnemque expensam in eas factam compensare. Casus per manus Notariorum regiorum signatus fuit, afferente cerario citra miraculum non potuisse evenire, quin candela, tempore quantulocumque ardens, imminuatur. Confraternitas, quæ fausto illo die initium sumpsit sub exiguo quatuordecim Sodalium numero, modo ad septuaginta pervenit; qui omnes interveniunt festivitati, ferentes singuli quatuor librarum facem, imponentesque altari candelam unius libræ. Notabile etiam est, quod publicato miraculo omnes ad cerarium accurrerunt, ut prodigiosæ illius ceræ particulam obtinerent, valituram contra tempestates, aut cervicali apponendam in hora mortis. D

A. D. P. EX VARIIS

et ipsa valde multiplicatur:

72 Corruente media in nocte domo D. Francisci de Prato-Saldaniæ, quando omnes sopor occupat, ab altitudine magna devoluta inter rudera est paupercula vetula, nomine Antonia de Vincentia; suoque in indusio ægre reperta sub cryptula, et onusta mole petrarum, lignorum atque cæmenti, quantum bis mille carri ægre aveherent. Ibi illa ad horas quadraginta mansit, absque ullo spiraculo lucis vel aeris; nisi quod se inveniret sub cryptula, nesciens quomodo sic ibi conservaretur, quandoquidem omni E modo istic debuerit suffocari. Accurrit in auxilium cum multis operariis Magistratus loci: et post plurium horarum laborem, quæ putabatur non invenienda nisi contrita tota, exiit nullum passa incommodum, nisi quod modico livore esset hinc inde signata. Dixit autem, se in ipsius ruinæ articulo, dum cubiculum concuteretur, nihil prius cogitasse quam de invocando B. Joanne; cumque in imum devoluta esset, impulsam fuisse se ut ad quemdam fornicem se reciperet: quo priusquam perveniret, inter expediendum a ruinis brachium, voverit Missam curandam, cum eleemosyna pro alenda lampade. Interim domus reliqua minabatur ruinam, quapropter nemo audebat propius ad mulierem educendam accedere; donec Præfectus major Didacus de Robles, aliquantos operarios precibus promissisque induxit, ad bonam Sanctoque devotam vetulam ex illa veluti tumba reducendam ad lucem.

Sub ruina domus

profunde mersa vetula,

illa post horas 40 educitur.

73 Maria Rodriguez Solano, Emmanuelis Calderiæ barbitonsoris paupercula vidua, per octo menses nephriticis doloribus cruciata, sæpius ad sui Confessarii et Pastoris pedes accurrerat, morti se præparatura. Quodam autem die, majoribus quam unquam afflicta doloribus, de lecto prosiliit, et domo se proripuit. Cumque veluti amens discurreret, contigit eam transire domum natalitiam Sancti, in vico Arcus dicto: ad cujus aspectum recordata patrocinii tam potentis implorandi, sensit urgeri se F quasi ad exonerandam naturam. Ergo cum se convertisset domum regressura, ad primos quos fecit passus, vehementissimo tremore concussæ, soluta est et excidit petra, ovi anserini magnitudine: qua sublata, protinus discurrere cœpit, et cum commemoratione gratiæ sibi factæ eam publiceque obviis ostentare. Nec satis habuit instare apud Parochum Patresque illius loci, ut in Acta publica casus referretur; petram ipsam semper voluit penes se habere, quæ denique ea mortua in potestatem Patrum prædictorum venit, tam singularis miraculi testis.

Intolerabili calculo cruciata,

eodem subito liberatur.

CAPUT VIII.

Petita instanter Canonizatio: concessa Beatificatio cum Indulgentiis: indultum pro 12 Junii Officium cum Missa.

Tantorum porro miraculorum fama excitata devotio, non solum promiscuæ conditionis homines ad visitandum sepulcrum attraxit, sed etiam primæ dignitatis

MAR. 2. 6

Visitatur sepulcrum ab Isabella Regina,

A

A D P EX VARIIS Carolo V, Philippo II ac III, et Margar. R.

dignitatis ac potestatis personas, in quibus Regina Isabella fuit, quæ ea de causa cum insigni comitatu, Zamorra ubi erat, Salmanticam excurrit. Idem fecit ejus nepos Carolus V Imperator, et hujus filius Philippus II, primus Hispaniæ totius Monarcha, et suæ ibi magnificentiæ monumenta reliquit. Tum Philippus III, Margarita Austriaca conjuge comitatus: qui quam solennissimo apparatu excepti fuerunt a civitate universa. Cumque capellam Sancti visitassent, crediderunt illius conventus Patres, honorem tantum sibi factum non posse dignius recognoscere,

qui donantur particula sacri corporis.

quam donando iisdem particulam aliquam sacri corporis, quam gratissimam, ut par erat, habuerunt; idque declaraverunt promovendo Beatificationem ejus, de qua Antolinius exorditur agere à Capite 58; et ad finem usque libri sui, hoc argumentum sic prosequitur.

Ant. 58 etc. Pro canonizatione obtinenda

75 Cum Ordo Augustinianus de Vita et Miraculis B. Joannis a S. Facundo informationes confici jussisset, opera sancti viri Joannis Hispalensis, ad instantiam Excellentissimarum Dominarum, utriusque Mariæ ab Aragonia, filiarum Catholici Regis Ferdinandi et Sanctimonialium Augustinia-

B

formatur processus,

narum, Priorissæ unius, Suppriorissæ alterius, in Madrigalensi regio Parthenone; et miracula complura, ex testium circiter trecentorum depositionibus juratis collecta, loci Ordinarius authentica declarasset; supplicatum Alexandro VI summo Pontifici fuit humiliter pro Canonizatione. Videns autem eodem tempore Ferdinandus idem, Catholicus Rex (ut est in Processu) quam notoria Joannis sanctitas esset, et manifesta miracula; supplicationem etiam suam adjecit, et negotium idem dedit Magno Capitaneo, perquam devoto erga ipsum Bea-

et instat Ferdinandus Rex,

tum, cui etiam Joannes Hispalensis eam vitam scripserat, quæ epistolatim digesta habetur. Sed quantumvis multum ille institerit, nihil tunc fieri ex voto potuit. Non ideo tamen tunc elanguit fervor Fratrum, novis identidem miraculis inflammatus, quin potius novas informationes coram Ordinario fieri curarunt, de rebus post primam informationem factis.

76 Post hæc nihil amplius actum est, donec iterum Deus Ordinis Generali inspiravit, ut suo et totius Religionis nomine prostratus ad pedes Pauli III: faceret coram eo brevem relationem vitæ, mor

ac cursum sub Paulo 3 Carolus 5.

tis, et miraculorum Deinde Cardinalis Rudolfus Protector Ordinis, et Imperator Carolus V pro eadem re supplicarunt. Pontifex autem, auditis

C

magnalibus tantis, annuit justis precibus, et decrevit ad canonizationem progredi; ideoque mandavit expediri Breve, per quod Cardinali Toletano et Episcopis Salmanticensi ac Balneoregiensi, tam simul quam seorsim singulis, potestas plena committitur in hunc modum: Dilecto Filio, Joanni Presbytero Cardinali S. Joannis ante Portam Latinam, dicto Toletano, et venerabilibus Fratribus Salmanticensi ac Balneoregiensi Episcopis, et cuilibet eorum, Paulus Papa III. Dilecte Fili et venerabiles Fratres, Salutem et Apostolicam benedictionem. Quia, sicut nobis insinuavit dilectus Frater Antonius, Diaconus Cardinalis S. Mariæ in Via-lata, nominatus Rodul-

Ad instantiam Card Protectoris atque Generalis,

phius, Protector generalis Ordinis Eremitarum S. Augustini, nomine suo, et dilectorum Filiorum Prioris generalis ac Fratrum dicti Ordinis; Joannes de S. Facundo, quondam ejusdem Ordinis Frater Professus, qui juvenis studiorum causa Salamanticam venit; multumque proficiens, tum in litteris, tum in virtutibus ac bonis moribus, receptus fuit in Collegium majus S. Bartholomæi, cum magno solatio et applausu omnium, quo non admittuntur nisi viri docti, integræ vitæ ac famæ, Christiani veteres, ac mundi ab omni Judaicæ vel Mauricæ conta-

D

intuitu insignium meritorum Joannis,

gionis suspicione. Inde porro, non aspirans ad Episcopales vel Archiepiscopales dignitates, aliaque officia regalia, ad quæ Collegiales dicti Collegii solent promoveri; sed ad paupertatem et humilitatem Religionis, sumpsit habitum Ordinis S. Augustini in suo monasterio Salmanticæ: ubi professus vixit cum optimo exemplo, resplendens in vitæ sanctitate omnibusque virtutibus; et lucrando Deo animas, extra viam veritatis ambulantes, ipsas ad eum pertrahendo; nec non multis clarissimisque miraculis in vita atque post mortem, sicut hodiedum splendescit. Quapropter pie creditur esse in cœlo inter Sanctos, et quod referri debeat in horum Catalogum.

nominantur Commissarii,

77 Quapropter idem Nicolaus Cardinalis Protector humiliter petiit, suo et prædictorum nomine, ne memoria miraculorum tempore intercidat, moriantur que testes eorumdem notitiam habentes, antequam testimonium dixerint; et ut ipse Joannes, ita exigentibus ejus meritis, possit inscribi Sanctorum Catalogo, et ut talis honorari a fidelibus, juberemus fieri Processus super vita et miraculis. Igitur summopere desiderantes, ut Dominus honore-

E

ad reformandos Processus

tur in Sanctis suis, et credentes difficillimum esse et quasi impossibile, ut testes ad supradicta præsentandi et recipiendi, personaliter veniant ad hanc Apostolicam Sedem; volentes in hoc prout convenit providere, et attentis tam humilibus precibus, committimus et mandamus vobis, quorum integritati, zelo fidei, atque experientiæ multum in Domino fidimus, ut vos, vel duo, vel unus ex vobis, nostra auctoritate inquiratis et examinetis, magna cum diligentia, veritatem vitæ, conversationis, et famæ dicti Joannis, miraculorumque omnium quæ eo spectare videbuntur; utque recipiatis informationes fide dignas, quas super iis factas inveneritis; suscipiatisque, ad verificationem prædictorum et informationem, testes omni exceptione majores, prout negotium tam grave requirit; et coram Notariis legalibus atque fidelibus, ad hoc delectis, examinetis solicite, fideliter et diligenter informationes

et Romam transmittendos,

et testes, scribendo horum dicta per eosdem prædictos Notarios, et sigillatas in publica forma nobis aut prædictæ Sedi mittatis, sub vestris litteris, vestro sigillo signatis, per proprium aut alium fidelem tabellarium. Non obstantibus quibuscumque contrariis. Datum Romæ ad S. Marcum, sub Annulo Piscatoris, XXII die Augusti MDXLII, octavo Pontificatus nostri. Blas. Ep. Fulgin.

F

ex quibus Episcopus Salmantic id facit,

78 Hunc primum passum fecit Apostolica Sedes, ad Canonizationem B. Joannis: cumque Breve istud ex parte Religionis traditum esset Episcopo Salmanticensi, per Compulsorias suas mandavit, informationes ante Ordinarium factas exhiberi: quas visas, examinatas et approbatas inseruit Processui, denuo facto: eumque in synopsim redigens, clausum et sigillatum misit Pontifici in forma probante. Et ille quidem sufficere videbatur, ideoque sperabatur brevi secutura Canonizatio: sed e contrario nihil promota res est usque ad tempora Pii V, apud quem Catholicus Rex Philippus II vehementer ursit conclusionem causæ. Mortuo autem Pontifice illo sub annum MDLXXII, Majestas sua interposuit offficia eadem apud successorem Gregorium XIII; qui visa Relatione, servum Dei Joannem declaravit

et Gregorius 13 Beatum declarat, additis indulgentiis pro 11 Junii.

Beatum; concedens Indulgentiam plenariam ad annos decem, omnibus Christi fidelibus, visitaturis altare et capellam B. Joannis XI Junii, festo S. Barnabæ: nec ultra progressa est Sanctitas sua, morte interveniente præpedita, anno MDLXXXV.

79 Non ideo tamen Philippus Rex bene cœpto negotio manum subtraxit: itaque perrexit illud tractari, sed admodum lente, propter languorem Ordinis

A dinis ea in parte, neminem Romæ ad id constituentis, solique Castellanæ Provinciæ curam omnem dimittentis; hinc autem satis erat ipsam demandare Religiosis, ad Capitulum Generale Romam mittendis; qui eo finito festinabant redire in provinciam, dimisso opere quod nec inchoaverant quidem. Ita cuncta hæserunt usque ad annum MDXCVII, quando Philippus Rex, idem qui supra, novas instantias fecit apud Clementem VIII: qui satis habuit priores Indulgentias ad decem annos prolongasse, litteris ad XXX Julii in hac forma expeditis: Clemens Papa VIII, omnibus fidelibus Christianis præsentes visuris salutem et Apostolicam benedictionem. Cupiens amore pio augere religionem Fidelium, et salutem animarum, per cœlestes thesauros Ecclesiæ; et exaudiens humiles supplicationes dilecti filii nostri, Andreæ Cordubensis Sacellani nostri et Auditoris Palatii Apostolici; omnibus utriusque sexus fidelibus, cum vera pœnitentia confessis et communicatis, visitantibus ecclesiam S. Augustini Salmanticæ, et in ea altare B. Joannis de S. Facundo, anno quolibet in festo ejusdem a primis Vesperis usque ad occasum solis diei sequentis, ibique orantibus pro concordia Principum Christianorum, ex- B tirpatione hæreseon et exaltatione sanctæ Matris Ecclesiæ; concedimus in Domino Indulgentiam et remissionem suorum omnium peccatorum; præsentibus ad annos dumtaxat decem duraturis. Volumus tamen ut si aliunde ibi constituerimus aliquas Indulgentias, in perpetuum vel ad tempus dumtaxat, pro fidelibus eadem die dictam capellam visitantibus, dictæ Indulgentiæ nullæ sint. Datum Romæ ad S. Marcum XXX Julii MDXCVII, quinto nostri Pontificatus. M. Vestrius Barbianus.

quas anno 1597 Clemens 8,

prorogat ad decennium.

80 Tum considerans Provincia Observantium Castellæ, quantum causæ nocuerit defectus Procuratoris in Urbe, misit illuc cum potestate Fr. Ludovicum dos Rios, ad illam tractandam. Sed quamvis etiam tunc pro eadem apud Clementem VIII instaret Philippus III cum avia sua Imperatrice, et nobili Salmanticensi Ecclesia, atque Universitate nec non Collegiis et Monasteriis totaque Religio Augustiniana. Distulit tamen Sanctitas sua tantorum Regum ac Principum, viventium ac mortuorum, aliarumque illustrium pesonarum votis respondere. Illis autem nihil ab instandi fervore remittentibus, et Procuratore non modicam diligentiam conferente; Mandavit Rex suo Romæ Oratori Duci Sessæ, ut eodem operam omnem conferret. C Hic, ut statuum Magni Capitanei heres, sic etiam zeli pro causa Joannis, vehementer suam Sanctitatem urgebat: nec minus faciebat D. Andreas de Corduba, Sancto perquam devotus, ex eo tempore quo fuerat Salmanticæ Collegialis in S. Bartholomæi, tunc Auditor Rotæ: qui viso Processu, cum eum invenisset tam solide subsistentem, quam a pluribus retro annis fuerat Romæ productus in causa canonizandorum Sanctorum; non cessabat pro hoc Dei servo supplicare. Quibus omnibus, aut potius a Spiritu sancto mota Sanctitas sua, Processum jam dictum remisit ad Hieronymum Pamphilium, et Joannem Garciam Milinum, Auditores Rotæ, Capellanos suos, ut viderent an omnia essent in forma probanti, et testes legitime ac rite examinati.

tum renovatis sub Philippo 3 instantiis,

jubet Processum priorem recognosci,

81 Atque hic secundus fuit Sedis Apostolicæ passus ad Canonizationem tamdiu optatam: ad quem iterum subsistente Pontifice, placuit eidem supplicare, ut interim faceret Religioni potestatem, dicendi Missam solennem de Sancto, in die transitus ejus, divinumque Officium recitandi, sicut de aliis Sanctis, in monasterio Salmanticensi S. Augustini, ubi jacebat illius corpus. Hanc supplicationem remisit Pontifex expendendam Congregationi de Ritibus, mandans Cardinalibus Baronio et Antoniano, D ut viso Processu relationem facerent Congregationi: qui fuit quasi tertius passus. Illi autem post debitam diligentiam, addiderunt, tanta magnalia tamque certa probari de B. Joanne Sahaguntino, ut posset secure Sanctitas sua ad illius Canonizationem procedere. Ex eoque Cardinalis Antonianus mansit devotissimus Sancto, Vitamque ejus Latine scripsit elegantissimo stylo suo. Qua relatione visa et Cardinalibus auditis, decrevit Congregatio de Ritibus, Sanctitatem suam posse concedere gratiam postulatam, idque declaravit per decretum, emanatum die XXIV Augusti MDC.

interimque supplicantibus

A D P. Ex variis Officium et Missam concedi probat Congregatio Rituum:

82 Tunc iterum Sanctitas sua mandavit prædictis duobus Cardinalibus, Baronio et Antoniano, omnia recognoscere. Qui conformiter ad priorem relationem, una cum Cardinali Decano Congregationis, retulerunt, se in eadem sententia persistere. Erat ergo hic quartus passus, æque ac prior non observatus in causa S. Didaci, absque ejusmodi moris canonizati. Quare cum neque sic videretur permoveri Pontifex, obtulit Ordo novum libellum supplicem: in quo relatis antehac gestis, rationes congerit; ob quas conveniret interim concedi Mis- E sam et Officium. Primo quia gratia ista cedit in utilitatem Ecclesiæ, ut in ea magis honoretur Deus, per memoriam virtutum et meritorum hujus servi sui; pro quo facit et fecit tam multa miracula, ut eorum numerus iniri nequeat: maxime cum illa gratia petatur pro Salmanticensi civitate, quæ est seminarium generale Hispaniarum, imo Christianitatis totius, ut in ea excitentur studiosorum ingenia illius exemplo, ad virtutem et litteras prosequendas. Secundo: quia ista sancta Sedes sæpius similes gratias concessit etiam integræ alicui Religioni (uti pluribus exemplis constat) quæ autem nunc petitur, multo minor est ea, quam etiam sua Sanctitas alias concessit: quandoquidem petatur pro una sola civitate, tantopere occupata in obsequio Christianitatis; et pro unica ecclesia, eaque Fratrum Ordinis S. Augustini, tam meriti de Ecclesia et ipsamet sancta Sede. Tertio: quia eadem sancta Sedes alias concessit gratias multo majores, puta, ut Beati aliqui inscriberentur Romano Martyrologio, quemadmodum etiam nuperrime factum; unde nunc leguntur per totam Ecclesiam inter alios Sanctos canonizatos. Quarto, quia cum Gregorius XIII felicis recordationis concesserit plenariam Indulgentiam visitantibus capellam servi Dei, cumque F eam sua Sanctitas confirmaverit, videtur convenire, ut in ejusdem honorem etiam dicatur Missa et Officium; præsertim cum civitas Salmanticensis tantopere afficiatur erga hunc suum Beatum; tantoque numero concurrat ad ejus sacellum, maxime in die sui felicis transitus. Denique cum jam toties sanctæ isti Sedi supplicaverint adeo magni Reges, Imperator et Imperatrix, Civitas Salmanticensis, Collegium Bartholomæanum, et Religio S. Augustini, congruum est ut sua Sanctitas, consueta benignitate utens, eos hac in parte consoletur.

cunctante autem nihilominus Papa,

duo proponuntur rationes ob quas id conveniat,

saltem pro civitate Salmantic.

83 Quintus hic passus, qui similiter non est adhibitus in causa servi Dei Ægidii, elicuit tandem Beatificationis decretum, tenoris sequentis: Clemens Papa VIII, ad perpetuam rei memoriam. Quæcumque ad divinum cultum, et piorum Christi erga beatos viros pietatem et devotionem augendam pertinent; ea libenter concedimus, seu alias providemus, prout in Domino conspicimus expedire. Sane postquam claræ memoriæ Ferdinandus Rex Catholicus, felicis recordationis Alexandro Papæ VI; et ejusdem Ferdinandi exemplum secutus, Carolus ejus nominis Quintus, Paulo Papæ III; et

His ubi motus, edit Decretum

A. D. P. ex variis

A et deinde Philippus secundus, Hispaniarum Rex Catholicus, Pio V, Gregorio XIII, Sixto V, Romanis Pontificibus Prædecessoribus nostris; ac demum idem Philippus secundus, Nobis supplicarunt, ut B. Joannes a S. Facundo, Ordinis Eremitarum S. Augustini, in Hispaniæ regnis fidei zelo, vitæ sanctimonia, et miraculis clarus, in Sanctorum numerum adscriberetur; carissimus in Christo filius noster Philippus Tertius, Hispaniarum Rex Catholicus, non solum regnorum, sed paternarum virtutum ac pietatis præcipue heres, negotium hujus Canonizationis ad optatum finem perduci cupiens, sæpius per dilectum filium, nobilem virum Antonium de Cardona et Corduba, Suessæ Ducem, suum apud Nos et Sedem Apostolicam Oratorem; et dilecti filii Collegium Maximum, et Collegiales ac Capellani et Personæ, S. Bartholomæi civitatis Salmantinensis nuncupatum; ex cujus gremio et ex quorum Collegialium et Capellanorum numero d. B. Joannes dum viveret fuit; per dilectum etiam filium Mag. Andream Fernandez de Corduba, Capellanum nostrum et sacri Palatii Apostolici causarum Auditorem, ejusque Collegii Collegam; nec non dilecti filii Prior et Fratres ejusdem Ordinis Provinciæ Castellæ, per B dilectum filium Fr. Aloysium de los Rios, ejusdem Ordinis Professorem, et ipsorum Procuratorem in Romana Curia existentem; a nobis novissime suppliciter petierunt; ut huic causæ, jam diu sub tot Romanis Pontificibus prædecessoribus nostris inchoatæ, tandem aliquando finem imponere vellemus.

quo relatis Regum Hispaniæ instantiis pro Canonizatione,

Collegii item Bartholomæani

et Ordinis Augustiniani,

84 Nosque in gravissima hac deliberatione maturo (ut decet) consilio utentes, antequam aliquid in præmissis statuamus, Processum super puritatem vitæ, ac miraculorum veritatem ipsius B. Joannis, ab anno MCCCCLXXXVIII in Salmanticensi civitate factum; nec non testes super ejusdem vita et miraculis, anno videlicet MDXXV et deinde MDXLII plures receptos, prius a dilectis filiis Magistris Hieronymo Pamphilio et Joanne Garcia Millino, Capellanis nostris et sacri Palatii nostri causarum Auditoribus, diligenter recognosci et examinari jussimus; et habita ab ipsis Hieronymo et Joanne-Garcia relationibus, dictum Processum in forma probanti confectum fuisse, et testes rite ac recte examinatos fuisse, comperimus. De venerabilium Fratrum nostrorum. S. R. E. Cardinalium, super sacris Ritibus deputatorum, quibus totum hoc negotium examinandum commisimus, voto atque sapientia; piis ejusdem Philippi Regis precibus, ac Collegii Maximi S. C Bartholomæi et illius Collegarum, Capellanorum et Personarum; nec non Prioris et Fratrum Conventus S. Augustini prædictorum devotioni, aliqua ex parte duximus satisfaciendum.

comperta deinde validitate processuum

85 Supplicationibus itaque eorum nomine super hoc porrectis inclinati, ipsi Priori et Fratribus Conventus S. Augustini Salmanticensis, nec non Provinciali et Fratribus ejusdem Ordinis dictæ civitatis Salmanticensis [in ecclesia] in qua d. Collegium Maximum seu Collegiales et Capellani ac Personæ S. Bartholomæi nuncupatum, quolibet anno in die obitus B. Joannis, una cum dd. Fratribus congregari consueverunt, et in qua similiter d. B. Joannis corpus quiescit, et magna cum veneratione populique devotione asservatur, Officium et Missa, de Communi unius Confessoris non Pontificis, de d. B. Joanne, juxta Rubricas Breviarii ac Missalis Romani die scilicet duodecimo mensis Junii, (in quem diem, licet ipse B. Joannes die undecimo ejusdem mensis obdormivit in Domino, ob festum S. Barnabæ Apostoli, quod in eumdem undecimum diem Junii incidit, hujusmodi Officium transferendum duximus) una cum dictis Collegialibus, Capellanis et Personis d. Collegii, libere et licite celebrari possint; Auctoritate Apostolica, tenore præsentium, D concedimus et indulgemus. Non obstantibus etc. Datum Romæ apud S. Petrum sub annulo Piscatoris, die XXIX Junii, MDCI, Pontificatus nostri anno decimo.

conceditur pro ecclesia S. Augustini

Missam et Officium 12 Junii celebrandum an. 1601

CAPUT IX.

Universitas Salmanticensis, novum festum; Civitas, Patronum solenni voto assumit Joannem.

Grande jubilum toti Religioni gratia illa attulit: atque in adventu ipsius Brevis, monasterium S. Augustini, et cum Civitate, Ecclesia, Universitate et Collegio Bartholomæano communicata, festum venturo anno solennissime agendum decrevit. Visitabat tunc Universitatem Licentiatus Joannes Alvarez de Caldas, in præsentiarum (inquit Antolinus) Episcopus Ovetensis. Desiderans igitur S. Augustini Conventus, quam festivissime celebrare prædictum diem, in eoque concurrentem sibi Universitatem habere, cujus filius aliquando fuerat Sanctus; egerunt cum prædicto Visitatore, ut persuaderet diem tam singularem recipi inter festa Universitatis. Huic E cum justa propositio videretur, ipse eam Universitati, in pleno (ut aiunt) claustro exposuit sub hac forma. Collegium S. Augustini desiderat, ut dies B. Joannis de S. Facundo sit festum Universitatis, ut ad ipsum celebrandum accurrere ea possit. Causa justissima est. Audiat Universitas S. Augustini Collegium, et videat quid judicet. Mox autem Mag. Fr. Augustinus Antolinez ingressus, ita locutus est, nomine sui Collegii. Vestrum Collegium S. Augustini Patris nostri, inter alias gratias quas de vestra manu quotidie recipit, etiam hanc optat singularissimam, quam proposuit Dominus Reformator: nam ab Universitate tam insigni, tam insignem gratiam petere convenit.

Novum festum solennius acturi Augustiniani Salticen.

Universitatem solicitant, ut ipsum suis feriatum esse decernat,

87 Quamquam autem ratio ista sufficiat ad persuadendum vestris Dominationibus, ut mandent effectui dari desiderium nostrum, quod a Deo esse videtur; quandoquidem Sancti ejus honorem intendat; aliquas tamen alias (nam omnes producere impossibile foret) in medium proferam, cavens ne vobis sim molestus, quibus tot annis servire intendi. Inter has vero non ultima est, quod S. D. N. Clemens VIII indulsit, ut Sancti Sahaguntini Missa fiat in Collegio S. Augustini, ad instantiam Domina- F tionum vestrarum; quo stante, uti omnino stat, eadem ratio docet, ut ipsius festum pleno gaudio celebret Universitas, totaque in eo occupetur, ab ordinariis studiorum laboribus feriata. Maxime quia Sanctus ipse fuit filius Universitatis, in eaque Graduatus, et Collegialis in Collegio S. Bartholomæi, et Cathedraticus primæ in sacra Scriptura, sicut ait Marieta Dominicanus, in Historia Sanctorum Hispanorum. Quænam enim mater non velit bene filio suo, ejusque honorem non promoveat? Quidni igitur Universitas, quem inter filios suos numerat, eidem quoque festum celebret, etiam cum aliquo impendio suo? Quid? quod honor talis redundaturus sit in honorem, eumque non modicum, ipsius Universitatis, cum honor filiorum redundet in patres, et hic locum habeat istud Poetæ:

quia Sanctus fuit illius filius,

Namque honor unius publica causa fuit.

88 Si autem Universitas festa multorum Sanctorum agit, qui, magni licet, sui tamen non sunt; quanto æquius est ut agat hujus, qui totus suus est? vel ideo saltem, quod primus ex ea hunc honorem meruerit titulo sanctitatis: quod enim rarum, id etiam carum esse solet: et qui primus in civitatem aliquid boni infert, licet exiguum, ceteris jure præfertur

et primus eo titulo honoratus.

A fertur in præmio. Concludo igitur congruum esse, ut hujus solius, quem habet, Sancti festum suscipiat ea Universitas, quæ optare debet ut id fiat per totam Hispaniam, eoque præire exemplo suo; ne alioqui de ipsis dicatur, quod Atheniensibus exprobatum legimus; Norunt Salmantini quæ sunt honesta, ast ea non faciunt. His dictis Antolinius, cum Magistris sui Ordinis, claustro excessit, ut moris est supplicantium: nec votum habentium in propria causa. Ac primum constituti Commissarii fuerunt, qui, viso Brevi et causis expensis, ad Universitatem referrent sententiam suam: qua audita in pleno conventu die XXIV Maji MDCII, decrevit posthac observari festum B. Joannis a S. Facundo, tamquam festum Scholæ ut appellant.

De quo decretum fuit 24 Maji 1602.

89 Considerans deinde Augustinianorum zelus, quam devota suo Sancto sit civitas Salmanticensis, et quanta per eum vivum ac mortuum receperit beneficia; statuit ab ea petere, ut ipsa quoque eumdem diem festum esse juberet, recipiendo Sanctum in Patronum suum, et assistendo ejus capellæ in corpore. Petito ergo et obtento consistorio publico die Martis mane, qui numeratur XXIX Maji MDCII, Conventus sui nomine sic allocutus Civitatem est Fr. Antolinez. Post manuum osculum, ex parte vestræ Domus S. Augustini, venio communicaturus desiderium omnium vestrorum in ea Capellanorum, ex quo S. D. N. Clemens VIII permisit Officium et Missam fieri de B. Joanne Sahaguntino; scilicet, ut festum ejus fiat festum Civitatis, recipiaturque in Patronum, et in corpore veniat Magistratus ad illud honorandum. Quamquam autem notæ vobis sint rationes quæ id suadere possunt, et singulæ ad persuasionem sufficiant, aliquas tamen exponam.

Ant. 60

Idem postulatur a Civitate 26 Maji:

B

90 Statuta sunt præmia virtuti, ne pereat; vitiis pœnæ, ne crescant. His reguntur bene ordinatæ Respublicæ, quantumvis barbaræ; nec quidquam iis usitatius, quam civibus eximie meritis erigere statuas. Quid igitur Salmantica faciet illi, quem solum habet, Sancto? et cujus merita etiam pueri, imo lapides publicarum viarum loquuntur? In memoriam veniat vel ultimum istud, quod vita excedens contulit civitati, aquarum penuria laboranti. Quando igitur mortis ejus dies tam felix illi fuit, æquum est ut eumdem singulari cultu annue prosequatur. Toletana civitas S. P. N. Augustinum sibi adoptavit Patronum, quia locustarum infinitam multitudinem a finibus suis expulit: et tantumdem non faciet Salmantica Sahaguntino, qui nocentiorem locustis discordiam extinxit, per quam in ipsis quoque templis cædes patrabantur, frustra suam auctoritatem restringuendis odiorum flammis adferente Henrico III. Propter unum a nativitate claudum, quem Lystris erexit Paulus, huic et Barnabæ veluti diis sacrificium et victimas cives parabunt; et Joannes non coletur ut Patronus, ubi tot claudos contractosque erexit, tot mutis loquelam, visum cæcis, sanitatem infirmis, mortuis vitam contulit? Habuerint hactenus suos Sanctos Toletum, Hispalis, et Granata; non habuerit Salmantica, haud sine dedecore aliquo; nunc autem non gaudeat eo sublato, cum audit in Sanctorum Historia legi; Salmanticæ in Hispania, in monasterio Divi Augustini, Depositio B. Joannis de Sahagun?

quia die sui obitus ipsam pluvia optata donavit,

vivus a discordia liberavit,

C

illustravit miraculis:

91 Respondit hilaris ad hæc Civitas, justam videri petitionem. Ea deinde in consilium adducta die Mercurii, V Junii anni præfati, communi omnium consensu edixit; Adeo notorias esse obligationes, quibus teneatur devotum famulatum et honorem impendere glorioso Sancto ac B. Fr. Joanni Sahaguntino, propter magnam ejus sanctimoniam et gratias quam plurimas, quas fecit et facit quotidie Deus intuitu ipsius; tum etiam, quia in ea vixit, habitavit, docuit exemplo et verbo, mira multa patravit, ad Dei gloriam publicamque utilitatem, suique depositum corporis ei reliquit; ut justissimum sit totum fieri, quod, Mag. Antolinez postulavit. Statuit igitur ut Beatus assumatur in Patronum et Advocatum specialem Civitatis; atque ut deinceps habeatur pro tali, seque voto publico et perpetuo Civitas adstringat, ad celebrandum consueta solennitate ejusdem festum; ita ut ex nunc præcipiatur ejus festum agi a populo feriato, ut liberius intervenire solennitati possit; mandans Dominis Petro de Zuniga et Gonzalvo Jannez de Ovalle, accedere ad S. Augustini monasterium, ibique solenne votum nuncupare, quod Domini Provisores illico confirment: ad quæ omnia et deinceps agenda data est eis commissio in forma.

et 5 Junii decretum conditur

D

A. D. P.

EX VARIIS

de Sancto colendo ut Patrono:

92 Hi vero causa commissionis accesserunt ad D. Ferdinandum de Fonseca et Toleto, Decanum et Canonicum sanctæ ecclesiæ Cathedralis, et pro Capitulo Sede vacante Provisorem diœcesis, eique consilium Civitatis retulit, ipse autem Capitulo: quibus illud approbantibus, venerunt prædicti Equites, die VIII Junii, multa nobilitate comitante, ad ecclesiam S. Augustini. Ibi cantata Missa in capella Sancti, prostrati in genua ad pedem altaris, et dextris supra Missale positis, quod tenebat Fr. Antonius Monte, Prior Conventus, qui et Missam celebrarat, jurarunt in hunc modum: Coram Gregorio dela Puente, Scriba regio et publico, ex numero Civitatis, et testibus infrascriptis, ac reliqua turba præsentium; Gonzaljannes de Ovalle de Herrera, Eques Habitus S. Jacobi de gladiis, Dominus oppidi Vallis viridis; et Dominus Petrus de Zuniga Caput-vaccæ, Eques ejusdem Habitus, et Commendator Amendralegii, Dominus oppidorum Florum et Gislæ, Rectores civitatis Salmanticensis, nomine Capituli, Justitiæ, et Regiminis ejus, ex commissione singulari ad infrascripta, sibi data in Consistorio ordinario, die V præsentis Junii, cujus fidem a præsenti scriba petimus, eaque statim accepta dicimus, quod quia Civitas hæc recepit dicto die in Patronum, Protectorem, et specialem Advocatum beatum et gloriosum Sanctum, Joannem a S. Facundo, quondam Collegialem insignis Collegii majoris S. Bartholomæi hujus civitatis, et Religiosi Ordinis Augustiniani; considerantes multa et magna beneficia, quæ Civitas hæc per ejus intercessionem recepit in vita et post mortem, et alias multas rationes, ad hoc moventes expressasque in libro consultationum d. Consistorii.

et de consensu Capituli Sede vacante,

E

Ant. 61.

? Rectores Civitatis, communi nomine jurati,

ipsum ad hoc obligant,

F

93 Decrevit etiam diem festi sui feriatum habendum, XII mensis Junii, ex voto in perpetuum obligaturo: nobisque potestatem et commissionem in forma dedit faciendi prædictum votum solenne in hoc S. Augustini monasterio et hac capella, coram altari ipsius gloriosi Sancti, ubi est ejus corpus; acceptantes, sicut acceptamus, dictam potestatem et commissionem; volentesque illa uti, exequendo et complendo commissum; Promittimus et juramus per Deum Dominum nostrum, et S. Mariam ejus benedictam Matrem, et per sancta quatuor Evangelia et Crucem, quibus corporaliter imponimus dexteras nostras, quod ab hac præsenti die in futurum quamdiu mundus stabit, semper et perpetuo, habebimus et tenebimus, atque hæc civitas Salmanticensis habebit et tenebit, diem duodecimum Junii pro festo ac feriato, in quo S. D. N. Clemens Papa VIII, per suum Breve speciale, mandavit celebrari ejus festum in dicto monasterio; ipsumque observabimus sicut alia, quæ sancta Mater Ecclesia præcipit observari; abstinendo ab omnibus actibus judicialibus, et laboribus ordinariis dierum operosorum. Et sub d. juramento promittimus, quod aderimus,

et ad festum de præcepto habendum voto,

quod p[illegible] nuncupant,

A aderimus, et quod aderit Civitas, Justitia, et Gubernatio, singulis quibus vivent annis, semper et perpetuo in hoc monasterio, ad primas Vesperas. Missam majorem, Sermonem et Processionem d. festivitatis. Petimus autem et rogamus D. Ferdinandum de Fonseca et Toleto, Decanum....hic præsentem, ut d. votum et juramentum approbet atque confirmet interpositione auctoritatis suæ et decreti judicialis; et præsentes, ut velint testes esse. Don Petrus de Zuniga. Gonsaljanhez de Ovalle de Herrera. Actum coram me Gregorio de la Puente.

A. D. P. EX VARIIS et petunt confirmari a D. Provisore:

94 Mox d. Dominus Ferdinandus de Fonseca et Toleto, Decanus et Canonicus d. sanctæ Ecclesiæ. Provisor in d. civitate et episcopatu, pro Dominis Decano et Capitulo d. ecclesiæ Episcopalis, Sede vacante per mortem D. Petri Junco de Posada bonæ memoriæ qu. Episcopi Salmantini, coram me Ludovico Perez de Ulloa, ex numero septem Notariorum d. Ecclesiæ Cathedralis et Audientiæ Episcopalis d. civitatis, ac testibus infrascriptis, dixit, quod via ac forma quam maxime valitura approbabat et approbat, tamquam Provisor et Judex ordinarius hujus Civitatis, juramentum factum per prædictos Dominos....nomine d. civitatis; mandaB batque et mandat, ut d. civitas observet et compleat, sicut ibi continetur: et quantum ex jure potest omnibus et singulis suam interponit auctoritatem.

quod hic facit.

95 Et d. P. Fr. Antonius Monte, Prior d. Monasterii et Consultor sacri Officii; et Licentiatus D. Hieronymus de Otolora, Rector d. insignis Collegii S. Bartholomæi actorum testimonium petierunt, quod d. D. Provisor mandavit ipsi dari in forma authentica, præsentibus et testantibus, præter infinitam turbam d. voto assistentem, Dominis Gomezio Suarez de Figueroa, electo Episcopo Gaditano; Didaco de Olarte Maldonato, Archidiacono Ledesmæ et Canonico d. Ecclesiæ Salmanticensis; Doctore Rocho de Vergas, Archidiacono Montisleonis et Canonico Doctorali in d. Ecclesia, atque Cathedratico Canonum in hac Universitate; Mag. Joanne Alfonso Curiel, Cathedratico vespertino Theologiæ et Canonico d. ecclesiæ; Petro Rodriguez Nieto et Fonseca, Domino Cubæ; Joanne Arias Maldonato, Domino Materialis; Petro de Zuniga Palomeque; Fr. Placido Pacieco, Abbate S. Vincentii, Mag. Fr. Petro de Ledesma, Priore S. Stephani et Cathedratico S. Thomæ; Fr. Ludovico de Miranda, Guardiano S. Francisci, Consultore sacri Officii; P. Alfonso Ferrario, Rectore Societatis C Jesu; Doct. Didaco Spinosa de Caceres, Cathedratico primæ Canonum; Doct. Joanne de Leon, Cathedratico vespertino Legum; Doct. Gabriele Henriquez, Cathedratico primæ Legum; Licentiato Mexia, Rectore Collegii Majoris Conchensis; Mag. Aguayo, Cathedratico proprietatis linguarum in hac Universitate, et Canonico ecclesiæ Rodericopolitanæ, Collegiali Collegii Majoris Archiepiscopi Toletani in d. civitate. Don Fernandus de Fonseca.

deque Actis testimonium dat, coram multis testibus

Actum coram me Ludovico Perez de Ulloa, præsente Gregorio della Puente.

96 In his finitus est unus ex solennioribus ac religiosioribus actibus quos unquam vidit Salamanca, addens devotioni multas lacrymas circumstantium, magno cum gaudio circumfluentium, videndo qualiter servos suos Deus honorat in terris. Ut autem votum factum ad omnium notitiam perveniret, jussit præconia voce festum universim servandum publicari etiam per totum territorium suum; item, ut in ipsius festi Vigilia ad fenestras suas quique civium exponerent luminaria, in signum lætitiæ, propter beatificationem sancti sui Joannis, licentiamque Officii et Missæ dicendæ; quare nox illa omni festivitate personuit campanis et ignibus perluxit.

Decretum publicatur territorio toto.

97 Hæc dum fierent, Anna de Varrientos, uxor D Francisci de Contreras, quadam cancri specie faciem manusque fœdata erat, sic ut ab eis caro per partes rescinderetur, nullo per annos tres, quibus atrox istud malum sustinuit, proficiente remedio, sed potius officiente quocumque adhibito, sic ut absque grandi cruciatu ipsas manus non posset expandere, vel iis aliqua ratione uti. Interim auditur festiva compulsatio: causam quærit illa; et manus in cœlum tollens, incipit opem Sancti implorare cum lacrymis. Animabat ipsam ad fiduciam mater, vovens ipsa Missas aliquot in capella Sancti curandas, si filia sanaretur, quo etiam latura esset duas cereas manus. His factis quiescere infirma cœpit, et totam illam noctem dormivit usque mane; quod per mensem ei non acciderat, quin ejulatibus interpolaret suam matrisque quietem. Hinc in novam spem inducta utraque, non distulit mater, quin hora quinta matutina ad capellam se conferret, auxilium postulatura, eo titulo quod filia sua esset neptis aviæ, ipsi olim devotissimæ. Eodem die sub vesperam clausit manus Anna, jam a tribus mensibus rigidas: et sequenti Jovis de lecto surgens, propriis manibus cibum sumpsit: die autem Veneris, etiam vestes per se induit, sæpius se lavit, et ad opus faciendum consedit. Quamquam autem, dimissa Sa- E lamanca, profecta in Indias sit; nec ibi tamen oblita benefactoris sui, inde submisit argenteam lampadem, in sua capella appendendam: prius vero quam discederet, receptam gratiam jurata confirmavit, una cum marito, matre, famula, et Doctore Ruiz, medicinæ Cathedratico in Universitate Salmantina: diem autem festum Sancti maximo cum gaudio et devotione celebravit.

Manibus et facie cancrum patiens,

ipso novi festi die sanatur.

CAPUT X.

Translatæ ad oppidum S. Facundi Reliquiæ: gestum ut Patroni ex voto susceptum.

Voluit deinde Salmanticensis Civitas communicare gaudia sua cum oppido et monasterio S. Facundi quibus acceptam referebat hanc suam felicitatem. Misit ergo illis duplex exemplar Pontificii Brevis, hortataque est, ut suo exemplo eumdem sanctum eligerent Sahaguntini Patronum. Plus necessarium non fuit iis, quibus jam pridem nota erat filii sui et alumni sanctitas, atque gratia miraculorum. Igitur in gratiarum actionem indictum solennissimum festum, eoque omnes accolæ invitati. Cum autem, tam oppidum quam monasterium crederent F se juris aliquid habere in Reliquias ejus, qui apud se natus, educatus et litteris primis imbutus erat; Abbas, qui tunc erat Fr. Maurus Otel, vir religiosus ac gravis, duos suos Monachos misit ad monasterium Salmanticense S. Augustini, atque ad Ordinis Provincialem, aliquid Reliquiarum petituros. Idem cum iterato is faceret, etiam oratorem suum addidit oppidi Magistratus, sua quoque jura allegans. Abbas vero, ad prius allegatos titulos, adjunxit, quod suæ ecclesiæ capella major, depositaria sit tot illustrium virorum, Infantium, Principum ac Reginarum, quarum quatuor circumdabant tumbam Regis Alphonsi, in illius capellæ medio positam.

Ant. 62

Petitæ a Sahaguntinis Reliquiæ,

99 Visum Religiosis omnibus, æquitati consentanea postulari. Itaque absolutis festis mense Octobri, Fr. Augustinus Antolinez scriptor hujus Historiæ, pro tempore Provincialis sui Ordinis, una cum multis suis Religiosis, quos testes habere voluit, in viam se dedit; et dimidia ab oppido leuca, in quodam Prioratu deposuit sacrum pignus, supra tabernaculum Venerabilis Eucharistiæ, quam toties et tam devote ipse Sanctus susceperat; relictis ad custodiam ibi sex Religiosis. Postera autem die, post

ipsis feruntur ab Aug. Antolinio Provinciali,

A post sermonem in monasterio Sahaguntino habitum ad frequentissimam concionem a P. Vanegas Benedictino, processit Provincialis, cum Augustinianis et Benedictinis aliquot, ad Prioratum, ubi Reliquias deposuerat; illuc secum efferens argenteum conditorium venerabilis Sacramenti, cui ipsas imponeret; nec enim dignius aliquid magisque ad intentum poterant reperire; minime inconveniens rati, si tali in actu cederet servo suo locum Dominus, suo corpori dicatum. Porro allatam Sahaguntum Reliquiam deposuerunt in capella majori monasterii S. Francisci, supra feretrum argenteum, impositum altari pulcherrime adornato atque illuminato; remanentibus ibidem ad custodiam quibusdam utriusque Ordinis Religiosis.

et a Benedictinis excipiuntur,

qui eas solenni cum processione,

100 Postquam stata processionis instituendæ hora adfuit, adfuerunt etiam cruces ac labara totius oppidi, multæque Reliquiæ pretiosæ Sanctorum, in occursum veteris sui hospitis. Ibant autem Abbates tres Benedictini, Pontificalibus induti; multique Clerici, et plusquam ducenti quinquaginta variorum Ordinum Religiosi: nam ad festum convenerunt etiam Dominicani Trianenses, et Franciscani Dis- B calceati Grajalenses, et numerosior quam colligi potuisse videbatur populi turba. Qui cum ad prædictum S. Francisci monasterium venissent, et in capella ubi stabant Reliquiæ odas aliquot cecinissent; sublatæ in humeros omnium successive Ordinum Reliquiæ sunt: quibus per viam excipiendis, ad justa intervalla, erant erecta altaria speciosa, dum canerentur poemata, in Sancti honorem composita: quod imprimis factum ante ostium ejus domus, in qua natus fuerat Sanctus; ubi recitatum est gratulatorium in rem præsentem carmen. Quamquam autem nox accesserat, priusquam ad monasterium veniret processio; non deerat tamen tota via, imo nec toto oppido lumen; cum ubique ad fenestras candelæ lucerent, festivique per vias foci et pyroboli toto volantes aere.

inferunt in oppidum,

in duabus ecclesiis servandas.

101 Tunc Provincialis Antolinius depositas Reliquias super altari, quod stabat erectum in medio capellæ majoris, coram Petro de la Puente scriba et testibus, consignavit Abbati collocandas in ea ecclesia, quæ oppidi totius matrix censebatur, ea conditione, ut alienari non possent vel integre vel ex parte. Deinde eodem ritu tradidit ipsi oppido, atque ejus vices tenenti Petro de Saldania loci Præfecto, aliam particulam; servituram benedicendæ C in nomen Sancti aquæ, ad solatium infirmorum et deponendam in Parochia S. Trinitatis, in qua baptizatum fuisse aiunt: quo illa mox processionaliter, magnoque cum tripudio, delata fuit. Sequenti die XIV Octobris, post solennem Missam, et sermonem habitum a Fr. Joanne Castro, Priore Augustiniano Vallisoletani monasterii, processit ordo omnis Ecclesiasticus et Secularis, ad votum publico nomine nuncupandum novo suo Patrono, hac quæ sequitur forma.

Coram iis Rectores loci,

102 Nos Licentiatus Ferdinandus Nunhez, Provisor oppidi S. Facundi et Abbatiæ ejus, Rectorque Parochialis S. Thyrsi; et Licentiatus Ferdinandus de Escobar, Rector Parochiæ S. Trinitatis, et Commissarius sacri Officii; nec non Licentiatus Antonius de Saldania, Rector Parochialis S. Laurentii et Abbas Confraternitatum Sahaguntinarum; Dominus item Sancius de Tobar, Toparcha Villæ-martini, Buccæ-Horgani, Terræ-reginæ, oppidorumque Caminayi, Horcadarum, Curandis, ac Lianavii: Dominusque Petrus de Vosmediana, Toparcha oppidorum Calzadiliæ, Hermaniliarum et Bosticii, cives atque Rectores oppidi Sahaguntini; tam nostro quam statuum ecclesiastici ac secularis nomine, pro facta nobis ab infrascripta potestate, et repræsentantes totum Oppidum, vovemus, promittimus, D et juramus, per Deum nostrum et S. Mariam ejus benedictam Matrem, et per verba sanctorum quatuor Evangeliorum, sanctamque Crucem, cui corporaliter dextras imponimus; quod abhinc in futurum, usque ad mundi finem, semper et continuo dictus Clerus, Oppidum, et Abbatia, habebit et servabit, pro festo communiter feriando, quotannis diem duodecimum Junii, postridie S. Barnabæ; quem S D.N. Clemens Papa VIII, per speciale Breve Beatificationis definivit, agendo festo B. Joannis a S. Facundo: observabitur autem festum istud ad modum aliorum festorum, ab Ecclesia definitorum, cessando ab omnibus actibus judicialibus, et ordinariis manuum laboribus.

vovent festum quotannis feriatum,

jejunando ad Vigiliam ejus,

103 Sub eodem voto et juramento etiam promittimus, venire in corpore annis singulis ad prædictum monasterium, pro primis Vesperis, et die XII Junii cum Processione generali, atque assistere Missæ majori et Sermoni atque Processioni dictæ festivitatis: itemque jejunare in Provigilia B. Joannis Sahaguntini, sicuti alias Vigilias ab Ecclesia præscriptas, quia die immediate præcedenti illius festum agitur festum S. Barnabæ: quod si Provigiliam istam contingat cadere in tempus Paschale, E servabitur sola a carnibus abstinentia. Atque ex nunc suscipimus atque juramus habere ipsum Sanctum, Patronum, Refugium, Protectorem et specialem Intercessorem vel Advocatum, simul cum sanctis Martyribus Facundo et Primitivo, quos a multis annis Oppidum et Abbatia pro talibus habet. Omnes autem tres oramus suppliciter, velint intercedere pro Oppido hoc, coram divina Majestate D. N. Jesu Christi; nosque in necessitatibus nostris protegant atque defendant. Ad perpetuitatem autem, observantiam, et firmitatem prædicti voti promissionis ac juramenti, quod facimus nomine d. Oppidi, Statusque ecclesiastici et secularis, rogamus d. D. Abbatem, omnibus anteactis præsentem, tamquam hujus Abbatiæ Prælatum, ut approbet, ratificet atque confirmet prædicta, eisque ad valorem perpetuum interponat auctoritatem et decretum suum judiciale.

tamquam Patroni

Abbate S. Facundi cuncta ratificante

104 Mox autem d. Pater Abbas, visis et auditis supra relatis, dixit, quod meliori qua potest forma ac modo, approbabat et approbat, consentiebat et consentit, haberetque pro bono, firmo, sufficienti ac valido, ex nunc in perpetuum, votum, promissum et juramentum, in sua præsentia factum, ex parte Status ecclesiastici hujus Oppidi et Abbatiæ, atque Consilii et Regiminis dicti Oppidi: et quia ipsum F est tam justum ac laudabile, ex nunc ratificat et confirmat, ut inviolabiliter et in perpetuum omnibus mundi diebus observetur, et compleatur absque alteratione, mutatione, vel alio quam hodie intelligitur sensu. Ad validationem autem omnium, quatenus necesse est, interposuit auctoritatem et decretum judiciale; manuque sua propria signavit; cum eoque signarunt, prædicti Licentiati Ferdinandus Nuniez, Ferdinandus de Escobar, et Antonius de Saldania; item Dcmini Sancius de Tobar et Petrus de Vosmediano; præsentibus, tamquam testibus Patribus, Fr. Lupercio Lopez, Abbate S. Claudii Legionensis; Fr. Alfonso de Varrantes, Abbate S. Guilielmi Carrionensis; Mag. Fr. Didaco Venegas, Prædicatore et quondam Abbate Legionensi; Fr. Ferdinando de Saravia, et Fr. Bernardino de Navarra, Visitatoribus Congregationis S. Benedicti, et aliis multis Religiosis ejusdem Ordinis; nec non Mag. Fr. Augustino Antolinez, Cathedratico Theologali in Universitate Salmantina, et Provinciali Provinciæ Castellæ Ordinis S. Augustini; Fr. Antonio Monte, Priore S. Augustini Salmanticensis;

et subscribente cum illis,

A sis; F. Joanne de Castro, Priore S. Augustini Vallisoleti, Fr. Petro Ruiz, Rectore Collegii S. Gabrielis Vallisoleti, Fr. Ferdinando de Rojas, Rectore Collegii Incarnationis Madriti; Fr. Ludovico Ortiz, Priore S. Augustini Madrigalis; Fr. Didaco Guevara, Priore S. Augustini, Bilbai; Fr. Gaspare Melo, Priore S. Augustini Mansillæ; aliisque multis Ordinis Augustiniani Religiosis.

A D P. ex variis coram testibus primæ notæ Religiosis,

105 Item D. Roderico de Mendoza, patruo Admirantis Castellæ, Archidiacono Madritensi in ecclesia Toletana; D. Didaco de Vega et Lorenzana, Priore S. Isidori Legionensis; Mag. Ludovico Hernandez Nieto, Lectore Theologiæ in Collegio Trianensi Ordinis S. Dominici; Fr. Ferdinando de Miranda, Magistro Studiosorum d. Collegii; Fr. Thomas Fernandez, Priore monasterii Villadensis, Ordinis S. Dominici; Fr. Antonio Aguado, Priore monasterii Cisneriensis d. Ordinis; Fr. Ambrosio Carilio, Prædicatore monasterii de Spina, Ordinis S. Bernardi; Fr. Angelo Pastore, Priore Sandobalensi ejusdem Ordinis; Fr. Balthasare Garcia, Prædicatore ad S. Francisci Sahagunti; Fr. Benedicto de Nagera, et Fr. Francisco de Læso, Discalceatis S. Francisci Grajalensis; Fr. Hieronymo B de Arciniega, Ordinis Præmonstratensis; Licentiato Joanne Pantoja, Rectore S. Martini Sahagunti; Joanne Fernandez, Rectore S. Jacobi ibidem; Gregorio de Comiliis, Rectore S. Petri ibidem; Petro Ramirez, Rectore Cordornilensi; Marco Cabeza, Rectore Palatioli; Santjago de Xuara, Rectore Villæ-pecenielis; Didaco Alvarez, Rectore Calcentæ; Licentiato Petro Fernandez, Rectore Lomensi; Francisco Gutierez, Ferdinando de Escobar, Didaco Alfonso, Clericis; D. Emmanuele Henrico de Cisneros, Toparcha de Muzuelas, Locum tenente Venatoris majoris suæ Majestatis; D. Francisco de Prado, Gubernatore Aranguezii pro Rege Domino nostro; Petro Alvarez de Vega, filio Joannis de Vega, Comitis Grajalensis; Antonio Vaca de Otel, et Licentiato Robles a Porta, indigenis Cisneriensibus, aliisque plurimis, et Actui præsentibus in d. monasterio. De quibus fidem facimus nos ad omnia præsentes scribæ..... Hieronymus de Ceinos, et Petrus a Ponte.

ecclesiasticis, et laicis.

Festum per octavam continuatur.

106 Cœpta est festivitas ipso vespere, et diebus aliquot stetit discooperta Reliquia, omnibus conspicua: Octava autem transacta, recluserunt illam in arcam argenteam sanctissimi Sacramenti, in C aliam arcam tantisper depositi; donec ad monasterium visitandum venit Ordinis Generalis: cui cum videretur Sanctissimum suo loco reponendum esse, in alio Reliquiam posuerunt. Eo autem tempore, quo aperiebatur argentea arca, admirationi omnibus fuit procedens inde cœlestis fragrantia: qui si scivissent quam suaviter fragrent Reliquiæ ejus in suo sepulcro, ipsaque terra illis adhærens; non habuissent id pro re nova. Atque hic Antolinius finit Caput 62: cui addi ex Valaurio possit, quod cum P. Bartholomæus de Vera altissimas quasdam scalas conscendisset, appensurus pannum aliquem reliquo apparatui cohærentem, et per incuriam ejus qui ipsas tenere debebat, præceps in terram corruisset, ubi jacebat absque motu ac spiritu instar mortui; multis Monachis cum Abbate suo concurrentibus subito repertus est illæsus; repositusque in pedes, indeque prostratus ad Reliquias venerandas.

De scalis lapsus servatur illæsus

Instituendo Dorvili festo contradicens,

107 Locus quoque Dorviliensis, cujus titulum Curatum puer tulerat Joannes, ad Salmanticensium et Sahaguntinorum imitationem, eodem ritu voluit stabiliri apud se festum: sed cum id ageretur, inventus agricola est, qui vel fidei defectu, vel per excessum avaritiæ ejusmodi consilium disturbavit, clamans, Ut quid festa tam multa? Totus annus in D illis consumitur, quando noster omnis sudor non sufficit victui lucrando. Hoc dicto in agrum direxit currum suum: sed in Ceam flumen notabiliter inflatum lapsus, cum bobus suis mersus est. Qui in Processu hoc affirmavit, viri nomen reticuit, ne cui ex consanguineis pudori esset divina ultio, illata suorum uni.

fluvio mergitur

CAPUT XI.

Novæ supplicationes pro Canonizatione, et Officio interim ad totum ordinem ac regnum Castellæ extendendo

Considerans Augustiniana Religio incrementum publicæ devotionis ingens per Beatificationem sui Joannis de S. Facundo, Romam remisit Fr. Ludovicum Ruiz, potestate ad prosequendam Canonizationem necessaria instructum; et commissione, ut interim dum causa protelatur, extensionem Officii et Missæ impetraret pro universo Ordine Augustiniano, totoque Episcopatu Salmanticensi, vel saltem oppido Sahaguntino. Hoc suum desiderium cum Ordo exposuisset Philippo III, Regi ac E Domino nostro, suæque Majestati D. Margaritæ Austriacæ Reginæ, totique Regno ac Statui Ecclesiastico, nec non Civitati, Ecclesiæ, et Universitati Salmanticensi a singulis impetrarunt commendatitias. Et Regiarum quidem litterarum hic tenor est: Rex. Dux Sesæ et Baenæ, de Consilio meo, meusque Orator etc. Adhuc memoraberis solicitudinis, cum qua alias tibi scripsi, ut supplicares suæ Sanctitati pro Canonizatione beati Fratris Joannis de S Facundo. Nunc, quia ipsa dilatio, in me et omnibus hisce meis regnis, desiderium fecit crescere, videndi consummatum opus tam sanctum, pro majori gloria Dei et solatio fidelium, injungo tibi, ut repræsentes suæ Beatitudini affectum quo expecto conclusionem illius; supplicando ut dignetur negotium prosequi, et quantum possibile fuerit accelerare: interim vero permittere, ut in civitate Salmanticensi, regno Castellæ, et toto Ordine Augustiniano recitetur de eo, sicuti permissum est recitari ubi corpus ejus servatur: quandoquidem in justificatione Processus jam facta satis dispositionis est, ut sua Sanctitas id facere possit, ad honorem servi Dei.

Ant. 63

Pro extensione Officii

an. 1603 suo in Urbe Legato scribunt Philippus 3

109 Regina scripsit in hunc modum: Dux Sesæ et Baenæ, Cognate, etc. Quamvis certo sciam, F quod Dominus meus Rex vobis scribat, ut procures accelerationem Canonizationis Beati Fr. Joannis de S. Facundo, Ordinis S. Augustini; eumque in finem conferas officia omnia necessaria; tamen ut satisfaciam propriæ meæ devotioni desiderioque quo teneor ut cito inscriptum illum videam Catalogo Sanctorum, volui tibi mandare, ut ex mea quoque parte repræsentes affectum istum Sanctitati suæ; rogando, ut ad meam instantiam, et ex singulari erga me gratia, dignetur abbreviare quoad possibile erit Canonizationis terminos; et interim ipsum honoret, jubendo ut de eo recitetur Salmanticæ, per regnum Castellæ, perque totum Ordinem Augustinianum: magnum enim erit solatium quod inde fideles harum partium recipient, atque imprimis ego, quæ eam suæ Sanctitatis gratiam singulariter æstimabo. Vallisoleti xx Martii MDCIII. Ego Regina. Don Petrus Franqueza.

ejusque conjux,

110 Castellæ Regnum sic supplicavit: Sanctissime Pater. A tempore Regum Catholicorum Ferdinandi et Isabellæ gloriosæ memoriæ, suspensa hæret causa Canonizationis beati Joannis de S. Facundo, ex hoc regno oriundi, et Fratris ex Ordine Augustiniano: de

et Pontifici supplicant regnum Castellæ:

A de cujus sanctitate et approbatione vitæ plenissime constat Sanctitati tuæ ; quandoquidem eo tempore, quo regna Poloniæ et Cataloniæ surrexerunt a pedibus vestræ Sanctitatis, obtenta Canonizatione S. Hiacynthi Ordinis Prædicatorum, dignata fuit Sanctitas vestra Ordini Augustiniano favere, beatificando Sanctum prædictum, et designando diem quo Missa et Officium de eo recitentur in conventu S. Augustini Salmanticæ. Ut autem per hoc Castellæ regnum extendatur fructus tam desiderati successus, supplicat Regnum hoc humiliter sanctitati suæ, debita cum reverentia prostratum ad ejus pedes, tanquam proles obedientiæ, juxta notum sibi zelum Philippi III, Regis ac Domini sui naturalis ; ut indulgeat ei, favorem quem petit, mandando continuari et finiri causam Canonizationis. Dum autem differtur hæc gratia, nec adhuc in omnibus Catholicis regnis externis generaliter celebratur festum ; possit hoc Regnum totusque Augustinianus Ordo ipsum celebrare, extendendo gratiam jam cœptam fieri, sicut solet sancta Sedes facere cum aliis Sanctis, scilicet S. Juliano Episcopo Conchensi, et S. Agnete de Monte-Politiano Ordinis S. Dominici :
B quod etiam factum est pro S. Raymundo, antequam canonizaretur, aliisque pluribus. Quia autem decet clementiam supremamque potestatem Sanctitatis tuæ, perducere cœpta ad debitum ac desideratum finem, convenit etiam eadem promovere. Ut sicut ipse Sanctus processit de virtute in virtutem, pari etiam passu procedat præmium in Ecclesia Catholica militante, ei collatum de manu beatissimæ Sanctitatis tuæ, a qua Regnum hoc firmissime confidit gratiam istam obtinere, quod toto corde animoque orat Deum ac Dominum nostrum, ut vestram sanctitatem conservet, ad universalem custodiam et utilitatem suæ Ecclesiæ. Vallisoleti XXVIII Octobris MDCII. Sanctissime Pater. Humile et devotum Regnum Castellæ sanctissimos Pedes vestros deosculans.

Ex parte Regni Castellæ, Don Joannes de Inestrosa, Secretarius.

Item status Ecclesiasticus,

111 Post hæc Congregatio omnium Ecclesiarum Metropolitanarum et Cathedralium regnorum Castellæ et Legionis, ex auctoritate Sedis Apostolicæ adunata Vallisoleti : P. F. Inter majoris momenti et ponderis causas, Sanctissime Pater, quas hanc Ecclesiasticam Congregationem vestræ sanctitatis tractare conveniebat, fuit Canonizatio beati Patris
C Fr. Joannis de S. Facundo, Religiosi professi Ordinis S. Augustini in conventu Salmanticensi, tantopere toti Hispaniæ desiderata. Et quamquam clementia Sanctitatis tuæ, post longa annorum curricula, correspondendo devotioni communi ac studio horum Regnorum, beatificavit istum gloriosum Patrem, deditque licentiam ut in d. monasterio quotannis agatur ejus festum, ac Missa de eodem dicatur (gratia profecto singularis et specialiter facta nostro Statui Ecclesiastico, quandoquidem beatus iste Pater olim Canonicus fuit Burgensis Ecclesiæ) non possumus tamen omittere, quin supplicemus sanctitati tuæ, provoluti ad pedes ; ut (quandoquidem placuerit Deo, decorare Statum Ecclesiasticum horum Regnorum sanctitate tanti Patris, ipsumque illustraverit in vita atque post mortem gloria multorum miraculorum, propter quæ a multis retro temporibus tam multi Principes eamdem gratiam petierunt ab Apostolica Sede ; videlicet Catholici Reges Ferdinandus et Isabella, Carolus V Imperator, Philippus II, et nunc Rex noster Philippus III placeat Sanctitati tuæ annuere tam sanctis tantorum Principum postulatis et hujus vestri Ecclesiastici Status, tamquam participis tam divini beneficii in causa propria, et Canonizationi isti gloriosum finem imponere, ad honorem Dei et D
A D. P. EX VARIIS.
ædificationem Catholicæ Ecclesiæ, confusionem hæreticorum, et exultationem sanctam atque communem hujus Provinciæ, sanctitati tuæ tam devotæ. Interim tamen, Pater sanctissime, dum sanctitas tua opus absolvit, quod tam feliciter inchoavit ; rogamus, ut festa, quæ sanctitas tua de beato isto viro agi permisit in Conventu Salmanticensi, cum sua licentia agantur toto Regno per monasteria Ordinis S. Augustini. Omnipotens Deus custodiat et augeat sanctitatem tuam, tamquam verum Pastorem et solicitum Navarchum Ecclesiæ. Vallisoleti in monasterio S. Pauli, Ordinis S. Dominici, designato ad nostros conventus, XVI Novembris MDCII.

Sanctitatis tuæ humiles Capellani. Abbas Bancæ, Secretarius.

atque Dux Lermæ,

112 Ducis Lermæ hæc fuit Epistola. Sanctissime Pater. Favores et gratiæ, quibus Sanctitas tua locupletat hæc Regna, tam continuæ ac grandes sunt, ut quanto plures recipiuntur, tanto magis animent ad petendas novas. Sane pro ea quam recepit hoc Regnum, et ego particulariter, per justificationem Processus et Officii S. Joannis Sahaguntini Ordinis S. Augustini, a sanctitate tua factam, millies deosculor Pedes sanctissimos vestros ; quia ex relatione, E quam misit Dux Sesæ, intellexi, quod gratia ista mihi imputetur. Quia autem mater istius Sancti fuit ex oppido ditionis meæ, miracula ejus tam multa et tam grandia, devotio populi tam mirabilis, et ego tam devotus ipsi sum ; moveor ut numquam extra conspectum ponam gratiam, quam sanctitas tua nobis facere cœpit. Supplico porro sanctitati tuæ humiliter, ut dignetur amplificare et honorare familiam meam tam gloriosa corona, ut videam diebus meis perfectam canonizationem istam. Equidem eo pluris gratiam istam faciam, quod ab ista beatissima manu provenerit, sicut eam spero proventuram : ut propter eam hæc Regna rogent Deum, ut custodiat beatissimam personam Sanctitatis tuæ, sicut Ecclesiæ opus est, ad majus augmentum Christianitatis, et ego desidero, humillimus suus filius ac servus. Vallisoleti, XXIII Augusti, MDCII. Sanctissime Pater, osculor pedes suæ sanctitatis, suus humilis filius et servus, Dux Lermæ.

in cujus ditione nata mater Sancti.

Civitas Salmantic.

113 Salmanticensis Civitas hoc modo supplicavit : Gloriosus sanctus Fr. Joannes de S. Facundo, ex Ordine sacri Doctoris S. Augustini, commoratus est majori ætatis suæ parte in hac civitate. Quæ quia fruita est vitæ ejus exemplo, fructu doctrinæ, et grandibus miraculis in suo conspectu patratis, F ante et post mortem ; devotissime erga eum afficitur ; ideoque singulariter exhilarata fuit ea gratia, quam nobis fecit sanctitas tua, ipsum beatificando, et permittendo ut de eo recitetur in die suæ festivitatis. Unde mox eum elegit hæc civitas in suum Patronum, Protectorem, et specialem Advocatum ; seque voto perpetuo obligavit observandi ejus diem, festumque celebrandi. Nunc autem humiliter oramus vestram sanctitatem, dignetur mandare, ut Canonizatio perducatur ad finem, atque ita felicissimo Pontificatus vestri tempore, lætentur hæc Regna totaque Christianitas gratia tantopere desiderata. Interea sanctitas tua nobis indulgeat, ut in ecclesia Cathedrali hujus civitatis, totaque diœcesi ac Regnis Castellæ et Legionis, possit idem Officium cum Missa recitari, suo die festo, quemadmodum recitatur in conventu S Augustini ejusdem hujus civitatis : quæ res maximum solatium pariet toti regioni. Omnes autem orabimus Deum, ut sanctitatem tuam plurimis annis custodiat, cum ea quam optamus felicitate, ad gloriam suam et totius Christianæ reipublicæ utilitatem. Salmanticæ, ex nostro Consistorio XIX Octobris MDCII. Ex parte civitatis Salmanticæ

A Salmanticæ, Gregorius a Ponte, Secretarius.

A. D. P. ex variis et Universitas:

114 Tantumdem etiam Universitas petiit per hasce litteras. Salmanticensem Universitatem (cui Apostolica Sedes, jam inde a suo principio, usque ad tempora sanctitatis tuæ, mille gratias facit) multæ res vehementer illustrant; sed imprimis, quod in studiis educaverit sanctum virum Joannem a S. Facundo: qui ex majori nostro S. Bartholomæi Collegio, receptus est in præclarum conventum S. Augustini, ubi resplenduit vitæ sanctitate, et continuatione prædicationis Evangelicæ; adeo ut non solum civitatem hanc pacaverit, exundantem sanguine factionum in ea gliscentium; sed etiam Hispaniam universam ad meliorem vivendi formam reduxerit. Corpus ejus est in ecclesia ipsius Conventus magna cum veneratione, illustre per tanta miracula, ut Catholici Reges Ferdinandus et Isabella, eorumque successores, Carolus V. Imperator, et Philippus II Rex, multis precibus supplicaverint pro ejus Canonizatione, ac denique Philippus III; cujus supplicatione mota Sanctitas vestra, Beatissime Pater tantam Regnis hisce gratiam fecit, quanta est, beatificasse sanctum illum virum, dando licentiam ut Officium ac Missa de eo fiant XII Junii. B Hanc gratiam singulariter sibi factam reputat hæc vestræ Sanctitatis Universitas, talemque agnoscit, et in hujus rei testimonium grato animo decrevit festum ejus simul cum Salmanticensi civitate, quæ ipsum in Patronum assumpsit, celebrare. Itaque prostrati ad pedes sanctitatis tuæ, humiliter petimus, ne velis in vanum cadere preces nostras, honorando Universitatem hanc insigni ea gratia, qua ad finem feliciter perducatur Canonizatio hujus sancti Viri, jam cœpta a vestra sanctitate: unde Deo gloria, hæresibus confusio, Ecclesiæ commodum, et honor hujus Universitatis accedet a vestra sanctitate, quam Deus plurimis annis conservet in bonum suæ Ecclesiæ Salmanticæ XIII Aprilis MDCIII. Post osculum pedibus sanctitatis tuæ latum, D. Joannes de Salas et Gualdes, Rector; Fr. Franciscus Zumel, scholæ Magister; Doctor Bartholomæus, Secretarius.

cum Collegio Bartholomæano

115 Collegium majus S. Bartholomæi suum votum sic addidit: Desunt verba, quibus explicari possit sanctitati tuæ gaudium et exultatio filiorum hujus Bartholomæani Collegii, propter insignem gratiam, sibi a vestra sanctitate collatam, in Beatificatione fratris nostri, filii ejusdem Collegii, B. C Joannis a S. Facundo. Quæ enim major lætitia obvenire nobis potest, quam per infallibilem Sedis Apostolicæ definitionem certo scire, quod habeamus fratrem Advocatum in cœlo, ad intercedendum pro nobis? Porro cum sanctitas vestra sit Vicarius Christi in sua Ecclesia, qui cœpta perficit et ad finem perducit; ex re sanctitatis vestræ erit, ipsum quoque imponere isti Canonizationi, quam mediante sanctitate Tua inchoavit Dominus. Si prostrati ad pedes vestræ sanctitatis obtineamus tantum boni, celebri pompa, qua solet Ecclesia uti, Sanctus noster canonizatus erit: si autem istud brevi consequi nequeamus, concedat servis suis sanctitas tua, ut Officium ac Missa de eo, non solum in diœcesi Salmaticensi, sed per totum Castellæ regnum usurpentur. Speramus quod a clementia sanctitatis tuæ exaudiendæ sint humiles supplicationes nostræ. Quid autem dico, nostræ? cum sint communes hujus Civitatis, Universitatis et Regni totius, ante pedes sanctitatis vestræ prostrati, idemque enixissime postulantis. Deus sanctitatem Tuam conservet, ad bonum et pacem Ecclesiæ suæ. Actum in civitate Salmanticensi et Collegio Majori, XXI Septembris MDCII. Sanctitatis vestræ, cum pedum osculo, humiles servi B. S. P. Licentiatus D. Hieronymus de Otalora et Gomboa, Rector. D

et Conventu S. Augustini,

116 Denique ex monasterio S. Augustini fuerunt hæc scripta. Beatissime Pater. Anni plures quam centum sunt, quod hoc S. Augustini Salmanticensis monasterium et filii ejus instant apud Apostolicam Sedem, pro Canonizatione beati S. Joannis a S. Facundo: neque patiuntur ipsos ab Ecclesiæ portis recedere populi voces, videntis sanctitatem ejus tam illustribus et continuis miraculis confirmatam. Non enim desinit sibi persuadere, ex sola nostra incuria et indiligentia tuorum filiorum procedere, quod necdum relatus sit in sanctorum Catalogum, dignum præmium heroicis virtutibus ejus, et sanctitati vestræ tam bene perspectis, ad splendorem eorum luminum quibus pro talibus actionibus utitur, approbante eas Spiritu sancto; cui, Ecclesiæ suæ semper assistenti, placuit, post tot annos, quibus iste Sanctus in ea floruit, palam illum exponere per manus tuæ sanctitatis, quando eum beatificavit, et permisit ut de eo Officium et Missa dicerentur in hoc monasterio, tot gratiis divinitus cumulato, ex quo Sanctus iste in eo sumpsit habitum, ut deficientibus verbis quibus significet gaudium pro beneficio tam singulari, in ore ejus nihil sonet quam Davidica verba, Justus sicut palma floruit. Quamquam autem favor, Domui huic a vestra sanctitate impen- E sus, ex eorum sit genere, quos novit cœlum æstimare, quia tantarum rerum capax terra non est; rogat tamen humiliter sanctitatem tuam, ut licentia sibi detur, post osculum sanctissimis pedibus fixum, supplicandi, ut in publicam totius Ecclesiæ lucem sanctum suum producat, sicut eum produxit ecclesiæ S. Augustini Salmanticensis.

id petente quod ipse Pontifex toties petiit

117 Idem rogant sanctitatem tuam Reges Catholici, Carolus V, Philippus II, aliique Principes et Prælati sancti, jam vita functi: quorum humiles preces sicuti vivunt apud Deum (desiderium enim justorum non perit, ita æquum est ut vivant coram oculis sanctitatis tuæ Vicarii ejus; quandoquidem omnium nomine Cardinalis Aldobrandinus (vestra, inquam sanctitas, Ordinis nostri tunc Protector) toties petiit ab Apostolica Sede Canonizationem nostri sancti, quæ tunc dicere potuisset, si vidisset id quod nunc agitur. Quid a me petis, quod ipse dare poteris? Quæ cum ita sint, ut sunt; fierine potest, sanctissime Pater, ut ejusmodi preces non inveniant gratiam coram clementissimis oculis sanctitatis tuæ? Ignoscat, obsecro, nobis humilibus servis suis sanctitas tua; nobisque permittat, videntibus tot F supplicationes pro sancti nostri canonizatione, et in his etiam preces sanctitatis tuæ, prius quam Pontifex esset, si dicamus, id quod alia occasione dixit S. P. N. Augustinus; Domine, si has preces non exaudis, quas exaudies? Dominus noster conservet sanctitatem tuam multis annis ad utilitatem suæ Ecclesiæ. Salmanticæ XV Septembris MDCII. Sanctissime Pater, cum pedum vestrorum sanctorum osculo, Fr. Augustinus Antolinez. Prior Provincialis.

cum adhuc esset Cardinalis.

Hæc epistola cur ex Hispanico facta Latina?

118 Alii quoque Principes, Prælati, et Communitates horum Regnorum; Ecclesiæ item Cathedrales, Collegia, Monasteria, litteris sigillatim datis rogarunt sanctitatem suam, ut desideratam canonizationem absolveret: interim vero extenderet Beatificationis Breve. Hactenus ex Antolinio omnia, et quidem ex Hispanica ejusdem versione iterum reddita Latine, uti etiam pleraque scripta putamus quæ erant Pontifici et Congregationi offerenda; quamvis originaria Latina verba maluissem ex autographis dare; sicut num. 78 ex Marisio dedi Breve Beatificationis, quod solum Hispanice apud Antolinium legitur. Verum si Lusitano illi, in magnum volumen extendere opus volenti, facile non fuit cetera Latine consequi; qui sperem, procul ab Hispania

A spania in Belgio positus, originarios omnes contextus obtinere? Idem Marisius relatis omnibus, quas ex Antolinio retulisse me profiteor Epistolis, interrumpit contextum amplissima relatione Certaminis cujusdam Poetici, ad quod Salmantinus Conventus, intentus in apparatum quam festivissimum pro celebranda festivitate Canonizationis speratæ, omnia ingenia Italica provocavit, propositis thematis tredecim conficiendorum poematum, et præmiis quæ referrent duo in unoquoque themate primi: deinde ipsa poemata refert, quibus ex sententia Decemvirorum primæ adjudicatæ sunt: quæ talium curiosus apud ipsum reperiet, nobis autem sufficit indicasse Caput XI et XII partis II, ubi ista inveniuntur. Nunc cum Antolinio progredior Capite LXIV.

Certamen Poeticum a Conventu indictum.

CAPUT XII.

Impetratur desiderata extensio pro Ordine duntaxat et oppido S. Facundi ac Civ.

Compertura Dux Sesæ quod sibi Rex Dominus suus per epistolam mandarat, ex parte suæ Majestatis sanctissimo Domino supplicans, hujusmodi memoriale, nomine Regis Catholici, eidem porrexit. Plus quam centum viginti anni sunt, quod ab hac ad meliorem vitam transiit beatus Fr. Joannes a S. Facundo Ordinis S. Augustini Provinciæ Castellæ. Et quia sanctitatem ejus viventis ac mortui manifestavit Deus multis miraculis, Rex Catholicus Ferdinandus gloriosæ memoriæ cœpit supplicare pro ejus Canonizatione apud sanctam Apostolicam sedem, et de mandato felicis recordationis Pauli Tertii formatus Processus est ad dandum aliquod initium operi: populus autem perseveravit in ejus devotione, Salmanticæ ubi obiit, et corpus ejus quiescit. Ipsa vero civitas et loca circumjecta quotidie per ejus intercessiones recipiunt a Domino ingentia beneficia. Postulantibus deinde Philippo II, et III, sanctitas vestra anno MDCI concessit Breve Beatificationis, indulgens ut Salamanticæ in conventu S. Augustini, ubi corpus sepultum est, celebrari posset Officium cum festo, unde magnus fructus spiritualis extitit: et Civitas, accipiens ipsum in Patronum, publico voto obligavit se ad observandum diem festi sui: quod idem observaturum se vovit oppidum S. Facundi, ipsius Beati patria, præmisso Provigiliæ jejunio. Cumque Rex Catholicus sanctam ejus corpus visitasset, Majestas sua, una cum Proceribus et Populis multis, prostratus ad pedes sanctitatis vestræ, humiliter supplicat pro Canonizatione istius Sancti, ut fidelium devotio continuetur et crescat. Hoc autem dum agitur, dignetur sanctitas vestra permittere, ut de eodem sancto recitetur in regno Castellæ, et in civitate Salmanticensi, ubi corpus ejus est, et in oppido S. Facundi patria sua, atque in toto Ordine S. Augustini, extendendo ipsum Breve, hactenus restrictum ad locum sepulturæ: ut Rex Catholicus, Regnumque et Ordo, præventi tam singulari gratia sanctitatis tuæ, maneant obligati ad orandum Deum (quod et nunc faciunt, pro vita longa sanctitatis tuæ, et majori exaltatione Fidei atque Apostolicæ sedis.

Ant. 64

Omnium ita Collegis oratio Hispanicus in Urb.

offert memoriale pro urgenda canonizatione Joannis,

et extensione Officii.

120 Lectum Memoriale remisit Pontifex ad Congregationem Rituum: itaque delato ad ipsam negotio, pro memoriali justificando, brevem informationem concepit et Congregationi obtulit in hæc verba. Illustriss. ac Reverendiss. Domini, duo petit Rex Catholicus in suo Memoriali, quod suæ sanctitati præsentavit Dux Sesæ, et ipsa remisit Illustrissimis Dominationibus vestris, judicium vestrum exquirens. Primum ut tractatur de Canonizatione Beati S. Joannis a S. Facundo et ad conclusionem usque procedatur. Secundo, ut interim dum hoc agitur, placeat sanctitati tuæ, quæ annis præteritis beatificavit Dei servum, sanctitate et miraculis tam clarum, extendere Breve Beatificationis, permittendo ut Missa dicatur per totum Ordinem Eremitarum S. Augustini, cujus est filius; et totum Castellæ regnum, unde est oriundus, ac specialiter in civitate Salmanticensi, ubi majori ætatis suæ parte vixit et miraculis resplenduit: atque in oppido S. Facundi, patria ejus. Utrumque autem plane conforme est Canonibus sacris et Ecclesiæ Romanæ Catholicæ consuetudini.

eoque ad Congregationem Rituum delato

A D P ex variis repræsentat et a putatem utrumque postulati,

121 Primum justificatur per Processum pro Canonizatione, legitimum et sufficientem ex judicio Illustrissimarum vestrarum Dominationum ex hujus sanctæ Congregationis, Cardinaliumque Baronii, Antoniani et Bellarmini, quibus remissus fuit antequam sua sanctitas beatificaret servum Dei, et suum Breve expediret; iterque ex sententia duorum Rotæ Auditorum quibus similiter sua sanctitas Processum remisit, quem ipsum sua sanctitas pro sufficienti habuit; quandoquidem ex eo processerit ad Beatificationem, declarando sanctum, et dignum qui publico cultu honoraretur, per recitationem Officii et Missæ, in conventu S. Augustini Salmanticæ, ubi corpus cum magna veneratione habetur. Constat autem quod habita probatione sanctitatis et miraculorum alicujus servi Dei, procedi ulterius possit in tali causa; præsertim constante semper fama sanctitatis et miraculorum, sicut constat per Memoriale Regis Catholici, et per litteras istius Regni, testimoniaque authentica.

post approbatos pridem processus,

et celebratam Beatificationem,

122 Secundum sic per se ipsum probatur, ut novis rationibus non egeat confirmari, cum tot exempla ipsum persuadeant. Calixtus III concessit similem gratiam in honorem S. Alberti, ex Ordine Carmelitarum; et Sixtus IV eam extendit. Paulus III extendit Privilegium, quod erat de cultu S. Raymundi, ad omnia monasteria Ordinis S. Dominici per regnum Aragoniæ. Quid autem opus foris accersere testimonia ad eam veritatem probandam, quando S. D. N. Clemens Papa VIII, a quo ea gratia petitur ex parte Regis Catholici ac Regni sui, ipsam concessit in honorem beati Laurentii Justiniani, Patriarchæ Veneti, et expedivit privilegium extensionis: eamdem pie gratiam concessit sua sanctitas in honorem Beatæ S. Agnetis de Montepolitiano Ordinis S. Dominici. Nota est etiam causa, propter quam gratia ista concedatur: quia per primam Beatificationem magis crevit devotio erga Sanctum in civitate Salmanticensi, adeo bene merente quamcumque gratiam ab ista sancta sede; et in toto Ordine S. Augustini.

ac tota similis aliis exempla prægressa

123 Itaque justissimum est, ut sua sanctitas correspondeat desiderio Regis Catholici Regnique istius, et tot Principum atque Communitatum: maxime cum sperari possit, sicut optima ratione speratur, quod sic magis crescet devotio erga sanctum cultusque divinus, eo quod ad primam Beatificationem, Salmantina civitas diem felicis transitus hujus sancti festum haberi jusserit, eumque receperit in Patronum, votumque ac juramentum fecerit celebrandi semper atque assistendi in corpore solennitati ejusdem in monasterio S. Augustini, ubi corpus ejus in tanta veneratione habetur. Idem fecit oppidum S. Facundi, cum voto et juramento jejunii perpetui in sua Provigilia. Similiter Congregationem informavit, ex parte Regis Catholici suique Oratoris Ducis sesæ, D. Franciscus de la Penna, Auditor Rotæ, eximius causæ istius protector.

notoriumque incrementum devotionis publicæ

124 Quibus visis (uti in Processu Canonizationis habetur)

A habetur, eadem sacra Congregatio de Ritibus, ex mandato et consensu S. D. N. Papæ censuit dictam gratiam recitandi Officii non Duplicis, ut non impediatur Dominica, extendendum ad totam Religionem Eremitarum S. Augustini; ut, sicut monasterium S. Augustini Salmanticensis recitat Officium et dicit Missam de d. Beato Joanne, possint omnes Religiosi d. Religionis per totum mundum recitare et dicere, de Communi Confessoris non Pontificis, secundum Rubricas Missalis et Breviarii Romani. Ita censuit Congregatio et declaravit vi Septembris MDCIII, de mandato et consensu atque expressa voluntate S. D. N. Papæ, Alexander Cardinalis Florentinus. I. P. Ma[illegible]. Conformiter autem ad decretum sacræ Congregationis, sanctitas sua concessit toti Religioni Augustinianæ petitam gratiam, et Breve expedivit xv Octobris hoc tenore:

A. D. P. EX VARIIS Ant... His mota Congregatio censet concedendum quod petebatur,

pro toto ordine,

pro quo expeditur Breve,

125 CLEMENS PAPA VIII, ad perpetuam rei memoriam. Grande est desiderium, quo tenemur; propagandi in terris memoriam Beatorum, jam in cœlis cum Christo regnantium, ad gloriam Dei et fidelium ædificationem; præcipue cum id postulant Catholici Reges, et pii atque religiosi Principes, ceterique fideles, itaque expedire in Domino novimus. Alias siquidem jam dedimus litteras nostras
B tenoris sequentis, scilicet ad perpetuam rei memoriam. Quæcumque ad divinum cultum etc. ut supra num. 78 et seqq. Verum tamen quia postea d. Philippus Rex Catholicus, omnes civitates et ecclesiæ Metropolitanæ ac Cathedrales regni Castellæ et Legionis, multique Principes et Grandes ejusdem Regni, præsertim nobilis Vir Franciscus de Sandoval Lermæ Dux, Prælati item et aliæ personæ ecclesiasticæ ac seculares, Collegia, Religiones et Universitas studii generalis Salmanticæ, et præcipue totus Ordo Fratrum Eremitarum S. Augustini per epistolas, supplicationes et memorialia, per suos Oratores et Procuratores, imprimis per dilectum filium nobilem virum Antonium Ducem Sesæ, Oratorem d. Regis Catholici in Curia nostra, et per Mag. Fr. Ludovicum delos Rios, Procuratorem Provinciæ Castellanæ d. Ordinis S. Augustini, nobis humiliter supplicarunt, quatenus procederemus ad Canonizationem d. B. Joannis a S. Facundo; et interim, pro solita nostra Apostolica benignitate dignaremur extendere et ampliare supradictas litteras.

instante tantorum supplicum,

C 126 Nos volentes nostra benignitate uti, et eorumdem precibus annuere, de sententia et judicio venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium, sacræ Congregationis de Ritibus, quibus negotium istud commisimus, ut re visa et examinata relationem Nobis facerent, sicut eos in particulari informavit dilectus filius Mag. Franciscus Penna, Capellanus noster ac Rotæ Auditor, de mandato et in nomine præd. Antonii, Ducis et Oratoris præd. Philippi Regis Catholici; tenore præsentium litterarum, extendimus auctoritate Apostolica litteras prædictas, ad totum Ordinem Fratrum Eremitarum S. Augustini per totum mundum, et ad omnes Fratres et Moniales d. Ordinis, atque ad singulos eorum; ut, sicuti in virtute prædd. litterarum possunt Fratres monasterii S. Augustini civitatis Salmanticensis et Provinciæ Castellæ dicere Missam et Officium de præd. B. Joanne in sua ecclesia S. Augustini Salmanticæ; sic etiam abhinc possint in quacumque domo vel ecclesia d. Ordinis, ubicumque fuerit, dicere eodem modo Missam et Officium, legendo vel cantando de Communi unius Confessoris non Pontificis, conformiter ad Rubricas Missalis et Breviarii Romani, modo non fiat Duplex (nisi ubi fuerit Corpus vel aliqua insignis et magna Reliquia d. B. Joannis) ne Dominica impediatur. Non obstantibus ullis earum rerum, quas in prædd. litteris D obstare noluimus, aut alio quocumque prædictis contrario. Volumus etiam ut transsumptis præsentium litterarum, etiam impressis, fides etiam habeatur quæ præsentibus his daretur, modo sint firmatæ a publico Notario, et signatæ sigillo alicujus Personæ in ecclesiastica dignitate constitutæ. Datum Tusculi, sub Annulo Piscatoris, die XI Octobris MDCIII, nostri Pontificatus duodecimo. Mag. Vestrius Barbianus.

ex sententia Congreg. Rituum

extensum ad singulas utriusque sexus Domos ac personas

anno 1603 11 Octobr.

127 His ita obtentis, non potuit omnino acquiescere Ordo Augustinianus gratiæ uni sibi concessæ: sed ulterius eam extendendam sperare perrexit, quamvis potenti protectore tunc destitutus Romæ per absentiam Ducis Sesæ. Quomodo autem id obtinuerit apparebit ex sequenti Brevi, quod iterum originario Latino contextu ex Marisio sumimus. CLEMENS PAPA VIII ad perpetuam rei memoriam. Cum Nos nuper concesserimus, ut in universo Ordine Fratrum Eremitarum S. Augustini, quotannis Missa et Officium de B. Joanne a S. Facundo, ejusdem Ordinis professore, die duodecimo Junii, de Communi Confessoris non Pontificis, juxta Rubricas Missalis et Breviarii Romani, prout antea pro nonnullis locis particularibus concesseramus, celebrari posset; prout in nostris, desuper in forma E Brevis expeditis litteris, plenius continetur. Cumque dilectus filius nobilis vir Franciscus de Sandoval, Dux Lermæ, et dilecta in Christo filia, nobilis mulier Catharina de Zuniga, Comitissa de Lemos; ob eorum erga d. B. Joannem devotionis affectum; cupiant hujusmodi Missam et Officium de d. B. Joanne, in oppido de Sahagum, in quo idem B. Joannes ortus fuit, et in oppido de Cea, patria genitricis ejusdem B. Joannis (quæ duo oppida in dominio d. Francisci Ducis existunt) nec non in civitate Salmanticensi, in qua idem B. Joannes uberes in Domino fructus fecit; eodem modo quo in ecclesia Fratrum d. Ordinis, celebrari posse: Nobisque propterea, eorumdem Francisci Ducis et Catharinæ Comitissæ nominibus, per dilectum filium Alphonsum Manriquez, humiliter supplicatum fuit, ut in præmissis opportune providere, de benignitate Apostolica, dignaremur.

et rursum juxta preces Ducis Lermæ atque uxoris Comitissæ de Lemos,

128 Nos eorum pio desiderio benigne annuere cupientes ac litterarum nostrarum prædictarum tenorem præsentibus pro expressis habentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, ut in ecclesiis F quibuscumque, tam Clericorum secularium quam cujusvis Ordinis regularium utriusque sexus dictorum oppidorum de Sahagum et Ceu, Missa et Officium de B. Joanne, die supradicto, iisdem modo ac forma, quibus in Ecclesiis d. Ordinis, ex indulto nostro Apostolico celebrari possunt, juxta formam earumdem nostrarum litterarum, in omnibus et per omnia celebrari possint; ac hujusmodi Missam et Officium in prædictis ecclesiis celebrantes proinde satisfaciant, ac si Missam et Officium de currenti, juxta ritum Missalis et Breviarii Romani, eo die celebrarent, auctoritate Apostolica tenore præsentium concedimus et indulgemus; non obstantibus Constitutionibus et Ordinationibus Apostolicis, ac omnibus aliis quæ in dictis litteris voluimus non obstare, ceterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud S. Petrum, sub annulo Piscatoris, die XXIV Novembris, MDCIII, Pontificatus nostri anno XII M. Vestrius Barbianus. Hic erat status, inquit Antolinius librum suum finiens, Canonizationis speratæ, quando tam propinqua spes, quam Ordo Augustinianus habebat in Clemente VIII collocatam, succisa fuit anno MDCV ipsius morte. Talis tamen spes reviviscere visa est, per electionem Leonis XI, qui interfuerat ei Congregationi,

ad oppida S. Facundi et Ceæ;

eodem anno 24 Novemb.

Secuta mors Pontificis progressum causæ sistit.

A tioni, per quam Processus de Sancto sufficere declaratus fuit, et Beatificationis decretum probatum: sed et hic cito obiit. Nihilominus Pauli V secuta electio, novas spes adfert, inquit Antolinius: nescio enim quid boni omnis ingerit, quod quæ sub ejusdem nominis Tertio primum cœpta causa fuit, debeat sub Quinto terminari. Faxit Deus, ut potest, ne hæc quoque vana fiducia sit. Ita ille, paulo pluribus verbis pro affectu suo.

CAPUT XIII.

Reliquiæ Sancti translatæ in Lusitaniam, magnifice exceptæ, et miraculis multis clarificatæ.

Prolixa de ea re libri summa hæc est.

Marisius ultra progressus reliquam operis vasti partem implet, describendis festum Ulyssippone celebratis eodem anno MDCIII, in receptione Reliquiarum ejusdem Sancti, describendo minutim omnem apparatum processionum, theatrorum spectaculorum, et poematum; quibus abstineo, ne lectorem gravem, jam satis superque lassatum tot pro-
B lixis instrumentis eodem fere concurrentibus: quoqum tamen integros tenores qualescumque dare placuit, ut testimonio sint, quanto libentius ex originalibus nunc demum perfectæ Canonizationis Actis plura daremus, si ea nos habere fecisset Ordo. Rem prolixissime expensam a Marisio, sic in pauca constrinxit Valaurius libr 3 cap. II.

Val 3, 11

Anno 1603 Olisippone missus Salmanticam legatus,

130 Regia civitas Olysippo, Lusitaniæ caput, excita vulgatis per omnia Hispaniarum regna B. P. Joannis a S. Facundo magnalibus, ardens concepit desiderium possidendi etiam aliquam illius Reliquiam; confidens quod ipsa esset generosæ isti nationi, tantumque contra infideles certanti, victoriarum ingentium pignus. Igitur anno MDCIII a Provinciali, P. Antonio de Resurrectione, expeditus cum titulo Oratoris fuit P. Antonius Azebedius, ut nomine totius Provinciæ Salmantinis Patribus supplicaret. Et ille quidem efficacibus verbis rem proposuit; nonnullum tamen obstaculum reperit, quando consultatum super eadem fuit; suggerentibus nonnullis, quantæ consequentiæ foret, aperire viam pluribus, quibus non magis negari id posset, petituris participationem thesauri, summa cura custodiendi et sic paulatim distrahendi. Alii tamen iverunt in sententiam P. Antolinii, dicentis, non

pro impetranda aliqua Reliquia Sancti,

C debere regiam istam civitatem in comparationem adduci cum aliis, propter rationes varias; atque ita signatum fuit authenticum instrumentum, quo tradebatur os unum brachii die XXI Decembris festo S. Thomæ, victoriarum Lusitanicarum protectoris. Res autem notatu digna est visa, quod capsula argentea, eum in finem allata Olisippone, non sine metu ne foret nimis parva, inventa est eidem ossi tam proportionata, acsi ad ejus mensuram fabricata foret. Nec minus ominosum est habitum, quod tempore maxime pluvio, quo exundantibus fluminibus stagnisque ruptæ et permeatu difficiles viæ erant, agosonibusque ignotæ, tantum itineris spatium, quantum Salmanticam interest et Olysipponem, confectum sit absque incommodo, et sic prædicta Reliquia advenerit primo die anni MDCIV.

21 Decemb impetrat os brachii,

et perlatum Olisipponem 1 Januarii

131 Exceperunt ipsam boni illi Religiosi genibus in terram dimissis et elatis in altum manibus, velut cœlo missam. Interim Civitas una cum Archiepiscopo D. Michaele de Castro, et Vicerege D. Comite Alphonso de Castel blanco, non tam urgentibus edictis publicatis, quam propria stimulata pietate, præparabat sese in diem XXI Februarii omni publicæ lætitiæ demonstratione celebrandum, cum arcubus et curribus triumphalibus, vini et ignis D
fontibus, aliisque machinis. Æstimationem excedit monilium copia, quæ refulgebant in capitibus ac vestibus personarum, ad symbolicas repræsentationes ornatarum. Sed imprimis admirabilis fuit, quæ generoso invecta equo Famam referens, gestabat in capite processionis vexillum, tessera Augustiniana insignitum, cum imagine ipsius Sancti: illius enim ornatus fuit ultra centum millia scutorum æstimatus. Eodem tempore præbebant oculis ac mentibus jucundum spectaculum, statuæ expressivæ Scientiarum, Virtutum, Vitiorum, ac similes aliæ ideales personæ, ad justam proportionem dispositæ. Ludi quoque, luctæ, et conflictus innocentes terra ac fluvio, extremum virium adhiberi monstrabant. Denique inventiones inimitabiles, innumerabiles machinæ, inexplicabilis pompa, divitiæ inæstimabiles, comparuerunt, sicut vilissimum esset impensum illis aurum. Quæ ne credantur per hyperbolen exaggerari, sciat lector, eorum qui minutim omnia colligere et describere studuerunt, eam fuisse opinionem, ut non dubitarent asserere, opulentissimi toto orbe emporii thesauros eam in rem fuisse impensos imo exhaustos.

A. D. P. EX VARIIS

circumfertur festivissime 21 Februarii

Terra sepulcralis allata ad Clarissas

132 Huic solennitati multisque gratiis a Divo Joanne in generosam illam Civitatem liberaliter effusis, interfuerunt duo Augustiniani Ordinis Religiosi, P. Emmanuel Capralis et P. Bartholomæus a S. Augustino, ad S. Jacobum in Gallicia peregrinabundi. Iis contigit per iter visitare monasterium S. Claræ in Villa-Comitis, ubi erant sorores germanæ duæ, sanctimoniales et consanguineæ P. Capralis: quæ cum ex istorum Religiosorum relatu intellexissent, quæ festivitas Olisippone acta, quæ gratiæ a Sancto relatæ fuissent, desiderarunt habere aliquid de terra ejus sepulcrali; et voti compos facta est, quæ instabat ferventius D. Philippa de Monteoliveto: quia intendebat applicare ipsam nepti cujusdam suæ amicæ, Catharinæ de Angelis, quæ per sesquiannum lecto affixa jacebat, toto corpore immobilis et membris omnibus paralytica. Hæc ubi terram sacram attigit, totum cor sibi sensit perfundi lætitia; non obstante acutissimo quodam, sed momentaneo cruciatu, dum manus sibi artusque solvuntur. Mox autem supra lectum erecta, et in pavimentum descendens, cum stupore assistentium, reddidit Deo et Sancto gratias, deinde velut in novam reducta vitam, voluit mutari sibi nomen, et pro Philippa de Angelis dici Joanna de S. Facundo. F

et applicata paralyticæ, eam sanat.

et ex rupto crure pene moribundum.

133 Vix fuerat publicatum miraculum, et a Vicario ipsius oppidi authentice comprobatum, quin Antonius Ferdinandius quidam, olim epibata, qui ex malo navis lapsus tibiam ruptam maleque curatam post se trahebat, cum continuo extremoque cruciatu; transtulit se ad Monachas S. Claræ, una cum afflictissima sua matre, non sine lacrymis postulans pauxillum illius miraculosæ terræ: quæ majoris venerationis ergo credita manibus Capellani, et in conspectum infirmi delata, sic eum affecit, ut gravi perculsus symptomate, mox videretur expiraturus. Verum non fuit id aliud quam quidam vitæ mortisque conflictus, nequaquam incruentus. Multum enim corrupti sanguinis ac puris evomuit æger, et victoria mansit vitæ, restituta integra sanitate. Et hoc miraculum etiam fuit de mandato Archiepiscopi Bracarensis examinatum, permissumque vulgari; cujus rei authenticum instrumentum prædicti Religiosi secum abstulerunt. Ad hanc succinctam synopsim maximarum rerum, placet ex Marisio annotare, causam anticipandi mense Januario festi, quod alias debuisset in Junio celebrari, fuisse præsentiam plurimarum in portu stantium navium, et mox in omnem regionem dispergendarum, per quas poterat

Propter classis mox soluturæ præsentiam anticipatur festum

A poterat rei tantæ fama, una cum devotione erga Sanctum, toto orbe vulgari.

A D P EX V RIS

Mar. 2, 14

Ex instrumento donata Reliquia habetur,

134 Instrumentum quoque donati venerabilis ossis, idem Marisius hujusmodi profert. In civitate Salmanticensi, xxi mensis Decembris MDCIII cum essem in monasterio S. Augustini hujus civitatis; coram me Didaco Nieto Canete, ex numero publicorum hujus civitatis Scribarum, comparuit R. P. Mag. Fr. Augustinus Antolinez, Ordinis Augustiniani, Provincialis Castellæ; dixitque, quod per missivas R. P. Fr. Antonii a Resurrectione, Ordinis S. Augustini, in regno et provincia Portugalliæ, quas sibi attulit tradiditque P. Fr. Bartholomæus de Azebedo, Religiosus d. Ordinis et Conventualis ac Prædicator in Conventu Dominæ nostræ Gratiarum, Ordinis S. Augustini in civitate Olisipponensi; rogatus sit, ut, quoniam in præd. ecclesia, ipsius conventus sumptibus, erigitur sumptuosa capella dedicata glorioso sancto Joanni Sahaguntino, cujus corpus requiescit in ecclesia S. Augustini civitatis hujus, in qua et obiit; velit pro Reliquiis domui isti et capellæ donare os unum ex corpore istius gloriosi Sancti. Qua epistola et petitione in deliberationem adducta, decretum fuerit, concedendum quod petebatur: et ut tam sanctum pignus habeatur B cum ea qua par est reverentia, constetque de ejus veritate, tamquam de ipso sancto corpore certissimo sumpti, rogavit ut secum venirem ad tabernaculum in quo ipsum gloriosum corpus asservatur.

quod ea facta sit intuitu capellæ, quæ Sancto Olisippone erigebatur:

135 Itaque hodierna Dominica, eademque xxi Decembris, d. P. Provincialis, cum RR. PP. Fr. Antonio Muxica, Suppriore; Fr. Francisco Dominguez, sacræ Theologiæ Lectore; Fr. Francisco de Vega, Sacristano; et d. Fr. Bartholomæo de Azebedo, Conventuali Olisipponensi, ingressi sunt d. tabernaculum: et accepta de sepulcro tumba, quæ supra ipsum stabat operta panno aureo, aperuerunt valvam quamdam ligneam istic affixam, sub qua erat sepulcrum lapideum, coopertum saxo tribus vinculis ferreis transversim adstricto, et catenulis totidem ad capita vinculorum. Quibus reclusis et vinculis remotis, ipsoque saxo, inventa est capsa lignea, extrinsecus cereo rubro vestita, limbisque viridibus et flavis ornata, commissuris autem et claustro duplicis seræ inauratis: quæ reserata visa est intus vestiri holoserico cæruleo. In summa autem arcula posita erat certificatio quædam, scripta in pergamena membrana, signis quibusdam signata; C qua dicitur, quod corpus gloriosi Sancti jacet in præd. capsa, quodque in eam et ad d. tabernaculum sit translatum per Breve sanctissimi Domini Leonis Papæ X Feria VI, XVII Januarii, MDLXXXVIII. Sub hac scriptura erat velum rubei serici, limbo aureo circumdatum; et sub hoc aliud telæ Hollandicæ lineæ, cum limbo similiter aureo; sub quo jacebant ossa gloriosi corporis S. Joannis Sahaguntini: ex quibus d. P. Provincialis, coram me et prædd. Religiosis accepit os unum, quod videbatur esse canna unius brachii ex parte superiori; quæ mensurata, inventa est implere tertiam partem ulnæ, et grossitiem habere quantus est orbis unius nummi octo regalium: quodquidem os impositum velo rubri serici, et ligneæ capsellæ, tradidit Provincialis P. Fr. Bartholomæo de Azebedo.

et aperto ea causa sepulcro,

lectum sit testimonium translationis illuc factæ an. 1578,

et inspecta sacra ossa

136 Quibus sic peractis clausit iterum d. capsam, et tabernaculum sicut antea fuerant, meque rogavit ut sibi facerem prædictorum fidem. Attestor igitur, quod coram me facta sint omnia supradicta: et quod præd. os magnitudinis jam dictæ, traditum præd. Religioso, acceperit de d. tabernaculo, ad quod videntur translata fuisse ossa S. Joannis Sahaguntini: de quo ut constet, ad petitionem P. M. Fr. Augustini Antolinez, Provincialis Castellæ, præsentes dedi. Salamanticæ XXI Novembris MDCIII etc. D

sub fide Notariali.

Relato hoc instrumento, pergit Marisius describere præludia festivitatis, a die XV Janurii et deinceps, inter quæ etiam fuit, XVI ejusdem proclamatum certamen Poeticum; quod æque ac cetera similia prætermittimus: satis est notasse, quatriduo durasse festivitatem. Ultimo autem die, qui erat S. Matthiæ Apostolo sacer, institutam fuisse Confraternitatem, idoneam ad continuandam devotionem erga Sanctum, nec nimis sumptuosam, ut mediocris fortunæ civibus in ea etiam locus esset; contra quam in aliis nonnullis, ideoque raros inscriptos habentibus observatur. Concludit autem totum argumentum Marisius relatione authentica præmemoratorum duorum miraculorum; præfatur tamen, ad manus suas venisse collectionem manuscriptam aliarum plurium gratiarum, intercessioni B. Joannis attributarum; quibus commemorandis supersedere se ait, donec singulæ fuerint rite examinatæ, quod indicat cœptum fieri. Addit denique novum certamen Poeticum, anno MDCVIII institutum, in Appendicem libri a prælo tunc exituri: præ quibus hic malim, ex Valauri libro 2 cap. 3 referre duas hujus temporis apparitiones, ex Processu sumptas. E

celebrato per Januarium anni 1604 festo,

multæ obtinentur gratiæ.

Val. 2, 3.

137 Anno MDCVIII, fuit a P. Petro Bernardino, Augustiniano conventus Biterrensis in Archiepiscopatu Narbonensi, nobili cuidam Franco datum compendium vitæ B. Joannis, ut ipsum Bruxellis in Belgio traderet P. Thomæ Gratiano Priori, istic prælo subjiciendum, sicut inter ipsos convenerat, ad primam quæ se offerret commoditatem. Suscepit humaniter commissum sibi rotulum vir bonus: sed suæ curiositati prius satisfacere volens, quam depositum tradere, moras haud sane parvas traxit. Denique vespere quodam, cum tandem absolvisset lectionem, vidit in somno apparentem sibi Sanctum, velut magno in templo, locatum in specioso ac luminoso throno, et Pontificalibus indutum: coram quo cum se Nobilis prostravisset in genua, visus sibi est ab eo elevata manu accipere benedictionem: ex eoque professus est singulariter devotum Sancto se mansisse, ac multas ab eo gratias accepisse. Sequenti anno die XI Januarii iisdem in partibus, scilicet Belgicis, devotus quidam ejusdem Ordinis Religiosus, numquam se somno dabat, quin prius ex Vita, qua plurimum delectabatur, legeret aliquid. Quadam autem vice impulsus specialis devotionis affectu, sese ex corde commendavit Sancto. Et ecce apparuit hic ei in somno, vultu radiante, et manibus in cœlum elatis, quasi Deum pro illius salute deprecaretur. Et hic etiam tali viso motus, ducem eum sibi spiritualem elegit, multosque divinos favores per eumdem se consecutum fatetur. F

Nobili Vitam suam legenti Bruxellis anno 1608

apparet glorioso in throno,

item alteri in Belgica religioso.

CAPUT XVI.

Cultus Sancti usque in Indias propagatus et miraculis confirmatus.

Interim transvolarat usque novum orbem novi Sancti fama, quamquam eo jam prævenerat fama S. Nicolai Tolentinatis; unde conjunctim de utroque in hunc modum locutus est, Magnus iis in partibus Generalis armorum atque Vice-rex, Don Lopez de Almendarez, Cadarcitæ Marchio, sic deponens: Fidem et devotionem Indiarum sibi proprie vindicasse censentur Sancti duo, Augustiniani Ordinis: in Mexico S. Nicolaus Tolentinas; et in Peruvia S. Joannes Sahaguntinus: adeo ut nulli Cœlites alii istic noti esse videantur. Nec mirum, tam multa enim tamque industria utriusque sunt inter Hispanos et Indos miracula, ut aliorum Divorum non videantur recordari posse. In Mexico durant

Val. 3, 12

Testatur Prorex,

In Mexico Nicolaum Tolentin.

A rant festa S. Nicolai Tolentinatis a Septembri usque ad Natalem Domini : tam autem multi sunt ipsi istic devoti privatim atque in communi, ut videantur posse annum totum occupare : in Peruvia autem mihi constat idem agi circa S. Joannem. Ita ille. Ad cultum autem et devotionem erga S. Joannem propagandam inter Peruanos, missus ex Europa fuit Fr. Didacus Salmeron, magna probitate ac doctrina vir, et dignus omnino cui hujusmodi expeditio committeretur. Hic eo secum detulit imaginem Sancti : cumque revertisset Toletum, dixit, quod in longa periculosaque navigatione, non videretur aliud sibi fecisse quam flumen Hispalense navigio trajicere : quodque oppressus copia miraculorum ad se delatorum, cum eis legitime excipiendis non sufficeret, ministerium istud imposuerit P. Fr. Antonio Calanicia, istis in partibus nato.

In Peruvia unice coli Joannem.

Huc missus Fr. Didacus Salmeron,

appellit an. 1614, cum imagine S. Joannis,

139 Dixit autem, quod statim atque appulerat in portum Limensem anno MDCXIV, ingressus Conventum, nihil prius curavit, quam ut debita cum pompa Sancti imago exponeretur publicæ venerationi. Speciale auxilium eo attulerunt D. Lucia et D. Catharina Manriquez, quæ in hoc contulerunt B magnam pretiosissimorum monilium copiam : sed ea fur quidam colligens, dum omnes somno tenerentur, cum ipsis in fugam se dedit. Deprehenso furto, non autem furibus, bonæ illæ matronæ accurrerunt ad pedes Sancti ; eumque nec ad preces suas surdum, nec contra furem mutum expertæ sunt. Hic enim inter fugiendum, clamantem post se audivit, ut prædam redderet : et respiciens vidit Augustinianum Fratrem, oculis minacibus quasi fulminantem. Non ideo tamen a proposito destitit ; sed viam prosecutus, in quoddam diversorium se recepit : ubi sic fuit consternatus in somno, ut decreverit omnia referre unde abstulerat. Verum a pravo suo genio seductus, non videbatur sibi posse reperire viam, quam remetiretur ; donec gravius conterritus, ad pedes Confessarii se abjecit ; et culpa exoneratus, exoneravit se male acquisitis spoliis : quod fuit primum pignus plurium gratiarum, per illas regiones a Sancto spargendarum.

cui exponendæ commodata monilia furatus quidam,

ea cogitur referre;

140 Cum D. Casilda, filia D. Joannis Fernandez, febribus laborans, deposita jaceret a medicis ; adeo ut ad spiritum extremum expellendum, solum expectaretur proximus paroxysmus ; recurrit pater C ad imaginem Sancti ; cumque prototypon habere non posset, satis habuit accipere ectypon ; quo supra vultum moribundæ posito, evanuit febris. Ipsa vero, gratitudinem relatura, ad complendum patris sui votum, facta est religiosa Augustiniana in monasterio incarnationis. Quia autem undique accurrebatur ad poscendam vel agnoscendam gratiam sanitatis, necesse fuit noctu diuque habere apertam ecclesiam. Eodem anno istis in partibus sic gliscebant anginæ et eresipelatis mala, ut plurimi inde morerentur : sed saluti erat imaginem Sancti, velut æneum serpentem adspexisse. Porro cum propter urgentia negotia quædam, Cuscum proficisci cogeretur P. Salmeron, cum non permitteretur sacram imaginem secum ferre, voluit efferre saltem illius ectypon : quod quacumque transibat, leniebat contagium.

tactu ectypi inde sumpti

convalescit moribunda

Cusci tale unum

141 Primum eo beneficio usus fuit Fr. Joannes de Ribera, Areguipæ natus. Hic Cusci inter alios istius conventus ægros sic constringebatur, ut decimum jam diem nihil, ne liquidi quidem, trajicere valeret ; et præ cruciatus magnitudine ac febris vehementia, de statu mentis sic exierat, ut per valetudinarium reptans, tanto esset compassione dignior quanto minus capax extremorum Sacramentorum. Oravit pro illo Prior Fr. Dominicus de Setorros, visitando sanctam imaginem, quæ in Sacrario servabatur : eamque attulit ad locum, ubi manebat æger : nec amplius fecit, quam ipsam applicare ejus lateri ; cum febris recessit, sanitas rediit ; et ad plenas vires recipiendas solum opus infirmo fuit, oculos in tabulam sacram defigere. Inde ad ecclesiam se transtulit, pro debita gratiarum actione reddenda : unde cum campanas pulsari audiret populus accurrit, veluti signum id esset mortui Patris, istic cari ; sed vivum reperit, cum stupore et gaudio. Non aliud hoc erat quam languentium multitudinem illuc excire, quæ omnis ipso momento sanabatur ; multique ex iis per os et nares ejectabant humorem letiferum : quemadmodum contigit Isabellæ de Otolora, quæ sub extremum spiritum ad Confessarium accesserat ; et contacta imagine, extemplo fuit omni malo liberata.

plures ob anginam sanat

D

A. D. P. EX VARIIS

142 Auram abierat P. Fr. Petrus de Arribite, ad tria milliaria, propter negotia Religionis : ubi volens celebrare Missam, ad ecclesiam Parochialem se contulit ; et imagine supra altare exposita, ipse se parabat ad sacrificium. Ad eam venerandam multi continuo Indi accurrerunt : qui in quodam feretro, ad modum retis composito, attulerunt quatuor infirmas mulieres suas, et inter eas unam ab annis decem contractam atque immobilem. Oblata autem E eleemosyna et Missa facta, viderunt illam expedite currere per ecclesiam ad pedes Patris, ut lacrymis ejus vocem suam conjungens, juvaret in referendis gratiis. Interim regrediens Parochus ad sonum campanarum quas exultabundi Indi certatim pulsabant, et aliquid magnæ novitatis suspicatus, factum ex indigenis audit, turmatim ab ecclesia prorumpentibus, et ubique miraculum personantibus. Cum autem discessurus esset Pater, noluerunt permittere ut imaginem secum referret : sed, quamtumvis reniteretur, et quæcumque in vicem oblata munera recusaret, coactus est ipsorum devotioni relinquere. Informatione autem de hoc aliisque miraculis sumpta, asseritur et probatur, quod statim ab adventu præd. imaginis cessavit contagio : et Curatus aliique Sacerdotes, quibus antea ab administratione Sacramentorum nulla dabatur diu noctuque requies, otiosos cessare se mirabantur, cum omnes stratis domibusque exissent.

aliud ad 3 inde milliaria delatum;

erigit contractam

et sistit anginæ luem.

143 Ab eodem morbo ad extrema fuerat reducta uxor Andreæ Mussi ; quæ, licet juvencula, non potuerat tamen resistere violentiæ mali. Maritus F autem admovit ei florem, qui imaginem attigerat, et subito detumuit guttur ; solumque in superficie remansit postula unica, quæ etiam ipsa disparuit intra dies paucos. Hæc voluit habere imaginem, quam jugiter circumferret ; et longum aliquod iter cum marito faciens, ipsam in primo quod subierunt hospitio explicuit, narrato miraculo in ipsa se patrato : et sic ad ejus conspectum sanati sunt quotquot in loco eo erant infirmi. Tantumdemque contigit in omnibus ceteris ad quæ divertebant, spatio centum septuaginta leucarum, concurrentibus undique ad spectandam salutiferam imaginem ægris ; ad confusionem quorumdam vicorum, qui neglecto tam præsenti remedio funeribus exhausti fuere. Erat tunc Cusci Fr. Josephus ex Ordine S. Francisci, in S. Facundi natus : qui ad mortem deductus, civem suum sanctum invocavit, et continuo sanari meruit.

Mulier per florem ei admotum sanata

pluribus locis morbum grassantem sistit;

144 Indæ cuidam pauperculæ filiolus suus obierat. Hunc cum ad pedes imaginis deposuisset, resurrexit cum risu puer, et matrem suam hilariter invocavit. Crevit autem tantopere per provinciam Cuscensem fides in Sanctum ; ut quocumque non poterat ejus imago perferri, inde mitterentur panni, fasciæ aut flores, illius attactu consecrandi et salutifera

propter quæ aliaque multa

A tifera virtute imbuendi, certissimo cum effectu pariuni miraculorum. Denique metropolis illa, tot beneficiis obligata Joanni, erexit ei sumptuosum altare, coram quo diu noctuque grandes cerei ardebant: tanto numero et tam continuo affluentibus eo incolis accolisque, sanitatem postulantibus et referentibus, ut primis quadraginta diebus non potuerint portæ multitudini claudi. Postea autem communi voto declaratus est civitatis Tutelaris, cum obligatione celebrandi quotannis festi.

A. D. P. EX VARIIS erecto altari

Patronus Cusci eligitur Sanctus.

145 Cum Arequipa transiret P. Salmeron, rogatus fuit, ut sanctam imaginem inferret in quoddam sui Ordinis monasterium; ubi D. Marina Cegama, primæ istic nobilitatis Sanctimonialis, duodecimum annum jacebat toto corpore immobilis; nec alium fere sensum habens quam dolorificum. Allatam ubi amplexa est, ad pauca momenta temporis velut extatica mansit; inde veluti ad se rediens, exclamavit, Jesu, Jesu, et sana fuit. Abjectis ergo furcillis, quibus innixa stabat, subsilivit, et per cubiculum currere cœpit, cum stupore adstantium, propter evidentiam tam grandis miraculi. Sub eadem infirmitate languebat D. Joannes Maita Inga, ex stirpe, veterum Ingarum, Peruvii Regum. Hic, B hortante D. Lupo de Carvajal, occasione cujusdam festi quod ad S. Augustini celebrabatur, Joanni a S. Facundo commendavit se; indignum se existimans, qui ad ipsam Sancti imaginem accederet propius. Ille tamen fidem ejus gratam habuit, tantæ humilitati conjunctam, et ipso in loco concessit ei sanitatem.

Arequipæ, sanata annis 12 paralytica

et infirmo nobili,

146 D. Joannam Coronatam, a pectore ad humeros consumebat cancer: sed imaginis contactus subito eam sanavit. Inde etiam remedium quæsivit et obtinuit, a calculo in ureteribus transverso Bernardinus Valdemarius, in Civitate-regali apud Hispanos natus. Ut enim ipsam admovit lateri, ruptus per medium calculus est; et cum urina, quam octo diebus nullam solverat, multoque pure ac fœtore ejectus, extrusit etiam quædam carnis frustula, quæ os vesicæ constringebant: nec postea tale quid passus est. Annæ Duran faucibus spina inhærebat, jamque auferebat loquendi facultatem: sed invocato Sancto illam mox exspuit. Hæc aliqua sine numero prodigia cum Arequipæ contigissent, etiam hæc civitas Cuscensem imitari voluit, et Sanctum habere Protectorem sub eadem forma juravit: cujus rei authentica instrumenta etiamnum in archi- C vio Religionis asservantur.

curato cancro,

expulso calculo,

et spina infixa gutturi

idem fit.

147 Interim P. Salmeron Isam discessit: vix autem eo appulit thaumaturga imago, cum matrona quædam, nomine Apollonia, vehementia morbi per annos duos affixa lecto, unde non poterat aliter moveri quam alienis brachiis sublata; maritum exoravit, ut ad ecclesiam S. Augustini deportari se pateretur: ubi cum imaginem vidisset, exclamavit, O benedicte Sancte! an ergo non potero in pedes assurgere? Assurgens autem mox addidit, Numquid non et genua flectere? flexitque omni soluta impedimento. Tum continuavit preces, gratiam quoque postulans ambulandi ad altare Crucifixi: et eo tam velociter ivit, ut ad mariti accessum et lætas populi exclamationes, ausa sit ire et redire sæpius, ad magis manifestum faciendum miraculum. Rediens postea domum, occurrit cuidam suæ amicæ, eodem malo laboranti: quæ tali exemplo animata ad idem suffragium implorandum, vix animo propositum conceperat adeundi imaginem Sancti, quin subito senserit insolitum calorem, ac mox alleviatam sese a tumore et pondere, quo usque ad genua occupabatur. Hoc autem plenioris gratiæ pignore freta, prostravit se coram Sancto, moxque in pedes surrexit, solidatis firmiter plantis, et sana domum remeavit. Successit illi Franciscus Lopez Guitierrez, D impedita urina depositus a medicis: subitoque levatus, numquam deinceps tale quid passus est.

Isæ quoque sanantur, Clinica una

et altera,

ac disuria laborans

148 Icæ, quod oppidum est istius regionis ex primis unum, vivebat Joannes Spinus, valde devotus Sancto, ejusque protectioni committere sese omni mane solitus: nec sane absque necessitate: etenim uxor ejus, adulterum secuta, non contenta ei abstulisse honorem, etiam vitæ insidiabatur per eum. Hic autem, ad facinus assecurandum, accito quodam sibi amico sicario, cum sclopo piis duabus et pluribus scrupulis minoribus instructo, constitit qua transiturum sciebat. Adfuit Spinus ea qua exspectabatur hora, et adulter sclopum contra eum direxit: sed quacumque parte ictum parabat, vidit semper interpositum aliquem. Miratus, simul et indignatus ob moram vel socordiam socius, audivit ab adultero, fieri non posse ut feriret inimicum, nisi prius trajiceret Religiosum Augustinianum, huic et sibi interpositum. Aliis nihilominus duabus vicibus tentarunt idem facinus, quod semper eodem modo impeditum fuit. Tum vero impatiens animo sicarius, sclopum arripuit; eoque exploso, præter animi voluntatem, ipsummet adulterum in brachio E feriit; sed ita leviter, ut pauci scrupuli, qui vestem penetrarant, in cute hæserint.

Adultera, armato in viri sui necem mœcho

frustratur intento per Sanctum sese interponentem

149 Quia autem homines nefarii non erubescebant gloriari de attentata cæde, non dubitavit bonus maritus ex sua quoque parte publicare factum, in testimonium miraculosæ protectionis sibi præstitæ a Sancto: ad cujus prostratus pedes, obtulit eidem holocaustum caritatis, deposita ultionis cupidine, supplicans, impetraret a Deo emendationem sceleratæ conjugis, et salutem animæ, homicidii pariter et adulterii reæ. Dictum factum: eodem temporis momento tantam de commissis pœnitudinem sensit mulier, ut raræ virtutis facta sit exemplum aliis, quibus scandalo fuerat; seque consecravit obsequio Hospitalium, subveniens liberaliter pauperibus sui sexus, et infirmis ministrans. Porro in memoriam tot beneficiorum, communi consensu erexerunt ambo conjuges Sancto statuam, ejusque altare perpetua capellania dotarunt, ad celebrandum in eo festum: pœnitens autem mulier non cessabat eum nominare, Sanctum remedii sui, Sanctum animæ suæ.

et ad virtutem resipiscit,

150 In civitate sanctæ Fidei et conventu Augustiniano, Religiosus quidam, contagioso morbo adductus ad portas mortis, cum nomen Sancti invo- F casset, meruit eum in somnis videre; qui offerens ipsi pomum, velut fructum vitæ, certum reddebat non moriturum. Ab eodem similiter sanitatem accepit Religiosus alius, in contigua cella decumbens, cum sibi dumtaxat admovisset statunculum Sancti. Idem Religioso cuidam Franciscano accidit: cujus opera cum processionaliter circumlatus fuisset statunculus præfatus atque per triduum expositus in ecclesia majori, multasque ibi gratias invocantibus præstitisset; tutelæ ipsius Sancti per decretum publicum commisit se Civitas, et sub invocatione illius instituit pium Sodalitium. Soror Maria a Spiritu sancto Dominicana, in monasterio S. Catharinæ Senensis, multis annis paralytica, ad cœnobii portam deducta ut sanctam imaginem veneraretur; statim ut ipsam vultui suo applicuit, absistentes ab eadem duo cunctis adstantibus conspicui radii, desideratam ei attulerunt sanitatem. Soror Augustina a S. Petro, Ordinis Franciscani, similiter paralytica, veniente ad monasterium P. Salmerone accessit ad ostium: dumque sibi applicaret imaginem, deficere sibi oculos sensit, et exclamavit: Ego te, Pater, jam non amplius video, jamjam morior. Sed Pater, non absque speciali impulsu, eam reprehendens;

etiam in S. Fidei patronus fit Joannes:

sanantur duæ paralyticæ moniales

A dens ; Non ita, inquit : spera bene : quia prius quam viginti quatuor horæ transierint, grande aliquid in Conventu videbitur. Parum abfuit quin risu exciperetur præsagium : sed veritatem probavit eventus, quoad præfatum terminum infirma convaluit, omni malo soluta.

et Piuræ puella a cancro,

151 Non absimilis fuerit præsagitionis alterius exitus, qua idem P. Salmeron in civitate Piuræ, nobili Domicellæ Alfonsæ Castriliæ prædixit, quod prius quam ab ecclesia egrederetur, esset sananda a letali cancro, mamillam exedente. Ad hæc enim dicta, alienata a sensibus et quasi profundo letargo fuit immersa ; sed cito experrecta, et manum mamillæ admovens, nihilque veteris mali inveniens, exclamavit ; Jesu ! quid hoc ? O Sancte mi ! Miraculum, quod subito per omnium ora cucurrit, audiens paupercula Inda, diu paralytica, mentem et vocem ad Sanctum extulit : qui ei apparens, hortatus est ire ad ecclesiam. Sed quomodo ? inquit illa. Non possum. Ah quomodo ? Cui Sanctus, Cras, inquit, poteris. Sequenti autem die illuc a devotis quibusdam allata, potuit inde pedibus suis sana reverti.

et Indi a paralysi

Pasti avertuntur erumpentes ex humo flammæ,

152 Solebat P. Salmeron sæpe memoratus, prius B quam locum aliquem ingrederetur, præcursores suos eo dirigere, quos Chiachos nominant. Id cum fecisset civitati Pasto appropinquans, rogatus per eosdem præcursores fuit, moraretur tantisper, donec fieret apparatus necessarius, ad sanctam istam imaginem honorificentius excipiendam. Verum ille, quodam interiori instinctu motus ad accelerandum gressum cum sancta imagine, quam ex more anteibant vexilla Regia et Pontificia, ingressus est urbem cum numeroso ac splendido equitum peditumque comitatu. Vix autem locaverat imaginem ipsam in ecclesia Sanctimonialium, ea nocte ibi relinquendam ; cum subito sus deque verti civitas et fugam undique accelerare, propter dehiscentem ex improviso terram, quæ flammas eructans excidium omnibus minabatur. Educta igitur in publicum imago est, medioque in foro collocata, ex adverso horribilis istius incendii : quo statim aliorsum verso, apparuit festinationem inferendæ in civitatem imaginis, non processisse ex aliqua Patris pervicacia, sed impulsum fuisse divinum : ut ex opportunitate succursus prompti, imminenti malo pararetur remedium. Hoc autem agnoscens Civitas, convocato Consilio Patronum elegit, juratoque voto obstrinxit C se ad festum celebrandum.

a quibus servata civitas Patronum assumit :

CAPUT XV.

Sacrorum ossium suavis fragrantia. Canonizatio tandem celebrata. Reliquiæ in Belgio.

Burgos translatum os femoris

Pluribus post hæc annis (*ut est apud Valanium lib. 3 cap. 11.*) Burgensis civitas, altera quasi nutrix Sancti, aspiravit ad obtinendum ejusdem, quo Olyssipponensis civitas gloriabatur, boni communionem : quippe quæ Sanctum habuerit Beneficiatum, Canonicum, Eleemosynarium, Patrem. His instructa titulis, non multum laboravit, ut obtineret os integrum femoris, longitudine palmorum duorum et quatuor pollicum, unde de mensura reliqui corporis facilis est conjectura. Huic sacræ Reliquiæ, Burgensium oratori donatæ, ad regiam illam urbem comitandæ, obtulit se P. Aguilar, Prior Conventus et Universitatis Cathedraticus ; et ex Collegio Bartholomæano deputati duo nobiles alumni, D. Balthasar a Cueva, filius Ducis Albuquercæ ; et D. Alfonsus Magnnos de Avila, Canonicus Toletanus. Excepta est lætis acclamationibus populi, bombardarumque et campanarum festivo strepitu : tum le- D gitime consignata, sequenti Dominica, die XXI Junii MDCXLVIII, circumlata processionaliter est a Prælato Urbis, totoque Clero seculari ac regulari, per vias præcipuas, ornatas pulcherrimis altaribus, et ad domorum parietes ita vestitas, ut urbs tota unius templi speciem præ se ferret.

an 1648 festive excipitur :

A D P EX VARIIS

ipsum autem, uti et alia alibi,

154 *Ad hujus narrationis complementum additur, quod* Reliquiæ Burgis communicatæ, suavissimum de se odorem spirabant, æque ac illæ quas Olyssippo possidet vel oppidum S. Facundi ; atque adeo multo magis corpus integrum. Hic autem adeo fuit inseparabilis a particula, oppido S. Facundi concessa, ut loci Abbas plena fide asserat in Processu, quod conatus qualitatem istius fragrantiæ discernere, invenerit ab alia undecumque proficisci solita diversissimam. Inter alios autem ejus testis imprimis nominari meretur, Dux olim, nunc Cardinalis Lermæ, qui multis annis Monarchiam rexit : interrogatus vero quid de Beato sentiret, cum eum in sua ad Pontificem Epistola quadam Sanctum indigetasset, et dignum pronuntiasset eo titulo, qui ut Apostolica auctoritate sanciretur denuo supplicabat ; addidit, perquam bene recordari se, quod in obsequio Philippi III et Margaritæ Reginæ, præsens E Salamanticæ dum arca aperiretur, Beatum istud Corpus (verba ejus sunt) spiravit odorem supernaturalem ac suavem : quem ego inquit, optime percepi ; et admirabundus vidi tum ipsas jam dictas Majestates, tum circumstantes reliquos obstupescere, atque inde sumere nova incentiva amoris et affectus erga Beatum, tamquam magnum Dei servum et amicum ; cui omnes pro eo reddidimus debitas gratiarum actiones.

totumque corpus,

suavem pergit odorem spirare.

155 *Restat ut sanctitatem Joannis, ad summum venerationis culmen, per solennem Canonizationem denique provectam, alteramus huic Commentario, et sic ei coronam imponamus. Fecit eam* Alexander Papa VIII, die XVI Octobris MDCXC, *sed ita ut simul cum eo Divis adscripserit* S. Laurentium Justinianum, *Protopatriarcham Venetum, cujus Acta Henschenius illustravit ad* VIII *Januarii quo obiit : festum deinde, ad Ordinationis Episcopalis diem* V *Septembris, transtulit Innocentius XII :* S. Joannem de Capistrano *Ordinis Minorum, qui mortem obiit, nobisque tractandus in hoc opere veniet (nisi quid interim mutetur,* XXIII *Octobris :* S. Joannem de Deo, *a quo initium sumpsit Ordo Hospitalitatis in Hispania, Caritatis in Francia dictus, cujus duplicem Vitam Latine dedi* VIII *Martii : et* S. Paschalem Baylon, *Observantiæ Franciscanæ in Hispania Laicum, defunctum* XVII *Maji, ubi similiter duplicem Vitam a nobis Latinitate donatam lector inveniet. Horum quinque communiter Romæ celebrata Canonizatio, in Provinciis plerisque solenniter acta est, anno sequenti, cum jam clausisset Pontifex Clemens die 1 Februarii ; quæ causa fuerit quod Bullæ nondum editæ, fortassis nec compositæ adhuc habeantur : unde tamen nos discere oporteret, quo ordine, post suam Beatificationem, processum ad extremum actum sit. Nec tamen etiam quidpiam typis editum vidimus, circa Sahaguntinum Sanctum, de ea pompa, qua Patroni sui novum et auctius festum Hispani celebrarunt, præsertim Salmanticæ ; unde libenter etiam accipiemus novorum miraculorum fasciculum, cum visum fuerit Ordini suo illum colligere et luci dare.*

Canonizatio facta an 1690 16 Oct.

huic et 4 aliis communis, F

alibi celebrata fuit anno sequenti,

156 *Antuerpiæ in Belgio celebratum fuit die* VI *Maji festum ejusdem Canonizationis ; ut autem solennitas major esset, obtinuerant hujus conventus Patres, insignem particulam ejus Costæ, quæ jam inde ab annis circiter viginti habebatur Bruxellis. Regesta Conventus Antuerpiensis rei actæ modum sic tradunt.* Die V Maji, Sabbatho ante Dominicam III post Pascha, cantata

Antuerpiæ 6 Maji,

A. D. P. EX VARIIS

A cantata fuit Missa de Spiritu sancto, per adm. R. ac Eximium P. M. Lambertum Ledrou Capituli Præsidentem : *qui nunc Episcopus Porphyriensis et Pontificii Sacrarii est Præfectus. Post Missam* Patres omnes Capitulares cum Conventu iverunt processionaliter ad ecclesiam Cathedralem, venerabilem statuam cum Reliquiis dicti Sancti, ibidem in Choro majori prius expositam, ad templum nostrum ornatissimum reportaturi. Magno autem populi concursu Reliquiæ ab Amplissimo D. Decano delatæ sunt, ceteris Dominis Canonicis comitantibus. *translata etiam illuc Reliquia:* Ubi ad templum nostrum perventum est, cantata fuit solennis musica, et data benedictio cum Venerabili per D. Decanum. Die Dominica, majoris solennitatis gratia, summum Sacrum, assistentibus DD. Canonicis, celebravit Illustriss. D. Joannes Ferdinandus Episcopus Antuerpiensis. Cantatis post meridiem Vesperis, concionem panegyricam habuit P. Noster Jacobus Willemaert, Provincialis pridie electus : qua finita, facta est solennis per Civitatem supplicatio, comitantibus RR. adm. DD. Canonicis Cathedralis Ecclesiæ, Amplissimo civitatis Magistratu in corpore, Amplissimo Domino Abbate B S. Michaelis cum suis Dominis, septem Ordinibus Religiosis in corpore, ac Confraternitate nostra Zonigera, una cum Gymnasii nostri litterarii studiosis, sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum deferente dicto Illustriss. D. Episcopo ; sacras vero D. Joannis Reliquias, ejusque statuam diversorum Ordinum Religiosis, per vices succollantibus.

157 *Hæc quomodo Antuerpiam delatæ sint, docebit sequens instrumentum, ex Hispano Latine redditum :* *quam Prior Salmantic. an. 1672,* In prænobili, fideli et antiqua atque insigni civitate Salmanticæ, die decimoquarto mensis Septembris, anni a nativitate Domini Salvatoris nostri Jesu Christi millesimo sexcentesimo septuagesimo secundo, in conventu nostri gloriosi Patris S. Augustini et Collegio S. Guilielmi, intra ambitum hujus civitatis Salmanticensis, inter decimam undecimamque horam noctis ; coram me, Didaco Antonio Nieto Conete, Scriba regio publico atque perpetuo, ex numero Notariorum civitatis, et testibus infra scriptis; adm. Rev. Pater Fr. Mag. Emmanuel Duque, Prior præd. Conventus S. Augustini (cui ego Scriba fidem do atque cognosco, eum esse talem Priorem, et ut talem exercere officium ;) affirmavit, *requisitus a Patribus Conv. Bruxellensis,* quod ex speciali decreto Reverendissimorum Patrum Provincialis, Prioris et Religiosorum Conventus Eremitarum S. P. N. Augustini civitatis C Bruxellensis in Flandria, per ipsos scriptum sit Reverendiss. Patri Mag. Fr. Nicolao Cortes, Ordinis Provinciali in hac provincia Castellæ veteris, nec non Dominis Consilii justitiæ atque regiminis civitatis hujus, Dominis item Rectori et Collegialibus Collegii majoris S. Bartholomæi in Universitate et hac insigni Civitate, propterea quod gloriosus sanctus Joannes de Sahagum fuit dicti Ordinis Religiosus, et præd. Conventus Bruxellensis erga ipsum gloriosum Sanctum devotissime afficiatur ; *tradere suo ad id in Hispaniam delegato,* dignentur annuere atque mandare, ut os unum ex pretioso illius corpore, quod in Conventu Salmanticensi servatur, habendum pro Reliquia ipsius Sancti, tradatur adm. Rev. Patri Fr. Antonino de Witte, Religioso præd. Ordinis et Priore Conventus Herentaliensis in Belgio et dd. partibus Flandriæ, per d. Monasterium Bruxellense unice lecto et deputato, ad perferendas litteras prædd. et transferendum os tale, quale sibi daretur, pro ipsius Sancti Reliquia.

158 Hic vero cum prædictas litteras tradidisset, ejusque petitio justa esse cognosceretur, d. Pater Provincialis præd. P. Priori licentiam concessit tradendi, pro suo beneplacito, unum ex ossibus præd. sancti corporis. Cui determinationi cum ac- D cessisset consensus Patrum Consultorum ipsius Conventus, Dominorum item Consiliariorum justitiæ et regiminis civitatis hujus, nec non Dominorum Rectoris et Collegialium majoris ac vetustissimi Collegii Bartholomæani, cujus Collegialis etiam Sanctus ipse fuit; *coram deputatis a Civitate et Collegio S. Bartholomæi,* concurrentibus denique ad eumdem actum Dominis, D. Francisco de Castello-Conchæ, Equite Ordinis S. Jacobi, et Correctore hujus civitatis ; D. Didaco de Moreta Maldonato, Equite Ordinis ejusdem, et Rectore seniore, atque Commissario nominato ex parte civitatis ; D. Melchiore de Lezana, Equite Ordinis Calatravæ, Rectore d. Collegii S. Bartholomæi ; D. Petro Pacieco, Collegiali ipsius Collegii, tamquam socio Rectoris ; ad executionem prædictorum, simul omnes se contulerunt versus tabernaculum et sepulcrum, in quo servatur corpus S. Joannis de Sahagum ; unde sublata est urna, consistens supra d. sepulcrum et corpus ; sub eaque inventa est grandis capsa lignea, clausa sub duabus clavibus.

158 Tunc earum unam protulit d. D. Michael de Lezana Rector, et apertus est pessulus seræ unius ; alteram vero protulit d. Rev. P. Prior, et apertus E est pessulus seræ alterius: *reserata triplici arca,* itaque patuit d. arca lignea, sub qua est una petra cavata, cujus concavum tegit tabula, limbum habens quatuor circiter digitorum, quam ferreæ duæ lineæ adnectunt arcæ, mediantibus seris duabus pendulis, quæ reserantur cum aliis duabus clavibus : et has quoque protulerunt idem DD. Rector ac Prior, sicque apertæ etiam sunt pendulæ illæ duæ. Exhinc ablatis lineis ferreis ipsaque tabula, inventa est intus arca mediocris, aforis vestita corio vaccino Moscovitico et auro clavata, cum duabus seris ; *accipit costulam unam,* quarum clavibus similiter a dd. Rectore et Priore productis, apparuit arca interius obducta holoserico cæruleo ; repertumque in ea est testimonium scriptum, quo asseritur ibi esse ossa corporis gloriosi sancti Joannis de Sahagum, et sub eo tendebatur pallium, contegens concavitatem ejusdem arcæ, ex serico rubeo. Quod pallium cum sustulisset d. P. Prior, inventum est cranium cum ossibus sancti corporis : unde Prior sacris indutus, immissisque illuc manibus extulit costulam unam sacri corporis, atque reposuit intra capsulam unam nuceam, interius serico rubro vestitam, et similiter exterius, cum limbis aureis, quibus serico et limbis etiam ornatur operculum capsulæ præd. ex simili ligno, *et pixidi ad id paratæ imponit;* quod adstringitur linea sericea alba. Involuta est autem costula præd. sericeo panniculo, unius palmi in longitudine ; ipsa vero capsula longa est sicut os cubiti usque ad carpum, et plus quam quatuor digitos larga. Hanc clausam cum testimonio hujus actus præd. Prior dedit R. P. Fr. Antonino de Witte, qui eamdem suscepit, deferendam ad Conventum Bruxellensem.

159 Atque de his ita gestis, ego infranotatus *rogata fide publica facti.* Scriba fidem facio, ab utraque parte rogatus, præsenti hac die, coram testibus ad omnia prædicta præsentibus, Licentiato D. Petro Casuso, Revisore hujus civitatis, et locum tenente Correctoris ; et Michaele de Canales, civibus Salmanticensibus... *et subscriptum erat,* Didacus Antonius Nieto de Canate. *Hunc vero talem esse qualem se dicit, firmant* XV *mensis Septembris Scribæ alii Salmanticenses quinque,* Antonius Rodriguez de Zamora et Alba, Thomas Rodriguez de Zamorra, Dominicus Perez Ruiz, Joannes Forzen, et Ventura Ferdinandus Chapero : *quibus ipsis denique legalitatis suæ fidem facit,* Petrus Gonzalez Breton, familiaris et notarius titularis sancti Officii, senior Notariorum Salmanticensium, unus ex XXIV-viris Carceris regii, Major Superentendens

A Superintendens redituum suæ Majestatis regiæ, atque de Conventu civitatis. *Quibus sibi exhibitis*, Alphonsus de Berghes, Dei et Apostolicæ Sedis gratia Archiepiscopus Mechliniensis, Primas Belgii, ad Exercitus regios per Belgium Delegatus Apostolicus, Regiæ suæ Majestati a Concilio Status; Omnibus, *inquit*, has visuris.... notum facimus et attestamur; quod capsulam, in Actis suprascripta expressam et bene sigillatam, aperuerimus; in eaque reperimus costam B. Joannis de S. Facundo; quam sigillo nostro minori insignivimus, postquam in præsentia virorum piorum recognovissemus esse veram Reliquiam dicti B. Joannis de S. Facundo; et uti talem, publicæ venerationi Christi fidelium exponi posse permisimus, et auctoritate nostra ordinaria per diœcesim nostram per præsentes permittimus. Datum Mechliniæ die VII mensis Maji MDCLXXVII etc.

sub qua eamdem an 1677 approbat Arch Mechlin.

169 *Ex ista sic approbata Reliquia partem (ut dixi) obtinuit Conventus Antuerpiensis sub forma publici instrumenti.* In nomine Domini nostri Jesu Christi Benedicti. Amen. Notum sit omnibus, præsentes hasce visuris, quod anno millesimo B sexcentesimo nonagesimo primo, die vero mensis Maji secundo, in conventu S. Apolloniæ Ordinis Eremitarum S. P. N. Augustini civitatis Bruxellensis, in cella Rev. Adm. Patris Antonini de Witte, nuper ejusdem conventus Prioris, ac Capituli Generalis Exdefinitoris, in præsentiarum vero Provinciæ suæ Belgicæ Definitoris, nec non suæ Excellentiæ Domino Francisco Antonio de Agurto, pro Rege Hispaniarum Belgii Gubernatori, a Confessionibus; convocatis, me Henrico Matheys, Notario publico a supremo Brabantiæ Concilio admisso, Bruxellis residenti, Nobilibusque Viris, Rev. Adm. ac Amplissimo Domino Guilelmo Francisco le Febure, insignis ecclesiæ Collegiatæ Anderlacensis Canonico, ac Sedis Apostolicæ Protonotario; nec non Amplissimo et Prænobili Domino Joanne Baptista le Febure, pro solutione per Dominos Financiarum Exercitus Catholicæ suæ Majestatis computuum Magistro ac Consiliario; testibus specialiter requisitis; personaliter constitutus memoratus R. P. Antoninus de Witte, ostenderit tribus nobis prænominatis reliquiarium, in quo erat costa integra B. Joannis a S. Facundo (prout patet ex accluso hoc authentico instrumento) Salamanticæ per se impetrata, et ab Illustrissimo Mechliniensi approbata; et de ipsa costa partem absciderit in præsenC tia nostra; quam involvit bombycino levi rubei coloris, ac gosippio; et imposuit capsulæ deargentatæ, quam collocavit in alia capsula majori, item deargentata; ponens quoque gosippium inter utramque, et occludens capsam majorem vitta bombycina rubei etiam coloris: quam munivimus tribus nostris sigillis. Et dixit se præfatam partem Reliquiarum e memorato Reliquiario desumpsisse, et dictis capsulis modo et forma prædictis imposuisse, de licentia Rev. adm. ac Eximii P. M. Joannis Smidts, dicti sacri Ordinis per Flandro-Belgium Provincialis; ut eam transferret ad Conventum Antuerpiensem; ibidem in templo in Canonizatione ejusdem Divi Joannis a S. Facundo, Dominica infra Octavam Capituli Provincialis ac deinceps, cum approbatione Reverendiss. ac Illustriss. Antuerpiensis, ad majorem Dei, ejusdemque Sancti ac Ordinis sui gloriam ac decorem fideliumque solatium, publicæ venerationi in perpetuum exponendam. De quibus omnibus dictus Rev. Adm. Pater, in perpetuam rei memoriam, publicum hoc instrumentum per me fieri ac sibi tradi desideravit; die, mense, et anno supra- D dictis, præsentibus ibidem testibus supra nominatis, etc.

Exinde partem accipit Conventus Antuerpiensis

cum instrumento donationis

factæ an 1691

A. D. P.
EX VARIIS

162 *Licentiam porro prædictam Reliquiam exponendi sic dedit*, Joannes Ferdinandus, Dei et Apostolicæ Sedis gratia Episcopus Antuerpiæ .... Quoniam qui Sanctis deferuntur honores, in Dei Omnipotentis gloriam totiusque Ecclesiæ redundant utilitatem; merito existimamus, quæ eorum cultui amplificando conducunt, singulari studio nobis esse promovenda. Notum igitur facimus et attestamur, pro parte Rev. adm. Patris Antonini de Witte, Ordinis Fratrum Eremitarum S. Augustini, in præsentiarum Provinciæ Belgicæ Definitoris, nobis exhibitam fuisse capsulam deargentatam, bene clausam, funiculo rubro circumligatam, ac sigillo Rev. Adm. D. Guilelmi Francisci le Febure, insignis Ecclesiæ Collegiatæ Anderlacensis Canonici ac Sedis Apostolicæ Protonotarii insignitam; in qua invenimus partem Reliquiarum B. Joannis a Sancto Facundo, desumptam scilicet ex majori parte Costæ ejusdem Beati, alias recognita et approbata ab Illustrissimo ac Reverendissimo Domino Alphonso Archiepiscopo Mechliniensi; prout ex instrumento legitimo, manu E Notarii signato, constitit; juxta quod supra memoratam partem Reliquiarum pro vera ac legali recognoscendam et approbandam esse duximus; uti tenore præsentium recognoscimus et approbamus; cum potestate eamdem per Diœcesim nostram, ad majorem Dei ejusdemque Sancti gloriam fideliumque solatium, publicæ venerationi exponendi: in quorum fidem ac robur, ipsam partem Reliquiarum sigillo nostro minori ceræ Hispanicæ impresso muniri, ac præsentes manu propria signatas, sub sigillo nostro ordinario et Secretarii nostri signatura, expediri mandavimus Antuerpiæ in Palatio nostro Episcopali. Die v Maji MDCXCI.

eaque recognita ab Ordinario,

exponi permittitur

163 *Hactenus scripseram, cum adfertur mihi Officium totum proprium, in Antiphonis, Capitulis, Hymnis, Responsoriis, ac Lectionibus, etiam per Octavam, toti Ordini Augustiniano concessum sub ritu Duplicis 2 Classis, a sacra Rituum Congregatione approbatum die XVIII Aprilis MDCXCII, cui Sanctitas sua annuit XXV ejusdem, cum hac ad omnes Horas et Missam oratione.* Deus, auctor pacis et amator, qui B. Joannem Confessorem tuum mirifica dissidentes componendi gratia decorasti; ejus meritis et intercessione, concede, ut in caritate divina firmati, nullis tentationibus ab ejus integritate divellamur. *Evangelium ex* V *Matthæi*, Diligite inimicos vestros, benefacite his qui oderunt vos, *cum Homilia S. Thomæ de Villanova pro feria VI post Cineres, per totam Octavam divisa. Pro 2 Nocturno elegans est ipso in festo compendium Vitæ, quæ rursum diffusius deducta recitatur ac dividitur per Octavam; ubi lego, quod alibi necdum inveneram, natum Sanctum ipso die Præcursoris Domini, cujus propterea illi nomen impositum, non distinguendo Nativitatis et Decollationis festa. Istud tamen citius crediderim, quam quod ex communi sententia obiisse scribitur ætatis anno* XLIX, *natus anno* XXX *ejusdem seculi* XV, *cum tamen velut sui oblitus auctor, Lect.* V, *pro* XXV *Junii legi jubeat quod* vir ætate provectus, ac honorificis in Theologia titulis insignitus, inter novitios luxerit præcipua humilitate modestia et humilitate; *quando, ex natali jam posito, solum explevisset ætatis annum* XXXII. F *Quæ utrum corrigi non conveniat altioris judicis arbitrium sit, cui nos nostraque omnia sensa subjicimus.*

Novum officium Ordini concessum an 1692;

DIE

DIE DECIMA TERTIA JUNII.

SANCTI QUI IDIBUS JUNII COLUNTUR.

Sancta Felicula, Virgo et Martyr Romæ.
S. Januarius, S. Silvanus, Martyres Romæ.
S. Victorinus, Episcopus Assisii et Martyr, in Umbria.
S. Aquilina, Virgo et Martyr, Bybli in Phœnicia.
S. Lucianus, S. Fortunatus, S. Crescentianus, S. Tecla, S. Felix, S. Secundus, S. Lucianus II, S. Jocundus, Martyres in Africa.
Diodorus, Martyr Emesenus in Phœnicia.
Sancti Martyres plurimi, apud Græcos honorati.
S. Anub Bissojus, Martyr Heliopoli.
S. Georgius, S. Basjela uxor ejus, S. Arnobius, S. Petrus, Martyres in Ægypto.
S. Aschirion, S. Argenis, S. Belfijus, Martyres in Ægypto.
S. Evidius, Martyr in monasterio S. Petri Besaluensi in Catalania.
S. Triphylius, Episcopus Leucosiæ in Cypro.
S. Antipater, Episcopus Bostrensis in Arabia.
S. Jacobus, Anachoreta apud Græcos.
S. Anna mater cum Joanne filio, apud Græcos.
S. Agricius, Episcopus Senonensis in Gallia. NOT 15
S. Cetheus, Episcopus Amiternensis et Martyr, Atriæ Peregrinus appellatus.
S. Raguebertus, Martyr in Bressia, Galliæ provincia.
S. Psalmodius, Eremita in Lemovicensi Galliæ diœcesi.
S. Fandilas, Presbyter, Monachus et Martyr, Cordubæ in Hispania.
B. Gerardus Monachus, frater S. Bernardi Claravallensis.
S. Antonius, Ordinis Minorum, Patavii in ditione Veneta.

PRÆTERMISSI ET IN ALIOS DIES REJECTI.

Opera R. P. Godefridi Henschenii, piæ memoriæ, nisi aliud indicent litteræ margini adjunctæ.

Sancti Tiriani, Episcopi Opitergini, translatio *indicatur a Ferrario. Dies natalis, quando de eo egimus, est* XVI Januarii.

S. Antonii Abbatis translatio corporis Viennam in Gallias, *indicatur a Ferrario, Maurolyco, Saussayo. De ea actum ad Vitam* XVII Januarii.

S. Anatolii, Episcopi ac Patroni Salinorum in Burgundia, elevatio *hoc die facta est. Vitam Acta ejus illustravimus* III Februarii.

NOT 16 D. P. S. Aidani Abbatis Translatio, *notatur in veteri monasterii sui Trenorciensis Kalendario, apud Chiffletium, in Probationibus ad Historiam Abbatiæ illius; ubi festum ejus celebratur, quando de illo agemus in Supplemento* IX Februarii.

S. Aldetrudis translatio, *ad ... ad Grevenum, a Carthusia Bruxellensi. Ejus Acta dedimus* XXV Februarii.

SS. Landoaldi, Amantii, Adriani, Vincianæ, et Landradæ elevatio Gandavi, *annotatur a Molano in Auctario Usuardi, Canisio et aliis. De illis egimus* XIX Martii.

S. Priscus, Episcopus et Confessor, *adfertur in MS. Bruxellensi S. Gudulæ. Quis locus non additur, inter varios* S. Priscos, *sed potissimum* Martyres, *non assequimur quis indicetur. Fortassis est Episcopus Lugdunensis S. Nicetii successor, quem Ado in Chronico* Sanctum *vocat; sed præterit in Martyrologio. De eo ergo licebit agere, deque ejus tumulo inter Sanctorum tumulos reperto sub an.* 1308, II Aprilis.

S. Vincentii Ferrariensis elevatio corporis, *celebratur in Kalendario Mariano Balinghemii. Vitam dedimus* V Aprilis. D. F.

S. Marci Evangelistæ elevatio corporis Alexandriæ, *celebratur in Hagiologio Habessinorum: ipse colitur* XXV Aprilis.

Bogna, *S. Stanislai Cracoviensis Mater, a Martino Baronio, in Vitis Beatorum Poloniæ Patronorum, refertur cum titulo* Beatæ, *sepulta in oppido ejusdem Sancti natali Sezepanolo. Non putamus ei aliquem cultum publicum haberi: ejus autem et mariti virtutes describuntur in vita filii, datæ* VII Maji.

S. Pharaildis, Virgo et Vidua, de stirpe Carolidarum, *adscripta est MS. Florario ad marginem. Vitam illius dedimus* IV Januarii.

S. Rolendis Virginis elevatio Garpiniæ *indicatur in Menologio Scotico Dempsteri. De ea egimus quando colitur* XIII Maji.

S. Gerardus,

D. P. S. Gerardus, Confessor Modoetiæ, *hoc die obiisse dicitur a Vitæ scriptore Bartholomæo Zucchio, et ab hunc secuto Ferrario in utroque Catalogo: verum antiqua monumenta obiisse dicunt die, quo S. Carolus Borromæus cultum instauravit, et nos de eo egimus,* vi Junii.

EOT. 17

SS. Gesmanus, Paulus, Justus et Scisius, Martyres Emporiis in Hispania, *memorantur a Ferrario in Catalogo generali. Sunt hi* quatuor lapicidæ, Martyres Gerundæ, *et primus alias* Germanus *dicitur. Horum Acta dedimus* viii Junii.

D. P. Achillas, *sive* Archelaus, *Patriarcha Alexandrinus post S. Petrum, dicitur hoc die obiisse. Egimus de illis inter Prætermissos* iii Junii: *nullo enim cultu dignatur cum Alexandrina Ecclesia, neque instructa ab hac Habessina.*

Hugo filius Caroli Magni, Abbas sextus S. Medardi Suessione, *apud Sammarthanos* et S. Petri de Novalisio ad radices Montis-cinisii in Pedemontio *in cujus cœnobii Chronico apud Chesnæum, Tomo 2 Scriptorum Historiæ Francorum p. 229 dicitur* mortuus Idibus Junii in dicto monasterio S. Medardi, et miraculis clarus, et in veneratione ab incolis habitus. *Verum is videtur in multis non satis probari; et absque ullo titulo Sancti aut Beati refertur a Sammarthanis, tam in Gallia Christiana, quam in Historia Genealogica Regum Franciæ. Non etiam ejus meminit Saussayus in Martyrologio Gallicano, neque in ullis Fastis nomen ad hanc diem reperimus.*

Lambertus, Episcopus Engolismensis, ante Fundator et primus Abbas Monasterii S. Mariæ de Cronea, sanctimonia et religione inclitus, *in Vita S. Gautherii* ix *Aprilis* Sanctus *appellatur, mortuus hoc die, anno* mcxlviii. *Ceterum necdum reperimus ullis Fastis inscriptum.*

S. Marinus Episcopus, multos annos Reclusus apud Valencenas in Hannonia, *indicatur in Catalogo generali Ferrarii, citatis* Tabulis Ecclesiæ et Molano in Natalibus Sanctorum Belgii. *Verum nusquam reperio eum, neque in duplici Molani editione, neque in ejus Indiculo; non etiam in Raissii Auctario ad Molanum, aut in illius Hierogazophylacio de Reliquiis Valencenensibus; non etiam apud Miræum in Fastis Belgicis, neque apud Philippum Brasseur de Sanctis Hannoniæ; non denique apud Doutremannum in Historia Valencenensi.*

Nicolaus, primus Abbas et Fund. monasterii Andreolvensis in Polonia, Ord. Cistercien. *memoratur ut* Sanctus *a Chrysostomo Henriquez ex relatione Francisci Bivarii Procuratoris Hispani Romæ: eumque sequitur Bucelinus. Chalemotus saltem ut* Beatum *retulit. Jongelinus, describens dictum monasterium in diœcesi Cracoviensi, citato Menologio Henriquez, solum* Venerabilem *appellat.*

Sedulii, in Græcia Episcopi, relatio Reliquiarum, quæ in Kiwinnon monasterio reconditæ. *Ita Dempsterus ad hanc diem; ejusque Depositionem refert ad* xiii *Januarii. Iterum ad* xxviii *Decembris;* Cavæ, *inquit,* Reliquiarum Sedulii depositio et veneratio. *Sed num de eodem omnia sint intelligenda nescimus. Ab hoc Græco Episcopo alius est* Caius Sedulius, Scriptor antiquus, cujus festum ab aliis poni xiii Junii *asserit Camerarius, ad diem* xx *Februarii. Colganus, in Actis Sanctorum Hiberniæ,* xii *Februarii eum collocat et solum* Venerabilem *appellat. Nos etiam de alio* Sedulio *Græco Episcopo, non audemus uni Dempstero fidere, ac proinde certiora monumenta requirimus.*

Kaninus, *inscriptus est Catalogo Sanctorum Hiberniæ, ab Henrico Fitz-Simon excuso anno* 1619: *de quo alibi nihil legimus.*

S. Joseph, Episcopus Ordinis Carmelitarum *memoratur in MS. Kalendario Carmeli Mechliniensis. In Acie bene Ordinata dicitur* Episcopus Emaus.

Theodorus, regionis Agazi *id est* Æthiopiæ Rex, *duodecimus eorum qui ex Salomonis stirpe sub annum* 1300 *ad thronum regressa, huc usque regnant. Vixit circa annum* 1400, *et laudatur in Hagiologio metrico istius gentis, propter festum ei a matre sua institutum. Sed festum istud non nisi profanarum epularum fuit, cui Regina mater animalium mactandorum copiam dederit, cœlum pisces pluisse visum sit: rei autem fides penes Habessinos relinquitur.* D. P.

Rodericus Martinez de Lara, Ordinis S. Francisci solitarius, sanctissimam duxit vitam in monte Rago prope Zamoram, cujus inventum corpus anno 1584 translatum: et aliqua ossa servantur Salmanticæ; *ut scribit Gonzaga de Origine Seraphicæ Religionis par. 3 in Provincia S. Jacobi pag. 740 et 741, a quo* beatus Pater *appellatur; et Barezzus, lib. 8 cap. 7, a quo* Pater Frater *vocatur. Arturus ad hunc diem eumdem suspicatur cum* B. Roderico Robleo, *de quo egit 27 Januarii, et allegat Waddingum ad annum* 1584, *scilicet in tomo* 9, *quem expectabimus, ut certi aliquid statuatur.*

Ubertinus a S. Cassiano, in Hetruria, an. 1316, *Ordinis*
Georgius Albanus, in Piceno, an. 1437, *S.*
Martinus a S. Maria, in Hispania, an. 1607, *Fran-*
Agnes a Festo, Tertiaria ibidem, an. 1496, *cisci, vitæ Sanctitate illustres, ut Beati referuntur ab Arturo, et Agnes in Gynæceo*

Elisabeth Metymna, Virgo *Carmelitana, inscripta Aciei bene ordinatæ, quia post mortem alicui coronata apparuit, obiit* 1674.

D. P. Margarita Dominici, Institutrix monasterii S. Agnetis tertii Ordinis Franciscani, Fulginii, *hoc die anno* 1442 *pientissime defuncta, ut* Beata *refertur a Jacobillo, inter Sanctos Fulginii et Umbriæ; atque in Martyrologio Franciscano et sacro Gynæceo Arturi, exemplo Waddingi ad annum, quo obiisse hic scribit,* 1440 *num.* 21; *ubi et epitomen vitæ habet. Ex ea tamen solum colligitur, privato affectu Religiosarum, intraque parietes claustri talem haberi; publicum vero cultum nullum extare, adeo ut ignotum etiam fuerit sepulcrum, quousque anno* 1588 23 *Junii contigit illud, occasione reficiendi pavimenti, inveniri atque aperiri, unde extractum caput nonnullaque ossa, necdum ab ingresso humore consumpta, et collecta in arculam, reverenter servantur a Sororibus, ejus anniversariam memoriam aliquam cum cultu S. Antonii de Padua conjungentibus. Si plus ei competere doceat aliquis, poterit alias defectus suppleri.*

S. Eliseus Propheta *inducitur in MS. Divionensi, ab aliis sequenti die* xiv Junii.

S. Viti Martyris Translatio in Corbeiam Saxonicam, *profertur a Ferrario, Cajetano, Saussayo de qua ad Vitam agemus* xv Junii.

S. Luciniani Martyris Translatio Messanæ, *indicatur a Cajetano in Martyrologio Siculo et Ferrario, citatis Menæis: sed in Vitis Sanctorum Siculis solum* aliqua Translatio S. Luciani *ex Menæis deducitur, diciturque cultus antiquatus per Saracenorum tyrannidem, nuper renovatus, nullo addito die, quare vereor ut de eodem, plus quam hic, possimus dicere, quando de illo agit Cajetanus,* xxviii Junii.

S. Regnobertus, Martyr in finibus Lugdunensium, *indicatur in MS. Accinctino et Kalendario, ab aliis* xv Julii.

S. Felicissimus, cum sociis suis Romæ, *proponitur in MS. Bruxellensi S. Gudulæ. Videtur Diaconus S. Sixti Papæ, referendus* vi Augusti.

S. Bartholomæi Apostoli Natalis in Perside, *indicatur in MS. Corbeiensi, Lucensi, et aliis. At* Corporis adventus ad Liparam *dicitur a Ferrario,*

ab

ab aliis obitus. Quæ omnia erunt examinanda ad diem xxiv Augusti.

S. Eulogius, Archiepiscopus Alexandrinus, *memoratur in MS. Synaxario Ecclesiæ Constantinopolitanæ, et cum versibus in MS. Chiffletiano et aliis. In Martyrologio Romano* xiii Septembris.

S. Nicomedes, Presbyter et Martyr, Romæ, *inscriptus est MS. Florario. Colitur* xv Septembris.

S. Gregorii, Armeni Episcopi, translatio *facta hoc die indicatur in Officiis propriis sui monasterii Neapoli, ubi corpus. Dies natalis est* xxx Septembris.

S. Fidelis Martyris translatio *celebratur a Galesinio, et Ferrario*; xxviii Octobris: prima autem seculo x Novocomi facta, *refertur in Martyrol. Comensi, in quo assignatur Natalis quando et nos de eo*, xxviii Octobris.

S. Elerius, Abbas sanctissimæ conversationis, *refertur Hunc in Appendice, quod natalis ignoretur, ... in facit Menardus, Hunc retulit ad* xiii *Junii Wilsonius in Martyrol. Angl. et sequuntur Ferrarius atque Alfordus. Verum quia de cultu et die natali nihil certi jam scimus, de eo cum S. Wenefreda, in cujus Actis de ipso agitur, ut Magistro ejus et Vitæ scriptore (uti nonnulli volunt) agi poterit ad illius sanctæ diem* iii Novembris.

S. Genesius, Archiepiscopus Lugdunensis, *memoratur a Bucelino in Menologio Benedictino: de eo egimus* xiv *Aprilis inter Prætermissos, promisimusque agere de eo, die quo traditur obiisse, aut quando colitur in Calensi monasterio, ubi Reliquiæ servantur* i aut iv Novembris.

S. Andreæ Apostoli Translatio ad Beneventum, *indicatur a Grevenio et Canisio. De ea agendum ad ejus diem* xxx Novembris.

B. Theobaldi, cœnobii Vallium Cernaji Ordinis Cisterciensis, Translatio secunda corporis, in decentiorem thecam; *indicatur a Claudio Chalemoto. Ejus depositio seu natalis celebratur* viii Decembris.

D. N. Jesu Christi Nativitas *a Coptis et Habessinis hoc et quolibet mensis cujusque Coptici die* xxix *solenniter recolitur, a Latinis et Græcis semel tantum, idque* xxv Decembris.

DE SANCTA FELICULA

VIRGINE ET MARTYRE ROMÆ

COMMENTARIUS HISTORICUS.

G. H.

De Actis ex Passione S. Domitillæ; antiquo cultu, pluribus plurium corporibus, sub ejusdem nominis veneratione.

Sub Domitiano

Coluntur *ad diem* xii *Maji SS. Nereus et Achilleus, Eunuchi; et S. Flavia Domitilla, Virgo Romana, Martyres Terracinæ in Latio, sub finem primi seculi: quorum Acta ex plurimis pervetustis MSS. optima fide illustravimus. His inseruntur capite* iv vita et obitus S. Petronillæ, ac martyrium S. Feliculæ et Nicomedis Presbyteri, *ex responso* Marcelli Romani Christiani, *ad sanctos Martyres Nereum et Achilleum, Terracinam misso: et quidem num.* **15** *narrantur Acta S. Petronillæ: quæ cum a* Flacco Comite *in uxorem expeteretur*, factum

Familiaris S. Petronillæ,

C est, ut trium dierum acceptum spatium... Virgo sanctis jejuniis et orationibus occuparetur, habens secum sanctam Virginem Feliculam, collactaneam suam, in Dei timore perfectam *ubi MSS. aliqua, pro* Collactaneam *quod magis probo* Collectaneam *habent: quod non est a delicata indole puellarum, nocturnam solitudinem naturaliter formidantium, alienum, adeoque non prorsus improbandum. Deinde eadem Petronilla* tertio die, ut Christi Sacramentum accepit, reclinans se in lectum, emisit spiritum. *Factum id est die* xxxi *Maji, quo reliqua Acta S. Petronillæ exposuimus. At mox num.* **16** *martyrium* S. Feliculæ Virginis *in jam dicto responso Marcelli ad SS. Nereum et Achilleum, ita explicatur.*

ea mortua recusat nubere Flacco:

2 Flaccus autem vertens animum, dixit ad Feliculam: Unum tibi elige e duobus; aut esto uxor mea, aut diis sacrifica. Cui S. Felicula respondit: Nec uxor tua ero, quia Christo sacrata sum: nec immolabo idolis, quia Christiana sum. Tunc Flaccus tradidit eam Vicario, et fecit eam in tenebroso claudi cubiculo, sine cibo per septem dies, in quo dicebant ei uxores custodum; Quare vis mala morte mori? Accipe virum nobilem, divitem, juvenem, elegantem, Comitem, et amicum Imperatoris. Audiens hæc Felicula, nullum sermonis objiciebat omnino responsum, nisi hoc; Virgo Christi sum, et præter ipsum, nullum omnino accipio. Ejecta autem post septem dies ducta est ad virgines Vestæ, et ibi per alteros septem dies sine cibo permansit: nulla enim ratione potuerunt eam ad hoc adducere, ut de earum manibus cibum acciperet. Post hæc levata in eculeo, clamabat dicens: Modo cœpi videre amatorem meum Christum, in quo animus fixus est. Dicebant autem omnes ad eam, et ipsi qui torquebant eam: Nega te Christianam esse, et dimitteris. Felicula autem clamabat: Ego non nego amatorem meum, qui propter me felle cibatus, aceto potatus, spinis coronatus, et cruci affixus est. Post hæc deposita et præcipitata est in cloacam.

quapropter afflicta fame

torquetur in eculeo;

enectaque præcipitatur in cloacam:

F

3 Sanctus autem Nicomedes Presbyter, in speculis positus, occulte levavit corpus, et pernoctanter in biroto perduxit ad cassellam suam, septimo milliario ab Urbe Roma via Ardentina, et ibi eam sepelivit: in quo loco fructificant orationes ejus usque in hodiernum diem. Pervenit autem ad Flaccum hoc fecisse Nicomedem Martyrem, et fecit eum teneri. *Hujus dein martyrio et sepultura narratis, ita caput illud concluditur.* Expliciunt scripta Marcelli, missa ad Nereum et Achilleum. Incipiunt rescripta de passione eorum. *Quæ ibidem exponuntur, et* Birotum *diximus esse* vehiculum duarum rotarum. *Dies natalis S. Nicomedis est* xv *Septembris, et* S. Felicula *creditur, die* xiv *post obitum S. Petronillæ passa, hoc* xiii *Junii, et quidem* sub Domitiano Imperatore; *uti de Nicomede habent Usuardus aliique cum Breviario Romano.*

et sepelitur via Ardentina.

3 *Ex Assyria Romam venisse dicitur tempore Gordiani Imperatoris, qui Romanum suscepit Imperium, non anno* ccxlvi, *ut in hisce Actis legitur, sed anno* ccxxxviii, *cum jam tertio anno Pontificatum Romanum administraret S. Fabianus Papa, illustratus a nobis*

D. P.

Acta hæc prolixiori sermone Meldis deducta,

A

D. F.

Acta hæc prolixiori sermone Meldis deducta,

4 Est extra, sed prope muros Meldensis urbis in Gallia, S. Pharonis monasterium, ubi S. Fiacrii, XXX Augusti die recolendi, corpus requiescit, miraculis celeberrimum. Huc pertinuisse existimo insigne membraneum Legendarium, a quadringentis circiter annis exaratum, cujus fragmentum Divione in Burgundia reperimus anno MDCLXII apud Consiliarium le Mare. Continebat enim, non solum S. Fiacrii Vitam et Miracula, verum etiam in margine manu vetusta, currente tamen, adscriptum erat Responsorium de S. Fiacrio proprium cum Collecta. Ibi eodem grandiori charactere inveniebatur Sermo in natali S. Feliculæ, cujus, in novem Lectiones distributi, exemplar nobis sumpsimus hoc principio; Videns impiissimus, nihil se in Petronillæ pedissequam effecisse; altera viperiis instaurans arma venenis, cœpit de Feliculæ interitu cogitare. Hæc verba, cum non sint apta Sermonem inchoare, sed potius ostendant seipsa partem esse sermonis prolixioris, quo vel tota S. Domitillæ Acta, vel Marcelli de S. Petronilla Feliculaque narratio rhetorice extenta fuerat; non censui ea compositione excudenda magnam gratiam iniri a posteritate posse, quæ nec integrum opus habitura esset, nec quidquam novi ad historiam pertinens inde docenda. Interim non potui non cogitare, in isto vel alio, ubi S. Fiacrius adeo peculiariter colitur, monasterio, specialiter viguisse cultum S. Feliculæ, propter insignes Reliquias aliquas, sub eo nomine illuc olim allatas, eo quo infra dicemus modo.

ubi forte Reliquiæ.

B

5 Antiquissima memoria ejusdem S. Feliculæ, ut Romæ passæ, est in apographo Martyrologii Hieronymiani Epternacensi, pro quo in aliis apographis per errorem amanuensium legitur Feliculi. Genuinum Bedæ Martyrologium, Romæ S. Feliculæ. Usuardus vero ab hac Sancta hanc diem ita auspicatur: Idibus Junii, Romæ via Ardeatina, Natalis S. Feliculæ Virginis et Martyris: quæ nolens nubere, nec idolis immolare, tradita est cuidam Vicario: qui fecit eam, perseverantem in confessione Christi, post tenebrosam custodiam, et famis inopiam, levari in eculeo, et sic demum deponi et præcipitari in cloacam. Ado denique omnia ferme ex Actis supra relatis profert; et omnes recentiores illis consentiunt, cum hodierno Martyrologio Romano, ex Petro de Natalibus, lib. 5 cap. 12.

G. H

Nomen inscriptum antiquis Fastis:

6 Via Ardeatina, ex Via Appia statim ab urbe deducta, procedebat Ardeam, in qua sepultum fuisse S. Feliculæ corpus supra diximus; quod inde translatum fuisse constat; sed quonam delatum, et ubinam nunc asservetur, non consentiunt auctores. Carolus Bartholomeus Piazza in Sanctuario Romano, ad hunc XIII Junii asserit esse in Ecclesia S. Praxedis, ibique festum celebrari. Contra Octavius Pancirolius, in Thesauro abscondito Urbis Romæ, regione 2 ecclesia 42, ait Feliculam ibi aliam coli, sed nesciri quam: neque enim vel eam esse, de qua hic agimus; vel aliam, quæ ab Adone refertur ad V diem Junii; quando et nos illam retulimus, ex antiquissimis Martyrologiis, Romæ cum aliis XXIV ibidem nominatis, passam. Hanc autem notat Pancirolius non appellari Virginem: sed regione 5, ecclesia 5 affirmat, corpus S. Feliculæ Virginis, a quodam Canonico olim Collegiatæ Ecclesiæ S. Laurentii in Lucina, nomine Benedicto, repertum in via Ardeatina, et translatum ad hanc ecclesiam, tempore Paschalis II Papæ, anno Pontificatus ejus XII, Christi MCX. Confirmat id Pompejus Ugonius in Historia Stationum Romæ per Quadragesimam celebrandarum, Statione 24, qua die Veneris post tertiam Dominicam Quadragesimæ in dicta Ecclesia S. Laurentii in Lucina habetur; asserens sub altari majore servari corpora S. Felicolæ Virginis et Martyris, et aliorum Sanctorum. Antonius Gaonius, in Historia Sanctorum Virginum Romana-

Corpus alicujus S. Feliculæ in æde S. Praxedis;

C

hujus putatur esse in æde S. Laurentii in Lucina.

D

AUCTORE G. H.

rum, post relatam Vitam S. Felicolæ, Virginis et Martyris, addit; corpus ejus asservari in ecclesia S. Laurentii in Lucina.

7 Ranuccius Picus, in Theatro Sanctarum urbis et territorii Parmensis, inter illos recenset S. Felicolam, Virginem et Martyrem ad XIII Junii; arbitratus, sacrum ejus corpus eo translatum anno MCCCXXVII, die III Junii, ad ecclesiam Parochialem S. Pauli, et depositum in arca marmorea, et supra mausoleum, a Nicolao Barcio Rectore compositum hoc epitaphium.

Est item aliquod Parmæ,

Marmore sub modico jacet hic Felicula Virgo,
Romani dudum sanguine nata patris.
Mors sua sub Flacco, nituit certamine lustris,
Vita sibi æternis competit Elysiis.
Cur modo sit Pauli translatum corpus in æde,
Annales memorant: disce viator: abi.

Hæc ibi: quibus addit Ranuccius, Historiæ hujus Annales debere accurate examinari, et in statera veritatis expendi. Dici autem corpus illud a duobus Parmensibus Romam peregrinatis acceptum, cum alter illorum gravi infirmitate oppressus, ab hac S. Felicula, ab altero implorata, fuisset liberatus. Male autem addi corpus e tumulo in via Ardeatina levatum: quia corpus illud tempore Pontificatus Paschalis secundi ex dicto loco fuerat translatum ad ecclesiam S. Laurentii in Lucina: adeoque a dictis duobus peregrinis in corpus illud aut pars aliqua ex dicta ecclesia debuisset translata fuisse. Interim scripsit Ferrarius in Catalogo Sanctorum Italiæ, in Annotatione ad hanc Vitam, hanc Pisis et Parmæ coli; Parmæ etiam corpus in æde S. Pauli asservari, attestantibus Tabulis ecclesiasticis. Addere sic etiam potuisset nomen urbis Papiæ: nam inter Sanctos, quorum corpora Imperator Otto II in ecclesia ibidem a se erecta, nunc S. Felicis dicta, in subterraneo Oratorio tribus arcis condidit; etiam recensetur S. Felicula, in eadem cum S. Marina arca quiescens. Fuldæ quoque in Germania dicuntur haberi, pleræque Reliquiæ notabiles S. Feliculæ, Virginis et Martyris; eaque de causa festum istic agitur sub ritu Duplicis 2 classis. Quid ergo is statuendum, si corpus S. Feliculæ Virginis et Martyris adhuc servetur in ecclesia S, Laurentii in Lucina, ut prætendunt Patres Clerici Minimi, qui jam dictam ecclesiam obtinent. Utique dicemus, quod, uti nomen Felicis pro viris assumptum, fuit adeo commune, ut subinde in una classe plurimorum Martyrum tres quatuorve reperiantur, Felices appellati; ita Feliculæ nomen feminis inditum, potuit commune fuisse pluribus ejusdem sexus Martyribus; sed vulgari jam, usu dicam an abusu, recurri ab omnibus, talem nactis, ad præcipuam aliquam istius nominis; et inde oriri confusionem, toties nobis molestam. Multo consultius actum fuisset a Parmensibus, si pro die cultus dictæ Feliculæ, fuisset assumptus III Junii, quo supra affirmatur dictum ejus corpus fuisse translatum. Id suadere Papiensibus videtur Jacobus Gualla, in Sanctuario urbis ejus lib. 5 cap. 18, cum inquit; Genus martyrii referre non debeo, quoniam ex antiquis Chronicis, quæ eo coronatam testantur, illud non didici; addere potuisset, neque locum, neque diem. Dedimus nos hactenus tres Feliculas Martyres Romanas, scilicet XIV Februarii, V Junii et hoc XIII. Quidni plurimæ alia hujus nominis, ut diximus, Martyres fuerint, quarum notitia paulatim eruitur ex Martyrologiis, vel cum ipsis sacris corporibus reperta, vel etiam ad eruentis arbitrium iisdem nuper aptata. Sic apud Masinum, in Bononia perlustrata proponitur hoc die, S. Felicula Virgo et Martyr, propter Reliquias ejus asservatas apud Patres S. Mariæ Gratiarum in platea S. Mamoli, et S. Catharinæ de Saragossa dictæ. Ita et corpus S. Feliculæ Virginis esse in Præmonstratensi Bonæspei cœnobio juxta Binchium, asserit Raysius, in

E

et Papiæ et Fuldæ.

F

Unde ea confusio?

Reliquiæ Bononiæ, et in Belgio, sed diversarum.

A *in Hierogazophylacio Belgico pag.* 119. *Sed hic addit esse* ex undecim millibus Coloniensibus. *Quidni et simili occasione idem quoque nomen inditum alibi et aliis sit?* D

DE SS. JANUARIO ET SILVANO,

MARTYRIBUS ROMÆ.

Notitia ex Martyrologio Hieronymiano.

G. H.

XIII JUNII.

Vetustum Martyrologii Hieronymiani apographum, ex MS. Corbeiensi Parisius excusum, ad hunc XIII *Junii sic habet :* Romæ milliario septimo, Feliculi, Januarii, Silvani. *Pro nomine Feliculi, apographum antiquius Epternacense habet nomen* Feliculæ, *et huic consentiunt reliqua Martyrologia, uti jam diximus. Igitur* SS. Januarium et Silvanum *arbitramur Martyres esse, a* S. Felicula *sejunctos; sed eodem die coronatos, eademque via Ardeatina, et fortasse eadem in casella Nicomedis sepultos.*

Videntur esse diversi a synonymis filiis S. Felicitatis.

2 *Scimus quidem die* X *Julii coli septem fratres, filios S. Felicitatis Romæ passos, interque eos nominari* Januarium et Silvanum. *Verum cum hi iterum in eodem Corbeiensi codice ad dictum* X *Julii referantur, arbitramur hosce duos debere, aut saltem posse diversos ab illis statui, et ut tales ulteriori virorum antiquitatis amantium examini proponimus.*

B

DE SANCTO VICTORINO MARTYRE,

E

EPISCOPO ASSISIENSI IN UMBRIA.

COMMENTARIUS PRÆVIUS

G. H.

de Sancti cultu, vitæ Actis, elevatione corporis.

CIRCA AN. CCL

Assisium urbs clara.

Assisium, *antiqua Umbriæ civitas, et nobile quondam Romanorum municipium, inter Fulginium atque Perusiam sita est in monte. Hæc post varias calamitates, a quingentis annis maximam claritatem accepit, ab ibidem natis, diutissimeque moratis, ac tandem depositis Sanctis celeberrimis duobus,* Francisco *scilicet, Ordinis Minorum institutore, et* Clara, *cui suam originem nobilissima Clarissarum propago debet. Non defuere tamen primis Christi seculis præclari athletæ, qui eamdem urbem ejusque diœcesim Christiana religione illustrarunt, et Sanguine effuso irrogarunt.*

S. Victorini cultus,

C

2 *Talis fuit* S. Victorinus, *qui a S. Fabiano Pontifice Romano Sacerdos et Episcopus Assisiensis creditur ordinatus, ibidemque post plurimos ad fidem Christi perductos, et varia certamina tolerata, capite plexus fuit hoc* XIII *Junii; quo in urbe et tota diœcesi festum ejus solenni cultu celebratur. Aliqua vitæ et martyrii Acta, non admodum antiqua, ex Sermone pro die natali composita, reperimus Romæ anno* MDCLXI, *apud R. D. Joannem Baptistam Marum Romanum, S. Angeli in foro piscium Canonicum, qui inter sua Collectanea habebat exemplum, transmissum a R. Domino Vicario Episcopi Assisinatis per D. Franciscum Bellhominem.*

Vita ex MS.

Horum autem Actorum compendia ediderunt, Ferdinandus Ughellus, tomo primo Italiæ sacræ in Episcopis Assisiensibus, cujus Sedis S. Victorinum secundum Episcopum statuit; et Philippus Ferrarius, in Catalogo Sanctorum Italiæ, ad hunc XIII *Junii; quo etiam die ejusdem meminit idem Ferrarius in suo Catalogo generali. Ludovicus Jacobillus Italice Acta ejusdem Sancti similiter deducit, inter Vitas Sanctorum Umbriæ.*

ejus Compendia edita.

Tempus martyrii.

3 *Ex Assyria Romam venisse dicitur tempore Gordiani Imperatoris, qui Romanum suscepit Imperium, non anno* CCXLVI, *ut in hisce Actis legitur, sed anno* CCXXXVIII, *cum jam tertio anno Pontificatum Romanum administraret S. Fabianus Papa, illustratus a nobis ad diem* XX *Januarii. Nec obest quod Acta,* Principes *et* Reges Romanorum *nominant. Post Gordianum enim Philippi, post hos Decii regnarunt, patres ac filii; tum Gallus cum Volusiano et Valerianus cum Gallieno. Sub quibus autem horum, et quo anno,* S. Victorinus *martyrii palmam assecutus fuerit, Acta non indicant, ideoque prudenter silet de tempore Ferrarius.* Circa CCXLV *id factum arbitratur Ughellus : Jacobillus rem differt* ad persecutionem Decii, et annum CCLIII.

Corpus sepultum,

4 *Acta in ipso martyrio finiuntur : quibus ista addit Jacobillus.* Christiani ejus corpus acceperunt, et magna cum devotione et lacrymis sepelierunt juxta Texium fluvium : *tabulæ topographicæ appellant* Chiscium, *qui ex duorum milliarium intervallo, civitatem ad Occidentem præterfluit, ab Apennino ex Statu Urbinate in Tiberim decurrens.* At cessante persecutione contra Christianos, et pace sub Constantino Imperatore adducta, eodem in loco, ubi corpus depositum fuerit, constructa est ecclesia ad honorem dicti S. Victorini; et in ea sacrum ejus corpus collocatum, ibidem per mille fere annos ab ejus martyrio quievit, usque ad tempora Frederici secundi Imperatoris; *scilicet quando is a Gregorio IX fuit excommunicatus, et cœpit pro ipso factio Ghibellinorum, contra Guelfos summo Pontifici adhærentes.* Tunc veriti Assisienses ne sacrum corpus, ut alibi factum erat, auferretur; ex antiqua ecclesia, quæ foris extra civitatem existebat, ipsum transtulerunt in urbem, ad ecclesiam monasterii Abbatialis S. Petri, quæ erat Monachorum Ordinis S. Benedicti; et in lapidea urna depositum, sub altari collocarunt : ubi hactenus habuit publicam venerationem.

F

deinde in ecclesia illi erecta depositum,

translatum denique ad ecclesiam S. Petri.

elevatum anno 1642

5 Anno MDCXLII die VI Aprilis, fuit lapidea urna aperta, et in ea inventum corpus S. Victorini, et prope illud minor cistula, plena ossibus sacris sociorum S. Victorini. Postea die XX Aprilis facta est solennis supplicatio, cum magno accursu civium et externorum : in qua, præter hoc S. Victorini corpus

A corpus et adjuncta ossa, fuerunt portata corpora S. Innocentii Episcopi et Norii Martyrum, Roma accepta. Post decem deinde dies, quibus omnia pariter, cum nobili apparatu et diligenti custodia, publicæ venerationi ibidem exposita, translata fuerunt ad medium altaris majoris dictæ ecclesiæ S. Petri. Corpus scilicet S. Victorini, cum sacris ossibus sociorum, fuit novæ urnæ marmoreæ inclusum; ad latus autem dextrum positum fuit urna corporis S. Innocentii, Episcopi et Martyris; et ad latus sinistrum altera urna S. Norii Martyris, cum devota inscriptione lapidi insculpta : ubi ad præsentem diem quiescunt ad publicam venerationem. *Hæc Jacobillus edidit anno* MDCXLVII. *At postea anno* MDCLXI *sub finem Tomi tertii adjunxit Catalogum sacrarum Reliquiarum, in Umbria adservatorum, et pag.* XI *agit de iis quæ Assisii hoc tempore sunt in veneratione; in dicta autem ecclesia Abbatiali S. Petri ait* esse corpus S. Victorini Episcopi Martyris, et corpora circiter quinquaginta Hispellensium; qui fuerant a S. Victorino ad sanctam fidem conversi, et deinde Assisii martyrio coronati. In ecclesia vero Cathedrali corpora S. Innocentii Episcopi et Martyris, et S. Norii B Martyris, ex cœmeterio S. Callisti Roma accepta, atque ad diem XX Aprilis anno MDCXLII translata. *Hæc Jacobillus Fulginii et scripsit et curavit excudi, anno* MDCLXI, *cum nos anno præcedenti fuissemus apud eum hospitati, multa ab eo docti, multis etiam insignibus monumentis donati.*

et urnæ marmoreæ inclusum :

cum 50 circiter Martyribus ab eo conversis.

VITA

Ex MS. Joannis Baptistæ Mari.

a *b* *Romam profectus,* *c* *d* *e* *C* *a S. Fabiano Episcopus Assisiensis ordinatur.*

Beatus igitur *a* Victorinus, in regno Assyriorum *b* illustri genere natus, nobilem sui ingenii prosapiam nobilitate morum ingeminans, nobile agere cœpit officium. Ut enim de Assyria, quæ Latino sermone *c* Luminosa interpretatur, populo Assisinati, in regione Umbriæ in mortis et infidelitatis tenebris ambulanti, lumen Christianæ fidei oriretur; vir Dei, adjunctis sibi quibusdam suis Sodalibus, non sine instinctu divini consilii, tempore Gordiani Imperatoris, qui anno Domini *d* ducentesimo quadragesimo sexto Romanum suscepit imperium, ut Apostolorum visitaret limina, Romam venire decrevit. Quo pervento; a *e* Fabiano Papa, qui tunc Ecclesiæ Dei præerat, honorifice susceptus, cognito quod hic vir sanctus Victorinus morum esset honestate conspicuus, fidei zelator ferventissimus, et Christianis litteris non mediocriter eruditus, ad Sacerdotii gradum promotus, postmodum ab eodem beatissimo Patre in Assisinatis urbis Episcopum ordinatus, ad prædicandum verbum Dei in Umbriam provinciam, quæ nunc Ducatus Spoletanus dicitur, destinatur.

Hispelli sanat balbutientem : *f*

2 Cum igitur vir Dei Victorinus, de ipsius beatissimi Patris jussu, in præfatam provinciam pervenisset; et non longe a castro quod *f* Spelum dicitur, puerum jam plus minusve quinque annorum reperisset, qui lingua balbutiens minime solutam proferebat loquelam; usum linguæ ad plenum sibi restituit. Hujus enim sancti viri moris erat, ut post titulum Christianitatis, in quo cuncta fides, quandocumque [ratio] salutis in Domino exigebat, primitus alicujus miraculi virtutem operabatur. Igitur a viro Dei, cujus foret filius interrogatus infantulus, tunc diserte matrem et patrem indicavit suum, ac ad civium turmas, solute loquebatur, dicens : Homines venite, et videte, qui mihi tribuit loquelam, in nomine omnium Conditoris rerum. Cuncti audientes mirabantur, et ad invicem dicebant, alii, quia Jupiter est; alii, quia Hercules, aut aliquis aliorum D Deorum, qui tale potuit patrare miraculum. Tandem perquisitum invenerunt eum inter continium Assisinatorum, et eorum provinciam. Unus horum interrogavit eum, dicens : Cujus conditionis es? vel unde venis? aut quo pergis? Ad quem S. Victorinus ait : Filius cujusdam hominis, conditionem unam me spero habere vobiscum : a Domino missus sum in hanc patriam, illius serere verbum; quod qui crediderit, et contagia falsorum deorum respuerit, ac in nomine sanctæ et individuæ Trinitatis crediderit, ac eadem trina specie baptizatus procul dubio non solum suum statim cognoverit factorem, sed amissum protoparentis gaudium mox se acquisivisse gaudeat. Cui omnes una voce dixerunt : Quare patres nostri istum non cognoverunt Deum? et falsos, quos nos habere tu dicis, non repulerunt? Ad quos B. Victorinus ait : Et vos cur non audistis balbutientem loqui, priusquam a me, in nomine Jesu Christi lingua ipsius solveretur? nisi quia neque Prophetas neque Patriarchas ad vos Dominus mittere hactenus dignatus est, qui vobis illius darent doctrinam. Ad quem illi : Quomodo ista quæ dicis, vera probaveris; ut in eum, quem prædicas, E credamus.

ex iis prædicat ibi fidem;

cæcum illuminat,

3 Tunc respiciens cæcum, qui a cunabulis infirmitate quadam lumen perdidit, qui per eorum qua tendebant veniebat viam; vocavit eum ad se, et ait ad illos : Si istum, invocatione ipsius qui cuncta ex nihilo creavit, per ejus fidem illuminavero, credetis in eum? Cui una aiunt : Credemus, et omnia quæ narras faciemus. Tunc almus Victorinus spuit in terram, velut noverat sui magisterium magistri; et linivit oculos ejus, invocans trinum eumdem ipsum et unum Deum; et statim apertis oculis ejus credidit in eum, per cujus invocationem est illuminatus; et fide recepta baptizatus est : ac omnes qui antea spoponderant se credituros, in nomine Patris et Filii et Spiritus sancti Baptizati sunt, et cum eo perrexerunt Assisium.

mox baptizatum *cum aliis.*

A Præfecto Assisiensi baculo cæditur *g* *h*

4 Cum autem venissent Assisium, in introitu civitatis invenerunt Præfectum ipsius urbis, nomine Dagnum *g*. Quos ille intuitus astute eos interrogare cœpit, qua de parte venirent. At illi protinus respondentes, dixerunt : Nos ex *h* Orientis partibus venimus, a Deo missi repellere a vobis superfluam idolorum culturam. Iratus autem Præfectus, arrepto baculo eos nimium cædit, dicens : Tu sub mea dominatione memetipsum vituperas? Cui Sanctus ait Victorinus : Tua dominatio tantum valet, quantum F a Domino permittitur, quia omnis potestas a Domino Deo est, sive justa sive injusta; ac potestate minime quilibet utitur, nisi quantum ipse permittit. Unde scire te volo; ut illum acquiras, qui potestatem tuam diminuere et ampliare potest. Ad quem Præfectus : Trade illum, qui hanc potestatem habet mihi, et ditabo te magnis muneribus. Cui S. Victorinus respondit : Ego tua munera nolo, sed tamen si acquieveris mihi, potentem tibi hunc ostendam, qui talem tribuit potentiam suis, quod neque hic, neque in futuro perdent eam. Cui Præfectus ait : Tu istum times, aut nominare non vis. Cui S. Victorinus dicit : Ego eum polluto ore aut temerarie nominare non audeo : quia non est Deus noster, sicut dii vestri insensati, qui effigiem habent hominum, sed vacua sunt intus opera. Tunc Præfectus, nimio furore turbatus, cunctos jussit in carcerem trahi, quoad cogitaret, quibus suppliciis eos perderet, quod factum est. Nam diebus octo retrusis in carcere, S. Victorinus multos *i* quos ibi invenit, ad fidem Christi convertit; et multi infirmi, diversis languoribus laborantes, per eum quotidie sanabantur.

cum suis carceri inclusis multos convertit, et ægros sanat *i*

A

EX MS. *Omnes fidem profitentur*

5 Octavo autem die jussit Præfectus tribunal præparari, et ante exhiberi Sanctos : quos ut vidit, dixit : Boni homines videmini, bonum poteritis habere consilium, si titulum Christianitatis deponitis, et nostros immortales deos colere cœperitis. Tunc pariter Sancti respondentes, dixerunt : Nos nullam speramus bonitatem habere, nisi per fidem illius, de quo canitur, Et vidit Deus cuncta quæ fecerat, et erant valde bona. Quibus ait, Præfectus : Ergo dii nostri non fecerunt omnia quæque bona? Cui unus de Conversis magna cum fiducia ait : Nos enim vestri noti et vicini sumus, ac paulo antea sperabamus, quod magnum aliquod esset in diis tuis : sed postquam a famulo Dei veritatem culturæ veri Dei cognovimus; vere, Præfecte, scias, quia idola vana et surda amplius nusquam colimus. Nam dæmones illos scimus. et mortales deos fallacia plenos, ac per fallaciam et malitiam eorum alii mortui sunt gladio, alii diversis suppliciis sunt interempti. Sed postea homines cæcati a diabolo, cœperunt eos quasi deos [colere]. At Præfectus iratus jussit suis militibus decollari eum : decollatus est autem non longe a civitate, juxta viam quæ Tescio *k* tendit. Eadem hora S. Victorinus cum Sociis suis tulit corpus ejus, ac sepelivit cum magno honore.

Gen. 2.

Unus de conversis idola spernens,

mox decollatur.

B

k

Sanctus in fornace manet illæsus:

6 Tunc Præfectus præcepit ut Sancti reducerentur ante eum : qui cum venissent, et B. Victorino : Tu omnia mala operatus es in patria nostra : homines avertisti a cultura deorum suorum : me meosque deos vituperasti : et adhuc te patiar. At si recuperare salutem nostrorum velis deorum, poteris meam habere amicitiam, et ditabo te magnis facultatibus. Cui S. Victorinus ait : Putabam te jam ab insanis tuis verbis recedere, ut verum, qui fecit cœlum et terram, magnis virtutibus quas antea operatus est, cognosceres Deum. Tu nunc crudelior es quam antea. Eadem hora præcepit fornacem accendi Præfectus, et intus S. Victorinum mitti. Qui cum introisset, extincta est flamma, et in fornace sic psallebat, dicens : Igne me examinasti, et non est inventa in me iniquitas. Tunc Præfectus iratus vehementer, dixit : Per sua maleficia, cuncta vincit tormenta : sociosque ejus male attractari faciebat. Nam catenis eos cædi jussit ac plumbatis, et latera eorum cum ferreis ungulis lacerari, ad ultimum omnes præcipitari in puteum, ac desuper rota cooperiri. Post tertiam autem noctem venit S. Victorinus absconse cum Christianis, et levavit corpora de puteo, ac sepelivit in pace.

Ps. 16, 3

et socii varie torti conjiciuntur in puteum,

C

7 Post hæc vir venerabilis Victorinus, non cessabat die ac nocte fidem Christi longe lateque dilatare, ita ut jam per totam provinciam Assisinatorum nomen Domini per discipulos beati Victorini polleret. Jam Præfectus longe a civitate eum esse putabat, [sed] de Paganis unus. cum vidisset ita promulgari nomen Domini per B. Victorinum, retulit quantocius Præfecto : O bone Præfecte, nonne Principes nostri sectam Christianorum exterminari jusserunt? et unum nescis Victorinum, qui pene jam totam provinciam nostram convertit ac fidem Jesu Nazareni, quem Judæi crucifixerunt. Eadem hora Præfectus irate præcepit suis militibus, ut magno cum dedecore ante se eum reducerent. Qui cum abiissent, invenerunt juxta flumen, cum multis Christianis in clauso loco orantem. Quem cum invenissent, comprehenderunt illum rustice, scilicet per capillos alii, alii per manum, atque alii nimium cædendo, de oratorio ipso impellere cœperunt. Quid plura? Per scopulos et spinas tandem Sanctum duxerunt ad conspectum Præfecti; et unus eorum percussit eum valde cum pugno in facie, sed usque ad finem sui exitus, aperire ipsum pugnum minime valuit; istud enim omnibus miraculum fuit propatulo, usque ad tempus mortis ejus. D

ipse fidem Christi dilatans,

rursus ad Præfectum rapitur,

et pugno cæditur:

8 Qui cum ita rustice detractus venisset ad Præfectum, talibus verbis ei loquitur Præfectus : Pietas Romanorum Regum multas docet portare injurias, atque sustinere flagitia; et ideo, per hanc ego te tuaque maleficia patienter toleravi hactenus, et supportavi; et adhuc te sustineremus, si tuæ *l* juventuti compatereris. Sed quia minime te a tuis queo revocare propositis; ideo duplicia tibi propono : aut sacrifica diis, aut diversis te tuamque perdam malitiam [tormentis]. Cui vir sanctus Victorinus cum magna constantia respondit : Tu tecum cogita, qualiter de manu diaboli te eruas, de me autem nullas oro te cogitationes habere : quoniam Deus, qui ad hanc me misit Provinciam, jugiter disponit et ordinat, et ipse me a tuis liberabit minis, si voluerit : sin autem noluerit, tradet me tuis suppliciis, quæ mihi erunt [in gloriam], tibi ad damnationem. Unde jam permissum est a Domino meum tibi lacerare corpus [pro] salvatione animæ meæ : et ideo quidquid mali est in corde recogita tecum, et in me citius exerce : nam sicut Dominus meus sponte subiit passionem, sic et nos libenter supplicia subimus pro ejus amore. Ad hæc Præfectus ait : Ego cogitabam usque modo a malo tuum animum revocare proposito; sed ut video mortem petis, vitam respuis, pœnam vis, salutem repellis, honorem fugis, decus spectas. Ad hæc S. Victorinus ait : Et hoc est mirabile, quia cum sis major cunctis istius civitatis, minorem ostendis scientiam omnibus te habere, qui morantur in ea : salutem negas scire quam dicis te habere : modo tu enarra, quid est salus, aut in quo speranda est salus. Cui Præfectus : Salutem magnam cuncti sciunt nostros habere deos, ac per illos gubernacula consistunt, et quidquid movetur, alitur, et nutritur. Ad hæc S. Victorinus respondit : Putabam quantulumcumque tuum patefacere spiritualibus intellectum, et quia Dominus ait in Evangelio *m*, Nolo mortem peccatoris, sed ut magis convertatur, et vivat; ideo quibus valui verbis Evangelicis te movi : sed ut video, oraculum David Prophetæ nimium obest tibi. Etenim de non convertentibus peccatoribus ait : Appone Domine iniquitatem super iniquitatem, ut non intrent in tuam justitiam : et iterum, Destruantur de libro viventium *n* Dei, ut inter justos non computentur.

l

omnes blanditias et minas rejicit.

E

Præfectum confundit.

m

Psal. 6, 2

n

F

et Marti adolere jussus

9 Ad hæc Præfectus : Te tuaque superstitiosa verba amplius non sustinebo. Porro idcirco omnes pene concives mei irrident me, et tu ipse de me, cum tuis verbis blandis, ridiculum facis; proinde de duobus elige tibi unum, aut Martis aræ pone thus, aut supplicia præpara sustinere diversa. Cui S. Victorinus ait : si tua ego timuissem tormenta, non tam audaciter loquerer de Christo. Dominus meus ante passionem suos monuit discipulos, dicens : Cum audieritis prælia et seditiones, nolite terreri; oportet primum hæc fieri, sed nondum statim finis est. Proinde, nec tuis verbis concutiar, nec blandimenta diligam : sed quod vis, jam, sicut prædixi, de meo corpore fac. Tunc statim Præfectus præcepit suis militibus, ut ad templum Martis illum ducerent, ut sacrificaret. Quem cum perduxissent, ibat psallendo dicens : Deus meus, in te confido, non erubescam. Cum autem pervenisset ad locum, dixit carnificibus : Sustinete paululum. Qui cum stetissent, oravit : Domine Deus omnipotens, cui cuncta famulantur elementa, atque cui omnia subjecta sunt in terris, et quidquid cœli ambitu continetur; per quem cuncti peccatores sperant misericordiam habere; exaudi preces meas, et quicumque me in tuo nomine clamaverint pro quacumque

Luc 21, 9

A que o necessitate, statim eos ab omnibus eripe periculis, qui vivis et regnas trinus et unus Deus in secula seculorum. Cumque is ipse dixisset; Amen, carnifices repente aiunt illi: Surge, et Marti sacrificium offer: quibus ille ait: Deo meo soli sacrifico, ac jugiter usque ad finem refero laudes. Tunc unus ex eis exemit gladium, et decollavit eum sub monte p Jovis, juxta flumen quod Tescium dicitur, in Macerata villa, intrante Junio, die tertio-decimo: regnante Domino nostro Jesu Christo, cui est honor, et gloria, in secula seculorum. Amen.

idque facere recusans o

capite plectitur. p

ORATIO.

Omnipotens sempiterne Deus, qui sanctum Victorinum, Præsulem Martyremque tuum, in agone certaminis tuo amore roborasti; adsis Ecclesiæ tuæ precibus, et da ut cujus triumphum recolimus in terris, ejus precibus adjuvemur in cœlis. Per Dominum etc.

ANNOTATA D. P.

B a *Apparet deesse exordium, et videtur fuisse* Sermo, *legendus* in festo S. Victorini Episcopi et Martyris, *sicut habet titulus.*

b *Suspectum mihi facit deductionem hanc nomen Latinum* Victorini, *potiusque crediderim Italum fuisse Sanctum:* Assyriam *autem huic irrepsisse ex nomine* Assisii, *cui circumjectam Regionem fortassis* Assisiam *dixerint antiqui, unde* Assyria *facta librariis imperitis sit: idque verosimilius etiam mihi facit nomen Montis cui insidet,* Asis *Leandro Alberti dictus; sicut et* Asius *fluvius, ea regione præterlabens:* Teccius *Jacobillo, hæc Acta secuto, vulgo autem* Chiasius, *vel* Chiusius *inquit idem Leander; in tabulis tamen Jo. Antonii Magini, atque inde in Atlante Blaviano, constanter scribitur* Chiascio, *et* Ponte di Chiascio.

c *Hieronymo, in libro de Nominibus Hebraicis in Ezechiele,* Assurim, *interpretatur,* Ignis illuminationum.

d *Imo anno ducentesimo trigesimo octavo, ut supra dictum.* D

EX MS.

e S. Fabianus *præfuit Ecclesiæ ab anno* 236 *ad an.* 250, *quo obiit Martyr* 20 *Januarii.*

f Hispellum, *vulgo* Spello, *inter Fulginium et Assisium, in monte, olim Episcopalis. Hinc vero etiam confirmatur, quod dixi, non valde antiqua esse hæc Acta.*

g *Jacobillus hunc* Dagnum, *a Decio Imperatore constitutum arbitratur. In Actis S. Christophori, apocryphis quidem, sed vulgatissimis,* 25 *Julii excutiendis,* Rex Dagnus *dicitur, passimque intelligitur esse* Decius. *Suspicor ego ex* Daciano, *notissimæ feritatis Præfecto in Hispania, sub Diocletiano et Maximiano, factum* Dagnum.

h *Licet* Hispellum, *unde veniebant, censeri possit ad Orientem Assisio sita, utpote ad Euro-Africum; mens tamen auctoris videtur alium sensum intendere, et* Assyriam *respicere, indeque secutos* Victorinum *sodales.*

i *Hos* Septuaginta *fuisse, asserit Jacobillus in Vita, ast de Reliquiis agens* circiter quinquaginta *censet: Ughellus,* Populum illum universum ad Christum adduxit.

k *Fortassis* Teccium, *non solum fluvii prædicti et infra dicendi nomen hic est, sed etiam oppidi ad illum olim siti, ipsique nomen dantis: si tamen recte scriptum est nomen.* E

l *Parum apte tam juvenis hic inducitur Episcopus, ut ætas ejus possit commiserationem movere.*

m *Imo, apud Ezechielem, ubi cap.* 18, 32, Nolo mortem morientis, *et cap.* 33, 11, Nolo mortem impii.

n *Communis versio,* Deleantur de libro viventium, et cum justis non scribantur.

o *Hujusmodi Martyrum morientium, pro se invocaturis, oratio, quam est frequens in sequioris notæ Actis, tam insolens est aliis, quibus res narrantur ut visæ, non autem ut cogitando comprehensæ.*

p *An is quem* Montem Asis *appellat Leander, in quo situm* Assisium?

DE S. AQUILINA VIRGINE

C MARTYRE BYBLI IN PHŒNICIA F

COMMENTARIUS PRÆVIUS

De ejus Actis, præcipuo cultu CP. et notitia apud Latinos. G. H

ANNO CCXCIII

Byblus, *Stephano Byzantio de Urbibus, dicitur* urbs Phœniciæ, omnium antiquissima. *Memoratur Straboni, Ptolemæo, Plinio aliisque, inter Tripolim et Berytum, haud procul a mari sita. Hæc, inter prima Christi secula Episcopalis, Euthalium Episcopum habuit, qui* S. Aquilinam, *de qua nunc agimus, baptizavit. Damus Acta martyrii, quali post plurium seculorum decursum composita dare possumus; eaque Latino-Græca. Hæc, Romæ invenimus in Bibliotheca Vaticana, in codice numero* 1667 *signato, quem arbitramur olim pertinuisse ad monasterium Cryptæ-Ferratæ, eoque usum Guillelmum Sirletum Cardinalem, ac Latine translata Acta misisse ad Aloysium Lipomanum Episcopum Veronensem, qui ea inseruit parti secundæ tomi septimi Vitarum Sanctorum Patrum, et inde accepta edidit Laurentius Surius ad hunc* XIII *Junii. Eadem versione et nos utemur, sed ad Græcum textum collata correctaque. Meminit Actorum istorum Leo Allatius, in Diatriba de Simeonum scriptis pag.* 123, *sed errore typographico dicit* Martyrium sancti Aquilini, *cum sit* S. Aquilinæ. *Censet autem Allatius, non esse scripta a Simeone Metaphraste: et nos auctorem longe antiquiorem arbitramur. Illustris Sanctæ istius memoria est in omnibus passim et antiquissimis Fastis Græcorum, ut sunt Typicon S. Sabæ, MS. Synaxarion Ecclesiæ Constantinopolitanæ, pertinens ad Collegium Claromontanum Societatis Jesu Parisiis; Basilii Imperatoris Porphyrogeniti Menologium; varia Menæa MSS. Mediolani in Bibliotheca Ambrosiana, in quibus totum Officium*

Acta martyrii Græca

et Latina.

Memoria in Fastis Græcis

A *Officium Ecclesiasticum de hoc Sancti proponitur. Ex*

AUCTORE G. H.

his sua desumpserunt Maximus Cytherorum Episcopus ἐν βίοις ἁγίων, *Antonius Arcudius in Novo Anthologio sub Clemente VIII, jam citatus Sirletus in suo Menologio Græco, aliique Horologiorum auctores.*

2 *Officium prædictum composuit et adornavit S. Joseph Hymnographus, et more suo Canonem fecit acrostichum, cujus ad strophas singulas initiales litteræ hunc Versum cum nomine auctoris constituunt :*

cum Canone S. Josephi Hymnographi.

Δέχου τὸν ὕμνον, καλλίπαι Ἀκυλίνα. ΙΩΣΗΦ.

Quem Versum totidem litteris sic Latine reddes.

Accipe, Aquilina Καλλίπαι, Hymnum Iosef.

Καλλίπαιδας *vocant Græci Matres*, pulchra prole conspicuos : *quod Epitheton addi* Aquilinæ *merito mireberis, cum in Encomio leges, Virginem duodennem fuisse, quando martyrium fecit. Vel igitur sacer Poeta altiori sensu res exit ad coætaneas, Christi fide per illam imbutas, quarum, etiam in tantilla ætate, spiritualis mater fuit ; vel eo composito sic usus est, ac si scripsisset* καλὴ παῖς, formula puella. *Proprius ad historiam facit primus inter tres Similares Tomus, sic compositus.* Νύμφην ἀδιάφθορον, καλλωπισθεῖσαν ἐν Πνεύματι ἁγίῳ γινώσκοντες, τελοῦμεν τὴν μνήμην σου τὴν φωτεινοτάτην, Μάρτυς ἀθλοφόρε, καὶ προσκυνοῦμεν
B εὐσεβῶς τὴν τῶν λειψάνων σου ἱερὰν λάρνακα, τὴν ῥύσιν εὑρισκόμενοι τὴν τῶν παθῶν πάντοτε, Ἀκυλίνα πανεύφημε, οἱ πιστῶς γεραίροντες. Sponsam intemeratam, et a Spiritu sancto ornatam te scientes, celebramus splendidissimam tuam memoriam, Martyr victrix certaminum ; et religiose adoramus sanctam tuarum Reliquiarum thecam ; quia liberationem a passionibus semper consequimur, o celeberrima Aquilina, te ex fide laudantes. *Distinctius etiam loquitur Canon, Ode 8 Stropha 3,* Νόσους ἀνθρώπων θεραπεύει, καὶ ἀπελαύνει δαιμόνων λύμας τὸ ἅγιον σῶμά σου, Ἀκυλίνα, πανένδοξε, ἐν τάφῳ κείμενον. Hominum morbis medetur, et dæmonum injurias arcet sacrum corpus tuum, in tumulo jacens, gloriosissima Aquilina.

in quo testimonium miraculorum ad corpus

3 *Ubinam vero?* Bybli *in patria* : ubi *ut habet Encomium*, ipsius Martyrium, *sive ecclesia, memoriæ martyrii ejus dicata*, est usque hodie ; et ubi sanitates multæ divinitus perficiuntur. *Existimo tamen non respexisse huc Josephum, cum Officium composuit ; sed ad ejus corpus, vel ad notabiles ejus partes, Byblo Constantinopolim translatas : hæc enim ordinaria causa fuit peregrinos Sanctos solennius ea in Urbe colendi, atque propria Oratoria vel eccl sias ipsis struendi Virginem ac Martyrem. Sic autem Constantinopoli coli*
C S. Aquilinam, *vel sola probare possit Ephemeris metrica, unam ipsam hoc Versu proponens :*

Τῇ δὲ τρίτῃ καὶ δεκάτῃ Ἀκυλίνα λαιμὸν τμήθη.

Tertia cum decima jugulum scinditur Aquilina.

Locum autem cultus describit Elogium, sive Epitome Actorum ; cui in Synaxario Divionensi hoc præponitur Distichon :

Τὸν παστὸν εὐτρέπιζε, λαμπρὲ Νυμφίε·
Ἀκυλίνα σοι τέμνεται διὰ ξίφους.

Præclare Sponse, præpara thalamum tuum :
Aquilina pro te scinditur gladio caput. D

4 *Ipsum Elogium, quod propter infra notanda menda transcribere supersedeo, sic passim finitur* Τελεῖται δὲ αὐτῆς σύναξις ἐν τῷ ἁγιωτάτῳ αὐτῆς μαρτυρείῳ, τῷ ὄντι ἐν τοῖς Φιλοξένου. Peragitur ejus solennitas in sanctissimo ejus martyrio seu templo, quod est constructum in loco Philoxeni. *Hoc autem esse* Πλησίον τοῦ Φόρου, prope forum, *indicat Synaxarium Claromontanum : quin et alium cultus locum addit;* Ἐν τῷ περιτειχίσματι, In ambitu murorum Urbis. *De hoc nihil in Constantinopoli Cangii lego, nedum divino quam ejus ambitus partem Sancta sibi dicatam habuerit. De* Philoxeno *suggerit ille Georgium Codinum, in Originibus Constantinopolitanis scribentem*, Philoxenum cum Constantino Magno Byzantium venisse, et cisternam, ab eo Philoxenam dictam, condidisse. *At Cedrenus, describens Lausiacum Palatium, innuit, eam* cisternam dictam Philoxenam, quod peregrinis aquam præberet. *quam Scultzes prope Justinianum triclinium statuit. In isto ergo confinio fuit* templum S. Aquilinæ Martyris prope forum Constantini ; *illud que antiquum : uti colligimus ex Chronico Alexandrino, in quo ad annum 7 Justiniani, et Christi* DXXXI, *dicitur* templum S. Aquilinæ, usque ad fornices alterius portus in foro Constantiniano, flammis exustum esse. *Sed postmodum fuisse restauratum, ex dicto Synaxario, imo ex Menæis excusis colligimus.*

Templum ejus Constantinopoli.

E

5 *Græcos secuti Latini*, S. Aquilinam *suis fastis inscripserant. Genebrardus, Galesinius, Molanus, Canisius, Renatus Benedictus, Arturus, aliique cum hodierno Martyrologio Romano, in quo ista leguntur.* Bybli in Palæstina S. Aquilinæ Virginis et Martyris, quæ annis duodecim nata, sub Diocletiano Imperatore et Volusiano Judice, ob fidei confessionem colaphis et verberibus cæsa, et, subulis candentibus perforata, demum percussa gladio, virginitatem martyrio consecravit. *Baronius in Annalibus Ecclesiasticis retulit hoc martyrium ad annum* CCCVIII *num.* XVII. *Verum jam tum ab aliquot annis resignarunt Imperium Diocletianus et Maximianus, cui tum præerant Galerius Maximianus atque Constantius Chlorus. Cum autem in Actis, tam Græcis quam Latinis; dictum esset*, S. Aquilinam agere annum decimum, *subditur :* Quo tempore Diocletiani Imperatoris annus septimus erat : *is vero erat aut annus* CCXC, *quando is a die* XVII *Septembris Imperium sumpsit, aut annus sequens circa priores menses. At postea, cum apud Volusianum fortis et constans esset S. Aquilina in fide confitenda*, ἐν δώδεκα ἔτη ἄγουσα τὴν ἡλικίαν, Erat duodecim ætatis annos tunc agens. *ac proinde, quia hoc* XIII *die Junii martyrium consummavit, annum tunc fuisse ducentesimum nonagesimum tertium, arbitramur. Potuit tamen* Volusianus Proconsul, *fuisse, qui anno* CCLXI Consul *fuerat cum Imperatore Gallieno; aut certe aliquis ex ejus familia, cui dignitas Proconsularis fuerat collata; potissimum si descenderit ex familia Vibii Trebelliani Galli, qui cum filio Volusiano Imperium rexit ab anno* CCLI *ad* CCLIV, *quo fuerunt ambo occisi.*

Cultus apud Latinos.

Tempus martyrii

sub Volusiano Proconsule.

F

DE

ACTA MARTYRII

Auctore antiquo ante tempora Metaphrastis

Ex MS. Vaticano et interpretatione Sirleti.

Τῆς τοῦ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ οὐρανόθεν ἐνανθρωπήσεως, καὶ τῆς ἐνδόξου αὐτοῦ ἐπιφανείας πρὸς σωτηρίαν τῶν ἁμαρτωλῶν ἐπὶ τῆς γῆς γενομένης, τοῦτε θαυμάτων δι' αὐτοῦ πεπληρωμένων, τοῦτε κόσμου φωτιζομένου, καὶ τοῦ ἀνθρωποπλάνου καταργουμένου διὰ τοῦ ἑκουσίου αὐτοῦ πάθους, τῆς τε χάριτος πηγαζούσης εἰς τὸν κόσμον διὰ τῆς ἐνδόξου αὐτοῦ ἀναστάσεως, καὶ τοῦ ἀνθρωπίνου γένους πιστοποιηθέντος, μετὰ τὴν ἀπὸ τῆς εἰς οὐρανοὺς αὐτοῦ ἄνοδον καὶ τὴν ἐκ δεξιῶν τοῦ Πατρὸς καθέδραν, οἱ Ἀπόστολοι λαβόντες τὰς αὐτοῦ παραγγελίας, τῇ οἰκουμένῃ πάσῃ τὴν αὐτοῦ ἐκήρυττον πίστιν· πολλῶν τε κατηχουμένων διὰ τοῦ ἀποστολικοῦ κηρύγματος, καὶ ἅπαξ πάντων ὑπὸ τοῦ ἁγίου Πνεύματος φωτιζομένων τῇ τοῦ Κυρίου βουλήσει, ἡ πίστις καθ' ὅλης τῆς οἰκουμένης ἐκρατύνετο· τῶν δὲ Ἀποστόλων πληρωσάντων τὴν διακονίαν, καὶ πρὸς Κύριον ἀπελθόντων, ὁ λόγος τοῦ αὐτῶν κηρύγματος καθ' ὅλης τῆς γῆς πολλοὺς φοβεῖσθαι τὸν Κύριον παρεσκεύασεν. B

Ἐν Βίβλῳ δὲ πόλει τῆς Παλαιστίνης ἦσαν Χριστιανοί, οἵτινες ὑπὸ τῶν Ἀποστόλων κατηχήθησαν τὸν τῆς εὐσεβείας λόγον· ἐξ αὐτῶν οὖν τις ἀνὴρ ὀνόματι Εὐτόλμιος ἠγάγετο μεθ' ἑαυτοῦ γυναῖκα ἐν αὐτῇ τῇ πόλει. Αὐτῶν δὲ τῶν ἀμφοτέρων συμβιωσάντων, παρέσχει αὐτοῖς ὁ Θεὸς καρπόν, ὅστις τὰ τοῦ τυράννου ἔμελλεν καταργῆσαι δόγματα. Συλλαβοῦσα γὰρ ἡ γυνή, ἐκ τοῦ ἑαυτῆς ἀνδρὸς Εὐτολμίου, ἔτεκεν παῖδα, ἥντινα καὶ Ἀκυλίναν ἐπωνόμασαν. Αὕτη γὰρ εἰς τὴν τῶν ἐτῶν φθάσασα προκοπήν, νέαν τε ἄγουσα τὴν ἡλικίαν, τὰς τῶν ἀνόμων Βασιλέων εἰδωλικῆς θρησκείας διατάξεις. Τετραμήνου γὰρ τῆς παιδός, καὶ τετραμηνιαίαν ἀγούσης τὴν ἡλικίαν, ἀπήγαγεν αὐτὴν ἡ μήτηρ πρὸς Εὐθάλιον τὸν Ἐπίσκοπον· καὶ ἐσφράγισεν αὐτὴν ἐν τῷ ὀνόματι τοῦ Κυρίου, ποιήσας αὐτὴν κατηχουμένην· μετὰ δὲ πάλιν ἑτέρους δύο μῆνας τῷ αὐτῷ Εὐθαλίῳ προσενέγκασα αὐτήν, καὶ οὕτως τὸ ἐν Χριστῷ ἀπέλαυσε φώτισμα. C

3 Καὶ γενομένης τῆς παιδὸς ἐνναετίας χρόνου, ὁ πατὴρ αὐτῆς Εὐτόλμιος τὸν ἀνθρώπινον ἐν Χριστῷ ὑπεξῆλθε βίον· ἀνέτρεφε δὲ ἡ μήτηρ αὐτῆς τὴν παῖδα. Γενομένης δὲ αὐτῆς ἑπταετοῦς, ἐδιδάσκετο ὑπὸ τῆς μητρὸς αὐτῆς πᾶσαν τὴν τῶν γυναικῶν ἐργασίαν. Ἡ δὲ παῖς κραταιουμένη ἐν ἡλικίᾳ πλείονι, ἐπληροῦτο Πνεύματος ἁγίου, προβαίνουσα καὶ κοσμουμένη ἐν χάριτι Χριστοῦ. Γενομένης δὲ αὐτῆς δεκαετοῦς οὐκ ἐπαύετο διὰ παντὸς ἐπικαλουμένη τὸν Θεόν.

4 Ἐγένετο δὲ ἐν τῇ βασιλείᾳ Διοκλητιανοῦ, ἔτους ἑβδόμου τῆς βασιλείας αὐτοῦ, ἐλθεῖν τινα Οὐολουσιανόν, ἀπόγονον τοῦ διαβόλου, τὴν τῆς ἐπαρχίας ἀρχήν· καὶ μὴ γινώσκων τὸν Κύριον, ἤρξατο διώκειν τοὺς τῆς εὐσεβείας ἐργάτας. Πολλῶν δὲ τῇ νίκῃ τοῦ Χριστοῦ στεφανουμένων, καὶ ἄθλων μεγίστων ὑπὸ τῶν ἀθλητῶν τοῦ Κυρίου ἀνυομένων, ὁ διάβολος ὁρῶν τὴν αὐτοῦ βουλὴν καταλυομένην ὑπὸ τῶν νικητῶν τοῦ Χριστοῦ, καὶ τοῦ αὐτοῦ τέλους τὴν μανίαν ἐπέφερεν. Τούτων δὲ οὕτως γινομένων, ἡ μακαρία Ἀκυλίνα, ὡς σεμνὴ παρθένος, ἐν ἑαυτῇ ἔχουσα θεογνωσίαν πολλήν, καὶ τὴν ἐπερχομένην πρὸς τὰς συνήλικας αὐτῆς, διελέγετο αὐταῖς καθ' ἑκάστην ἡμέραν, λέγουσα· Ἆρα τίς ὑμῖν ὠφέλεια ἐστὶν ἀπὸ τῶν εἰδώλων ὧν σέβεσθε; Οὐκ οἴδατε, ὅτι τοὺς ἐν αὐτοῖς πεποιθότες εἰς ματαίας ὑπόκεινται προσδοκίας, καὶ εἰς

Posteaquam Salvator noster Jesus Christus e cœlo descendit, et homo factus est, et pro peccantium hominum salute in terris apparuit, ejusque miraculis abunde mundus ipse illustratus fuit, atque his quæ ultro passus est, diaboli, qui hominem circumvenerat, imperium exinanitum fuit, divinaque gratia, per gloriosam ipsius resurrectionem in mundum redundans, humanum genus ad fidem convertit; denique posteaquam e terra in cœlum ipse ascendit, et ad Patris dexteram sedit, Apostoli, acceptis ab eo mandatis, fidem ipsius per totum orbem terrarum prædicarunt. Cumque multi per Apostolicam prædicationem instituerentur, et Dei ope adjuvante, omnes illi a sancto Spiritu illuminarentur; fides ipsa per totum orbem terrarum vigebat. Apostoli vero, cum suum munus complevissent, ad cœlestem Dominum ascenderunt, sed illorum tamen prædicatio faciebat, ut per universam terram multi Deum timerent.

Post fidem a Christo allatam, et ab Apostolis prædicatam E

2 Itaque in urbe quadam Palæstinæ regionis, quæ Biblos *a* dicebatur, erant Christiani homines, qui ab Apostolis *b* ipsis pietatis doctrina instructi fuerant, e quibus unus Eutolmius nomine, in urbe illa uxorem duxit: qui cum una sancte viverent, Deus ipse fructum et progeniem illis dedit, quæ nefaria tyranni decreta exinanivit. Cum enim femina illa ex Eutolmio viro suo concepisset, puellam peperit, quam et Aquilinam parentes nominarunt. Hæc cum paulo grandior facta esset, et ætatem adhuc tenellam ageret, de impiorum Imperatorum cultu servando constitutiones evertit. Cum enim puella ipsa quadrimestrem ætatem ageret, ejus mater ad *c* Euthalium Episcopum illam tulit, quam in nomine Domini nostri Jesu Christi ille signavit, et catechumenam fecit. Post duos vero menses cum eamdem ad Euthalium ipsum mater portasset, puella Christi baptismo illuminata est.

a b c *S. Aquilina Bibli nata ac baptizata,* F

3 Quæ cum annum nonum ageret, ejus pater Eutolmius ex humana vita ad Christum migravit: mater vero puellam educabat. Itaque cum septem annos hæc ageret, a matre sua omnem institutionem mulieribus congruentem edocebatur; quæ quo ætate magis crescebat, eo magis Spiritu sancto implebatur, et Christi gratia decorabatur. Cum vero decimum annum ageret, numquam desinebat Deum ipsum invocare.

4 Factum est autem, Diocletiani Imperatoris anno septimo, ut Volusianus *d* quidam, homo nefarius et vera diaboli progenies, provinciæ Palæstinæ administrationem acciperet: qui cum Deum ipsum non cognosceret, cœpit divinæ pietatis cultores insectari. Cum igitur Christi victoria multi coronarentur, et Domini Jesu athletæ certamina maxima recte sustinerent; diabolus ipse videns consilia sua a victoribus Christi militibus destrui, omnem insaniam ac furorem effundebat. Quæ cum ita fierent, beata et honesta virgo Aquilina multam Dei notitiam habens, æqualesque suas conveniens, et quotidie cum illis colloquens: Quænam, inquit, utilitas vobis est ab idolis, quæ vos colitis? An ignoratis, quod qui fidem in istis collocarunt, vanam expectationem,

d *persequente iniquo Volusiano,* *ostendit coævis idolorum vanitatem*

A expectationem, atque inanem, nugacem, animorum corruptricem, et dæmoniacam spem habent? Istorum enim omnis invocatio inutilissima est, quique istis diis sacrificium offerunt, ut eos propitios sibi faciant, inanem operam consumunt. Nam qui mortui sunt, et loquendi facultatem sibi dare non possunt, quomodo illi poterunt aliis benefacere?

INTERP. SIRLETO.

easque provocat ad fidem in Christum,

5 Hæc cum Aquilina diceret, mulieres omnes, quæ cum ea loquebantur; Quoniam, inquiunt, deos ipsos negas, et eos evertere videris, age dic; Quemnam Deum tu colis? Respondit Aquilina: Ego Deum illum colo, qui cœlum, terram, et mare creavit, quique ab omnibus seculis iis omnibus benefecit, qui fidem et spem in ipso habuerunt; et adhuc potest benefacere in perpetuum iis, a quibus invocatur. Tum mulieres illæ: Et quomodo, inquiunt, nos audivimus, a Judæis interfectum fuisse istum, quem tu Deum dicis? At Aquilina: Omnes, qui a morte absorpti fuerant, Deus meus redemit: mors enim ipsi non dominatur. Hic igitur cum opera manuum suarum, hoc est, homines ipsos in multo errore vagantes vidisset, hominem se facere voluit, ut mundi errorem extingueret, et gratiam cum justitia conjunctam nobis afferret. Dixerunt feminæ
B illæ. Et quisnam est, quem Crucifixum dicunt? Ille ipse, inquit Aquilina, est omnium Salvator, qui propter suam in homines caritatem, cum vellet omnibus hominibus per aquam et spiritum novam generationem afferre, crucem subire et perpeti voluit, ut non solum iis qui in terris sunt salutem conferret, sed eos etiam, qui apud inferos tenebantur; liberaret: omnibusque, eo quod ipse tertio die a mortuis resurrexit, futurum ostendit, ut et ipsi suo tempore a mortuis resurgerent. Tunc illæ: Si hæc beneficia in orbem terrarum, ut tu dicis, iste contulit; quare Judæi, ex quibus et ipse erat, non ut Deum colunt? Ad hæc Aquilina: Semper, inquit, Judæorum natio veritatis viam aversata est: cumque cervice dura et animo obstinato sint, quæ juxta et vera sunt, rejiciunt: quamobrem et eum, qui multis modis in ipsos pie se gesserat, negaverunt, Pilato tradentes, ut eum in crucem tolleret, ab ipso flagitantes. Ipse tamen Jesus sponte crucem illam subiit.

rationem reddens crucis ab eo toleratæ.

Id refertur Volusiano,

6 Dum Aquilina cum illis feminis hæc loquebatur, Nicodemus quidam, ex illorum numero qui erant cum Proconsule, audivit quæ Aquilina dicebat: et statim ad Volusianum Proconsulem cucurrit, et ait: En, Proconsul, Imperatores ipsi deorum beneficia
C profitentes, per omnes urbes edicta miserunt, ut quicumque diis ipsis non sacrificant, pessimis modis interficiantur. Est autem in urbe hac puella, quæ diis adversatur, et edictis religiosorum Imperatorum non obedit, sed totam spem suam in homine illo Crucifixo collocavit: quin etiam mulieres alias docet et ipsas, deorum stabilem et compositam religionem denegare: adde, quod et deos ipsos dæmones vocat.

qui eam ad fidem negandam minus frustra tentat

7 Hæc cum audisset Proconsul, misit quosdam ex cohorte sua, qui eam prehenderent: quam cum tenuissent, ad tribunal duxerunt. Tum in eam Proconsul intuens; Tune, inquit, es, quæ Imperatorum edictis repugnas, et feminas alias falsis sermonibus instruis, ne amplius diis ipsis obediant, sed crucifixum hominem colant? An ignoras, Imperatores ipsos isti crucifixo iratos esse? quippe qui jusserunt, pœnis quibusque inevitabilibus et summis cruciatibus illos interfici, qui Jesum colunt? Quamobrem et tu ab illius doctrina discedas, et invictis diis nostris congruentes victimas afferre studeas, ne aliquo modo nos cogamur cruciatibus te subjicere, eo quod diis ipsis obtrectes. Ad hæc Aquilina: Cum, inquit, cruciatibus a te, Proconsul, subjecta fuero,

κενὰς, καὶ λειώδεις, καὶ ψυχοφθόρους, καὶ δαιμονιώδους D
ουτοι πεποίθασιν ἐλπίδας; Τούτων γὰρ πᾶσα ἡ ἐπίκλησις ἀνωφελὴς, καὶ οι τινες δοκοῦσιν αὐτοῖς προσφέρειν θυσίαν πρὸς ιλασμὸν, οὗτοι κοπιῶσι ματαίως· ἅτινα γὰρ ὑπάρχουσιν νεκρὰ, καὶ ἑαυτοῖς τὸ λαλῆσαι παρασχεῖν μὴ δυνάμενα, πῶς ἑτέρους εὐεργετῆσαι δύνανται.

5 Αἱ δὲ γυναῖκες πᾶσαι, αἱ διαλεγομέναι μετ' αὐτῆς, εἶπον αὐτῇ· Ἐπειδὴ τοὺς θεοὺς δοκεῖς ανατρέπειν, ποῖον Θεὸν σέβῃ; Ἀκυλίνα εἶπεν· Ἐγὼ σέβομαι τον Θεὸν, τὸν ποιήσαντα τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν καὶ τὴν θάλασσαν, ὃς και εὐηργέτησεν ἀπὸ τοῦ αἰῶνος πάντας τοὺς εις αὐτὸν πεποιθότας, καὶ ἔτι εὐεργετεῖν δύναται ἕως τοῦ αἰῶνος τοὺς ἐπικαλουμένους αὐτόν. Αἱ δὲ γυναῖκες εἶπον· Καὶ πῶς; ὅτι ἠκούσαμεν ἡμεῖς ὑπὸ τῶν Ἰουδαίων αναιρεῖσθαι τοῦτον ὃν σέβῃ Θεόν; Ἀκυλίνα εἶπεν· Πάντας τοὺς ὑπὸ θανάτου καταποθέντας λυτροῦται ὁ Θεός μου, αὐτοῦ γὰρ θάνατος οὐ κυριεύει· ἐπειδὴ γὰρ ἰδεν τὰ ποιήματα τῶν χειρῶν αὐτοῦ ἐν πολλῇ πλάνῃ διάγοντα, ηὐδόκησεν ἐνανθρωπίσαι, ἵνα τὴν ἐνεργοῦσαν ἐν τῷ κόσμῳ πλάνην ἀποσβέσῃ, και χάριν μετὰ δικαιοσύνης τῷ κόσμῳ παράσχῃ. Αἱ γυναῖκες εἶπον· Καὶ τίς οὖν ἐστὶν ὃν λέγουσιν ἐσταυρωμένον; Ἀκυλίνα εἶπεν· Αὐτὸς ὁ σωτὴρ τῶν ὅλων, δι' οἰκείαν αὐτοῦ φιλανθρωπίαν, την δι' ὕδατος καὶ πνεύματος ἀναγέννησιν θέλων παρασχεῖν ἑκάστῳ ἀνθρώπῳ, σταυρὸν ηὐδόκησεν αναδέξασθαι, οὐ μονον τοὺς ἐπὶ γῆς διασώσας, ἀλλὰ και τοὺς εν τῷ ᾅδῃ ἐλευθερώσας, ὑπέδειξεν πᾶσιν διὰ τῆς τριημέρου αὐτοῦ αναστάσεως, οτι καὶ πᾶσιν ἡ ἐκ τῶν νεκρῶν ανάστασις γενήσεται. Αἱ γυναῖκες εἶπον· Ἐι ταύτας τὰς εὐεργεσίας τῇ οἰκουμένῃ, καθάπερ σὺ λέγεις, εποιησεν, ινα τί οἱ Ἰουδαῖοι ἐξ ὧνπερ καὶ αὐτὸς ἦν, οὐ σέβονται ὡς Θεόν; Ἀκυλίνα λέγει· Ἀεί ποτε το ἔθνος τῶν Ἰουδαίων αληθείας τύπον οὐ προσδέχεται, ἀλλ' ὄντες σκληροτράχηλοι αποπέμπονται τῆς δικαιοσύνης· διὰ τοῦτο καὶ τὸν διαφόρως αὐτοὺς εὐσεβήσαντα ἀρνήσαντο, ὃν καὶ παραδόντες Πιλάτῳ, σταυρωθῆναι ὑπέβαλον, αὐτοῦ ἑκουσίᾳ γνώμῃ θελήσαντος. E

6 Ταῦτα δὲ αὐτῆς διαλεγομένης μετὰ τῶν ἐν τῇ οικία γυναικῶν, Νικόδημός τις ὀνόματι, τῆς τοῦ Ἀνθυπάτου τάξεως ὑπάρχων, ἤκουσεν τοὺς λόγους τῆς μακαρίας Ἀκυλίνης· καὶ εὐθέως δρομαῖος ἀπῆλθεν πρὸς Ὀυολουσιανὸν τον Ἀνθύπατον, και λέγει αὐτῷ· Ἀνθύπατε, οἱ Αὐτοκράτορες Βασιλεῖς, τῆς παρὰ τῶν θεῶν τυγχάνοντες εὐεργεσίας, και αὐτοὶ ἐμφανῶς μετὰ προσταγματων F
οὕτως κατὰ πᾶσαν πολιν τίτλους ἐξέπεμψαν, ὥστε πάντας τοὺς μη θύοντας αὐτοῖς κακοκάκως αναιρεῖσθαι· ἔστιν δὲ ἐν τῇ πολει ταύτῃ κορη, ἥτις τοῖς θεοῖς ἐναντιοῦται, και τοῖς προστάγμασιν τῶν εὐσεβῶν Βασιλέων οὐ πείθεται, ἀλλὰ καὶ την ἐπὶ τὸν ἐσταυρωμένον ἔχει ἐλπίδα πᾶσαν, καὶ τὰς γυναῖκας διδάσκει τὴν τῶν θεῶν ἀπαρνουμένην εὐστάθιαν, οὐ μόνον δὲ, ἀλλὰ καὶ δαίμονας αὐτοὺς ἀποκαλεῖ.

7 Ταῦτα ἀκούσας ὁ Ἀνθύπατος, ἀπέστειλεν τινας τῆς τάξεως πρὸς αὐτήν· ἥν τινα κρατήσαντες ἤγαγον ἐπὶ το βῆμα. Καὶ ατενίσας εις αὐτὴν ὁ Ἀνθύπατος εἶπεν· Σὺ εἶ ἡ εναντιουμένη τοῖς προστάγμασιν τὸν Αὐτοκρατόρων, καὶ απατηλοὺς λόγους διδάσκεις τὰς γυναῖκας, ἵνα μηκέτι τοῖς θεοῖς υποτάσσωνται, ἀλλὰ καὶ τὸν ἐσταυρωμένον θεραπεύουσιν; Ἢ οὐκ οἶδας, ὅτι οἱ Βασιλεις ὀργιζόμενοι κατ' αὐτοῦ, ανικέστοις κολάσεσιν τοὺς προσκυνοῦντας αὐτὸν ἐκέλευσαν αναιρεῖσθαι; Διὰ τοῦτο οὖν και αὐτὴ ἐκ τῆς ἐκείνου διδαχῆς μετελθεῖν θέλησον, καὶ τοῖς ανικήτοις θεοῖς τὴν προσήκουσαν θυσίαν προσκομῖσαι σπεῦσον, ινα μή πως ἡμεῖς ἀναγκασθῶμεν τιμωρίαις ὑποβαλεῖν σε, διὰ τό σε τοὺς θεοὺς δυσφημεῖν. Ἀκυλίνα εἶπεν· Ὅταν ἐγὼ τιμωρίαις ὑποβληθῶ ὑπὸ σοῦ, Ἀνθύπατε, τότε λοιπὸν προσδοκῶ τὸν τῆς

ἀφθαρσίας

A ἀφθαρσίας στέφανον κομίσασθαι παρὰ τοῦ Σωτῆρός μου, ὡς μὴ ἀρνουμένη αὐτόν· διὰ τοῦτο οὖν μὴ ὀκνήσῃς σκεπτόμενος τὰς κατ' ἐμοῦ τιμωρίας, ἵνα γνῷς ὅτι ἔνοπλος σοι παρίσταμαι τῇ πίστει, μὴ δειλανδροῦσα ἀπὸ τῶν ἀπειλῶν σου.

8 Οὐολοσιανὸς εἶπεν· Ὁρῶ σε παρὰ τὸ βῆμά μου παρεστηκυῖαν, νηπιάζουσαν μὲν χρόνοις, εὐπρεπῆ δὲ ἐν κάλλει, καὶ φείδομαί σου· ἐὰν γὰρ φθάσω βασάνοις σε ὑποβαλεῖν, ἀφανίσω τὰ ἁπαλά σου μέλη τοῖς ξίφεσιν· κελεύσαντος γάρ μου τοῖς δημίοις βασανίζειν σε, οὐ φείσονταί σου, σὺ δὲ νηπιάζουσα ὑπὸ τῶν τιμωριῶν καὶ κακῶς διυλιζομένη, τὸν βίον ὑπεξελθεῖς, καὶ οὐδέν σε δυνήσεται ὠφελῆσαι ὁ Θεὸς τῶν Χριστιανῶν, ὃν σέβῃ· ἦν γὰρ ἡ μακαρία Ἀκυλίνη δωδεκαετῆ ἄγουσα τὴν ἡλικίαν, ὅτε παρέστη τῷ Ἀνθυπάτῳ. Εἶπεν δὲ πρὸς αὐτόν, Ἐγὼ παρά σου οἰκτειρηθῆναι οὐ θέλω· νομίζων γὰρ οἰκτειρεῖν με, μᾶλλον βλάπτεις με· ἀλλὰ παρακαλῶ σε, ἀγριώθητι κατ' ἐμοῦ, ὅπως κἂν διὰ τῆς ὑπομονῆς γνῷς, ὅτι οἱ τὴν ἐλπίδα ἔχοντες ἐπὶ τὸν Κύριον, ἀνίκητοι διαμένουσιν.

9 Ἀκούσας δὲ Οὐολοσιανὸς ὁ Ἀνθύπατος ταῦτα ἀπὸ B τῆς παιδὸς, ἐκέλευσεν προσελθόντας τοὺς δημίους κοσσοκοπῆσαι αὐτὴν εὐτόνως, καὶ εἶπεν αὐτῇ, Τί ἐστιν, Ἀκυλίνα; ἦδε ἡ κατάρξις τῶν βασάνων ἤρεσέν σοι; Ἀκυλίνα εἶπεν· Σὺ μὲν τύραννε, οὐκ ᾐδέσθης κελεύσας ῥαπισθῆναι τὴν κατ' εἰκόνα Θεοῦ γενομένην, καὶ ὁ Θεός μου οὐ μή σου φείσεται ἐν ἡμέρᾳ κρίσεως. Οὐολοσιανὸς Ἀνθύπατος εἶπεν· Ἐγὼ νομίζω, ὅτι οἱ μέγιστοι θεοί, τῆς οἰκουμενικῆς φροντίζοντες σωτηρίας, καὶ ἐν τῷ ἐκεῖσε αἰῶνι πάλιν ἐν τῇ ἐξουσίᾳ αὐτῶν ἐστὶ τὸ σώζεσθαι. Καὶ ταῦτα εἰπών, ἐκέλευσεν αὐτὴν ἀποδυθεῖσαν λαβεῖν διαζώστραν, καὶ ταθεῖσαν ὑπὸ τῶν δύο δημίων τύπτεσθαί αὐτὴν ἀποτόμως. Ὁ δὲ Ἀνθύπατος ἔλεγεν αὐτῇ, Οὐχὶ σὺ εἶπας, Ἀκυλίνα, ὅτι οὐ φείσεταί σου ὁ Θεός σου ἐν ἡμέρᾳ τῆς κρίσεως; ὁ οὖν ἐμοῦ μὴ φειδόμενος ποῦ ἐστιν; ἐλθέτω καὶ ῥυσάσθω σε ἐκ τῶν χειρῶν μου· ἐγώ σοι δείκνυμι φυγεῖν τὴν ματαίαν αἵρεσιν τῶν Χριστιανῶν.

10 Καὶ ταῦτα εἰπών, ἐκέλευσεν φείσασθαι τοὺς τύπτοντας αὐτήν, καὶ λέγει αὐτῇ· Εἰπέ μοι, ἀθλία, τινὰ οἶδας ποτε, ἢ ἤκουσας ἐλπίσαντα εἰς τὸν ἐσταυρωμένον, ὅτι ἠδυνήθη διαφυγεῖν τὰς χεῖράς μου; ἢ τινα ποτὲ τῶν πιστευόντων εἰς αὐτὸν εἴασαν οἱ Βασιλεῖς τυχεῖν ζωῆς. Δεῦρο οὖν καὶ ἄκουσόν μου, καὶ ἀπαλλάγηθι τῆς περιεχούσης σε μανίας. Ἀκυλίνα εἶπεν· Ἄρτι νομίζεις τύ- C ραννε, ὅτι ἐν τῷ βασανίζεσθαί με ᾐσθόμην τῶν πληγῶν ἀγριώτατε; τοῦτο γίνωσκε, ὅτι ὅσας ὑποβάλλει σοι ὁ πατήρ σου ὁ διάβολος κατ' ἐμοῦ μηχανάς, τοσαύτας τε καὶ περισσοτέρας τούτων ὁ Κύριός μου παρέχει μοι βοηθείας· Οὐολοσιανὸς εἶπεν· Ἡ ταῦτα ἡμεῖς ἐδιδάχθημεν παρὰ τῶν πρὸ ἡμῶν σοφῶν, ὥστε θύειν τοῖς θεοῖς· ὅθεν δοθῆναι σοι κελεύω ἡμέρας τινὰς συμβουλείας χάριν, εἰ ἄρα σκεψαμένη τὴν τῶν θεῶν ἐπισπουδάσῃς προσκομίσαι θεραπείαν καὶ ζωῆς τεύξῃ παρ' ἡμῶν, καὶ μεγίστας τιμὰς ἕξεις παρὰ τῶν Αὐτοκρατόρων. Ἀκυλίνα εἶπεν· Πόσας μοι ἡμέρας ἐνδίδως σκέψασθαι Ἀνθύπατε; Οὐολοσιανὸς εἶπεν· Ὅσας ἐὰν θελήσῃς, καὶ αἰτήσῃς με. Ἀκυλίνα εἶπεν· Τοῦτο οὖν αἰτοῦμαι παρὰ σοῦ, εἰς τὸ μὴ δὲ ὅλως ἐνδοῦναί μοι σκέψεως χάριν; ἐγὼ γὰρ ἐκ νηπίας ἡλικίας ἔμεινα τοῦτο καθ' ἑαυτὴν σκεπτομένη, καὶ οὐχ εὗρον ἕτερον Θεόν, τὸν δυνάμενον εὐεργετῆσαι, καὶ ᾧ δεῖ προσφυγεῖν, εἰ μὴ πρὸς τὸν οὐράνιον Θεόν.

11 Οὐολοσιανὸς εἶπον. Οὐκοῦν, Ἀκυλίνα, εἰς μάτην ἐστὶν ἡ παρ' ἐμοῦ πρὸς σὲ παραίνεσις· Ἀκυλίνα εἶπεν· Οὐ πείθωμαί σοι ἐν ταύτῳ· μὴ οὖν μάτην κάμνε, ἀλλ' εἴ τι ἐὰν ᾖ δυνατὸν δι' ἐπινοημάτων προσκόμιζε κατ' ἐμοῦ, τῆς ἀχρείας δούλης τοῦ Θεοῦ, ἵνα σε πάλιν δείξω ἡττημένον, ὡς ἔδειξά σε ἐν ταῖς παρελθούσαις βασάνοις.

tunc immortalitatis coronam a Salvatore meo me D accepturam expecto, eo quod illum non negem. *ex MS.* Quapropter sine mora quævis tormenta in meipsam excogites, ut cognoscas, me fide armatam tibi assistere, neque minas tuas extimescere.

8 Tunc dixit Volusianus: Video te ad tribunal meum assistere ætate admodum juvenili, specie vero *uti et blanditiis.* et pulchritudine valde honesta: itaque tui rationem habeo: nam si tormentis te subjicio, tenera membra tua quam primum gladiis destruentur. Quod si carnificibus meis jussero te cruciare, nullam tui rationem habebunt: tu vero ætate valde tenera suppliciis male consumpta, vitam finies, neque quidquam tibi prodesse poterit Christianorum Deus, quem colis. Erat beata Aquilina duodecim ætatis annos tunc agens, cum Proconsuli assistebat: quæ respondens: Nolo, inquit, ego, ut misericordia me prosequaris; putans enim te misericordem in me esse; majori damno me afficis: sed a te peto, ut ferociorem te ostendas, quo ex patientia mea cognoscas, eos qui spem suam in Christo Domino posuerunt, invictos permanere.

9 Hæc cum Volusianus puellam dicentem audi- *Colaphis cæsa,* visset, jussit carnifices ad eam accedere, et constanter colaphis illam percutere, et addidit: Vide, Aqui- E lina, num istæ tormentorum primitiæ tibi suaves et jucundæ videantur. Ad hæc Aquilina: Tu quidem, tyranne, non veritus es jubere colaphis eam cædi, quæ ad imaginem Dei facta est: itaque nec Deus meus tibi parcet in die judicii. Tum Volusianus: Ego, inquit, existimo, maximos nostros deos terrarum orbis salutem in manu sua tenere, et in illo altero seculo omnium salutem in sua potestate habituros. Idque cum dixisset, jussit puellam exui, et subligacula *e* cinctam, a duobus distentam acriter *e* verberari, hæc verba addens: Nonne tu, Aquilina, dixisti futurum, ut Deus tuus in die judicii mihi non parcat? et ubinam ille nunc est, qui mihi non parcit? Veniat, et liberet te de manibus meis. Sed admoneo te, ut vanam istam Christianorum hæresim fugias.

10 Tunc jussit carnifices verbera intermittere, *recusat oblatas inducias,* et ad Aquilinam conversus: Age, inquit, dic mihi, misera; ecquem aliquando cognovisti, aut audivisti spem habuisse in homine crucifixo, qui manus meas effugere potuerit? et quemnam eorum, qui ejus fidem secuti sunt, Imperatores vivum reliquerunt? Age igitur, audi me, et ab insania ista te removeas. Ad hæc Aquilina: Num, o tyranne ferocissime, tor- F menta hæc putas me sensisse? Illud velim scias, quotcumque machinas pater tuus diabolus tibi contra me suggerit, totidem et longe iis plura subsidia mihi a Deo suppeditari. Tunc Volusianus: Nos, inquit, edocti sumus a sapientibus iis, qui ante nos fuerunt, diis ipsis immolare: itaque tibi dies aliquot præscribi jubeo, ut interea consilium ineas, num meliorem mentem capiens, diis cultum offerre et vitam a nobis maximosque honores ab Imperatoribus nostris assequi velis. Ad hæc Aquilina: Quotnam dies mihi præscribis, quibus deliberem? Tot, inquit Volusianus, quot ipsa voles, et a me petes. Aquilina autem dixit: Hoc a te peto, ut nullos mihi dies præscribas, quod ad hujus rei consultationem attinet. Ego enim ab ineunte ætate hoc semper cogitans, nullum alium Deum inveni, qui possit mihi benefacere, et ad quem confugere oporteat, nisi cœlestem illum Deum.

11 Tunc Volusianus: Vana est, ut video, admo- *in quascumque pœnas parata.* nitio mea, et frustra laboravi, cum te admonui. Nequaquam, inquit Aquilina, hac in re tibi obtempero: itaque ne frustra labores, sed quidquid excogitari potest, adversus me inutilem Dei servam adhibeas, ut rursus te victum esse ostendam, quemadmodum

A quemadmodum et superioribus tormentis victus es.

Ex MS. Ignitis subulis in aures defixis torquetur.

12 Tunc Volusianus dixit: Accendantur subulæ, ita ut ignitæ sint, et per ejus aures transmittantur. Cum fecissent carnifices quod jussi fuerant, et subulas ardentes in aures puellæ eo usque transmisissent, quoad vel solus ignis vapor ejus cerebrum combureret, et per nares effunderet; cumque ipsius cerebrum incenderetur, puella Deum sic precata est: Tu Domine Jesu Christe, qui aluisti me ab adolescentia mea, qui justitiæ tuæ radiis occultissimas cogitationes meas illuminasti, qui generosa et forti potentia tua me fortem reddidisti, ut contra hostem et adversarium diabolum pugnarem, qui veram et summam sapientiam tuam omnibus fidelibus tuis impertivisti; perfice cursum certaminis mei, et virginitatis meæ lampadem inextinctam serva: ut et ego, una cum quinque illis virginibus, ad purissimum thalamum tuum introire, ac teipsum celebrare possim, qui petitiones meas mihi concessisti.

Projecta ut mortua extra urbem

13 Hæc cum precata esset, et diutius ferreis et ardentibus subulis combureretur, semimortua facta est, ita ut Proconsul Volusianus illam mortuam esse crediderit. Itaque jussit illinc eam asportari, et extra urbem projici, quippe quæ deos ipsos negaverat, B et Imperatores contempserat; ob idque dicebat sepulturæ mandari non debere, sed canibus ipsis escam projici. Cum vero Aquilina totum diem in via projecta jacuisset, circa medium noctis tempus descendit Angelus Domini, et Aquilinam cum tetigisset; Surge, inquit, et esto sana, Volusianumque Proconsulem redarguas, quod ipse nihil, et ejus consilia vana sint. Statim Aquilina incolumis surrexit, et Deum laudans, dicebat: Gratias ago tibi vitæ meæ auctori, qui sanitatem affers, et ab iniquitatibus homines liberas: tu enim es, Domine, qui ante secula fuisti, et in secula permansurus es, nec præter te alius est Deus. Illud vero a te supplex peto, ut cum patientiæ bravio consummata fuero, corona tua caput meum circumdes, ut certissimis promissis tuis fruens, una cum choro Sanctorum tuorum, qui propter te martyrium compleverunt, hymnos tibi concinam.

ab Angelo sanatur,

et reducitur ad Volusianum,

14 Tunc illi Dominus respondit: Vade, fiat tibi, sicut tu dixisti: et hæc dicens sublatus est in cœlum. Quo audito, Aquilina valde lætata est. Tunc ab Angelo ducta, venit ad portam urbis: qua statim patefacta, in urbem ipsam est ingressa. Fuit autem illi dux Angelus, donec ad Volusiani C prætorium eam duxit. Qui cum a somno excitatus, illam ante oculos suos stantem vidisset, stupore perculsus est; et statim quosdam vocavit ex iis, qui in ejus prætorio morabantur, dicens, Videte, quænam hæc sit, quæ ante oculos meos consistit. Cumque allatis luminibus illam vidissent, dixerunt: Profecto hæc Aquilina est, quam tu canibus escam projici jussisti. Hæc cum audisset Proconsul, jussit illam servari usque ad sequentis diei tempus. Quod cum venisset, jussit illam duci ante tribunal. Eam vero affatus: Tune, inquit, es Aquilina? Tum illa respondit: Scelestissime homo, etsi cordis tui lumen excæcatum est a patre tuo diabolo, an et corporeis oculis non vides? Ego sum Aquilina, quæ tibi nunc assisto. Tum Proconsul manu sua oculos terens, et præ stupore cum paulisper obmutuisset, secum dicebat: Si ipsius cerebrum combustum est, et morti subjecta non fuit, nullum igitur deinde aliud tormentum ipsam attingere poterit.

qui ad præsentiam ejus obstupescit:

et ipsam ut veneficam gladio adjudicat.

15 Hæc cum dixisset, sententiam, ut gladio percuteretur, talem pronuntiavit: Aquilinam pessimæ Christianorum sectæ propugnatricem, natu quidem minorem, sed veneficiis tamen grandem, Imperatorum edictis religiosissimis adversantem deprehendimus, neque diis obedientem, neque Imperatoribus

D

12 Οὐολοσιανὸς εἶπεν· Πυρωθήτωσαν σοῦβλαι σιδηραί, καὶ διὰ τῶν ἀκοῶν αὐτῆς περονούσθωσαν. Ποιησάντων δὲ τῶν δημίων τὸ προσταχθέν, καὶ πυρωσάντων τὰς σούβλας, καὶ εἰς τὰς ἀκοὰς τῆς παιδὸς περονωσάντων εἰς τοσοῦτον, ὥστε τὴν ἀτμίδα μόνην κατοφλέξαι τὸν ἐγκέφαλον τῆς παιδὸς, καὶ τὴν ἐκ τῆς ῥινὸς αὐτῆς ῥύσιν ποιήσασθαι. Τοῦ οὖν ἐγκεφάλου τῆς Μάρτυρος ἐκκαιομένου, εὐξαμένη πρὸς τὸν Κύριον εἶπεν· Ὁ διαθρέψας με ἐκ νεότητός μου Χριστὲ, ὁ ταῖς σαῖς ἀκτῖσι τῆς δικαιοσύνης φωτίσας τὰ κρυπτὰ τῶν νοημάτων μου, ὁ τῇ γενναίᾳ σου ὑπομονῇ περιτειχίσας με ἀγωνίσασθαι κατὰ τοῦ ἀντιπάλου, ὁ τὴν ἀληθινὴν καὶ ἄρρητον σου σοφίαν ἐν πᾶσι τοῖς πιστοῖς καταπέμψας, τελείωσόν μου τὸν δρόμον τοῦ ἀγῶνος, καὶ ποίησον ἄσβεστόν μου τὴν τῆς παρθενίας λαμπάδα, ἵνα κἀγὼ δυνηθῶ συνεισελθεῖν μετὰ τῶν πέντε παρθένων ἐν τῷ νυμφῶνί σου τῷ ἀχράντῳ, καὶ δοξάσω σε τὸν παρασχόντα με τὰς αἰτήσεις μου.

13 Εὐξαμένης δὲ αὐτῆς ταῦτα, καὶ ἐπὶ πολὺ ὑπὸ τῆς ἐκκαύσεως τῶν σιδήρων φλεγομένης, ἡμιθανὴς ἐγένετο, ὥστε νομίζειν Οὐολοσιανὸν τὸν Ἀνθύπατον ὅτι Ἀκυλίνα ἐτελεύτησεν· καὶ ἐκέλευσεν αὐτὴν ἐκβληθεῖσαν τοῦ τόπου, ἔνθα ἐξετάζετο, ἔξω τῆς πόλεως ῥιφῆναι· εἶπεν γὰρ ὁ Ἀνθύπατος, ὡς τοὺς θεοὺς ἀρνησαμένην, καὶ τοὺς Αὐτοκράτορας ἐνυβρίσασαν, μή τε ταφῆς ταύτην ἀξιωθῆναι, ἀλλ' οὕτως κυσὶν εἰς βρῶσιν προκεῖσθαι. Μενάσης E δὲ τῆς Ἀκυλίνης ὅλην τὴν ἡμέραν ἐπὶ τὴν ὁδὸν, καὶ ἐπισκιασάσης τῆς ἑσπέρας, περὶ τὸ μεσονύκτιον κατῆλθεν Ἄγγελος Κυρίου, καὶ ἥψατο τῆς Ἀκυλίνης, καὶ εἶπεν αὐτῇ· Ἀνάστηθι ὑγιὴς, καὶ ἔλεγξον τὸν Οὐολοσιανὸν τὸν Ἀνθύπατον, ὅτι καὶ αὐτὸς οὐδέν ἐστιν, καὶ τὰ ἐπινοήματα αὐτοῦ ματαια. Καὶ εὐθέως παραχρῆμα ἀναστᾶσα Ἀκυλίνα ὑγιὴς, ηὐχαρίστησε τῷ Κυρίῳ καὶ εἶπεν· Εὐχαριστῶ σε, χορηγὲ τῆς ζωῆς μου, ἰαμάτων δοτὴρ, ἀνομιῶν λυτρωτά· σὺ γὰρ εἶ Κύριε ὁ πρὸ αἰώνων, καὶ εἰς αἰῶνας διαμένων, καὶ πλὴν σου ἕτερος οὐκ ἔστιν· ἀλλὰ τοῦτο δέομαί σου, εἰς τὸ τελειωθήσαν με ἐν τῷ βραβείῳ τῆς ὑπομονῆς ἀναδείσασθαί με στέφανον ἐπὶ τῆς κορυφῆς μου, καὶ ἐντρυφῆσαι ἐν ταῖς ἀψευδέσιν σου ἐπαγγελίαις, ἀνυμνοῦσάν σε μετὰ τοῦ χοροῦ τῶν Ἁγίων τῶν διὰ σὲ μαρτυρησάντων.

14 Καὶ εἶπεν πρὸς αὐτὴν ὁ Κύριος· Ὕπαγε, γενηθήτω σοι κατὰ τὸ ῥῆμά σου· καὶ ταῦτα αὐτῇ εἰπὼν οὕτως εἰς τοὺς οὐρανοὺς ἀνῄει. Ὁδηγουμένη δὲ ὑπὸ Ἀγγέλου, ἦλθεν ἕως τῆς πύλης τῆς πόλεως, καὶ ἀνεῴχθη αὐτῇ παραχρῆμα, καὶ εἰσῆλθεν εἰς τὴν πόλιν. Προεπορεύετο δὲ αὐτῆς ὁ Ἄγγελος, ἄχρις οὗ ἤγαγεν αὐτὴν εἰς τὸ πραιτώριον Οὐολοσιανοῦ. Διυπνισθεὶς δὲ καὶ θεασάμενος αὐτὴν, πρὸς κεφαλῆς αὐτοῦ ἑστῶσαν, ἔκθαμβος F ἐγένετο, καὶ ἐκάλεσέ τινας τῶν προσκαρτερούντων αὐτῷ ἐν τῷ πραιτορίῳ, καὶ εἶπεν· Κατανοήσατε τίς αὕτη, ἡ ἑστῶσα πρὸς κεφαλῆς μου. Καὶ εἰσενέγκαντες φῶτα, εἶδον, καὶ εἶπον αὐτῷ· Δέομεθά σου, Ἀνθύπατε, αὕτη ἐστὶν Ἀκυλίνα, ἣν αὐτὸς ἐκέλευσας κυσὶν εἰς βορρὰν ῥιφῆναι. Ταῦτα ἀκούσας ὁ Ἀνθύπατος, ἐκέλευσεν αὐτὴν τηρηθῆναι ἕως πρωίας. Τῇ ἐπαύριον δὲ ἐκέλευσεν αὐτὴν ἀχθῆναι ἔμπροσθεν τοῦ βήματος, καὶ εἶπεν αὐτῇ· Σὺ εἶ Ἀκυλίνα; Ἡ δὲ πρὸς αὐτὸν εἶπεν· Ἀνοσιώτατε, ἔστω, οἱ ὀφθαλμοὶ τῆς καρδίας σου πεπορρωμένοι εἰσὶν ὑπὸ τοῦ πατρός σου τοῦ διαβόλου, μὴ καὶ τοῖς σωματικοῖς ὀφθαλμοῖς οὐχ ὁρᾷς; Ἐγώ εἰμι Ἀκυλίνα, ἡ παρεστηκυῖά σοι νῦν. Ὁ δὲ Ἀνθύπατος τῇ χειρὶ τὴν ἑαυτοῦ ὄψιν τρίψας, καὶ ἐνεὸς μείνας, εἶπεν ἐν αὐτῷ· Εἰ ὁ ἐγκέφαλος αὐτῆς ἐξεκαύθη, καὶ τελευτῇ οὐχ ὑπεβλήθη, ταύτης οὐδεμία τις ἑτέρα βάσανος ἅψεσθαι δύναται.

15 Καὶ ταῦτα εἰπὼν, τὴν διὰ τοῦ ξίφους τελείωσιν κατ' αὐτῆς ἀπεφήνατο οὕτως· Ἀκυλίναν τὴν τῆς παγκάκου αἱρέσεως ὑπέρμαχον, ἥ τις ἐν χρόνοις νηπιάζει, καὶ μαγιῶν πλήρης ὑπάρχει, ταύτην κατὰ τὰ εὐσεβέστατα δόγματα τῶν Βασιλέων καὶ Αὐτοκρατόρων ηὑρεύσαμεν, τοῖς μὲν θεοῖς ἀπειθοῦσαν, καὶ τοῖς βασιλεῦσιν ἀντιλέγουσαν,

A γουσαν, πολλὰ δὲ διὰ τῶν παραινέσεων παρακαλέσαντες αὐτὴν, οὐκ ἠδυνήθημεν μετενεγκεῖν αὐτὴν ἀπὸ τῆς τοῦ σταυρωθέντος μανίας, καὶ οἰκείαν καταστῆσαι τῆς ἀληθινῆς γνώσεως τῶν ἀηττήτων θεῶν· αὕτη καὶ πολλῶν βασανιστηρίων πεῖραν δεξαμένη, παρὰ πάντων αὐτῶν διὰ τῆς μαγίας ἀνενόχλητος ἔμεινεν· λοιπὸν οὖν, διὰ τὸ μὴ ἐν χλεύῃ διασκορπισθῆναι τὴν τῶν θεῶν θυσίαν, ταύτην ἀπενεχθῆναι ἔξω τῆς πόλεως, κεφαλικὴν ὑπομεῖναι τιμωρίαν, προστάττομεν.

16 Ἀπαγομένης δὲ τῆς μακαρίας Ἀκυλίνης, καὶ τοῦ σπεκουλάτορος αὐτῆς προπορευομένου, εἶλθεν εἰς τὸν ὡρισμένον τόπον τῆς ἀποφάσεως· καὶ αἰτησαμένη ὥρας εἰς τὸ προσεύξασθαι, ἀνατείνασα τὸ ὄμμα εἰς τὸν οὐρανὸν, καὶ προσευξαμένη εἶπεν· Δέσποτα Κύριε παντοκράτορ, εὐχαριστῶ σοι, ὅτι ἰδοὺ ἔδειξάς μοι τὴν ὥραν τῆς τελειώσεώς μου· αἰνῶ σε, ὁ Θεός μου, τὸν ποιητὴν τῶν ὅλων, ὅτι οὐκ εἰς μάτην ἐποίησάς με δραμεῖν τὸν δρόμον τοῦ σταδίου μου· εὐλογῶ σε, Δημιουργὲ τῶν ἁπάντων, ὅτι τὸν τύραννον κατῄσχυνας, καὶ ἐμὲ ἐστεφάνωσας· τοῦτο οὖν παρακαλῶ σε, πρόσδεξε τὸ πνεῦμά μου μετ᾽ εἰρήνης, ἵνα λοιπὸν καταλείψασα τὰ ἐπίγεια, ἐν τοῖς οὐρανίοις ἐντρυφήσω ἀγαθοῖς, ἀπολαβοῦσα διὰ σοῦ τὸν τῆς ἀφθαρσίας στέφανον.

B 17 Καὶ εὐξαμένης αὐτῆς ταῦτα, φωνὴ αὐτῇ ἦλθε λέγουσα· Δεῦρο ἡ ἀμνὰς ἡ ἐκλεκτὴ, ἡ τὸν βρυγμὸν τοῦ τυράννου καταπατήσασα, ἡ τὸ κέντρον τοῦ διαβόλου διὰ τῆς ἀθλήσεως συντρίψασα, καὶ τὸν Ἄρχοντα Οὐολοσιανὸν δείξασα ἡττημένον· ἀπολάμβανε σοῦ τὸ προκείμενον βραβεῖον. Ἐν τῇ γῇ ἐκακοπάθησας, ἐν τοῖς οὐρανοῖς ἐντρύφησον. Ταύτης δὲ τῆς φωνῆς αὐτῇ ἐνεχθαίσης, πρὸ τοῦ τὸν σπεκουλάτορα τὸ ξίφος αὐτῇ ἐπὶ τοῦ τραχήλου ἐπενεγκεῖν, ἐτελειώθη ἡ ὁσία Μάρτυς τοῦ Χριστοῦ τοῦ ἀληθινοῦ Θεοῦ ἡμῶν. Ὁ δὲ σπεκουλάτωρ, μετὰ τὸ ἀποδοῦναι αὐτὴν τὸ πνεῦμα, τότε ἀφεῖλεν τὴν κεφαλὴν αὐτῆς, διὰ τὴν κέλευσιν τοῦ Ἀντυπάτου· ἀντὶ δὲ αἵματος γάλακτος ῥύσις ἐπὶ τῆς γῆς ἐγένετο.

18 Παρεστηκότες δὲ ἄνδρες Χριστιανοὶ, τὸ αὐτῆς ὑπὲρ λίθον τίμιον ἀνείλαντο λείψανον· καὶ κηδεύσαντες ἐν μύροις πολυτίμοις, καὶ σινδόσιν καιναῖς, ἔθαψαν αὐτὴν ἐν μνήματι ἐν αὐτῇ τῇ πόλει Βίβλῳ. Ἐτελειώθη δὲ ἡ μακαρία Ἀκυλίνη ἐν ὑπατείᾳ Διοκλητιανοῦ, ἀνθυπατεύοντος Οὐολοσιανοῦ, μηνὶ Ἰουνίῳ τρισκαιδεκάτῃ, ἥτις ἐστὶν πρὸ ιθ᾽ καλανδῶν Ἰουλίων. Ἔστιν δὲ τὸ μαρτύριον αὐτῆς ἐν Βίβλῳ τῇ πόλει ἄχρι τῆς δεῦρο, ἔνθα καὶ ἰάματα πολλὰ ἐπιτελοῦνται, ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ Κυρίῳ ἡμῶν, ᾧ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

assentientem: quam cum multis admonitionibus conati simus ab insania hominis crucifixi ad invictorum deorum verissimam cognitionem traducere, non potuimus. Hæc multa tormenta experta quidem fuit, sed veneficiis fecit, ut nullis tormentis perturbari posset. Reliquum igitur mihi visum est, ne deorum sacrificia irrideantur, ut hanc extra urbem eductam capitali pœna plecti jubeamus. D *EX MS.*

16 Cum igitur Aquilina educeretur, et carnifex præiret, venit ad eum locum, in quo illam gladio percuti definitum fuerat. Ibi unius horæ tempus petiit, ut Deum oraret. Erectis igitur in cœlum oculis: Domine, inquit, Deus omnipotens, ago tibi gratias, quod martyrii mei tempus mihi ostenderis. Laudo te, Deus meus, rerum omnium effectorem, quod non fecisti, ut frustra stadii mei cursum conficerem. Benedico tibi creator universorum, quod tyrannum confudisti, et me coronasti. Hoc igitur a te supplex peto, ut accipias spiritum meum in pace, ut derelictis terrenis rebus, cœlestibus bonis frui possim; et, te auctore, immortalitatis coronam recipiam. *qua imperato orandi spatio*

17 Hæc cum precata esset, vox e cœlo venit, quæ dixit: Age, Virgo electa, quæ tyranni fremitum conculcasti, et diaboli stimulos certamine tuo comminuisti, ducemque Volusianum omnino superasti, accipe bravium tibi propositum. In terris labores et ærumnas pertulisti, in cœlis nunc jucunditate perfruaris. Cum hæc vox ad eam delata esset, priusquam carnifex in ejus cervicem gladium injecisset, beata Christi veri Dei nostri Martyr perfecte mortem obiit, carnifex vero, licet illa spiritum reddidisset, tamen, juxta mandatum Proconsulis, ejus caput abscidit, ex quo pro sanguine lac in terram defluxit. E *voce cœlesti invitata expirat:*

18 Christiani autem homines cum præsto essent, ejus Reliquias gemmis præstantiores sustulerunt, et pretiosis unguentis ac linteis novis involutas, in monumento apud urbem Biblon sepelierunt. Martyrio autem consummata est beata Aquilina, Imperatore Diocletiano, et Volusiano Proconsule, tertiodecimo die mensis Junii. Est autem ejus Martyrium in urbe Biblo, ubi usque ad hodiernum diem multæ curationes hominibus afferuntur in Christo Jesu Domino nostro: cui gloria in secula seculorum. Amen. *et sepelitur a Christianis.*

ANNOTATA D. P.

C a Biblus Βίβλος, *inter Tripolim et Berythum urbs maritima, antiquis semper per* Υ *scribitur, medii ævi auctoribus per* ι. *Gravis autem error irrepsit Menæis, ubi sic inchoatur Elogium:* Αὕτη ἦν κατὰ τοὺς χρόνους Διοκλητιανοῦ τοῦ Βασιλέως καὶ Βίβλου Ἄρχοντος τῆς Παλαιστίνης. Hæc temporibus Diocletiani Imperatoris, et Bibli Præsidis Palæstinæ: *sed error mox detegitur, cum* Præses Volusianus *nominatur.*

b *Cum Apostolorum et Diocletiani tempora plus quam duobus seculis discrepent; debent Christiani illi intelligi ab Apostolis instructi fuisse mediate in majoribus suis. Menæa perperam* Ἀταλμὸν, Atalmum *vocant. Certe nomen tale nec Græcum, nec Latinum esset.*

c Euthalius *Lipomanno græce* Εὐθάλλιος; *utrumque recte; idem enim significant* θάλέω *et* θάλλω, pubesco, viresco; *Menæa inepte* Athalium *vocant.*

d *Menæis* Οὐλοσιανὸς, *quod non placet.*

e Διασώστρα, *nec alibi hactenus inventa vox:* διάσωσμαι *apud Athenæum,* ἀπὸ τῆς ὀσφύος, *pro* subligaculis *poni videntur.*

f *Sirletus minus recte verterat,* Proconsule jubente, *quasi is præsens fuerit supplicio, extra urbem (ut dicitur) de Sancta sumpto.*

g Μαρτύριον *Græce, uti Latine* Confessio, *sumitur hic pro loco, in quo Martyr vel Sanctus aliquis conditus honoratur, adeoque vel pro ecclesia aut oratorio ipsi sacrato, vel speciali intra ecclesiam conditorio: non autem pro loco, in quo Martyr aliquis mortem suscepit; qualem tamen quia Sirleti versio significare videbatur, nolui cum ipso scribere* Martyrii locum. F

Ceterum non dissimulaverim id, quod facile quivis videre potest, totam hanc compositionem plus rhetoricæ inventionis habere, quam historicæ certitudinis; hinc illa inter Martyrem et Proconsulem colloquia, Angelicæque et Divinæ voces: atque utinam saltem ipsa tormentorum series, pluresque aliæ majoris momenti circumstantiæ, ex Biblensium certiori traditione sint expressæ! Sed quid agas? quando meliori notitia destituti, gaudere debemus, vel talia invenisse, quæ saltem hoc probent, Aquilinam, *ut* Martyrem Bybli passam, *indubitanter habitam fuisse; quæ notitia ne sicca nimis esset, hujusmodi narratione, si non vera, saltem non prorsus inverosimili condita fuerit: quod et aliis plurium Passionibus, multa post secula scriptis accidisse, ingenue fatemur.*

DE SANCTIS MARTYRIBUS AFRIS

LUCIANO, FORTUNATO, CRESCENTIANO, THECLA, FELICE, SECUNDO, LUCIANO ALTERO, JUCUNDO.

Ex Martyrologio S. Hieronymi et aliis.

G. H.

Quatuor *Martyrologii Hieronymiani apographa hunc* XIII *Junii auspicantur his verbis :* Idibus Junii. In Africa Luciani, Fortunati, Crescentiani, Theclæ : *quæ plane eadem leguntur in MSS. Casinensi duplici; Romanis quatuor, scilicet Vaticano S. Petri, Cardinalis Barberini, et Ducis Altempsii, atque monasterii S. Cyriacæ; Florentinis duobus, Magni Ducis et Senatoris Strozzii : Augustano S. Udalrici ; Gellonensi S. Guilielmi de deserto ; Trevirensi S. Maximini ; Aquisgranensi Ec-* B *clesiæ præcipue ; Parisiensi Labbei ; et , Palestra* Africa *omissa , in codice MS. Reginæ Sueciæ per Holstenium vulgato. In Corbeiensi* Tecla *dicitur* Virgo. *Verum, illa omissa, tres alii* in Africa Martyres *referuntur in MSS. Atrebatensi, Tornacensi, Lætiensi, Bruxellensi, et Coloniensi S. Mariæ ad Gradus. Soli* Lucianus et Fortunatus, in Africa Martyres, *indicantur in MSS. Richenoviensi, Rhinoviensi, et Leodiensi S. Lamberti. Item apud Rabanum, auctorem Martyrologii sub nomine Bedæ, Galesiniumque cum hodierno Martyrologio Romano.* Crescentianus *vero additur apud Bellinum, Grevenum, Maurolycum, Molanum, aliosque : ut ex tot exemplaribus, de antiqua memoria horum Martyrum, simus fere certi; utinam et Acta Martyrii extarent !*

2 *Istis jam propositis alii quoque Martyres in antiquo MS. Richenoviensi adduntur his verbis :* In Africa Felicis, Secundi, Luciani, Jocundi. *Duplicamus ergo* Lucianum, *quia arbitramur hos potius alio in loco* E *Africæ quam priores, et alio tempore passos. Conjungimus tamen utrosque sub uno titulo, ne titulos nimium multiplicemus.*

DE SANCTO DIODORO

MARTYRE EMESENO IN PHŒNICIA

Ex MS. Synaxario Divionensi.

G. H.

Emesa, *sive* Emisa, *urbs Phœniciæ ad Libanum montem, nobis, ad diem Februarii sextum, protulit insignes Martyres* SS. Silvanum Episcopum, Lucam Diaconum, Mucium seu Mocium Lectorem, *sub Galerio Maximiano, anno* CCCXII *passos, et Martyrologio Romano inscriptos. Illis* C *eodem die adjunximus* S. Julianum Medicum, *ignotum Fastis Romanis, sed in Menæis Græcorum illustri encomio honoratum. In eadem* Emesa *floruit* S. Diodorus ὁ ἐξ Ἐμέσης, σταυρωθεὶς τελειοῦται ; *qui* ex Emesa *ortus et* cruci affixus vitam finivit ; *uti habent ad hunc* XIII *diem Menæa MSS. apud Petrum Franciscum Chifletium in Collegio Divionensi Societatis Jesu a nobis reperta, ubi illud distichon nomini additur :*

Ἀνῆλθε Διόδωρος εἰς σταυροῦ ξύλον,
Τιμῶν Ἰησοῦν, τοῦ σταυροῦ ξύλον.
Diodorus hilaris scandit in lignum crucis,
Ut Christum honoret mortuum in ligno crucis F

DE PLURIMIS SS. MARTYRIBUS

APUD GRÆCOS HONORATIS.

Ex eodem MS. Synaxario

G. H.

In *eisdem Chiffletianis Menæis MSS. invenitur magna Martyrum multitudo ad hunc etiam diem* XIII *Junii , his verbis :* τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ, οἱ ἅγιοι μυρίοι Μάρτυρες ξίφει τελειοῦνται. *Deinde hoc distichon legitur.*

Νικᾷ πεσοῦσα Μυρίας διὰ ξίφους·
Πίπτουσα καὶ γὰρ ἡ Θεοῦ νικᾷ φάλαγξ.

Est quidem proprie μυρίας *numerus continens* decem millia, *sed sæpe etiam sumitur pro* innumera multitudine, *ut et nomen* Μυρίοι, *potissimum in plurali numero. Itaque* plurimos Martyres *hoc die proposui in titulo, quos* gladio plexos *Synaxarium illud indicat : liberumque lectori relinquitur, ut distichon subjunctum applicet, vel definito decem millium numero, vel indefinitæ plurimorum multitudini. Ut ut est, ipsum sic Latine reddo :*

Vincit per ensem Martyrum Myrias cadens :
Cadendo namque, milites vincunt Dei.

DE S. ANUB-BISSOIO, HELIOPOLI PASSO, SS. GEORGIO ET BASIELA UXORE, ARNOBIO ET PETRO, ASCHIRIONE, ARGENIDE ET BELFIJO,

MARTYRIBUS IN ÆGYPTO.

Ex Hagiologio Habessino

D. P.

Heliopoli, vetustissima in Ægypto civitate

Solis civitas Ἡλιούπολις, *ubi* Mithras *Ægypti Rex, cujus nomen similiter* Solem *significat, erexisse primus Soli obeliscum fertur, teste Plinio: antiquitatis ac claritudinis testem habet, sanctissimum castissimumque Patriarcham* Josephum : *qui, sicut legimus Gen.* **41**, *proximus a Pharaone factus, uxorem inde sumpsit* Aseneth, filiam Putipharis, Sacerdotis Heliopoleos. *Hæc trans Nilum, Septem-* B *trionem versus, Memphi propinqua, non solum sub Græcorum Romanorumque Imperiis claritatem suam retinuit; sed etiam Ephesini Concilii tempore Episcopalis habebatur; licet nunc, mutato nomine, tota fere in ruinas conciderit. In hac vel prætitulatos omnes Sanctos, vel primo nominatum* Anub, *pro fide Christi* Martyrem *factum, discimus ex Hagiologio Metrico Habessinorum, cujus strophe prima ad* XIV *Baunæ, seu* XIII *Junii, sic Latine redditur :*

passus est Anub

2 Salutem dico Anub-Bissoio, quod interpretatur Aurum-purum (Πινοοὺϐ *enim* Aurum *Coptice est, inquit Ludolfus*) Leo, e manibus custodis sui elapsus, ad eum venit, dorsum suum, velut bonus equus ad insidendum subjiciens, quando martyrium suum Heliopoli consummavit. *Quæ verba ex Actis passionis, si qua extent, majorem claritatem accipere poterunt. Huic Ludolfus in Fastis Æthiopicis proxime conjungit* Tesfa-Michaelem, *velut ejusdem Martyrii consortem ex eodem Hagiologio. Verum, si sincera est sequentis strophæ mihi proposita interpretatio, non videtur is istic laudari tamquam Martyr, sed velut pius Asceta; de cujus proinde ætate, et quod consequens est) sincera religione, atque in hac fundato legitimo cultu, statui nihil possit : hunc enim sensum inde elicio, et non alium* : Tesfa-Michaelem, Domine, tege vestimentis aureis, recordatus gressuum justi- C tiæ ejus; qui tuam gloriam reverens, nocte diei Dominicæ stat nudo pectore, lumbos suos veste una et fascia constringendo. *Ubi nisi* τὸ stat *accipiatur pro* stabat, *vel*, stare solebat, *nequidem de mortuo sermo foret : unde aliquando dubitavit Ludolfus, an hæc non dicerentur in persona auctoris, pro se ipso orantis : sed hic ut alibi id faciat, non videtur id modo facere : quis enim, nisi vanæ gloriæ causa, arcanam suam exercitationem seu mortificationem publico cantu notam fieri vellet ?*

an etiam Tesfa-Michael :

3 *Ceterorum, quos titulus habet, passio, certius* E *exprimitur duabus deinde sequentibus Strophis, quarum tenor hic est* : Salutem Georgio, omnigenas tentationes toleranti; cui apparuit columba Galilææ Maria, dum ei distenderent lumbos cerebrumque excuterent. Salutem ejus uxori Basiolæ, quæ suam exercitationem miscuit fragrantiæ certaminis sui : *qua phrasi videtur martyrii agon intelligi; cujus odorem Deo gratiorem reddiderit prioris vitæ severa exercitatio, nihilo minus suaviter fragrans. Sed quam suspicabimur esse* Mariam, Galilææ columbam, *quæ patienti* Georgio *apparuit? Prima hic cogitationi se offert*, Maria Virgo, *in* Nazareth civitate Galileæ *commorata, et in Canticis* Columbæ *nomine figurata : certior explicatio ex Actis optatur.*

an saltem duo conjuges,

4 *Restant alii quinque, de quibus hæc ibidem;* Salutem Arnobio, eique consimili Petro; nec non Aschirioni, Argenidi, et Belfijo, illorum sociis : qui propter Jesum Christum luctati cum fame et siti, ita ut nec cibum comederent nec aquam biberent, necati tandem sunt, *non aliter fortassis, quam illa ipsa cibi potusque substractione in carcere, in quem fuerant propter Christum conjecti. Reliqua necesse est doceant Acta, si qua supersunt : ex quibus etiam petenda certitudo de Palæstra Martyrii, quam interim non veremur Ægypto adscribere. Verosimiliter etiam prænominati conjuges seperandi ab his sunt, vel loco, vel tempore, vel utroque.* F

et alii 5 an fame enecti

Martyres in Ægypto

DE S. EVIDIO MARTYRE

IN MONASTERIO S. PETRI BESALUENSI

DIŒCESIS GERUNDENSIS IN CATALANIA

Ex Historia Hispanica Domenecci.

G. H.

Antonius *Vincentius Domeneccus, in Historia generali Sanctorum et illustrium virorum Catalaniæ, acturus folio* 54 *de* S. Evidio Martyre, *late describit* monasterium S. Petri Besaluense, *Ordinis S. Benedicti, in diœcesi Gerundensi constructum anno* DCCCCLXXVII, *et plurimis possessionibus dotatum; in eoque asserit celebrari ad diem* XIII *Junii festum* S. Evidi Martyris, *cum Octava. Et quia in dicto monasterio recitant Officium divinum secundum usum Romanum, ibidem receptum, quando adduntur in Laudibus et Vesperis Commemorationes communes seu suffragia Sanctorum, recitant de sex Sanctis, quorum corpora habent, sequentem Orationem :* Propitiare nobis famulis tuis, quæsumus Domine, per horum Sanctorum Martyrum tuorum, Primi et Feliciani, Concordii atque Evidii, Marini ac Patroni, et aliorum Sanctorum, qui in præsenti requiescunt ecclesia, merita gloriosa, ut eorum pia intercessione ab omnibus semper protegamur adversis. *Ex his SS.* Primus et Felicianus *dicuntur*

Festum cum Octava

oratio ejus et aliorum Sanctorum.

passi

A AUCTORE G. H. *passi Agenni in Gallia, cum S. Fide, die* VI *Octobris.* SS. Marinus et Patronus, XIX *Augusti. De his autem duobus et* S. Evidio *ibidem apud Domeneccum leguntur ista :* In hanc illustrem et sacram Domum postmodum allata fuere sancta pignora nostrorum Sanctorum, Evidii, Marini, et Patroni, quorum trium intercessione Deus plura hominibus invocantibus eos beneficia confert. *At* S. Concordium *a Domenecco et Ferrario referri ad Kalendas Januarii, quasi esset* Concordius Presbyter Spoleti passus, *indicavimus ad hujus Acta. Horum* sex Sanctorum, *inquit Domeneccus*, corpora in capella majore dictæ ecclesiæ cum magna reverentia et veneratione asservantur, in tribus arcis elevatis : uti constat ex quadam earum Reliquiarum visitatione, facta ab Admodum Reverendo Abbate Besaluensi, Præside Religionis gloriosi Patris Benedicti in provinciis Taraconensi, Cæsaraugustana, et Navarræa : et in arca versus campanile sunt corpora S. Concordii et S. Evidii, ubi sunt omnia ossa, cum capite S. Evidii integro. *Imo adduntur* Indulgentiæ unius anni et quarentenæ, a Clemente Papa sexto concessæ iis, qui in festis horum Sanctorum, et SS. Petri et Pauli Apostolorum, contriti et confessi visitarint has Reliquias. Talium autem Indulgentiarum Bulla, antiquo charactere in tabula scripta, in ipsa ecclesia est appensa. *Præfuit Ecclesiæ Clemens VI ab anno* MCCCXLII *ad annum* MCCCLII. *Tamayus Salazar, in Martyrologio Hispanico, S. Evidio ad* XIII *Junii hoc formavit elogium :* Apud Biseldunense cœnobium in Hispania, depositio S. Evidii Martyris, qui pro fide miles egregius in stadio decertans, ad præmii trophæum indefesse cucurrit. *Quia scilicet Acta nulla extabant, hoc elogium omnibus Martyribus commune apposuit. At paucis ejusdem ita meminit in Catalogo generali Ferrarius :* Besuli in territorio Gerundensi, S. Evidii Martyris.

beneficia præstantur :

corpora in capella.

D *Indulgentiæ.*

Memoria in fastis

DE SANCTO TRIPHYLLIO

EPISCOPO LEUCOSIÆ IN CYPRO.

COMMENTARIUS PRÆVIUS

De ejus Episcopatu, cultu, ætate et vitæ Actis.

D. P.

CIRCA CCLXX.

Leucosiæ,

Cyprum, *insulam nominatissimam, ætate Constantini Magni insignes duo Episcopi collustrarunt :* S. Spyridon *sive* Spiridion Trimethuntis, *jam inde a temporibus Galerii Maximiani præclara fidei confessione et miraculis nobilitatus ; ejusque discipulus atque itinerum fere individuus comes*, Triphyllius, Leucosiæ *Episcopus. Hanc esse hodiernam* Nicosiam, *Regum olim Sedem, nunc vero adhuc metropolim insulæ, puto haud vana conjectura dici in Atlante Blaviano, itaque in nomine sic mutato, ex parte renovatum sit vetus* Callinices *nomen, quod ei initio fuisse asserit mox danda Vita* S. Triphyllii ; *sed deest antiquus pro ea appellatione firmanda auctor. Erat autem, cum Vita ista scriberetur,* Leucosia *Cypriarum urbium maxima et prima ;* Trimethus *vero, vicus hodie exiguus est, vulgo* Tremiteuge, *teste Stephano Lusignano. Carolus tamen a S. Paulo, in Geographia sacra, inter Episcopatus Cypri* Leucosiam *præterit (licet in antiqua, quam postea subdit et Hierocli imputat, Provinciarum notitia,* Τριμιθούντων *urbem* 14 *loco,* Λευκωσίαν 15 *et ultimo nominet) pro eaque substituit* Ledram, *a Hieronymo et Sozomeno attributam* Triphyllio *: sed an huic, de quo agimus ?* Nicosia *quandonam primum cœperit nominari, non invenio : sed quoniam Græcos audio eo nomine non uti, suspicor id factum cum Guidonem Lusignanum Regem ibi constituissent Syriæ domitores Cruce signati, sub exitum seculi* XII, *et placuisse nomen a Victoria sumptum.*

B *alias Nicosiæ Episcopus.*

2 *Quæ apud Lipomannum et Surium pro* XII *Decembris extat Latine, Græce autem a Metaphraste scripta* S. Spyridonis *Vita*, Triphyllium *laudat quidem, ut* perfectum mox futurum et Magistro similem ; in præsentia vero, *quando ambo Antiochiæ Imperatorem viderunt*, ea quæ in mundo sunt magni æstimantem, ut qui esset adhuc ætate juvenis. *Sed Metaphrastes ejus, quem expoliebat auctoris sensum non recte expressit ; in originali enim et multo antiquiori Vita, quam ex MS. Florentino dabimus, longe aliter eadem res narratur ; diciturque Sanctus secum habuisse* Triphyllium discipulum, μαθεῖν θέλοντα τῆς ζωῆς τὰ φάρμακα, ὃς καὶ ἦν σὺν αὐτῷ ἐν κόπῳ καὶ ἀσκήσει, καθ' ἡμέραν διδάσκων τοὺς ἄλλους ἅπερ ἐκεῖνος περὶ τοῦ δικαίου ἐμάνθανεν, discere volentem vitæ medicamina ; utpote qui cum ipso in ejusdem exercitationis labore versabatur, quotidie docens alios ea quæ discebat a Justo. *Quamquam autem illo tempore necdum erat Episcopus ; ægrotanti tamen imperatori* (κατ' ὄναρ, *in somnio*) *jam ante ostenderat Deus* in medio innumerorum Episcoporum, δύο φωστῆρας καλούς, τέχνην ἔχοντας τοῦ πάθους τὴν ἴασιν, duo præstantia luminaria, qui scirent malo ipsius mederi ; *utique* Spyridonem *et* Triphyllium ; *quorum primum mox ex habitu Imperator cognovit, qualis sibi ostensus fuerat ; alterius postea non fit mentio ut agniti ; verosimiliter quia repræsentatus erat in eo quod tunc non gerebat schemate, sed gesturus esset, factus postea Episcopus. Ita certe rem intellexit Auctor dandæ mox Vitæ, et expressius Metaphrastes, cum ait, quod ipsi quoque* erant Episcopis similes, videbanturque esse Duces et Præsides aliorum : *quodque* alter eorum, qui apparuerat ut Episcopus, nondum revera id factus erat.

laudatus in Vita magistri sui S. Spyridonis.

ut Imperatori prævisus futurus Episcopus,

E

3 *Auctor vetustioris Vitæ narraturus accessum Sanctorum Antiochiam,* Ἦν δέ, *inquit,* ὁ καιρὸς τῆς βασιλείας Κωνσταντίνου. Erat tempus quo Imperabat Constantinus, *Hunc* Magnum *intellexit is qui S. Triphyllii elogium infra dandum scripsit : sed Metaphrastes apud Surium melius,* Nuper quidem Magnus Constantinus, relicto Imperio e vivis excesserat, *(anno scilicet* CCCXXXVII, *die* XXI *Maji :* id autem diviserant filii *(Constantinus, Constantius, Constans).* Et Constantium quidem, cui sorte obtigerat ut teneret imperium Orientis, in magna urbe Cœlesyriæ, nempe Antiochiæ versabatur. *Sed hic quoque error est aliquis, dum pro* Constantio *secundo genito, cui Oriens obtigit, nominatur primogenitus* Constantinus, *Imperator Occidentis : error tamen satis frequens, etiam in Codice Theodosiano, ubi non raro* Constantino et Constanti *adscribuntur leges, a* Constantio et Constante *editæ ; sicut observat Jacobus Gotthofredi ad Codicem Theodosianum in Chronologia legum, ubi docet divisionem Imperii*

adfuit Concilio Sardicensi an. 347

A *perii factam in Pannonia, ubi tum Cæsares erant. Inde* Constantius repente in Syriam profectus adversus Persas est, hinc adeo ab eo *in Syriam regresso*, datæ Leges Antiochiæ *anno* CCCXXXVIII, V *Id. Octobris et* VI *Kal. Januarii : unde idem Gothofredus infert, quod* huic anno vel proximo congruit, quod Constantius a Spyridone Antiochiæ a morbo curatus dicitur XII Septembris. *Quæ sane ratio temporis satis commoda est.*

et subinde quidem correptus a Spyridone:

4 *Quam juvenis tunc adhuc Triphyllius fuerit, non est facile divinare : prima ejusdem ut Episcopi notitia habetur octennio circiter postea in Concilio Sardicensi, cui ad annum* CCCXLVII *celebrato scitur cum Spyridone interfuisse. Non etiam statim ab adito Episcopatu tam perfectus fuit, ut in eo non aliquid subinde carperet Spyridon corrigeretque. Ita hic in Vita sua occultam discipuli cogitationem, quæ suo Episcopatui optabat amœnum quemdam et fertilem agrum, inspexisse et redarguisse legitur. Eodem referunt Baronius aliique, ex Sozomeni lib.* I *cap.* II, quod *post Synodum quemdam Cypriorum Episcoporum*, cum Collecta celebraretur, rogatus Triphyllius ut concionaretur ad populum, cum necesse haberet in medium adducere dictum illud Salvatoris, Tolle grabatum tuum et ambula ; mutato nomine pro Grabato Scimpodium dixit. At Spyridon, indignatione commotus ; Num tu, inquit, præstantior es eo qui Grabatum dixit, ut te pudeat ejus verbis uti ? Quo dicto ex Episcopali solio exiliit spectante populo ; hominem, eloquentiæ causa insolentius se efferentem, hac ratione ad modestiam revocans.

an etiam de nimio eloquentiæ studio ?

B

adscribitur id Ledronum Episcopo,

5 *Ast alius hic mihi esse videtur* Triphyllius, Ledrorum Episcopus, vir disertissimus, et qui ob studium legum Romanarum diu fuerat in urbe Berytiorum commoratus, *ut præfatur Sozomenus. Quid enim* Ledris *cum* Leucosia ? *Noster autem* Triphyllius, *licet laudetur ab eloquentia, qua fuerat imbutus a patre Constantinopoli ; juvenis tamen in Cyprum venit ad Spyridonem. Diversa sunt etiam quæ utrisque attribuuntur scripta. Nam Suidas, de hoc nostro agens, dicit, quod* descripsit miracula S. P. N. Spyridonis, ut scriptum est in Vita ejus, versibus Iambicis, *et hoc etiam indicat prælaudata antiquior Spyridonis Vita in fine. De Ledrensi autem Hieronymus dicit*, Eloquentissimus suæ ætatis et sub Rege Constantio celeberrimus fuit. Legi ejus in Cantica Commentarios, et multa alia composuisse fertur, quæ in nostras manus minime pervenerunt. *De hoc autem videtur loqui idem Hieronymus, Epistola 84 ad Magnum, nominans* Triphyllium Cyprium *inter eos*, qui in tantum Philosophorum doctrinis atque sententiis suos infarciunt libros, ut nescias quid in iis primum admirari debeas, eruditionem seculi an scientiam Scripturarum. *Quod tamen in libro de scriptoribus cap.* 92 *dicatur ille* Ledrensis sive Λευτεῶνος Episcopus, *correctionis egere puto, et scribendum* Λευτρῶνος ; *sed locum pergo apud alios quærere, licet inveniendum vix sperem.*

C

sed ut locus et scripta, sic et personæ videntur diversæ.

D

AUCTORE D. P.

6 *Interim, quomodocumque ista se habeant, potuit* Triphyllius, *qui S. Spyridonis miracula scripsit, et Sardicensi Synodo interfuerat, pene ad Juliani Apostatæ tempora pervenisse. Defuncti corpus adeo permansit incorruptum, ut capite minutum a Saracenis, Cyprum sub Heraclio incursantibus (puta post occupatam Ægyptum Syriamque circa annum* DCXL) *sanguine fluxisse dicatur a scriptore Vitæ, quæ non ante seculum* IX *scripta videtur, atque reperta a nobis est in Synaxariis Parisiensis nostri et Divionensis Collegiorum, non solitis alias adeo prolixos contextus referre : unde indicium sumo, seu potius conjecturam, non adeo diu antequam Synaxaria ista scriberentur, inventas intra parietem clausas semiustulatas Reliquias. Tales seipsum vidisse testatur Auctor prædictæ Vitæ ; sed eo loco mutilæ ; ubi potest explicuisse, qua certitudine narraverit ea quæ circa corpus acta dixerat. Discrepant interim Synaxaria illa ; quod Divionense, Vitam istam ponat* XI *Junii, una cum hoc disticho :*

Obiisse videtur circa an. 370,

vita autem scripta sec. 10.

Ἔστηκε Τριφύλλιος Ὑψίστου πέλας,
Ὁρῶν τὸ τριπρόσωπον ἡλίου σέλας,
Altissimum prope constitit Triphyllius,
Tripersonale Solis aspiciens jubar.

Relatus alicubi 11,

E

Ast hunc XIII *diem tenet Parisiense Synaxarium, quo etiam die post S. Aquilinam colendus præscribitur S.* Triphyllius *in Typico, S. Sabæ nomen ferente ; et in alio Parisiensi Synaxario, quod Cardinalis Mazarini fuit : nec nisi per meram incuriam, Menæa Magna colligentium, accidisse videtur, ut ad præcedentem* XII *neglectim conjungerentur duo hæc nuda nomina,* τῶν ὁσίων Ζήνωνος καὶ Τριφυλλίου Ἐπισκόπων, Sanctorum Zenonis et Triphyllii Episcoporum. *Quin et in Ephemeride Moscorum figurata, ex usu Constantinopolitanæ Ecclesiæ formata,* Aquilina et Triphyllius, *hoc* XIII *compositi inveniuntur, uti et in Horologio anni* MCDVII ; *cum in Rhodologio anni* MDCI *solus inveniatur* Triphyllius, *et in Ephemeride Metrica sola* Aquilina. *Ex similibusque Græcorum libris, cum solum manuscripti haberentur,* Triphyllium *quoque accepit primus Latinorum Molanus, in Additionibus ad Usuardum anni* MDLXXIII ; *et quadriennio post secutus illum est Genebrardus, Kalendario Latino, sacrorum historicorum testimoniis illuminato, præponens Hebræum, Syriacum, et Græcum a se in linguam Latinam conversum. Secuti sunt denique Romani Martyrologii sub Gregorio XIII Recognitores, jam inde ab anno* MDLXXXIV, *ut in suis ad illud Notis Baronius.*

sed passim a Græcis 13 Junii,

etiam apud Latinos, sed recentiores

F

VITA

Ex MS. Synaxario CP. Collegii nostri Parisiensis.

Μνήμην τελειοῦμεν τοῦ ἐν ἁγίοις Πατρὸς ἡμῶν Τριφυλλίου, Ἐπισκόπου Λευκασίας τῆς νῦν μητροπόλεως Κύπρου. Οὗτος ὥρμητο πόῤῥω μὲν ἐκ τῆς Ῥώμης, προσεχῶς δ' ἐκ τῆς Νέας, τῆς βασιλευούσης τῶν ἁπασῶν πόλεων Κωνσταντινουπόλεως. Τῷ γὰρ ἐν Βασιλεῦσι ἀοιδίμῳ καὶ ἰσαποστόλῳ μεγάλῳ Κωνσταντίνῳ, εὐτυχῶς δειμαμένῳ τὴν ἐπώνυμον ἑαυτοῦ πόλιν, καὶ κόσμον ὅτι πλεῖστον ἐξ ἀψύχων περιθέντι αὐτῇ, ὡς νύμφῃ περικαλλεῖ, ὡς ἂν ἐπιστρέφειν οἷά τε ἐκ τὰς τῶν ὁρώντων ὄψεις πρὸς ἑαυτήν. Δεῖν ἄρα καὶ τοῦτο νενόμιστο, τοῖς λόγῳ τε καὶ φρονήσει καὶ ἄλλως περιφανείᾳ διαλάμπουσιν τιμῆσαι τὴν νέαν Ῥώμην, καὶ κόσμον ἄλλον αὐτῇ περιθεῖναι, ἵνα μηδὲν

Memoriam agimus Sancti Patris nostri Triphyllii, Episcopi Leucosiæ, quæ nunc *a* est Metropolis Cypri. Hic olim Roma oriundus, Nova scilicet urbiumque omnium regina Constantinopoli. Qui enim illam auspicato fundavit venerabilis inter Imperatores atque Apostolis æqualis Magnus Constantinus, cognominem sibi futuram civitatem, quanto maxime potuit inanimatarum rerum circumdans ornatu, ut velut sponsa eximio decore splendens omnium intuentium in se oculos converteret, hoc etiam adjecit, ut viris eloquentia, prudentia aliave prærogativa insignibus, ipsam quoque instrueret, faceretque etiam

a Ex patre Roma Constantinopolim traducto, natus,

A etiam hac in parte Romæ vetustiori non cedere. Transtulit ergo huc inde duodecim illustriores Romanorum Primores, majora ipsis præbens possessionum opumque et honorum commoda; adeo ut hic abundantes, facile obliviscerentur priorum quæ istic obtinebant. Horum unus fuit etiam magni Triphyllii pater, velut lucidissimum quoddam astrum inter cives suos rutilans: qui sermonibus simul et exemplis aliisque ad bonos mores formandos spectantibus adjumentis novellam plantam excolens, et divinarum illam irrigabat doctrinarum assiduitate, et pietatis fructus satagebat quasi soliis amœnis comere; ut non solum non injucundum, qui ex ratione exercitata provenit, decorem præseferret, sed etiam fructus ejus non degeneri tegeretur umbraculo: idque ex divina quemadmodum reor providentia, ut facta nomini a soliis ducto responderent.

EX MS SYNAX.

et bene instructus,

2 Patre autem ex humanis rapto, convenit ei cum matre sua, ut dimissa Constantinopoli pro Dei amore Hierosolymam migraret, suum istuc adventum facturus historiis memorabilem, et orationum sacrificia Deo oblaturus. Igitur mundana gloria et divi-B tiis generisque nobilitate despectis, accipit crumenam plenam, et maria trajiciens navigavit in Cyprum. Eo appulsus cum incidisset in Spyridonem, ejusque gratiam, Trimythuntis quidem ecclesiam Episcopali jure regentem, totum vero mundum suorum miraculorum radiis solis instar illustrantem; agnovit sibi post regressum ab Hierosolymis adhærendum, velut alteri templo, Thaumaturgo illi; sic enim eum consueverant Cyprii nominare, propter mirabilem ejus fidem. Hunc ergo frequentans patriæ suæ oblitus Triphyllius, non eloquentiæ artem edoctus ab eo est, sed eam didicit Philosophiam, quæ in fidei virtutumque compositione versatur; et mente quidem sublatus in altum, vidit Deum, tamquam sibi spiritualiter inhabitantem; dono autem accepit, velut fructum Divinitatis, miraculorum faciendorum potestatem.

ille mortuo adit cum Matre Hierosolymam:

deinde in Cypro S. Spyridonis discipulus,

3 Igitur cum, instructoris sui adjutus precibus, proficeret quotidie ad mensuram ætatis plenitudinis Christi, curam gesturus animarum, Pastor optimus Callinicensium olim, nunc vero Leucosiæ civitatis, suffragatione divina eligitur: et ei quæ maxima atque pulcherrima erat Cypriarum civitatum, suis orationibus magis etiam locupletans, fecit etiam præstantiori Episcopo gloriari, utpote qui jam olim C divinitus fuerat Prælaturæ isti destinatus. Ita apparuit minime otiosam fuisse visionem magno *b* Constantino quandoque oblatam, cum Imperatori, caput dolenti et remedium a divina ope quærenti, demonstratus Triphyllius est, tamquam Episcopus ad eum missus, et per somnium Magno illi accedens, sanationem ipsi annuntiare, prius quam ad thronum proveheretur.

et Leucosiæ Episcopus,

b

4 Cum vero Cathedram istam ascendit, secundum Apostolicam regulam manibus Spyridonis ordinatus; docere cœpit, magistri sui vestigiis insistendo. Divinas enim Scripturas explanans, spirituali quidem pane confortabat animas auditorum, sitientibus vero præbebat potum aquæ vivæ, quam ex fluentis spiritus faciebat scaturire: idque non faciebat per intervalla temporum definitorum; sed panem quotidianum spiritualiter proponens, sicut eum postulare Dominus præcepit, Dei verbum altiori intellectu proferebat. Atque hinc consuetudinem venisse aiunt, quæ transiit in legem, ut ab æquinocti Autumnali, usque *c* vernum, omnino non cesset Episcopus a proponendo verbo, neque populo concedatur divinarum Scripturarum interpretationem per se scrutari. Atque hoc ipsum puto ex Apostolica institutione esse, qua dicitur. Unus interprete-

Scripturas sacras populo exponit

c

τούτοις ἀπιδὲν τῆς Πρεσβυτέρας. Μετενήνοχε τοιγαροῦν D ἐκεῖθεν τοὺς δύο καὶ δέκα περιφανεστάτους Μεγιστᾶνας, μείζους παρασχόμενος αὐτοῖς τὰς δωρεὰς ἐν φιλοτιμίας χρημάτωντε καὶ κτημάτων· καὶ τοῦ τ' ἐπὶ τοσοῦτον, ὥστε τῇ τούτων δαψιλείᾳ εἰς λήθην ἐκείνους ἐλθεῖν τῶν προτέρων παρασκευάσαι· Τούτων εἷς ἦν καὶ ὁ τοῦ μεγάλου Τριφυλλίου πατὴρ, οἷά τις ἀστὴρ διαλάμπων ἐν μέσοις τοῦ ἑαυτοῦ πολίταις. Λόγοις τοίνυν ἐκθρέψας καὶ τῇ λοιπῇ καλοκαγαθείᾳ τὸ νέον φυτὸν, καὶ τῇ τῶν θείων κατάρδων ἀκριβείᾳ δογμάτων, κόμαν εὐσεβείας καρποῖς παρεσκεύαζε, τέρψιν διά τισι φύλλοις οὐκ ἄωρον τῶν ἐκ λόγων καλῶν παρεχόμενον, καὶ τῷ καρπῷ σκέπην οὐκ ἀγεννῆ· καὶ τοῦ τ' ἐκ προνοίας οἶμαι, ἵν' ἔχῃ συνᾴδειν τὰ πράγματα τῷ ὀνόματι.

2 Ἐξ ἀνθρώπων δὲ τοῦ πατρὸς αὐτοῦ ἄρτι γεγενημένου, σκέπτεταί τῇ μητρὶ ἅμα τῆς Κωνσταντινουπόλεως μὲν ἀπᾶραι, κατ' ἔρωτα δήπου τὸν θεῖον, τοῖς Ἱεροσολύμοις δ' ἐπιδημῆσαι, ἔργον ἱστορίας ποιησόμενος τὴν ἐκεῖσε ἄφιξιν, καὶ τὰ τῆς εὐχῆς ἀφοσιωσόμενος τῷ Θεῷ. Χαίρειν οὖν φράσας δόξῃ τε καὶ πλούτῳ καὶ τῇ ἐκ γένους E περιφανείᾳ, ἄδρον τε βαλάντιον εἰληφὼς καὶ πελάγη διαβαλὼν ἔπλει Κύπρου. Ἔνθα γενόμενος Σπυρίδωνα εὑρίσκων, καὶ τὴν ἐκείνου χάριν, Τριμυθοῦντος μὲν ἐπισκοποῦντα, ἥλιον δὲ δίκην τῷ τῶν θαυμάτων φωτὶ τὴν οἰκουμένην διαπυρσεύοντα, οὐ ταῖς ἄτισιν ὑποβαλφθεὶς, ἔγνω δεῖν μετὰ τὴν ἐξ Ἱεροσολύμων ἐπάνοδον, ὡς ἱερῷ τινι ἄλλῳ προσέχειν τῷ θαυματουργῷ, οὕτω γὰρ ἠξίουν ἐκεῖνον καλεῖν ἐκ τῆς ἄγαν πίστεως Κύπριοι. Φοιτήσας οὖν παρ' αὐτῷ ὁ πατρίδος ἐπιλελησμένος ἱερὸς Τριφύλλιος, λόγων μὲν ἐπιστήμην οὐμενοῦν ἐπαιδεύεται, φιλοσοφίαν δὲ ἄλλως τὴν ἐκ πίστεώς τε καὶ ἀρετῶν ἐν ἁγίῳ καταρτιζομένην Πνεύματι διῶν, ψυχῇ μὲν καθαίρεται καὶ Θεὸν ὁρᾷ, ὡς οἶόντε νοερῶς ἐνοικοῦντα αὐτῇ· δῶρα δὲ ἐλαμβάνει, οἱονεὶ καρποὺς τῆς θεώσεως, τὴν τῶν θαυμάτων ἐνέργειαν.

3 Ἀναβάσεις οὖν ἀεὶ ἐπὶ τὸ κρεῖττον ταῖς τοῦ κατηχητοῦ πρεσβείαις ποιούμενος, εἰς μέτρον ἡλικίας ἐγένετο τοῦ Χριστοῦ, καὶ ποιμὴν ἄριστος ψυχῶν πρόνοιαν ποιησόμενος, ψήφῳ θείᾳ τῆς Καλλινεικησσέων μὲν πρὶν, νῦν δὲ Λευκωσίας προχειρίζεται μητροπόλεως· καὶ τὸ μεγίστην εἶναι καὶ περικαλῆ τῶν λοιπῶν Κύπρου πόλεων λαμπρῶς προκατεζομένην, ταῖς ἐκείνου πρεσβείαις πεπλούτηκε, ψήφῳ θείᾳ τῆς δὲ τῆς πόλεως καὶ πόρρωθεν προστατεῖν ἐκλεγείς. Οὕτω μὴ παρέργως ἀναγινώσκεται ἡ τῷ μεγάλῳ Κωνσταντίνῳ φανεῖσα ὄψις, καὶ Βασιλεῖ ἀλ- F γοῦντι τὴν κεφαλὴν, καὶ τὴν ἴασιν θέοθεν ἐπιζητοῦντι, ἡ αὐτῷ προδείκνυντον Τριφύλλιον, κατ' Ἐπίσκοπον μὲν ἐσταλμένον, καὶ πρὸ τοῦ θρόνου, ἅμα καὶ τῷ Μεγάλῳ ὄναρ ἐπιφοιτήσαντα, τὴν ἴασιν αὐτῷ ἐπαγγέλλεσθαι.

4 Τοῦ θρόνου τοιγαροῦν ἐπιβὰς ὁ ἀποστολικοῖς θεσμοῖς καὶ ταῖς ἱεραῖς Σπυρίδωνος χερσὶ, κατ' ἴχνος ἀεὶ τῷ διδασκάλῳ διδάσκων, καὶ τὰς ἱερὰς γραφὰς ἐξηγούμενος, καὶ στηρίζων μὲν ψυχὰς τῷ πνευματικῷ ἄρτῳ, παρέχων δὲ πῶμα τοῖς διψῶσιν ὕδατος ζῶντος, ὃ ἐκ ποταμῶν ἀρύεσθαι ἐκεῖνος ἐδύνατο τῶν τοῦ πνεύματος· καὶ τοῦτο οὐκ ἐκ διαστημάτων εἰς ἡμέρων τινῶν περιόδους, ἀλλ' ἑκάστης τὸν ἐπιούσιον ἄρτον πνευματικῶς προτιθεὶς, ὡς ὁ Δεσπότης ἡμῖν αἰτεῖν διεκελεύσατο, πρὸς ὑψηλοτέραν διάνοιαν τὸ ῥητὸν ἐξηγούμενος. Ἐντεῦθεν οὖν ἔθος εἰς νόμον φησὶν ἰὸν, μέχρι τοῦδ' ὁρᾶται δρώμενον ἐκεῖ ἐξ ἰσημερίας μετοπωρινῆς ἐς ἰσημερίαν ἐαρινὴν, μὴ δ' ὅπως οὖν ἑκάστης ἀνεχομένου τοῦτε τοῦ λόγου προβεβλημένου, μὴ τῷ λαῷ διερμηνεύειν ἐθέλειν τὴν τῶν ἱερῶν γραφῶν δύναμιν. Καὶ τοῦτ' οἶμαι τῆς ἀποστολικῆς παραινέσεως, Εἷς Φάμενος ἑρμηνευέτω, οἱ δ' ἄλλοι σιγάτωσαν. Οὕτως αἱ τοῦ ἱεροῦ Τριφυλλίου τῶν διδασκαλιῶν ῥίζαι ἐς βάθος διήκουσαι,

A διήκουσαι, καὶ τῇ τοῦ ἁγίου Πνεύματος ἀρδίᾳ εἰς μέγα φυτὸν ὑψὸν ἄγαν ἠρμένον ὑπανατείνασαι· ἐς δεῦρο ταῖς ἐκείνου οἰκείαις πρεσβείαις τοῦτο κομῶν, τοῖς τε καρποῖς καὶ τοῖς φύλλοις προδεικνύουσιν ὡς δύνασθαι ὑπ᾽ αὐτῷ κατασκηνοῦν δῆμον ὅλον τῆς ἐκεῖ μητροπόλεως, καὶ πνευματικῶς ἐπαγγέλλεσθαι, δρεπόμενον μὲν καρπὸν τῶν εὐαγγελικῶν ἐντολῶν, γαννυμένου δὲ ταῖς ἱστορίαις ὡς φύλλοις τῶν καλλινίκων Μαρτύρων, καὶ τοῦ λοιποῦ τῶν Ἁγίων τιάσου.

5 Ὅσα δὲ καὶ ἔτι περιὼν θαυμάτων πηγὰς ἐπλούτει, ἐξ ὧν κρουνιδὸν παρεῖχεν ἀνίησθαι τοῖς προσιοῦσιν αὐτῷ, τίς ἂν διηγοῖτο; Σπυρίδωνος οὖν ὥσπερ τοῦ τρόπου, οὕτω δὴ καὶ τῶν θαυμάτων ἀτεχνῶς διάδοχος χάριτος, ὡς ὁ λόγος Ἐλισσαιὲ τῆς μηλωτῆς Ἡλίου, ἅμα δὲ καὶ τῶν τεραστίων· ἦν οὖν ὁ θεῖος ἐκεῖνος ἀνὴρ καὶ ὄντως μακάριος τὸν πραικώνειον τρόπον πλεῖστα ἐν ἀγρῷ αὐλιζόμενος, πενίᾳ συζῶν, τὰ πάντα τοῖς δεομένοις ῥᾷστα παρέχειν αὐτόχειρ, τοὺς ὑπὸ τοῦ σεισμοῦ συγχωσθέντας ἀνορύττων καὶ περιστέλλων, καὶ τῇ οὐσίᾳ διδοὺς ὁ εὐγενὴς καὶ ἐξ εὐγενῶν· νηστείαις σχολάζων διηνεκέσι καὶ προσευχαῖς, ἵνα τύπος τῷ οἰκείῳ ποιμνίῳ γένοιτο. Φροντιστήριον δὲ δειμάμενος γυναιξὶ ταῖς πρὸς μητρὸς δαπάναις, εἶτα καὶ ταύτην τὰ μοναστῶν ὑποδῦναι πείσας,
B θεσμὸν ἀμνάσιν ὁποίαν δηποτοῦν τῶν μοναστηρίων, κατ᾽ ἔρωτα δῆθεν τῶν ἱερῶν τόπων ἀπαράσας τῆς βασιλίδος πόλεως, κἀκεῖσε γενομένην ξενοδοχεῖσθαι μάλα ῥᾳδίως ἀπιούσας τε καὶ ἐπανιούσας. Ὃς δήπουγε ὅρος μέχρι τοῦ σήμερον τηρούμενος, δείκνυται ἐνθάδε τὴν μητέρα τὸ ζῆν Δομνίκαν, καλῶς ἐκμετρήσασαν, ὁσίως μὲν καταθεῖσαν, θαυμάτων δὲ ταύτην κρήνην οὖσαν πρὸς πίστιν τοῦ τρόπου. Ἀνήγειρε δὲ καὶ τὸν νῦν σηκὸν ἱερόν, μέγιστον ὄντα, ἐς καθολικὸν τῆς πόλεως ἄθροισμα, ἔνθα δὴ καὶ ἡ σορὸς ἐκείνου.

6 Τοῖς προσιοῦσι παράκλησις ἦν τὸ εἶδος αὐτοῦ ἐπικαθημένην ἔχων τὴν ὥραν καὶ πόρρωθεν προάγγελον τὸν εὐγενῆ· ξανθὸς τὴν τρίχα, λευκὸς τὸν χρῶτα, γλαυκὸς τὰς ὄψεις, χαρίεις τε καὶ ἥδιστος τὴν ἐντυχίαν, εὐμήκης τὴν τοῦ ὅλου σώματος ἀναδρομήν, εὖ μάλα τὴν ὑπήνην ἐς ὄγκον κατηρμένην ἔχων· Ἀαρὼν τις ἄλλος τὸν ποδήρη περιβεβλημένος, καὶ ὡς Σαμουὴλ ὄρθριος καὶ τῷ Θεῷ προσανέχων καὶ τῷ ποιμνίῳ προσευχόμενος. Ἐς γῆρας οὖν ἐληλακώς, καὶ πλήρης ἡμερῶν γενόμενος τῶν τοῦ πνεύματος, πρὸς Χριστὸν ᾤχετο ἀπιών, οὗ διάκονος ὤν, αὐτῷ κατίχνος ὁδεύων ἐδείκνυτο· ὃν ὁ Πατὴρ τῶν φώτων
C τιμήσας ἐν οὐρανοῖς, ὡς ἡ ὑπόσχεσις, πρέσβυν ὑπέρ τε τῆς ἰδίας πατρίδος καὶ τῆς ποίμνης αὐτῆς προσήκατο. Οὐκ ἄχρι δὲ καὶ τόδε προσθεῖναι ἐς δεῖγμα τῆς δεξαμένης ἐκεῖνον μακαριότητος.

7 Τοῦ τῶν Ἀγαρηνῶν ἔθνους ἐπὶ τῶν χρόνων Ἡρακλείου ναυσὶ πειρατικαῖς χρησαμένου, καὶ πολλὰς τῶν νήσων δῃωσαμένου, ἡ τοῦ Θεοῦ συγχώρησις ἀφῆκε τὴν ἐξ ἐκείνων λώβην, καὶ μέχρι Κυπρίων γενέσθαι· ἧκον οὖν καὶ τὰ ἑαυτῶν ἔδρων. Ὡς οὖν καὶ ἐπὶ τὴν σορὸν ἀφίκοντο τοῦ Ἁγίου, τὰς ἀνοσίους ἐπιστήσαντες ὄψεις αὐτῇ, χρυσοῦ τὸ κέρδος εὑρήσκειν ἔνδον ταῖς ἐλπίσιν ἔτρεφον ἑαυτούς, ἴσως ἐνόντος τοῖς ἱεροῖς τοῦ ἱεροῦ περιβλήμασιν. Ὡς οὖν πόρρω τῶν ἐλπίδων ῥᾷστα ἐγεγόνεισαν, τὸν μέγαν δὲ (ὢ θαῦμα καὶ μετὰ τοσούτων ἐτῶν περιόδους!) ἐθεῶντο ὥσπερ ὑπνοῦντα, καὶ εὐωδίαν τὸν ἐκείνου κόσμον προΐσχοντα, ἐσταλμένον δὲ ἄλλως φάναι κατὰ Σπυρίδωνα, ἀνιστῶσιν μὲν αὐτόν, μανίας δὲ εἴκοντες ξίφει τὴν ἱερὰν κεφαλὴν τοῦ σώματος διιστῶσι. Τοῦ δὲ (βαβαὶ τοῦ μεγίστου τέρατος, ὃ μόνους ἔχει μὴ πειθομένους τοὺς ἀγνοοῦντας Χριστόν, καὶ τὴν ἐκείνου ἰσχὺν) αἷμα εὐθὺς ἀπέρρει, αὐτοῦ οἶμαι Θεοῦ πρὸς τοῖς ἄλλοις καὶ στέφος πλέξαντος αὐτῷ μαρτυρίου, ὅπερ ἐζήτει μὲν ἐκεῖνος ἔρωτι Χριστοῦ εἰλημμένος, ὁ δὲ τοῦ μεγάλου

D tur *d*, alii vero taceant. In hunc modum cum sancti Triphyllii doctrina altas prorsus radices egisset, et a sancto irrigata Spiritu in arborem valde sublimem excrevisset, per orationes ipsius talis apparuit fructibus frondibusque, ut sub ea posset habitare totus magnæ illius Metropoleos populus, isque spiritualiter dici posset decerpere ab eo fructus Evangelicorum mandatorum, et tamquam foliis oblectari gloriosorum Martyrum aliorumque *e* Sanctorum historiis.

INTERP. D. P. 1 Cor. 14, 27

d historiasque Sanctorum.

e

5 Quis vero enarret quali adhuc vivens miraculorum fonte manaret, ex quo copiose scaturiente accedentibus ad eum haurire licebat? Spyridonis enim, uti morum, sic et miraculorum fuit heres: quemadmodum Scriptura narrat Eliseum simul cum pallio virtutem prodigiorum ab Elia excepisse. Vir autem hic divinus ac vere beatus laudabilibus moribus suis, ut plurimum in agro habitabat *f*.... magnaque cum paupertate vivebat; sua ipse manu omnia libenter egenis porrigens, et eos qui a terræ motu pene absorpti erant, refodiens atque vestiens, ac substantia sua donans, ut erat nobilis ex nobilibus natus: jejuniis quoque assiduis precibusque vacabat, ut exemplum gregi suo esset. Porro sumptibus a matre supeditatis, monasterium mulieribus re-
E cipiendis erexit, in quo ipsi quoque persuasit habitum monasticum sumere; ut norma qualiscumque fieret religiosis feminis, easque amore visendi loca sacra Constantinopoli profectas, illic ipsa euntes redeuntesque facilius hospitio exciperet. Hæc ergo lex, ibi hodiedum observari solita, demonstrat ibi adhuc vivere matrem Domnicam, bonam dispensatricem, et sancte illic depositam, fontem esse miraculorum, quæ sanctitatis ejus testimonium perhibent. Ædificavit deinde ibidem Triphyllius sacrosanctum templum ac longe maximum, in quod totius civitatis populus colligi posset, in quo nunc etiam sepulcrum est ipsius Sancti.

Claret miraculis;

f mulieribus monasterium condit:

auxilio matris ibi Deo sacratæ

Cathedralem struit: g

6 Accedentibus ad eum solatio erat ipse ejus vultus *h*, cui insidebat gratia, vel eminus emittens indicem suæ nobilitatis. Capillo flavus colore albus, oculis cæruleus, gratiosus ac dulcis affatu, procerus tota corporis circumferentia, barbam ad congressum valde bene compositam habens, tamquam alius Aaron, poderem indutus, et tamquam Samuel matutinus ad Deum pro suo grege deprecandum. Porro ad senectutem progressus plenusque dierum ex spiritu actorum, ad Christum festinus abiit, cujus famulus fuerat, vestigiis ejus presse insistens:
F quem Pater luminum secundum Evangelicam promissionem honorans in cœlis, suscepit, pro patria sua proque commisso grege deprecatorem. Non fuerit autem abs re, in demonstrationem quæ ipsum suscepit beatitudinis, id quod sequitur adnectere.

h ac tandem ad Deum senex migrat

7 Cum gens Agarenorum, tempore Heraclii Imperatoris, piraticis invecta navibus, plerasque insulas popularetur, *i*, permisit Dei providentia ut illorum violentia etiam ad Cyprum usque pertingeret, ubi et ipsas incolarum pervasere domos. Postquam vero etiam ad tumulum Sancti pervenerunt, eique sacrilegos suos oculos adverterunt, animum lactare cœperunt spe auri intus inveniendi, quod non cederet reliquæ ipsius templi suppellectili sacræ. Verum, præterquam fuerant opinati, magnum istum virum (o! miraculum, post tot annorum circulos stupendum magis! viderunt velut dormientem, atque pro omni ornatu suavi fragrantia redolentem, et in modum Spyridonis, ut sic dicam, vestitum. Ipsum ergo, erexerunt, et pro insita sibi rabie sacrum ejus caput a corpore gladio resciderunt. Tum vero o! rem admirabilem, solis tamen illis incredibilem futuram, qui Christum ejusque potentiam ignorant) statim profluxit sanguis: Deo, ut reor, ad alias ejus corol-

Corpus diu incorruptum i

et capite mutilum a Saracenis, sanguine fluit,

las,

INTERP. D. P.

A las, plectente ipsi coronam martyrii, quam semper quidem, amore Christi tractus, optaverat, sed subtraxerat fervens Constantini erga piam religionem affectus. Raptantes deinde cadaver ante templum; et pyram incendentes, conabantur ipsum flammis consumere: quod non fuissent ab igne obtenturi, nisi adstantium barbarorum aliquis inclamasset; In nomine Jesu, Christi tui, patere te comburi. Hujus rei testis ego sum qui hanc historiam conscribo, et sacrum ipsius caput semiustulatum *k* vidi, et fragmenta reliquiarum manifestam ignis injuriam præferentia; quæ ad diem tertiam Maji spectanda proponuntur ad sanctificationis communicationem, eo forte die quo ista impii in Sanctum perpetrarunt.

et ustulatur

k sicut adustas reliquias vidit auctor,

8 Deus autem post aliquot seculorum decursum thesaurum hunc filiis Sancti manifestum fecit, intra parietem quemdam absconditum, eo loco ubi magni illius viri columna consistit, cui ipsius arca usque hodie substrata ostenditur. Cujus precibus nunc quidem liberemur a gravibus Sathanæ incendiis; postquam vero hinc emigraverimus ab æterno igne: Christo, Deo ac Domino nostro juvante cum ipso, tamquam Salvatore et Pastore nostro, perennantes B in sempiterna et immarcessibili beatitudine: cujus pulchritudine spiritualiter oblectati, in ipso videbimus sine principio Deum et Patrem, atque coæternum et vivificum Spiritum, qui ex Patre procedit et per *l* Filium nobis hominibus apparuit, unam essentiam ac deitatem in tribus perfectisque personis glorificatam, utpote incomprehensibilem nobis unitate trinitatem: quod mysterium, cum sit in Deo prorsus supersubstantiali; et inaccesso, omnino rationem et cogitatum transcendens, sola fide et dilectione circumscribitur.

cum diu postea repertæ essent.

l

Κωνσταντίνου πυρσός τῆς κατὰ Χριστὸν εὐσεβείας οὐ παρέσχεν αὐτῷ. Διελκυκότες οὖν αὖθις τὸν ἐκείνου νεκρὸν πρὸ τοῦ νεὼ, καὶ πυρὰν ὑπανάψαντες, ἔργον ποιεῖν ἐπειρῶντο πυρός· τὸ δὲ οὐδ' ὅτι οὖν εἴκειν ἐδώκει πυρί, εἰ μήπουγε τῶν τις ἰδὼν ἐβόησε βαρβάρων. Ἐν ὀνόματι, φάμενος, Ἰησοῦ τοῦ σοῦ Χριστοῦ πυρὶ καυθῆναι ανάσχου. Καὶ μάρτυς ἔγωγε τούτου, ὁ τήνδε τὴν ἱστορίαν συνθέμενος, τὴν δὲ ἱερὰν ἐκείνου κεφαλὴν ἡμίφλεκτον ἑωρακὼς, τάτε τῶν λειψάνων τεμμάχια, τὴν τοῦ πυρὸς τροφὴν προδεικνύντα, ἃ δὴ κατὰ τὴν Μαίου τρίτην προτίθενται εἰς ἁγιασμοῦ μετουσίαν, καθ' ἣν ἄρα ἡμέραν τοῖς ἀνομοῦσι ταῦτ' ἐτολμήτο. D

8 Καὶ Θεοῦ, μετὰ τινῶν ἐτῶν περιόδους, τὸν δὲ τὸν ἐκπωρὸν τοῖς ἐκείνου τέκνοις δῆλον καθίστη, τοίχει ἐκγεκρυμμένον, ἐφ' ᾧ ἡ τοῦ Μεγάλου στύλη ἀνίδρυται, καὶ ἡ τούτου σορὸς ὑποκειμένη μέχρι τοῦ δὲ προδείκνυται· οὗ ταῖς πρεσβείαις ῥυσθείημεν, νῦν μὲν τῆς φλογώσεως τῆς τοῦ βελίαρ δεινῶν, μετὰ δέγε τὴν ἐκδημίαν καὶ τοῦ αἰωνίου πυρός, Χριστῷ τῷ Κυρίῳ καὶ Θεῷ ἡμῶν, ὡς σωτῆρι καὶ αρχιποιμένι συνδιαιωνιζοντες, ἐν αἰδίῳ καὶ ἀφθάρτῳ μακαριότητι· οὗ τοῦ κάλλους νοερῶς κατατρυφῶντες, ἐν αὐτῷ ὀψόμεθα τὸν ἄναρχον Θεὸν, καὶ Πατέρα καὶ τὸ συναΐδιον καὶ ζωοποιον Πνεῦμα, το ἐκ τοῦ Πατρὸς ἐκπορευόμενον καὶ δι' Υἱοῦ ἡμῖν πεφηνὸς τοῖς ανθρώποις, E τὴν μίαν οὐσίαν τε καὶ θεότητα, τὴν ἐν τρισὶ τελείαις τε ταῖς ὑποστάσεσιν ὑμνουμένην καὶ δοξαζομένην, ὡς οὖσαν ἀκαταλήπτως ἡμῖν τριάδα ἐν μονάδι, ὁ καὶ παράδοξον, ἵν' ἡ τῷ ὑπερουσίῳ τε ἀπροσίτῳ Θεῷ ἅπανθ' ὅμου ὑπὲρ λόγον καὶ ἔννοιαν, καὶ οὕτωγε πίστει μόνῃ καὶ ἀγάπῃ χαρακτηρίζοιτο.

ANNOTATA D. P.

a *Adeoque post annum* 882, *quo scripta Notitia Provinciarum ultima, apud Carolum a S. Paulo, adhuc* Constantiam *Metropolim statuit; aut etiam post annum* 964, *quo ejectis Cypro Saracenis, loco eversæ funditus ab illis an.* 648 *Constantiæ, nova Metropolis videtur constituta, infra dicta* Leucosia, *mutato deinde nomine* Nicosia, *in memoriam victoriæ, ibidem relatæ.*

b *Imo Magni Constantini filio* Constantio, *sub annum* 339.

c *Neque per alteram anni partem, agrorum vinea-* C *rumque culturæ intentus populus; minus poterat verbo Dei audiendo vacare; eique tunc sufficiebat ad Liturgiam, satis per se prolixam, Dominicis festisque convenire.*

d I *ad Corinth.* 14 ℣. 27 *et* 28 *dicitur de eo* qui linguis loquitur, *ut id solum faciat* secundum duos, aut ut multum tres, et per partes, et unus interpretetur; si autem non fuerit interpres, taceat in ecclesia, sibi autem loquatur et Deo: *quæ violentius hic torqueri videntur, ad diversam ab Apostolo mentem.*

e *Propter imperitiam Presbyterorum, prædicandi usus fere exolevit apud Græcos, nec aliud in Synaxibus auditur, quam lectio Homiliæ alicujus, vel vitæ Sancti tunc occurrentis, quod et Rutheni observant; causamque prætexunt, ne quid novitatis inferat libertas dicendi ad populum, Parochis (quos Popos vocant) relicta.*

f *In Græco videbatur insuper sic haberi* Οἷα δήπου γε φ... δικαστηρίων τὰς συντριβάς.

g *Fortassis etiam colebatur ut Sancta; quæ si Romana quoque ut maritus fuit,* Dominica *primitus dicebatur; sed Græci contrahere hoc nomen malunt: et sic eisdem celebris est* S. Dominica, *Carthagine advecta Constantinopolim, cujus mentio facta* VIII *Januarii, et Vita dabitur in Supplemento.*

h *Puta circa annum* 640.

i *Invenio Græcos in Menæis præcipuorum aliquot* F *Patrum lineamenta describere, verosimiliter ex imaginibus studiosius conservatis: proinde non est inverosimile, etiam post tot secula, potuisse genuinam descriptionem* S. Triphyllii *dari.*

k *Ubinam? Existimo quod in Cypro ipsa, post exactos inde Saracenos.*

l *Hæc locutio dubiam nobis facit Auctoris fidem, circa processionem Spiritus a Patre Filioque, seculo* 9 *controverti pertinacius cœptam.*

DE SANCTO ANTIPATRO

EPISCOPO BOSTRENSI IN ARABIA

Notitia ex Græcorum Synaxariis.

G. H.

Bostra, *Arabiæ Petrææ urbs maxima olim fuit et Archiepiscopalis, sub Patriarchatu Hierosolymitano, Ptolomæo lib. 5 cap. 17 memorata. Ejus urbis memoria inculcatur nobis a MS. Synaxario Ecclesiæ Constantinopolitanæ, sæpius citato, in quo ista leguntur,* Μνήμη τοῦ ὁσίου Ἀντιπάτρου, Ἐπισκόπου Βόστρων. *Quæ eadem leguntur in MSS. Menæis Mediolanensibus bibliotheca Ambrosianæ, et Taurinensibus Ducis Sabaudiæ; item Parisiensibus Cardinalis Mazarini, et Divionensibus Petri Francisci Chiffletii: in hisce vero ita habetur,* Ὁ ἅγιος Ἀντίπατρος, Ἐπίσκοπος, Βόστρων, ἐν εἰρήνῃ τελειοῦται.

B

Sanctus Antipater, Episcopus Bostrorum, in pace vitam finivit: *adduntur que hi versus:*

Τὸν Ἀντίπατρον πλούσιον, Σῶτερ, δέχου,
Τῶν ἀρετῶν φέροντα κορβωνᾶν μέγαν.

Antipatrum divitem, Salvator, suscipe,
Virtutum adferentem corbonam magnam.

Corbona *autem est gazophylacium, ubi pecunia Sacerdotum erat reposita; sive arca in qua condebantur oblationes et donaria templi. Indicatur ergo magnus virtutum thesaurus, in ejus anima, tamquam in divite arca, reconditus, Deoque oblatus. Plura utinam aliquando possimus docere.*

E

DE SANCTO JACOBO

ANACHORETA APUD GRÆCOS

Ex duobus Synaxariis manuscriptis.

D. P.

Eadem *duo præclara Synaxaria, in Collegiis nostris Divinionensi et Parisiensi asservata, et et nobis olim commodata, quæ S. Triphylii Vitam dederunt, ante illam prætitulati quoque* S. Jacobi *notitiam suggesserunt, hoc modo:*

Μνήμη τοῦ ὁσίου Πατρὸς ἡμῶν Ἰακώβου, τοῦ ἐξ ἀπάτης προσκυνήσαντος τὸν Ἀντίχριστον.

Relatus in Fastis,

Memoria sancti Patris nostri Jacobi, qui errore seductus, Antichristum, *id est dæmonem Christi specie indutum,* adoravit: *res autem, et beatus vitæ, quem habuit exitus, sic enarratur:*

2 Οὗτος ὁ μακάριος Ἰάκωβος, τὸν Χριστὸν ἀγαπήσας, καὶ τὸν κόσμον μισήσας, ἀπετάξατο, μηδενὸς δεηθείς· Μετὰ δὲ ταῦτα ὑπὸ τοῦ ἀντιδίκου ἡμῶν φυσιωθείς, ἔλεγε· Τίς μου κάλλιον ἐπίσταται τὴν ἐμὴν σωτηρίαν; διὸ καὶ ἀγῶνας πολλοὺς ἀφ' ἑαυτοῦ διελθών, ἠπατήθη ὑπὸ τῶν δαιμόνων. Ἐλθὼν γὰρ τῆς εὐωνύμου τάξεως ἄγγελος, φησίν· Ἀδελφέ, τὸ κελλίον σου καθαρόν, καὶ λαμπρῶς φωταγωγήσας καὶ μύροις καπνίσας, εὐτρέπισον σεαυτόν· ἀρεσθεὶς γὰρ ὁ Χριστὸς τῇ σῇ ἀσκήσει, ἔρχεται ἐν τῇ νυκτὶ χάριτάς σοι ἀπονεῖμαι. Ὁ δὲ ἀπατηθεὶς ἐποίησε πάντα· καὶ τοῦ ἀντιχρίστου ἐν φαντασίᾳ πολλῇ ἐλθόντος, ἐν τῷ μέσῳ τῆς νυκτός, ἀνοίξας ὁ Ἰάκωβος προσεκύνησεν αὐτόν. Ὁ δὲ Θεὸς πατάξας τὸν Ἰάκωβον διὰ θείας ἐπινεύσεως εἰς τὸ μέτωπον αὐτοῦ, εὐθὺς ἀπεστράφη. Πρωίας δὲ θρηνῶν ἀπῆλθε πρός τινα γέροντα. Ὁ δὲ γέρων, πρὸ τοῦ ἀκοῦσαί τι παρ' αὐτοῦ· Ἄπελθε τῶν ὧδε, φησί, προσγλεύη τοῦ διαβόλου· Τοῦ δὲ κλαίοντος καὶ συντετριμμένου, ὀνειδίσας αὐτῷ πολλὰ καὶ κατηχήσας, ἀπέστειλεν εἰς τὸ κοινόβιον. Ὃς καὶ ἀπελθὼν ἐδούλευσεν ἐν τῷ μαγειρείῳ ἐπὶ χρόνοις ἑπτά, μετὰ πολλῆς ταπεινώσεως. Εἶτα ἐκάθησεν ἐν τῷ κελλίῳ ἑτέρους χρόνους ἑπτά, μετὰ ἐργοχείρου ἐμμέτρου καὶ ἀκριβοῦς κανόνος, καὶ οὕτω τὴν Θεοῦ ὁδὸν ἐπὶ πολλῇ διακρίσει μεμαθηκώς, καὶ θαυματουργὸς ἐξαίσιος γεγονώς, ἀπῆλθε πρὸς Κύριον.

C

3 Beatus hic Jacobus, Christum diligens, et mundum aversatus, renuntiavit seculo tam perfecte, ut nihil ipsi ad vitæ sanctitatem deesse videretur. Postea vero ab adversario inflatus, dixit intra se; Ecquis melius quam ego novit salutem suam curare? Et ideo, cum multos suo ipsius arbitrio agones sustinuisset, tandem a dæmonibus in hunc modum est deceptus. Veniens ad eum ex sinistro ordine Angelus, inquit; Cellulam tuam, quæ emunda est, facibus illuminando et suffitibus adolendo, teipsum præpara: Christus enim, sibi complacens in tua exercitatione, hac nocte veniet, magnam tibi facturus gratiam. Sic deceptus Jacobus fecit omnia ut jussus erat: Antichristo autem, cum magnæ pompæ apparentia, sub noctem mediam venienti, aperiens, adoravit illum. Sed Deus, cœlitus eum respiciens, percussit in fronte, atque retrorsum egit. Mane autem facto abiit lacrymans ad senem quemdam; qui prius quam loquentem audiret, Discede, inquit, hinc, ludibrium dæmonis. Cum autem amara fleret contritione; multis increpitum instructumque ad cœnobium amandavit. Ibi is in coquina servivit annis septem, cum multa humilitate: deinde rursus in cella sedit solitarius, aliis septem annis; manibus jugiter laborans, et Regulam diligenter observans: atque ita viam Dei cum multa discretione edoctus, miraculorum denique gratia inclaruit, migravitque ad Dominum.

quia propter præsumptionem seductus ut dæmonem pro Christo adoraret,

F

ac deinde per 14 annos pœnitens,

sancte obit

4 *Fuerit adeo res vulgo nota, cum primum hæc litteris mandarentur, ut non curaverit scriptor locum signare; sic autem inventam transtulerit Synaxariorum collector in rem suam, seculo forsan* XI; *nec enim antiquiora illa duo quotquot vidimus sunt. Ipsum quoque* Jacobum, *(cujus nulla in Vitis Patrum mentio, nec in vetustioribus Synaxariis nomen non admodum prisci temporis esse reor, neque extra Europam vixisse. Fortassis etiam potissima causa illius inter Sacra commemorandi,*

et servit ad exemplum.

A *morandi, die ad arbitrium lecto, cum proprius ignoraretur, fuerit utilitas exempli, humilitatem docentis.* *Plura divinare per incertas nullasve conjecturas non libet.* D

DE SANCTA ANNA VIDUA

ET FILIO JOANNE APUD GRÆCOS

Ex Magnis horum Menæis.

M*enæa Græcorum, excusa apud Venetos anno* MDXCV, *quibus omnes nunc eorum Ecclesiæ utuntur, quarum aliquis cum Republica illa Romanaque Ecclesia nexus adhuc est; Sanctæ istius Matronæ memoriam his verbis ad hunc* XIII *proponunt :* Τῆς ὁσίας Μητρὸς ἡμῶν Ἄννης, καὶ τοῦ υἱοῦ αὐτῆς Ἰωάννου. Sanctæ Matris nostræ Annæ et filii ejus Joannis; *ubi particula,* καὶ, et, *nobis persuadet ipsum communi cum matre tumulo conditum, communi*
B *cum ipsa cultu dignatum, propter utriusque sanctitatem eximiam ac vulgo notam, licet ad nomen* Joannis *deficiat titulus* Ἁγίου, Sancti. *Interim titulus,* Τῆς ὁσίας Μητρὸς ἡμῶν, Sanctæ Matris nostræ, *verosimile facit, ipsam monasterii alicujus Præpositam, aut etiam Fundatricem fuisse. Cangius, in sua Constantinopoli sacra lib. 4 cap. 7, agit de ecclesiis, ibidem* S. Annæ Christi Aviæ *sacris, ac deinde nominat* S. Annæ ædes seu monasterium in Castro Galatino. *Ipse libro* I *cap.* 22 *agens de* XIII *urbis Regione, olim* Galata, *nunc* Pera, *ostendit Græcis dictam pluraliter* Τὰ τοῦ Γαλάτου, πόλιν Γαλατίαν, et, τοῦ Γαλάτου πολίχνιον *sive* φρούριον *a nomine conditoris, ut vult Cedrenus. Quamquam autem verosimile sit, istud quoque monasterium sic nuncupatum in honorem* Annæ Matris Deiparæ : *nihil tamen vetat opinari, illam de qua hic agimus* Annam, *illud sic dici voluisse ab ea, cujus ipsa nomen ferebat; et cum deinde ibidem coleretur ut* Sancta, *dubium posteris mansisse utram ea appellatio respiceret propius.* E
Filius *autem potuit eidem loco ministrasse, vel ut Presbyter, vel ut Procurator ad negotia et obsonationem, intuitu degentis ibidem matris; cui et consepeliri petierit impetraveritque, et communibus cum eadem miraculis fulserit. Tempus incertum manet; sed ita, ut verosimilius sit serius quam citius ambos floruisse.*

DE S. AGRICIO

EPISCOPO SENONENSI IN GALLIA

G. H.

Ex epistolis S. Sidonii Apollinaris, et aliis.

Cultus 13 Junii.

P*ost varios Ecclesiæ Metropolitanæ Senonensis Episcopos, Sanctis adscriptos, quos præcedentibus mensibus dedimus, tertium hoc mense Ju-*
C *nio damus* S. Agricium, *aliquibus* Agrœcium, *de quo vetus Kalendarium ejusdem Ecclesiæ Senonensis :* Idibus Junii Agricii, Episcopi Senonensis. *Ad quas Idus in Breviario Senonensi, quod habemus anno* MDCXXV *excusum, præscribitur de eodem Officium Ecclesiasticum recitandum trium Lectionum, cum Hymno* Te Deum laudamus : *sed omnia sumuntur de Communi Confessorum Pontificum. Ad eum diem eumdem* S. Agricium, Episcopum et Confessorem apud Senones, *retulit Galesinius, et pluribus Ghinius in Natalibus Canonicorum hoc modo :* Apud Senones S. Agricii Episcopi quartidecimi, qui ibidem præfuit annis triginta duobus : et cum optime populum verbo et opere pavisset, migravit ad cœlos : cujus corpus in ecclesia SS. Gervasii et Protasii sepultum fuit, anno Domini CCCCLXXXVII. *Ex hoc calculo dicendus esset Episcopatum suscepisse an.* CCCCLV. *Saussayus hunc diem* XIII *Junii Martyrologii Gallicani ita auspicatur :* Senonis S. Agricii Episcopi et Confessoris, qui incomparabiliter florens tam exemplis virtutum quam affluentia doctrinarum, maxime in caritate præcelluit : adeo ut S. Sidonius Apollinaris Episcopus de eo ad ipsum scriberet, potuisse quidem terminum illius poni regioni (scilicet Metropoliticæ ditioni) at non potuisse caritati. Qui tandem, Ecclesia ad præscriptum divinæ legis administrata, sanctitatis meritis nobilitatus, abiit ad præmium.

Tempus Sedis.

Elogium ex Saussayo,

2 *Hæc ibi. Jam dictus Sidonius Apollinaris fuit Episcopus Arvernorum seu Claromontanus, mortuus anno* CCCCLXXXVI *die* XXI *Augusti, quo colitur. Ut autem, quæ causa fuerit S. Sidonio auxilium S. Agricii postulandi, intelligamus, eam proponimus ex libro 2 Historiæ Francorum Gregorii Turonensis, qui cap.* F
25 *ista scribit :* Sidonii tempore Evarix Rex Gothorum, excedens Hispanum limitem, gravem in Gallia super Christianos intulit persecutionem. Truncabat passim perversitati suæ non consentientes, Clericos carceribus subigebat, Sacerdotes vero alios dabat exilio, alios gladio trucidabat. Nam et ipsos sacrorum templorum aditus spinis jusserat obserari, scilicet ut raritas ingrediendi oblivionem faceret fidei. Maxime tunc Novempopulaniæ, geminæque Aquitaniæ urbes ab hac tempestate depopulatæ sunt : extatque hodie et pro hac causa ad Basilium Episcopum nobilis ipsius Sidonii epistola. *Hæc ibi. Fuisse hunc Basilium Episcopum Aquis-Sextiis, arbitratur Sirmondus ad dictam Epistolam Sidonii, quæ est sexta libri septimi. Hanc immediate præcedit quinta, qua optat* Sidonius Domino Papæ Agrœcio salutem; *et ista scribit.*

ob gravem Gothorum persecutionem,

3 Bituricas decreto civium petitus adveni. Causa fuit evocationis, titubans Ecclesiæ status; quæ nuper summo viduata Pontifice, utriusque Professionis ordinibus ambiendi Sacerdotii quoddam classicum

et Bituricensis ecclesiæ periculosum statum,

A cum cecinit. Fremit populus per studia divisus : pauci alteros, multi sese non offerunt. Si aliquid pro virili portione secundum Deum consulas veritatemque, omnia occurrunt levia, varia, fucata : et quid dicam ? sola est illic simplex impudentia. Et nisi me immerito queri judicaveris, dicere auderem, tam præcipitis animi esse plerosque, tamque periculosi, ut sacrosanctam Sedem dignitatemque affectare pretio oblato non reformident : et rem jam dudum in nundinam mitti auctionemque potuisse, si quam paratus reperitur emptor, venditor tam desperatus inveniretur. Proinde quæso, ut officii mei novitatem, pudorem, necessitatem, spectatissimi adventus ornes contubernio, tuteris auxilio.

S. Sidonius expetit adventum S. Agricii,

Nec te, quamquam Senoniæ caput es, inter hæc dubia subtraxeris intentionibus medendis Aquitanorum : quia minimum refert quod nobis est in habitatione divisa provincia, quando in religione causa conjungitur. His accedit, quod de urbibus Aquitaniæ primæ, solum oppidum Arvernum, Romanis reliquum partibus, bella fecerunt. Quapropter in constituendo præfatæ civitatis Antistite, Provincialium collegarum deficimur numero, nisi Metropolitanorum reficiamur assensu.

offerens ei electionem Archiepiscopi.

B De cetero quod ad honoris vestri spectat prærogativam, nullus a me hactenus nominatus, nullus adhibitus, nullus electus est : omnia censuræ tuæ salva, illibata, solida servantur. Tantum hoc meum duco, vestras invitare personas, expectare voluntates, laudare sententias. Et cum in locum statumque Pontificis quisque sufficitur, ut a vobis præceptum, a me procedat obsequium. D

AUCTORE G. H.

licet extra suæ provinciæ fines.

Sed si (quod tamen arbitror minime fore) precibus meis apud vos malesuadus obstiterit interpres ; poteritis præsentiam vestram potius excusare quam culpam ; sicut e diverso, si venitis, ostenditis, quia terminus potuerit poni vestræ quidem regioni, sed non potuerit caritati. Memor nostri esse dignare, Domine Papa.

4 *Hactenus epistola S. Sidonii, qua quanti fecerit* S. Agricium, *præclare ostenditur. Vacabat autem Sedes Bituricensis per mortem S. Palladii secundi, vita functi anno* CCCCLXI, *uti ad Vitam ejus* X *Maji ostendimus : cum autem electus est Elodius decimus quartus Biturigum Archiepiscopus. Inter Antistites Senonenses quinquagesimus numeratur Ansegisus, creatus anno* DCCCLXXI, *mortuus anno* DCCCLXXXIII. *Hic variis Reliquiis Sanctorum locupletavit sacrarium S. Petri-Vivi, in cujus Chronico de Ansegiso inter alia indicatur,* quod transtulit idem et corpora sanctorum Præsulum, Leonis, Ursiani, Agricii, et Ambrosii, in ecclesiam S. Petri, de basilica S. Leonis, ubi fuerant primum tumulati ; quæ primum fuit dedicata in honore SS. Gervasii et Protasii. *Hæc ibi, eademque leguntur in Chronico Roberti Monachi Altissiodorensis. De* S. Leone *egimus* XXII *Aprilis ; acturi de* S. Ursicino XXIV *Julii, et de* S. Ambrosio III *Sept. quibus eorum solennitas, uti* S. Agricii *hoc* XIII *Junii, celebratur in dicto monasterio S. Petri Vivi. Est aliqua etiam memoria* S. Agricii *die tertia Jan. in MS. Florario, sed qua de causa non indicatur.* E

Ansegisus sec. 9 transfert.

NOT. 18

DE S. CETHEO, alias PEREGRINO

EPISCOPO AMITERNENSI ET MARTYRE

IN APRUTIO ITALIÆ PROVINCIA

D. P.

COMMENTARIUS PRÆVIUS

De loco Episcopatus et mortis : item primæ ac secundæ sepulturæ, nec non de Actis et cultu.

CIRCA AN. DC

In Aterno fluvio submersus,

Romanæ Ecclesiæ hodiernum Martyrologium, ad hunc* XIII *Junii diem, memoriam facit prætitulati Sancti, tali formula.* In Pelignis, S. Peregrini, Episcopi et Martyris, quia Longobardis pro fide Catholica in Aternum flumen demersus est. *Acta, quæ duplicia in MSS. invenimus, altera prolixiora apud Eremitas Camaldulenses in Hetruria ; altera contractiora, apud Canonicos Regulares monasterii Bodecensis in Westphalia,* Cetheum *proprio nomine appellant : sed priora hoc modo distinctius prætitulantur,* Passio S. Cethei, Episcopi et Martyris, vocati Peregrini, XIII Junii. *Utraque in hoc conveniunt, quod in flumine* Piscaria *(id antiquitus* Aternus *dicebatur), submersus cum lapide ad collum,* sub una nocte *delatus fuerit ad littus civitatis* Jaternensium.

2 *Hic si velis scriptorium mendum agnoscere et* Aternensium *legere, habebis oppidum ostio fluminis* Aterni *impositum : quod cum ipso mutato nomine* Piscaria *hodie dicitur, ad mare Adriaticum : de quo Strabo Libro* 5 *Geographiæ ;* Aternum ad ipsum mare Piceno confine, ejusdemque nominis cum fluvio ; qui Vestinos a Marrucinis dirimit, et ponte trajicitur : *sed non habebis urbem Episcopalem. Nec enim antiqui Provinciarum Catalogi, apud Carolum a S. Paulo in Geographia sacra, nomen istud habent ; neque in Dialogis S. Gregorii invenitur nominatus hic, quem Carolus ait,* Episcopus Peregrinus : *ut memo-*

et ad ostium illius,

ria

A tenti placeat, nam mihi beneplacitum est. Cetheus Episcopus respondit : Si Deo et vobis placet, ut ibi revertar, procul dubio jussionem vestram explebo, ea præcipue de causa, ne res Ecclesiarum dissipentur, vel venumdentur. Ad hæc viri illi, qui missi fuerant, cum essent præsentes, dixerunt : Absit a nobis ut prædia sanctarum Ecclesiarum dissipare aut venumdare præsumamus : imo potius augebimus ea cunctis diebus vitæ nostræ, tam nos, quam posteri nostri. Beatus Gregorius dixit : Si rectum vobis videbitur, firmate idipsum cum juramento, ut Ecclesiastica prædia non distrahantur. Qui responderunt : Sicut tibi placet, Sanctissime Pater, ita faciemus. Et continuo egressi cum B. Gregorio atque Cetheo Episcopo ad corpus B. Petri Apostoli, juraverunt dicentes : Per venerabile corpus istud, Pater sancte, juramus et tuæ auctoritati firmiter promittimus, quia res Ecclesiarum nullo modo venumdabimus ; sed augebimus et conservabimus ; et Patrem nostrum Cetheum Episcopum cum honore ad suam Sedem reducemus ; et omnia, quæ nobis tua Paternitas servanda commiserit, humili B mente suscipientes, cum summa diligentia custodiemus.

EX MSS.
Cultus Atrix,

cum cujus benedictione regressus Cetheus,

5 Audiens Beatus Gregorius devotionem illorum, gavisus est in Domino, et benedictis illis ait : Pax vobiscum fili. Respondens Beatus Cetheus dixit Apostolico ; Et cum Spiritu tuo. Sanctus Gregorius cum fudisset super eos orationem, dedissetque indulgentiam et benedictionem, conclusit sic : Ite, ait, filii, et suscipite Episcopum vestrum, atque cum honore perducite ad Sedem suam, et per omnia obedite ei *g*. Qui accipientes Episcopum suum, cum gaudia et lætitia magna reduxerunt eum ad Sedem suam, cantantes in laudem ejus ; Gloria in excelsis Deo, et cetera. Cum autem appropinquarent civitati Amiternensi *h*, exierunt ei obviam Sacerdotes, cum omni Clero : susceperuntque Sanctum Cetheum Episcopum cum gaudio et lætitia magna, cum hymnis et canticis, cum omni gloria sicut dignum fuit. Ingressus igitur per portam Orientalem, perductus est ad ecclesiam, et fuit illic per aliquod tempus.

g honorifice excipitur.

h

C ANNOTATA D. P.

a *Camald. MS.* Aternensium, *errore perpetuo, et (ut ostendimus) corrigendo.*

b *Camald.* Alahis *et* Humblo. *Etiam* 100 *annis post hunc exstitit* Alachis, *homo impius, eadem in gente, qui tyrannidem contra Cunipertum Regem pium arripiens, in procinctu committendi acceptatum duellum periit. Vide Baron. an.* 691 *num.* 3.

c *Fieri id cœpit anno* 2 *Gregorii Papæ, Christi* 591 *per Theodelindam Reginam, mortuo priore ejus viro Autharit : antea partim Ariani erant, partim Gentiles, qui caput capræ adorandum proponebant, ut ex plurium id recusantium martyrio constat. Hinc apparet, falsum interpolamentum esse, quod in MS. Camaldulensi sic legitur.* Quem cum B. Gregorius interrogaret, utrum gens illa Christiana esset ; ille respondens, dixit : Christiani sunt, et multo magis colunt Sanctorum virtutes, S. Gregorius dixit : Si veraciter Christiani sunt, non absque termino contristemur : futurum est enim etc. *Et infra in oratione ipsius Sancti, æque inepte apponitur conditio,* si vere sunt Christiani.

d *Idem multo plenius :* et omnes unanimiter conclamabant, dicentes : Ite ad urbem Romam, et sanctum Episcopum nostrum reducite. Inito itaque consilio rursum dixerunt : Sine jussione Domini nostri non possumus Romam pergere. Sed eamus ad civitatem Spoletanam : et si voluntas Domini nostri extiterit, tunc cum ipsius consilio vel ordinatione liberius poterimus pergere. Venientes ergo ad civitatem Spoletum, intimaverunt Domino suo, dicentes : Si vestra est juxta *(id est, jussio)* volumus ire ad sanctam et Apostolicam Sedem, ut reducamus Episcopum nostrum. Ad hæc lætus effectus, dixit : Fiat quod bonum est, cum auxilio Domini ; et Angelus ejus comitetur vobiscum, qui bene disponat iter vestrum. At illi omnes responderunt, Amen. Egressi autem etc. D

f *Saltem sub errore Arianismi, quem primores gentis profitebantur. MS. Camald. pluribus interrogatis et responsis, hæc eadem interpungit.*

g *Addit Camald.* Tunc universi, ad pedes B. Gregorii convoluti, dixerunt : Protegat, Domine, benedictio tua iter nostrum. Pontifex dixit : Benedictio, et gloria, et salus sit vobis, in sempiternis E temporibus, et usque in secula seculorum. At illi responderunt. Amen.

h *Idem MS.* Ut autem venerunt ad fluvium, qui vocatur Piscaria, steterunt ibi quasi dimidia hora.

CAPUT II.

De prodendæ urbis conscientia falso insimulatus Episcopus, morti addicitur.

Interea prædicti Primates *a* Alais et Umbolus, qui Ducatum civitatis usurpaverant sibi, quorum Alais scilicet tenebat portam Orientalem ; Umbolus vero portam Occidentalem ; obortis quibusdam simultatibus ita inter se discordare cœperunt, ut alter alterum interficere quærere, factaque est tristitia magna omnibus Christianis in civitate illa. Alais ergo consilium fecit cum suis ut civitatem ipsam disperderet, misitque legationem ad Verilianum Comitem Hortanensium *b* civitatis, orans ut media nocte adveniens Amiternensium urbem invaderet, eamque penitus dissiparet. Beatus vero Cetheus F Episcopus erat in cella sua et ignorabat consilium Alais, quomodo civitatem tradere quærebat inimicis. Erat autem in civitate eadem vir quidam Christianissimus, nomine Fredo, et conjugalis ejus nomine Bona, religiosa femina et timens Deum : qui facta hora vespertina ingressi in ecclesiam, oraverunt ; expleta vero oratione susceperunt benedictionem ab Episcopo, et redierunt in sua. Hora vero dormitionis, dum recubuissent ambo in lecto secundum consuetudinem, noluit Fredo vestem suam exuere ; sed ita se collocavit. Dixit autem illi conjugalis ejus : Quare sic indutis vestibus te reclinasti ? Cui illa respondit : Immenso tremore concussus sum, et valde timeo, quia civitas ista hac nocte peritura sit. Dicit ei uxor sua : Non faciet Deus, ut civitas ista peritura sit. At ille dixit : Affer mihi arma bellica, et pone ad caputmeum et tunc recumbemus securi. Nesciebat tamen Fredo consilium Alais ; sed per Spiritum sanctum commonitus ista faciebat. Fecit jugalis ejus, ut sibi fuerat imperatum ; et tunc recubuerunt.

a Primatibus duobus dissidentibus, ab uno eorum advocantur hostes ;

b

qui pernoctante in Ecclesia Episcopo.

A 7 Media autem nocte clamor hujuscemodi factus est in media civitate: Surgite, surgite, civitatem istam gens hostilis invadit. Surrexit igitur Fredo

viriliter repelluntur,

Christianissimus a latere uxoris suæ; et apprehendens arma bellica cucurrit clamans et dicens: Exurge, Sanctissime pater Cethee, et ora pro nobis quoniam perit civitas ista, et omnia nostra perdimus, ipsique hodie gladiis interficiemur. At ille velociter exurgens, et de strato exiliens, foris in platea oravit ad Dominum, dicens: Domine Jesu Christe, filii Dei vivi, qui liberasti David de manu Goliæ, et tres pueros de camino ignis ardentis, et Danielem de lacu leonum, Susannam quoque de falso crimine, et Teclam a bestiis, miserere nobis, et libera civitatem istam et populum ejus ab inimicis. Et hæc dicens percussit frontem suam in terram cum lacrymis: et cum paululum orasset *c* subito omnes qui advenerant hostes, divina virtute perterriti, humiliati sunt, et multi ex illis eadem nocte interfecti. c

et mane facto capitur proditor:

8 Mane autem sequentis diei, convenientes in unum habitatores urbis ut viderent quo ordine hostis civitatem illam ingredi potuisset *d;* invenerunt scalas post ecclesiam B. Thomæ erectas, per quas ingressi fuerant hostes et regressi; ibique referentibus quibusdam didicerunt, consilio Alais hæc omnia facta fuisse. Qui cum adductus esset vinctus in medio populi, omnes una voce clamaverunt dicentes: Interficiamus hominem istum pessimum, qui tantas Christianorum animas gladio perdere voluit, et cuncta quæ possidemus inimicis tradere diripienda. Et iterum exclamabant: Interficiatur quantocius, quoniam dignus est multis suppliciis interire. Cumque diutius pertractarent, quibus eum cruciatibus perderent; dixit Beatus Cetheus Episcopus ad illum: Fili, cur tale scelus fecisti in hac civitate, ut tam acerbam mortem nunc subire cogaris? Et conversus ad circumstantem populum, dixit: Audite me, filii, et nolite extendere manus vestras in virum istum, ne forte reputet Deus hoc vobis in peccatum. Quod si vobis placet audire consilium meum, mittite eum in carcerem, et multum ibi faciat tempus: deinde fiat conventus in civitate ista a minimo usque ad maximum, et educentes eum de carcere, pœnitentiam ei multis diebus faciendam indici facite, tantum ut spiritus salvus sit in die Domini. d B

pro cujus vita intercedens Episcopus,

accusatur ut complex sceleris,

9 Hæc cum dixisset Beatus, Cetheus Episcopus, accedens ad eum cum violentia magna impiissimus Umbolus dixit: Et tu certe, Cethee, interfuisti huic consilio, quo civitas ista tradita est inimicis, nam et scala illa, quam invenimus ad ecclesiam Beati Thomæ, per magica tua opera ibi posita est, et ideo non es dignus ulterius honorem Episcopatus habere. Respondit Beatus Cetheus Episcopus, et dixit: Non faciat Deus, fili, quod aliquando in tali re pessima contaminatus sim: attamen, propter populum circumstantem, juro per crucifixum Filium Dei, et Trinitatem inseparabilem, sancta Christi Evangelia, nec non et sanctam illam benedictionem Episcopalem, quam suscepi licet indignus, quoniam alienus et innocens sum a consilio illo: nec unquam urbem hanc venumdare vel inimicis tradere volui, aut feci, seu permisi; sed semper diebus ac noctibus humiliter deprecabar, ut pacem nobis et concordiam Deus donare dignaretur. Cumque S. Cetheus his et hujusmodi vocibus se excusando veritatem astrueret, præfatus Umbolus, nolens eum diutius audire, jussit tam ipsum *e* quam præfatum Alaim vinctos catenis in medium civitatis duci, et ibi coram omni populo capite truncari. C

et morti addicitur:

c

cumque decapitari non potuisset,

10 Tunc exclamavit voce magna S. Cetheus, cum jam ad locum decollationis perductus fuisset, et dixit: Cor meum et caro mea exultaverunt in Deum vivum: et iterum: Miserere mei Deus, miserere mei, quoniam in te confidit anima mea; et in umbra alarum tuarum sperabo, donec transeat iniquitas *f*. Et item; Deus laudem meam ne tacueris, quia os peccatoris super me apertum est. Quo Psalmo usque ad finem completo, timore perterritus spiculator, Alaim quidem capite truncavit, in beatum vero Cetheum manus extendere minime præsumpsit. Audiens hoc impiissimus Umbolus, furore repletus, jussit B. Cetheum ad suam præsentiam venire, in conventu populi, et dixit ad eum: Cethee Episcope, ante modicum tempus prædicator eras, et quid nunc evenit, ut in conspectu populi jam vinctus procedas? Sanctus Episcopus respondit: Numquam ego te potui, virorum iniquissime, a diabolo separare, pro eo quod cum ipso habes et æternaliter habiturus es mansionem; inde et nunc dico tibi in verbo Christi, quia vagus et profugus eris in terra, sicut Cain qui fratrem suum Abel justum interfecit; et sic a diabolo correptus deficies. Ego autem indignus servus servorum Dei, salvabor per virtutem illius, ad cujus vocem mortui resurgunt. Et elevans oculos suos ad cœlum dixit: Deus creator omnium visibilium et invisibilium, qui scrutaris renes et corda, cunctorumque hominum fidem vel mentem cognoscis; scrutare et vide mentem servi tui, si vera sunt quæ dicuntur adversum me, quod circumdederunt me viri mendaces, et sine causa vinctum flagellis coarctaverunt, et non est qui adjuvet nisi tu Deus; quem precor ut judices causam meam. D EX MSS. f E

tyrannum increpat

ANNOTATA D. P.

a *MS. Camaldulense*, Comites duo.

b *Idem minus recte*, Ornensium: *est autem* Horta, *sive* Hortana *civitas, ad Tiberim, eodem fere intervallo quo Spoletum Amiterno distans. Et Episcopus Julianus* Hortanensis Ὀρτῶν, *alius ob* Ortonensi Victore, *Romano Concilio interfuit. Hinc facili errore lapsus scriptor Bodecensis*, Comitem Hortonensis civitatis *scripserat, quod correxi.*

Ibid. additur, et exurgens fecit sibi signaculum Crucis.

d *Item*, Intraverant autem alii per portam Orientalem, et alii erexerant scalam post ecclesiam B. Thomæ, unde ingressi fuerant et regressi: propter quas videlicet scalas post ecclesiam, S. Cetheum Episcopum in multa tormenta misit impiissimus Umbolo: *quod hic præpropere ponitur, et infra idem Umbolus* Consul *nominatur.* F

e *Ibid. dicitur:* At vero Alahi vinctum deduci jussit Præfectus Umblo, ad portam Orientalem, et ibidem eum capite truncari præcepit: sanctum vero Episcopum vinctum catenis duci jussi in mediam civitatem.

f *Idem porro procedens addit:* Clamabo ad Deum altissimum, ad Dominum qui benefecit mihi. Misit de cœlo et liberavit me, dedit in opprobrium conculcantes me. Misit Deus misericordiam suam et veritatem suam; animam meam eripuit de medio inimicorum meorum. Et dicta oratione, iterum psallebat, dicens; Deus laudem meam etc. *prosequendo reliquum Psalmum* 108.

CAPUT III.

Flumini immersus cum saxo Sanctus, Aternum defertur; ibique ut peregrinus sepultus, illuminato cæco transfertur Atriam.

Cum igitur tam precibus quam psalmis insudaret, ac vinculis arctaretur; nequaquam timebat loqui cum

Ex MSS.

A cum impiissimo Umbolo, vel cum ministris ipsius, quoniam Spiritus Dei repleverat illum. Interea vox ad eum de cœlis facta est; Cethee Episcope, noli timere, ecce habes coronam pretiosam ante thronum Domini Dei tui; quia pro pœna quam suscepisti, interpellant pro te sancti Archangeli, Michael, Gabriel et Raphael. Et quoniam prædicator idoneus eras in populo, idcirco audivit Dominus preces tuas, quibus humiliter eum die noctuque deprecari non cessabas *a*. Facta ergo hac voce, data est Athletæ Christi constantia magna, multoque amplius loquebatur ad inimicos, propter vocationem, qua ad regnum cœlorum vocatus erat; ubi et ineffabili desiderio tendere cupiens, palmam martyrii quotidie expectabat.

Angelica voce recreatus, a

12 Dixit ergo ad ministros qui eum vinctum tenebant: Ut quid me, filii iniquitatis et ministri tenebrarum, tenetis in vinculis? An, quia me servum Dei esse recognoscitis, hæc facitis? Sed ego in nomine ejus non solum vincula, sed et mortem ipsam gratanter suscipiam; vos autem Ariani et perfidi, cum Juda Scharioth, mansionem habebitis, apud inextinguibilem Tartarum: et inter vagos et profugos erit portio vestra, et maledicti eritis in B sempiternum, eo quod prædicationem meam sæpe respuistis, et correptiones veritatis audire noluistis. Tibi autem, Umbole, omnium nefandissime, non sit qui pacis osculum porrigat; et qui benedixerit tibi, sit ille maledictus: nam te maledicet ille, qui maledixit et expulit Sathan de congregatione justorum. Tunc furore nimio repletus Umbolus, præcepit eum vinctum duci ad fluvium qui vocatur Piscaria, et ibi eum præcipitari per pontem qui vocatur Marmoreus. Beatus autem Cetheus, cum gaudio pergens ad mortem, psallere cœpit, dicens: Ne projicias me, Domine, a facie tua, et Spiritum tuum sanctum ne auferas a me; redde mihi lætitiam salutaris tui, et Spiritu principali confirma me. Cumque projectus fuisset in fluvium, Dei auxilio protegente, sanus et incolumis ad littus perductus est. Deinde iterum atque iterum furens populus, jussu tyranni accipiens eum, præcipitavit in fluvium: et sicut prius sanctus Episcopus, Dei protectus auxilio; sanus et incolumis ad aridam deductus est.

Jubetur ad fluvium mergendus duci:

sed et hoc bis frustra tentato,

13 Quod cum vidisset impiissimus Umbolus, jussit eum ad suam præsentiam adduci. Ubi cum vir Domini constitutus fuisset, præcepit ministris iniquis alligari ei lapidem molarem, ponderis quasi librarum quingentarum, et sic demergi in profun- C dum. At ille iterum elevatis in cœlum oculis psallebat, dicens: Domine Deus salutis meæ, in die clamavi et nocte coram te: intret oratio mea in conspectu tuo, ut salvum me facias a descendentibus in lacum. His itaque peroratis, præcipitatus est in fluvium, et continuo reddidit spiritum: et ambulabat sanctum corpus super aquas, lapisque ad collum ejus. At vero gubernante Domino, per manus Angelorum suorum, beati Martyris corpus per medium aquæ profundum, tamquam per aridam terram, sub una nocte jactatum est in *b* Jaternensem civitatem.

tandem alligato molari, patratur, b

14 Erat autem ibi piscator quidam, nomine Valerianus: qui dum nocte per eamdem aquam navigio ambularet, ad reficienda retia sua secundum consuetudinem, continuo lumen immensum refulsit circa littus illud, ubi corpus beatum super arenæ cumulos jacebat. Unde stupefactus egressus est navim velociter, ut videret quis esset. Diligenter igitur contemplato corpore, dum illud minime recognosceret, festinus rediit; et nuntiavit Episcopo et Consuli civitatis, quomodo vidisset corpus, ligato saxo ad collum, jacere super arenam *c*. Quo audito Episcopus, congregatis mox in unum Sacerdotibus civitatis, festinus abiit una cum illis ad littus; et invene- D runt sanctum corpus jacens super arenam, sicut dictum erat illis, et saxum ad collum ejus ligatum. Cognoscentes autem in Angelico vultu ejus, quia propter nomen Domini nostri Jesu Christi in aqua erat præfocatus; omni veneratione ac diligentia decreverunt tollere, et digno cum honore sepelire. Sed quia nomen ejus erat incognitum, vocaverunt eum Peregrinum, quia peregrino et incognito more corpus illius fuisset inventum. Sepelierunt ergo illud in loco proximo littori, ubi fuerat inventum secus mare, cum odore *d* suavitatis.

corpus cum eo trans mare vectum, c

honorifice sepelitur: d

15 Deinde vero dum piscatores nocte juxta littus navigarent more suo, frequenter viderunt ad caput ejus lampadem *e* resplendere; quam Deum omnipotens meritis servi sui dignatus est ostendere. Erat his diebus in Jaternensium civitate vir quidam, a nativitate cæcus: qui dixit ad quosdam de majoribus civitatis; Vadam ad corpus illud in littore sepultum, et, si mihi Domini inibi donaverit lumen, scitote profecto quod sanctum est. Ad hoc illi responderunt; Vade sicut dicis: si forte Deus in te misericordiæ suæ opus dignetur ostendere. Apprehensa igitur manu cæci, ductus est a quodam *f* ad sepulchrum beati Martyris, positisque in terram genibus, E oravit cum lacrymis, dicens: Deus qui fecisti cœlum et terram, mare et omnia quæ in eis sunt, qui Adam post [quinque] millia quingentos quinquaginta duos *g* annos de inferno eripuisti, et Jonam de ventre ceti liberasti, cæcum etiam ad Natatoriam Siloe illuminasti; illumina me peccatorem, per merita hominis peregrini hic sepulti; si tamen est alicujus meriti apud te: et per hoc sciant omnes, quia corpus ejus venerandum et sanctum est. Confestim ut cessavit loqui, aperti sunt oculi ejus, et lumen suscepit. Exurgens ergo cum festinatione magna, cucurrit in civitatem, clamans et dicens; Gratias tibi ago, Domine Jesu Christe, Rex regum et Dominus dominantium, qui tale miraculum ostendere dignatus es, per corpus Servi tui beatissimi Peregrini.

e deinde nocturno splendore illustratum: f

g illuminato etiam ad ipsum cæco

16 Audientes hæc universi habitatores civitatis venerunt ad Episcopum, nec non ad Consules; habitoque cum eis consilio, venerunt omnes simul, *h* assumptis Crucibus psallentes, et gloriam Deo dantes, ad locum ubi corpus sacratum prius sepulturæ tradiderant; et tollentes inde honorifice, posuerunt illud in loco alio, milliario nono a civitate. At vero impiissimus Umbolus, arreptus a dæmonio, sicut ei prædictum fuerat a beato Cetheo Episcopo, mor- F tuus est et universi ministri ejus; insuper et omnis substantia ejus ad nihilum devenit. Passus est autem B. Cetheus Episcopus in civitate Amiternensi, et (ut diximus) delatus est in urbem Aternensem sub aquarum gurgitibus, ibique Peregrinus est appellatus; *i* regnante Domino nostro Jesu Christo, cui est gloria et honor in secula seculorum. Amen.

alio transfertur ut sanctum. h

i

ANNOTATA D. P.

a *Fateor hujusmodi voces cœlestes, maxime quarum nemo testis fuisse potuit, semper mihi suspectas fictionis rhetoricæ esse; tantoque magis, quanto majori ambitu verborum explicantur. Et hanc atque ex reliqua tota phrasi judico, aliquantis post rem actam seculis Vitam hanc primum descriptam fuisse: quod etiam mox probabit recentius fluvii nomen* Piscaria, *qui veteribus* Aternus *dicebatur.*

b *Ita MS. Bodecense, quod ad* Jaderam, *vulgo* Zaram; *Camaldulense,* Jaternensem; *Petrus de Natalibus,* Jadenensem, *habent: ne autem* Atriensis *legatur, prohibet omnino distantia a mari.*

c *MS. Camald. sic plenius sequentia.* Quod cum audissent

A audissent mirati sunt, et cogitare cœperunt, quis esset, aut ex qua parte corpus illud ibi venisset. Dixit autem Episcopus Jaternensium, ad Consulem et ad populum civitatis : Audite me, filii, deducatur ad nos navis, et pergamus ad corpus illud, antequam ibi feræ accedant aut bestiæ; ne forte, si fuerit devoratum, superveniat in nobis vel civitate ista grande peccatum. Responderunt ei : Fac quod vis, Pater : quin nos omnes tecum eamus. Jussit itaque Episcopus festinanter afferri navim; et ingressus cum Sacerdotibus et Consulibus civitatis, pervenerunt ad littus.

d *Ibidem brevius hæc perstringuntur, sed dicitur, quod* nulla inventa est in eo læsio. *Petrus vero :* Corpus quidem Martyris propter lapidem arbitrans Episcopus, ipsum tamen ut Martyris, quasi dubius venerari non audens, in littore sepelivit : et quia nomen ejus ignorabat, Peregrinum nominavit, divinamque voluntatem super inde expectare cœpit.

e *Ibid.* Lampadem : *et additur;* Dicebant autem sapientes et timorati, quia per eum Deus mirabilia ostendere dignatur, et corpus ejus sanctum est.

f *Idem,* a parente quodam suo, *id est consanguineo, Petrus,* a patre.
B

g *Idem,* post quinque millia ducentos et viginti D
EX MSS.
octo annos. *Sed cum Adam obierit anno ætatis* 930, *et Christus passus sit secundum communiorem opinionem anno mundi* 4053, *dicendus esset ab inferis eductus Adam post annos* 3113.

h *Addit Camald.* ad corpus sanctum Episcopi Peregrini, qui peregrinatus fuerat per mare cum saxo ad collum : *quo confirmatur trajectus in Dalmatiam.*

i *Petrus sic finit :* Post aliquod tempus, tam ejus passionis series, quam dies et nomen, a civibus Jardenensibus inquisita, reperiuntur : qui passus est Idibus Junii. *Unde Ferrarius coli dixit,* Idibus Junii, qua die (sicut postea compertum est) passus invenitur. *De nomine proprio, vitæque et mortis historia, necessario id credetur, si qua fides Actis datur : his vero tacentibus de die ; potius opinabor, ipsum esse translati Atriam corporis, quam mortis; cum intra paucos etiam annos ejus accurata memoria ipsis quoque Amiternensibus potuerit e memoria abiisse ; utpote nihil minus expectantibus, quam ut Sanctus per miracula trans mare ostenderetur, quem ipsi ut proditorem necaverant.*
E

DE S. RAGNEBERTO MARTYRE

IN BRESSIA GALLIÆ PROVINCIA

COMMENTARIUS PRÆVIUS

De cultu ejus eique sacris locis, et Abbatia, et Actis.

G. H.

CIRCA DCLXXV

Cultus 13 Junii

Auctor *Martyrologii Gallicani Andreas Saussayus, pagina* 1247 *subjunxit, aliqua* nomina Sanctorum, ex vetustissimo Martyrologio manuscripto monasterii Patrum Benedictinorum S. Sabini sive Savini in Levitania, in montibus Pyrenæis in agro Tarbiensi, abhinc circiter quadringentis annis exarato in pergameno. *In hoc ad diem* XIII *Junii sic legi ait :* In territorio civitatis Lugdunensis, natale S. Regneberti, cujus mortem in conspectu Domini pretiosam miracula crebra testantur. *Habemus* Breviarii Lugdunensis, ad Tridentini formam cudendi pariter et recitandi Kalen-
C darium, et Vitas Sanctorum, auctore Magistro Stephano de Vernay Presbytero Lugdunensi, *cum approbatione Domini Chaumont, Doctoris Sacræ Theologiæ et Canonici Ecclesiæ Collegiatæ S. Justi in urbe Lugdunensi. Ibi ad diem eumdem* XIII *Junii, pro festo S. Ragneberti Martyris, ponitur hoc elogium.* Ragnebertus, alto Francorum genere ortus, patrem habuit Radbertum Ducem, qui complures inter Ligeris ac Sequanæ confinia provincias strenue admodum suis rexit temporibus. Hic ab ineunte ætate prudenter gerens officia hujus seculi, propter eam quam habebat in Deum summe dilectum fidem præcipuam, studebat in cunctis actibus suis ita transire per commoda temporalia, ut pervenire quandoque mereretur ad æterna gaudia promissa. Quæ et tenuit tenetque ab hac die, mucrone lanceæ transfixus; post multas persecutiones, opera jussuque Ebroini, Majoris-domus Theoderici, qui factus est Rex Francorum loco fratris Childerici anno Christi DCLXXVII. Locus in quo talem mortem, pro justitiæ cultu injuste sustinuit ab impio Tyranno, Dei et Sanctorum hoste, atque Francorum nobilitatis cruento extirpatore, Bredone olim dictus, in Lugdunensium finibus ad montana Juræ positus, divinæ glorificationis coruscationibus illustratus est. Nam ad Sancti tumulum appensæ lampades, oleum, quod lumen fovebat perenne, sine humano adminiculo producebant.

2 *Locus duplex nomine* S. Ragneberti *celebris est. Apud Segusianos, nunc Forenses appellatos, eosque Superiores, occurrit Divi Ragneberti Prioratus Ordinis Benedictini, qui parum abest a ripa fluminis Ligeris; in quo pontem lapideum majores fieri curarunt, inde vulgo* le pont de S. Rambert *nominatum, et est in Archipresbyteratu Montbrissoniensi. Alius locus :* S. Ragneberti *est in Bugesia ditione Bressiæ, ad fluviolum Albarinam, ad magnam illam viam qua itur Burgo Bellicum, inter altos montes Jurenses, Dicitur autem tam parochia sive oppidum quam Abbatia* S. Ragneberti *in Archipresbyterum Ambroniacensi esse, in Registro Beneficiorum diœcesis Lugdunensis.* F

duplex locus S. Ragnoberti.

3 *Acta Martyrii habemus varia; perfectissima sunt, quæ ex Breviario dictæ Abbatiæ* S. Ragneberti *extracta, edidit Samuel Guichenon in Historia Bressiana et Bugejana, parte quarta in Probationibus pag.* 332. *Proxime accedunt quæ nobis a Joanne Ferrando Societatis Jesu Lugduno submissa anno* MDCXLIX *sunt, ut a Domino Laboureur Præposito Insulæ Barbaræ suppeditata. In hisce deest Prologus et Epilogus, et hujus loco nonnulla de Ebroini malitia, obitu et damnatione referuntur; quæ judicamus omittenda. Tertio loco possunt censeri, quæ bis nobis fuerunt submissa ex MS. eodem Nicolai Fabri : hæc autem fere eadem extant, sed sub finem mutila, tomo primo Scriptorum Historiæ Francorum ab Andrea du Chesne p.* 265 *edita ex MS. Codice Claudii Dormieux Atrebatensis, viri mihi optime noti cum hic Insulis degeret. Apud Andream du Chesne margini adscriptæ leguntur* Idus Julii, *cum esset imprimendum* Idus Junii, *facili errore, et jam sæpius a nobis deprehenso : ob quem tamen Saussayus in Corollario ad Martyrologium Gallicanum, ad Idus Julii seu* XV *diem, aliquod elogium S. Ragneberti*

NOT. 19
Acta martyrii

A *S. Ragneberti protulit, ad Idus Junii sive* XIII *diem reducendum.*

AUCTORE G. H.

monasterium ab eo dictum

4 *Memoratus ante Guichenon, in Continuatione partis secundæ Historiæ pag.* 97, *late describit oppidum* S. Ragneberti Jurensis, *vulgo* S. Rambert de Joux, *ubi asserit,* S. Ragnebertum martyrio coronatum, sepulturæ traditum, *et* ad ecclesiam S. Domitiani translatum, *ibidem* crebris clarum miraculis hactenus quievissė; non autem in Prioratu S. Ragneberti apud Forenses sacrum ejus corpus cum corpore S. Domitiani asservari. *Non tamen falsa continuo erit Translationis historia, ad* v *Julii examinanda. Quid enim prohibet, cum S. Domitiani corpore, translatas fuisse aliquas* S. Ragneberti *Reliquias? Accrevit monasterio adjuncto summus splendor ex solis, ut videtur, miraculis S. Ragneberti cujus monasterii Abbates quatuor et triginta numerat Guichenon. Sextus eorum Humbertus impetravit Bullam a Cælestino Papa III, signatam anno* MCXCI, *qua privilegia omnia confirmantur : ubi ille ait, se loca* monasterii subjecta propriis duxisse exprimenda vocabulis; *scilicet* locum ipsum, in quo dictum monasterium situm est, cum omnibus pertinentiis suis et cum burgo adjacenti; cellam de Chamom. Ecclesiam S.

et loco illi subjectum :

B Michaelis de monte Andrico, Ecclesiam S. Petri de Villari-Cayerio, cum omnibus appenditiis earum, Cellam de Villars-Salės, Ecclesian S. Juliani de Monte-majori cum omnibus appenditiis earum, Cellam S. Mariæ de Graneriis, et Ecclesiam S. Petri de Sauciaco, Ecclesiam S. Petri de Aspero-monte, Ecclesiam S. Buldulfi, Ecclesiam de Munasco cum appenditiis earum, Cellam de S. Mariæ de Luceys, Ecclesiam S. Mariæ de Janua, Ecclesiam de Luziaco, Ecclesiam S. Desiderii, Ecclesiam de Campanieu cum appenditiis earum, Ecclesiam S. Petri de Benonzia, Ecclesiam S. Andreæ de Tenayo, Ecclesiam S. Mauritii de Argit, Ecclesiam S. Martini de Vaugiis, Ecclesiam S. Laurentii de Onciaco, Ecclesiam S. Petri de Aranda, Cellam S. Michaelis de Rupe, Ecclesiam S. Mauritii, de Langiis, Ecclesiam S. Hilarii de Turciaco, Ecclesiam S. Martini de Cleysieu, Ecclesiam S. Martini de Varey, Ecclesiam S. Mauricii de Ambutriaco, Ecclesiam S. Mauricii de Meyri, Ecclesiam S. Andreæ de Rigniaco, Cellam S. Petri de Vilieu, Ecclesiam S. Mariæ de Hospitalari, Capellam S. Magdalenæ de Loyes, Cellam S. Christophori de Burgo, Cellam S. Vincentii de Faramans, Ecclesiam S. Martini de Stingiaco cum appenditiis earum. *Hæc ibi. Integram*

C *bullam cum aliis privilegiis et exemptionibus exhibet Guichenon in Probationibus pag.* 234 *et sequentibus.*

Oppidum Marchionatu honoratum.

5 Burgum *sive oppidum* S. Ragneberti, *cum ante solis Abbatibus subesset, per quamdam commutationem, a Renero Abbate anno* MXCVI *factum, cessit Ducibus Sabaudiæ; a quibus anno* MDLXXVI *in Marchionatum erectum esse, indicat charta erectionis apud eumdem Guichenonem pag* 236. *Ipsum vero monasterium, Abbatibus Commendatariis traditum, amisit (ut solent calamitati isti subjecta) splendorem antiquum, nec parvam rerum suarum ruinam pati cogitur, teste Guichenone : qui negat ipsum unquam subjectum fuisse monasterio Cluniacensi; et Bullam in Bibliotheca Cluniacensi, attributam Innocentio II, velut sub annum* MCXXXVIII *talis subjectionis testem, revocatam vult credi.*

ACTA MARTYRII

Ex Guichenone, Chesnæo, et variis codicibus MSS.

Prologus

In omni certamine ille victor est, qui interfecerit inimicum; in nostro autem prælio nemo creditur victoriam consecutus, nisi qui fuerit interfectus. Miles in bello, si expeditius egerit, si fortius contraxerit hastam, si plures durantis dexteræ viribus dejecerit vulneratos, si gladium de hoste tulerit cruentatum, vicisse laudatur; Christianus solus, nisi in ipso certamine moriatur, minus idoneus fuisse judicatur. Mors fidei nostræ victoria est : tunc vincimus, cum occidimur : tunc laboris totiusque certaminis molestias superamus, cum animam a pectore fundimus. Novum prælium, nova disciplina pugnandi! Ille sit fortior, qui cruciatur et sustinet: ille victor, qui mortem tolerat patienter. Sanctus igitur Ragnebertus, vincendo inimicum, mortuus est, ut ad laboris sui desideratam gloriam perveniret : qui si remaneret in corpore, ejus victoriæ gloriam non haberet, quam hodie fidei suæ merito possidet conquisitam. Sustinuit parvo tempore cruciatum, sensit pœnam, quam persecutor crudeliter intulit : sed nunc illis deliciarum voluptatibus amœnatur, quæ nullo possunt humanæ æstimationis judicio definiri : sicut scriptum est, quod oculus non vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis ascendit, quæ præparavit Deus his qui diligunt eum *a*. D

a

2 Beatissimus itaque Ragnebertus, ex præcelso Francorum genere ortus nobilissimi Ducis *b* Radberti secundum seculi dignitatem filius extitit : qui E scilicet inter amnis Sequanæ atque Ligeris confinia plures provincias strenue suis rexit temporibus. Qui athleta Christi, seculo nobilissimus, sed fide nobilior; scholastico ac Dominico educatus est dogmate in aula palatii; fortis corde, promptus ingenio, armis doctus, assidue mundanæ sapientiæ floribus ornabatur undique. Dumque ab ineunte ætate prudenter gereret fortia seculi, ut post in fine claruit, diligebat attentius corde Dominum. Studebat enim in cunctis actibus suis sic transire per temporalia commoda, ut pervenire quandoque ad gaudia mereretur æterna. Cumque multos erga se conspiceret ardere invidia, magis studuit dissimulando malevolorum calcare, tendicula, quam reddere pro nequissimis nequiora.

b

Nobilis ortu et sancte institutus,

3 Igitur illis diebus extitit Miles quidam iniquissimus, Ebroinus nomine, Deo et Sanctis contrarius; qui ex infimo genere ortus, Majoris-domus honore a *c* Rege fuerat sublimatus. Huic studium erat, ut quoscumque, ex Francorum genere, alta ortos progenie nobilitatis, vidisset in seculi utilitate proficere; *d* ipsis vel interfectis aut effugatis sive sublatis de medio, tales in eorum honore sublevaret, F qui aut mollitia obligati, vel sensu debilitati aut vilitate aliqua parentelæ degeneres, non auderent ejus præceptis impiis resultare. Cumque ob hoc plures ex Francorum nobilioribus dolere contra se cerneret; callide cunctorum factiones præveniens, pertinaciter versutiis suis omnes revincebat.

injuria Ebroini,

c

d

4 Igitur ipse impiissimus Ebroinus, jam dicto Dei famulo Ragneberto imputare studuit, quod tale consilium cum duobus Palatii Proceribus, Bodone et *e* Guiscando nomine, habuisset initum, ut ipsum Ebroinum absque decreto Regis conarentur occidere. Sed cum ipse nec prodere vellet crimen, nec denegare facinus, intercedente Dei famulo *f* Audoeno, Rothomagensis urbis Pontifice, cujus fama Sacerdotii illo tempore orbem repleverat Galliæ, non est continuo interfectus; sed cuidam viro potenti, Theudofredo nomine, partibus Burgundiæ in exilium commendatur; eo scilicet factionis obtentu, ut dum in exilium missus crederetur; absque Francorum imperio latenter morte perimeretur. Sed disponente Deo, in cujus manu hominum corda consistunt; ipse vir nobilis, cui fuerat ad mortem traditus, miseratione compunctus, eum magis vivum servare studuit, quam feralia præcepta Ebroini Principis in ejus sanguine adimplere.

e

f

ablegatur in partes Juranas,

A 5 Igitur hoc divina clementia actum est, cujus judicio purgantur cordis occulta, ut dum mors justa suspenditur, famulus Dei Ragnebertus, Martyr futurus, per pœnitentiam purgaretur; *ubi pietati ad tempus vacans,* dumque fuisset paucorum annorum tempore in relegatione exilii, toto corde conversus ad Dominum, quod fragili conversatione maculaverat seculum, lavit lacrymis atque orationibus sui cordis cubiculum. Interea cum jam promissum tempus propinquaret, ut beatus vir transferendus de seculo, Christi præsentaretur obtutui; iterum cruenta bestia serpentino sibilo misit mandata, ut absque dilatione sanctum Dei famulum interficerent. Cumque ministri illius, licet inviti, suscepissent eum, ut implerent mandata Tyranni; duxerunt eum per quoddam desertum, in confinio videlicet Lugdunensis territorii Juræ vicinum. Deducentes itaque eum, ignari venerunt nocte ad quemdam locum *g* Bebronne vocabulo, ubi quidam Dei famulus, nomine Domitianus, religionis obtentu in honore *h* S. Genesii Martyris, dum in ipsa cremo sanctorum Patrum viveret exemplo, arctum con- *ad desertum abductus,* B struxit oraculum. Deprecatus ergo athleta Christi se ducentes est, ut eum in ipsa ecclesia in orationem agere permitterent. Cumque hoc illi nullatenus præstitissent, intellexit Dei servus, quod se ad mortem deducerent: quare permittentibus carnificibus, in loco, ubi erat, suam orationem complevit: qua consummata gladiatoribus dixit: Ecce quod jussum est *i* adimplete, sed deprecor per Dominum, ne fatigationem faciatis mihi longius. Cumque eum super quemdam lapidem sedere fecissent, unus ex his mucrone lanceæ vitam illius extorsit. *et lancea transfigitur.* Redeuntes ab scelere, cultoribus dixerunt oraculi, quoddam se in vicino invenisse corpusculum; atque hortati sunt, ut mercedis obtentu eum studerent mandare sepulchro: qui requirentes corpus sanctissimi Martyris, diligentissime sepulturæ tradiderunt.

6 Itaque, juxta vocem Prædicatoris egregii, incomprehensibilis est altitudo divitiarum sapientiæ Dei; *Rom. 11, 33* Sacerdos namque ille, qui ejus confessionem susceperat, dum in exilio esset; per septem annorum curricula pœnitentiam ei indixerat agendam, *post annos 14* quod quia ante dictum terminum mors immatura prævenit, bis septem annorum spatio transacto, tunc primum ad illius tumulum divina virtus effulsit. C Sepultus quidem fuerat in ecclesiæ porticu, sed virtute se publicante miraculis, a fidelibus est exinde translatus, atque in ecclesiæ templum juxta *k* Reliquium Sancti Dei constitutus. *ob miracula celebris transfertur in ecclesiam.* Inde crebra committuntur miracula ad sepulcrum B. Ragneberti Martyris. Recipiunt ibi cæci visum, claudi gressum inveniunt, fugatur turba dæmonum, expelluntur frigores, dolor dentium sævus: præstantur ex fide petenti divina solatia.

7 Inter cetera miracula, quæ Dominus ob meritum gloriosi Martyris Ragneberti operari dignatur, plurimo tempore de sepulcro ejusdem sanctissimi sui Militis fluere oleum fecit, *de sepulcro ejus fluit oleum.* in lampadibus ibidem constitutis; de quo oleo quisquis in quacumque infirmitate detentus fuit, ægritudine fatigatus, statim ut per manus fidelium loci illius ex ipso olei liquore contactus est, pristinam meruit recipere sanitatem *l*.

8 Et quia Ἔλεος Græce, Latine Misericordia nuncupatur, recte divina dispensatione actum est, *quo misericordia Dei indicatur.* ut pietatis opera per olei unctionem exercerentur. In veteri enim et novo Testamento, benedictionis oleo Reges et Sacerdotes atque Prophetas consecratos esse, manifestum est: quod quid allegorice signet, plura Doctorum documenta demonstrant. Hinc namque de antiquo Israelitico populo scriptum est, *Deut. 32, 13* Suxerunt mel de petra et oleum de firma petra. Hinc Paulus ait: Petra autem erat Christus. Si D igitur petra Christus, atque de firma petra oleum; antiquus ille Dei populus suxit miraculum, *Ex MSS* quod ad gloriam Martyris sui Christus ex oleo de petra sepulcri producto demonstrare dignatus est. *1 Cor 10, 3* Digne enim misericordiæ adscribi congruit, ut fiducialiter ejus fideles, etiam durioribus adversisque casibus, de ejus pietate præsumere non dubitent: scientes pro certo, quia misericordiæ ejus, secundum nomen ejus, super timentes eum semper. Allidamus igitur et nos parvulos cogitatus nostros ad petram, juxta Psalmistam; *Psal 36, 9* ipsamque petram intelligamus esse Christum. Ast cum spe veniæ ejus clementiam imploremus, ut beatissimi Ragneberti Martyris sui meritis ad gaudia, quæ fidelibus repromisit, nos misericorditer perducere dignetur. Miracula autem prælibata, licet (instante jam tempore Antichristi, cum faciem ut scriptum est, præcedet egestas) *Job 41, 13* cessare videantur, præstantior tamen sanitas animarum semper ejus meriti obtentu præbetur. Cessare autem divina miracula, videlicet ibi ad sanctum ejus tumulum vel alias, nostrorum enormitas peccaminum facit, qui post revelatam Christi gratiam retro sumus conversi. De ipso quippe Domino Jesu Christo scriptum est: E Quia propter obdurationem infidelis populi nullam in Capharnaum potuerit patrare virtutem. Nos ergo non sumus digni ut illo favore beatissimus Martyr nos foveat aut consolari dignetur, qui priores nostros lætificare consueverat: et tamen credendum non est, quod minor ejus sit potentia, aut minus valeat ejus apud Deum intercessio, quam si miracula frequentaret. Hæc succincte perstrinxisse sufficiat.

ANNOTATA G. H.

a *Hujus Prologi loco, apud Chesnæum et in MS. Fabri, iste est.* Spiritu sancto intonante per Psalmistam dicimus: Dextra Domini fecit virtutem. Unde in laudem Redemptoris, qui in omnium Sanctorum est virtute mirabilis, augmentum capere dignoscitur devota mens fidelium, dum ecclesiæ frequentans oraculum, audit miracula Martyrum, per ostensionem virtutum. Sanctus igitur Ragnebertus *etc. In MS. Ferrandi uterque Prologus deest, cum voce igitur,* aut itaque, *in principio.*

b *In MS. Ferrandi* Ragdeberti.

c *Sub Theoderico, post necem Childerici, anno* 673 *in regnum recepto.*

d *Apud Guichenonem ponitur accusativus quasi pro ablativo absoluto, propter accusativum præcedentem: quod etiam infra continuatur per relativum,* quos *etc. ubi Grammatica Latina nominativum requireret: est autem hic Græcismus, non insolens Latinis medii ævi scriptoribus.*

e *Chesnæo,* Unniscando: *in MS. Fabri* Uniscando.

f S. Audoneus *colitur* 24 *Augusti, mortuus anno* 683, *Pontifex* urbis Rothomagensis *creatus anno* 640; *Chesnæo,* Rodomæ.

g Bebronna, *Chesnæo et MS. Ferrandi* Brebone. *In antiqua Vita S. Domitiani* I *Julii* Bebronnensis locellus *dicitur; Saussayo* vallis Vebrona. *Vixerat* S. Domitianus *annis circiter ducentis ante* S. Ragnebertum.

h *Colitur* S. Genesius Martyr 25 *Augusti, prope cujus altare* S. Domitianus *fuerat depositus.* F

i *Guichenon et MS. Fabri,* adimpletum est.

k *Idem* juxta sancti Dei analogium. *MS. Ferrandi, juxta* elogium analogium, *ubi primum verbum est superfluum.* Analogium *vero est pulpitum, in quo legitur Evangelium aut etiam populo explicatur.*

l *Hic desinit MS. Ferrandi, subjectis nonnullis de Ebroini malitia, et damnatione ad mortem; quæ omittuntur. At pleraque apud Chesnæum de miraculis sunt contracta,*

A *contracta, et reliqua desunt. In MS. Fabri adjunguntur nonnulla ex Epistola S. Jacobi de Vastatione agrorum, et nonnulla alia loca Scripturæ, sic autem finitur :* Justi fulgebunt sicut sol in regno patris eorum, quantum est ineffabilis alta Redemptoris potentia, quæ tanta per servum suum ostendit mundo miracula. Cui est honor et gloria cum Patre et Spiritu sancto etc. D

DE S. PSALMODIO EREMITA

G. H.

IN LEMOVICENSI GALLIÆ DIOECESI.

De cultu Sancti et vitæ elogiis.

SEC. VII.

Cultus.

Gaufredus, cœnobita monasterii Divi Martialis Lemovicensis, dein Prior Vosiensis anno MCLXXVIII *creatus, scripsit Chronicon, a Philippo Labbe Tomo 2 Novæ Bibliothecæ excusum, in quo cap.* 15 *agit* de Sanctis in Episcopatu Lemovicensi præclarioribus ; *et inter alios* Aenti-monasterio, Beatum Psalmodium *assignat. In Breviario Ecclesiæ Lemovicensis, (quod habemus auctoritate Raymundi de la Martonie Episcopi anno* MDCXXV *editum) ad hunc diem* XIII *Junii præscribitur* festum B SS. Psalmodii et Antonii de Padua Confessorum, *sub ritu duplici celebrandum, et hæc de utroque recitatur Oratio :* Deus qui nos Beatorum Psalmodii et Antonii, Confessorum tuorum, annua solennitate lætificas, concede propitius ; ut quorum natalitia colimus, etiam actiones imitemur. *Dein* in primo Nocturno leguntur Lectiones de Scriptura occurrente. In secundo Nocturno Lectio quarta *recitatur ista :* Psalmodius, Gregorio Magno æqualis ætatis aut supparis, in majori Britannia claro genere natus, Brandani Abbatis sanctissimi discipulus relicta patria, quo liberius rerum divinarum contemplationi incumberet, in Lemovicensi solo, non longe ab Aenti-monasterio, secessum elegit. Ibi cum latere vellet vir sanctus, et solum Deum inspectorem quæreret, eum ita crebra miracula prodiderunt, ut propter populi conventientis frequentiam ab iis coactus destiterit. Ad extremum, vitæ cursu cum admirabili sanctitate confecto, Idibus Junii ad Beatorum sedes evolavit : cujus corpus, miraculis insigne, Aenti-monasterii, ubi summa religione colitur, conditum est. *Lectio* V *et* VI *de S. Antonii Vita. In tertio Nocturno Homilia et Evangelium,* Sint lumbi. *Vesperæ a Capitulo* de S. Basilio, Commemoratio SS. Psalmodii et Antonii. *De hoc infra* C *agemus, et de* S. Basilio *sequenti die* XIV *Junii.*

Encomium ex Breviario Lemovicensi.

2 *Andreas Saussayus, ad hunc eumdem* XIII *Junii, ex jam relatis Lectionibus, mutata hinc inde phrasi, encomium formavit : et quia legerat, quod* propter populi frequentiam ab iis, *scilicet miraculis,* coactus distiterit ; *festinanti calamo scripsit, quod* propter populi frequentiam hinc recedere coactus sit, atque remotiorem sibi deligere stationem. *Idem Saussayus in Supplemento, ad diem sequentem* XIV *Junii, aliud elogium habet, ob variatas circumstantias hic addendum.*

Aliud ex Saussayo,

3 In Silva, *inquit,* de Grya agri Lemovicensis depositio S. Psalmodii Confessoris et Eremitæ ; qui in Scotia nobili prosapia editus, discipulus S. Brandani Abbatis, a puero ejus piis informatus institutis, cum triduo marinis fluctibus jactatus, sed divina gratia liberatus ab exitio [esset], Magistri sui monitu in Galliam trajecit, atque ad S. Leontium Sanctonensem Episcopum, fama religionis celebrem, accedens, susceptis ab eo ineundæ compendioso tramite vitæ cœlestis in terra ignotæ consiliis, jam divinæ virtutis coruscatione illustratus, cæcæ mulieri gratam luminis usuram refudit : septimoque ultra Rastratum milliari Gallico, in silva præindicata secretam tantum ab hominibus, quantum Deo notam et placitam vitam instituit : ubi multis signis et virtutibus clarus, ac potissimum psalmorum (unde revexit vocabulum) modulatione delectatus, post sanatam aqua benedicta Ducis Aquitaniæ filiam, potens in morbos, bestias et dæmones, pretiosa morte cœli gaudia comparavit. Cujus corpus e silva ad S. Stephani collegialem Ecclesiam de Aenti-monasterio delatum, et capsa argentea donatum, honestissime asservatur et colitur. E *Hactenus ille. Simon Martin, citato utroque loco Saussayi et Breviario Lemovicensi, Gallicum encomium in sacratis Reliquiis deserti pag.* 454 *formavit. Eumdem hoc* XIII *Junii celebrat Ferrarius,* ex Kalendario Lemovicensi et monumentis Ændi-monasterii, ab urbe Lemovicensi XIV M. P. distantis.

qui alibi varias circumstantias addit

4 *Locus natalis dicitur* Britannia magna, *prout etiam Hiberniam comprehendit ; in qua vixerunt, tam* Brandanus, Abbas Birrensis *in Momonia, anno* DLXXI *vita functus* XXIX *Novembris ; quam* Brandanus, Abbas Cluainfertensis, *mortuus anno* DLXXVII, *die* XVI *Maji ; ad quem diem Acta ejus illustravimus. Horum alterius potuit discipulus fuisse* S. Psalmodius, *et sic æqualis ætatis aut supparis fuisse cum S. Gregorio Magno, Pontificatu et vitæ functo* XII *Martii anno* DCIV. *Sed quod Saussayus in secundo elogio velit, eum* monitu Brandani in Gallias, trajecisse, atque ad S. Leontium Sanctonensem accessisse, *non consistit : quia* S. Leontius, *cujus Acta dedimus* XIX F *Martii, floruit seculo post Brandanum sequenti, et anno* DCXXIV *aut sequenti interfuit Concilio Remensi sub Sonnatio Episcopo. Porro hujus decessor Palladius saltem adhuc vixit anno* DXCVI, *quo S. Gregorius Magnus Indictione* XIV *misit illi Reliquias. Videtur Saussayus ea hausisse ex Menologio Davidis Camerarii Scoti, qui eum Scotum facit,* Psalmetum *appellat, et asserit fratrem fuisse S. Machali sive Maclovii, a S. Leontio suscepti et adjuti, uti ad hujus Leontii Vitam diximus. Præterea ait Camerarius, eum* fluctibus pelagi oppressum non sine miraculo liberatum. *Quæ vellemus aliunde confirmari : propter notam nobis Camerarii levitatem ad quidlibet in gentis suæ laudem comminiscendum, vel saltem credendum absque idoneo teste.*

non facile probandas.

DE

DE S. FANDILA PRESBYTERO

MONACHO ET MARTYRE CORDUBÆ;

G. H.

Synopsis prævia de cultu et tempore.

ANNO DCCCLIII.

Pergimus illustres Martyres, Cordubæ sub Saracenis passos, proponere. Ex his dedimus die III hujus mensis Junii, S. Isaacum Monachum; die V, S. Sancium adolescentem, in aula regia educatum; et die VII, SS. Petrum Presbyterum, Walabonsum Diaconum, Sabinianum, Westrebundum, Habentium, et Hieremiam; quibus ad hunc diem addimus S. Fandilam, Monachum et Presbyterum; *plures deinceps daturi.* Monachus *hic fuit* in Tabanensi cœnobio, *sito in partibus Aquilonis, inter prærupta montium, septem ab urbe milliaribus, sed postea a Saracenis destructo, Monachis in urbem confugientibus, ut docet S. Eulogius lib.* 3 *cap.* 10. *Monachus,* Presbyter *seu* Sacerdos *creatus est*, rogantibus Monachis cœnobii S. Salvatoris et præjudicio Abbatis: B *Sacerdos,* *sub Rege autem Mahomad, filio et successore Abderrahamen Regis, mortui anno* DCCCXXXIX: *filius autem ejus Mahomad regnavit usque ad annum* DCCCLXXIV, *Martyr anno 853.* *sub quo Æra* DCCCXC, *sive anno Christi* DCCCLIII, *martyrio coronatus est die* XIII *Junii, uti constat ex Actis* SS. Anastasii, Felicis et Dignæ, *proximo post* S. Fandilam *die coronatorum. Acta edidit S. Eulogius, lib.* 3 *Memorialis Sanctorum: ex cujus cap.* 1 *et* 6 *aliqua præponimus, et deinde plura ex cap.* 7 *referimus; ex cap.* 8 *subjuncturi, ad diem sequentem, martyrium SS. Anastasii, Felicis et Dignæ.* *Acta auctore S. Eulogio.* *Usuardus, qui eodem tempore vixit,* S. Fandilam *suo Martyrologio inscripsit his verbis*: Eodem die *Idibus Junii,* S. Fandilæ Presbyteri, qui apud Cordubam civitatem, capite amputato, martyrium sumpsit. *Secuti sunt Petrus de Natalibus lib.* 5 *cap.* 147, *Bellinus, Grevenus, Molanus, Maurolycus, Galesinius, Canisius, et cum iis varia Martyrologia, tam manu scripta quam typis cusa, ac potissimum Romanum, in quo ista leguntur.* *Martyrologia* Cordubæ, S. Fandilæ Presbyteri et Monachi, qui in persecutione Arabica, amputato capite, pro fide Christi martyrium subiit. *Plura etiam ex Actis proferunt Ambrosius Morales, ortu Cordubensis, lib.* 14 *Historiæ Hispaniarum cap.* 19; *Joannes Marietta, lib.* 3 *Historiæ Ecclesiasticæ de Sanctis Hispaniæ cap.* 8; *Villegas in Floribus Sanctorum; Martinus de Ria, de Sanctis Cordubensibus fol.* 94 *et sequentibus; ubi nonnulla subjungit, quæ ex Hispanicis,* C *et Acta Hispanica.* *Latine edidit Joannes Tamayus Salazar in Martyrologio Hispanico, ad hunc diem* XIII *Junii, quæ et nos subjungimus. Ferrarius, nescio qua ex causa,* Fandilam *retulit ad diem* XVI *Junii.*

ACTA MARTYRII

Auctore S. Eulogio in Memoriali Sanctorum.

Lib. 3 cap. 1 *Post Christianos e palatio ejectus,*

Adepto Mahomad patris imperio, confestim in promptum odium contra nos prorumpens, ipso die, quo fascibus infulatus, solium regnaturus conscendit, Christianos omnes palatio abdicans, indignos aulæ principali ministerio promulgavit. Quos iterum post, non longo intervallo, sub tributario censu præscribens, plures præmio regali privavit, qui dudum militaribus vescebantur annonis. Et quia scriptum est: Secundum judicem populi, sic et ministri ejus; ipsis per idem tempus gubernacula urbis committit, qui consimili zelo controversiæ adversum Dei populum laborantes, eum ubique affligerent, everterent et opprimerent: ut non solum Vatem suum nullatenus infamari præsumerent, verum etiam terroribus compulsi abominabilem confiterentur culturam. Sic quoque mœror importabilis, et persecutio truculenta undique, nobis obvians, plerosque prævaricationis laqueo immergebat.

Eccli. 10, 2

2 His interim imminentibus malis, et hujuscemodi ærumnis Ecclesia vapulante, ferunt ob hoc Regem ingenti crapulatum lætitia, ampliora fidelibus scandala irrogaturum se promittere, et dira incursatione molestiaque contriturum, si commodum regnandi successum diutius obtineret: adeo ut plerique Procerum, olim decedentium Martyrum subsannantes constantiam, nobis referrent; Quo nunc abiit illa vestrorum virtus Agonistarum? quo aufugit magnanimitas? quo absorpta temeritas delitescit? ubi se enervata fortitudo abduxit? qui dudum concitis gressibus certatim ad expugnandum Dogmatistem nostrum occurrentes, debita ultione perempti sunt. Nunc adsint, nunc venient, modo properent, si divinitus inspirati illud in veritate conservant certamen.

Cap. 6 et insultationem Procerum contra Martyres, E

3 Dum ergo in nos hujuscemodi irrisionibus insultarent, et hoc deludio nostram pene consummatam cladibus fatigarent miseriam; adolescens quidam Fandila, ephebus aspectu decorus, honestate vitæ probabilis sanctus et timoratus Presbyter, has cædes sævaque discrimina, ostium aditumque primus exercendi martyrium, sub hujus tyranni privilegio, patefecit. Hic itaque ex urbe Accitana progenitus, Cordubam discendi gratia veniens, totam pene pubertatem ibidem sub pædagogi traditione peragens; confestim ut adolescentiam adiit, monastica oblectatus conversatione, illico Monachis se, Deo jugiter militaturus, admiscuit. Qui aliquibus locis peragratis ac demutatis, in quibus ardens devota mens requiescere non poterat, ultimo se in Tabanense cœnobium contulit. Ibi aliquamdiu sub regulari disciplina vel regimine Abbatis Martini demorans, perfectius in timore Domini claruit.

Cap. 7 S. Fandila Accitanus Cordubæ studet.

Monachus Tabanensis, F

4 Et quoniam summæ humilitatis magnæque obedientiæ erat, idcirco gratia sanctitatis, qua cœlitus refulgebat, diu implorantibus Monachis cœnobii sancti Salvatoris, quod haud procul a civitate Cordubæ in parte Septemtrionis ad radicem Mellaris pinnaculi situm est, ad officium Sacerdotale præelectus invite, et (ut ita dixerim) violenter, instantia vel præjudicio Abbatis sui, sanctum ministerium suscipit; et nihilominus jejuniorum, vigiliarum, orationumque solito propensius labores adaugens, ambulabat de virtute in virtutem, visurus Dominum in Sion, scalis meritorum evectus. Cujus venerabilem vitam, cunctisque necessario imitabilem conversationem, cum affatim digno laudum præconio, eorumdem Fratrum atque Sororum, quibus præerat, relatione pandatur; eo tamen magnificentius declaratur, quo florentissimam juventutem animo robustiore transgrediens, gladio martyriali non cunctatus fuerit subdere.

et Sacerdos ad S. Salvatoris,

5 Igitur comitante ipsum perfectione timoris Domini

Ex MSS.

Evangelium prædicat :

A Domini, cum omnia terrena despiciens mentem cœlo suspenderet, cuperetque dissolvi melius, et cum Christo manere, quam rebus hærere caducis ; quodam die obfirmato vultu Judici astans, prædicat Evangelium, impudicum exprobrat vatem, cœtumque noxiæ combinatum culturæ pædoribus (nisi resipiscens pietatis fidem apprehendat) ultricibus luiturum pœnarum incendiis protestatur. Hinc carcere trusus, et vinculis coarctatus, latronum mansionibus alligatur, principali postmodum sententia decollandus.

carceri inclusus,

6 Quod factum Judex regio intimari auditui non differens, accenditur igne furoris immensi ; et quodam hebetatus horrore, miratur stupidus, quæ esset illa victrix audacia, quæ tantæ gloriæ non expaverit Regem ; tamque sublime varitate et superbia caput, atque (ut se putabat) super omnia excellens, talibus non reverentiæ ansibus propulsaret. Quamobrem eodem momento sub voce terribili, Episcopum comprehendi decernit : sed ipse, fugæ præventus remedio, salvatur : nam, ut ferunt, jam tunc eum, nulla intercedente dilatione, punire decreverat. Jusserat etiam omnes Christianos generali sententia perdere, feminasque publico distractu dispergere, B præter eos qui spreta religione ad cultum suum diverterent. Et nisi hoc edictum consultu Satrapum quassaretur (qui pro eo quod nullus sapiens), nemo urbanus, nullusque procerum Christianorum hujuscemodi rem perpetrasset, idcirco non debere universos perimere asserebant, quos non præit personalis dux ad prælium) exhinc credo jam funditus Christianismum nostrum partim gladio, partim prævaricatione extingueret. Fortissimum D vero athletam gladio interficiens, patibulo ultra amnem suspendi præcepit.

post Episcopum fuga elapsum,

occisus suspenditur.

7 *Hactenus Eulogius : quibus ex Martino de Roa ista adjungit Tamayus Salazar.* Notandum quod civitas Accitana, hodie Guadix, solenne illi festum indixit, opera D. Joannis de Fonseca, ejus sanctæ Ecclesiæ Episcopi, instante Doctore Didaco a sancta Cruce et Saavedra, Cathedralis illius Præcentore. Qua in festivitate civitas ex voto interest, et inter cives Confraternitas opulenta erecta est : quam etiam probavit P. Joannes Covarruvias, ipsius Ecclesiæ Præsul.

In urbe Accitana festum et Confraternitas.

8 Nec tantum erga sanctum Christi Martyrem amorem, Deus insolutum relinquere voluit : quia sancti Martyris intercessione plura miracula, in ægrotantium salutem, perficere curavit : inter quæ illud celebre cujusdam pueruli Accitani, morbo comitiali laborantis, qui auditis campanarum clangoribus, in Vesperis festivitatis ejusdem, Missa oblata et dicta, sanatus est. Simili laborabat morbo Maria de Buiza, Virgo sanctimonialis ex regula Minorum, in monasterio S. Jacobi in eadem urbe ; quæ voto sancto Martyri oblato, tandem sanitatem integram recepit. Per plures annos grandinis tempestas, prope diem sancto Martyri dicatum, vinearum pagos E deturpabat, ita ut omnia penitus depasceret. Hinc quidam agricola, sancti Martyris intercessionibus confisus, Crucem cum beati Martyris nomine scripto, in eminenti pagi rupe, constituit : qua defixa imposterum nulla est exorta tempestas.

Curati morbi comitiales.

sedata tempestas grandinis.

DE BEATO GERARDO

FRATRE S. BERNARDI, MONACHO CLARAVALLENSI,

COMMENTARIUS PRÆVIUS

De cultu, Vita, et Sepultura ejus.

G. H.

AN. MCXXXVIII.

Joannes *Grothusius*, Westphalus, *Societatis Jesu, vir eximiæ virtutis, caritatis, humilitatis, et excellentis doctrinæ (uti in Bibliotheca Societatis Jesu docet Nathanael Sotuellus pag. 457) inter* C *alia monumenta, quæ submisit studiis nostris addictissimus, anno* MDCXXXVII *descripsit Embricæ, ex libro MS. bibliothecæ Societatis Jesu, quæ hic subjicimus Acta : quibus iste titulus a transcriptore præfigebatur :* Vita Beati Gerardi, Fratris S. Bernardi, et in Clara-valle Cellerarii, Ordinis Cisterciensis Religiosi, *conscripta per quemdam Clara-vallensem Religiosum et relata in librum tertiæ Historiæ selectæ* Ordinis Cisterciensis. *Hanc nos Historiam integram nancisci cupientes, sub spe plura ejusmodi inde hauriendi, Embricam aliquoties ad nostros scripsimus ; sed responsum est semper, non reperiri amplius. Cum ecce ex Gallia adfertur Bibliothecæ Patrum Cistercientium, in monasterio Bonifontis, anno* MDCLX *et sequentibus impressa tomis octo; quorum primus, post* Exordium cœnobii Cisterciensis, *exhibet* Magnum Exordium Ordinis*; cui in MS. Fusniacensi invenitur adscriptum ;* Istum librum composuit, quidam Abbas, Conradus nomine, Everbacensis cœnobii *(est hoc in diœcesi Moguntina)* qui fuit Monachus Claræ-vallis ; *idque, ut ostendit impressionis curator Bertrandus Tessier circa annum* MCLXXX, *annis scilicet* XL *post mortem* Gerardi. *Hujus operis* Distinctio III, de quibusdam S. Bernardi fratribus et discipulis, aliisque Claræ-vallis Religiosis, *præfert in fronte* Caput I, de Domno Gerardo, fratre S. Bernardi, Cellerario Claræ-vallis, *idem verbotenus quod a Grothusio descriptum acceperamus : proinde dubitare vix possumus, quin typis editum habeatur totum, quod antea latuerat in manuscriptis.*

Vita ex MS. et impresso Exordio Ordinis.

2 *Præcipuas* Gerardi *virtutes, in sermone* XXVI *in Cantica Canticorum explicuit ipse S. Bernardus : quem sermonem Aloysius Lipomanus vulgavit, tomo primo Sanctorum priscorum Patrum, pagina* 486 *et sequentibus, sub titulo* Vitæ Gerardi monachi : *ejusque exemplo eumdem Sermonem insertum habemus, ad hunc* F XIII *diem Junii, secundæ et tertiæ editioni Surianæ. Ipsum* Gerardum *ad dictum diem retulerunt Molanus in Auctario Usuardi, Arnoldus Wion, Dorganius, Menardus, Bucelinus in Fastis Benedictinis, Chrysostomus Henriquez, Chalemotus, et Auctor Kalendarii Cisterciensis Divione excusi, uti et Ferrarius in Catalogo generali. Demum illustris memoraria ipsius servatur in Vita S. Bernardi, auctore Guilielmo Abbate S. Theodorici ; et tomo primo Annalium Cisterciensium, ab Angelo Manrique editorum.*

Memoria in fastis.

3 *Hic ad annum* MCXXXIII (*quo vita functus Gerardus prædictus est) cap.* 5 *num.* 6 *asserit,* sacras corporis ejus exuvias, uti et fratrum, hodie eumdem illustrare tumulum, lapideo velut tabernaculo surgente contra ecclesiam, et marmoribus appensa tabella *indicari hoc modo :* Sub isto ædificio, quod est contra ecclesiam in cœmeterio Abbatum, columnis lapideis et arcubus fabricato, in dextera parte præsentis

Inscriptio sepulcralis.

A sentis sarcophagi, continentur ossa felicis recordationis Fratrum germanorum Patris nostri Bernardi, nec non Galdrici de Tallione avunculi ipsius : qui spretis nobilitate generis, et potentia seculari, quibus plurimum eminebant, ac Monachi facti, Claramvallem in suo sanguine fundaverunt et monachalis perfectionis exemplar suis posteris reliquerunt.

VITA

Ex Magno Exordio Ordinis Cisterciensis.

Auctore Conrado monacho Claravallensi, postea Abbate Everbacensi.

Prologus.

Jam vero ad seniores, qui, sub beatissimo Patre nostro Bernardo et deinceps, in Claravalle claruerunt, stylum vertamus : viros vere religiosos, contemptu seculi sublimes, ordinis æmulatione ferventes, diversorum charismatum gratia tamquam sidera cæli relucentes, sanctæ contemplationis studio sine tædio mentis invigilantes ; qui nomen et habitum Monachi sanctis moribus et optima conversatione decoravere : quia, ut hoc quod dicebantur vere essent, admirabili devotionis instantia laboravere. B Quorum primum, tamquam primogenitum, quod in Lege Domino offerri præcipitur, non immerito ponemus Dominum Gherardum, quondam Claræ-vallis Cellerarium, germanum fratrem sancti Patris nostri Bernardi, plurimumque ab eo dilectum ; qui quanto difficilius in initiis conversioni [consentire] visus fuit, tanto tenacius postmodum in omni conversatione sua ejusdem conversionis exemplis adhæsit. Cum enim servus Dei Bernardus in adolescentia, tamquam tenerrimus ligni vermiculus, delicatus existens, Spiritu sancto præventus, mundum ad fortem mittere proposuisset, et conversionis gratiam mente conceptam Domino vovisset, eodem quoque Spiritu inflammatos conversionis socios quaquaversum colligebat.

Gerardus. S. Bernardo reluctans, a

2 Et cum jam ceteri fratres ejus salutaribus monitis assensum præbuissent *a*, Gherardus salubre consilium difficilius admittebat ; quia cum esset Miles, in armis strenuus, juventutis robore validus, magnæ prudentiæ, benignitatis eximiæ, et qui ab omnibus diligeretur ; radicem cordis hujus mundi pompis et vanitatibus altius infixerat. Cumque obstinato animo fratris sui monita repelleret ; Bernardus, fide jam igneus, fraternæque caritatis zelo C mirum in modum exasperatus ; Scio, inquit ; Scio, sola vexatio intellectum dabit auditui. Et ecce præsentialiter in latere fratris sui lancea infixa apparuit, præsagium futurorum : moxque digitum loco lateris, in quo lanceam solus ipse videbat, apponens ; Veniet, inquit, dies, Veniet, cum lancea lateri huic infixa pervium faciet iter ad cor tuum consilio salutis tuæ quod aspernaris ; et timebis quidem, sed minime morieris. Sic dictum, sicque factum est. Paucissimis namque interpositis diebus, circumvallatus ab inimicis, capitur et vulneratur, juxta verbum fratris sui ; lanceamque ipsi lateri eidemque loco, quo prædictum fuerat, infixam trahens ; et mortem quasi jam præsentem perhorrescens, clamabat ; Monachus sum, Monachus sum Cisterciensis. Nihilominus tamen etiam in custodia reclusus est. Porro de vulnere, præter spem, cito convaluit ; propositum vero seu votum, quod voverat, non mutavit. Cumque frater ejus laboraret ut erui posset, sed nil proficeret ; Gherardus magis ac magis contristatus, anxiari cœpit ; eo quod votum quod voverat, reddere prohiberetur ; quodque, cum liberum sibi fuisset, amore seculi delectatus, vovere et reddere contempsisset. Bernardus vero, cum nec

ex ejus præsagio

vulneratus et captus

loqui ei permitteretur, accedens ad carcerem, clamavit : Scito, frater Gherarde, quia ituri sumus in isto proximo, et monasterium introituri : tu vero, quandoquiquem exire non licet, hic Monachus esto ; sciens, quod vis, et non potes, pro facto reputari. D

Ex MSS. voret Ordinem ingredi :

divinitus liberatus,

3 Aliquanto itaque tempore in carcere clausus et compedibus vinctus, didicit, durum esse sibi contra stimulum gratiæ Dei recalcitrare. Didicit, inquam, fellea dulcedo amoris hujus seculi, quantis calamitatibus, quantis amaritudinibus repleatur. Demum cum sufficienter et salubriter pro obstinatione sua castigatus a Domino fuisset, quadam nocte audivit in somnis vocem, dicentem sibi : Hodie liberaberis *b*. Eadem itaque die circa vesperam divinitus compedes ejus confracti sunt, claustra etiam carceris sponte reserata sunt : exiensque Gherardus per medium illorum qui se captivaverant et recluserant, liber incedebat : sicque a gemina captivitate, corporis scilicet et animæ, magna Dei misericordia liberatus (ita ut ex sententia dicere posset, Virga tua et baculus tuus, Domine, ipsa me consolata sunt ; cum fratribus suis ceterisque, qui in eadem spiritualis militiæ sacramenta juraverant, Cistercium venit : tanto humilius et devotius votum, quod voverat, Domino redditurus, quanto ex sola divina gratia et E voluntatem vovendi et ejusdem voti facultatem implendi, tam manifesto miraculo edoctus, sibi inesse sciebat.

b cum fratribus Cistercium venit :

Ps. 22, 4

c in Claravalle Cellerarius statuitur :

4 Postmodum vero, cum reverendissimus Pater *c* Stephanus, Cisterciensis Abbas, Bernardum et Fratres ejus cum aliis viris religiosis, ad ædificandam domum Claræ-vallis, misisset, ipsumque venerabilem Bernardum ceteris præfecisset Abbatem ; Dominus Gherardus in eadem domo Cellerarius constitutus est. Quam vero strenue, quamque prudenter et humiliter officium sibi creditum administraverit, melius ipsius B. Bernardi verbis quam nostris explicabimus. Cum post obitum ejus idem venerabilis Abbas, nobili illa sua facundia, sermonem piissimo luctu plenum, in conventu Fratrum faceret, inter cetera sic ait.

5 Scitis, o filii, quam justus sit dolor meus, quam dolenda plaga mea. Cernitis nempe quam fidus comes deseruit me, in hac via qua ambulabam ; quam vigil ad curam, quam non segnis ad opus, quam suavis ad mores. Quis ita mihi pernecessarius? cui æque dilectus ego? Frater erat genere, sed religione germanior. Dolete quæso vicem meam, quibus hæc nota sunt. Infirmus corpore eram, et F ille portabat me ; pusillus corde, et confortabat me ; piger eram et negligens, et excitabat me ; improvidus et obliviosus, et commonebat me. Quomodo mihi avulsus es? quomodo mihi raptus e manibus, homo unanimis, homo secundum cor meum? Amavimus nos in vita, quomodo in morte sumus separati? Amarissima separatio, et quam omnino non posset efficere nisi mors. Quomodo enim me vivum vivus destereres? Omnino opus mortis, horrendum divortium. Quis enim tam suavi vinculo nostri non pepercisset amoris, nisi totius suavitatis inimica mors?

Sermo 26 in Cant.

adjutor primarius S. Bernardi,

6 Ad omne quod emerserit, respicio Gherardum, ut consueveram ; et non est. Heu? tunc ingemisco. Miser sum ; homo sine adjutorio. Quem consulam in ambiguis? cui in adversis fidam? quis portabit onera? quis pericula propulsabit? Nonne ubique gressus meos Gherardi oculi anteibant? Nonne tuum, Gherarde, pectus curæ meæ notius, quam meum ipsius habebant? familiarius incursabant, acrius urgebant? Nonne in lingua illa tua placabili et potenti me a sermonibus seculi frequentissime vendicabas, et amico reddebas silentio. Dominus dederat illi linguam eruditam, ut sciret, quando deberet perferre

EX MSS.

A ferre sermonem. Ita denique, in prudentia responsionum suarum, et in gratia data sibi desuper, et domesticis satisfaciebat et externis, ut pene me nemo requireret, cui prior forte Gherardus occurrisset: occurrebat autem adventantibus, opponens se, ne subito meum otium incursarent. Si quibus sane satisfacere per se nequibat, hos perducebat ad me; ceteros emittebat. O miram industriam! O amicum fidelem! Et amico gerebat morem, et officiis caritatis non deerat. Quis vacua recessit ab eo manu? si dives, consilium: si pauper, subsidium ab eo reportabat. Nec quærebat quæ sua erant, qui se medius ingerebat curis, ut ego vacarem. Sperabat enim, sicut erat humillimus, majorem de nostra quiete fructum, quam si vacaret ipse. Interdum tamen postulabat absolvi, et alteri cedere, quasi qui melius provideret: sed ubi ille inveniretur? Nec petulanti animi, ut assolet, in eo officio detinebatur affectu, sed solo intuitu caritatis. Siquidem plus omnibus laborabat, et minus omnibus accipiebat; ita ut sæpe, cum aliis necessaria ministrabat, ipse egeret in pluribus, verbi causa cibo, potu, aut veste.

aliis in subveniendo largus, sibi parcus:

7 Gratias tibi, frater, de omni fructu meorum, B si quis est, in Domino studiorum. Tibi debeo, si profeci, si profui. Tu intricabaris, et ego tuo beneficio feriatus sedebam mihi, aut certe divinis sanctius occupabar obsequiis, aut doctrinæ filiorum utilius intendebam. Cur enim securus ita non essem, cum te scirem agentem foris manum dextram meam, lumen oculorum meorum, pectus meum et linguam meam? Sed quid dixi foris agentem illum? quasi interna Gherardus nesciret, ac spiritualium expers esset donorum? Norunt, qui illum norunt spirituales, quam verba ejus spiritum redolerent: norunt contubernales, quam mores ejus et studia non carnem saperent, sed ferverent spiritu. Quis illo rigidior in custodia disciplinæ? quis in castigando corpus suum districtior? quis suspensior in contemplando? subtilior in differendo? Quoties cum eo disserens, ea didici quæ nesciebam; et qui docturus adveneram, doctus magis abscessi? Nec mirum de me; cum magis sapientes viri idipsum nihilominus de illo sibi accidisse testentur. Non cognovit litteraturam, sed habuit litterarum inventorem sensum, habuit et illuminantem spiritum; nec in maximis tantum, sed in minimis maximus erat.

instructus in rebus spiritualibus:

8 Quid, verbi causa, in ædificiis, in agris, hortis, aquis, cunctis denique artibus seu operibus rusticorum, C quid, inquam, vel in hoc genere rerum Gherardi subterfugit peritiam? cœmentariis, fabris, agricolis, hortulanis, sutoribus, atque textoribus facile magister erat: cumque judicio omnium, omnibus esset sapientior, solus in suis oculis non erat sapiens. Utinam multos, etsi minus sapientes, non tangeret illa maledictio! Væ qui sapientes estis in oculis vestris. Scientibus ista loquor: et adhuc plura his de illo expertis et compertis. Parco autem, quia caro mea et frater meus est. Hoc autem securus addo, mihi utilis in omnibus et præ omnibus fuit. Utilis in parvis et magnis, in privatis et publicis, foris et intus. Merito ex eo pendebam totus, qui mihi totum erat; solum pene reliquerat mihi provisoris honorem et nomen, nam opus ipse faciebat. Ego vocitabar Abbas, sed ille præerat in sollicitudine. Merito requievit in illo spiritus meus, per quem licebat delectari in Domino, prædicare liberius, orare securius. Per te, inquam, mi frater, erat mihi mens sobria, quies grata, sermo efficacior, oratio pinguior, frequentior lectio, et ferventior affectus.

industrius in administratione temporali,

subveniens in omnibus S. Bernardo,

9 Heu! sublatus es, et hæc omnia simul. Tecum pariter abierunt omnes deliciæ et lætitiæ meæ. Jam curæ irruerunt, jam molestiæ me pulsant, et angustiæ undique solum me repererunt, solæ mihi te D abeunte remanserunt: solus sub sarcina gemo: aut ponere aut opprimi necesse est, quia tu tuos humeros subduxisti. Quis mihi tribuat cito mori post te? nam pro te nolim, nec tua te fraudare gloria. Porro supervivere tibi labor et dolor. Exite lacrymæ, jam pridem exire cupientes: exite, quia is qui vobis meatum obstruxerat Gherardus, meus plane (An non meus, qui frater sanguine fuit, possessione filius, solicitudine pater, consors spiritu, intimus affectu?) is recessit a me. Sentio, læsus sum, et graviter. Ignoscite, filii, imo, si filii, vicem dolete paternam. Doleo super te, Gerarde carissime, non quia dolendus, sed quia ablatus; et ideo fortassis dolendum mihi potius super me, qui bibo calicem amaritudinis. Ubi est mors victoria tua? ubi est mors stimulus tuus? Gherardus te non formidat, larvata effigies: Gherardus per medias fauces tuas transit ad patriam, non modo securus, sed et lætabundus et laudans. Plango igitur primum super mea ipsius plaga, atque hujus jactura domus. Plango deinde super pauperum necessitatibus, quorum Gherardus pater erat. Plango certe et super universi Ordinis nostri statu, nostræque professionis; E quæ de tuo, Gherarde, zelo, consilio et exemplo, robur non mediocre capiebat. Plango postremo, etsi non super te, propter te tamen. Hinc prorsus, hinc afficio graviter, quia vehementer amo.

mortem ob ejus tristi, *et plangenti ob commune bonum.*

10 Hoc est testimonium, quod de vita et conversatione dilecti fratris sui Gherardi Reverendissimus Pater Bernardus perhibuit, quod nos de longo sermone ipsius diversis in locis excerpentes, ad monstrandas tanti viri virtutes, continuatim posuimus. Scimus vero fucum adulationis tanti Patris nostri verbis et sensibus longe prorsus abfuisse; nec sanguinis affectione abstractum, ut vel uno verbo plus laudaret eum, quem mera veritas laudandum esse censebat. Proinde, si verum est; imo, quia verum est testimonium ejus; liquet profesto, perfectum in virtutibus fuisse famulum Domini Gherardum, cui magno Dei munere ad observantiam veræ religionis exterorum administratio nil oberat, quæ tam multos a tramite claustralis disciplinæ solet avertere, et in baratrum secularis conversationis immergere. Quis autem tantæ laudis præconium digne admirari sufficiat? quod plus omnibus laborans, minus omnibus accipiebat; quod nullo petulanti affectu in officio suo detinebatur (quod quidem temporibus nostris rarissimum est) sed solo intuitu caritatis; quod, cum ceteris necessaria ministraret, ipse egebat in pluribus. Sane ad comF probandum, quam fuit rigidus in observantia disciplinæ, quamque districtus castigator corporis sui; unum ex laudabilibus factis ejus exempli causa ponemus ut hi qui sanctorum Patrum virtutes ad profectum suum scrutari satagunt, si ferventes in religione sint, habeant quod imitari debeant; si vero remissi vel infirmi, habeant unde de se doleant.

Laudatur defuncti abstinentia,

qui plus laborans aliis, accipiebat minus,

11 Solebat famulus Domini Gerardus, grangias ex debito officii sui circumiens, communi Fratrum mensa et victu contentus esse, aquam cum eis et ipse bibens; nec facile aliud quid præter communia pulmenta sibi patiebatur apponi. Accidit autem quadam vice, ut ad grangiam iturus infirmaretur: quod sciens Conversus qui cum eo ire debebat, ad Priorem accessit, et Cellerarium infirmari suggessit; timere se dicens, quia si aquam in grangia, sicut solebat, biberet, infirmitatis ejus pondus accresceret. Jussu itaque Prioris vasculum vino plenum secum tulit, Cellerario penitus hoc ignorante; quod etiam ipsi sedenti cum Fratribus ad mensam obtulit, signum (sicut moris est) ex parte Prioris faciens

et ob infirmitatem jussus vinum bibere id aquæ infudit omnibus appositæ.

A faciens, ut causa infirmitatis suæ modico illo vino solus uteretur. Quando vero ille paupertatis et communis vitæ ferventissimus æmulator, in hoc consentiret, ut, ceteris omnibus aquam bibentibus, ipse solus poculo vini delectaretur? Erat autem vas aqua plenum in medio positum, unde Fratres bibere debebant. Parumper ergo intra semetipsum, quid sibi faciendum esset, deliberans; continuo surrexit, et vasculum tollens vini, cunctis videntibus, urceo qui aquam habebat vinum infudit; signum faciens ut omnes biberent in commune: malebat quippe corpus suum infirmitate periclitari, quam in tantilla remissione abstinentiæ conscienciæ suæ maculam dare. De quo ejus tam religioso facto Fratres exhilarati pariter et ædificati, delectabilius aquam illam biberunt, quam si pretiosissimum vinum eis propinari fecisset. Legebant nimirum in vita et moribus optimi Cellerarii sui, quam contemnenda sit carnis illecebra, qui nec pro tuenda vel recuperanda corporis sui sanitate poculum sumere acquievit, unde infirmis occasionem scandali dedisse videretur.

in comitatu S. Bernardi æger Viterbii,

12 Cum, pro sedando schismate Petri Leonis, Sanctus Pater Bernardus tertia jam vice, vocante Domino Papa Innocentio, Italiam *d* intrasset, et magnis ubique signis et miraculis claresceret, Dominum Gerardum Cellerarium suum, tamquam fide- B lissimum adjutorem prudentissimumque consiliarium, per omnia secum habebat. Contigit vero cum essent Viterbii, ut idem Domnus Gerardus, gravissima valetudine correptus, lecto decumberet; venerabilemque Abbatem conturbatum vehementer et consternatum redderet. Cumque manifesta signa, mortis exitum imminere denuntiarent; servus Domini Bernardus ægerrime ferens, comitem peregrinationis, et illum comitem, in terra relinquere aliena, nec resignare his qui eum sibi commiserant (quoniam amabatur ab omnibus, sicut erat amabilis valde) cum fletu et gemitu conversus ad Dominum; Expecta, inquit, Domine, expecta usque ad reditum: restitutum amicis, tolle eum si vis, et non cunctabor. Sed quomodo pius et misericors Dominus humillimum servum suum, cum tanta contritione cordis in propria causa postulantem, despiceret; quem tanta facilitate, quanta benignitate in causis alienis exaudire continuo solebat? Nempe præter spem universorum, tamquam de portis mortis ad vitam revocatus, cito convaluit Gerardus: perfectisque negotiis, pace sanctæ Romanæ Ecclesiæ C reddita, Leonina rabie penitus extincta, redierunt in patriam, cum exultatione universæ terræ, reportantes manipulos pacis.

ejus oratione convalescit:

ultimo morbo afflictus,

13 Haud multo vero post hoc elapso tempore, tamquam jam votis et desideriis fidelis servi sui Bernardi satisfecisset Dominus; rursus Gerardus cœpit viribus corporis repente destitui, paulatimque ad exitum appropinquare: qui occupationem quidem Marthæ pro officii sibi injuncto patienter sustinuerat, sed vacationem Mariæ toto mentis conamine amplexus fuerat. Sentiens itaque certissime se migraturum, et de laboriosis hujus seculi curis ad D æternæ beatitudinis regnum transiturum; ubi vacare incipiens, gustaret et videret, quam suavis est Dominus; et comprobaret, nequaquam se carnali seu seculari aliquo desiderio in officio suo detentum fuisse; elevatis in cœlum oculis, Deus, inquit, tu scis, quod quantum in me fuit, semper optavi quietem, intendere mihi, vacare tibi; sed implicitum tenuit me amor tuus et studium obediendi, super omnia vero Abbatis et fratris mei germana dilectio. Circa medium vero noctis, quam ultimam cum miseris mortalibus egit, mirum in modum exhilarato vultu, in voce exultationis subito erupit in illud Davidicum, stupentibus qui assistebant: Laudate Dominum de cœlis, laudate eum in excelsis, jam enim huic beato viro nocte adhuc media diescebat, et ultima nox ipsius sicut dies illuminabatur. Prorsus illa nox, illuminatio ipsius, in deliciis æterni luminis, quod est Christus Dominus. Quomodo tenebræ enim non vertuntur in lucem, ubi cantando moritur homo, et moriendo cantat? Usurparis, o inimica mors, ad lætitiam, cum sis mœroris: usurparis ad introitum regni, porta inferi: [usurparis] fovea perditionis, ad inventionem salutis. Fratres itaque qui aderant, tanti novitate miraculi attoniti, cucurrere citius dilecto fratri ipsius S. Bernardo, hominem, in morte exultantem et insultantem morti, E annuntiantes; qui cum debilis et infirmus accelerans venisset; extrema jam Psalmi, quem cantabat, ipso audiente clara voce complevit. Et suspiciens in cœlum ait; Pater, in manus tuas commendo spiritum meum. Et repetens eundem sermonem ac frequenter ingeminans, Pater, Pater; conversus ad sanctum Abbatem et fratrem suum, exhilarata facie, Quanta, inquit, dignatio Dei, patrem hominum esse! quanta hominum gloria, Dei filios, Dei esse heredes! Sic sancta anima illa, in jubilo et exultatione spititualis gaudii, e carne soluta, et hymnidicis Angelorum choris admixta, tanto liberiore volatu sidereas petiit mansiones, quanto suum nil in ea malignorum caterva spirituum invenire poterat. Funeri ejus sanctus Abbas et frater ipsius debitum commendationis et exequiarum officium, dulcissima mentis affectione, devote impendit: cum tamen aliis flentibus ipse non fleret, sed erumpere gestientes lacrymas magna fidei constantia castigaret; ne quasi mortuum plangere et flere videretur illum, quem de morte sua in æterna vita et gloria sempiterna natum esse non dubitabat.

ex MSS.

Ps. 148, ante obitum lætus cantat.

ac dicens Pater in manus etc.

hilaris moritur:

exequias celebrat S. Bernardus.

F

ANNOTATA D. P.

a *Hæc eadem et aliquanto fusius Guilielmus Abbas S. Theoderici in Vita S. Bernardi.*

b *Fuisse Quadragesimæ tempus addit idem, anno scilicet* 1112.

c *Acta S. Stephani Abbatis illustravimus ad diem* 17 *Aprilis; diximusque, Abbatem creatum anno* 1109, *ac diximus S. Bernardum cum* 30 *sociis excepisse anno* 1113. *Is autem Claram-vallem ipsum misit anno* 1115.

d *Anno* 1137. e *Anno* 1138.

DE SANCTO ANTONIO

ORDINIS MINORUM S. FRANCISCI

PATAVII IN DITIONE VENETA

COMMENTARIUS HISTORICUS.

De Cultu, Vitæque et miraculorum scriptoribus.

D. P.

AN. MCCXXXI

Cultus celeberrimus in Breviariis.

Patavium, *vulgo* Padua, *urbs Italiæ antiquissima et nobilissima, sui olim juris, nunc Dominio Venetorum subdita, cognomen, fidelibus Christianis, ubique notissimum, S. Antonio gratitudini debet, propter frequentem illuc peregrinorum concursum ad sacrum illius corpus, peregregio istic sacello conditum; sicut magnus Monachorum Pater* S. Antonius, *qui et* de Vienna *nuncupatur, propter corpus, post istam Allobrogum metropolim, in sui* B *nominis monasterio solitum honorari. Colitur ille ibidem Officio Duplici, cum Octava: quo deinde cum Hymnis, Antiphonis, et Lectionibus propriis, toti Franciscano Ordini factum commune, ex indulto Bonifacii Non. anno* MCCCCIII*: omnibus autem, Romano Breviario utentibus, celebrari sub ritu Semiduplicis solitum ejus festum, jussit Clemens X sub ritu Duplicis quotannis recoli.*

et nomen in Fastis;

2 *Usuardi exemplaribus, ad usum variarum Ecclesiarum auctis, per Italiam, Galliam, Germaniamque, quæ longum et supervacaneum sit enumerare, nomen* Antonii *adscriptum reperitur; et quidem in eo quod habetur secundum usum Romanæ Curiæ, per Magistrum Bellinum de Padua, Ordinis Fratrum Eremitarum S. Augustini, excusum Venetiis anno* MCCCCXCVIII, *et recusum Parisiis anno* MDXXI*; in eo, inquam, laudatur primo loco sic :* In civitate Padua natale B. Antonii, illustris Confessoris, de Ordine Fratrum Minorum, qui celeberrimus extitit vita, miraculis, et doctrina. *Eadem pene omnia verba, sed ultimo loco, habentur anno* MCCCCXC *excusa Coloniæ et Lubecæ, additurque :* Hic memoria pro codicibus utebatur, ut a summo Pontifice Gregorio IX Arca Testamenti peculiari nomine vocaretur. Inter cetera virtutum suarum miracula, quibus claruit in vita et in morte, C duos legitur mortuos suscitasse. *Reformato per mandatum Gregorii XIII Martyrologio, sub annum* MDLXXXIV, *mansit ultimo loco* Antonius, *sub hac formula :* Patavii S. Antonii Lusitani, Confessoris, Ordinis Minorum, qui vita, miraculis et prædicatione fuit insignis : *quibus postea ad primum locum translatis, leviter mutata fuerunt ultima verba, sic ut nunc legatur,* Vita et miraculis ac prædicatione illustris.

festum Patavii celebre;

3 *Obierat Sanctus anno* MCCXXXI, *post decem annos in Ordine transactos; et anno mox sequenti canonizatus, sub terra mansit usque ad* MCCLXIII*; quando eum S. Bonaventura inde levavit in elatiorem tumulum, ante chorum eatenus absolutæ prægrandis ecclesiæ novæ. Interim tanta in veneratione Patavinis erat novus hic suus Sanctus, ut* anno MCCLVII *decreverint, teste Saviolo in Dedicatoria Thesauri infra laudandi,* quod in festivitate B. Antonii, aut aliis occasionibus ejusdem festivitatis, in ejus platea vel prope, usque ad vicum Pontiscurvi, non possent immorari lusores taxillorum, nec meretrices aut lenones, aut homines mali; prohibendo etiam festa communia; insuper quod omni anno die undecima Junii, in quo cœpta fuit civitas; Dominus Episcopus et omnes Ecclesiastici, cum Potestate et sua Curia, et Frateleæ populi, accederent ad ecclesiam S. Antonii, Missam audituri; et die duodecimo Junii, in quo cœpta fuere Burgi civitatis, ad Vesperas *quasi urbis suæ natalitia istic celebrando, declaratum vellent, ejus ipsum haberi Patronum, parem primario S. Prosdocimo primo Episcopo. Hinc ille fervor in perficienda ampliori ecclesia; ad cujus primam ac novam partem statim a populo aperta fuit, translatus est anno* MCCLX *tumulus prædictus. Sed longe celebrior fuit sacri cor-* E *poris ad novam arcam translatio, facta anno* MCCCL *: cujus causa, anno proxime sequenti, decretum fuit in Comitiis generalibus Lugduni, ut* die XV Februarii ritu duplici fieret Officium divinum, *sicut ad eum annum num.* 10 *habet Waddingus. Paciecus infra laudandus addit num.* 143, *Martinum Papam, pro ejusdem Translationis anniversario, concessisse particulares Indulgentias, in omnibus Franciscani instituti ecclesiis obtinendas, easque hodiedum durare. Addit etiam, ipsi Sancto in Lusitania sacrum haberi diem Mercurii. De die Martis, alibi solito observari, multa dicentur in Analectis.*

et religiosius observatum.

Elogium ex Bartholomæo Tridentino coævo.

4 *Breve Elogium* S. Antonii *hujus reperimus, insertum libro Epilogorum in Gesta Sanctorum Bartholomæi de Tridento, qui liber MS. extat in Bibliotheca Barberina Romæ; auctor vero omnino coævus est, neque forte multis annis superfuit Translationi S. Dominici, anno* MCCXXXIII *factæ, cui interfuisse se scribit; de Antonio vero sic :* Antonius, quem ipse vidi et cognovi, Hispanus fuit genere, primo Regulam Augustini amplectens, deinde ordinem Fratrum Minorum ingrediens, verbo et exemplo multos ab errore revocavit. Desiderabat etiam Saracenos prædicare, et ex his recipere martyrii coronam. Sermone facundus fuit, et multos Christo attraxit. In quodam Capitulo Fratrum Sermonem fecit; ubi eo sermocinante, S. Franciscus cuidam Fratri apparuit, F congregatos benedicens. Paduanos prædicavit, et multos usurarios ad restituendum induxit. Libros et Sermones compilavit. Demum apud locum qui dicitur Cellas, in Domino quievit; et inde ad ecclesiam S. Mariæ Virginis, ubi Fratres Minores morantur, et ubi nobile monasterium sancto Confessori est inchoatum, transfertur. In morte constitutus, O gloriosa Domina etc. devote in ore habebat : et uni Fratrum dixit, Video Dominum. Plura etiam post mortem miracula est operatus, ita ut puer et puella in aqua submersi, ejus meritis suscitati legantur. *Hactenus Bartholomæus, eo ipso quod solum meminerit nobilioris monasterii, ut recens inchoati, satis declarans scripsisse se circa annum* MCCXL.

Antiquiores de eo scriptores ac fere coævi,

5 *Petrus Rodulfius Tossinianus, postea Episcopus Senogalliensis, in Historia Seraphicæ Religionis lib.* I *Vitam compendio a se traditam pag.* 83 *sic concludit.* Scripserunt de Vita ejus B. Joannes Pechanus, Archiepiscopus Cantuariensis ; Fr. Joannes Cremonensis, Minister Provinciæ S. Antonii : Fr. Matthæus Pedelarius, Lector Provinciæ Bononiæ ; Fr. Raymundinus, Lector Paduæ ; Fr. Bartholomæus Tridentinus

A Tridentinus, Ordinis Prædicatorum. *Postremi hujus verba jam dedimus: primus anno* MCCXCII *excessit e vivis: tres alii in Bibliotheca Scriptorum non nominantur, neque aliunde mihi innotuit tempus quo vixerint; suspicor tamen omnes eodem quo Sanctus, aut proximo saltem seculo floruisse. Eorum etiam unus potuit scripsisse Legendam, quam dabimus ex nostro membraneo codice, scripto ab annis circiter* CCL, *continente octo Sanctorum Sanctarumque Vitas, quarum prima est S. Mariæ Ogniacensis, etiam hoc mense die* XXIII *danda, ultima hujus* S. Antonii; *quam insuper habemus ex MS. Corsendonkano prope Turnholtum; nec non ex MS. Ultrajectino S. Salvatoris, sed in iis quæ mortem sequuntur contracto. Hanc Vitam plerumque verbotenus transcripsisse videtur, qui stylo prolixiori et magis ornato suam aliis composuit Vitam, a Laurentio Surio editam, quam stylo primitivo non etiam potuimus invenire:* Surius *autem, licet a quodam* Patre Franciscano scriptam graviter et fideliter *censuerit, tamen dictionem mutavit in gratiam* Lectoris, omissis plerisque parum ad historiam facientibus, absque tamen historiæ detrimento. *Ea si vera est, oportet hanc quoque, æque ac primam, fuisse compositam ante primam Translationem corporis: siquidem hujus neutra meminit. Ideo autem utramque libens distinxerim ab ea, quam* scripsit quidam suppresso nomine, anno *post istam Translationem* VIII, *Christi* MCCLXXI; quæ, *teste Rodulfo prædicto*, fuit approbata a Fr. Jacobo, tunc Ministro Provinciæ S. Antonii, et a toto Capitulo, Veronæ habito; ubi cautum est a discretioribus Patribus, ut per totum Ordinem haberetur et legeretur.

fortassis etiam auctor Vitæ danda ex MS.

quam auctorem nactus Surius stylum mutavit,

B

6 *In hac Vita licet vere dubitem jam prædictæ Translationis historia scribatur, cum miraculo incorruptæ linguæ, sicut ea res legitur num. 68 libri miraculorum, post Vitam dandi (cui libro titulus est,* Legenda B. Antonii de Padua, sicut in Chronicis habetur) *non potest tamen esse hæc quam Capitulum probavit; tum quia nihil minus continet quam vitæ historiam, tum quia num. 65 narratur miraculum factum an.* MCCCLXVII. *Quin imo ex variis Chronicarum locis in unum contracta videntur omnia, absque omni ordine temporis, et absque mentione ulla memoriæ illius anni* MCCL *Translationis. Cum ergo collectoris scopus præcipuus fuerint miracula, malui* Librum miraculorum, *quam* Legendam *vocare; etsi hoc nomine sæpe eum allegat Waddingus, qui habuit* ex MS. Monialium S. Claræ

quæritur alia, an 1316 publicata,

pro qua datur liber miraculorum ex MS.

C Montis-Falci diœcesis Assisiensis, *sicut annotatum reperimus in fronte ecgraphi, nobis a Waddingi successore Haroldo communicati, et hic integre stylo originario dandi; post* Epitomen miraculorum, *in ordine ad Canonizationem,* coram D. Gregorio Papa Nono recitatam; *quam Epitomen, ex MS. Conventus Anconitani communicatam, facio esse* Appendicem *Vitæ.*

7 Firmamentum trium Ordinum, *inquit Waddingus,* e Memoriali Ordinis parte I, ubi de decimo Generali Hieronymo ab Asculo scribitur, refert, jussu illius Generalis Vitam S. Antonii scriptam. *Fuit electus Generalis iste anno* MCCLXXIV; *neque dubium, quin primis regiminis sui annis id curarit. Etenim postea sic occupatus fuit publicis Ecclesiæ totius negotiis, ut nec Comitiis quidem Generalibus, anno* III *sui regiminis a se indictis, interesse potuerit, missus pro pace inter Gallum et Hispanum componenda Legatus; conatus autem abdicare se magistratu, eidem renuntiando, anno sequenti factus est Cardinalis, atque post decennium Summus Pontifex, sub nomine Nicolai IV.* Memorialis *præcitati nullum uspiam indicium reperio.* Fundamentum *autem* trium Ordinum *habetur in conventu Antuerpiensi excusum absque anno impressionis, ut antiquissimam esse editionem oporteat. Sic autem ibi legitur:* De mandato istius Generalis quidam Magister, multum famosus, magnæ sufficientiæ et virtutis, Vitam B. Antonii Patavini miro stylo composuit. *Hanc ego eam suspicarer esse, cujus stylum mutavit Surius, nisi duplicis Translationis notitia huic deficeret, æque ac nostræ antiquiori. Superest ergo solum hoc, ut ipsam aliquando optemus erudarari. Post Vitam numeranda venit Epitome, sub finem seculi* XV *edita a Bartholomæo Pisano, in libro* Conformitatum vitæ B. Francisci ad vitam D. N. Jesu Christi, *Pagina nobis* 79, ubi de Provincia Paduæ sive S. Antonii, *quæ Epitome nonnulli usui nobis erit, actis de variis corporis sancti Translationibus. Minus antiqua est* S. Antonii Patavini, Ordinis Minorum Confessoris, Evangelicæ veritatis Prædicatoris eximii Vita; opera R. P. Fr. Sanctos Saccensis Burdegati, ejusdem Ordinis Lectoris Generalis, ejusdem Divi Provinciæ observantis Patris, ex Annalibus Minorum R. P. Fr. Lucæ Waddingi maxima ex parte fideliter contracta; cui accesserunt in calce, quæstiones, additiones, et resolutiones, ac tandem diversorum in sanctum virum Elogia. Patavii ... *Laudatur hæc Vita, ut accurate scripta; intento tamen nostro minus necessariam censuit P. Joannes Baptista Romanholdus, cum mitteret ad nos duos de eodem argumento libros Italicos, velut utiliores futuros; videlicet,* Religiosas memorias B. Valerii Polydori, in quibus agitur de ecclesia S. Antonii, editas anno MDXC Venetiis; quibus plurimum usus Waddingus; et *Thesaurum urbis Paduanæ, collectum a Petro Saviolo ex urbis ipsius Tabulario,* sub nota anni MDLXXXII.

allegatur ex Memoriali Ordinis in Fundamento 3 Ordinum,

Alia sub an. 1275 scripta,

D AUCTORE D. P.

Bartholomæi Pisani Epitome,

et Vita novissima omnium indicatur:

item unus alterve liber de ecclesia S. Antonii,

E

8 *Allegat etiam præter antedicta Waddingus,* large et diffuse scriptam, duobusque libris distinctam S. Antonii Historiam, *quam Italico sermone edidit* anno MDLII Hippolytus de Ponte, Minorita Conventualis: *sed cum ex ea nihil eidem Waddingum transtulisse in suos Annales, ut mihi argumento est, ex illa nihil magnopere haberi potuisse, quod jam aliunde non haberetur; sicuti nec quidquam singulare habet brevior alia,* quam de Vita et Miraculis *ejusdem Sancti, ex Chronicis Ordinis, collegisse profitetur* Fr. Bernardinus Genovesius Siculus, *et in Capita* XL *distinctam Italico etiam sermone edidit, Romæ anno* MDXI; *Waddingus tamen nec in Annalibus, nec in Bibliotheca sua ejus meminit ut cognitam. Majori usui nobis fuerunt* Epitomæ duæ, *Castellano idiomate scriptæ: prima, Madriti vulgata anno* MDCXLVII, per Fr. Michaelem Pacieccum, Regularem Ordinis D. N. Jesu Christi, et Administratorem Regii Hospitalis, fundati pro Lusitanis sub titulo S. Antonii. *Alteram Epitomen eadem lingua inseruit Chronicæ suæ Seraphicæ, anno* MDLXXXIV *vulgatæ, libro 3 cap. 9 et seqq. 40.* Damianus Cornegius, Ordinis observantium generalis Chronographus: *ex quarum Epitomarum utraque nonnullas hinc inde varias circumstantias rerum plurimarum delibavimus, quibus Annotata locupletabimus. Dedicatur autem Epitome prior D. Marchioni Francisco de Melo, quem Belgium nostrum paulo ante Gubernatorem habuerat; qui et ipse per Sanctum e magno naufragii periculo liberatus, argenteam illam triremem Paduæ dedicavit, cujus in Analectis num. 9 occurrit mentio.*

nec non Italico sermone Vitæ duæ

F

et duæ Castellano

9 *In nomenclatura Provinciarum Ordinis, ea, quæ alias Veneta dici potuerat,* S. Antonii *nomen habet apud Franciscanos; in qua secundus Conventus censetur* Patavinus S. Francisci; *ita nuncupatus, credo, quia nova structura initium habuit, ipso quo iste fuit canonizatus anno,* S. Antonio *adhuc vivente et allaborante, etsi alioqui templum nomen haberet S. Mariæ. De hoc Conventu Franciscus Gonzaga, Minister generalis, ac tandem sancte mortuus Episcopus Mantuanus, dolet, quod perstringere paucissimis ejus laudes cogatur; quia* Patrum hujus Provinciæ ea negligentia et incuria extitit, ut quidquid litterarum, sive Apostolicarum sive

Patavii nihil antiquum in MSS. superest

A sive quarumcumque aliarum, ad celeberrimi hujus Conventus fundationem atque antiquitatem attinentium, in ejus archivis servabatur, miserabiliter perierit. *Eumdem, credo, doliturum fuisse de Actis et Miraculis* S. Antonii, *si ea eruderare debuisset : horum certe antiquum nihil istic in manuscriptis reperiri, credere nos cogit Waddingi silentium. Ego vetusta desperans, quærere volui, an saltem recentioris memoriæ beneficia ibidem haberentur rite consignata, unde augeri Analecta possent, danda post librum Miraculorum veterum. Missus est autem libellus iterato recusus Patavii anno* MDCLXXXVII, *continens gratias ab anno* MDCLXVI *impetratas. Postea etiam accepi indidem aliam collectionem æque Italicam, sed Manuscriptam, qua quædam singularia ab anno* LXI *hujus seculi usque ad* XCIII *continebantur, quam similiter Latine reddam ; nec non ex aliis aliarum gentium ac linguarum scriptoribus alia, quorum auctores suo quemque loco indicabo.*

AUCTORE D. P. — *dantur ergo recentiora miracula.* — NOT. 21

VITA

Auctore Anonymo valde antiquo.

B

Ex nostro membraneo, et aliis MSS.

CAPUT I.

Initia apud Canonicos Regulares, transitus ad Fratres Minores, vita eremitica in Romandiola.

In Hispaniis, civitate Ulysbona, quæ ad Occidentalem Regni Portugalliæ plagam, in extremis terræ finibus sita est ; quædam prægrandis ecclesia, in honore Virginis gloriosæ Genitricis Dei Mariæ *a* fabricata consistit, in qua pretiosum B. Vincentii Martyris corpus honorifice requiescit, a cujus Occidentalium valvarum liminibus, venerabiles B. Antonii parentes *b* non longe manentes, felicem hunc in primo juventutis flore filium *c* genuerunt; nomenque ei Fernandus in sacro baptismatis *d* lavacro imponentes, in eadem etiam postmodum ecclesia educandum puerum tradunt, [moribus] et litteris imbuendum. Qui, dum, post annos pueriles simpliciter domi translatos, [quidquid] fallax mundi species, ac petulantia carnis placentia sibi suggererent, nequaquam iis concupiscentiæ fræna laxavit ; sed jam soli Deo servire disponens, evidentius id pro- C cessu temporis opere declaravit.

Ulysippone natus Sanctus, — *a* — *b* — *c* — *d* — *acta modeste pueritia,*

2 Spretis namque mundi et carnis illecebris, ad quoddam cœnobium S. Augustini, præfatæ civitati *e* vicinum, se contulit ; ibique devotus habitum Religionis assumpsit. Ubi dum pacem pectoris ejus importuna carorum amicorum frequentia perturbaret ; peractis ibidem ferme duobus annis, ad sanctæ Crucis de Conimbria *f*, aliud scilicet ejusdem Ordinis monasterium transvolavit ; ad quod tamen, ob morum ipsius gravitatem, vix licentiam sui Superioris obtinuit. Quo, ad optatam mentis quietudinem obtinendam, perveniens, tantum ibi in omni religionis perfectione profecit translatio sui facta, quod levitati cordis imputari non potuit. Propellebat autem jam Spiritus, quodam futurorum præsagio, ad divinarum studia litterarum ; in quibus jugiter meditando, non solum qualiter in agro alieno vitia extirpando, virtutes insereret, semetipsum primitus sollicite excolendo, cognovit ; verum etiam qualiter fidei normam astrueret, ac confutaret errores, firmissimis Patrum sententiis se munivit. Sicque factum est, illo aspirante, qui intervallo temporis in docendo non indiget, ut non multo post vir Dei sapientiæ spiritu plenus esset.

fit Canonicus Regularis, — *e* — *f* — *majoris quietis causa transit ad S. Crucem Conimbricæ:* — *ubi multum provectus in studiis,*

3 Funditur interea apud Marochium sanguis in- D nocentium a profanis ; dum ibidem contra Christum odiose desæviens in Fratrum *g* Minorum necem gladium exeruit Rex immanis : ubi plurimis claruit prodigiorum indiciis : quoniam is qui de cœlo descendit, pro quo passi sunt, morientium merces factus est vitæ panis. Quorum venerandas Reliquias vir quidam famosus, nomine Petrus Infans, *h* Marochio deferens ; per ipsorum merita suipsius a gravibus periculis liberationem, celebremque eorum passionis ordinem divulgavit. Tum et auribus Fernandi non inaniter facti rumor insonuit : nam subito elephantis more, ad prælium ex aspectu sanguinis, animati, totus ad fidei fervorem surripitur ; Christique injuriam et Martyrum necem miranda in se compassione retorquens, nihil se prorsus imputat agere, nisi et ipse tyrannicæ ferocitati occurrens, eamdem pro Christo cum præfatis Martyribus palmam obtineat. Felix iste, quem formidine mortis gladius persecutoris non enervat, sed in melius, ut patebit, perfectæ caritatis ardor immutat ; igitur æstuanti animo quid facto opus sit, excogitans ; habitum Ordinis taliter pro Christo defunctorum assumere, vitamque sequi deliberat ; ut vel sic efficacius ad optatum fidei agonem pertingere valeat *i*.

Franciscanorum in Africa martyrio excitatur — *g* — *h* — *ad imitationem,* — *i*

4 Cumque Fratres jam dicti Ordinis, prope civi- E tatem Conimbriam commorantes, ad ipsum ex more monasterium die quadam, pro eleemosyna petenda, diverterent ; videns eos Domini Servus, nequaquam ultra se continere potuit ; sed benigne in partem deductis omnem animi sui conceptum aperuit. Gaudet non modicum ad hoc Fratrum prima simplicitas ; diemque, quo hoc ipsorum gaudium impleatur, instituunt ; et sic læti, Domino gratias agentes, abscedunt. Ipse vero, Prælati sui licentia, etsi difficulter, obtenta, gaudens ad condictum se præparat : sed et Fratres juxta promissum hilariter redeunt, eique in ipso monasterio suæ habitum Religionis imponunt. Qui dum, post habitus mutationem, mox cum Fratribus inde recessit ; quidam ex Canonicis, super hoc se gravius dolere præ ceteris indicans, abeunti sic in amaritudine cordis dixit : Vade, inquit, vade, quia forsitan Sanctus eris. Cui humiliter sic respondit : Cum Sanctum audieris, Deum utique collaudabis *k*. Venit ergo ubi simplicium Fratrum congregatio morabatur, qui videlicet locus S. Antonius *l* dicebatur ; juxta quod nomen, Antonium se deinceps appellari rogabat : ut et sic requirentium ipsum sollicitudinem pia cautela deluderet, eorumque importunitates sub ignoto facilius nomine declinaret.

ideoque ad eorum Ordinem transit, — *suscepto habitu,* — *k* — *l*

5 Fervens igitur, ut dictum est, ad martyrium, F dum adversus Christum Rex terræ desæviit, nullatenus ab hoc proposito requiescere potuit ; donec tandem, juxta permissam sibi licentiam, ad terram Saracenorum transivit. Verum quantocumque ad hæc, quæ dicta sunt, conamine niteretur ; suum tamen in iis desiderium non implevit ; de quo Rex regnantium Dominus aliud a sensu humano decrevit. Nam gravi nimis et diutino languore correptus, nihil secum pro voto prosperum agi perspexit ; donec ipsa necessitate compulsus, ad partes fidelium remeare disposuit. Cumque navigando ad redeundum in Hispaniam iter arriperet, contigit ut in partes Siciliæ *m* ventis non secundis flantibus applicaret, et sic penitus a proposito se fraudatum conspiceret. Instabat autem eo tempore Fratrum generale *n* Capitulum, quod in brevi celebrandum erat apud Assisium. Quod ut Antonio per Fratres innotuit, illuc (ut erat debilis et infirmus) utcumque pervenit. Soluto igitur ex more Capitulo, Fratribusque ad sua circumquaque loca dimissis ; solus Antonius a nullo petebatur ; quia, sicut erat ignotus, ita et inutilis videbatur. Nulla ergo de se vel litteraturæ, vel cujuscumque

sed inde in Mauritaniam navigare volens, — *morbo impeditur appellitque in Siciliam:* — *m* — *n* — *et inde Assisium,*

atque in Romaniolam, o

A juscumque alterius utilitatis habita mentione, ad Fratrem Gratianum, qui tunc Fratribus *o* Romaniolæ præerat, devotus accessit; rogans humiliter, ut ipsum a Ministro generali petitum colligeret, collectumque disciplinis regularibus erudiret.

p ubi in eremo rigidissime vivit,

6 Quem idem Frater Gratianus benigne susceptum, in Romaniolam secum duxit; locumque solitudinis requirentem, ad eremum Montis sancti Pauli *p* transmisit. Quo postquam pervenit, quamdam ibi præoptatam cellam in crypta, semotam a Fratribus, orationibusque congruam reperit, quam suis usibus a Fratre quodam, qui sibi ipsi eam paraverat, impetravit. Illic solitariam, quantum licuit, vitam duxit; illic sacris meditationibus contra tentationes spiritum roborans, in divino se amore firmavit: ibi nocturnis vigiliis solus in oratione perstitit; ibi se totum dispositioni divinæ commendans, sursum firmissimæ spei anchoram contutavit: ibi etiam cibo panis et aquæ tanta corpus abstinentia maceravit, ut, testibus iis qui aderant, hora collationis aliquando rediturus ad Fratres, nutante præ nimia debilitate vestigio, semetipsum supportare non posset.

et humiliter latet

Sic igitur vir Dei Antonius, cum dono sapientiæ plenus esset, multo tempore simplicem inter simplices vitam duxit; B sic arrogantiæ fastum humili corde declinans, sub indocti specie tantum divinæ gratiæ lumen abscondit. Licet enim, ut ex præmissis patet, ferventissimum domus domini zelum haberet, tamen a suo desiderio jam semel divino nutu fraudatus, a semetipso iterum terrenæ sibi gloriæ pondus assumere non præsumpsit; donec, eo, cui se jam commendaverat, disponente, manifesto post indicio, ejus in conventu simplicium fama crevit.

ANNOTATA D. P.

a *Metropolitana ea ecclesia est, in qua corpus* S. Vincentii *Mart. haberi creditur, ut dictum ad* 22 *Januarii; putaturque illuc allatum an.* 1173, 15 *Sept. e regione vero consistit ecclesia* S. Antonii, *in quam conversa parentum ejus domus.*

b *Paciecus* Martinum Bullones, *patrem; matrem,* Teresiam Taveram *nominat, et utriusque progenitores nobilissimos describit, ac gentilitia gemina familiæ insignia exhibet æri incisa. Matrem quoque sepultam haberi ait in Conventu S. Vincentii, intra sacellum filio dedicatum, cum hac Epigraphe lingua vulgari.* Hic jacet mater S. Antonii, *cujus loco Latina lingua hoc deinde positum post translationem recitat Cardosus.* C Hic situm est cadaver matris D. Antonii, qui in eadem domo fuit in lucem editus, in qua nunc urbis comitia geruntur. Fuit huc translatum studio D. Joannis Visensis Episcopi, anno D. N. Jesu Christi MCCCCXXXI. *Hoc autem insculptum legitur tabulæ, quæ hodie servit pro altari in capella Sancti, collaterali ad aram majorem. Denique, considerata loci humiditate, Canonicus qui tum ossa collegit in arcam decentem, cum hoc Epigrammate:*

Quam terris Divos Genitricem Antonius inter,
Obtinuit, parvo conditur alma loco.
Illius exiguo jaceant licet ossa sepulcro,
Mens tamen excellens æthera summa tenet.

Nunc vero eadem Matronæ honestissimæ ossa servantur intra lapideam arculam, insertam parieti capellæ Antonianæ ad latus Epistolæ, et honoris causa, cortina serica obductam. Waddingus ad an. 1220 *num.* 53 Mariam *appellat. Cardosus fratris obitum in MS. membrana ad S. Vincentii sic legi ait:* II Nonas Julii obiit Petrus Martini, dictus Bullan: *et ex fundatione, ipsius Martini indicat Anniversarium, a Capitulo Ulyssipponensi, faciendum* XIV kal. Februarii, pro anima Vincentii Martini dicti Bulhem: *unde intelligitur avo* Vincentii *proavo* Martini, *nomen fuisse.* D *Cornegius suspicatur genus ex Belgio ducere, et nomen a Bullionio castello et titulo celebris Godefridi Bullionii: siquidem constat annis* 58, *antequam nasceretur Sanctus, recuperatam urbem auxiliis Teutonicis. Monstrantur autem in arce Ulyssipponensi ædes patris, tamquam ejus aliquando Præfecti, quod de avo forte commodius intelligetur: familia quoque et nomen adhuc supererat, paucis annis antequam scriberet Cornegius: tunc enim matrona quædam sic nuncupata, cum heredibus careret, omnem suam substantiam legavit ecclesiæ, sui, ut censebat, proximi consanguinei.*

EX MSS.

c *Anno* 1195. *Siquidem cum obiit, ut inter miracula dicitur num.* 37, *erat annos natus* 36: *diem natalem nusquam invenio notatum.*

d *Addit Paciecus, Fontem baptismalem adhuc servari eumdem, majorique in veneratione haberi, quia in eo baptizatus Sanctus sit. Idem confirmat Cardosus; et addit, in eadem Cathedrali gradus lapideos, qui ducunt ad Chorum, devote spectari; quia eorum uni impressa ipsius Sancti digito Crux cernitur. Hæc traditio, nescio an satis certa sit: deberet enim vel puer, vel ante suum ex Lusitania discessum, miraculum istud fecisse. Paciecus porro ait, etiam portam domus paternæ, per quam elatus ad baptismum fuit, hodiedum servari in ecclesia ipsius S. Antonii, nec nisi semel die illius festo* E *aperiri: et quoniam fidelium pietas, assulas ab ostio decerptas pro Reliquiis auferens, ipsum cito consumptura timebatur; præmuniendam fuisse alio ostio apposito, ad ejus conservationem.*

e Conventum S. Vincentii *appellant, de quo supra, qui est* Canonicorum Regularium S. Augustini, *fundatus ab Alfonso I post captam de Mauris Ulyssipponem an.* 1147. *Transierunt deinde Religiosi ad locum ubi nunc est Eremitorium S. Mariæ Montanæ; ac denique ad novam S. Augustini ecclesiam, a Joanne III magnifice extructam. In primo autem loco, cum illuc an.* 1210 *Sanctus appulit, quintus Prælatus numerabatur Pelagius, qui putatur illum excepisse, aut saltem ejus successor anonymus Pacieco: sed quem Cardosus* Gunzalvum Mendez *appellat.*

f *De monasterio S. Crucis Conimbricæ, quod eumdem Alfonsum I fundatorem agnoscit, egimus fuse* 18 *Febr. ad Vitam S. Theotonii, qui ibidem Prior obiit an.* 1166. *Cornegius, allegata Chronica dicti Conventus recentiori, quædam Sancti ibidem mirabilia memorat, primo quod ministerio cuidam humili intentus, dato ad elevationem sub Missa signo, per apertos divinitus monasterii parietes conspexerit et adoraverit quandoque Sacram hostiam; plane sicut de S. Francisco Dyrrachino ad hujus Vitam* 17 *Maji narratur num.* 5. *Secundo quod fratris cujusdam ægri custodiæ appositus, eumque a dæmone agitari cognoscens,* F *eumdem liberaverit, jacta super ipsum epomide, Canonicorum Regularium tegumento humerali.*

g *Quinque hi fuerunt,* Berardus, Otto, Petrus, Adjutus et Accursius, *palmam consecuti anno* 1220, *et coluntur* 16 *Januarii.*

h Petrus *Sancii I filius, Alfonsi II frater, Comes Irgelensis et Dominus Balearium Vasconcellio, aderat Marochii cum eo appulerunt Sancti: quomodo autem in reditu per eos fuerit adjutus, vide in Actis.*

i *Cornegius asserit huic interno impulsui accessisse alium ab ipsomet S. Francisco, qui Assisii degens ipsi Ulyssippone apparuerit, simulque indicaverit quod martyrium quidem non consequeretur, sed aliis laboribus variis nihilo minorem mercedem.*

k *Addit Paciecus, adeo gravem sensum ceteris quoque ibidem Religiosis mansisse, quasi de injuria sibi facta, ut necesse fuerit Gregorio IX, per Breve signatum anno Pontificatus* VII, 12 *Junii, id est, proximo post Sancti mortem anno, dare ad Priorem commonitorias: et nisi desisterent Minoribus molestiam facessere, Visensi Episcopo correctionem committere.*

Ipsum

A *Ipsum Breve si habuisset Waddingus, suo Regesto haud dubie inseruisset.*

Ex MSS.

l *Vulgo* S. Antonio de Olivare : *forte quia inter olivetu situs.* Ibi, *inquit Cardosus*, adhuc monstratur cella, quam Sanctus novitius incoluit, versa in locum capitularem, altarique ad Missam devote instructa, cum imagine quam ibi faciendam curaverit R. P. Nonius da Cunha Societatis Jesu, anno 1636. uti ex epigraphe apposita docet.

m Taurominium *applicuisse Pa iecus ait, num.* 32 : *sed Waddingus tantum Conventus postea refert ad an.* 1224 *Habuerant vel iste vel pauci Messanam remittorium ad quod Fratres, potius quam Conventum.* (*Not.* 22)

n *Celebratum illud fuit an.* 1221 *in Pentecoste* 30 *Maji : quo [illegible] minister seu potius Vicarius generalis creatus* Fr. Elias, *ille relaxandæ paupertatis multarumque [illegible] causa [illegible] fuit, bonum nihilominus finem sortitus : Cornegius Sanctum Messanæ habitasse ait, cum [illegible] ad Capitulum fuit.*

o Romandiolæ Provinciæ, *mutato paulo post nomine dicta* Bononiensis, *ac deinde* S. Antonii, *an.* 1258 *solum [illegible] Conventus numerabat, Bononiæ, Ferrariæ, Parmæ, Ravennæ, et Forolivii ; quo ultimus solum continetur in Romandiola proprie dicta.* B

p *Bononiensis Provinciæ [illegible]* eremitorium Montis S. Pauli : *de eo, saltem ut suburbano, ubi hodieque festum S. Antonii agatur, loquitur Masinus in Bononia perlustrata ad hunc diem.*

CAPUT II.

Ordinatio S. Antonii, et ferrens ac fructuosa prædicatio.

Forolivium missus ad Ordines capiendos Antonius, a b

Post multum namque temporis Fratres, pro suscipiendis Ordinibus missi ad civitatem Forolivii, confluxerunt ; inter quos et *a* Antonius, nec non et quidam Fratres de Prædicatoribus affuerunt. Cumque collationis hora Minister *b* loci Prædicatores ipsos sollicitaret, ut exhortationis verbum Fratribus adunatis aliquis eorum proponeret ; nutu Dei factum est, ut omnes loqui renuerent, et se omnino ad hoc imparatos assererent. Tunc demum ad Antonium idem Minister, instigante se fortiter Spiritu, conversus est : eum, quem, de cujus scientia nihil sibi constabat, in hoc opus appellat ; ut videlicet proponat in medium Fratribus quidquid illi Spiritus suggerat. Ad quod se minus idoneum humiliter servus Dei respondit : quippe qui exercitatior habe- C batur in abluendis coquinæ utensilibus, ceterisque hujusmodi vilitatis officiis, quam in exponendis divinorum eloquiorum mysteriis. Sed quid morer multis ? Plane, cum tantam desuper gratiam accepisset, ut memoria pro codicibus uteretur; nullum tamen aliud in eo scientiæ perpendebatur indicium, nisi quod pauca perraro litteraliter loquebatur. Denique, quamvis quanta virtute recusaret ; contraire tamen imperanti non valuit : et licet invitus, ad extremum consentiens, in timore Domini, primo simpliciter fari cœpit.

et prædicare coactus,

8 Sed cujus lucernam, dudum sub modio positam, Dominus super candelabrum statuere nunc voluit ; tanta in progressu sermonis verborum luculentia, tantaque eum mysticarum sententiarum profunditate suspendit ; ut nimirum ex inopinato rei eventu vehementer omnes qui aderant mirarentur, et vix unquam audisse se talia faterentur. Non modica igitur Fratres consolatione impleti, venerabantur deinceps in Dei viro velatam divinitus supernæ sapientiæ claritatem, venerabantur nihilominus humilitatis jam probatæ virtutem. Non multo post ad aures Generalis Ministri res gesta pervenit : qui mox in publicum prodire compellens Antonium, D officium sibi prædicationis *c* injunxit. Et quidem digne verbi ministerio traditur; quippe qui divina sapientia pollens, pauperum in collegio primitus pauper spiritu probatus, hunc sibi honorem impudenter non arripuit, antequam a Deo vocatus. At vero ne facta divinitus hæc vocatio dubitetur, ex ipsius hoc incolatu pariter et morte probatur. Constitutus enim in hac peregrinationis miseria, et vita floruit, et doctrina : quarum, priorem id est vitam, voluntaria vilitas, simplex innocentia, curaque disciplinæ commendant ; alteram vero, quæ est doctrina, zelo juncta caritas, veritas, modestia comprobant.

stupendum sui specimen præbet :

c quare Prædicator ordinatus a Generali,

9 Sed hæc omnia quam excellenter claruerint, quoniam per singula breviter explicare non possum ; tangam saltem succincte, quomodo cunctis æqualiter annuntiaverit veritatem. Hæc siquidem virtus in ipso claruit in oculis omnium, quæ quidem miraculis potior, quibus plurimi in vita fallaciter decipiuntur. Sic itaque Sanctus, in doctrinæ poculis mirabiliter affluens, tanta justitiæ libra singulis sua reddebat, quod sive magnis loquebatur sive parvulis, æque cunctos veritatis jaculo feriebat. Nempe qui jam calicem antea passionis tam avido E corde sitierat, nullius magnitudini nec metu mortis pro veritate cedebat ; sed miranda strenuitate, etiam magnatorum tyrannidi resistebat. Tanta namque quasdam reprehensibiles grandesque personas severitate corripuit, ut alii plerumque famosi prædicatores hoc audientes, ipsi ad intrepidam viri constantiam trepidarent ; et quodam pusillanimitatis rubore perfusi, longe abesse potius, quam adesse volentes, confusas manu vel veste frontes obducerent. Erat tamen sermo ipsius, pro diversis opportunitatibus, semper in gratia sale conditus : erat, inquam, gratiosus pariter et sèverus, ut audientibus amorem simul ingereret ac timorem. Sic igitur hujus peregrinationis incolatus, doctrina et vita præclarus, divinam in Sancto vocationem evidentissime probat ; quam, ut in fine patebit, multiplex post mortem miraculorum claritas necessaria conclusione confirmat.

munere fungitur,

liberali cum fervore,

libertate, et gratia;

10 Antonius itaque, prædicandi auctoritate suscepta, officium sibi injunctum non segniter exequi studuit : sed quietem eremi, qua sibimet hactenus invigilaverat, jam tunc in laborem insolitum pro fraterna ædificatione convertit. Nam longe lateque per civitates et castella circuiens, verbum vitæ ferventissime prædicavit ; cœlitusque instructus in F omnibus, pro diversitate audientium, singulis congruentia sibi proposuit. Mirabantur in eo litterati tantam ingenii subtilitatem, tamque luculentam disertitudinem linguæ, quam in omnibus audiebant miro discretionis pondere verba librantem. Quam profunda vero de sacris eloquiis eructaret, summus ipse Romanæ Sedis Pontifex testabatur, a quo vir sanctus Arca testamenti, peculiari quodam nomine, vocabatur. Non solum enim, quæ ad morum informationem pertinent, placido sermone disseruit ; verum etiam congruentissimis rationibus perversa hæreticorum dogmata confutavit. Nam et apud Ariminum quamplures hæreticos ad integritatem fidei Christianæ convertit : inter quos et hæresiarcham quemdam, Bonovillum nomine, ab annis triginta erroris pestiferi tenebris obcæcatum, ad lumen veritatis induxit, et usque ad mortem mandatis Ecclesiæ stare fecit.

longe lateque circumeundo.

Arca testamenti a Pontifice dictus.

11 Sed quoniam longum foret enarrare per ordinem, quot diversas provincias prædicando lustraverit, quanta ad eum tam majorum, quam minorum reverentia, quantusque caritatis affectus extiterit ; qualiter in diversis officiis sibi injunctis se gesserit, quotve

Ceterum, his omissis, auctor transit ad mortem Sancti,

A quotve perditas animas Creatori suo reddiderit, prætermittendo hæc omnia breviter transeamus; et sermonem, quo tendimus, ad rei exitum convertamus. Verumtamen in explicando postmodum ejus ultimo vitæ cursu satis intelligi poterit, quanta prædicationis efficacia veri a Deo missi, per multum tempus, in diversis terrarum partibus, fuerit; cum tantum infra unius *d* Quadragesimæ spatium in una civitate perfecerit. Sed hoc in ejus laude ad præsens prætereundum non est, quid vice quadam Fratribus, ad Capitulum in Provincia *e* congregatis, Sanctus hic de titulo Crucis, dulcisque Jesu passionis suppliciis, dulci modulo prædicavit: cum beatissimus Pater Franciscus, eo tempore corporaliter adhuc vivens, sed in alia regione tunc longius remotus, se in aere filiis, novo ac stupendo miraculi genere, præsentavit. Nam, ac si approbando viri Dei sermonem, quid audientibus imitandum foret, ostenderet; felicibus cujusdam assidentium oculis, tamquam brachiis in patibulo crucis protensis, apparuit; filiisque qui aderant benedicens, Crucis eos signaculo consignavit.

d solumque addit, quod apparens in Capitulo S. Franciscus, e

e ius prædicationem visus sit probare.

ANNOTATA D. P.

B

a *Marcus Ulyssipon. cum Lusitanis eum secutis, tenet; Presbyterum* Antonium *fuisse Conimbricæ factum, priusquam ad Minores accederet; et pro fundamento sumunt ejus in Africa prædicandi votum: quasi illi ipsi, quorum exemplo motus fuit Sanctus, non omnes fuerint expertes sacrorum Ordinum, uno excepto Ottone, et tamen ferventes Prædicatores, quales tunc in Ordine erant etiam laici, qui et Guardiani* [illegible]. *Certe cum* [illegible] *ordinandus, erat Sanctus, ut hic dicitur, solum annum 26 excesserat. Leander Albertus primam Missam celebrasse ait* Bononiæ, in æde Minorum Virginis Annuntiatæ; *neque causa apparet, cur id cum Pacieco restringamus ad primam Missam inter Minores, quasi gradum suum illis usque eo occultarit, quod est difficile creditu. Cornegius saltem Diaconatu initiatum censet, cum venit in Ordinem: quod minime displicet.*

b *Robertus de Licio, apud Waddingum an.* 1222 *num.* 30, *Episcopo loci id imputat, qui tunc nominabatur* Albertus, *juxta Ughellum anno* 1221 *primum consecratus: hic ergo Sanctum ordinaverit.*

c *Prius tamen jussus fuit, sub Abbate Vercellensi sacras litteras recolere, ut infra dicetur, postea et aliis*
C *eas prælegit.*

d *Eam scilicet, quam ultimam Patavii egit.*

e Arelate *rem actam indicat liber Miraculorum num.* 8, *et ex eo Waddingus; Surius minus recte* Provinciam Arelatensem *dixit; cum* Provincia *hic sit nomen proprium unius Gallicanarum Provinciarum: videtur autem res acta esse vel an.* 1226, *qui fuit S. Francisco vitæ, et S. Antonio studiorum ultimus; vel paulo citius: neque enim ita erat affixus studiis, ut non simul etiam prædicaret.*

EMBOLISMUS

Ex Surio, et Annalibus Waddingi.

L*ubet hic, nimis properantem Vitæ Auctorem, nonnihil sistere, atque ex Vita Suriana et Annalibus Ordinis, loca quædam illustriora excerpere, non ita commode alibi colligenda. Primum sit, quod habes cap.* 30 *Vitæ prætitulatæ, videturque ad primum* S. Antonii *Patavii commorantis tempus spectare, his verbis relatum:* Cum Paduæ degeret vir Dei, Ulysbonæ duo cives inexplabili odio se mutuo prosequebantur: e quibus alter juxta ædes parentum beati viri manebat: et cum hora vespertina filium hostis sui in D platea invenisset, per summam crudelitatem jugulavit, et intempesta nocte in horto parentum viri Dei, facta fovea, eum sepelivit. Cum autem nobilis esset is, cujus filius cæsus erat; inquisitum est diligenter, et repertum, ejus filium illac transisse, ubi ejus inimicus morabatur. Itaque ejus domo et horto lustrato, nihil compertum est. Itum est ad vicinas ædes, et in horto illarum pueri cadaver inventum est. Itaque pater sancti viri cum tota familia conjectus est in vincula, tamquam reus cædis illius. Id vero ut per spiritum Paduæ cognovit vir Dei, vesperi a Guardiano petiit copiam exeundi, quæ illi negata non est. Eadem nocte magno miraculo Ulysbonam perductus est, et proxima luce ad Judicem se contulit, rogans ut insontes e vinculis dimissos pateretur abire domum. Illo modis omnibus recusante, petiit cadaver perempti pueri ad se adferri. Quo allato, jussit surgere puerum, et dicere, num a parentibus ipsius occisus. Ille surgens, dixit ejus cædis illos prorsus conscios non esse: atque ita discedendi est illis facta potestas. Mansit toto illo die cum parentibus suis vir beatus, et mane angelico ministerio Paduam reductus est.

Paduæ vice agens Sanctus,

EX MSS.

transfertur Ulysipponem, ut patrem a suspicione cædis liberet:

E

13 *Similem casum addit Paciecus num.* 79. Patri ipsius Sancti Martino commissa fuerat notabilis Regiæ pecuniæ summa, in ministros aliquot inferiores distribuenda: quod cum ille non cum tanta fecisset cautela, quin plurium, qui ipsam acceperant, syngraphæ desiderarentur; dum esset accepti expensique reddenda ratio; appellatique qui sciebantur accepisse, aut totum aut partem negarent; nihil propius erat, quam ut ipse Martinus damnaretur peculatus, in ejusque bona omnia manum injiceret Fiscus. Citatur ergo in judicium ille, una cum aliis, quos in negando accepto apparebat futuros pertinaces. Cum subito coram omnibus adstitit, qui in Italia longe aberat, Antonius; et gravi ac severa voce dixit, Tu tantum tali hora, tu tali die recepisti: si negare pergitis, vindicabit veritatem violatam Deus: atque hæc effatus, disparuit. Ea autem verborum efficacia fuit, ut continuo fassi sint, quod ante inficiati erant: suaque res et fama integra Martino mansit. [illegible] *Surianæ Vitæ Caput* 17.

item alias ut juvet peculatus accusatum.

14 Fuit autem viri Dei id præcipuum semper studium et conatus, ut perniciosissimas vulpeculas, F quæ demoliuntur vineam Domini Sabaoth, nempe hæreticos pestilentes, et falsas eorum doctrinas, pro viribus oppugnaret, funditus destrueret, ac radicitus extirparet. Hæresiarchas quosdam in publicis disputationibus Arimini, Tolosæ, et Mediolani palam convicit, et errores eorum coram omnibus confutavit. Adeo enim instructus erat, et efficacibus scripturæ divinæ sententiis, et solidis ac perspicuis rationibus; ut qui nefanda essent hæresi imbuti, coram illo consistere aut os aperire non auderent: ita ut ad illum quoque pertinere videretur, quod Dominus promisit discipulis suis: Ego dabo vobis os et sapientiam, cui non poterunt resistere et contra dicere omnes adversarii veritatis. Luc. 21, 15
Detegebat mirum in modum hæreticorum fraudes et versutias, conatus retardabat, errores abominandos cum multa vituperatione traducebat. Nec facile quemquam ea tempestate uspiam invenire licuisset, quod ipse *a* quoque publice fatebatur, qui tam acriter et perpetuo illos insectaretur, tamque continuam persecutionis procellam illis excitaret. Unde factum est, ut passim ab omnibus indefessus hæreticorum malleus diceretur. Nec sine fructu fuit labor viri Dei, plerisque hæreticis cum ipsorum fautoribus

Malleus hæreticorum assiduus,

a

multum inter illos fructum facit:

EX MSS. et usurarii cor in cista ejus quæri jubet. Mat. 6, 21

A fautoribus, ad veritatem et obedientiam sanctæ matris Ecclesiæ, revertentibus. *Ad usurarios efficacissimum fuit, quod habetur cap.* 28 *Vitæ præcitatæ.* In usurarii cujusdam exequiis vir Dei concionaturus, thematis loco accepit illud ex Evangelio. Ubi est thesaurus tuus, ibi est et cor tuum. Sub concione autem inter cetera ait: Mortuus est hic dives, et sepultus est in inferno. Ite ad thesaurum ejus, et in illius medio invenietis cor ejus, corpore jam humato. Abierunt hominis parentes et amici, et cor adhuc calidum in medio nummorum ejus invenerunt.

Ad Confessiones integre faciendas multos inducit

15 Quando ad populum concionabatur eximius præco Christi, sermo ex illius ore tamquam ex ardenti camino proficiscens, mirabiliter solebat movere auditores, ipsasque animorum penetrare medullas, et multam in iis devotionem et compunctionem, vitiorumque odium et detestationem, excitare; ita ut plerumque alter alteri diceret cum multo gemitu: Heu me miserum, qui numquam antehac isthuc putarim esse peccatum: quod si scivissem, certe numquam illud admisissem: Mutuoque se hortabantur ad faciendam Confessionem, ad suscipiendas peregrinationes religionis ergo, B ad jejunia certis diebus amplectenda in honorem matris Dei, aut similia pietatis studia sectanda. Quis vero possit dicendo consequi, quæ illic fusæ sint lacrymæ, quæ ab imo pectore ducta suspiria, quæ pectorum tunsiones in obstinatis peccatoribus conspectæ? Adeo enim Dominus mirificavit sanctum suum, ut non solum usitatis quotidie coruscaret miraculis, sed etiam inaudita ab eo signa ederentur. Sicut enim beatus Nicolaus fertur per visum apparuisse Constantino Magno *b*, ejusque Præfecto, minasque intentasse, ni dimitterent homines innoxios in carcerem conjectos; ita hic vir beatus, quos per peccatum cernebat a maligno dæmone vinctos detineri, et ad mortem tendere sempiternam, iis liberandis præcipuam navabat operam. Et solebant nonnulli venire ad Fratres, cum adhuc viveret vir Dei, et pro certo affirmare, ipsis in lecto jacentibus apparuisse eum, et dixisse: Surge, Martine; surge, Agnes: abi ab illum Fratrem, et hoc sive illud peccatum ei confitere, quod tali in loco perpetrasti, cujus nemo præter Deum conscius erat. Qua ratione peccata prorsus occulta expiata fuere.

b etiam per visum apparens.

Auditur cum silentio mirabili.

16 *Hactenus Cap.* 3, *quibus non absimilia leguntur* C *cap.* 16, *relata ad tempus ultimæ Quadragesimæ, per quam Patavii dixit ad populum. Ibi hoc etiam admirabile notatur*, *quod* in tanta *ad sermones Antonii* undique concurrentium turba, nullus sese comprimentium clamor audiebatur, nulla cernebatur dissolutio, risus nullus, nullæ voces percipiebantur, nulli infantium vagitus, quibus vel parum ejus conciones interpellarentur. Stabant omnes arrectis auribus, intentissimis perpetuo in virum Dei oculis, sine ullo tædio, cum multa devotione eum sustinentes, perinde acsi non homo, sed Angelus lapsus e summo cœlo, ad illos concionaretur. Neque id mirum, quandoquidem tanta illum Dominus gratia perfuderat, ut lingua facundissima, voce clarissima, sua verba instar tubæ cujusdam expromens, ab omnibus et audiretur et intelligeretur. Nec in admiratione vacat, cum in longinqua regione natus et educatus multo tempore fuisset, quod Italico idiomate adeo polite potuit, quæ voluit, pronuntiare, acsi extra Italiam numquam posuisset pedem.

Processiones flagellantium eo auctore inducta

17 Cœperunt tum primum homines, catervatim sese verberando, et pia cantica devote depromendo, procedere. Atque ea laudabilis consuetudo, a tanto auctore profecta, deinceps suis est aucta incrementis; ita ut in omnibus fere Italiæ locis accuratissime hodieque *c* observetur. *Refert hæc Waddingus ad* D *annum* MCCXXV *num.* 19, *et simul notat*, *quod licet Polydorus Virgilius lib.* 7 *de rerum invent. cap.* 6 *castigando corpori adhibitas flagellationes ad Apostolorum tempora referat, tamen* ante S. Antonii tempora, non adeo clara apud Auctores memoria habetur hujusmodi congregationum, aut hominum in societate se flagellantium: *neque eas propterea improbandas*, *quod* centum post annos exorta est perniciosa Flagellantium secta, incerto auctore; qui plures effutiebant errores, et condemnati fuerunt a Romanis Pontificibus, præsertim Clemente VI. *Hoc enim non obstante*, Devote et Christiane se flagellantes, etiam in publicis supplicationibus ad peccatorum satisfactionem, veluti docuit S. Antonius, semper ab ejus tempore permisit et laudavit Ecclesia. *Sed redeo ad Vitam Surianam, cujus est sequens articulus cap.* 11.

c

Docendo et regendo prodest Fratribus

18 Multa vero insignia Ordinis sui monasteria, prælegendo, disputando, concionando illustravit et ornavit; idque tum zelo fidei et fervore Christo animas adducendi, tum studio Fratres instituendi, tum quoque desiderio cohonestandi Institutum sive Ordinem suum, qui per id tempus propter imperitiam apud plerosque in contemptu erat. Idem autem ipse etiam in Æmiliæ provincia, permultis annis Fratrum Minister cum laude fuit. E Et si vero doctrina et verbo in Italia vix quemquam parem haberet; at nihilominus in sua Præfectura, vel Ministri functione, mire commodum et humanum se præbebat. Cum autem in civitate Podiensi Guardiani ministerio fungeretur, erat illic Notarius quidam, omnino lubricus, carni et mundo addictus. Eum quoties præteriret vir Dei, nudato capite coram illo genu flectebat. Ille vero existimans id in sui irrisionem et contumeliam fieri, animo perturbabatur; dabatque modis omnibus operam, ne illum unquam obvium haberet. Sed cum die quodam ab insperato eum transiret vir sanctus, et ita, ut diximus, erga illum se gereret; exacerbatus homo, dixit: Nisi timerem Dei iram, gladio te percuterem, quod ita me ridiculum facis. Quid sibi vult isthuc, quod coram me poplitem flectis? Respondit vir beatus: Ego me libens Deo martyrem obtulissem, sed illi non placuit. De te autem ille mihi revelavit, præclarum te Martyrem fore. Oro itaque, ut ubi ad martyrii agonem perveneris, mei memor esse velis. Hoc ille audiens, risit. At non multo post tempore, Episcopus *d* Podiensis cum multis aliis profectus est Hierosolymam, ut Saracenis Christum prædicaret. F Et ecce divinitus permotus Notarius ille, venditis suis rebus omnibus, cum illo iter ingressus est. Cum autem pervenissent ad Saracenos, et Episcopus sic satis frigide haberet conciones, semel quidem, et iterum, et tertio Notarius dissimulavit. At tandem instar B. Vincentii *e* increpat Antistitem, quod ita frigide fidem Christi et prædicet et propugnet: divinoque afflatus Spiritu, cum multo fervore cœpit docere Saracenos, Christum esse verum Deum et Dei filium, Mahometem autem filium esse satanæ et perditionis. Quod illi non ferentes, rapiunt hominem, et per triduum diris eum suppliciis excruciant. Cumque jam ad mortem duceretur, exposuit Fratribus, Antonium id prædixisse, quod ipse Martyr futurus esset. Fuit ea res populo occasio, multa deinceps reverentia B. Antonium prosequendi.

Hominem lubricum veneratur

d

ut Martyrem futurum.

e

19 E Provincia trajiciens in Italiam anno MCCXXV, *inquit Waddingus num.* 20, *auctores allegans Chronicam Mariani lib.* 2 *cap.* 3, *et Rodulfium Tossignanum in Historia Seraph. Relig. fol.* 280 *et seqq.* jam secundo *(nam primo id contigerat ex Lusitania venienti)* tempestuoso mari delatus est in Siciliam. Ibi quædam extruxit monasteria, veluti locorum

traditio

traditio et Fratrum fert fama. Cephaludi, seu Cephalæ unum, ubi ultra trecentos annos perpetuo viruit cupressus, ejus manibus plantata; aliud Neti, in amœnissimo situ; tertium Leontini. In eodem regno, in urbe Pactarum, obtigit ei illud miraculum, quod, cum quidam odio haberet sanctum virum, doleretque in pretio haberi ab Episcopo, stravit insidias ejus honori. Invitavit eum ut secum pranderet die veneris; recumbenti autem altilem apposuit caponem, dicens Evangelicum esse præceptum. Manducate quæ apponuntur vobis, nec id licere Antonio transgredi; ac proinde illum, quantumvis sexta feria, debere carnibus vesci. Ille, explicato Evangelii textu, propter infirmi corporis debilitatem avem comedit. Clam hospes statim cum suis cœpit murmurare, et ad Episcopum perrexit, ipsius capi ossibus fidem facturus, non adeo sanctum esse hominem velut populus cogitabat, versisque autem statim ossibus in spinas piscium, homo obstupuit, veniamque poposcit. *Simile quid referens Pacuccas num.* 64; Fuit, *inquit*, cum hæretici quidam, risum sibi, Sancto verecundiam præparasse credebant, cocto appositoque prægrandi bubone: quem cum ille inter assidentes scissum, velut caponem distribuisset, atque comedendo sapidissimum esset expertus, illique similiter; conversi in lacrymas perfidiam ejecerunt.

In Sicilia quosdam Conventus fundat,

ubi comesti a se caponis ossa in spinas piscium vertit,

et bubonem appositum sapidum reddit:

20 E Sicilia missus Romam anno MCCXXVII, ab illius Provinciæ Ministro ad res quasdam obeundas, tantam Principum Ecclesiæ erga se benevolentiam reperit, ut ab ipso Pontifice Maximo, Gregorio IX, conciones illius incredibili studio et devotione auscultatæ sint.... Factus tunc Guardianus Podiensis sive Aniciensis in Gallia, summa humanitate et prudentia Fratres rexit; et proximos continua prædicatione miroque exemplo ad frugalem vitam reduxit.... Ejusdem opera circa hoc tempus civis quidam Brivensis, nomine Quintus de Falcicis, suis sumptibus in eadem civitate Minoribus domum construxit. Aliquam in hac domo S. Antonius moram traxit; et extra urbem invisere licet speluncam, in quam orationis et pœnitentiæ gratia secedere solebat. Non longe post in eadem provincia Aquitaniæ alii monasterio dedit initium, quod ab eo nomen accepit. Incertum autem est, an in itinere Galliam versus, an vero in reditu, initium dederit Conventui Glemonæ (*oppidum id est regionis Forojulii, situm in montibus supra Utinum*) quod propterea ab eo nomen accepit. *Certe mortuus istic ab eo suscitatus dicitur, dum extrueretur Conventus; prout refert Waddingus num.* 19. *Reliqua quæ referri miracula poterant, quia certis annis alligari nequibant, idem Waddingus ad extremum dimisit annum. Ego, simul omnia infra daturus, eadem trajicio, ut quæ cum Ministro Generali Assisii acta sunt, antequam Patavium ibi moriturus rediret, huc transcribam, sicut ea idem Waddingus refert anno* MCCXXX *num.* 8 *Sed nullis, quod alibi passim solet, allegatis auctoribus; credo, quia id necessarium non putaverit.*

Roma in Galliam transit:

in Forojulii et alibi varia miracula facit.

22 *Fuerat anno isto, qui erat post obitum S. Francisci quartus, ab ecclesia S. Georgii Assisii, Monialibus S. Claræ intra civitatem adducendis concedenda, ad novam augustissimamque Basilicam, Eliæ opera constructam, translatum sancti Patriarchæ corpus, in profesto Pentecostes die* XXV *Maji, annuente summo Pontifice. Fabricæ illius occasione idem Elias*, obtinendo quædam privilegia, contra genuinam Regulæ observantiam, præcipue circa res pecuniarias, quas in quibusdam casibus recipi posse per interpositas personas obtinuit; dum cogitaret rem gratam se præstitisse, et persuadere vellet Fratribus, non adeo ad unguem neque ad litteram observabilem esse normam a S. Francisco traditam, nisi ab hominibus sibi similibus et Deo proximis, præcipuos contra se concitavit. Etenim, qui Francisci spiritus et voluntatis erant participes, ad iniquas has persuasiones conturbati, intra se clanculum inierant consilium: neque enim in publicum audebant prorumpere, timentes hominis indignabundam potestatem, et copiosum eorum numerum qui ei adhæserunt, et in admittendis relaxationis privilegiis consenserunt, partim ex timore, partim ex simplicitate et ignorantia. Ast metum omnem excutientes duo viri præstantes, Antonius Lusitanus, a Padua dictus, et Adam f de Marisco Anglus, restiterunt homini in faciem viriliter objicientes, hæc ejus privilegia in Religionis tendere ruinam et subversionem status Evangelici.

Assisii, in Capitulo anni 1230,

Ex MSS. Ministro gen. Eliæ paupertatem laxandam suadenti,

f

22 Antesignanis his in acie constitutis, accesserunt alii viri præstantes, præcipue Albertus Pisanus et Joannes Bonelli Florentinus, ille Angliæ, hic Provinciæ Minister; qui Capitulum Arelatense celebrabat, quando, prædicante hoc ipso S. Antonio, S. Franciscus ad ostium apparuit, Fratribus benedicens Nullus tamen est ausus palam Eliæ resistere, præter hos duos, qui patenter Regulæ puram observantiam illæsam volebant. Non fecerunt tamen impune; nam et malo verbo et duro verbere affecti, complices Eliæ senserunt molestos contradictores: qui tamquam in schismaticos et Ordinis divisores animadvertendum contendebant. Videntes ergo illi nihil se proficere, et Religioni imminere detrimentum, contra quasdam sententias severe in se latas, appellationem ad sanctam Sedem interposuerunt. Nihilominus Elias eos carceri mancipari voluit; fecissetque, nisi cujusdam gravis viri Genuensis, Apostoli Pœnitentiarii, Papæ Confessarii, regularis observantiæ zelatoris, auctoritate protegerentur; cujus astu e manibus persequentium evaserunt; et cum ipso Patre Pœnitentiario a facie inimici fugientes, ad Dominum Papam perrexerunt.

intrepide se cum Fr. Adamo opponit Antonius:

et Romam ad Papam confugit.

23 Fugam audiens Elias, suspicari et timere cœpit deferendas querelas Pontifici, urgendasque a Confessario amico: misitque nuntios et litteras per veloces tabellarios, qui fugientes caperent vel ab itinere reducerent. Illi vero sibi caventes, e regia via ad anfractus deflexerunt, et in præparatas sibi insidias non inciderunt, festinato gressu ad Pontificem properantes. In pii Patris conspectu positi, gratanter ab eodem recepti sunt (nam eorum virtutem et doctrinam a multis diebus perspectam habebat) querimoniasque placide excepit; ingemiscens, tam cito ab Institutoris morte, sanctum institutum adeo concuti, et filios studia in contraria discindi. Misso itaque cursore citavit coram se Ministrum generalem Eliam, et viros omnes Capitulares, ut tanto malo maturius obveniret..... Adfuit ille cum omnibus conscriptis: quibus in unum congregatis coram Sanctissimo Domino, intrepide multa illi objecerunt duo illi, Lusitanus et Anglus, qui a facie ejus aufugerant; vitam lautam, equum bene habitum, plures domicellos, privatum victum, et præ omnibus extorta, vel fallaciter aut subreptitie obtenta, ab ipso Pontifice privilegia.

Qui audita querela

Eliam ad causam dicendam citat.

24 Ad hæc respondit Elias: Restiti, Pater sancte, electioni de me factæ post Institutoris obitum; atque allegavi, me debilioris esse complexionis, quam ut pedes possem hinc inde per Provincias discurrere, aut strictam agere vitam communem. Electores vero institerunt, ut impositum officium admitterem: cui exequendo, si necessarium esset, volebant ut aurum manducarem et equum haberem. Admisso deinde ad eorum preces officio, equo omnino indigui: huic ducendo agaso necessarius: deinde ad multa ministeria et varios discursus, opus

Hic conatur se excusare;

Ex MSS.

opus est famulo : his alendis nummos oportet in promptu habere : quæ licet necessitas et Fratrum consensus approbabat ; attamen, ad majorem conscientiæ securitatem, cum vestra Sanctitate egi, ut amplius hæc mihi licerent. Deinde circa curam fabricæ mihi impositam, significavi voluntatem S. Francisci, mihi per ipsum secreto patefactam, et ex parte vestræ Sanctitati perspectum : neque tam insigni viro et pretiosis Reliquiis digna potuit præparari basilica, absque multa et solerti collectione pecuniæ. Et sic per singula tanto eloquentiæ ornatu et apparenti rationum pondere respondit, ut audientibus injuste videretur accusatus. At ex opposito arguens Antonius : Sanctissime Pater, inquit ; si, juxta morem loquendi, concessum ei fuit aurum manducare, non tamen aurum thesaurizare : si equum habere, non ad scandalum nobiliter alere; si pro fabrica modeste colligere, non Ordinem universum expilare ; si suis necessitatibus privatim indulgere, non Principis vitam agere, atque malo exemplo universum Ordinem laxare. Pater sancte, hæc illa hujus nostri Primicerii norma vivendi.

sed refutante cum Antonio,

25 Intumuit cholera et bile Elias, nec se potuit continere, quin ultra omnem urbanitatem coram Pontifice diceret, eum mentiri. Commotus Pontifex ad honorem sedis suæ, omnibus silentium indixit ; neque ipse per horæ medium quidquam dixit, alto trahens pectore suspiria, sæpius sublevatis oculis in cœlum; donec tandem in hæc verba prorupit : Tu, Rex altissime, apud te cogitasti in tabernaculo tuo, quid in hac regione singulis temporibus esset futurum ; atque ita servo tuo Francisco varios eventus ostendisti, in mirabili et mysteriosa illa statua, cujus partes ipsemet eidem explicasti. Vereor, ne jam jam incipiant apparere hæc mysteria, et mutari color optimus auri ex quo caput erat compactum, et declinet in humilius metallum. Caput hoc, quod nos instituimus, longe degenerat a primo. Nos sane putavimus, illud toti Ordini placiturum, propter familiaritatem et arctam necessitudinem quam habebat cum S. Francisco : at aliter evenit quam speravimus ; neque enim prodesse, sed obesse videmus commendato sibi Instituto. Auctoritate itaque nostra eum absolvimus ab officio, et absolutum declaramus ; volumusque ad alterius electionem, nobis præsentibus, procedatur. Collatis itaque suffragiis facili negotio et absque ulla mora, communi consensu cooptatus est in Ministrum generalem, Joannes Parens, Minister Hispaniæ, natione Florentinus, vir sanctus et justus, veri parentis munia erga omnes exercens. Electum Papa libenter confirmavit : Antonium vero Lusitanum et socium Adamum, injuste ab Elia censuris innodatos declaravit, et ad majorem cautelam ab eisdem absolvit; gratias addens, quod se strenue opposuerint Ordinis imminenti ruinæ : Antonium autem hortatus est, ut excolendæ suæ doctrinæ totus incumberet : quod ut facilius et æquius præstaret, absolvit eum et exemit a quocumque officio et onere Religionis, rogans ut apud se manere vellet in Curia. Ille vero, Curiæ honorem et turbas declinans, secessit in Alvernæ montem, ubi cum Apostolica benedictione aliquando moratus est.

absolvitur ab officio.

Antonius vero rogatus in Curiam manere,

id recusat seceditque in M. Alvernæ.

ANNOTATA D. P.

a *Surius minus recte*, Ipse fatebatur.

b *Vide Vitam* S. Nicolai *apud Surium* 6 *Deo, num.* 35.

c *Quantumcumque hæc diu scripta essent post obitum Sancti, constat idem nunc quoque verum esse.*

d *Fuit hic juxta Sammarthanos Stephanus III, ab an.* 1220 *ad* 1231.

e *Acta solum habent*, *quod* S. Vincentius *vice Episcopi sæpe sermonem habuerit*, *eo quod Episcopus, non timidioris animi, sed impeditioris esset linguæ.*

f *Cornegius* Adrianum *nominat*.

CAPUT III.

Adventus S. Antonii Patavium, ejus ibi morbus et obitus.

Postquam ergo cursum servi sui fidelis Antonii Domino consummare complacuit ; uno ante felicem ejus transitum anno, in Capitulo videlicet *a* generali quo Reliquiarum beatissimi Patris Translatio facta est, idem vir Dei Antonius ab omni Fratrum regimine prorsus absolvitur, eique generalis prædicandi libertas quacumque partium conceditur. Primum itaque libertatis hujuscemodi cursum ad civitatem Paduanam direxit, ubi jam pridem sinceram populi devotionem, dum opusculum quoddam Sermonum Dominicalium compilaret, expertus; jam nunc, ad instantiam Domini Ostiensis *b* Episcopi, festivales etiam Sanctorum Sermones præfato operi connexurus, explere hoc potissimum in eadem civitate disposuit. Quo postquam pervenit, mox piis animum studiis occupavit : totumque ibi spatium hyemis, cum interpolata quandoque prædicatione, transegit. Postquam vero sacrum Quadragesimale *c* tempus advenit, totum illud in quotidianis prædicationibus aut confessionibus audiendis expendere voluit, sicut et fecit. Sed felicibus ejus actibus obviare volens humani generis inimicus, nocte quadam circa Quadragesimæ principium, cum se post laborem sopori dedisset ; ejus tam valide guttur strinxit, ut ipsum nisi divino fuisset nutu prohibitus, suffocasset, sicut ipse postmodum familiariter retulit. Statimque nomen gloriosæ Virginis invocans, oculos liber aperuit, totamque ubi jacuit cellulam, superni luminis illustratam claritate, conspexit ; quod utique ferre non sustinens inimicus lucis, abscessit.

Absolutus a regimine Sanctus, a

Patavium secedit, sermones de Sanctis ibi absoluturus b

Quadragesimales conciones exorsurus, pene suffocatur a dæmone c

27 Cumque Domini Servus, id quod in sacro tempore disposuerat facere, continuare cœpisset ; tanto desiderio audiendi ipsum accensa est universitas populi, ut turmatim cunctis ad eum confluentibus, quotidianas in Ecclesiis oporteret stationes indici. Porro cum multitudo populi capacitates Ecclesiarum excederet, ad spatiosa sese camporum loca convertit; ibique imbre doctrinæ salutiferæ sitientes ex abundantia spiritus irrigavit. Illuc quotidie sine intermissione tota civitatis Paduanæ frequentia confluebat : illic, cum Clero et viris religiosis, Episcopus aderat. Non solum autem, sed ex adjacentibus civitatum, castrorumque, et villarum locis, innumerabilis pene turba convenit; et nocturnis horis, ubi prædicandum erat, accensis luminaribus properantes, congruum sibi quisque locum præoccupare contendit. Illic ambitioso vestium cultu rejecto, utriusque sexus delicati ac teneri residebant, et missam quotidie desuper gratiam usque in finem humiliter expectabant. Intendebatur autem ab omnibus tanto studio, cum famulus Domini loqueretur; ut in triginta vel amplius hominum millibus vix murmur aut strepitus audiretur. Sed et stationari *d*, clausis rerum venalium apothecis, nihil omnino vendere præsumebant, donec ad sua sermone soluto singuli quique redibant.

multitudinemque auditorum in apertum campum coactus educere,

miros fructus facit :

et a 30000 attentissime auditur : d

28 Finito autem Dei verbo, omnis eum turba vel tangere per devotionem permaximam nitebatur; ita ut vadens aut veniens, sæpius violenter comprimi timeret, nisi valida juvenum multitudine stiparetur. Ibi videres ad pacem mortales inimicitias reformari; ibi longa captivitate detentos libertati donari; ibi cambias et usuras restitui ; ibi reddi pignora

dimissa concione, plurimi ad Confessionem accedunt,

A gnora, et debita relaxari. Ibi quique consilium pro suorum qualitate criminum requirentes, omnino se stare viri Dei arbitrio promittebant, et se ad hoc ipsum per visionem admonitos plerique dicebant. Ibi convertebantur publicæ peccatrices, ibi diversi generis peccatores ad pœnitentiam recurrentes, ut nec Confessionibus audiendis sufficerent Sacerdotes. Sic igitur Dei servus Antonius, licet ægrotatione continua et molesta quadam naturali *e* corpulentia premeretur; a prædicando tamen, ab audiendo Confessiones, et dando consilia, nullo laboris gravamine flectebatur. Sic salutifera vitæ semina jaciens, quadraginta dierum spatia percurrit, et copiosam Domino messem fidelium congregavit. Sic demum servi sui merita divulgare Dominus in populo voluit, quem in brevi palam cunctis glorificare disposuit; ut tanto hunc postmodum ampliori devotione respicerent, cujus jam antea sanctitatis insignia cognovissent. Jam enim in tantam de meritis ejus miranda totius populi devotio præsumebat, quod si quis vel modicum de vestimento præcidere poterat, non parvas in hoc Reliquias se habere gaudebat. Si quis eum vel alloqui vel tangere meruit, id ipsum pro grandi munere imputavit.

e
ejusque vestem attingere student

B

29 Quod autem hanc ipsam sui glorificationem vir Dei præsciverit, satis evidenter sic intelligi poterit. Nam die quodam planitiem Paduæ, situmque civitatis ipsius, a quodam colle prospiciens; exultans in spiritu, magnis eam, comite itineris audiente, laudibus extollere cœpit, grandique honore in proximo decorandam asseruit. Quod utique quam patenter ipse rei exitus comprobaverit, a die transitus ejus usque in præsens, ipsa se non inexpertam Padua gratulatur; quæ, ob ipsius Sancti merita, tam innumerabilium populorum frequentia visitatur, tamque dignis laudum præconiis et magnificis muneribus honoratur: quæ, inquam, thesaurum signis irriguum possidet, et quæ tam incomparabilis rei titulo gaudet: quæ in suo tot miseris Antonio providet. Felix quondam in omnibus, Padua, non immerito gaudeas et exultes; ac digna benedictione ejus, unde tam gloriose ditata es, usque in finem titulum rei serves. Post hæc, instante jam tempore messis, vidit vir Dei populum in colligendis frugibus occupandum, et ob hanc causam sibi censuit ad tempus a prædicatione cessandum. Crebra quoque secularium collocutione fatigatus, a civitatis tumultu se transtulit; et ad solitarium locum, qui campus *f* S. Petri dicitur, pro spiritus recreatione divertit.

Civitatem hanc glorificandam prædicit,

scilicet ex affluxu futuro ad suum corpus

Instante messe secedit in locum solitarium

f

C

Quem quidam vir nobilis, Tyso *g* nomine, cujus videlicet dominio suberat locus Fratrum, cum summa devotione suscepit, et [hospitium] ei humane multum ac gratulanter exhibuit. Cui etiam post dies paucos, in amœno loco, quem non longe a domo Fratrum arboribus consitum habuit, cellam propriis manibus, super *h* nucem, ramis a stipite dilatatam, construxit; quam spiritalibus congruam studiis suo gratanter Antonius usui mancipavit.

g

h

30 Hic igitur cujus erat in cœlo conversatio, jam a terra in supremo vitæ tempore ipse se sublevavit; ut videlicet ibi, sacris meditationibus ac devotis orationibus deditus, purificaret ab omni terrenorum contagio spiritum, qui sic ostendere comprobatur supernis se brevi spiritibus aggregandum. Qui cum die quadam refectionis hora descendisset ad Fratres, vehementi subito cœpit infirmitate torqueri; et lectulo decumbens, toto mox corporali vigore destitui. Cumque magis ac magis invalesceret ægritudo, non se diu subsistere posse persensit. Itaque, ne Fratres loci pauperes gravarentur, Paduam se reduci *i* rogavit: Fratres vero, ne ipsos desereret, quantum poterant renitentes; tandem ipsius, licet inviti, desiderio consenserunt, et cum dolore impositum currui dimiserunt. Jam non longe ab ipsa civitate distabat; cum alius quidam Frater ei obvius erat in via, qui ad ipsum visitandi gratia properabat: videns autem in vehiculo virum Dei nimia infirmitate detentum, suadebat ei, ne propter turbarum importunitatem, ad Fratres de *k* S. Maria in civitatem intraret; quin potius ad cellam Fratrum, qui divina Dominabus pauperibus ministrabant, diverteret. Cujus consilio Christi famulus acquievit, ac se ad eamdem cellam duci permisit.

ubi infirmitate correptus

Paduam se referri mandat,

i

D

EX MSS

sed persuasus ad Moniales deflectere,

k

31 Non multo post, crescente morbo, jam cœpit omnino deficere, et ad exitum signis evidentibus propinquare. Post igitur sanctam Confessionem, et Absolutionem acceptam, Hymnum beatæ Virginis, videlicet, O gloriosa Domina *l*, dicere cœpit: deinde luminibus sursum erectis, aliquamdiu in directum suspexit. Cumque diligentissime sic intendens, interrogaretur quid cerneret? respondit, Video Dominum meum. Afferentibus autem ex more Fratribus oleum Unctionis, dixit eis; Habeo unctionem hanc intra me: sed, etsi necesse non sit ut mihi hoc faciatis; verumtamen bene placet, et utile mihi est. Igitur Unctionem devote suscipiens, Psalmos pœnitentiales ipse cum Fratribus decantavit, et ad finem usque complevit. Post hæc paululum, quasi dimidia fere hora, sustinuit; et sic inter manus assistentium, leviter dormienti similis expiravit. *m* Mortuus est autem sexta feria gloriosus Christi Confessor Antonius, die mensis Junii tertio decimo, anno Dominicæ Incarnationis millesimo ducentesimo tricesimo primo.

l

ibi pientissime moritur, an 1231.

E

13 *Junii*

m

ANNOTATA D. P.

a *Seu potius in ejusdem Capituli prorogatione, ut scilicet jam, Romæ facta ad novi Generalis electionem, ut supra dictum: absolutus autem fuit Sanctus de mandato Pontificis.*

b *Ughellus Tom.* 1 *Ital. sacræ col.* 83, *post Card. Hugolinum, anno* 1227 *factum Pontificem Gregorium IX, nullum quidem nominat Ostiensem ante Raynaldum, postea Alexandrum IV, qui an.* 1231 *mense Septembri ex Diacono S. Eustachii renuntiatus sit Episcopus Ostiensis: sed apud Ciacconium invenitur* Conradus Eginonis, *mortuus an.* 1227 *pridie Kal. Octobris, solum* 5 *mensibus eo titulo fruitus, et videtur indicari, quod ipsi suffectus sit prædictus* Raynaldus. *Forte error est in Cyfra apud Ughellum; possetque, etiam interposito altero, saltem annus* 1230 *legi, quo titulum illum ipse acceperit. Waddinghus ad an.* 1231 *num.* 1, *sine scrupulo* Raynaldum *nominat; sicut et Antonius Pagius, in Præfatione ad hic indicatos Sermones festivales, quos sibi repertos pro magno thesauro reputat, dedicatque communi suo meoque amico Illustriss. D. Antonio Magliabechio Sereniss. Magni Ducis Hetruriæ Bibliothecario; utpote, tum ex hac Vita, tum ex Trithemio qui tamen illos non viderit notos dumtaxat: invenit autem in veteri beneque servato MS. hujus tituli,* Sermones S. Antonii in festivitatibus Sanctorum a Nativitate Domini usque ad S. Petrum, *edidítque Avenione anno* 1684, *quousque tamen illi non pertingunt ob varios quaternos (quos aliunde suppleri optat editor) ex Codice revulsos: adest tamen unus de S. Jacobo, qui in Julio colitur; et sequuntur in eodem Codice alii* XVI; *quos idem editor* de diversis *inscribit, disputatque an S. Antonii sint; magisque propendet ut censeat non esse; de prioribus vero nihil omnino dubitandum variis rationibus ostendit: idque eo etiam minus, quod post titulum, verso folio eademque manu, immediate legatur;* XI quaterni *(primi scilicet)* sunt tantum sermones S. Antonii. *Ætatem Codicis, indicat unus operimentorum*

F

S. Antonii Sermones de Sanctis,

ex MS recens editi

A *mentorum inscriptus annus* ICCLXXVI, *id est (ut erudite* EX MSS. *ostendit Mabilio in opere de re diplomatica)* millesimus, ducentesimus septuagesimus sextus; *et sub eodem quidem operimento inveniuntur ac pariter nunc edita habentur; primum* Supplicatio *Aptensis Episcopi, Joanni XXII oblata anno* MCCCXXVIII, pro Canonizatione claræ et sanctæ memoriæ Domini Elzearii de Sabrano, Comitis Ariani, *defuncti anno* 1323, 27 *Sept. et* Testamentum S. Ludovici Episcopi Tolosani, *qui obiit an.* 1299, 19 *Augusti, quo die illud etiam scriptum notatur; legans inter alia* Summam Thomæ, *haud dubie* Aquinatis, *anno* 1274 *defuncti, sed solum anno* 1323 *canonizati, ideoque abstinetur a titulo* Sancti; *quod notare juvat contra Launoyum, de auctore Summæ illius controvertere ausum. Ista tamen duo non dubitaverim addita fuisse scripto pridem Codici, ad implenda vacua quædam ultimi quaterni folia.*

c *Anno* 1231, *cum Pascha celebrandum esset* 23 *Martii, dies Cinerum incidit in* 5 *Februarii.*

d *Eadem phrasis occurrit in Vita S. Petri Thomasii, auctore Petro Carmessonio seorsim edita, rursumque edenda in Supplemento Januarii ad diem* 29, *ubi num.* 10 *similiter dicitur, quod* stationarii, clausis B rerum venalium apothecis, sua mercimonia relinquentes, ipsum audire affectabant: *videntur autem* stationarii *dici, quia* stationes *dicantur ipsæ eorum tabernæ. Plura vide in Glossario Cangii.*

e *Hinc intelligitur quantum a vero aberret ejus-* *Ejusdem effigies.* *dem in abside Basilicæ Lateranensis expressa imago, de qua infra ad aliam Legendam, ubi macilentissimus exprimitur Sanctus. Cardosus eum describit* crasso



quidem corpore, *sed* vultu macilentum, grandi naso, oculis vividis, ore rubicundo, *idque ex iis, quas in Lusitania haberi ait, antiquissimis picturis. Existimo ego, in hujusmodi descriptione primam fidem deberi Patavinis, statim ab ejus morte effigiem Sancti sui pingere exorsis, secundum eam quam etiam hodie servant ideam, amœno ac pene juvenili vultu, nec macilento, gravi tamen: qualem Rudolfius atque ex eo* *veteris Habitus forma* *Polydorus repræsentant, et ego hic reproduxi. Habitus forma, hac imagine expressa, licet ei quo hodiedum utuntur Conventuales simillima, non est tamen tam nova, quin plane assimiletur veteri annorum ducento-* D *rum aut etiam trecentorum statuæ, positæ in ecclesiæ frontispicio, ut mihi scribit, eamdem accurate contemplatus, noster Jo. Bap. Romagnolus. Cupiens tamen videre verum primi istius, quo Sanctus vixit, temporis habitum, consideret sumptam ex Rudolfio effigiem B. Benedicti Aretini; unde etiam discat Ordinis ipsius Presbyteros, quales erant Benedictus et Antonius, non* *in effigie B. Benedicti spectanda.* *aluisse barbam, more Laicorum, sed rasisse more Clericorum seculi* XIII: *licet Musivum Lateranense, post annos* 50 *ab obitu S. Antonii factum, hunc repræsentet bene barbatum. Obiit autem Benedictus iste, ministerio Provinciæ Antiochenæ perfunctus, Aretii in patria, ubi adhuc servatur caput, annis fere septem ante S. Antonium, Christi* 1224, 31 *Augusti.*



B. BENEDICTI ARETINI.
An. 1224, 31 Augusti defuncti et honorati, vera effigies, ex Petro Rodulphio Tossignanensi.

f *Hujus nominis oppidulum distat Padua ad Septemtrionem* p. m. 10.

g *Prædictus Scardeonius pluribus agit de* familia *Ven. Tiso de campo S. Petri Tertiarius.* Campi S. Petri *pag.* 289 *et seqq. in eaque præsertim* F *laudat* Tisones *quatuor, quorum hic primus insuper Castri-fontis, Campretti, et Trivilli Dominus, magna bello ac pace facinora superaverit in fine vitæ, cum* B. Antonii piis incensus sermonibus, spreta militia atque honoribus seculi, se suaque omnia viri Dei arbitrio disponenda commisit.... et factus ei ex tertio Ordine discipulus, perseveravit in sancto vitæ proposito, donec ex hac vita decessit an. 1234 die ult. Januarii, et sepultus est ad ædem D. Petri, in arca marmorea, apud oppidum S. Petri, cum hoc humili titulo, tabellæ insculpto; sepultura Domini Tisi de Campo sancti Petri: *ut mirum sit eum non inveniri ab Arturo relatum in Martyrologio Franciscano.*

h *Ita MSS. nostra. Propendeo quidem, ut legatur* subter: *nihil tamen muto, quia Surius quoque sic legit; addens, quod* ex trunco sex rami emerserant, coronæ speciem referentes: *eamdemque lectionem confirmat Scardeonius, in antiqu. Patav. pag.* 290, *et addit, quod* inde populis undique confluentibus tamquam e suggestu verbum Domini annuntiabat *Sanctus,* juxta vetus Oratorium. *Waddingus dicit, quod ipse quidem Sanctus* super eam cellulam sibi extrui voluit: sed id ubi ex Fratribus Tiso cognovit,

A vit, ipse suis manibus viro Dei et duobus sociis, tres cellulas cum multa devotione confecit.

i *Surius:* sentiens itaque dissolutionem sui corporis imminere, accito ad se socio Fratre Rugerio, dixit ei: Si tibi consultum videtur, Frater; ob vitandum horum Fratrum gravamen, Paduam me conferam ad B. Mariæ locum: *quod cum hoc textu minus bene quadrat.*

k *Coævus Sancto scriptor* Cellas *nominat: Scardeonius loco præcit. appellat* monasterium Monialium Arcellæ veteris, quod erat extra mœnia ad portam Caudæ-longæ. *Hinc Paciecο et Cardoso obrepsit ut nominarent* Fratres Aræ-cœli, *quo nomine celeberrimus Romæ habetur Conventus. In Vita Italica scribitur* Arcela.

l *Paciecus num.* 101, *hoc favore dignum putat fuisse Sanctum, propter insignem affectum erga mysteria Deiparam concernentia, præsertim gloriosam ejus Assumptionem: circa quam cum esset legendus in Choro locus aliquis ex S. Hieronymo, minus illi favens ipse maluerit abesse a Choro, et suæ privatim devotioni vacare; quod ita gratum habuerit Deipara, ut illi sua cella apparens, certum reddiderit, jusseritque fidenter prædicare, suam in corpore æque ac anima*

C *glorificationem. Legendus autem erat locus iste ex Martyrologio Usuardi* 15 *Augusti, Assumptionis istius fidei eatenus contrarius, quasi quid corpore Mariæ, certo mortuæ, factum sit,* plus eligat sobrietas Ecclesiæ nescire, quam aliquid frivolum vel apocryphum inde tenere.

m *Surius addit:* Manibus in candorem et colorem pristinum mutatis, et membris omnibus ad nutum contrectantium flectibilibus.

CAPUT IV.

Pro corpore in civitatem allato contentio ejusque solennis sepultura apud Fratres.

Innocentium vocibus mors Sancti innotescit civibus.

Post mortem viri Dei, non statim ejus transitum Fratres propalare volebant, eo quod tumultuantis populi multitudinem importune subito super se irruituram timebant. Sed quod omnino celandum non fuit, mirabiliori hoc ordine cunctis innotuit. Adhuc enim omnes, præter illos qui affuerant, id quod acciderat ignorabant; cum protinus catervatim per civitatem pueri gradientes, sic vociferantes clamabant; Mortuus est Pater Sanctus: mortuus est,

D inquiunt, Sanctus Antonius. Qui rumor in omnes continuo civitatis angulos decurrit, et totius aures populi mox implevit. Festinato igitur, ne quis rapiat corpus, cum armatorum multitudine cives de Capite-pontis accurrunt: sed et alii sine mora communiter utriusque sexus omnisque conditionis adveniunt, plurimumque flebilem unanimiter planctum sumunt *a*.

a qui armati accurrunt, ut corpus rapiant.

33 At vero præ ceteris plus lamenta pauperum Dominarum Conventus ingeminans, hoc sibi tandem in solatium per Majores civitatis procurare disposuit, ut eum, quo vivo potiri pro voto non possent, saltem per illos defunctum non perderent: ad quod obtinendum confestim clam Fratribus nuntios destinarunt, et quam plures Majorum suæ petitioni consentaneos invenerunt. Venientes itaque Fratres, ad S. Mariæ Virginis ecclesiam commorantes, ubi videlicet sanctus vir sepulturam elegerat, corpus sibi dari deposcunt: quibus ex adverso præfati cives de Capite-pontis stantes, ne vel tangant permittunt; sed armata fortium manu studiose custodiunt. Fratres vero taliter passi repulsam, quid facto sit opus Episcopum *b* consulunt: eumque, contra hujuscemodi præsumptiones, in sua causa benignum inveniunt. Mandat igitur Episcopus Po-

b Jussu Episcopi opponit se Prætor;

D testati Civitatis ut veniat, Fratribusque ad deferendum corpus pro posse præsidio fiat. Sed prædicti *Ex MSS.* cives nihilominus Potestati resistunt: se et sua pro defendendo Sancti corpore periculis offerunt, et in hoc etiam inveteratis inimicitiis discordantes conveniunt. Dolum quoque suspicantes, ipsum corpus rapere voluerunt; et vix tandem ad hoc inducti sunt, ut Ministri *c*, a quo Fratrum causa pendebat, præstolarentur adventum. *c*

noctu tamen rem parantes miraculo prohibentur.

34 Media autem nocte clamor impatientis populi factus est magnus, modis omnibus videre desiderantium Sancti corpus. Accidit autem denuo mirabile, ut impetu facto cellam Fratrum per tres quidem vices infringerent, sed stupefacti ac cæcitate percussi nec semel saltem, foribus etiam patefactis, introire valerent. Altera die quam plures quoque ex locis adjacentibus affluxerunt; et qui per se tangere præ multitudine corpus non poterant, aliquid suorum per alios ad tangendum, veluti zonam, monile, vel annulum, porrigebant. Pendente igitur propter absentiam Ministri negotio, Fratres ob æstivum calorem corpus in capsellam ligneam incluserunt, et in foveam missum humo leviter obduxerunt. Moxque rumor sonat in populum, corpus videlicet esse raptum: statimque furibundi omnes E in cellam cum gladiis et fustibus irruentes, nequaquam a cœpto furore quiescunt, donec factum factique causam curiosius perscrutantes intelligunt.

Causa, ad Ministrum,

35 Veniente autem Ministro ad vesperam, sine mora coram illo sæpe fati cives assistunt. Petentes igitur ab ipso cum instantia corpus, non solum pro hoc rationes allegant, verum etiam minas intentant; quod videlicet in causa cuidam, nec pro rerum dispendio, nec pro periculo mortis, cedant. Quorum irrationabilem Minister pertinaciam audiens, humiliter eos et caute deduxit; et ipsum corpus usque in crastinum custodiri rogavit. Mane autem futuro, qui jam dies erat tertius, idem Minister ad Potestatem civitatis accessit, ejusque consilium simul et auxilium postulavit. Qui convocato consilio, sub pœna centum librarum, ne Fratribus a quoquam violentia fieret statuit, donec audiretur ab Episcopo et Clero negotium diffiniri: jubens nihilominus ipsum corpus ex communi consensu omnium custodiri.

deinde ad Episcopum delata, adjudicatur Fratribus:

36 Quarta ergo die Episcopus cum Clero diligenter in causa processit: multisque allegationibus hinc inde auditis, diffinitivam tandem sententiam pro Fratribus intulit: maxime quoniam apud ipsos sepulturam Vir Dei, cum morti propinquaret, elegit; cum quibus, dum adhuc sospes viveret, intrans et exiens comparem se eisdem in omnibus cohabitatorem exhibuit. F Denuntiavit itaque tam Clero, quam omni populo, ut ad efferendum corpus unanimiter in crastinum convenirent: mandans etiam Potestati, ut fideliter Fratribus, nequid molestiæ paterentur, astaret. Fecit igitur Potestas, per medium *d* fluvii, pontem ex navibus coaptari; timens, *d* ne novam præfati cives seditionem forsitan concitarent; si per fines suos corpus, quod sententia contra se lata perdiderant, deferri videretur. Sed iis visis illi nihilominus in seditionem versi, pontem de navibus facto impetu confregerunt; insuper et omni se periculo pertinaciter offerentes, si quis contra ipsos vel corpus attentare præsumeret, personasve, seu domos, aut aliquid suorum invaderet. Quod adversa pars audiens ad arma similiter convolavit, et contra pontis destructores aciem non minus animosam direxit.

quare versus in seditionem populus,

37 Videntes autem Fratres tam exitiale civitati imminere discrimen, non modicum timuerunt: sed et pauperes Dominæ, non minus perterritæ, deportandum corpus etiam cum precibus obtulerunt. Porro

ægre compescitur a Prætore:

Ex MSS.

A Porro tam ii quam illæ suis cœpere peccatis quæ acciderant imputare; ac pro dispendio civitatis flebilibus Dei clementiam vocibus implorare. Tunc Potestas, seditionem non sustinens, concilium quantocius in Palatium sub præconia voce coegit: et mali totius auctores in partem civitatis alteram separavit; eosque, ne quis eorum ipso die remearet, ad propria, sub omnium suorum discrimine, cum jusjurandi interminatione constrinxit. Quibus ita gestis, Episcopus cum Clero, Potestas cum Magnatibus atque Militibus, et innumerabili populi multitudine, ordinatis ad cellam processionibus pergunt: corpus a fovea subvehunt, humerosque ad supportandum Optimates quique subjiciunt. Sic demum, cum hymnis et laudibus, ac luminarium numerositate copiosissima rutilante, solenniter incedentes, ad S. Mariæ Dei genitricis ecclesiam veniunt: ubi ipsum, expletis ab Episcopo Missarum solenniis, honorifice sub die transitus sui quinto sepeliunt.

et instituta processione

38 Verum divina providentia jam prælibatæ tumultuationis tempestatem præmitti permisit, qui post paululum tranquillitatis serenum abundantius diffundere voluit; ut gratiæ secuturæ claritas postmodum tanto magis splendesceret, quanto turbulentius ipsam tentationis nubilum præcessisset. Probatur etiam in hoc, licet non secundum scientiam, populi zelus ad Sanctum. Quanta videlicet veneratione dignum forent, clarescentibus post *e* miraculis, habituri; pro quo etiam tanto se, ante miracula, commisere discrimini. Nam tempestate sedata, statim ipsa die miraculorum prodigia coruscare cœperunt; ita ut, quacumque infirmitate detenti tumbam ejus contigerent, optatam continuo sanitatem reciperent: Qui vero accedere vel adduci præ turba non poterant, salvi coram omnibus, etiam præ foribus in platea fiebant. Excitatur adhæc inenarrabilis devotio populi, veniensque dignis extollit honoribus merita Viri sancti.

celebratur translatio cum multis miraculis. B *e*

39 Primi autem cives de Capite-pontis utriusque sexus, omnes universaliter parvi et magni, pedibus discalceati, cum tanta reverentia et humilitate coram Sancti se tumulo prostraturi venerunt, ut pœnitudine sua cunctorum ad compassionem corda moverent. Sed et Fratres, maxima pietate permoti, processionaliter eisdem occurrerunt. Post quos Episcopus civitatis, cum suis Clerus, sacrique Religiosorum Conventus, copiosa cum Magistris multitudo scholarium, Potestas cum caterva Potentium ac frequen-
C tia Militum, aliique diversorum officiorum professores artium, singulis processionibus ordinatis, decentissime statutis diebus et horis adveniunt; singulique cereos gestantes in manibus, pedibusque similiter discalceatis, incedunt. Singulas autem turmas, artificiosa cultuum formarumque varietate distincti, tantæ magnitudinis cerei præcedebant; ut singuli, multorum humeris aut quadrigis subvecti, erigi infra tectum *f* ecclesiæ, nisi detruncati non possent; eosque introferre præ multitudine nimia non valentes, extra fores in platea statuerent. Hic dies continuantes cum noctibus, nec frigori cedentes nec æstui, vicissim alii aliis succedebant: sic digna jugiter laudum præconia, dignaque Deo ac Sancto ejus honorum munia persolvebant.

Fit undique concursus ad ecclesiam, *multique et grandes cerei adferuntur.* *f*

ANNOTATA D. P.

a *Exhinc incipit deficere MS. Ultrajectinum, porro in pauca contractum.*

b *Erat is* Jacobus Conradus *ab anno* 1229 *ad* 1239. *Waddingus* Joannem Caccium *appellat: quem Ughellus ponit ab anno* 1150 *ad* 1159*: successorem autem Jacobi facit* Joannem Forzatum.

c Ministrum Provincialem *intelligit Surius.*

d *Athesis fluvius, in varios sectus ramos, agrum Patavinum irrigat; eorumque unus, vulgo* Piovego *dictus, urbem parte intersecat, in cujus urbis parte Orientali consistit ecclesia. Quonam autem loco pons iste ligneus stratus fuerit; quæ item pars urbis a* Capite-pontis *nomen habuerit, Patavinis discutiendum relinquatur. Neque enim quæ extat ichnographia Urbis rem satis explicat.* D

e *Asserit Piccenus, actutum esse, quod durante contentione nullum omnino miraculum Sanctus fecerit.*

f *Hanc Sardus pag.* 83 *merito refellit Polydori aliorumque sententiam, existimantium, primam Antonianæ ædis partem, vetustissimam esse, fuisseque Junonis templum, ac deinde Cathedralem: præterquam certe aliam alibi non elegissent Episcopi. Sed potius tenendum est quod humilis istæc, pro prima Ordinis simplicitate, ecclesia, fuerit Fratribus a fundamento erecta sub nomine* Sanctæ Mariæ Matris Domini. *Certe si vetustissimæ ædi addita post mortem Sancti esset pars anterior, in ipsa fabrica apparerent aliqua commissuræ talis indicia; imo et in lapidibus major vetustas.*

CAPUT V.

S. Antonii Canonizatio, et miraculorum synopsis. E

Post tanta igitur Christi magnalia, in famulo suo Antonio declarata, celebris fama se locis circumquaque [positis] diffudit, et diversarum ad hæc civitatum, provinciarum, linguarum, ac regnorum populos convocavit *a*: qui turmatim advenientes, immensas Domino gratias retulerunt; magnificis Sancti merita laudibus extollentes, ipsamque Paduam tantis dicatam honoribus beatissimam prædicantes. Extollitur proinde religionis ecclesiasticæ fides, conteruntur mordaces infidelium dentes, tot ipsius sponsam calumniis patulo rictu ac rabido lacerare conantes. Clamat igitur ad hæc vox una concorditer omnium, ut Sancti canonizatio vigilanti studio procuretur, et ipsa res ad Apostolicæ Sedis audientiam cito nuntietur *b*. Ad hoc itaque negotium, tam honorabiles conditione, quam gravitate pollentes nuntii destinantur: qui ut venientes viæ causam exponunt, gratulanter et benigne Curia Romana recepti sunt. Mirantur audientes ad hanc tantorum subitationem mirabilium improvisam: quid facto opus sit diligenti consilio tractant: tandemque certiorem miraculorum inquisitionem, simul et examinationem venerabili F Episcopo, Sanctique Benedicti *c* et Fratrum Prædicatorum Prioribus Paduanis commendant.

a Crebrescentibus miraculis, *b ex mandato Pontificio* *c*

41 Porro reversis cum gaudio nuntiis, Domini Papæ jussio divulgatur. Concurrunt lætabundi sexus utriusque non pauci, qui sancti viri beneficia in semetipsis experti sunt, testimonium perhibere veritati. Datur igitur attestationibus locus: admittuntur testes, debitis circumstantiarum cautelis adhibitis: et probata legitime miracula rediguntur in scriptis. Duo autem, Sedis Apostolicæ legationis officio tunc in Marchia Tarvisina fungentes Cardinales *d* eo tempore, nutu divino, Paduam venerant: qui rescribendis ad Curiam litteris suas etiam fide dignas, ad confirmationem veritatis, addebant, super iis quæ et ipsi de B. Antonio fide jam facta cognoverant. Ad hæc personas plures, prioribus e Religiosis et Clero, *e* cum nobilioribus civitatis atque Comitibus, plurimum venerabiles eligunt, quos ad Curiam Romanam, tantarum patrocinio litterarum instructos, iterato transmittunt. Quibus cum honore receptis, fit novus intra Ecclesiæ Principes super Sancti canonizatione tractatus: a quibus examinatio miraculorum et approbatio Domino Sabinensi Episcopo

formantur processus Paduæ; *d* *e* *et approbantur Romæ.*

A scopo *f* denuo commendatur: quæ et ab ipso breviter ex inspirato, nec non fideliter expeditur.

f *absolvendæ causæ intercedens unus,*

42 Tunc demum quidam illorum inconsuetam in talibus accelerationem contra processum negotii causabantur, eo quod ab ipsius Sancti transitu nondum adhuc unius anni tempora volvebantur. Affuit ad hoc nuntius non modicum desolatis divinæ providentia pietatis: quæ mirabilius id, quod differendum omnino non erat, promovit; et uni ex iis qui subitationis impedimentum prætenderant, suum in hoc per hujusmodi visionem beneplacitum indicavit. Vidit namque summum Pontificem cum Cardinalibus, in consecratione cujusdam ecclesiæ, se quoque administrante cum ceteris, occupatum; quoadusque tandem ad collocandas in altari Reliquias est deventum. Quæsitis itaque Reliquiis, nec inventis: funus quoddam recens, ex latere coopertum jacens, apparuit; de quo sibi protinus dari Reliquias Dominus Papa poposcit. Quibus, has non esse Reliquias, respondentibus: quantocius illos jussit accedere, funusque opertum sine mora detegere. Factumque est ut discooperientibus in tantum Reliquiæ *g* complacerent, ut earum quis primus quid tolleret, etiam mutuo decertarent. Evigilans autem, ipsos Paduanos, mane facto præ foribus astantes, invenit; statimque suis visionem Clericis enarravit; et de Sancti eam Canonizatione congruenter exposuit. Ex hoc igitur in Canonizationis promotione factus est idem ipse præcipuus; et sic demum consentientibus cunctis, dies Canonizationis præfigitur opportunus.

somnio monitus sententiam mutat, *g* B

43 Adstat proinde die statuto Pastor et Pontifex, solennis apparatus gloria decoratus; adstat, inquam, cultu simili....., Ecclesiarum prælatis, populique multitudine copiosa circumdatus. Stans igitur, lectis in publicum et approbatis miraculis, manus in cælum protendit; et Sanctæ Trinitatis nomine invocato, beatissimum Christi Sacerdotem et Confessorem Antonium Catalogo Sanctorum adscripsit; festumque ejus, die obitus sui, idibus Junii, solenniter celebrandum instituit. Acta vero sunt hæc Spoleti, sub die Sancto *h* Pentecostes, anno incarnationis Dominicæ millesimo ducentesimo tricesimo secundo; Pontificatus autem Domini Gregorii Papæ noni sexto. Quibus ita peractis, cum summa exultatione Paduam reversi sunt Nuntii, celebrantes magnifice prætaxato die solennitatem sanctissimi Patris Antonii. Postremo miracula, solenniter, ut dictum est, approbata, quæ latiori tractatu *i* digesta, cum personarum nominibus, modisque diversis quibus exhibita sunt, inveni; huic etiam opusculo summatim et breviter annotabo. In quibus utique decem et novem diversimode contracti reperiuntur erecti; paralytici quinque solidati: totidemque a gibborum infirmitate curati; cæci sex illuminati, trium surdorum aures apertæ, et ejusdem numeri mutuorum linguæ solutæ: duo a morbo caduco, totidem a febribus liberati, sed et duo mirifice mortui suscitati. Quædam vero alia, quæ sub hac generalitate summatim perstringere nequeo, singillatim breviter explicabo.

et Sanctum declarat Pontifex, *h* *an. 1232.* *i* C *Miraculorum summa hic proponitur.*

44 Quædam mulier, cadens in aquam, S. Antonium invocavit; cunctisque eam extrahentibus undique madefactis, ipsa sola prorsus et vestimentis et corpore sicca remansit. Quædam alia mulier sancti Viri sepulcrum invisere cupiens, dum panichii *k* custodiæ deputata, propter passerum multitudinem, a loco divertere non auderet: ipsum panichium ab earumdem avium importunitate omnino intactum conservari obtinuit, postquam tumulum sancti Viri nonies visitare promisit. Quidam, desperabiliter naufragio laborantes in mari, confessione facta B. Antonio se voverunt; moxque celeriter ad portum salutis, quodam eos lucis radio visibiliter præcedente, perducti sunt.

Mulier in aquas lapsa exit siccis vestibus: *k* *alia fruges a passeribus intactas servat.* *salvantur a naufragii periculo quidam:* D *EX MSS.*

45 Soror quædam Ordinis pauperum Dominarum, ignem purgatorium gravissime metuens, per B. Antonium obtinuit in hac vita purgari: quæ et durissimis passionibus cruciata, rursus ceterarum interventu Sororum per eumdem meruit liberari. Quidam puer, matre pro se votum ad Christi famulum faciente, a periculoso colli tumore sanatus; eamdem iterum infirmitate, dum mater votum negligeret, est percussus: votoque postmodum iterato ac reddito, liberatur. Miles quidam, a primæva ætate hæreticus, ad mensam sedens, de miraculis sancti Viri narrantes audivit: qui subsannans, cyathum vitreum, quem manu tenebat, in terram ab alto projecit, dicens; Si vitrum hoc Antonius conservaverit integrum, hunc utique credo Sanctum. Quo, licet ad petram colliso, tamen mirabiliter conservato; mox erroribus abdicatis, fide perfecta cœpit credere Christo. Clericus quidam, miraculorum inquisitionem irridens, gravissima passione percutitur: qui tandem, ad Beatum Antonium voto facto, sanatus, sanctitatis illius professor, ipsa in se experientia doctus, efficitur *l*.

pati cupiens ægrotat et sanatur: *item puer voto neglecto recidivus:* *incredulus miraculis Sancti,* *servato quod terræ alliserat vitro convertitur.* *l* E

46 Multa quoque alia per B. Antonium miraculose gesta sunt, utique supra scriptis non minus vera, quamvis non ita solenniter approbata; quorum adhuc perpauca breviter explicare, sed plurima libet in generali perstringere. Viri quidam Paduani in mortem cujusdam Presbyteri conspiraverunt, et occultas eidem in quodam loco insidias tendunt. Ubi Sanctus Antonius, in effigie alicujus Fratrum, quem illi non norant, apparuit; eisque, superventurum præstolantibus Sacerdotem, ipse a loco penitus non recessit. Quem cum juberent, ut inde transiret; indeque transire nolens, intentionem ipsorum nosse se diceret; suspicati sunt, ne quis eos forsitan prodidisset; et cœperunt interrogare, quis esset. Qui cum se Antonium esse responderet, stupefactos nimium, sic a concepta perversitate retraxit; et in publicum confiteri quod acciderat, gloriam Deo dantes, induxit. Quidam vir, alterum brachiorum inutile prorsus habens, plenam in illo per B. Antonium meruit sanitatem: Qui beneficium Domini mox ad pravum pervertere nitens usum, se illius non immerito fecit indignum. Nam cum, occasione sanitatis accepta, inimicis adhuc ultionem se diceret redditurum; robore statim perdito, ad pristinum infirmitatis conversus est statum.

Sancto apparente impeditur destinata Presbyteri cædes, *brachii sanitas obtenta omittitur a male usuro.*

47 Hæc ad præsens de B. Antonii miraculis explicando, breviter tetigisse sufficiat: cujus præter hæc meritis gloriosis, a die transitus sui usque nunc, diversimode tribulatorum necessitates cessant, pericula pereunt; lepra, dæmones, error, mors, calamitas fugiunt: sani ægrotantes quique resurgunt; vincula captivatis, naufragantibus maria cedunt; vires et membra perdita repetentes utriusque sexus omnis ætatis accipiunt: quæ omnia si explicatius quis requirat, qui vere hæc sentiunt referant, quibus et testimonium veritatis Paduani perhibeant *m*.

F *Epilogus.* *m*

ANNOTATA D. P.

a *Surius:* Accurrunt Veneti, properant Cenomani, adsunt Vicentini, Longobardi, Sclavi, Aquileienses, Germani, Hungari, Hispani, Galli: suisque oculis cernentes divinitus celeberrima declarari miracula, in laudes præpotentis Dei sua ora laxabant; et corde compuncti, peccata sua Fratribus, tantæ turbæ vix sufficientibus, confitebantur. Si qui vero curationis causa venissent, nec sua vellent peccata confiteri, illi nihil obtinebant: facta autem confessione

A confessione et correctius vivendi concepto proposito, cunctis videntibus, mox misericordiam experiebantur.

EX MSS.

b *Addit idem*, cum ab ejus obitu necdum mensis effluxisset. *Porro in compendium contrahens cetera, Legendam absolvit Surius pauculis lineis.*

c *Præter celeberrimum* S. Justinæ *monasterium (unde Ordinis per Italiam reformatio nomen sumpsit) situm in parte civitatis Meridionali, est aliud nihilo olim minus, ad partem Occidentalem*, S. Benedicti *dictum* :

d *Waddingus nominat* Othonem Candidum, alias Blancum, de Alerano, ex Marchionibus montis Ferrati Casalensis, Diaconum tit. S. Nicolai in carcere Juliano *(imo* Tulliano) *atque* Jacobum de Pecoraria Papiensem, Ordinis Cisterciensis, ex Abbate SS. Vincentii et Anastasii ad Aquas-Salvias Episc. Card. Prænestinum, missos in Lombardiam, ut Longobardos Imperii hostes, Frederico, pacem cum Pontifice simulante, conciliarent. *Utriusque insignia elogia vide apud Ciacconium.*

e *Idem Waddingus ad an.* 1332 *num.* 1 ; Delegarunt Episcopus et Clerus matricis ecclesiæ Canonicos duos duosque Minoritas ; civitatis Magistratus B et Communitas totidem Proceres nobilesque Equites, magno stipatos famulitio.

f *Fuit hic* Joannes de Abbavilla, diœcesis Ambianensis Gallus, Monachus Cluniacensis, ex Abbate monasterii S. Petri de Abbatis-Villa Archiepiscopus Bizuntinus, moxque Episcopus Card. Sabinus *juxta Waddingum.*

g *Idem*, suavem odorem avide exceptum, *ait : et videtur aliam alibi, sed fere solum phrasi diversam, hujus Canonizationis relationem legisse.*

h *Anno* 1232 *Pascha* 11 *Aprilis, Pentecoste celebratum fuit* 30 *Maji ; Bullæ vero expeditæ sunt mense sequenti.*

i *Hunc tractatum optaremus originaliter inveniri : interim solamur nos eo, quem post dabimus, tamquam inde fideliter sumpto.*

k Panichium *alias* Panicum, *minutioris grani species, de quo vulgare proverbium.* Qui passeres metuit, panicum ne seminet : *id est, Qui pericula timet, nihil arduum tentet.*

l *Licet relatorum pleraque infra recurrant, nolui tamen hunc contextum mutilare, iis alio referendis.*

m *Hunc epilogum historicum sequebatur alius, pro-* C *lixus valde et paræneticus styli obscuri, et alterius manifeste Auctoris, congruus titulo MS.* In festo S. Antonii Confessoris : *quo omisso, malo per modum Appendicis addere miracula, ex Processu collecta*, ex MS. Codice Anconitano Conventus S. Francisci in Lectiones distributa, mense Novembris, 1621, *quæ, sic scripta in margine ecgraphi, apud Waddinghi successorem Haroldum reperti nobisque communicati, aliud notare non videntur, quam ecgraphi scripti annum et mensem ; ipsam vero collectionem distributionemque in Lectiones, antiquam omnino esse. Ut ut est, quod invenimus, accipe stylo primogenio ; eodemque leviter mutato, impressa illa haberi scito apud Waddingum, ad an.* 1232 *a num.* 3 *ad* 14, *sed multum contracta.*

APPENDIX

De miraculis ad Canonizationem productis.

Ex MS. Conventus Anconitani.

Ad Laudem et gloriam omnipotentis Dei, Patris et Filii, et Spiritus sancti, et gloriosæ Virginis Mariæ, et S. Antonii. Miracula, quæ coram Domino Gregorio Papa Nono, audiente universo populo Lateranensi, recitata sunt ; succincte, prævia tamen veritate, D ad excitandam fidelium devotionem, duximus annotanda.

PARS I

Sanitas ægris, præsertim contractis et paralyticis, data.

Sanantur contracta sublato gibbo ;

Die namque, quo B. Antonii corpus in ecclesia sanctæ Dei genitricis laudibus et honorificentia debita conditum est ; mulier quædam, Cuniza nomine, monstruose contracta, instrumentis ligneis quæ ferulæ nuncupantur, ad sepulturi locum sustentata pervenit : in cujus humero gibbus immanis, ex humorum concretione consurgens, ita miserabiliter eam incurvaverat, quod non nisi ferulis supportata ullatenus poterat ambulare. Quæ cum coram Sancti tumulo paululum in oratione substitisset prostrata ; complanato mox humero, cunctis cernentibus gibbus evanuit ; omissisque ferulis, erecta mulier ad propria remeavit.

item altera, E

49 In Civitate Paduæ mulier quædam, Ricarda nomine, cunctis civibus extitit fere nota ; quæ viginti annorum spatio crura gerens arida, in tantum fuerat deformata, ut callosa quadam copulatione genua pectori ac pedes natibus adhærerent. Hæc cum die quadam mendicitatis gratia, cum pauperibus ceteris, ad memoriam sancti Patris *a* scannellis vecta pervenisset ; gravi depressa sopore, aliquantulum dormitabat, inclinato capite super terram. Ipsa autem sic pausante, vocem clamantis audivit ; Deo gratias, quoniam liberata est. Expergefacta denique mulier, puellam quamdam quæ gibbosa venerat, et sanctissimi Patris meritis sanitati reddita multis comitantibus recedebat, aspexit. Surrexit ergo mulier, ut et ipsa ad tumulum curationis gratia introiret. Cumque foribus ecclesiæ propinquasset ; ecce puer quidam septennis apparuit, eamque præcedens junctis manibus, ad introitum invitavit : Veni, veni, in nomine Domini ; quia liberabit te, Illa vero, sequens vestigia præcedentis, ad limen ecclesiæ se trahendo pervenit ; sed cum esset in ostio constituta, puer ille disparuit ; ipsa tamen ad sepulcri septa processit. Orante autem illa, ecce globi duo, adinstar ovi, inter femur illius et illa proruperunt ; et humore quodam succutaneo discurrente, dicti globi ad pedum infima descenderunt : concussarumque more manuum perstrepentes, multis audientibus sonuerunt. Denique crura ejus, viginti annorum spatio desiccata, coram omnium oculis extenta sunt : ac laxata cute, redivivæ carnes ad staturam pristinam concreverunt. Dimissis ergo scannellis bajulis, mulier domum rediit : et per medium civitatis incedens, stupefactis civibus notis ejus, firmatis gressibus ambulavit.

a visa puella curata a gibbo,

et ab angelo deducta ad tumulum,

F

anno 20 infirmitatis.

b Tum contracta annis quinque,

50 Mulier quædam, Maria nomine, cum tempore quodam equas partis sui, juxta flumen quod Brenta *b* dicitur, prosecuta, sub arbore nuce consedisset ; vir quidam niger, de amne prodiens, recto tramite ad eam venit ; assumptamque brachiis, ad nucem alteram e vicino celeriter deportavit. Cumque delatam, vim ei inferre cupiens, ad terram projecisset ; adeo miserabiliter confractam dimisit, ut gibboso pectore ac genu contracto, nec non et vertebra coxæ ab ancha *c* distorta, ductu patris ad domum remearet. Quæ quinque annis et eo amplius sic contracta, ad beatissimi Patris Antonii tumulum deportata, per ejusdem merita pristinæ restituta est sanitati. Videbatur namque sibi, dum salva fieret, inter carnem et ossa leniter manum duci ; membra quoque, pridem anxio dolore confecta, ungentis more suavius deliniri.

c

A *et alia ab annis 8,*

51 Alia vero mulier, Gilla nomine, ab annis octo contracta, desiccato crure sinistro ac nervis decurtatis, pedum gressum nequaquam figere poterat super terram; quam vir ejus, nomine Marcoaldus, equo vectam coram Sancti tumulo suppliciter collocavit. Et mox orationi prona se conferens, tanta cœpit angustia perurgeri, ut calorem nimium, qui eam invaserat, ferre non sustinens; exportantibus eam viris, auræ frigidioris haustu spiritum recrearet. Dumque reducta post modicum, coram Sancti tumulo misericordiam imploraret; manum viri, tangentis uterum suum, corpusque levare conantis mulier sentiebat. At illa scire cupiens, quisnam esset qui eam manu contigisset; apertis oculis neminem sibi appropinquare cernebat. Intelligens ergo mulier, divinum fore subsidium quod sensisset; illico per se consurrexit; dimissisque ferulis, gaudens et sana cum viro suo discessit.

d

52 Puella quædam, Agnes nomine, trium annorum spatio totius corporis viribus destituta, ægritudine, quam dicunt *d* atrophiam, laborabat: ita quod intestinis nimia siccitate restrictis, quam cito cibum sumeret, per os illico indigestum ac crudum penitus remittebat: adeo denique morbus invaluit, ut intercluso gutture vix salivam vel molle quidpiam deglutire valeret. Deducta igitur die quadam, et super Sancti tumulum collocata, dolore nimio sauciata, morti visa est propinquare. Cumque dolor, qui pervaserat corpus ejus, paululum recessisset; matrem suam, quæ prope aderat, acclamabat, dicens, se præ fame nimia posse panem integrum deglutire. Assumptam ergo filiam mater lætabunda deducens domum, dato sibi protinus ac retento cibo, corpus aridum humorem pristinum recuperavit, et ad propria remeavit.

B *puella cibum nullum retinens,*

e alia genibus contracta,

53 In Capite-Gauri *e* puella quædam, Samaritana nomine, pro colligendis leguminibus cum puellis aliis agrum sui patris ingressa, contractis subito genibus nequaquam redire valuit; sed portantibus eam ceteris ad paterna limina remeavit; sicque invalescente morbo, annis tribus reptans manibus incedebat; et spectaculo miserabili nates solo trahebat hærentes. Die igitur quadam ad sepulcrum Sancti cum matre veniens, Confessione facta, supplex accessit ad arcam; et hora brevissima manens ibi, meritis Patris sanctissimi sanitati pristinæ restituta, pedibus propriis remeavit ad sua. Quod cum auribus populi Capitis-Gauri nuntiatum fuisset, pulsatis campanis venienti obviam processerunt; et Dei magnificentiam oculata fide cernentes, ipsum veneratione debita collaudabant. Federicus quidam de Comitatu *f* Concordiæ, cum tempore quodam de ecclesia Pulcigni incautius cecidisset; contractis renibus, non nisi ferulis sustentatus, incedere poterat, vel localiter se movere. Veniens autem ad sepulcrum dicti Patris, voto facto sanitatem pristinam reaccepit; dimissisque ferulis, rectus incedens, mirantibus omnibus qui eum antea viderant, ad propria est reversus.

C

f Item contractus renibus

alia manum, et pedem distorta,

54 In civitate Venetiarum mulier quædam, Cæsaria nomine, duobus annis et eo amplius una manu contracta, pedem sinistrum ex transverso ferebat distortum: quæ auditis miraculis sancti Patris, Paduam concito properavit. Cumque præ multitudine infirmorum non valeret ad tumulum propinquare, protensa tibia sepulturæ locum tangere conabatur. Quo cum pedem, salutis anxia, porrexisset; mox eam dolor tantus arripuit, ut commotis ab imo visceribus ac minantibus exitum, præ dolore sudaret. Videntes autem qui aderant angustiam mulieris (jam enim præ debilitate loqui non poterat) removentes eam a sepulcro, juxta templi parietem quietis gratia locaverunt. Ubi cum aliquamdiu moraretur, recedente sudore surrexit; et manus ac pedis sanitate potita, grates debitas agens Deo, lætabunda discessit. Prosdocima, uxor quondam Mainerii de Nocrite, manu et pedibus ambobus contracta, in Mastello *g* quodam ad beati Patris tumulum deportata est. Quæ cum super arcam elevata fuisset, pedes ejus cunctis videntibus sunt erecti, ac pristinis usibus plenarie restituti; manus autem ejus paululum contremiscens, aperiri cœpit protinus et extendi; quod, præmonentibus eam arcæ custodibus, illam clauderet et iterum aperiret.

D *EX MSS.*

item alia, g

et collo distorta,

55 Margarita quædam de civitate Paduana, cum se nocte quadam somni beneficio recrearet, ab alto in terram sibi visa est corruisse. Expergiscens autem mulier, inventa est collum habens distortum, manumque sinistram cum pede pariter decurtatam, ut suspenso calcaneo vix valeret terram tangere summis articulis digitorum. Sed cum die quadam super sancti Patris tumulum collocata fuisset; erecto mox collo caput ad statum rediit condecentem: et manus ac pedis sanitate recepta, per ejusdem Patris merita liberata descendit. Puer autem quidam, Alvertus nomine, cum a nativitate sua usque ad annum undecimum, pedem distortum habuisset sinistrum; partem superiorem ad terram versam, digitos calcaneum pedis dextri ad præposteratos prtabat; cui pater, ad dirigendum pedem, ligna sæpe ligare consueverat: sed mox, quocumque occasione solvere contigerat, in tortitudinem solitam resiliebat. Die igitur quadam, cum mater pueri ad arcam B. Antonii cum filio supplex accessisset; cumque parvo ibidem tempore permanens, vehementer sudasset; a custodibus arcæ matri restitutus, versis ad terram plantis domum rediit.

et alius pede; E

h crure contractus per 6 annos,

56 Massaguerra de *h* Saccili, per annos duos crus dextrum habens contractum, pedem portabat suspensum. Hic cum die quadam, ferulis utens, ad arcam B. Antonii pervenisset: vehementer sudare cœpit. Sed cum doloris, qui eum invaserat, anxietatem ferre nequaquam posset; aliquantulum se ab arca retraxit. Accurrentes qui aderant, levare se conantem erexerunt; moxque videntibus cunctis, nervi pedis ejus extenti sunt; ipse denique, dimissis ferulis, festinus domum rediit: cui occurrit vicinia tota, fusisque lacrymis ac pulsatis campanis, Deo ac B. Antonio gratias egit. Adolescens quidam, Tridentinus nomine, osse quodam in ejus dorsi spina excrescente, quinque annorum spatio gibbosus incedens, manus ad genua protendendo, ferula quadam supportatus, ad sepulcrum Sancti pervenit. Quem cum mater, fide plena, super arcam fecisset ad modicum elevari; descendente mox gibbo, descendit erectus; et cum matre, dimissa ferula, lætus ac laudans ad propria remeavit.

F *gibbosus unus,*

et alter,

57 Vir quidam, Veridolus nomine, ex infirmitate nimia conquassatus, fractis renibus gibbum traxit; ita quod, capite ad terram fere dimisso, sustentatus scannellis bajulis, incedebat. Ductu itaque matris suæ, sancti Patris veniens ad sepulcrum, cœpit illico tantis doloribus perurgeri, ut resoluto quodammodo corpore toto, generaliter exsudaret. Recedente autem paulisper sudore, vir dictus coram astantibus renes extendit; et per Sancti merita gibbus ille disparuit, complanatus. In civitate *i* Trivilii mulier quædam, Venetiana nomine, duobus annis et amplius gibbum portaverat in pectore, ad instar panis; caput autem suum ad genua reclinabat, cum necessitate aliqua se moveret. Veniens igitur ad beati Patris tumulum, tribus diebus orans eum, est concupitæ sanitati reddita; complanatoque gibbo, et elevato capite, Deo et B. Antonio gratias agens, abscessit.

i atque gibbosa;

58 Colangria de Montagnana, per annum et mensem

Ex MSS. item paralytica.

A mensem corpore *h* resoluta, votum vovit Patri sanctissimo, quod ad ipsius tumulum sanitatis gratia se faceret deportari. Hæc cum nocte quadam, in strato suo decumbens, obdormisset; audito strepitu, quasi pulsato pede lectuli, excitata, tremefacta pervigil excubabat. *k* Cumque post modicum iterato sponda lectuli pulsaretur, signo Crucis se muniens mulier, exclamavit; Quis tangit lectum? Audivit per vocem dicentem sibi, Audacter signa te. At illa. Quis es, Domine? Ego sum, inquit Antonius. Exclamansque mulier ait illi; Sancte Antoni, libera me. Qui respondit: Ecce, salva facta es. Mane autem facto, mulier solidata surrexit; et per Sancti merita nullum prorsus gravamen sentiens, deinceps sana permansit. Bartholomæus quidam de Plebe *l* Sacci,

et paralyticus

cum ab infantia mutus existeret, ac per annos quatuordecim toto corpore paralyticæ peste solutus; ad sepulcrum sancti Patris facto voto supplex advenit. Ubi cum, fide ac devotione plena orans, persisteret; soluto linguæ vinculo, confitebatur Deo: et qui dorso viri vectus advenerat, pedibus propriis recedebat.

Muta et debilis

59 Mulier quædam, Micholeta *m* nomine, cum per annos undecim muta et nil omnino loquens extitisset, totius corporis viribus destituta languebat. B Quæ cum mirabilia, sancti Patris meritis exhibita, a dicentibus accepisset; ad sepulcrum ejus se fecit, sanitatis gratia, deportari. Cumque, devotione plenissima misericordiam postulans, coram arca jaceret; per ejusdem Patris merita, [sana] discessit.

item mutus Forojulien.

Vir quidam, de Foro-Julii, cum se linguæ officio gemeret destitutum; ad arcam sanctissimi Patris, ductu matris advenit. Qui dum coram tumulo devotus assisteret, diu perditam reportavit loquelam. In Comitatu Ferrariensi, mulier quædam, Maria nomine, ab annis quatuor toto corpore dissoluta, tremorem capitis continuum est perpessa.

et Ferrariensis paralytica:

Ad locum igitur sepulturæ sancti Patris veniens, in oratione devota permansit; et subito nervi ejus solidari cœperunt, et caput a tremore solito conquievit. Exurgensque mulier, coram multis stetit immobilis super pedes suos; ac plenariæ sanitati reddita, Deum laudans, ad propria remeavit.

item alia duæ.

60 Ermerina de Vincentia, quinque annorum spatio pedibus resoluta, cum necessitate qualibet se moveret, tremebundis motibus corpus in ante retroque ferebat. Veniens igitur ad sancti Patris tumulum pro oratione procubuit; moxque, cupitam C diu, habere promeruit sanitatem. Item Mulier altera, Bilia nomine, tribus annis toto corpore resoluta; tremebundis gressibus, sancti Patris ad arcam, angustiata pervenit. Cumque coram tumulo in oratione diutius perstitisset, invalescente calore, tremor horribilis irruit super eam. Flebant autem viri et mulieres, qui aderant, hæc videntes. Sed cum extra templi ostium deportata, paululum respirasset; recedente calore, tremor pariter abscedebat; et, sanitati pristinæ reddita, in sua cum gaudio remeavit.

ANNOTATA D. P.

a Scannelli *sive* Scamelli, *diminutiva a* scamno *sicut et* Scabellum: *instrumenta manualia, quorum auxilio sic contracti ægrum corpus subvehunt a terra ac promovent, vel etiam manibus ac genibus reptantes trahunt.*

b Brenta *in tabulis notatur* 2 p. m. *ab urbe ad Boream, ubi et vicus* Pons-Brentæ *dictus: sunt tamen qui omne quod urbem irrigat circumrigatque* Brentam *appellent.*

c Ancha *hic sumitur pro osse sacro, cui coxarum seu coxendicum ossa inseruntur.*

d Atrophia, *cibi sumendi vel retinendi impotentia;* D *ecgraphum* Antropam *habet: Waddingus* omnino syntecticam *interpretatur, id est,* tabefactam *seu* consumptam.

e Caput-Gauri *et alia plura hic nominanda, nec a tabulis notata loca, Patavinis designanda relinquo.*

f Concordia, *Mirandulani Principatus oppidum, Padua distans* 60 p. m. *et amplius.*

g Mastellum, *Italis proprie dicitur* labrum *seu* pelvis, *in quo vinum ex dolio promitur; hic videtur pro* lignea scutella *sumi, ejusmodi contractis satis commoda, qua corpori alligata et in ea sedentes seipsos promovent, tenendo scannellos manibus, vel furcillas sub axillis.*

h Sacile, *oppidum Marchiæ Tarvisinæ ad Liquentiam fluvium terminumque Forojulii,* 20 *circiter* p. m. *Padua remotum.*

i Trivisium *vulgo* Triviggio, *alias* Tarvisium, *Marchiæ prædictæ caput, distat Padua* 20 p. m. *ad Euroboream.*

k *Waddingus, addit* Dysentericam etiam et hæmorrhoissam *fuisse, quod forte librario nostro excidit. Est autem* Montagnana p. m. 20 *a Padua versus Mantuam.*

l Plebs-sacci, 9 p. m. *versus Orientem ab urbe.*

m *Waddingo* Michelotta: *infra autem num.* 63, *ubi nos* Michelottam *habemus, ipse* Micholettam *appellat.* E

PARS II.

De cæcis illuminatis, et variis morbis curatis.

Curatur podagricus.

Vir quidam de Poccili, Sconitus nomine, pedes habens putridos, et nodosa podagræ inflatione tumentes; dorso viri vectus, ad sepulcrum sancti Patris advenit. Facta autem Confessione, cum a Fratre quodem pœnitentiam suscepisset; dimissus ab ipso, ad Sancti tumulum est delatus. Ubi cum devote Sancti suffragia postulasset; mox tanta velocitate sanatus, ad Fratrem cui confessus fuerat est reversus, ut præ subitatione nimia, Frater ipse miratus, huc illucque per claustrum eum faceret ambulare.

Frater cœcus,

Frater quidam, Theodoricus nomine, de Ordine nostro, duorum annorum spatio sinistri oculi visione privatus, de Apuliæ finibus, ad sepulcrum sancti Patris Antonii supplex venit. Qui cum aliquamdiu cum Fratribus Paduæ moraretur, coram Sancti tumulo sanitatis gratiam enixius implorabat. Tandem autem optato potitus lumine, gaudens et laudans, ad patriam, de qua venerat, remeavit. F

a septennio cæca,

Mulier quædam Teutonica, nomine *a* Carolina, per annos septem utriusque luminis officio destituta, cum ad sancti Patris tumulum devota venisset, parvo temporis intervallo coram arca in oratione permansit; ac recuperato cœlitus lumine, lætabunda et laudans, remeavit in sua.

et alia sesquianno:

62 Puella quædam, Auriema nomine, per annum et dimidium orbata lumina oculorum, recuperandæ sanitatis gratia est deportata ad tumulum Sancti Patris. Quæ cum velum, quo tegebatur arca, cæcis oculis applicuisset; per ipsius merita mox apertis palpebris, desideratum diu lumen accepit.

b item cæcutiens septennio,

Leonardus de *b* Corniclano, trium annorum spatio unius oculi lumine destitutus ex toto; altero vero in tantum cæcutiens, ut non nisi voce notos discerneret ab ignotis; ad reverendi Patris tumulum, gratia recuperandæ salutis, advenit; cumque, oratione fusa, modico coram arca tempore moraretur; utriusque luminis officio restitutus abscessit.

c et cœcus,

Flos de Gemma de Laureto, cum per annos septem sinistri foret oculi officio penitus viduata *c*; ad beati Patris Antonii arcam veniens, concupito dotata lumine, Deo gratias agens, ad sua cum gaudio repedavit. Mulier

A Mulier quædam, Alexia nomine, cum per annos quinque utriusque luminis usu orbata foret totaliter, ad sepulcrum viri Dei, diu perditum per ipsius merita recepit visum.

et epileptica,

63 In civitate Paduana mulier quædam, Michalotta nomine, epilectica peste laborans, ex nimietate morbi oculorum lumen amiserat, et quam sæpe morti contermina apparebat. Quam cum mater ejus ad Sancti tumulum sanitatis gratia deportasset; super arcam ad modicum elevata, mox apertis oculis amissum lumen recepit, et ab illo tempore peste nequaquam epilectica laboravit.

Surdus unus,

Rolandus quidam, cognomento Bolgarus, invalescente capitis ejus ægritudine valde gravi, viginti annorum spatio surdus effectus; coram Sancti Patris tumulo stans devotus, sanitati pristinæ restitutus est, et gaudens ad propria remeavit.

alter,

Leonardus de Venetiis, ab annis quatuor, ex contractione humorum, auribus obturatis, omnino surdus effectus est. Hic cum die quadam ad sepulcrum viri Dei devotione supplici accessisset, desideratum illico recuperavit auditum.

d ac tertius,

Alius autem, Menicus *d* nomine, duorum annorum spatio surdus existens; ad locum sepulturæ S. Antonii, obtinendæ salutis gratia, supplex venit. B Ubi cum, misericordiam postulans, extitisset; sanitati plenariæ restitutus, Deum laudans ac lætus abscessit.

Epileptica et gressu destituta, curatur a vivente;

64 Civis quidam Paduanus, Petrus nomine, habebat filiam vocabulo Paduanam; quæ cum quatuor esset annorum, et nullo prorsus pedum officio frueretur, more serpentium reptans, manibus incedebat. Dicebant autem, quod epileptica peste laborans, volutari sæpius et cadere consuevit. Quadam vero die, dum adhuc viveret Pater sanctus, iter faciens per civitatem, obvium habuit patrem ejus; quam deportans in ulnis rogare cœpit, ut filiæ suæ benedicere dignaretur. Cujus fidem S. Antonius attendens, benedixit eam protinus et dimisit. Pater vero puellæ domum rediens, curriculo sustentatam huc illucque per domum ambulare coegit; quæ in brevi ita convaluit, ut nullo penitus sustentaculo egeat; nec ab illo tempore, quo Sanctus eam signaverat, ullam morbi epileptici deinceps senserit passionem.

alius ad tumulum defuncti

Puer quidam, nomine Simeon, trium annorum spatio morbi caduci passionibus conquassatus, pronam terræ quam toties faciem collidebat; sicque miserabiliter palpitans post ruinam, mortuo similis C apparebat. Solicita igitur mater ejus pro salute filii, ad sepulcrum Patris sanctissimi duxit eum: factaque oratione domum rediens, nequaquam ultra passionis dictæ symptomata aliqua toleravit.

suscitantur puella submersa

65 In comitatu Paduæ mulier quædam, ad vicinam domum pro quærendo igne profecta; revertens ad propria, filiam parvulam se sequentem, in fossa quadam, aqua lutoque repleta, supino vultu natantem reperit. Accurrens itaque gemebunda mater, submersam filiam de lacu fæcis abstraxit, extractamque in fossæ margine collocavit. Advolantibus autem ad spectaculum triste non paucis, vir quidam de astantibus pedes ejus elevans in sublime, verso capite in deorsum, haustas aquas emittere satagebat. Sed nec sic quidem vox inerat, neque sensus: quia compressis labiis atque genis, omnis omnium recesserat spes salutis. Tandem igitur facto voto, promisit se mater ipsius iconiam *e* ceream ad S. Antonii tumulum delaturam, si redivivam sibi filiam restituere dignaretur. Quo emisso; mox, cernentibus omnibus qui astabant, puella labia sua movit; et immisso cujuspiam digito ori ejus, aquas illico epotatas emisit; ac per sancti Patris merita calore vitali fota, revixit.

e

et puer

66 Simile aliquid contigit in civitate de Comaclo. Erat nempe ibi vir quidam, Dominicus nomine: qui, ut die quadam quidpiam operis ageret, a domo D exiens, filium suum parvulum habuit in vestigio insequentem. Cumque modicum a domicilio recessisset, retro spectans neminem sibi adesse videbat. Stupefactus itaque, circumquaque prospiciens, submersum filium in lacu quodam tristis aspexit, accurrensque mox extractum, matri tradidit suffocatum. Quæ confestim voto facto, gemebundis vocibus Patris sanctissimi auxilium invocans corde toto, per ipsius merita redivivum filium gavisa est accepisse.

Ex MSS.

f g Servatur ruente ab alto terra oppressus,

67 In Apulia civitate *f* Monopoli, juxta locum Fratrum, juvenis quidam terram fodiens, ripa *g* desuper irruente, letaliter est oppressus. Quem cum puer quidam terra obrui conspexisset, currens et ejulans nuntiavit matri suæ. Porro mater hæc audiens, cœpit palmis faciem suam cædere, et capillos laniare, accurrensque cum lacrymis ad locum Fratrum, voce miserabili proclamavit, dicens; Accurite, Fratres, accurrite: adjuvate me, quia terra operuit filium meum. Quo audito accurrentes Fratres, cum ligonibus et aliis instrumentis cœperunt fodere, ubi terram viderant cecidisse; matre juvenis continue proclamante, Sancte Antoni, redde mihi filium meum. Fodientes igitur invenerunt pedes ejus, præ E terræ pondere livescentes; inde vero nates terra contusas. Alii autem percutientes *h* sappis, in *i* capello quod gerebat in capite tria foramina perfecerunt. Cumque puerum de sub terra traxissent, vivus apparuit, sed graviter conquassatus. Interrogantibus autem Fratribus qualiter vivere poterat sub ruina; respondit; B. Antonius manum suam tenuit super guttur meum. Quod audientes, plurimi qui astabant, Deo et S. Antonio grates debitas persolverunt.

h i

Incredulus miraculis

68 Miles quidam de Salvaterra, Aleardinus nomine, cum ab ineunte discretionis tempore foret hæretica pravitate delusus, auditis mirabilibus dicti Patris, die quadam cum uxore et familia Paduam veniens constitutus in mensa, cum prandentibus ceteris super miraculis S. Antonii conferebat. Asserentibus autem illis illum fore Sanctum Dei, evacuato, quem manu tenebat, cyatho vitreo, in hæc ferme verba prorupit. Si cyathum istum inconcussum servaverit, quem vos Sanctum asseritis; vera fore cetera fatear quæ de ipso mihi persuadere contenditis: projecitque de solio, in quo consederant ad prandendum, super pavimentum cyathum. Dictu mirabile! Collisum lapidi vitrum restitit; et, videntibus multis in platea prope astantibus, inconcussum permansit. Quo viso miraculo pœnitentia ductus, ad vitrum impiger Miles ipse prosiluit! illæsumque secum perferens, quæ dicta vel facta fuerant cuncta per ordinem Fratribus enarravit. Facta ergo devote Confessione peccaminum, injunctam sibi pœnitentiam humili devotione suscepit; et fideliter adhærens Christo, virtutem ejus constantissime prædicabat.

eorum experimentum sumit in vitro ad terram alliso:

k item Clericus

69 Quidam Clericus de *k* Anguillaria, Guidoctus nomine, cum die quadam constitutus in Camera Domini Episcopi Paduani, testes super miraculis Patris sanctissimi deponentes clanculo derisisset; nocte sequente per totum corpus dolore cœpit validissimo perurgeri: ita quod, absque dubitatione qualibet, mortis sibi judicium crederet imminere. Indignum autem se misericordia reputans, matrem suam humiliter precibus adiit, et ut sanitatis gratiam consequi mereretur in fide sua, votum Sancto faceret obsecravit. Quo facto, ante diem convaluit lucescentem; et qui veritatis testes irriserat infidelis, testis et ipse publicus veritatis effectus, Christi gloriam prædicavit.

dolore corporis totius punitur

70 Forte die quadam viri simul et mulieres, numero

A mero ferme viginti sex, ut Venetias tenderent navem unam apud S. Hilarium conscenderunt. Cumque hora Completorii ad lacunam juxta S. Georgium de Alega *l* pervenissent; orta tempestate gravissima ad locum prædictum refugere conabantur. Prævalescente autem turbine conquassati, ad incognita sibi prorsus loca delati sunt: nam caligo quædam, cum vento simul et pluvia, ita spissa desuper incumbebat, ut vix se invicem videntes, de salute penitus desperarent. Facta denique Confessione peccaminum, et a Sacerdote qui intererat absolutione suscepta, cum clamoribus ac lachrymis ululantes, Deo et B. Antonio se suppliciter devoverunt. Statim autem facto voto, circa navem procella quievit; incumbentibus tamen tenebris, ubi forent, vel quo tenderent, nemo præsentium recognovit. Et ecce de navi ipsa lux egressa resplenduit, quæ navigantes et collacrymantes præ lætitia præcedebat; et eosdem ad locum S. Marci parvuli, juxta Venetias, salvos duxit. Quo cum Patris sanctissimi meritis, de manu mortis eruti, pervenissent; mox præambulum ab eorum oculis lumen disparuit, et in tuto positis ducatum ultra subtraxit.

EX MSS.

l

Liberantur in mari Veneto periclitantes (10)

71 Mulier quædam de Monte-Silice *m*, iter faciens versus Paduam cum viro suo, comitantibus B aliis, præconceptam mentis suæ lætitiam verbis et risibus ostendebat: maritus enim ejus nuper ante promiserat, quod ad S. Jacobi visitanda secum limina ipsam duceret, ut petebat. Volens igitur vir prædictus jucunditatem ejus et risum pariter temperare, mulieri dixit: Quid tot verbis et risibus læta diffluis, ac spe vana decepta gestu solveris importuno? Scias me omnino mutasse propositum, et nequaquam quo tu properas profecturum. Cumque maritus verbis eam hujusmodi exasperans perstitisset, post longa tandem silentia mutato vultu, mulier intulit objurganti; nisi promissum mihi peregrinationis munus opere compensaris, noveris me in nomine Jesu Christi ac B. Antonii aquis istis quæ præterfluunt submergendam. At ille nequaquam fidem adhibens verbis ejus, quin potius obfirmata facie stultam vocans, promissum solvere constantius denegabat. Sublata ergo fiducia ac spe omni frustrata, infelix mulier manus in se convertit; et B. Antonii nomine invocato, se præcipitem aquis dedit. Videntes autem mulieres quæ aderant mediis fluctibus volutantem, stupefactæ nimis cursu rapido advolabant; et feminei pudoris oblitæ, madefactis C natibus ac totis vestibus, aquis extrahunt obvolutam. Quam, cum educta foret, in littore collocantes; mirum certe quod narro! mulieribus ceteris contorquentibus vestes suas, et aquarum copiam educentibus; ipsa quidem nec filo subtegminis humefacto, super fluminis ripam inventa est. Quod quidem factum etsi fatuitati potius adscribimus quam virtuti; Patris tamen sanctissimi hæc apud Deum merita potuisse credimus obtinere, ut quem vere semper simplicitatis amicum extitisse cognovimus, simplicitatem feminæ, licet stultam, mediis fluctibus conservaret illæsam.

m

Negata ad S. Jacobum peregrinatione irritata mulier,

seque in S. Antonii nomine præcipitans,

servatur ab aqua, et sicca inde educitur.

72 Soror quædam servitialis, de Ordine pauperum Dominarum, Oliva nomine, cum adhuc Patris sanctissimi corpus existeret insepultum, accessit supplex et deosculans manus ejus; inter cetera [autem] quæ rogavit, indulgeri sibi meritis ejus petiit, ut pœnam omnem quam peccatis exigentibus meruisset, in præsenti sibi Deus infligeret, nec puniendum quidpiam in posterum reservaret. Oratione vero facta monasterium mulier subiit, moxque per omne corpus dolore validissimo cruciata, præ immensitate doloris se ipsam ferre non valuit, sed Sorores ceteras stridoribus admodum perturbavit. Quæ [recepta] paululum valetudine circa noctem, die sequenti cum D Sororibus ceteris simul ipsa refectorium clanculo subintravit; et ad mensam cum aliis constituta, iteratis cœpit subito doloribus perurgeri, ita quod nequaquam cibum sumeret, sed parturientis more huc illucque super mensam se volveret et clamaret. Jubente igitur Abbatissa ad infirmariam delata est; et quæ sibi votis omnibus in præsenti pœnam infligi poposcerat, multiplicatis precibus ab eodem remedia flagitabat. Tandem autem reminiscens mulier quamdam apud se tunicæ Sancti particulam habere reconditam; mox allatam sibi super corpus ducens applicuit, ac confestim dolor omnis abscessit.

Morbum quærens præ purgatorio optans,

et voti compos facta

applicita Sancti tunica sanatur.

73 Mulier quædam de Trimegone, Tumita *n* nomine, cum auditis mirabilibus sancti Patris, ad sepulcrum ejus summo desiderio æstuasset, nec veniendi facultatem haberet; eo videlicet, quod ad effugandam importunitatem passerum, a panico quod habebat ad messem, custos extiterat constituti; die quadam veniens ad clausuram, qua prædictum panicum cingebatur, S. Antonio votum vovit, quod si illud a passeribus custodiret intactum, ejus sepulcri locum novem vicibus visitaret. Facto autem voto, confestim uno agmine magna dictarum avium multitudo a clausura discessit; nec super salices panicum ambientes ullus, quem cerneret, E passer remansit.

n

Panicum ei commendatum servatur ab avibus.

74 Cum Puer quidem de civitate Paduana, Henricus nomine, cum inflato collo tolerasset maximam per dies quindecim passionem; mater ipsius solicita vovit Sancto caput cum collo cereum ad ejus se tumulum delaturam. Cumque die quadam filium suum ad sepulcrum Patris sanctissimi deduxisset; reversus ad propria dictus puer sanitatem colli continuo est adeptus. Dissimulante vero matre votum reddere quod promisit, collum pueri cœpit iterato inflari, ac dolore pristino perurgeri At illa, reatus sui conscia, merito doluit; et promissum caput cum collo cereum ad sepulcrum Sancti transmisit. Quo facto tumefactum collum, subito recedente dolore, resedit; et diebus paucis interpositis, sanitati plenariæ est restitutus. Miles quidam de Campo rotundo, Bartholomæus nomine, filiam suam habebat infirmitate lapidis aggravatam, ita quod quibusdam anni temporibus velut canis, angustiæ atrocitate, latraret. Cujus mater compassione, et dolore nimio sauciata, suppliciter ac devote B. Antonio votum vovit, deprecans, ut cupitam filiæ sanitatem reddere dignaretur. Quo emisso, lapillum quemdam continuo F per inferiora puella projecit, ac deinceps ægritudinis prælibatæ nullam pertulit passionem.

Voto a matre neglecto redit morbus filio:

sanatur gravis dolor calculi.

75 Hæc igitur supradicta, et pleraque alia Virtutum signa, Dominus majestatis per servum suum Antonium operari dignatus est, quæ non sunt scripta in libro hoc: de multis tamen hæc pauca decerpendo conscripsi, ut et laudi ejus adjicere cupientibus occasionem gloriæ ministrarem, ac brevitate styli legendi studium provocarem. Si enim per singula scriberentur signa ejus; timeo ne, sicut multitudo fastidium, ita etiam et magnitudo operum dissueta, infirmorum mentibus dubietatis scrupulum generaret.

Cetera miracula prætermittuntur.

ANNOTATA D. P.

a *Ita Waddingus, quod magis placet, quam ecgraphi nostri* Carolina: *non item, quod mox sequitur*, Aurienna, *pro* Auriema.

b *Idem* de Comiliano, *neutrum apparet in tabulis.*

c *Waddingus, Marem facit*: Lauretanum *enim fuisse scribit: est tamen feminis usitatius nomen* Floris, *quam viris.*

d

A d Menicus, *diminutum nomen a nomine* Dominicus, *Italis* Domenico.

e Iconia, *id est*, icuncula.

f Monopolis, *ad mare sita civitas*, 20 p. m *ultra Barium.*

g Ripa, *Italis etiam pro* rupe *dicitur.*

h Sappa *et* Sapa, *dicitur* ligo, *unde Francis* Sapper, *est* fodere.

i Capellus *Italis et Francis dicitur, galerus, a capite tegendo.*

k Angillaria, *Patavini agri oppidum aut vicus, necdum a me repertus in tabulis.*

l *Alias* S. Georgii in Alga, *Veneticarum insularum una, ubi Canonicorum Regularium inde nominata Congregatio, nunc extincta, originem habuit: et unde ad Patriarchatum Venetum auspicandum assumptus B. Laurentius Justinianus, 8 Januarii illustratus. Quantum inde distet* S. Hilarii *locus, in tabulis prætermissus, quærant alii, uti et situm* S. Marci parvuli.

m Mons silicis, *Padua distat* 8 p. m. *in meridiem.*

B n *Waddingus nomen dissimulavit, fortasse suspicatus male scriptum; puto* Juncta *legendum.* Trimegone *in tabulis non notatur.*

COROLLARIUM

De Canonizatione Bullis Pontificiis declarata.

Canonizatione celebrata 30 Maji,

T*ot tantisque et multo pluribus aliis miraculis declarata divinitus sanctitas Antonii, cito ab Apostolica Sede obtinuit, quam ab ea poterat obtinere certitudinem inter mortales summam. Prius enim quam primus a morte annus effluxerat, celebrata Canonizatio fuit, ut dictum in Vita num.* 33 *in die Pentecostes* 30 *Maji; et mox sequenti mense expedita fuit Bulla; cujus, inquit Waddingus num.* 14, vidi exempla plura, in solo subscriptionis die discrepantia. Cum enim multa transmitti oporteret, nec uno scribebantur aut dabantur die, diversi temporis præferunt notas. Unum habetur in Regesto Vaticano num. 12, sub Kal. Julii; et totius rei seriem descriptionemve originalem, inter vetera tabularia Anagniæ repertam, servari Romæ in Vaticano ex mandato S. D. Gregorii, sibi retulisse Reverendiss. D. Calligarium Brittonoriensium Episcopum, scribit Rodulphus; quam ego tamen, *inquit idem Waddingus*, non potui detegere. *Optamus sane ut detegatur. Interim unam de-* C *texit Saviolus pag.* 52, *postridie, id est, secunda Pentecostes datam, et Paduanis directam hoc tenore:*

mense Junio expediuntur Bullæ:

BULLA CANONIZATIONIS.

quarum brevior una

Gregorius Episcopus, Servus servorum Dei, Venerabilibus Fratribus, Archiepiscopis, Episcopis, et dilectis filiis, Potestati et Populo Paduano, salutem et Apostolicam benedictionem. Litteras, quas per dilectos filios G. Priorem S. Mariæ de Monte-Crucis, Archidiaconum et Canonicum, Fr. Gerardum, et Fr. Spinabellum; ac nobiles viros Schinellam et Robertum Comites, Paschalem et Carolum Paduanos, nuntios vestros, vestra nobis devotio destinavit, paterna benignitate recepimus; et tam ipsarum seriem, quam ea quæ nobis ex parte vestra iidem prudenter exponere curaverunt, intelleximus diligenter. Ceterum, cum tam per easdem litteras, quam per ipsos nuntios nobis duxeritis humiliter supplicandum; ut, cum Dominus tantam sanctæ memoriæ Beato Antonio contulerit gloriam, ut (ad dandam scientiam primæ stolæ immortalitatis illius, et certum indicium de secunda) sepulcrum ejus tot et tantis det coruscare miraculis, quod ejus inter alios Sanctos non invocari suffragia est indignum; D ipsum Sanctorum Catalogo adscribere curaremus.

Patavinis directa,

EX MSS.

78 Nos, etsi Romana Ecclesia, in tam sancto negotio, non sic subito, sed cum gravitate et maturitate plurima, consueverit procedere hactenus; tamen sinceræ fidei vestræ zelum et devotionem, quam ad Nos et eamdem Ecclesiam habere noscimini, attendentes; ad confundendam hæreticam pravitatem, et fidem catholicam roborandam; ipsum Catalogo Sanctorum, ex Fratrum nostrorum consilio, et omnium Prælatorum apud Sedem Apostolicam existentium, duximus adscribendum. Volentes igitur ut civitas Paduana, quasi lucerna super candelabrum posita, lumen præbeat aliis per exemplum; Universitatem vestram rogamus, monemus attentius, et hortamur, ac in remissionem vobis injungimus peccatorum: quatenus in timore divini nominis, et amore ac devotione Apostolicæ Sedis, immutabiliter persistatis. Nos enim, cum vos geramus in visceribus Jesu Christi, ad honorem et profectum vestrum libenter, quantum cum Deo poterimus, intendemus. Datum Spoleti, kal. Junii, Pontificatus nostri anno sexto.

ad quorum preces canonizatio fuerat maturata

signatur 1 Junii.

79 *Prolixiorem aliam, magisque universalem, et biduo post datam, sic recitat Waddingus:*

prolixior alia, E

ALIA BULLA.

ad omnes fideles,

Gregorius Episcopus, servus servorum Dei, Venerabilibus Fratribus, Archiepiscopis et Episcopis; dilectis filiis Abbatibus, Prioribus, et aliis Ecclesiarum Prælatis, præsentem paginam inspecturis, salutem et Apostolicam benedictionem.

Cum dicat dominus per Prophetam, Dabo vos cunctis populis in laudem et gloriam et honorem; Soph. 3, 8 et per se polliceatur, quod Justi sicut sol in conspectu Dei fulgebunt; pium et justum est, ut, quos Mat 13, 43 Deus merito sanctitatis coronat et honorat in cœlis, nos venerationis officio laudemus et glorificemus in terris: cum ipse potius laudetur et glorificetur in illis, qui est laudabilis et gloriosus in secula et in Sanctis. Ut enim suæ virtutis potentiam mirabiliter manifestet, et nostræ salutis causam misericorditer operetur; fideles suos, quos semper coronat in cœlo, frequenter etiam honorat in seculo; ad eorum memorias signa faciens et prodigia, per quæ pravitas confundatur hæretica, et fides Catholica confirmetur; fideles, mentis torpore discusso, ad boni operis excitentur instantiam hæretici, depulsa in qua jacent cæcitatis caligine, ab invia reducantur ad viam; et Judæi atque Pagani, vero lumine cognito, recurrant ad Christum, lucem, viam, veritatem, et vitam.

exponit quod Deus Sanctos suos velit et in terris honorari, F

80 Unde Nos, carissimi, etsi non quantas debemus, quantas possumus gratias agimus gratiarum omnium Largitori; quod diebus nostris, ad confirmationem Catholicæ fidei, et ad confusionem hæreticæ pravitatis, evidenter innovat signa, et mirabilia potenter immutat; faciens illos coruscare miraculis, qui fidem Catholicam, tam corde quam ore, nec non et opere, roborarunt. De quorum numero sanctæ memoriæ B. Antonius, de Ordine Fratrum Minorum, qui olim degens in seculo magnis pollebat meritis, nunc vivens in cœlo multis coruscat miraculis, ut ejus sanctitas certis indiciis comprobetur. Cum enim dudum venerabilis Frater noster Episcopus, et dilecti Filii Potestas et Commune Paduanorum, nobis per nuntios suos et litteras humiliter supplicassent; ut, cum Dominus eidem Sancto tantam contulerit gloriam, ut ad dandam scientiam primæ stolæ immortalitatis ipsius, et experimentum evidens de secunda, sepulcrum ejus tot ac tantis daret coruscare miraculis, quod ejus inter alios Sanctos non

idque declaret per miracula;

in quibus excellere Antonium,

A non invocari suffragia, est indignum ; de ipsius miraculis testes recipi mandaremus.

EX MSS.

81 Nos, attendentes, quod, licet ad hoc ut aliquis Sanctus sit apud Deum in Ecclesia triumphante, sola sufficiat finalis perseverantia, juxta illud, Esto fidelis usque ad mortem et dabo tibi coronam vitæ ; ad hoc tamen ut Sanctus habeatur apud homines in Ecclesia militante, duo sunt necessaria, virtus morum et veritas signorum, merita videlicet et miracula ; ut hæc et illa sibi ad invicem contestentur, cum nec merita sine miraculis, nec miracula sine meritis plene sufficiant, ad perhibendum inter homines testimonium sanctitati; sed cum merita sana præcedunt, et clara succedunt miracula, certum præbent indicium sanctitatis; ut nos ad ipsius venerationem inducant, quem Deus ex meritis præcedentibus et signis subsequentibus exhibet venerandum : quæ duo ex verbis Evangelistæ plenius colliguntur ; Illi autem profecti prædicaverunt ubique, Domino cooperante et sermonem confirmante sequentibus signis : eidem Episcopo, et dilectis Filiis Fr. Jordano S. Benedictini, et I. * S. Augustini, Prioribus Ordinis Fratrum B Prædicatorum Paduanorum, receptionem testium de miraculis ejusdem Sancti, duximus committendam.

Apoc. 2, 10

compertens Pontifex,

Mat. 16, 20

** Joanni*

82 Nuper autem, tam per relationem prædictorum Episcopi et Priorum, quam per depositiones testium super hoc receptorum, de ipsius virtutibus et miraculorum insigniis certiores effecti, et experti aliquando per nos ipsos sanctitatem vitæ et admirabilem conversationem ipsius, utpote qui apud nos fuit aliquando laudabiliter conversatus ; eisdem Episcopo, Potestate ac Commune prædictis, per solennes nuntios suos et litteras nobis cum instantia denuo supplicantibus, quod eumdem Fratrem Sanctorum Catalogo adscribere dignaremur ; ut auctoritate (sicut convenit) Apostolica Patavinorum dignus honor illi exhiberetur in terris, qui (sicut claris signis et evidentibus argumentis apparet) honoratur in cœlis; ipsum, qui corporaliter dissolutus cum Christo esse meruit in cœlestibus, ne illius honori debito et gloriæ detrahere quodammodo videremur, si glorificatum a Domino permitteremus ulterius humana devotione privari ; de Fratrum nostrorum consilio et Prælatorum omnium tunc apud Sedem Apostolicam existentium, Catalogo Sanctorum duximus adscribendum.

ex informationibus ad se missis,

declarat quod ad preces Patavinorum

C

83 Cum igitur, secundum Evangelicam veritatem, nemo accendat lucernam et ponat eam sub modio, sed super candelabrum, ut omnes qui in domo sunt lumen videant ; et prædicti Sancti lucerna hactenus sic arserit in hoc mundo, quod per Dei gratiam, jam non sub modio, sed super candelabrum meruerit collocari ; universitatem vestram rogamus, monemus attentius et hortamur, per Apostolica vobis scripta mandantes, quatenus devotione fidelium ad venerationem ipsius salubriter excitantes, festivitatem ipsius Idibus Junii annis singulis celebretis, et faciatis solenniter celebrari : ut ejusdem precibus Dominus exoratus, gratiam in præsenti et gloriam nobis tribuat in futuro. Nos autem cupientes sepulcrum tanti Confessoris, qui miraculorum fulgoribus illustrat Ecclesiam generalem, congruis honoribus frequentari ; omnibus vere pœnitentibus et confessis, illud in festivitate ipsius, usque ad octavum diem, annis singulis cum reverentia debita visitantibus ; de omnipotentis Dei misericordia et beatorum Petri et Pauli auctoritate confisi, annum unum de injuncta sibi pœnitentia misericorditer relaxamus. Datum Spoleti III Nonas Junii, Pontificatus nostri anno sexto.

Mat. 5, 16
ipsum Canonizavit

et festum celebrantibus largitur indulgentiam.

3 Junii

LEGENDA ALIA

SEU LIBER MIRACULORUM.

Chronicis Ordinis olim insertus,

et ex MSS. erutus a R. P. Luca Waddingo.

CAPUT I.

Miraculis confusi et conversi hæretici.

Gloriosissimus Pater, S Antonius de Padua, unus de electis Sociis S. Francisci : quem idem sanctus Pater, propter vitam et prædicationis famam, suum Episcopum *a* appellabat ; cum Romæ in Concilio, de mandato summi Pontificis, peregrinis innumerabilibus, qui illuc propter Indulgentias et Concilium convenerant, prædicaret (erant enim ibi Græci, Latini, Francigenæ, Theutonici, Sclavi, et Anglici, et aliarum linguarum diversarum) sic Spiritus sanctus linguam, ut quondam sanctorum Apostolorum, mirificavit ; quod omnes, qui audiebant, non sine E omnium admiratione ipsum clare intelligebant : et unusquisque audiebat linguam suam, in qua natus erat. Et tunc tam ardua et melliflua eructavit, quod omnes reddiderit stupore et admiratione suspensos : propter quod Papa ipsum, Arcam testamenti vocavit.

Prædicans ab omni natione intelligitur a

2 Cum S. Antonius Arimini prædicaret, ubi hæreticorum magna copia morabatur ; contra eorum errores disputans, cupiebat eos ad lumen reducere veritatis. Ipsi vero, facti lapides per obstinationem, illius sanctis eloquiis non solum non acquiescere, sed ipsa audire totaliter contempserunt. Sanctus vero Antonius, Deo inspirante, accessit quadam die ad os fluminis *b*, juxta mare, constans in ripa quæ mari appropinquabat et flumini ; incepitque modo prædicationis pisces ex parte Domini advocare, dicens : Audite verbum domini, pisces maris et fluminis, ex quo illud audire contemnant hæretici infideles. Ecce statim accedit ante S. Antonium tanta magnorum et parvorum piscium multitudo, quod numquam tanta simul in illis partibus visa fuit : et omnes tenebant capita aliquantulum extra aquam. Vidisses ibi pisces magnos adhærere minoribus, et minores sub alis magnorum pacifice pertransire et F etiam permanere. Vidisses ibi diversorum species, et quoslibet ad sibi similes currere, et quasi quemdam campum pictum, varietate colorum et figurarum mirabiliter decoratum, ante Sancti faciem ordinari. Vidisses ibi turmas piscium, magnorum et grandium, quasi castrorum acies ordinatas, loca ad prædicationem percipere. Vidisses ibi pisces mediocres, loca mediocria capere ; et, quasi doctos a Deo, absque truculentia in suis locis consistere. Vidisses ibi piscium parvulorum multitudinem copiosam, tamquam peregrinos ad Indulgentiam propinquare, et ad sanctum Patrem, tamquam ad tutorem, propinquiores accedere. Ita quod in ista prædicatione, cœlitus ordinata, primo pisces minores, secundo mediocres, tertio ubi erat aqua profundior, pisces maximi, S. Antonio assistebant.

Arimini nolentibus audire hæreticis,

b

pisces ad concionem evocat;

(s)que magno numero et miro ordine dispositis,

3 Illis vero taliter ordinatis, incepit S. Antonius solenniter prædicare, dicens : Fratres mei, Pisces, multum tenemini pro vestro modulo referre gratias Creatori, qui in vestrum habitaculum dedit vobis tam nobile elementum, ita ut aquas dulces et salsas, prout expedit, habeatis. Refugia insuper multiplicia contulit, ut evitetis incommoda tempestatis. Exhibuit

verba facit ad laudem Creatoris:

A buit insuper elementum vobis diaphanum et limpidum, ut vias per quas incedatis, et escas plenius videatis. Ut etiam vivere possitis, idem Creator vobis escas necessarias administrat. Vos in creatione mundi, pro benedictione, a Deo multiplicationis præceptum habuistis. Vos in diluvio, ceteris animalibus extra arcam pereuntibus, absque læsione fuistis reservati. Vos alis ornati et virtute roborati, undique discurritis, prout libet. Vobis datum fuit ex imperio Jonam Prophetam Domini reservare, et illum post tertium diem reponere in terram. Vos censum Domino Jesu Christo, cum tamquam pauper non haberet unde staterem solveret, obtulistis. Vos, ante resurrectionem et post, fuistis in cibum æterni Regis. Propter quæ omnia multum tenemini laudare et benedicere Deum, a quo tot bona singularia præ ceteris animalibus recepistis.

4 Ad hæc verba et similia hortamenta, aliqui pisces voces emittebant, aliqui aperiebant ora, et omnes capita inclinabant; signis quibus poterant, Altissimum collaudantes. Ad hanc reverentiam piscium exhilaratus in Spiritu sancto Antonius, et voce altissima clamans, dicebat : Benedictus Deus æternus: quia magis honorant pisces aquatici Deum, B quam homines hæretici : et melius audiunt bestiæ irrationabiles, quam homines in fide infideles. Quanto autem Antonius plus prædicabat, tanto piscium multitudo crescebat ; et nulli locis suis quæ ceperant recedebant. Ad quod miraculum accurens populus civitatis, accedentes etiam dicti hæretici, et videntes tam insolitum miraculum et merito admirandum; compuncti corde, omnes ad pedes S. Antonii, ut prædicationem illis faceret, consederunt. Tunc S. Antonius os suum aperiens, tam mirabiliter de fide Catholica prædicavit, quod omnes hæreticos ibi existentes convertit, et fideles roboratos in fide cum gaudio et benedictione remisit. Pisces etiam licentiam a S. Antonio, quasi gaudentes; [petentes], cum vultibus et capitibus Sancto applaudentes, ad maris partes varias abierunt. Sanctus [autem] ibidem per dies plurimos prædicando, hæreticos convertendo, maximum fructum fecit.

illi more suo plaudunt;

sequente plurium hæreticorum conversione

5 In partibus Tholosanis, cum Vir sanctus adversus quemdam hæreticum perfidissimum c de salutifero Eucharistiæ Sacramento fortissime disputaret, ac ipsum convictum pene ad fidem convertisset; post multa hæreticus adjecit; Dimittamus, inquit, verba, veniamus ad facta; Si tu, Antoni, per miracula poteris ostendere in conspectu omnium, C quod ibi sit corpus Christi, abjurata omni hæresi, jugo fidei me submittam. Cumque Sanctus hoc se facturum confidentissime respondisset; ille subjunxit. Ego animal unum recludam per triduum, et famis inedia cruciabo; et post triduum educam illud in conspectu omnium qui aderunt, et ostendam illi paratas escas ; et tu stabis cum illo, quod asseris corpus Christi. Si tantum famescens animal, relicto pabulo, festinaverit ad Deum illum, quem ab omni creatura asseris adorandum, Ecclesiasticæ fidei vere credam. Cui Sanctus vir assensum præbuit sine mora ; et die præmissa fit concursus populi, et in platea latissima congregatur. Adest ille hæreticus, suorum complicium nequissima caterva stipatus, educens mulum, quem famis inedia cruciaverat, cum esca congruente. Celebrat ibidem in quadam capella S. Antonius : et post Missam in conspectu populi affert sanctissimum Christi corpus : et imperato silentio dixit ad mulum ; In virtute ac nomine Creatoris tui, quem in manibus, licet indignus, veraciter teneo ; tibi dico, animal, et præcipio, ut confestim humiliter veniens, debitam reverentiam facias : quatenus ex hac noscat hæretica pravitas, quod omnis creatura suo subjicitur Creatori, quem Sacerdotalis dignitas tractat jugiter in altari. Interim vero mulo famelico cibus offertur. Mirabile certe! Nam animal tam fame cruciatum, in conspectu Christi, post verba S. Antonii, cibum parvipendens, statim capite usque ad poplites inclinato, coram Sacramento vivifico genuflexit. Fit gaudium Catholicis, hæreticis non immerito confusis : et ille dictus hæreticus, juxta promissum, abjurata tamen omni hæresi, factus fidelis, mandatis Ecclesiæ obedivit. D

c Christi in Eucharistia præsentiam

probat per mulum famelicum.

Ex MS. dimisso cibo ipsam adorantem.

6 Contigit semel in partibus Italiæ, quod fuerit ab hæreticis invitatus. Quorum invitationem Sanctus accepit, ut eos posset a suis erroribus revocare, exemplo Christi, qui ex hoc cum publicanis et peccatoribus manducabat. Et quoniam præsumit sæva, conscientia perturbata; hæretici, quos frequenter in sermonibus confundebat, maligna cogitantes, cibum venenosum et mortiferum coram B. Antonio posuerunt : quod sancto Spiritu fuit illico revelatum. Et cum eos super concepta malitia piis et pacificis exhortationibus increparet; ipsi hæretici mentientes, et patrem mendacii diabolum imitantes, dixerunt se non ob aliud hoc fecisse, nisi ut possent experiri illius verbi Evangelici veritatem, quo dicitur ; Et si mortiferum quid biberint, non eis nocebit. Suadent ergo, cibum sumat appositum ; E promittentes, quod si sibi nil nocuerit, fidei Evangelii adhærebunt perpetuo; et si formidet cibum sumere, falsitatem judicabunt in verbis Evangelicis contineri. At S. Antonius intrepidus, super cibum signum Crucis edidit: escamque manibus sumens, dixit eis : Hoc faciam, non ut Dei tentator, sed ut salutis vestræ et nostræ fidei Evangelicæ constans et intrepidus æmulator. Cibo ergo sumpto sanus apparuit, nec sensit in corpore aliquid nocumenti : quod videntes hæretici, ad fidem Catholicam sunt conversi.

Ad venenatum cibum provocatus,

Mar. 16, 18

cum sine noxa sumit.

ANNOTATA D. P.

a *Quamvis S. Franciscus* [illegible] *an.* 1225, *et S. Antonius eo anno primum absolverit* [illegible] *; putant tamen alii, per intervalla* [illegible]*, eum apud Sanctum æstimatum* [illegible]*, et Arelate etiam in Capitulo fuisse ab eodem apparente probatus.*

b *Scilicet* Marisiæ fl. *ubi etiamnum ad rei memoriam extructum sacellum ipse vidi an.* 1660 26 *Novembr. sed mare, quod eo usque tunc affluebat, ut dicitur, nunc ad unam alteramve milliare distat, manente* F *nihilominus navigationis pristinæ commoditate, propter amplitudinem fluminis. Addit Cardosus, ex fide dignorum relatione haberi, neminem istuc piscatum nunc prodire in festo S. Antonii, quin experientia docuerit tunc frustra laborari ibi piscando.*

c *Simile miraculum dicitur Forolivii factum : nam Antonius Suarez Alcobaciensis Monachus, in suo Itinerario lib. 7 cap. 5 apud Cardosum,* [illegible] *in loco, ubi factum creditur, ipsum se pictum vidisse, cum hac epigraphe :* D. Antonio olim hic prædicante Eucharistiæ Sacramentum, non pauci ad Christi fidem deducti. *Cornegius illum tentatorem hæreticum* Guialdum *nominat.*

CAPUT II.

Sancti miracula cum esset Custos Lemovicensis.

Cum S. Antonius erat Custos *a* Lemovicensis, in septimana sancta, in nocte Cœnæ, Lemovicis in ecclesia S. Petri de quadrivio, hora matutinali, seminabat ibidem congregatis populis verba vitæ, Fratres autem Minores in Conventu, illa eadem hora

a Lemovicis, simul in concione apud populum,

A hora noctis media, matutinalis Officii laudes domino decantabant: Custos autem S. Antonius erat pro una Lectione legenda in matutinali Officio ordinatus. Dum ergo Fratres in Officio processissent usque ad Lectionem, quam S. Antonius erat lecturus; subito ipse in medio Chori apparuit, et Lectionem solenniter decantavit. Attoniti autem sunt non immerito Fratres, qui aderant; quia omnes, eum tunc esse in villa pro prædicatione, sciebant. Una etenim hora Dei virtus fecit eum esse cum Fratribus in choro, ubi Lectionem decantavit, qua lecta disparuit; et in ecclesia S. Petri cum populo, quibus vitæ semina seminavit: sed præsens in ecclesia, tamdiu tacuit coram populo, quandiu Lectionem continuavit in choro.

ex MS. simul in choro apparet cum Fratribus:

8 Simile sibi contigisse in Monte-pessulano, legitur in quadam ejus Sancti *b* Legenda, hoc modo: Tempore quo S. Antonius legebat, contigit eum prædicare semel in quodam festo solenni, ubi Clerus et populus aderat universus. Inchoato vero sermone, occurrit ejus memoriæ injunctum sibi quoddam officium, ex oblivione alteri minime commisisse. Nempe mos erat ibidem, in præcipuis festivitatibus, duos Fratres insignes in Missa Conventus B decantare; tuncque Dei famulo hoc officium incumbebat. Quo nimium ex hoc dolente, seque quasi dormire vellet super pulpitum inclinante, caput quoque caputio confestim operiente, vir Dei eadem hora visus est in ecclesia Fratrum cantare Alleluia, per longam horam corpore in pulpito coram tanta multitudine persistente. Nulli ergo dubium, quod sicut Deus omnipotens, Doctorem sacrum, videlicet S. Ambrosium *c*, exequiis B. Martini transferre voluit; et B. Patrem Franciscum Arelate ad Capitulum provinciale devexit, dum hic Sanctus de Crucis titulo prædicaret; sic venerabili huic viro mirifice contulit; demonstrans, quos eisdem Sanctis in meritis quodammodo sit æqualis. Officioque præmisso diligenter completo, in se illico rediens, prædicationem quam cœperat fuit egregie prosecutus.

b *Idem contigit in Monte-pessulano;*

ut et S. Francisco in Capitulo Arelatensi:

c

9 In Lemovicinio Custos existens, quidam Novitius, nomine Petrus, de egressu Ordinis graviter tentabatur. Tunc vir Dei, divina revelatione instructus, de grege sibi credito solicitam curam gerens, viscerosius compatiens oviculæ oberranti; divino inflammatus Spiritu, in os dicti Novitii insufflavit, apertis sua manu faucibus, dicens: Accipe Spiritum. Mirabile certe! Statim ut juvenis Sancti C Patris spiritum in se sensit, in terram subito corruens, spiritum exhalavit. Sed cum S. Antonius, astantibus Fratribus qui accurrerant, eum de terra manu propria elevaret; statim resumpto spiritu, se ad cœtus angelicos raptum fuisse asseruit, et mira Dei secreta ibi vidisse narravit. Sanctus autem, volens, non sibi, sed Dei potentiæ dictum miraculum attribuere; dixit dicto Novitio, ut de his quæ revelata fuerant, plura dicere non curaret. Ex tunc ab illo Fratre omnis tentatio recessit: immo, ut idem referebat, ex quo ex tunc vixit in Ordine, absque alicujus tentationis jaculo perduravit: et virtute ex alto indutus, in sancta conversatione proficiens, factus est aliis in exemplum.

insufflando liberat monachum a tentatione:

10 Eodem tempore; cum Pater beatus Deo duce ad Abbatiam de Solenniaco *d*, Lemovicensis diœcesis, declinaret; quidam Monachus ejusdem monasterii, de carnis lubrico tentationem fuerat passus diutinam: contra cujus vexationem et improbum impulsum, quamvis jejuniis, vigiliis et orationibus corpus attereret, refrigerium non habebat. Deus nempe ejus curam et remedium B. Antonio reservabat. Cum ergo dictus Monachus sanctitatem B. Antonii perpendisset; accedens ad eum, et ei in D Confessione omnia peccata sua et dictam tentationem detegens fidenter, ejus suffragium suppliciter et humiliter postulavit. At vir sanctus et pius, Monachum in partem trahens, et tunicam de dorso proprio exuens, ipsam periclitanti homini tradidit induendam. Qua induta, velut vi quadam infossa in tunica, et a corde et corpore castissimo derivata, tanto puritatis ac munditiæ pondere æstus ille libidinis est repressus, ut ex tunc motus carnis dictum Monachum minime infestarent, sicut ille postmodum pluribus et pluries est testatus.

d *item alium, tunica sua illum vestiendo.*

11 In eadem patria erat quædam mulier, Fratribus multum devota; quæ pro eis aliquando emebat necessaria; et habebat virum Zelotypum, et insuper indevotum. Cumque quodam sero pro Fratrum necessitatibus diu stetisset, ita quod nocte veniret ad domum, maritus improperans dixit: Modo venis ab amatoribus tuis. Verum est, inquit, de Fratribus Minoribus, quos propter Deum diligo, et occasione istorum steti tantum. At ille, plenus ira, cepit illam per capillos; et in tantum traxit huc atque illuc, quod totam illam capillaturam et capillos evulsit. Quod ipsa videns, crines colligi fecit; et fide illuminata, capillos super auriculare posuit; eosque ibi disponens, caput super eos inclinavit: mane autem E facto misit ad S. Antonium ut ad eam cito veniret, quia non erat sibi bene. Credens autem vir sanctus quod vellet confiteri, ad eam accedere festinavit. Et illa: Frater Antoni, ecce quantum passa sum pro Fratribus vestris. Et enarrato quod factum fuerat, in spiritu subjunxit; Si, inquit, vultis Deum pro me orare, scio quod capillos Deus ut prius restituet mihi. Et Sanctus; Vade mulier, fecisti me ad hoc venire? Et recedens, fecit vocari Fratres, et enarravit eis quod mulieri contigerat, et quod etiam suppliciter postulabat: et ait: Oremus, Fratres; et respiciet Deus (ut spero) fidem suam. Et statim, Sancto orante, capilli ordinati mulieris capiti restituuntur ut prius. Redeunte autem viro mulier ostendendo caput, quod contigerat ei enarravit. Qui stupefactus, et a Deo respectus intrinsecus, suspicione et zelotypia totaliter recedente, obsequiosus Fratribus ex tunc multum efficitur et devotus.

Mulieri capillos a viro zelotypo evulsos,

ipsiusque amorem restituit.

12 Cum vero Sanctus venisset Birnam, Lemovicensis diœcesis; ibi primo locum Fratrum Minorum accepit; et in quadam crypta, a loco remota, cellam sibi construens; et in lapide fontem excavans, qui defluentes ex rupe recipit stillas; ibi in magna austeritate vitæ solitarius contemplationi vacabat. Cum vero coquinarius non haberet quod pro co- F quina Fratribus præpararet; significavit sanctus cuidam dominæ sibi devotæ, rogando ut sibi de horto suo olera mitteret, quibus Fratres sibi subditos recrearet: tunc autem erat maxima inundatio pluviarum. Vocavit ergo domina famulam, et illam blande alloquens, rogavit ut ad hortum celeriter properaret, et necessaria pro facienda coquina Fratribus deportaret. Quod ancilla multum moleste tulit, allegans inundantiam pluviarum: ad hortum tamen, devicta suæ dominæ precibus, tandem accessit, et necessaria pro coquina Fratrum collegit, et ad locum Fratrum multum a villa distantem retulit: et tamen, licet pluvia numquam etiam per momentum cessavit, non fuit in aliqua parte sui corporis nec in vestibus madefacta. Ad dominam ergo suam siccis omnino vestibus rediens, retulit, quomodo continue pluebat, et tamen ipsam pluvia non tangebat. Petrus autem de Birna, dictæ dominæ filius, Nobiliacensis *e* Canonicus, istud miraculum quod a matre audierat, in laudem Sancti frequenter, cum exultatione et gaudio, referebat.

Pro Fratribus laborantem

a pluvia defendit.

e

13 Cum vero in eadem patria [esset], quodam sero

Diaboli illusionem revelat,

A sero post horam Completorii, eo in oratione, ut erat, solitus occupato, aliqui Fratres, oratorio exeuntes, viderunt quemdam magnum campum cujusdam amici Fratrum plenum hominibus, qui campum videbantur totaliter dissipare, et spicas radicitus evellere. Condolentes damno tanti amici sui, ad virum Dei gradu concito concurrentes, damnum tanti amici Ordinis clamorosis vocibus retulerunt. Quibus vir Dei respondit : Sinite, Fratres, sinite, et ad orationem redite ; quia iste noster est adversarius, qui satagit nobis inquietam noctem dare, et ab oratione vestros animos perturbare. Firmiter enim scitote, quod campo devoti nostri hac vice damnum nullum vel destructio inferetur. Obediunt Fratres monitis sancti Patris, usque mane rei exitum præstolantes : mane autem facto campum undique conspicientes, viderunt eum ut prius, intactum penitus et illæsum : ex quo et fraudem diaboli cognoverunt, et devotionem Sancti et orationem ejus, ex cognita fraude dæmonum, in majori reverentia habuerunt.

f et aliam prædicit.

14 Cum semel apud S. Javanum *f* Lemovicensis diœcesis prædicaret ; et tanta esset congregata populi multitudo, quod non posset eam capere B magnitudo ecclesiæ, oportuit virum Dei ad cujusdam plateæ declinare latitudinem cum multitudine populi congregata. Verum cum de lignis subito sibi locum præparassent, et vir Dei illum locum ascendisset, in principio dixit eis ; Scio quod inimicus insultationem nobis faciet in sermone, sed non terreamur, quia ejus malitia nullum lædet. Parva mora substitit, et locus in quo stabat Sanctus cunctis admirantibus corruit, et nec sibi nec alicui aliquod intulit nocumentum : ex quo ad majorem viri Dei reverentiam fuit populus animatus, in quo videbant relucere spiritum prophetiæ, et præparato iterato loco omnes eum attentius audierunt.

g Archiepiscopum cum fructu redarguit

15 Cum semel Bituris in synodo prædicaret, ad *g* Archiepiscopum verbum dirigens, fervore spiritus dixit ; Tibi loquor, Cornute. Cœpit autem quædam vitia, quibus erat Archiepiscopus in conscientia sauciatus, tanto fervore et tam claris et solidis Scripturæ testimoniis detestari ; quod subito cœpit Archiepiscopus ad compunctionem et lacrymas, et devotionem inexpertam hactenus, provocari. Finita autem synodo, ei humiliter in partem deducto, conscientiæ vulnus aperuit ; et ex tunc Deo et Fratribus devotior, in Dei servitio se studiosius occupavit.

Imbrem concioni importunum suspendit,

16 Cum semel Lemovicis populum ad prædica- C tionem convocasset et tanta esset multitudo populi, quod angusta reputaretur quælibet ecclesia ad tantam multitudinem colligendam ; ad quemdam locum spatiosum, ubi olim fuerant palatia Paganorum, qui locus dicitur Fovea de arenis, populum convocavit ; ut ibi populus posset melius recipi, et congruentius verbis cœlestibus informari. Dum vero Sanctus, in fervore maximo prædicans, populum verbis mellifluis ad attentius audiendum mente suspenderet ; subito cœperunt audiri tonitrua, ignitæ coruscationes videri, et pluvia cœpit spargi. Sed cum populus, timens tempestatem et pluviam, cœpisset a loco moveri, et animo commoveri ; vir Dei, eos blande confortans, ait : Non moveatis vos, nec de pluvia in aliquo timeatis ; quia spero in eo, cujus spes non confundit, quod modo nobis pluvia non nocebit. Acquievit populus verbis viri Dei : et qui ligat aquas in nubibus, ipse Deus sic pluviam super eos retinuit, ut ubique circa civitatem abundantissime plueret, et tamen post verbum viri sancti nec unica gutta super populum caderet, qui audiendo divinis eloquiis intendebat. Cum vero continuato sermone per pausam magnam finem fecisset, et omnes surgentes, terram circumquaque abundantissime complutam, et locum in quo steterant sine D madefactione cernerent ; Dei in Sancto suo potentiam extollebant.

terra circum quaque perpluta.

ex ms.

ANNOTATA D. P.

a *Custodia Lemovicensis, Provinciæ Aquitaniæ accensetur apud Haroldum in Epit. Annal. juxta Catalogum anni* 1258.

b *Vide Legendam Surianam cap.* 20.

c *Hujus miraculi fidem, quam Baronius dubiam fecerat, sustinendo quod ante* S. Ambrosius *quam* Martinus *obierit, stabilivit Henschenius, ante Tom.* 1 *Aprilis, Exercitatione singulari post veteres Romanorum Pontificum Catalogos.*

d Solenniacensis Abbatia *Benedictinorum ad Briccentiam flur.* 2 *leucis ab urbe meridiem versus.*

e Nobiliacum, *hodie* S. Leonardi *oppidum, olim Monachorum, tunc et nunc Canonicorum, ad flumen Ugltunnam supra Lemovicas, teste Valesio in Notitia Galliarum. Distat Lemovicis leucis circiter* 4 *ad Orientem :* Birna *autem ubi sit vel fuerit, hactenus non comperi : nec enim vel in ipso Pullario Beneficiorum diœcesis istius reperitur : nisi forte legendum est* Briva. E Curretia *S. Gregorio Turonensi cognominata,* 3 *leucis a Tutela, oppidum nobile.*

f *Imo* S. Julianum, *ubi et Conventum Minores habebant, et insignis olim Abbatia in Collegium Canonicorum versa cum titulo Archipresbyterali. Abest Lemovicibus ad Occidentem* 5 *leucis in eadem Viqennæ fl. ripa. Colitur autem* S. Junianus 16 *Octobris,* Javanus *in Lemovicis nullus notus est.*

g Bituricensis Archiepiscopus *fuit* Simon de Sulliaco, *ab an.* 1218 *ad* 1232 : *sub eoque celebrata est anno* 1226 *a Legato Pontificio Synodus contra Albigenses : sed aliqua solum diœcesana et posterior hic intelligitur.*

CAPUT III.

Alia Sancti miracula in Italia et Gallia: mortui suscitati, pueri necdum nati martyrium prædictum.

Stultum sanæ menti reddit :

Semel S. Antonio prædicante ; surrexit e populo quidam stultus, ipsum audientes in prædicatione perturbans. Monitus autem per Sanctum dulciter ut taceret ; respondit, quod non faceret, donec sibi traderet cordam suam. Sanctus vero solvens funiculum, dedit illi. Quem stultus amplexans et deosculans, sensum recuperavit et usum rationis : et cunctis mirantibus coram Sancto prostratus, pro sua curatione gratias agens, ad Deum glorificandum F in servo suo totum populum excitavit.

scriptam a se epistolam

18 Cum vero sanctus Antonius in Padua prædicando, Confessiones audiendo, et spiritualia consilia dando, non modicum quodam tempore laborasset ; pro spirituali quiete cupiens orationi et contemplationi vacare, scripsit Ministro quod sibi concederet, quod ad locum alium ad hoc idoneum valeret se transferre. Cum vero litteram scripsisset, et eam in studio dimisisset ; accessit ad Guardianum et rogavit humiliter, ut sibi procuraret aliquem dictæ litteræ portatorem. Quo invento, famulus Dei ad studium pro illa littera rediit ; sed illam diligenter quæsitam, ubi eam dimiserat non invenit. Et cogitans quod forte, quia Deo non placebat quod de loco illo recederet, ideo littera non poterat inveniri ; mutato proposito dixit Guardiano, quod litteram illam mittere non curabat. Mirabile dictu ! Completis diebus et completis, in quibus posset famulus, si missus fuisset a Ministro, redisse ; B. Antonius recepit a Ministro, de his quæ continebantur in supradicta

ab Angelo perlatam miratur.

Ex MS.

A supradicta littera, epistolam responsivam : quod videlicet ad postulatum locum moraturus posset, pro sua spirituali consolatione, transire. Credendum est rationabiliter, aliquem Angelum, in specie famuli, litteram illam Ministro detulisse ; ut B. Antonio satisfaceret, et ejus petitionem esse Deo acceptam tali miraculo demonstraret.

a *b* *Ab Abbate Vercellensi, cujus discipulus fuerat,*

19 B. Antonius, de beneplacito S. Francisci, fuit primus studens in Theologia, cum Fratre Adam de *a* Marisco Anglico, in Ordine per generale Capitulum ordinatus : et accesserunt ad Abbatem *b* S. Andreæ de Vercellis, qui tunc inter omnes Theologos excellentior habebatur, qui et libros B. Dionysii noviter ex Græco transtulerat in Latinum, et pulcherrime commentatus est : tunc enim de Mediolano Vercellas translatum fuerat studium generale. Abbas vero eos benigne recepit, et tantum in eis mentis elevatione profecit, ut idem Doctor Abbas diceret, se doctum ab indoctis, et cœlestes hierarchias in eorum animabus realiter depinxisse. In illis autem quinque *c* annis, quibus cum illo studuerunt in libris B. Dionysii, ad tantam mentis serenitatem et lumen sapientiæ pervenerunt, ut illas hierarchias, non tantum didicisse, sed percurrisse

c *valde laudatur ejus spiritus.*

B videntur. Unde idem Venerabilis Abbas reddens testimonium de B. Antonio, Comment. cap. 3 particula.... *d* sub littera V, sic dicit : Frequenter amor penetrat, ubi cognitio physica foris stat. Legimus enim quosdam sanctos Episcopos, minus imbutos fuisse physicis ; qui, ut mysticam Theologiam captu mentis haurientes, cœlos penetrabant, omnem physicam cognitionem subtilissime transcendentes, usque ad beatissimam Trinitatem. Quod et ego in sancto Fratre Antonio, de Ordine Fratrum Minorum peculiari familiaritate expertus sum : qui cum esset minus imbutus litteris secularibus ; animi puritate et mentis ardore succensus, mysticam theologiam captu mentis et ferventer desideravit et abundanter hausit ; ut possim dicere de eo *e*, quid scribitur de Joanne Baptista ; ipse erat lucerna ardens et lucens : qui enim amore ardebat interius, lucebat exterius. etc.

d

e Joan. 5. 35

Incipit ipse legere annuente S. Francisco

20 Hic autem vir sanctus Legere non præsumpsit, quantumcumque rogatus a Fratribus, nisi B. Francisci præhabita voluntate : qui tale in scriptis fertur dedisse responsum : Carissimo meo Fratri Antonio, Frater Franciscus salutem in Christo. Placet mihi quod sacram Theologiam legas Fratri-

C bus, dummodo per hujusmodi studium spiritum non extinguas, sicut in Regula continetur *f*. Vale. Et (ut aliqui ferunt) ipse B. Antonius, aliquando fuit B. Dominici *g* socius, dum erant Canonici Regulares. Cum autem semel apud Paduam quemdam Abbatem Monachorum nigrorum prædicantem, et verba Pauli ad Dionysium commemorantem audiret, totus alteratus ex dulcedine Verbi Dei, per magnum spatium temporis fuit raptus.

f *g*

Psalterium furto sublatum, recuperat.

21 Cum autem apud Montem-pessulanum Fratribus legeret Theologiam ; accidit quemdam Novitium ab Ordine recessisse, et secum nocte Psalterium glossatum magni valoris, cum quo famulus Domini docebat, furtive nihilominus detulisse. Hoc autem audiens vir Dei, nimis doluit ; et tunc, oratione et divina virtute procurante, diabolus cum securi Novitio, per quemdam pontem fugienti et transeunti, obviavit terribiliter, dicens ei : Revertere ad servum Dei Antonium, et ad Ordinem tuum cum Psalterio ; alioquin de mandato Dei te interficiam, et in fluvium te præcipitabo. Tremefactus ac stupefactus est Novitius : sed adhuc aliquantulum resistens, in tantum ad horam crevit diabolus, proceræ magnitudinis factus, nec non teter et horridus ; ut Novitius, mox timore divino correptus, revertetur ad virum Dei, offerens Psalterium *h*, cognoscens culpam, Ordinem lacrymabiliter petiturus. D

h *puerum sub fervente aqua servat illæsum :*

22 Quadam autem die, cum B. Antonius veniret ad quamdam villam prædicationis causa, mulier quædam tenebat filium suum circa caldariam juxta ignem gratia balneandi ; et audiens quod S. Antonius volebat prædicare ; præ fervore audiendi quasi alienata, credens ipsum in pelvim ponere, ipsum in caldariam posuit ; et præ festinantia oblita filii, currens ad prædicationem ipsum ibi dimisit. Audita vero prædicatione cum rediret ad domum, interrogata a vicinis ubi erat filius suus ; illa recordata quod ipsum juxta ignem reliquerat, timens ipsum combustum, evellere cœpit capillos, dilacerare faciem, et se miseram proclamare. Cumque festinanter, multis eam comitantibus, veniret ad domum ; invenit parvulum in caldaria, ludentem cum aqua fervente et bulliente. Tunc omnes qui aderant, non immerito stupefacti, cum puer nullum signum haberet læsionis, vocem extollentes, Deo et Sancto gratiam reddiderunt.

23 Cum etiam semel S. Antonius quoddam castrum causa prædicationis intrasset ; ad ejus prædicationem quædam femina devota pervenit, filium E suum in cunabulo derelinquens. Quæ post sermonem domum rediens, invenit filium mortuum jacere in cunabulo resupinum. Quæ de filii morte dolorosa, ad B. Antonium est reversa, eumdem pro resuscitatione filii rogitando. Qui sibi condolens, confidenter bis et tertio dixit : Vade, quia benefaciet tibi Deus. Quæ credula verbis Sancti, domum rediens, vivum invenit filium, quem mortuum reliquerat ; cum lapillulis parvulis, quos antea nunquam habuerat, colludentem.

alium defunctum resuscitat.

24 Cum autem semel in quadam civitate B. Antonius prædicaret ; fuit eum hospitatus quidam burgensis, qui ei assignavit quamdam cameram separatam, ut quietus contemplationis studio vacaret. Beato [autem] Antonio solo orante in camera, discurrebat burgensis per domos suas. Intuitus autem solicite ex devotione locum, ubi orabat S. Antonius ; vidit per fenestram amplectentem latenter quemdam puerum, in brachiis S. Antonii, pulcherrimum et jucundum : quem Sanctus amplexabatur et osculabatur, indesinenter ejus faciem contemplando. Burgensis vero, stupefactus et alteratus de pulchritudine pueri illius, intra se, unde venisset ille tam gratus parvulus, cogitabat. Ille autem puer, Dominus Jesus, quod ab illo burgensi videbatur, B. Antonio revelavit. Ideo B. Antonius, post longam orationem vocans burgensem, prohibuit ei, post recessum pueri, quamdiu ipse Sanctus viveret, quæ viderat revelare ; tamen post mortem sancti Patris, dictam visionem idem burgensis sacrosanctis cum lacrymis revelavit *i*. F

Conspicitur puerum Jesum in ulnis tenens:

i *peccata facit deleta videri:*

25 In prædicatione S. Antonii quidam sic fuit de peccatis compunctus, quod nullum præ gemitibus poterat confiteri. Cui Sanctus : Vade, et omnia peccata tua, de quibus recordaberis, scribe in scedula ; et statim porta mihi : Quod cum fecisset, omnia celeriter sunt deleta.

agnoscit dæmonem sub specie nuntii

26 Cum semel in quadam solennitate B. Antonius in quadam ecclesia prædicaret ; antiquus hostis, in specie cursoris intrans, detulit litteras cuidam Dominæ nobili, cujus filius habebat inimicitias speciales ; et in illis litteris continebatur, quod dictus filius suus in tali loco per hostes suos fuerat trucidatus. Tunc S. Antonius, qui nihil de illo corporalibus auribus [audierat], dixit statim : Non timeas, Domina, quia filius tuus vivit, et est sanus, et incolumis revertetur : et iste, qui modo venit, diabolus est ; qui hoc fecit, ut prædicationem turbaret. Et statim ille velut fumus evanuit.

A 27 Cum semel S. Antonius quamdam Dominam de *k* Anicio prægnantem visitaret, et ipsa se et conceptum suum sibi recommendaret; post orationem ad eam reversus, ait sibi : Sta in bona spe et gaudio : nam Dominus dabit tibi filium, qui erit magnus in Ecclesia Dei, eritque Frater Minor et Martyr ; et multos ad palmam martyrii sua prædicatione perducet. Peperit illa filium, qui fuit Philippus nominatus : ingreditur Ordinem Fratrum Minorum; et tandem, cum citra mare plurimum profecisset, nutu divino ex devotione ultra mare transivit. Cum vero castrum Azoti *l* fuisset proditionaliter traditum Saracenis, et omnes Christiani fere duo millia traditi fuissent in manus barbarorum, omnes capitali sententia fuerunt condemnati. Cum vero inter ipsos esset dictus Frater Philippus, obtinuit quod ultimus decapitaretur, ut omnes alios confortando Domino lucraretur. Omnes autem ex ejus verbis confortati, interrogati an vellent, fidem negando, mortem evadere, an stando in fide mortis supplicium experiri ; unanimiter se velle tenere viam, quam Frater Philippus eligeret, responderunt. Tunc Frater Philippus, omnibus congregatis, facta efficaci et confortativa prædicatione, dixit : Carissimi Fratres, sitis
B constantes in fide : quia ista nocte, mihi Dominus revelavit, quod cum mille animabus sum per viam martyrii cœli gloriam ingressurus, et sic [exhortans] omnes, et eorum Confessionem audiens, mortem pro Christi fide se eligere potius responderunt. Cumque sancti viri pro Christi confessione decollarentur, et Frater Philippus continue prædicando in fide roboraret; Soldanus *m* iratus sibi frustatim juncturas manuum fecit modo. Qui cum nec ob hoc a prædicatione cessaret; fecit ipsum usque ad umbilicum excoriari Sed eo ob hoc a confortatione Christianorum minime quiescente, linguam felicem sibi fecit incidi. Qui nihilominus elinguatus, fervore inæstimabili inflammatus, continue prædicavit; quousque fuerunt [omnes] per gladium consummati. Ultimo vero ipse, amoto caputio cum devotione maxima, decollatus, palmam gloriosi martyrii reportavit. Cum autem per quatuor dies Sanctorum corpora inhumata jacerent, venit Soldanus ad locum ; et ipsa sine aliquo fœtore, non sine admiratione, reperit incorrupta. Ex quibus liquido claret, quanta certitudine viguit jam completa B. Antonii Prophetia.

prægnanti prædicit Martyrem pariturum; k

l quod impletur capta a Saracenis Azoto.

ipseque cum 2000 quos animabat excarnificato. m

ANNOTATA D. P.

C

a *Id factum fuerit an.* 1222 *vel sequ. quando, quia necdum Conventus Wigorniæ erat, dubitat Waddingus de hujus conditionis veritate, propter Pitseum, dicentem quod hic Adamus Minorita Wigorniæ factus sit : sed non est tanti novitius auctor. Potuit Adamus ante fundatum Conventum istum, extra vel intra Angliam, Fratribus se junxisse. Opera ejus Waddingus idem enumerat in Scriptoribus Ordinis, inter quos* Doctoris Illustrati *cognomen meruit et tulit, usque ad annum* 1260 *aut ultra.*

b *Errant qui monasterium, quod Canonicorum Regularium est hoc tempore, volunt tunc fuisse Benedictinorum, adeoque his annumerandum* Abbatem *sic per antonomasiam dictum. Paciecus proprio nomine* Ambrosium *vocat num.* 35, *nescio quo auctore, nisi quod Cardosus dicat, alios* Ambrosium Ansbertum *Benedictinum opinari, sed qui an.* 890 *floruit; alios* Ambrosium Camaldulensem, *qui obiit* 1490. *His ergo rejectis, non dubitabo ego de illo credere Franc. Augustino a Basilica Petri, in Hist. Chronologica Pedemontii cap.* 36, *agenti de hac Abbatia, ut fundata circa* 1220 *: cui primus ex Canonicis Regul. S. Victoris Parisiis Abbas præfectus sit* Thomas, *insignis* D *Doctor et nonnullorum doctorum operum scriptor, atque imprimis in Dionysium, uti testatur hoc ejus epitaphium, unde anno* 1226 *mortuus intelligitur :* EX MS.

Bis ter, viginti currebant, mille, ducenti
Anni, cum Thomas obiit, venerabilis Abbas
Primitus istius templi, summeque peritus
Artibus in cunctis liberalibus, atque Magister
In Hierarchia : nunc area clauditur ista,
Quem celebri fama vegetavit Pagina sacra.

c *De quinque annis dubitat Waddingus : cum enim solum* 10 *annis in Ordine Sanctus vixerit, non putat tot ejus reliqua acta intra alterum quinquennium claudi posse : censet ergo tot annis* Abbatis *discipulum dici* Antonium, *quia hic eum identidem ex occasione revisens, magistrum agnoverit quoad vixit, id est usque ad an.* 1226. *Sed quid vetat totum discipulatui isti quinquennium dare, solis concionibus Mediolani et in Insubria habendis per Quadragesimam interpolatum ? reliquis autem lecturæ, regiminis, et prædicationis actis per cis-et-transalpinas provincias, cur sufficere nequeat quinquennium, si S. Francisco Xaverio, ad tanta in Indiis atque Japonia operanda, per tam vasta terrarum ac marium spatia toties emensa, sufficit decennium ?*

d *Waddingus, quia deesse hic numerum animad-* E *vertit, omisit* τὸ particula, *et ubi scriptum erat* Comment. cap. 3 *legit* in Commentario capitis 3 ejusdem operis, *scilicet Dionysiani, eoque tacite fatetur visum sibi illud opus Abbatis nusquam esse. Idem ego palam profiteor, ideoque nihil supplere audeo vel mutare.*

e *Hinc intelligitur, sub extremos vitæ annos Commentarium istum scripsisse* Abbas, *et viventem adhuc* Antonium *pro Sancto habuisse, eumque pro tali etiam vulgo habitum fuisse.*

f *Hoc quoque putat S. Franciscus scripsisse anno* 1226 *vitæ suæ ultimo, et mox initium legendi* Antonius *fecisse, ac Lector ad Capitulum Arelatense ipsa æstate fuisse profectus. Surius cap.* 11 *dicit, quod fuerit* primus Prælector in Ordine suo institutus : *Et prælegisse quidem scribit Waddingus ad an.* 1222 *num.* 33, primo apud Montem-Pessulanum, deinde Bononiæ, ubi S. Francisci assensu restauratum est Studium, quod ob inobedientiam et præsumptionem Ministri aliquot annis ante removit ; tertio Patavii, deinde Tolosæ, aliisque locis, *prælectionibus semper Lectoris prædicationem, nec usquam firmam cathedram tenendo. Interim merito negat, recte apud Surium cujus non potest summa hic esse auctoritas,* F *dici* primum Prælectorem *Ordinis ; cum et jam ante cœptum sit Bononiæ legi, et in Anglia statim ab initio institutum Gymnasium sit, et Alexandrum Alensem anno* 1222 *ingressum in Ordinem verosimile sit continuasse docendi munus, quo tantam jam famam fuerat Parisiis assecutus.*

g *Gravis error : nam* S. Dominicus *non modo non fuit Canonicus Regularis (necdum in Lusitania, quam nescitur unquam excessisse Antonius ante accessum ad Minores) sed etiam multo senior fuit, cœpitque Prædicationis socios colligere cum Episcopo suo Oxomensi, Canonicus adhuc secularis, an.* 1206, *quando Antonius solum erat undennis.*

h *Paciecus notat esse qui putant, hinc datam occasionem invocandi Sancti ad recuperationem rerum amissarum : sed ipse verosimilius censet crebris post mortem hoc in genere miraculis potius id adscribendum.*

i *Hinc passim imago pingitur tenentis manu librum, in signum doctrinæ, ac super eo puerum Jesum, brachia ad amplexus pandentem.*

k *Rem eamdem transcribit S. Antonius, parte* 3 *tit.* 24 *cap* 3 § 3, *et quia duplex in Gallia* Anicium *est, alterum in Velaunis, vulgo* le Puy ; *alterum apud Sabaudos, vulgo* Anissy *Genevensium Episcoporum nunc*

A *nunc sedes; addit* seu de Podio, *ubi S. Antonius Guardianum egit. Waddingus et alii quidam corrupte* Avisium *scribunt, non nemo corruptius* Assisium.

EX MS

l Azoti Castrum *appellat Antoninus, ubi nostrum ecgraphum corrupte legit* Cisoti *non* in Idumæa, *ut Arturus in Martyrologio Franc. ad 6 Martii, sed in Palæstina situm oppidum, et quidem maritimum versus Ascalonem, occupatum a Christianis an.* 1101, *amissum cum reliqua Terra-sancta circa finem seculi* 13, *fortassis an.* 1289 *uti vult Waddingus, quo et Martyrium hujus Philippi ille refert : diem vero suo arbitratu legit Arturus, quare satis habuimus ipsius Prætermissos meminisse, maxime quod nullum detur indicium alicujus cultus ipsi uspiam delati.*

m *Zanutus, Secretorum Terræ-sanctæ lib.* 3 *part.* 13 *cap.* 20, Soldanum Babyloniæ *an.* 1288 Melecmessor *appellat, qui* 17 *Martii venit ante Tripolim-Syriæ : sed vix est credibile tunc adhuc aliquid superfuisse Christianis in tota Palæstina, quando in Syria solum ipsis tria loca supererant.*

CAPUT IV.

Acta post reditum ex Gallia usque ad sanctum obitum Antonii.

B

Scyphum vitreum fractum

Cum vero postea a Custodiatu Lemovicensi exoneratus, de Lemovicio versus Italiam tendens cum socii, per Provinciam Proventiæ transiret ; in quodam loco parvo quædam mulier, eis fame afflictis compatiens, ipsos Dei amore in suum hospitium introduxit. Illa ergo mulier, quasi altera Martha solicita, panem et vinum mensæ apposuit, et a quadam vicina sua scyphum vitreum mutuavit. Sed Deus, facere volens cum tentatione proventum, permisit quod mulier illa, de dolio vinum extrahens pro Fratribus, incaute dolii clepsydram *a* dereliquit apertam, et vinum per pavimentum totum fuit effusum. Socius etiam B. Antonii, inepte scyphum accipiens, cum ad mensam sic collisit, quod pes ad unam partem, et cuppa integra ad aliam partem remansit. Circa finem ergo prandii, cum mulier vinum recens vellet Fratribus propinare ; intrans cellarium, vinum invenit esse totum per pavimentum effusum. Rediit autem ad Fratres flens amarissime, et pro vini perditione supra modum afflicta. Quod cum beato Antonio revelasset ; Sanctus multum sibi compatiens, caput suum supra mensam C inter palmas reclinans, oravit Dominum cum fervore. Et dum mulier cum sic orantem respiceret (quod est dictu mirabile) dictus scyphus vitreus, qui erat ex una parte mensæ, super pedem qui erat ex altera, motu proprio seu potius impulsu divino se locavit. Quod videns mulier et stupens, celeriter, scyphum accepit ; et scyphum fortiter concutiens, reintegratum virtute orationis conspexit. Credens ergo mulier, quod virtus quæ scyphum reintegraverat, poterat vinum deperditum restaurare ; gradu propero ad cellarium properat, et dolium quod vix ante erat bene medium, sic plenum reperit, quod ad summitatem dolii vinum erat scaturiens et bulliens quasi novum. Quo viso fuit mulier supra modum gaudens et stupefacta : verum dum S. Antonius se sensit exauditum ; statim a loco, veræ humilitatis Christi discipulus, ne ab aliis honoraretur, recessit *b*.

precibus redintegrat, et effusum vinum dolio suo restituit.

In Italia sanat, puerum contractum,

29 In Italia vero existens, prædicationi et confessionibus audiendis continue vacans, cum vice quadam de prædicatione rediens, per iter solitudinis ambularet, ut redeuntis multitudinis declinaret applausum ; mulier quædam, et ipsa per compendium ambulans, ac Sanctum per devia quæque nimium requirendo laborans ; filiolumque [portans] proprium, brachiis et cruribus a nativitate contractum, D Sancto sibi obvio, projecit se ad pedes, obsecrans gemitibus lachrymosis, ut desolatæ matri compatiens, signaculo Crucis filium suum benedicere dignaretur : sperabat namque ipsa ex hoc filium perfectam consequi sanitatem. Quod Christi servus dum ex humilitate profunda facere declinaret, illa planctus exaggerans, et preces ingeminans, Domine, miserere mei, instantius, proclamabat. Vir utique pius, afflictæ matris et languentis prolis compassione commotus, exhortante nihilominus socio, viro bonitate famoso ; ægrum, signo Crucis edito, in Christi nomine ac virtute benedixit. Mirabile dictu ! Illico sanus puer surrexit ; et quem mater tristis infirmum portaverat, virtute propria ambulantem, domum lætissima reportavit. Vir quoque Dei, non suis hoc meritis, sed fidei mulieris adscribens ; rogavit quatenus, dum viveret, nemini propalaret.

et puellam insuper epilepticam.

30 Puella quædam nomine Paduana, cum jam quatuor esset annorum, pedum gressu privata, more serpentium reptans incedebat ; ac morbo caduco laborans, volutabatur frequenter spumans, et ad terram se miserabiliter collidebat. Quam cum pater suus, Petrus nomine, semel gestaret ulnis ; obvium habuit ex insperato S. Antonium a quadam prædicatione, quam fecerat, redeuntem : quem cum E magna devotione et confidentia rogavit, ut filiam suam Crucis signaculo consignaret. Cujus sinceram fidem beatus Pater conspiciens, ipsam a capite usque ad pedes in Trinitatis nomine consignavit. Quo facto, affuit illico miranda potentia Dei, quæ gressum firmum infirmæ præstitit, ita quod libere absque ullius adminiculo poterat ambulare ; a morbo etiam caduco protinus eam sanam fecit *c*.

c

Lapsæ in lutum intactas servat vestes :

31 In civitate Paduana mulier quædam nobilis, dum Sanctum comitaretur Antonium, cum grandi multitudine populi, causa prædicationis ad campestria exeuntem ; transitu cujusdam prati in lutum cecidit, pressura transeuntium impellente. Quæ in puncto sui casus, sibi ac vestibus pretiosis, quas de novo induerat, periculum imminere non dubitans, Deo et servo suo custodiendam atque tuendam se humiliter commendavit : formidabat nempe ferocis mariti indignationem incurrere, si domum fuisset reversa vestibus inquinatis. Affuit statim illi mulieri Sancti patrocinium, quod poscebat. Mirum certe ! Intactis vestibus demum a luto progrediens, cunctis qui aderant et ipsius casum aspexerant mirantibus, et Deum ac Sanctum laudantibus, ad locum prædicationis læta nimis pervenit.

a procul absente concionari auditur :

32 Alia quædam mulier, virum Dei, foras exeuntem ad seminandum semen vivificum, sequi desiderans, a viro suo languente prohibita, remansit domi F tristis et tabefacta. Quæ deambulans in solario domus suæ, per fenestram, quæ competens videbatur versus plagam illam, devote cœpit inspicere, in qua eadem hora S. Antonius prædicabat, ut aspectu saltem regionis gauderet, cujus fuerat sibi aditus denegatus. Mirabile dictu ! Dum sic mulier suspensa mente respiceret ; subito, illius operante virtute, cujus solius est justa desideria comprobare, Sancti vox prædicantis auribus ejus insonuit : cujus mira sanctitate et suavitate detenta, dum in fenestra horam traheret, ipsa viro ex hoc increpanti respondit ; Audio Fratrem Antonium prædicantem. Quam cum ille verbo pariter et animo derideret ; sciens a duobus milliaribus, quibus distabat prædicationis locus, vocem hominis audiri non posse ; illa autem muliere hoc certitudinaliter asserente, ascendit homo ille ad eamdem fenestram, ut quod uxor affirmabat valeret experiri. Et ex tunc famulo Dei amicitia peculiari cohærens, devotionem conjugis ex tunc non impedivit.

A

efficaciter excitat ad pœnitentiam,

33 Contigit frequenter, quod vir Dei Antonius, anhelans ad animarum salutem, remedia quæ poterat peccatoribus, ut a peccato recederent, adhibebat. Immo, quod est mirabile, multis personis de nocte dormientibus apparebat; et vocans ipsos nomine (ut narrabant Fratribus) hæc addebat; Surge: Vade ad talem Fratrem, vel ad talem Sacerdotem, et confitere sibi tale peccatum, tali tempore per te in tali loco commissum: quod tamen nemo alius noverat nisi Deus. Et sic per viam istam multa peccata, quæ præ verecundia nullo modo audebant confiteri, sacramentali Confessione fuerunt expiata.

cujus excessu rescissum pedem

34 Contigit autem semel, quod quidam de Padua, Leonardus nomine, viro Dei inter alia peccata confessus est, quod pede percusserat matrem suam, sic quod ad terram ceciderat ex enormi impulsu. Quod vir Dei horrens, in fervore spiritus ipsum redarguens, inter alia verba reprehensionis dixit: Pes, qui percutit patrem aut matrem, deberet protinus amputari. Hoc autem vir simplex non recte intelligens, et propter culpam et Sancti exasperationem tristis effectus; domum concite rediit, pedemque proprium illico mutilavit. Rumor vero tanti piaculi statim totam civitatem perlustrans, ad aures B matris Leonardi pervenit; quæ cum festinatione domum rediens, et filium sic mutilatum videns, cum causam didicisset: ivit ad Fratrem, vociferando: de Fratre Antonio conqueritur, qui filium suum interfecerat ob hanc causam. Sanctus autem eam excusando, se legitime excusavit: et mox ad ipsum perveniens, oratione præmissa, anxia et devota, pedem conjungens tibiæ, facto pariter signo Crucis, sacris manibus aliquamdiu desuper liniens, statim pes ita insertus et consolidatus est tibiæ. Et idem surrexit homo alacer et incolumis, exultans et exiliens et laudans Deum *d*.

oratione restituit.

d

35 Erat vir quidam potens, sed crudelissimus tyrannus, nomine Eccelinus *e* de Romano, Paduæ et locis circumstantibus tyrannizans; qui cum in principio suæ tyrannidis cædem hominum permaximam fecisset in Bononia, percipiens hoc intrepidus Pater Antonius, ad ipsum ire personaliter attentavit: quem videns his verbis aggreditur: O inimice Dei, tyranne sævissime, et rabide canis, quousque sanguinem Christianorum innoxium effundere non cessabis? Ecce manet sententia Dei super te, durissima et horrenda; multaque alia gravissima et aspera sibi dixit. Circumstantes vero satellites ex- C pectabant quod juberet eum, ut erat solitus, illico trucidari: sed aliter factum est, Deo disponente. Nam idem tyrannus, ad viri hujus verba compunctus, atque omni feritate animi deposita, ut mansuetissimus agnus effectus, ad collum cingulo mox appenso, coram viro Dei prostratus, non sine omnium stupore, qui aderant, culpam suam humiliter dixit, emendationem juxta beneplacitum repromittens: postea suis complicibus stupentibus dixit; Viri commilitones, ne ex hoc miremini: nam verissime dico vobis, quod vidi quemdam fulgorem divinum ex hujus Patris vultu procedere, qui me adeo terruit, ut ad ipsius visionem terribilem in profundum inferni putarem subito me demergi. Et ex tunc in magna devotione illum habuit, et quantum vixit Sanctus, a multis malis quæ fecisset, ut fatebatur ipsemet postea, se retraxit.

e

Ezelinum tyrannum publice arguere ausus,

supplicem sibi habet, propter fulgorem ex vultu promicantem;

36 Cum vero vir sanctus frequenter contra dicti tyranni crudelitates audacter prædicaret; ille volens viri Dei rectitudinem et justitiam callide experiri, exenium solenne per manus servorum suorum sibi misit; dicens eis; Istud, quanto humilius et devotius poteritis, Fratri Antonio præsentabitis ex parte mea; si autem illud receperit, statim illum interficietis: si vero cum indignatione repulerit, omnia cum patientia sustinentes revertimini, nihil sibi D molestiæ inferendo. Cum vero illi ministri fraudulenti se coram ipso cum omni reverentia præsentassent; dixerunt, filius tuus Eccelinus de Romano tuis se orationibus recommendat, supplicando ut istud munusculum, quod tibi pro devotione mittit, recipias, et pro salute animæ suæ ad Dominum preces fundas. Sanctus autem Antonius, cum magna indignatione dicendo eis improperia, totum exenium repulit: de rapinis hominum se nihil velle recipere asserens: sed quod omnia eorum essent in perditione; et quod statim recederent, ne domus eorum pollueritur præsentia, exclamavit. Illi vero confusi reversi sunt ad tyrannum; cui cum omnia quæ contingerant enarrassent, dixit eis; Homo Dei est, dimittatis eum, dicat de cetero quod videtur sibi.

EX MS.

oblatum ejus nomine munus recusat,

et ab eo laudatur:

37 Cum ergo per totam illam Quadragesimam, et usque Pentecostem pabulo verbi Dei cibasset populum Paduanum, quia instabat tempus messium, ut orationi et studio sacræ Scripturæ tempore vacationum commodius intenderet, transtulit se ad quemdam locum remotum, qui Campus dicitur S. Petri, in domo cujusdam qui erat amator Fratrum Minorum, quos etiam ibi suis propriis sumptibus sustentabat. [Hic] ipsum tanquam Angelum sibi a Deo missum cum magna devotione suscepit: et ad E ejus instantiam, subter quamdam nucem, latam et frondosam, tres cellas de storiis fecit fieri: in quibus ipse, et duo socii sui perfectissimi, videlicet Frater *f* Lucas et Frater *g* Rogerius, quietius orationi et contemplationi vacarent. Post modicum vero corporeis viribus cœpit repente destitui; et ideo ad Conventum paduæ se portari præcepit; sed occurrentibus sibi compluribus, vir humilis tales honores fugiens et applausus, ad locum Fratrum, monasterio Dominarum pauperum extra Paduam servientium, se contulit: ubi infirmitate crescente, post verba ædificationis et signa devotionis, anima illa sanctissima transivit ex hoc mundo ad Patrem. Fuerunt autem in universum anni totius vitæ B. Antonii triginta sex: vixit namque in domo paterna, annis quindecim; in monasterio S. Vincentii, duobus annis; in monasterio vero sanctæ Crucis de Colimbria, novem annis: postremo in Ordine B. Francisci, multis clarus signis et miraculis, decem annos feliciter consummavit.

ad campum S. Petri recedit,

f

g

et moritur apud Sanctimoniales

an. æt. 36.

ANNOTATA D. P.

a *Siphonem doliarem nusquam alibi reperi* clepsydram *dictam.* F

b *Huic simile alias patratum Waddingus an.* 1231 *num.* 12 *sic narrat:* Concionante quandoque viro Dei ad sex milliaria extra urbem Podiensem; absoluto sermone, quidam viri fideles vinum et alia quædam ei miserunt. At vinum gustans matrona quædam, cum ejus palato non sederet, festina domum abiit, melius allatura. Qua in re tam fuit solicita, ut vasis epistomium apertum relinqueret, manuque ferens vertibulum, sive partem illam qua epistomium obturatur, ad hominem Dei properaret: ad quem ut accessit: vidit in manu instrumentum illud, et sensit se non obturasse epistomium: moxque domum reversa, totum cellarium vidit vino perfusum. Confidens autem meritis sancti viri, in epistomio reposuit vertibulum: statimque dolium adeo est vino repletum ut abundaret.

c *Idem jam supra legimus num.* 63 *in App. ad Vitam.*

d *Idem prorsus casus narratur in Vita S. Petri Martyris Ord. Prædic.* 29 *Aprilis num.* 23, *sed tacetur loci et parentis nomen; ipse autem Sanctus accersitus ab illius patre fecisse dicitur, quod hic fecit mater. Cornegius huic miraculo præmittit aliud de*

pœnitente

A *pœnitente, qui copia lacrymarum atque singultuum impeditus ab enuntiandis voce delictis suis, domumque remissus ut scripto consignaret peccata : quæ cum illi ex allata charta prælegisset Sanctus, eoque acerbius lacrymanti absolutionem dedisset, exhibuit et ipsammet chartam, mundam totam, absque ullo litterarum priorum vestigio.*

ex ys

e *Alias Ezelinus, fere ab initio seculi* 13 *tyrannidem exercebat Paduæ, Veronæ, et alibi, cognomen nactus a quodam agri Tarvisini vico, ubi natus fuerat; in obsidione Mediolani infeliciter obiit an.* 1259, *post annum* 40 *et amplius usurpatæ tyrannidis; prius tamen, id est anno* 1256, *amissa urbe Padua.*

f *Hujus* Lucæ *virtus et doctrina laudantur a Scriptoribus Ordinis, diciturque in ipsius* S. Antonii *Sacello conditus; super cujus tumulum, lapide quadrato extructum, Missa celebratur. Cum de anno ac die mortis nil constaret, Arturus circa* 1230 *floruisse dixit, eique diem* 17 *Febr. arbitrio suo assignavit.*

g *Hactenus non reperi alibi distinctiorem* Rogerii *istius memoriam.*

CAPUT V.

B *Varia Sancti post mortem miracula locis variis.*

Ipsa obitus hora Abbati Vercell: apparens Sanctus,

Eodem autem die, quo S. Antonius migravit ex hac vita, famosissimus et in sacris Scripturis eruditissimus Abbas Vercellensis, erat in camera sua, divinis intentus meditationibus, solitarius : quem vir Sanctus, dum viveret, dilectione præcipua fuerat prosecutus, et frequenter mutuis divinæ Scripturæ colloquiis se pascebant. Unde idem Abbas, in quodam Commento suo, de ipso B. Antonio dicit ita : Frater Antonius, Ordinis fratrum Minorum, de puræ theologiæ sensu mystico hausit plenissime, Dei gratia illustratus. Cum ergo Abbas sic solus moraretur; eadem hora qua obiit, famulus Domini ad eum solus ingrediens, post mutuam salutationem benevolam vir Sanctus adjecit; Ecce, Domine Abbas, quod relicto asello meo Paduæ, vado ad patriam festinanter: et confestim, cum Abbatem in gutture, ubi tunc graviter patiebatur, familiarius tetigisset, et continuo ab ægritudine liberasset; exiens foras, disparuit. Ille vero Abbas, considerans quod forte ad nativam patriam, scilicet Hispaniam, pergeret; ejus decessum totaliter ignorans, ut ipsum saltem C aliquantulum retineret, surrexit; et ipsum extra non inveniens, obviis monasterii servientibus, ubi esset Frater Antonius anxie requirebat. Quibus respondentibus, ipsum non venisse, et ubi esset se penitus ignorare; ille firmiter asseruit, se modo illum vidisse, et sibi talia dixisse, et ipsum Sanctum miraculose curasse, et subito exivisse. Missum est statim ad locum Fratrum, qui erant in illa villa, si forte ipsum vidissent! et eo non invento, præfatus Abbas ad cor rediens, certissime intellexit, beatum Patrem, per mortis excessum, ad patriæ cœlestis convivium feliciter perrexisse: et notans tempus diligenter, postmodum reperit liquido, eadem hora qua sibi apparuit, ipsum ex hac vita migrasse.

in patriam ire se ait, cumque ab Angina liberat.

39 Ab illo ergo die, divinæ faciei superradiante respectu, continue cœperunt exuberare miracula, fieri prodigia, et signa mirifica perpetrari : quæ ad aures Domini Papæ Gregorii Noni perlata, per solennes Paduanorum nuntios, prævia examinatione et deliberatione matura, in die Pentecostes idem Papa, cum indicibili solennitate, lectis prius coram Prælatorum et populorum multitudine miraculis, et ab omnibus approbatis, et in Trinitatis nomine sibi signo Crucis impresso, beatum Patrem Antonium adscripsit Catalogo Sanctorum, die sui obitus, Junii decima tertia [anniversarie colendum] : deinde, post Te Deum Laudamus solenniter decantatum, alta voce cœpit illam de Doctoribus Antiphonam, O doctor optime, Ecclesiæ lumen : qua quidem cum toto Clero solenniter decantata, post Versiculum, Orationem propriam devotissime terminavit. D

Canonizatur ut Doctor Ecclesiæ,

40 Et eodem die universus Ulyssiponensis populus, unde iste Sanctus fuerat oriundus, solennitate maxima lætabatur : causam tamen exultationis hujusmodi penitus ignorabant : nam de ejus Canonizatione pro illa die nihil penitus cogitabant. Immo quod mirabilius erat, ipsa tintinnabula ejusdem urbis nullo pulsante, per se ipsa sonitum dantia, ut ita loquar, tanti Patris gloriam suis civibus tollebant. Parvo autem interjecto tempore repertum est, quod eodem die fuerat Beatissimus Antonius Canonizationis gratia sublimatus. Tantorum ergo miraculorum urbs memorata irradiata fulgoribus, altare majus ecclesiæ Cathedralis, in honorem ipsius B. Antonii, honorifice dedicavit : cujus festum, signis sequentibus, annuatim ibidem solenniter *a* celebratur.

exultante Ulyssipone, licet rei ignara:

a

41 In eadem Civitate Ulixbona, puerulus quidam *b*, Parisius nomine, B. Antonii linea parentelæ germanus, et filius *c* sororis suæ, forte quinquennis, cum aliis pueris in mari ludens, eversa navicula, solus natantibus aliis est submersus. Mater vero post tres horas accurrens, filium mortuum a piscatoribus recepit. Pater vero volebat eum sepelire; mater vero clamabat, aut eum mecum dimitte, aut sepeli me cum eo. Et conversa ad B. Antonium, dixit cum lacrymis : Frater mi, et si extraneis es pius et mirabilis, sorori tuæ crudelis eris? Esto mihi miseræ propitius, et mihi filium restitue : tibi enim promitto, quia ipsum in Ordine tuo divino servitio dedicabo. Mox puer surrexit incolumis : et matre votum implente, in Ordine sancte vixit et obiit. E

b

c

nepotem suum submersum resuscitat.

42 Cum semel quidam de miraculis Sanctorum ad invicem colloquerentur, unusque eorum B. Antonii prodigia multum extolleret; inter alia illud miraculum de vitro, per incredulum super lapides de alto projecto et non fracto, in medium recitavit. Quo quidem audito, quidam alius quasi derisorie accepit scyphum vitreum vacuum ; et vites aridas in manu tenens, dixit : Si B. Antonius de istis vitibus uvas nasci faceret, ut scyphus iste inde musto impleretur, hoc ego miraculum reputarem; et tunc ego crederem illi miraculo, quod nobis de scypho retulisti. Mirabile dictu! subito vites illæ virescunt, F et virentibus foliis adornantur : demum uvæ nascuntur, florent, et maturantur; tandem ex eis vinum comprimitur; et vitreum vas totaliter impletur : quo viso miraculo stupefacti, de irrisoribus facti sunt laudatores.

Ex vite arida vinum dat,

43 Regina Legionis magnam spem habens in B. Antonio, tenuit filiam undecim annorum, mortuam, contra voluntatem Regis et Baronum, orans et dicens : Beate Antoni, fui de Patria tua, redde mihi filiam meam. Ad cujus devotionem surrexit filia, et matrem suam arguit, dicens : Parcat tibi Deus, mater : jam enim essem inter Virgines in gloria. Beatus Antonius tam instanter, ad preces vestras, Deum exoravit; quo me ad vitam restituens, ad vos misit : sed unum sciatis, quod Dominus mihi promisit, quod non starem vobiscum nisi per quindecim dies *d*.

moribundam apparens sanat.

d

44 Cum B. Antonius Paduæ multis miraculis coruscaret; aliqui hæretici ejus prodigia deridentes, volentes publice prædicare quod essent ficta, venerunt Paduam; et bindam *e* sanguine tinctam super oculus unius sociorum ligantes, coram tumulo alta voce

cæcum se fingentem revera cæcum reddit.

e

A voce clamabant; plorantes et dicentes, quod ille injuste fuerat excæcatus: et ideo populum rogabant, ut omnes pro illius illuminatione B. Antonio supplicarent. Cum autem sic per spatium horæ stetissent; cœpit, qui se finxerat cæcum, alta voce clamare, B. Antonius restituit mihi visum. Tunc socii accurrentes, et bindam amoventes, ut coram populo de
f ficto miraculo *f* truffarentur; super bindam ambo oculi remanserunt; sicque delusi sunt, qui erant delusores. Quo territi et corde compuncti, fraudem publice confitentes, post devotam orationem omnes lumen fidei, et ille lumen oculorum a B. Antonio meruit obtinere.

et similem irrisionem lepra punit: 45 Dum quidam leprosus, audiens famam miraculorum B. Antonii, se Paduam portari faceret; cuidam Militi hæretico obviavit, qui B. Antonii miraculis detrahens, dixit: Quo vadis, miser? lepra tua veniat super me, quando te Antonius poterit liberare. Leprosus vero confidenter se sub arca B. Antonii misit, et ejus suffragium devote imploravit. Cui dormienti B. Antonius apparuit dicens: Surge velociter, quia curatus es a lepra: et vade ad illum Militem, qui miracula mea deridebat, et defer illi
g scandellas *g*, quia lepra tua ipse putrescet. Surgit
B pauper sanus, et vadit ad illum Militem, sua incredulitate leprosum: dixitque illi, B. Antonius mihi præcepit, ut tibi leproso meas scandellas portarem. Ille vero Miles compunctus, facto voto quod numquam sibi detraheret, fuit a lepra mundatus et curatus.

eamdem meditatam impedit, 46 Semel quidam Paduani quemdam Presbyterum occidendum in quadam via expectabant: quibus visibiliter apparuit B. Antonius, dicens eis: Quare vos estis hic? Recedite cito. Qui responderunt: Immo tu, bone Frater, vade per viam tuam, quia nos hinc minime recedemus. Et cum Sanctus diceret, nec ego hinc recedam, dixerunt ei; Quis es tu, qui talia præcipis nobis? Respondit; Ego sum S. Antonius. Et statim illi territi ad terram ceciderunt, et Sanctus disparuit. Illi vero ad illum inimicum summa cum mansuetudine accesserunt; et visione recitata, pacem inter se firmaverunt: quod fuit per civitatem publice divulgatum.

item vindictam sumendam: 47 Quidam Miles, in quodam prælio vulneratus sic graviter, quod nullo medicorum remedio poterat liberari; voto facto ad B. Antonium, fuit statim sanitati pristinæ restitutus. Sed curatus, gratiæ ingratus cogitavit, quomodo, ex quo erat curatus, po-
C terat se optime vindicare. Beatus vero Antonius sequenti nocte illum ad pristinam infirmitatem reduxit, et fuit ingratitudo punita.

voti neglectum castigat, 48 Cum quidam Puer de Padua, Henricus nomine, collum habens inflatum, graviter torqueretur; facto voto a matre, quod sibi collum de cera ad sepulcrum deferret, statim fuit curatus. Sed matre votum dissimulante, iterum collum inflatur, et ille dolore nimio perurgetur. Mater vero reatus sui conscientia doluit, et promissum collum cereum ad Sanctum detulit, et statim puer sanatus fuit.

sanat mutum et surdum, 49 Abbas quidam, servo fideli, qui viginti annis steterat mutus et surdus, compatiens, vovit B. Antonio, quod si ipse eum sanitati restitueret, ad custodiendum ejus altare eum perpetuo sibi offerret: qui cum eum misisset ad ejus sepulcrum, statim consecutus fuit perfectam sanitatem, et ibi ad ecclesiam custodiendam remansit.

50 Cum semel domina Aldonsia, filia dominæ
h Taraxiæ *h* Reginæ Portugalliæ, tanta infirmitate *Aldonsiæ regiæ puellæ moribundæ apparens,* gravatur, quod a medicis relicta, de ejus vita nulla spes remaneret; Mater ejus Regina de ejus morte irremediabiliter vexabatur: unde conversa ad B. Antonium, cum multis lacrymis ipsum devote pro suffragio invocabat: Subvenias mihi, Pater sanctissime, quia tu de regno isto fuisti oriundus: et ora D
pro me Dominum, ut meæ filiæ concedat sanitatem. EX MS.
Aldonsia vero puella nocte media paululum obdormivit, et vidit B. Antonium dicentem sibi: Numquid agnoscis me? Ego, ait, sum S. Antonius, qui veni ad te, tuæ matris precibus invocatus: unde unum e duobus elige, vel debitum carnis exolvere, et Dominus dimittet tibi peccata tua, et pœnam debitam, sic quod hodie mecum eris in paradiso; vel *ipsam data vitæ vel mortis optione sanat.* cum matre adhuc in mundo remanere, et restituam tibi continuo sanitatem. Ipsa vero plus sanitatem corporalem diligens, fuit ibidem liberata: et accipiens cordam in visione, qua Sanctus cingebatur, cœpit matrem vociferando vocare, dicens: Domina, ecce hic est B. Antonius, qui me sanam fecit. Statim vero Regina, cum aliis dominabus accurrens, ipsam sanam inveniens, omnes Deo et B. Antonio gratias reddiderunt.

ANNOTATA. D. P.

a Ritu Duplicis 2 classis, *inquit Cardosus*, cum Vigilia et Octava, matutinaque et vespertina processione, cessationeque ab operibus servilibus: idque totum ex approbatione Apostolicæ Sedis. E

b *Alias* Apparitius, *quia natus, inquit idem Cardosus in festo Apparitionis S. Michaelis 8 Maji cujus quæ memoriam recoli dicit in ecclesia S. Francisci Ulyssipone 8 Aprilis.*

c *Sunt qui vocatam velint* D. Felicianam Martini de Taveira, *inquit idem; sed addit, hoc non adeo certo constat, quam quod habuerit Sanctus sororem aliam, in Conventu S. Michaelis Dominarum professam; quæ moriens testata sit, conspicere se SS. Theotonium et Antonium; et cujus nomen in Obituario monasterii sic notatur*, XII kal. Martii obiit D. Maria Martini, soror S. Antonii, Canonica S. Vincentii, Era MCCLXXVIII; id est anno 1240. *Paciecus ait num. 9, aliquot familias nobiles ex priori sorore descendisse, quæ hodiedum perseverent sub cognomento* Bulhoes, *unde nata hoc seculo* Ludovica Bulhoes *cum heredibus necessariis careret, cœlestem ipsius S. Antonii, velut propioris consanguinei, heredem nominarit. Sed numquid familiarum istarum cognomentum, potius censeri debet a Sancti fratre, quam a sorore propagatum?*

d *Torquet hic sese Waddingus, et post eum Paciecus atque Cardosus, et Cornegius, scientes Alphonso IX, Regi Legionensi, nullam fuisse ex Lusitania Reginam, præter* Tarasiam *Sancii Lusitani filiam, anno* 1189 *Alfonsi Regis Legion. filia, a Sancto resuscitata undennis,* *ductam, sed matrimonio per Pontificem dissoluto, propter secundi gradus impedimentum, dimissam, ingressamque Lorvaniense monasterium, unde non prodiit nisi semel ad dies paucos an.* 1231 *post mortem* F *Regis; compositura litem inter filias suas*, Sanciam *et* Dulcem, *quas pater heredes scripserat, et S. Ferdinandum Castellæ Regem, ex eodem Alfonso et Berengaria Castellana, illius Regina natum, receptumque a Statibus Regni Legionensis; sicuti juramento cautum erat, cum ipsa quoque Berengaria, ob tertii gradus impedimentum, esset removenda a contubernio Regis jubente Pontifice Innocentio III, sed prolem exinde natam legitimam declarante; sicut antea, in gratiam prolis ex Tarasia Lusitana susceptæ, fecerat Cælestinus III. Agnoscit ergo Waddingus, ut substantiam* *fuit, non ex prima uxore, nata Sancia* *veram esse teneat, multipliciter errori in circumstantiis, præsertim ætatis, qua undennis dicitur fuisse puella cum resuscitabatur, cum ex ipsius sententia, miraculum factum sit an.* 1231, *quando pace composita, ad S. Ferdinandum fratrem visendum, Beneventum ad fines Lusitaniæ accesserunt Infantæ, quadragenariæ plus minus. Sed nodum hunc melius nobis solvet Chronica S. Ferdinandi, ubi cap.* 5 *Hispanice dicitur, quod dimissa in Castellum Berengaria, Alfonsus* caso con

Ex MS. in obitu Sancti quadragenaria

sed ex aliqua posteriore uxore, non regina,

nata Maria,

A otra muger, *quod num.* 17 *vertimus* Aliam uxorem duxit. *Ubi licet in notis litt. c dixerim, quod* Nihil de alia uxore alibi legimus, *id tamen, hic velim retractatum; excusatumque ab errore auctorem, quasi is ageret de* Tarasia, *veluti secunda, quæ certo prima Regina et uxor fuit. Nunc enim agnosco tertiam, et quidem primæ synonymam* Tarasiam, *natam ex D. Maria Aires de Tarnellis, Sancii I Regis amasia, et Ægidio Vasquii de Soverosa, claro armis duce: quæ quia Alfonso peperit* B. Sanciam, *in Ordine S. Jacobi Commendatricem et Toleti mortuam* 25 *Julii* 1270; *data occasio est scriptoribus Lusitanis, atque post hos auctori Vitæ an.* 1651 *Madriti excusæ, matres et filias confundendi. Cum tamen ipsamet Beata in testamento suo matrem appellat* D. Teresiam Gil, *et cognomentum tum de* Soverosa *adlatur in Vita filiæ: quas autem hæc legat possessiones, in Lusitania multas ac magnas, velut ex materna hereditate sibi contingentes, satis indicant alteram* Tarasiam, *vel* Teresam *Lusitanam quoque fuisse, sed tanto juniorem, ut potuisset prioris filia esse, ac filiam marito peperisse circa annum* 1226, *ante vel post* B. Sanciam. *Fuerit autem junior ista Tarasia Alfonsi Legionis vera uxor, sed inferioris conditionis, et nuptiis minus solennibus ducta, jura antiqua* B Concubinam *appellarent; quales intelligit Concilii Toletani I Canon.* 17, *ubi dicitur:* Qui non habet uxorem, et pro uxore concubinam habet, a Communione non repellatur; tantum ut unius mulieris, aut concubinæ ut ei placuerit sit conjunctione contentus: *quo exemplo in Suecia et Dania*, manu sinistra *contrahi dicitur; sic ut proles inde nascens non succedat in regnum, neque sic ducta dicatur* Regina, *sit tamen Christiano ritu vere* uxor. *Galli* matrimonium conscientiæ *appellant. Ita Annalium Francicorum scriptor Carolus de Cointe intelligit, quod* Carolus Magnus, *passim ab Ecclesia cognitus ut* Sanctus, *extrema sua ætate (quam maxime oportet a præbendo publice scandalo fuisse remotam) legatur, post tertiæ uxoris mortem, habuisse quatuor successive concubinas, in Vita num.* 23 *absque scrupulo et dedecore nominatas. Et sane quis credat, Alfonsum, vinculo jugali liberum, totis fere viginti sex annis maluisse coitatorem esse quam maritum? cum interim Sanctus Rex Ferdinandus non dubitaverit sic natos appellare* fratres suos, *eosque una cum germano Alfonso in obitu commendare filio ac successori Alfonso X: ad quem locum, num.* 144 *litt.* g, *ex Catalogo Regio-genealogico Roderici* C *Mendez-Silva nominavimus liberos, extra regium matrimonium genitos, omnino duodecim, qui omnes aut plerique post divortium geniti hac ratione honestabuntur. Ut tamen fuerit miraculum factum vivente adhuc Alfonso Rege, debuit accidisse vivente etiam adhuc* S. Antonio: *siquidem Rex obiit uno ante ipsum anno, quemadmodum ostensum est, ad Vitam S. Ferdinandi, et patet etiam ex contentione, inter hunc et Alfonsum Lusitanum facta Æra* 1260, *idest an.* 1231, 13 *Aprilis, post compositam cum sororibus senioribus earumque matre, pro regni Legionensis successione, controversiam: qualis nulla et extitit, cum aliis sororibus earumque Matribus, quippe conditione natalium suorum nihil juris in regnum paternum prætendentibus.*

e Binda *fascia. Teut.* Band, *unde* Binden *religare.*

f Truffa, *ludus, jocus: Teut.* Trouf *in lusu pictarum notus terminus, hinc* Truffare, *ludere. Simili successu lusit etiam rusticus, de quo Rosalfus Tossinianus lib.* 2 *Historiarum Ordinis pag.* 272 *agens de loco S. Antonii Glemonæ prope Utinum: Ibi, inquit,* narratur, quod B. Antonius, bubulcum quemdam rogavit, ut currum sibi præberet ad deferendos lateres pro loci hujus constructione. Ille (ut est rusticorum mos) dissimulavit se currum præstare non posse, quod veheret juvenem mortuum; qui tamen dormiebat. B. Antonius discessit: rusticus vero D subridens juvenem dormientem cœpit excitare. Dormitat ille. Instat rusticus ac urget: quem cum excitare non posset, sensit revera mortuum. Tunc, relicto plaustro bobusque, accurrit ejulans ad sanctum virum: profusis lacrymis fusus ad ejus pedes orat, obsecrat, ut suscitet juvenem. Beatus vir, motus prece, motus casu, facit signum Crucis super occubantem, submurmuratque ore et spiritu, et erigit ad vitam revocatum juvenem. *Waddingus idem referens an.* 1227 *num.* 19 *citat etiam* Legendam MS. *hanc utique quam modo illustramus: ut vereamur ne hic locus festinanti librario nostro excideret, ex Romano ectrapho restituendus.*

g Scandellæ, *crepitaculum ex* scandulis *ligneis confectum, quali utuntur leprosi, ut ne propius quis eos accedat: quæ notio addi poterit ad alias a Cangio productas.*

D Aldonsia a Sancto servata in vivis

potuit fuisse soror germana Mariæ resuscitatæ:

et miraculum Legione, non Alenquerii accidisse

h *Nulla fuit Lusitaniæ Regina* Taraxia, *vel* Tarasia, *aut* Teresia *post mortem S. Antonii: nam quæ sic vocata, Henrici Burgundionis uxor, dotalem Lusitaniæ Comitatum Marito attulit a regno Legionensi abjungendum, Regum deinde secutorum mater, ducentis annis illius præcessit nativitatem. Marcus Ulyssipponensis rem simpliciter ut invenit transcripsit: Paciecus dissimulare totam maluit, quam* E *cum Waddingo intelligere Legionensem Reginam, Alphonsi uxorem primam, de qua supra, sic ut* Dulcia *et* Aldonsia, *item nomen sit. Sed obstat ætas minime puellaris, sed quadragenariæ par aut major cum moreretur Antonius, matrisque recessus in monasterium procul a filiabus, quarum causa semel dumtaxat illa scribitur egressa, acturæ cum matre S. Ferdinandi Berengaria, secunda uxore Alfonsi. Quid si tertiæ et veræ uxori Alphonsi, sed non Reginæ, idem quod primæ nomen ac patria fuerit, quæ Sancti patrocinium jam in una filiarum experta, ipsum fidentius expetierit pro altera? Certe inter Alfonsi filias, vel naturales vel ex impari conjugio genitas, numeratur in Catalogo Regio-genealogico* Donna Aldonsa, sponsa Comitis Petri, unde procedit familia Dominorum Ponce de Leon Ducum de Arcos. *Neque adeo mirum fuerit reginæ titulum confundi a scriptore Italo, per memoriæ lapsum, et cui forte occurrebat prænominata Henrici Comitis uxor, citra distinctionem temporum. Huc ergo facere potest quod allegat Waddingus, et scripsit S. Augustinus lib.* 22 *de civit. cap.* 8. Miracula ubicumque fiunt, vix sciuntur a tota civitate, vel quocumque commanentium loco: nam plerumque F etiam ibi paucissimi sciunt, ignorantibus ceteris, maxime si magna est civitas: et quando alibi aliisque narrantur, non tam ea commendat auctoritas, ut sine difficultate vel dubitatione credantur, quamvis Christianis fidelibus a fidelibus indicantur.

i *Id factum asserit, Marcus Ulyssippon. lib.* 12 *cap.* 16, *ejusque interpres Gallicus; Barezzus, ordine mutato part.* 2 *lib.* 5 *cap.* 35; *factum, inquam, ut asserit Marcus* Alenquerii, ubi res contigit, et ubi Regina cum tota curia erat, in Conventu Minorum. *Fuit hic quidem trium primorum unus, sub annum* 1218 *fundari cœptus, in oppido quod medium est inter Ulyssipponem et S. Irenem: sed, si Legionensis Regis uxor fuit (quod putamus) vulgo etiam dicta* Regina, *potius* Legione *res acciderit, ubi an.* 1240 *structus Conventus dicitur;* Alenquerium *autem Marcus addiderit, ex præconcepta opinione de Tarasia Infanta Lusitaniæ, quam ejusque Sororem Sanciam vulgus* Sanctas Reginas *appellat, ut ad Vitam prioris dicetur* 17 *Junii; itaque non prorsus foret rejicienda opinio illa, si cetera convenirent.*

CAPUT

CAPUT VI.

Æterna salus desperatis aut desperabundis curata, ipso et S. Francisco apparentibus.

Matrona familiari dæmone diu usa,

Fuit in regno Portugalliæ, in loco qui Linharres *a* nuncupatur, Domina quædam illius castri multum potens, Lupa nomine, habens quemdam dæmonem pro cameraria, in specie mulieris, quæ instigante diabolo erat crudelissima, et variis criminibus irretita. Quid plura? Cum haberet specialem devotionem ad B. Franciscum et B. Antonium, in firmitate extrema desperata, propter magnitudinem peccatorum, de salute animæ non curabat; nec volebat, quantumcumque ad hoc inducta, confiteri. Et cum sic tristis et desperata jaceret; ecce intraverunt duo Fratres Minores, ipsam confortantes, et ad confessionem et pœnitentiam inducentes. Renuit ipsa, asserens se tot commisisse peccata, quod Deus propter quamcumque suam pœnitentiam ad misericordiam non flecteretur.

a Sanctis in spem veniæ adducitur et confitetur :

Frater vero, qui videbatur antiquior, dixit: si vultis peccata vestra confiteri et conteri de ipsis, ego omnia super me recipio, et bonorum meorum vos participem facio,
B et virtute Dominicæ Passionis vobis vitam æternam promitto. Altera fuit ad hæc verba in melius mulier, et ad pœnitentiam animata; ac de lupa in agnam conversa, de peccatis conteritur, et cum magnis lacrymis confitetur: et post ipsa habitum Fratrum Minorum petiit; et per manum illius Fratris accipiens, in Domino feliciter obdormivit; et statim Fratres illi disparuerunt. Quo omnes cogitaverunt non irrationabiliter, illos fuisse S. Franciscum et S. Antonium *b*, quibus tantum erat devota, et quos in sui adjutorium assidue advocabat. Corpus vero suum fuit in Conventu Gardiæ *c* tumulatum.

quam sibi ereptam dæmon queritur,

52 Cum autem post modicum quidam armiger [ire vellet] ad locum dictum Linharres, ubi Domina Lupa fuerat defuncta, quadam nocte audivit quamdam vocem quasi mulieris, lacrymose dicentis: O misera! malum servitium per tredecim annos feci, et in vacuum laboravi. Armiger vero totus territus, ad se ipsum reductus, Crucis signo se muniens, in Domino confortatus dixit: Adjuro te per Jesum Christum, ut dicas, quæ es? et quare ploras? Respondit illa: Ego sum diabolus, qui per
C tredecim annos, specie mulieris, Dominæ Lupæ nuper defunctæ in multis criminibus deservivi; ut ipsam, suis exigentibus culpis, post mortem mecum ducerem ad inferni profundum: sed nunc in fine venerunt duo caputiati Fratres Minores, quos ante dilexerat, et eam ad pœnitentiam inclinantes, et de potestate mea ejus animam rapientes, secum ad cœli gaudia portaverunt. Et hoc erit tibi signum istius veritatis. Cum eris in Linharresio, ubi ipsa decessit: audies rumorem in populo, quod quidam

sed aliis duabus animabus pensatam dicit.

faber uxorem interfecerit; et ille capietur, et pro uxoricidio suspendetur: et ego, qui illius interfectionis causa fui, tam fabri quam uxoris animas ad inferna deducam; et pro una perdita animas duas inde lucrabor. His auditis proficiscitur Armiger: et dum fuit in Linharresio, fabrum suspensum, qui uxorem occiderat, reperit: et ipse quæ audierat omnibus mirantibus revelavit.

Energumena persuasa a dæmone non posse salvari nisi se occidat

53 In eodem regno Portugalliæ, in villa *d* Sanctarenæ, erat tempore Regis Dionysii *e* mulier quædam peccatrix, quæ magna devotione ferebatur ad S. Antonium. Hæc a diabolo obsessa, ut se ipsam interficeret tentabatur: et videbatur sibi, quod Christus loquebatur in corde, inspirando dicens: Misera, tu fecisti contra me tot iniqua, quod, nisi forte interficiendo te ipsam, non poteris salvari. D
Cum ista et similia interius suadendo eam non modicum conturbaret, volens eam vexare exterius, apparuit sibi dicens: Ego sum quem tu offendisti; si tamen vadas ad fluvium qui Tagus dicitur, et te ibi pro culparum satisfactione submergas, ego omnia peccata tua remittam, et tibi gloriam æternam concedam. Cum ista frequenter apparendo dixisset, et semel vir suus [abesset]; delusa quadam die, tertia hora pergebat ad fluvium Tagum, ut de submersione diabolicam suggestionem impleret.

Ex MS.

S. Antonio se commendat, et indormiscens

Et transiens ante ecclesiam Fratrum Minorum, ut se B. Antonio, cujus festum erat, recommendaret, in eamdem intravit: et prostrata ante altare in capella S. Antonii, cum lacrymis oravit, dicens, Sancte Antoni, in te semper fiduciam habui; supplico benignitati tuæ, ut mihi digneris revelare, si me ipsam submergere est Dei beneplacitum, vel totaliter abstinere.

54 Dum autem sic oraret, dulciter obdormivit; et apparens sibi B. Antonius, dixit: Surge, mulier; et hanc custodi *f* cedulam, per quam a vexatione dæmonis recipies sanitatem. Et surgens a somno, reperit in collo suo quamdam chartam de pergameno, in qua litteris aureis talia erant scripta: E

accipit a Sancto apparente amuletum,

Ecce Crucem Domini, fugite partes adversæ, vicit Leo de tribu Juda, radix David, Alleluia, Alleluia. Et tunc illam tentationem amisit, et quamdiu eam cedulam habuit, eam diabolus non vexavit. Sed cum Rex Dionysius ista viro referente audivit, cedulam prædictam habuit, et statim iterum diabolus eam mulierem invasit. Vir autem uxori compatiens, cum cedulam recuperare non posset; tandem, mediantibus Fratribus Minoribus, rescriptum cedulæ a Rege habuit; et datam mulieri, ipsam, ut principalis cedula, a vexatione dæmonum liberavit. Et devote cum lacrymosa contritione confessa, et ad Deum totaliter conversa, per viginti annos in sancta conversatione vivens, finivit in pace dies suos; et

ad multa miracula efficax

Rex Dionysius illam chartam inter Reliquias suas posuit, cum qua, ad S. Antonii invocationem, multa miracula fuerunt perpetrata.

Ab adultero viro male habita mulier,

55 In Castro regni Portugalliæ, quod Berta *g* vocatur, erat mulier quædam, Sera nominata, quæ ad Beatissimos Franciscum et Antonium singularem devotionem habebat. Vir autem ejus erat lubricus et iniquus; qui cum concubinis, relicta uxore, non solum nequam vitam ducebat; sed ipsam uxorem habens exosam, frequenter percutiebat et multipliciter affligebat: quo tantum uxoris crevit tristitia, F
quod desperata deliberavit, ut de tot angustiis evaderet, suspendio vitam finire. Et cum nocte quadam, viro absente, et aliis de familia dormientibus, funem disposuisset in camera, et intra laqueum

dum sibi ipsi laqueum nectit,

vellet collum ponere, et se ipsam instigante diabolo jugulare; ad ostium domus fuit pulsatum fortiter cum clamore. Tunc Domina statim funem dimittens, ad videndum quis pulsaret, accessit: et cum portam aperuisset, vidit duos Fratres Minores, qui eam, ut ipsos intra domum amore Dei reciperet, humiliter rogaverunt. Domina vero interrogavit eos unde erant, et quibus nominibus vocabantur. Qui cum respondissent, quod de longinquis partibus

apparentibus et Sanctis servatur,

erant, et unus Franciscus et alter Antonius vocabatur; Intrate, inquit, amore Sanctorum Francisci et Antonii: et posita mensa dum comederent, sacris Dominam sermonibus refecerunt. Quibus illa in bonum alterata, proposuit, propter illorum reverentiam, non exequi illa nocte, quod sibi suggesserat de suspendio humani generis inimicus.

et maritus ad bonam frugem reducitur,

56 Intrant Fratres cameram sibi pro somno assignatam: ingreditur mulier lectum suum: et eadem hora iidem Fratres viro suo apparuerunt dicentes:

Nos

EX MS.

A Nos sumus Sancti Franciscus et Antonius, ad te a Deo missi, tibi denuntiantes, quod nisi convertaris a via tua mala, et concubinis dimissis soli adhæreas uxori tuæ nobis devotæ, intra tres dies morieris, et in inferni barathrum demergeris. Nam uxor tua hac nocte, tuis vexationibus tribulata, se per collum suspendisset; nisi nos ad ejus hospitium venissemus. Tu ergo vade ad eam, et in signum pete ab ea funem, quo se voluit jugulare. Territus homo, et subito excitatus, de peccatis conteritur: et mane surgens, venit ad domum suam. Surrexerat tunc ejus uxor: et non inventis Fratribus, sed lecto parato; ac si nullus in eo obdormivisset, erat non immerito stupefacta: quia unde exivissent, cum omnia essent clausa, non poterat cogitare. Tunc vir ejus superveniens, uxorem benigne salutavit, et ait: Carissima, ubi est chorda cum qua hac nocte te suffocare voluisti? Sed illa stante attonita, Bene scio, inquit ille, qualem gratiam tibi fecerunt, et te et me a morte corporis et animæ Sancti Franciscus et Antonius liberaverunt, quos tu nocte ista præterita hospitio recepisti. Confitetur illa liquido veritatem: et sua visione detecta, B veniam petit humiliter ab uxore: et sic ambo in omni caritate et concordia diu viventes, pleni virtutum exercitiis, Sanctos Franciscum et Antonium pariter laudaverunt.

revelato ipsi sua uxoris consilio.

57 Juxta castrum quod dicitur Turres-novæ *b*, in vico qui dicitur Elbron, in regno Portugalliæ, erat quædam mulier conjugata; quæ dum in festo S. Antonii ad molendum triticum, de prædicto vico Elbron ad castrum de Turribus novis, cum quadam puella properaret; ventus vehemens, a parte anteriori in ipsam irruens, saccum cum tritico, quem portabat in capite, in terram projecit, et eam fecit cadere resupinam. Et continuo adfuit quidam juvenis facie præclarus, qui animam illius accipiens, cœpit eam ducere secum. Et primo duxit eam per campum quemdam latissimum, quo ad quemdam puteum pervenerunt, horribilem et tenebrosum valde, ex cujus ore flammæ horribiles ascendere usque ad cœlum videbantur: fumus etiam depressissimus, niger et fœtidus, inde exhalabat; et audiebantur ex intus tortorum et torquentium rugitus et clamores validi, planctus quoque, ploratus et ululatus magnus in eodem barathro personabant. Et intro mulier illa cum tremore respiciens, vidit di- C versa genera hominum, et diversa officia in quibus deliquerant, diversimode a dæmonibus cruciari. Nam mercatores fraudulenti, bursas ignitas in collo deferebant; usurarii vero, ardenti pecunia a dæmonibus cibabantur; raptores, adulteri, homicidæ, falsi testes, judices, ceteri peccatores pœnis competentibus torquebantur. Tunc ipsa interrogavit juvenem ductorem suum, quis erat ille locus? Qui respondit, quod erat puteus infernalis. Et, quod erat mirabile, quam plurimos ibi vidit qui adhuc erant vivi, illis locis pœnalibus deputati, et in societate dæmonum ambulantes, de civitate Ulixbonensi et villa Sanctarenensi, quorum nomina non tacebat: tamen in locis illis numquam fuerat, ut dicebatur. Nec videatur incredibile, si in visione adeo futura ut præsentia dæmonstrantur.

b

In festo S. Antonii laborans

alienatur a sensibus:

et monstratis sibi ab Angelo pœnis inferni,

58 Post hæc mulier illa deducitur ad locum alium, delectabilem et amœnum; pulcra herbarum varietate depictum, cunctorumque florum et fructuum generibus adornatum; in quo vidit quoddam tentorium magnum, altissimum, miræ magnitudinis collocatum: ex quo quidam homines clarissimi, mira vestium varietate ornati, coronas gestantes in capitibus, bini et bini processionaliter procedebant: in fine vero erat unus quasi sponsus, mirabili ornatu decorus, cui totus ille processionalis honor attribui videbatur. Interrogatus ille juvenis a muliere illa, quis esset ille locus, et qui essent illi, quos viderat cum tanto ornatu et pulchro ordine incedentes, respondit, locum illum esse requiem animarum, et omnes illos esse salvatos; et ille ultimus, cum tanta pompa procedens, esse S. Antonium, cujus festum, sicut in terris, sic colebatur, et multo excellentius a Sanctis in cœlis: et in solennitatibus aliorum Sanctorum, alii vicissim solennizant similiter. Et ideo, ait juvenis, huc deducta es, et ista vidisti; ut in Sanctorum festivitatibus ab opere servili abstineas, et Sanctis debitam reverentiam exhibeas, præcipue a malis operibus abstinendo. Dum anima autem istius mulieris sic ducebatur, corpus ejus ad castrum prædictum ad sepeliendum a populo est portatum, quia totaliter mortuum videbatur. Et dum sepulturæ locus pararetur, cunctis cernentibus ac stupentibus et territis, mulier illa surrexit; et primo coram illis, postea coram aliis multis, et me *f* qui ista scripsi, seriem retulit præfatæ visionis.

ac gloria paradisi,

D

ducit festum Sancti etiam in cœlis agi,

illudque religiosius servare.

f

59 Circa annum Domini millesimum ducentesimum nonagesimum secundum, retulit quidam homo, multum senex, cuidam Fratri Minori, quod ipse B. Antonium viderat: et, cum latro et raptor esset, et de numero duodecim latronum qui in nemoribus habitabant, ad deprædandum et spoliandum quoslibet viatores; omnes duodecim, audita fama prædicationis B. Antonii, mutuo condixerunt, quod ad ejus prædicationem die aliqua, sub ignoto habitu, convenirent: non enim referentibus credere poterant, quod esset tantæ efficaciæ verbum ejus, quod ardere, sicut alterius Eliæ, sicut facula videbatur. Quadam ergo die ipso prædicante veniunt; qui dum ejus ignita eloquia aliquantulum audissent, inceperunt de peccatis conteri et compungi, finito autem sermone, de suis peccatis et facinoribus sunt compuncti. Quos cum pius Pater de Confessione per ordinem audivisset; interdixit eis, ne ullo modo redirent ad scelera consueta; non redeuntibus promittens gaudia æterna, redeuntibus vero supplicia inaudita. Referebat etiam idem senex, quod aliqui de iis ad consueta flagitia redierunt, et vitam (sicut Sanctus prædixerat) celeriter inconfusibilibus suppliciis finierunt; non redeuntes autem, in pace et in Domino quieverunt. Illi autem seni Sanctus injunxit, quod duodecim vicibus Apostolorum limina visitaret; qui in duodecima rediens de Roma, hæc F in via Fratri cum lacrymis referebat; expectans, juxta Sancti promissum, æternæ vitæ gaudia post hujus cursum miseræ, adipisci.

E

Latrones Sancto prædicante conversi.

ANNOTATA D. P.

a Linares, *Guardiensis diœcesis oppidum, inter Guardiam et Viseum.*

b *Ob hanc causam talis præfigebatur in MS. titulus.* Qualiter quamdam in fine desperatam, apparens sibi, ad Confessionem et gloriam adduxit; *proinde salvata fuerit mulier illa, non tam ex vi suæ Confessionis, quæ defectu idonei ministri sacramentalis non fuit, quam internæ et perfectæ contritionis.*

c *Ignorantur Conventus hujus initia, quæ an.* 1268 *antiquiora esse probatur ex Bulla Clementis* 4, *hoc anno data ad Guardianos Lusitaniæ. Paciecus audit, ibi conservari memoriam hujus eventus, et sepulturam ostendi distinctam a ceteris.*

d Santarem, *id est* S. Irenes *oppidum, ad Tagi dexteram ripam.*

e *Regnavit* Dionysius, *S. Elisabetæ maritus, ab an.* 1279 *ad* 1325.

f *Ita passim medio ævo,* cedula *pro* schedula.

g

A g *Nescio an recte scriptum nomen, ipsum in tabulis necdum reperi.*

h Turres-novæ, *inter S. Irenes et Tomarium oppida, in finibus diœcesis Santirenensis : juxta ergo fuerit vicus* Elbron, *a tabulis non indicatus.*

i *Hinc et ex sequenti anno* 1292 *colligi videtur, scripta istæc fuisse circa finem seculi* 13.

CAPUT VII.

Miracula per testes coram Episcopo Paduæ confirmata et alia nonnulla.

a Frater lingua retorta mutus et surdus b

Quidam Conversus Monialium Paduæ, ætatis viginti quinque annorum, a nativitate surdus et mutus, cujus lingua erat modicum prominens extra guttur : et brevissima ad modulum vitis torcularis retorta, sic quod videbatur intuenti blanda *b* et rugeta : semel et secundo fuit spirituali visione inductus, ut ad B. Antonii suffragium se converteret toto corde. Qui rudis et bestialis, ignorans quid visio designaret ; primo per domum, postea per plateas S. Antonium requirebat : tertio vero, eadem visione modo B simili concitatus, ad B. Antonii ecclesiam perveniens, cum devotione qua potuit pernoctavit, et Sancti adjutorium frequenter invocavit. Post horam vero nonam, quadam luce divinam circumfusus, subito et toto corpore sudore nimio superfusus, magnam commotionem sentire cœpit, tam in capite quam in membris. Quid plura? Subito reducta est lingua ejus ad debitam quantitatem et loquelæ recepit beneficium et auditus. Illico enim apertum est os ejus, Deum et B. Antonium pro tanto beneficio benedicens : et, quod erat mirabile, quadam nova lingua, sed plene intelligibili in illo comprehensa idiomate, loquebatur : nesciebat etiam nisi pauca vocabula, ad communem usum loquendi necessaria, sibi divinitus inspirata, quod ea ab hominibus non didicerat; admirantibus cunctis, qui eum mutum et surdum a nativitate referebant. Ad cujus miraculi novitatem utriusque sexus populi confluentes, juvenem, qui prius Petrus dicebatur, ratione prodigii, ex tunc censuerunt Antonium appellandum.

eadem restituta loquendi accepit facultatem

Ex conversatione dæmonum cæcus

61 Quidam homo prope Paduam, volens quædam occulta scire per dæmones, quadam nocte in circulo incantationum se posuit cum quodam Clerico, qui per artem magicam sciebat dæmones invo- C care. Cum ergo esset intra circulum, et dictus Clericus dæmones invocaret; advenerunt dæmones cum summo strepitu et rugitu. Et cum homo ille territus nesciret dæmonibus respondere aliquid, subito linguam ejus totaliter evellentes, et oculos de capite eruerunt. Cum autem fauces aperiret, nullum linguæ vestigium apparebat : et in loco, ubi prius fuerant oculi, erat suffossio nimia et profunda. Cum ergo dolore cordis propter culpam et pœnam vexaretur, et non posset peccatum confiteri ; ad B. Antonii suffragium invocandum totaliter se convertit. Et cum in Conventu multis diebus ac noctibus orando permansisset, et Fratres in Missa, Benedictus qui venit in nomine Domini, decantarent, et a Sacerdote corpus Domini elevaretur ; novi fuerunt sibi oculi in capite restituti. Congregati ad tantum miraculum quam plurimi, et una cum ipso orantes Deum, obsecrabant; ut qui S. Antonii meritis sibi oculos restituerat, et linguam reddere dignaretur. Dum vero Chorus, Agnus Dei cantando, Dona nobis pacem, finiret; Deus illico linguam sibi restituit et loquelam, qua B. Antonii magnalia extollebat.

fit cæcus et mutus :

sed a Sancto sub Missa curatur

62 Frater quidam nomine Bernardinus, de Parma oriundus, ex nimia infirmitate duobus mensibus D mutus existens, ad tantam debilitatem spirituum devenerat, quod nec candelam poterat extinguere suo flatu applicatam. Et quamvis per medicos peritiores Lombardiæ, per ferrum candens, novies, suo gutturi et semel capiti appositum, ad ejus curationem fuerit laboratum ; nullum remedium habuit, sed infirmitatis potius incrementum. Imminente ergo suffocationis periculo, ad S. Antonium Paduam adducitur ; et ante arcam prostratus, Sancti suffragium postulabat devote. Et ibidem primo cœpit spuere, et insufflare fortiter, adhuc mutus. Continuans autem orationem, cum multis Fratribus et populi frequentia, qui eadem ratione festi et miraculi assistebant ; subito, emissa horribili sanie, loquelam recuperavit, et plenariam sanitatem : et in laudem Sancti prorumpens, etiam Antiphonam illam, Salve Regina etc. cum Ministro et Lectore, qui ad miraculum tantum concurrerant, lætis vocibus cantando perfecerant.

Ex humore ... suffocante mutus,

ad sepulcrum Sancti curatur :

63 Quidam puer viginti mensium, nomine Thomasinus, cujus parentes prope ecclesiam B. Antonii Paduæ morabantur, juxta quoddam vas aqua plenum incaute fuerat derelictus. Cum vero dicta mu- E lier domum rediret, videns pedes pueri supra vas aliquantulum prominentes, appropinquans cernit caput filii inferius in fundo vasis, pedibus superius elevatis : et cum ejulatu ipsum extrahit, jam defunctum et frigidum : quæ flens et clamans totam viciniam illico concitavit. Advenerunt ergo quam plures, et aliqui de Fratribus cum operariis, qui aliqua in ecclesia S. Antonii reparabant : et puerum videntes extinctum totaliter, compassi sunt matris doloribus lacrymosis. Mater vero ad B. Antonii merita se convertens, ejus auxilium clamorose invocando, vovit quod pondus pueri de tritico daret pauperibus, si ipsum B. Antonius a mortuis suscitaret : et post modicum puer resurgit, et vivus restituitur matri suæ.

in aqua suffocatus puer illo invocato suscitatur.

64 Mulier quædam Forliviensis diœcesis, Beatrix nomine; morbum periculosum quod nata dicitur, in cranio capitis radicatum, in quantitate pugni, passa fuit decem annis. Quæ cum non posset invenire remedium peritissimorum ingenio medicorum : cœpit B. Antonii auxilium devotissime invocare ; promittendo, quod si sanitatem sibi redderet, ejus altare filo argenteo circuiret. Et eadem nocte B. Antonius sibi dormienti apparuit, et (ut ibi videbatur) inflaturam illam, cum ejusdem patientis suavitate et complacentia, in quatuor partes divisit, et sic F plenam restituit sanitatem. Disparuit itaque visio, sed non disparuit Sancti virtus. Post modicum, juxta quod visio demonstrarat, inflatura illa in partes quatuor dividitur ; et magna sanie emissa, sanum et planum reliquit caput Dominæ. S. Antonii miracula prædicantis. Nam Paduam venit, et juxta votum tumulum Sancti filo argenteo circumcinxit.

mulier a quodam ulcere liberatur

65 Frater quidam, Cambius nomine, de Provincia Romaniæ, horribili ruptura, intestinorum inferius cadentium pondere, non obstante circulo ferreo apposito, irremediabiliter aggravatus, venit in die S. Antonii Paduam, ut ejus auxilium imploraret. Et quia, præ multitudine infirmorum pro remedio concurrentium, non poterat inter columnas tumuli se locare ; manu sepulcrum tetigit, et ipsam post, intestinis cadentibus, cum magna confidentia, applicavit. Mirabile certe ! Illico intestina ad locum proprium redierunt, et ruptura in qua erat non modica apertura, sic clauditur et consolidatur, quod, ut dicebat Frater Cambius, vix in fronte erat pars solidior, quam locus prædictæ aperturæ. Unde postmodum fortiter saltans, ad Sancti laudem dicebat : Non est diu quod talia facere valebam.

Frater tacto sepulcro curatur ab hernia.

66

A 66 Anno Domini millesimo trecentesimo *c* sexagesimo septimo; Cum Princeps Aquitaniæ *d* Odoardus illustris, magnam armatorum militiam congregaret in subsidium Petri Regis Castellæ, per Henricum fratrem suum illegitimum de regno ejecti et fugati, fuit præceptum ex parte dicti Domini Principis cuidam medico chirurgico, qui vocabatur Petrus, in civitate Burdegalæ commoranti, ut ejus aciem sequeretur, pro cura forsitan vulnerandorum; quod propter multa fuit eidem Petro gravissimum et amarum. Videns tamen ejusdem Principis firmatam voluntatem, cui resistere non audebat; cum ad B. Antonium specialem devotionem haberet; ad Conventum Fratrum Minorum Burdegalæ confidenter accessit; et ad ejus preces Frater quidam, in quadam capella, ubi erat quædam imago B. Antonii lignea sculpta, Missam de ipso celebravit. Quam cum devote idem Petrus audiret, intendens in ejusdem Sancti imaginem; cum magno fervore oravit, ut si prædicta via non erat ad utilitatem animæ suæ, B. Antonius ipsam misericorditer impediret; et si erat, ad hoc ipsius orantis voluntatem redderet inclinatam.

EX MS *c* *d* *Invitus ad bellum in Hispaniam abducendus,* *atque ante Sancti imaginem deprecans*

67 Mirabile certe! Dum sic dicendo, imaginem B attente respiceret, aspexit eam caput hinc inde agitantem, ad modum hominis negare aliquid innuentis. Quiadmodum stupefactus, cogitans quod forsan ex vehementi imaginatione et phantasiæ fumo verum, quod erat sophisticum, videbatur; omnes vires interiores recollegit, aspectum acuit, et sic attente imaginem respiciens dictam orationem resumit: et eo clare vidente, iterum imago lignea quasi abnegando, caput hinc inde agitavit. Et Petrus dicta Missa, secum mirans recessit; ignorans quid portentum hujusmodi designaret; utrum videlicet tali signo S. Antonius innueret, quod dictus Petrus cum dicto Principe non procederet; vel, quod si faceret, esse utile animæ suæ designaret: et sic stupefactus et dubius ad domum propriam est reversus. Et post modicum nuntius venit ad eum ex parte Domini Principis, ut ad ejus præsentiam accederet sine mora. Accessit statim ad domum dicti Principis Petrus: cui obvians Senescalcus, dixit sibi: Estis vos paratus ire cum Domino Principe in Hispaniam, prout vobis injunxit? Cui Petrus timens respondit, Domine paratus sum facere in omnibus Domini Principis voluntatem. Cui Senescalcus subridendo, cum hilari vultu respondit; Vos bene C dicitis, ut bonus et fidelis: et Dominus Princeps concedit vobis pro vestra consolatione, ut hic remaneatis, nisi receperitis aliud in mandatis. Ille vero cum gaudio ecclesiam Fratrum Minorum accessit, et S. Antonio gratias agens, coram aliquibus Fratribus supradicta narravit; et esse vera, litteris tactis sacrosanctis, juramento firmavit.

eo abnuente asseveratur *se non iturum*

68 Eo tempore quo Paduana Civitas erepta est de manu perfidi tyranni, prædicti Ecelini de Romano, manu Domini, ejus feralibus actibus finem dante; circumdante Legato *e* Ecclesiæ et ejus exercitu obsidione continua dictam urbem, nocte B. Antonii, cum Guardianus Fratrum Minorum de Padua, Frater Bartholomæus de Corradino, pernoctando ad sepulcrum ejusdem Sancti vigilaret, et pro liberatione dictæ urbis interim flagitaret precibus lacrymosis, de ipso mox tumulo vox talis insonuit multum clare: Frater Bartholomæe, ne timeas, neque contristeris adeo; quia in octava festivitatis meæ Paduana conquiretur civitas, libertate solita et immunitate pristina fruitura. Sicque factum est, Domino disponente. Hanc autem vocem plures Fratres *f*, tunc in ecclesia vigilantes, testati sunt se veraciter audivisse. Quod post modum ad Paduanorum notitiam perveniens, decreverunt Octavam ipsius solennem, sicut festum, annis singulis cum immensa lætitia se facturos: quod quidem statutum D usque *g* modo, per Dei gratiam, diligentius observatur.

e *Paduæ tonti fieri recuperanda prædicitur in Octava Sancti.* *f* *quæ exinde festivius colitur.* *g*

69 Anno vero Dominicæ incarnationis millesimo ducentesimo sexagesimo tertio, postquam Deo placuit meritis ejus Sancti, de sub jugo Ecelini tyranni prædicti, qui ipsam depopulaverat, civitatem eripere Paduanam; ejus cives, ad Sanctum interiori devotione ferventes, prægrandem et solennem ecclesiam sibi construxerunt. Corpus autem sanctum transferre statuentes, cum in Octava *h* Resurrectionis Dominicæ, ipsum, quod diu sub terra latuerat effodissent; inventa est lingua ejus adeo recens, rubicunda et pulchra, quæ per viginti septem annos *i* et amplius sub terra latuerat, quasi eadem hora Pater sanctissimus decessisset. Quam venerabilis vir, Frater Bonaventura, tunc Ordinis generalis Minister, postmodum *k* Cardinalis et Episcopus Albanensis, qui præsens erat hujus Translationis gaudiis, in manibus reverenter accipiens; irrigatus profluvio lacrymarum, affari eam cœpit devotissime verbis hujusmodi coram multis: O lingua benedicta, quæ semper Dominum benedixisti, et alios benedicere fecisti; nunc manifeste apparet, quanti existis meriti apud Deum; et infigens ei dulcia oscula et devota, jussit eam seorsum E honorifice collocari *l*.

Dum anno 1263 in novam ecclesiam corpus transferendum refoditur, *h* *k* *invenitur lingua incorrupta* *l*

78 Tempore vero Domini Bonifacii *m* Papæ octavi, reparata est tribuna Basilicæ Salvatoris de Roma in Laterano, quæ Episcopium nominatur: cui depingendæ opere mosaico deputati sunt duo Fratres Minores, in arce illa periti et non modicum experti. Designatis autem imaginibus, quas idem Papa ibi depingi mandaverat, videntes illi Fratres quod adhuc loca superaverant, in quibus aliæ imagines possent poni; proprio motu, vel forte divino instinctu, Beatorum Francisci et Antonii *n* hinc inde depinxerunt. Quo ad ejusdem Domini Papæ delato notitiam, mandavit quibusdam Clericis, hoc sibi ex livore nuntiantibus, dicens; de imagine S. Francisci, postquam ibi est, æquanimiter toleramus; de Sancto vero Antonio de Padua hic facere quid habemus? Eatis ergo, et illius destruatis imaginem, et loco ejus B. Gregorii imaginem fieri faciatis. Qui accedentes, et unus post alium ascendentes *o*, confessi sunt se ab una persona terribili, ibi eis visibiliter apparente, ab alto in terram dejici; et quasi in furiam versi, a concepto fuerunt impediti. F Et (sicut dicti Fratres pictores referebant) quidam illorum statim, alii omnes infra breve tempus spiritum exhalarunt. Audiens hæc memoratus Papa, referentibus demandavit: Dimittatis, inquit, stare illum Sanctum sicut vult: quia, ut videmus expresse, possemus cum eo potius perdere quam lucrari.

m *Imago in tribuna Lateran. expressa nequit aboleri.* *n* *o*

70 Fuit in Begio, Castro regni Portugalliæ, vir quidam Petrus Petri nomine, potens et dives, et Ordini Fratrum Minorum tanta dilectione adstrictus, quod eis contulit ibi locum pro ædificatione *p* Conventus, et pro ædificiis plura dedit. Cum autem esset infirmus gravissime, quadam nocte quatuor Fratres, cum multis aliis in ejus camera vigilantes, ejus exitum præstolabantur. Tenebat ex devotione dictus Petrus habitum Fratrum, cum quo elegerat sepeliri: et ecce duo Fratres Minores, unus ad ejus dexteram, et alius ad sinistram, sibi apparuerunt: cui unus eorum dixit: Petre, cognoscis nos? Et ille: Cognosco vos esse Fratres Minores, sed non habeo notitiam personarum. Et ille: Ego sum S. Franciscus, et iste est S. Antonius: et propter devotionem quam ad nos semper habuisti, et beneficia quæ Fratribus nostris in isto Conventu exhibuisti,

Apparent Sancti moribundo, *p* *eumque sanant;*

A buisti, missi sumus ad te consolandum, et de ista infirmitate curandum. Et tunc ille Petrus ad rans, rogavit S. Franciscum, ut habitum, quem super se habebat, benedicere dignaretur : quo facto, ambo disparuerunt. Et ille tanta celeritate convaluit, quod omnes præsentes in stuporem convertit ; et ex tunc duodecim annis supervixit, nullorum thesaurorum portans clavem, nisi scrinii in quo erat ille habitus benedictus, cum quo fuit mortuus et sepultus *q*.

et habitum in quo postea mortuus benedicunt.

q

ANNOTATA. D. P.

a *Exhibeo ipsa verba veteris tituli, sic scripti :* Sequentia miracula sunt per testes coram Episcopo Paduæ confirmata : *quod puto intelligendum de quinque primis usque ad num.* 65, *eumdem vero* Episcopum Jacobum Corradum, *sub quo Sanctus obiit hic indicari : nam superfuit usque ad* 1283, *juxta Ughellum.*

b *Puto legendum* bianca, *ut significetur fuisse lingua albo-rubri coloris, vel punctim sic variegata.*

c *Ecgraphum nostrum* ducentesimo : *sed errorem, librarii potius quam auctoris, ut puto, suspicatur. Nam Bouchetus in Annalibus Aquitaniæ docet, quod Angli, qui jam pridem tenebant Aquitaniæ partem, tres scilicet Seneschallitus, Burdegalensem, Vasatensem, et Landensem : eamdem partem, cedente S. Ludovico per pacta anni* 1259, *possidere cœperunt sub titulo Ducatus Eorumdem horum in Galliis potentia reflorescere cœpit, maxime sub Eduardo III, qui pugna Pictaviensi an.* 1356 *victoriam obtinuit, qua captus Joannes Rex et in Angliam abductus captivus est ; ipseque Eduardus cœpit se Regem Franciæ dicere. Fuerat autem* ***victoria illa relata potissimum virtute*** Eduardi Principis Walliæ, *cui pater suus videtur in præmium cessisse Ducatum Aquitaniæ, ad regnum autem non pervenit, mortuus ante patrem.*

d ***Meminit horum subsidiorum,*** Petro Crudeli *ab* ***Anglis latorum, præcedenti anno Bouchetus, quorum*** *beneficio tunc restitutus Petrus, cum stipendia solvere recusasset, illusum se dolens* Eduardus *hoc anno eum* ***deseruit ; Henricoque ejus Fratri occasionem dedit, cum auxilio Francorum repetendi Hispaniam ; prout*** *fecit, ac Petrum regno et vita privavit. Post quod cum* ***nesciatur in Hispaniam regressus Eduardus, alius hic*** *videtur irrepsisse error in numero, et quod res debuit* ***facta dici an.*** 1366, ***non*** 67.

e ***Antonius Godi in Chronico,*** Legatum *nominat*
C D. Philippum Ravennatem Archiepiscopum, *remque dicit anno* 1246 *gestam : ad quem annum Monachus Paduanus eam fusius describit : ambo autem addunt,* ***quod tyrannus, defectione Paduanorum irritatus,*** *eorumdem quos in præsidio quodam habebat ad* 12 *millia igne cremaverit ; postea vero ipsam urbem, et* ***frustra, obsedit. Ughellus in Ravennatibus tom.*** 2 ***Ital. sacræ col.*** 382 ***idem confirmat. Waddingus tamen an.*** 1263 *n.* 8. Octavianum Cardinalem Ubaldinum, *Legatum et hujus expeditionis ducem facit : sed erroris convincitur ex Annalibus Oderici Raynaldi, allegantis num.* 15 *anni* 1247 *litteras Apostolicas, quibus ei isto anno, scilicet post receptam jam Paduam,* ***Legationis munus impositum docet.***

f *Waddingus ad annum præcitatum, ex eis unum* ***nominat,*** Lucam Belludinum, sancti viri olim socium.

g ***Utinam annum addidisset ; notabile interim intervallum*** *talis phrasis notat, et annus* 1367 *supra notatus idem confirmat. Waddingus loco jam dicto* ***addit, quod*** ingenti *illo* beneficio devincti Patavini, anno 124 statuerunt communi Senatus decreto, ut pro urbis Patrono deinceps haberetur Antonius ; et offerretur ei statua aurea, ipsius civitatis præferens ideam ; *subsequentibus porro annis additum,* ut quotannis ex communi ærario solverentur quatuor millia librarum monetæ, donec templi fabrica consummaretur ; atque in Natalitii Vesperis publica supplicatione, Princeps Venetus. *Quid hoc ? an forte* Princeps Senatus *Patavini ?* Academia, Religiosi omnes, cunctique secularis status ordines, et universæ Confraternitates, ejus sepulcrum inviserent ; varia donaria, pecunias, cereos, oleum pro fovendis lampadibus, consecrarent. Neque his contenti alia indies adjecerunt, per quæ mirum in modum accrevit Sancti veneratio. ***Alia quædam infra vide.*** D

h *Anno* 1263, *quo Pascha celebratum fuerat* 1 *Aprilis, Octava ejus cecidit in* 8 *ejusdem ; adeoque in* 6, *non vero in* 7 Idus, *uti supputavit Waddingus, vel potius typothetæ commendo eit repsit.*

i *Imo annos triginta duos, menses tres, dies decem, a* 17 *Junii* 1231 *Sic in Fundamento* 3 *Ordinum, ubi iisdem fere verbis res describitur, numerantur* 32 anni.

k *Scilicet an.* 1273, *biennio ante mortem.*

l *Scribit Pacienus num.* 141 *quod ipsius Ordinis* ***Prælatus aliquis, volens sacram linguam alio furtim*** *transferre, nequiverit ostium sacrarii egressurus invenire, donec ipsam eo unde acceperat loco reposuisset. Item ipsam aliquamdiu occultatam fuisse, nunc omnibus ostendi.*

m *Id est ab anno* 1295 *ad* 1304. E

n *Ambas imagines ære incisas exhibet Boverius Annal. Cappuc. tom.* 1 *pag.* 903, *usque similimas ei (sculpt. S. Mariæ-majoris, renovata et illa in Musivo appingitur)* Anno Domini MCCLXXXXV *cum addito :* JACOBUS TORRITI PICTOR HOC OPUS MOSIAC FECIT. *Factum et*



F

verosimiliter jussu Pontificis, moti miraculo in Lateranensi patrato, *aut ex facultate per aliquem operis perfectum petita, qui casus prioris complex fuerat. Ipsas Lateranenses imagines hic vide et simul agnosce quam ex vero Cappucinorum Institutor Matthæus a Bascio* ***expresserit primorum Minorum veterem habitum, sibi*** *in visione ostensum, atque deinde Romæ et Assisii visum in picturis : ubi tamen quod dicitur post Acta B. Felicis Cappucini 18 Maji, in relatione Joannis de Terra nova de origine Cappucinorum num.* 19. Expensis Nicolai IV *picta absis Liberianæ Basilicæ, intelligendum puta tamen ex legato testamentario, post mortem,* ***quam Nicolaus obiit an.*** 1292. *Sed ut habitum recte expresserit Romani musivi faber, adstipulante B. Be-* ***nedicti Aretini sancto coævi genuina effigie : non tamen recte vultum assimilavit, dum fecit eum Antonio*** *æque ac S. Francisco barbatum. Hic enim cum præ humilitate*

EX MS.

A *militate noluisset suscipere Presbyterii ordinem, videtur laicorum more aluisse barbam, quam Presbyteros initio Ordinis rasam habuisse ostensum est, et prædictæ imagines probant in Annot. ad cap. 3 Vitæ litt. n. Fieri tamen potest, ut S. Antonius qui anno æt. 36 obiit, plus æquo juvenis pingatur, ad denotandam ejus Angelicam castitatem; vel quia jam gloriosus in cælis, ita devotis suis apparuerit aliquando. Certum etiam videtur quod quando positum fuit Musivum Lateranense annis ut minimum 60 post mortem S. Antonii, Franciscani passim omnes, etiam Presbyteri, barbam aluerint: nam in Villa Franca Comitatus Niciensis apud Franciscanos visitur monumentum Eleonoræ Salaudæ, mortuæ anno 1296, ubi illa exprimitur in feretro assistentibus Religiosis Franciscanis tribus, usque ut apparet Sacerdotibus barbatis, uti inde sumpta tabella*



monstrat. Nunc autem e converso Conventuales barbam alunt, sed novacula castigatam, radunt totam Recollectæ, Capucini plane intonsam gerunt. Ita habitus moresque mutantur solo temporis fluxu, nulla cujusquam notabili culpa: ut in his gloriari vanum sit. Ceterum, ad lecti pedem stantes domestici utriusque sexus, luctum etiam ipsi præferunt, griseo in habitu et monnato picti omnes.

o *Boverius scribit.* Vix primo ictu, caputii acumen ferro percussit, et eum socius protinus divina virtute prostratus ac semimortuus, S. Antonii in se ultionem sensit: *ita fere semper mutatur aliquid, quoties per plurium ora et calamos res eadem successive transit.*

p *Catalogi Provinciarum et Conventuum, post Epitomen Annalium Waddingi per Haroldum, nihil lucis huc adferunt: nam qui factus est per Bartholomæum Pisanum an. 1400, in Provincia S. Jacobi, ad quam*
C *tunc Lusitania pertinebat, nullum nomen habet huc accedens. Catalogus vero anni 1516, ubi Provincia Portugalliæ, distincta a Provincia S. Jacobi, est in ordine 96, destituitur nominibus Conventuum. Gonzaga quoque inter Portugallicos Conventus nullum similem indicat; ut oporteat nomen istud valde corruptum, si quis* Begu *fuit, prorsus desiisse. In vicina S. Jacobi seu Legionensi Provincia, juxta prædictum anni 1516 Catalogum, numeratur 29* Conventus S. Martini de Trebejo: *qui locus si in confiniis inveniatur, credi poterit ad Lusitaniam aliquando pertinuisse, et hic notari.*

q *Waddingus, ad an. 1358 agens de initiis Valentini in Hispania Conventus num. 9, ex Gonzaga huc refert similem favorem collatum alteri Ordinis devoto his verbis:* Habitavit olim tertio ab hoc loco milliario, in pago cui Hispanice Pulche nomen est, vir quidam pius, Minoritici instituti amantissimus: qui Fratres illuc transeuntes humanissime excipiebat. Cum vero multis diebus Minorita nullus adventaret, gravi correptus infirmitate desiderabat Religiosorum frui præsentia. Apparuerunt Ordinis Coryphæi Franciscus et Antonius, animamque agentem consolati sunt; et paulo post placide, magna spiritus hilaritate obdormivit in Domino. *Ceterum ex defectu Clausulæ in talibus consuetæ, videor mihi inferre posse, omnia a num. 68 usque huc relata fuisse successive collecta, prout forte in variis MSS. reperiebantur. Novitates Paduæ ab anno 1256 ad 1364 a Guilielmo et* D *Albrigeto Cortusiis collectæ et post Albertini Mussati historiam Augustam cum Felicis Osii editæ lib. 9 cap. 8, ad annum 1346 narrant, quomodo* quidam Vicentinus, qui propter fracturam cruris claudicabat, et dolores sæpissime sustinebat, nec poterat liberari; in somnio admonitus corpus B. Antonii Paduæ solenniter visitavit, qui pristinam obtinuit sanitatem. *Deinde additur* Eodem anno.... per B. Antonium Paduæ fiunt multa miracula, quibus visis multæ peccatrices ad pœnitentiam sunt conversæ. *Tum lib. 19 cap. 2* Anno Domini 1350.... cum Dux Poloniæ esset Paduæ, Romam iturus, ante voluit Beatorum Prosdocimi et Justinæ limina visitare. Hic miratus pulchritudinem templi Beati Antonii Confessoris, postulans, didicit esse templum Patris urbis. Quidam vero socius Ducis deridendo Sanctum, ait, Est vere Antonius, cujus nomine porci portant campanellas? Qui statim Dei judicio judicatur. Nam manus cum brachio debilitatur in totum, quam in prolatione verbi ostendit contra templum, cujus os extenditur usque ad aurem. Dux miratur. Tunc prodigii quærit causam: filius Ducis refert facti seriem. Dux mente agitat, quid agat; cœlesti lumine E illustratus ait: Ille cum precibus imploretur, qui percussit. Qui statim peccatorem coram sepulchro Beati Antonii Confessoris personaliter præsentavit. Qui effusis lacrymis oravit devotissime, et in tantum, quod oratio Beati Antonii transivit in cœlum, cujus precibus et amore prædictus Nobilis a Deo pristinam rehabuit sanitatem. Dux miratur et gaudet. Cum eo tota civitas exultat. Fit concursus civium. Sanctus in orationibus et oblationibus collaudatur, cui honor in secula seculorum. Fuit hoc eodem anno, die x Aprilis.

APPENDIX

§. I. De translationibus Corporis et Arcæ, et incorrupta Sancti lingua.

F*uerat urbs Patavina, juxta prædictionem Sancti, in hujus Octava, liberata ab Ecelini tyrannide anno* MCCLXII, *sicut sub finem Miraculorum præmissorum num. 67 vidimus; nec dubitavit illa, cui acceptum referre deberet tantum bonum. Itaque maximo studio contulit partem Basilicæ amplioris, catenus lentius progressæ, a vestibulo ad chorum, perducere ad culmen, et in eam de ve-* F *teri illa (istic verosimiliter adhuc stante, ubi nunc pars posterior cum choro est) in novam decrevit transferenda ossa, in proximi Paschatis Octava, eademque* VIII *Aprilis: S. Bonaventura sicut supra num. 68 legitur decretum exequente. Ab hoc illa tunc etiam translata fuisse in novam capsam, tumulumque altius erectum dubium videri non potest. Quoniam vero Polydorus alique dicunt, translationem factam, ad eum ubi nunc Sanctus honoratur locum; placet credere, deproperatum fuisse istic sacellum aliquod extemporaneum, in quo manserit sacra Arca, usque ad annum* MCCCX, *quando (ut habet Waddingus num. 6)* Fr. Gonsalvus Minister Generalis, sub festo Pentecostes, *tunc* VII *Junii* celebravit Comitia generalia Patavii, in quibus facta est translatio tumuli S. Antonii ad medium ecclesiæ, *utique jam prima saltem parte perfectæ, siquidem* Civitas anno MCCCVII ad eum finem gabellam quamdam consignaverat, reddentem annue quater mille libras Mezninorum, *ut ait Polydorus cap. 5. Atque hac ratione commoditatem datam credo Curatoribus Antoniani sacelli, ex ejusdem ecclesiæ novæ latere Aquilonari, opere simpliciori ad tempus erecti, aliud eodem loco solidius ampliusque moliendi, quod hodiedum perseveret,*

Ossa refossa an. 1263, 8 Apr.

an. 1310 3 Junii.

transferuntur ad medium ecclesiæ.

varie

A *varie postea ornatum, ac denique marmoribus convestitum totum.*

lingua incorrupta ad sacrarium defertur.

73 *Prædictam sacrorum ossium exhumationem, admirabilem reddidit lingua Sancti, reperta talis, qualem legimus num.* 68. *sed aliud ibi non dicitur, quam quod* eam jussit *S. Bonaventura* seorsim honorifice collocari, *verosimiliter in Sacrario Bartholomæus Pisanus, qui exeunte seculo* XV *floruit, libro Conformitatum parte 2 pagina mihi* 82, Dominus Frater Bonaventura, *inquit*, Cardinalis Albanensis, existens Ordinis Generalis, facta corporis translatione, cum aperuisset ejus arcam, post* 25 annos ab ejus morte, corpore resoluto, linguam ejus reperit, acutam, integram et rubeam in ore: quam postea cum quidam Generalis vellet a loco Paduæ deportare, nunquam vidit portam aliquam unde exiret. Unde ipsam in quodam reposuit altari: et cuidam Fratri hoc patefacto a Generali Ministro, hic Frater, post annos triginta quatuor veniens ad mortem, Fratribus indicavit. Quam reverenter de altari prædicto tollentes in quodam tabernaculo crystallino posuerunt: et hodie ipsam aspicientibus integra est et sana.

* imo 32

furtim ablata sub altare conditur;

inventa loco per L. notato,

74 *Polydorus addit, quod* altare *prædictum* majus *erat*, positum in media nunc ecclesia, tunc vero,
B cum nondum esset pars posterior ædificata, anterioris ultimum arcum occupans; cujus locus usque nunc notetur in pavimento, per lapidem inscriptum littera L. *Hæc illi, ex sola verosimiliter traditione: ideoque Annalibus suis factum inserere Waddingus noluit: credibile tamen illud facit prænotatum* L, *cui haud facile aliam explicationem dederis, quam quod sic inchoetur verbum* Lingua; *esto Saviolus notari eo velit verbum* Locus, *ad eum demonstrandum in quo fuerit prima Sancti sepultura. Interim Polydorus cap.* 33 *describit situm lapidis, non nihil a medio declinantis ad Sacellum Sancti: sic tamen, ut perpendiculariter substernatur pendenti desuper Crucifixo æris inaurati, per Donatellum Florentinum fabricato; et terminet primam ecclesiæ partem, istic scilicet ubi convenit tunc stetisse altare quod dixi majus: cujus loco postea successerit odeum, prout tunc moris erat chorum a reliqua ecclesia dirimens, et Crucifixum desuper pendentem habens qui etiam aliquandiu ibi pependerit Odeo sublato, nunc vero sublatus etiam ipse et alio ?? translatus, quia Romanismus ecclesiæ ad nos missus chorum repræsentat liberum, et humiliori pedum trium sepimento columellis fulto discernitur ab ecclesia.*


ubi aliquando steterat altare majus.

75 *Cujusmodi fuerit crystallinum tabernaculum supra memoratum a Pisano, non facile dixero; nec etiam*
C *quando vel quibus curantibus illud factum, quod instar Eucharistici ostensorii seu remonstrantiæ accepimus æri eleganter incisum, ubi sacra lingua locum obtinet quem solet tenere tali in opere Christi corpus. Ipsum totum hic exhibere superfluum censeo, cum talia sint ubique obvia, quapropter satis hic erit eam partem sed grandia tantoque artificio elaborata. Satis eam partem exprimere qua continetur Lingua.*

Tabernaculum ipsius linguæ argenteum,

75 *Ipsius ostensorii seu tabernaculi basis impressa sibi habet quædam insignia Nobilium, eorum fortassis quos appellant Præsidentes venerandæ* Arcæ, *singulis anni deligi solitos;* Massarios *olim nominabant, id est sacræ Massæ sive domus aut gazophylacii custodes, quorum initium licet anno* MCCCXCVI *antiquius esse Polydorus censeat cap.* 60; *non invenit tamen in publicis vel civitatis vel sacrarii scripturis pleni regiminis distinctam notitiam ante annum* MCCCCV, quo die XX Octobris, D. Franciscus filius [N.] de Carrara Patavinus deponit quadringentos et quatuor aureos ducatos, in manus Galvani Lactucæ Patavini, Syndici Conventus et Officialis fabricæ atque ecclesiæ, profitentis se recepisse eamdem summam suo ac Collegarum nomine, videlicet Rev. Antonii Patavini Guardiani, Rev. Joannis de Brugine, Ordinis Minorum Joannis Galvani, Sulimani Specialis, et Joannis, Errigi Notarii. *Est autem prædictum tabernaculum tres circiter pedes geometricos altum, sicut ipsum anno* MDCLXIX *manu Jacobi Ruphoni sculpendum curavit* PET. SAV. NOT. Petrum Saviolum, *intellige*, Notarium. *Habeo ejusdem tabernaculi etiam alterum ectypon, pedum paulo plus quam duorum, quod anno* MDCXCIII *Augustæ Vindelicorum sculpsit Leonardus Heckenauer, et Fr. Petrus Angelus Sandri Minor Conventualis Venetus dedicavit Carolo II Comiti a Lichtenstein, Principi et Episcopo Olomucensi. Utrobique eadem inveniuntur ad basim insignia, sicut etiam videre potes in præmissa tabella.*

fuit verosimiliter a Massariis Arcæ curatum, sec. 15,



et 17 sec. in ære sculptum,

77 *In hoc tabernaculo (cujus ætas quin centum annos excedat aeque dubitaverim) reperit illam anno* MDLXXXI, ex Congregatione *nostra Generali IV Roma* in patriam rediens, P. Ignatius Martinez, Lusitanus, eamque venerationis ergo exosculatus, ita repente immutatus est, vir jam grandævus, et annum agens plus quam LX, ut spiritum et linguam Sancti induisse videretur. Igitur deposito veterum Rhetorum more, cœpit concionari Apostolice, tanto

an. 1581 osculatus Ignatius Martinez linguam Sancti,

A spiritu et fructu, ut totam Lusitaniam commoverit. Totos exinde sedecim annos pueris, pauperibus, rudibus, servis, militibus, Christiana doctrina imbuendis atque ad pietatem formandis, magna caritate, magno spiritus ardore, consumpsit............. Itaque omnibus feriatis diebus, semel atque iterum concionabatur ad plebem, et ad detentos in triremibus, eosque verbis ardentibus ad detestationem peccatorum inflammabat: quo genere dicendi infinitum esset recensere, quas populo Lusitano utilitates compararit. Ibat ad domos vir ille, in Academia Eborensi coram Sebastiano Rege et patruo Henrico Cardinale Doctor Theologus creatus; ibat ille vir, inquam, doctor pauperum: cogebat in foro, in præsidiis, in triremibus multitudinem; ubi suo sceptro, id est arundine, venerandus, incipiebat maxime canorus docere; donec missus a Moderatoribus Conimbricam, ut nostris esset perfecti concionatoris exemplar, qui Christum verbis annuntiaret et moribus nec alium quam Crucifixum, brevi extinctus est, die XXVIII Februarii, anno MDXVIII, *tanto urbis totius luctu et fama sanctitatis post se relicta, quantum legere est apud scriptores nostros, ac* B *nominatim apud Philippum Alegambe, in Bibliotheca Scriptorum Societatis, unde præmissa excerpsimus ad* S. Antonii *gloriam: multo autem plenius ejusdem res gestas deduxit P. Matthias Tanner, in opere postumo nuperrime vulgato cui titulus,* Societas Jesu Apostolorum Imitatrix; sive gesta præclara et virtutes eorum, qui e Societate Jesu, in procuranda animarum salute... per totum orbem terrarum speciali zelo desudarunt.

Ex MS.


genus totum dicendi mutat.

§. II. De mandibula et aliis extra Arcam Reliquiis ac posterioribus translationibus.

Ut prædictam linguam sacro capiti adhærentem commodius separaret S. Bonaventura removit ab eodem etiam mandibulam inferiorem, *inquit Polydorus (quasi significatum vellet, repertum corpus, consumptis dumtaxat carnibus, firma adhuc compage integrum)* atque ita duæ istæ Reliquiæ manserunt separatæ a ceteris ossibus, quæ reclusa sunt intra eam arcam ubi in præsentiarum requiescunt. Illustrissimus Guido Carolus de Francia Episcopus Portuensis Cardinalis Bononiensis, Apostolicæ Sedis per Italiam Legatus, qui meminerat se meritis et intercessione ipsius Sancti liberatum a morte, C decrevit mandibulæ curandum elegantissimum tabernaculum argenteum, in quo etiam spectantur ejus insignia. Est vero opus speciosissimum, formam habens capitis, cui pro facie crystallus crassissima est, per quam ipsa conspicitur. *Neque ipsa tantum, sed etiam os unum unius brachii, quemadmodum monstrant tabulæ, ab iisdem sculptoribus elaboratæ annis prænotatis, una quidem juxta naturam alta pedes duos et pollices quatuor, altera ad pedem unum et pollices totidem contracta; quales hic minori forma vides.*

Manibula seorsim servatur,

quasi anno 1263 separata,



79 *In rotulo subtus currente hæc verba leguntur.* Translato Divo Antonio, anno 1263, Cardinalis Guido argenteam thecam hanc deauratam, marcarum 36, ori et brachio sancto parat devotissime, et affatur; O sidus Hispaniæ, Gemma Paupertatis, Antoni Par Scythiæ *(imo Pater Scientiæ)*, Forma Puritatis; Tu Lumen Italiæ, Doctor Veritatis, ut sol nites Paduæ signis claritatis. *Si rhythmus hic jam inde a principio ibi vel alibi legebantur, optandum fuerat, ut ea propriis suæ ætatis Gothicis, id est Teutonicis litteris, numerisque Latinis non zyfris Arabicis neque litteris Italicis expressisset rotuli illius minime antiquus auctor; tunc legeremus haud dubie,* PRESCITIÆ, *unde* Parem Scythiæ *fecit inscitia transcribentis, forsitan Polydori; certe alicujus nihilo quam ipse erat* *curiosioris ad personas temporaque discernenda. Confunduntur enim manifeste translationes duæ, una anni* MCCLXIII, *sub S. Bonaventura, cujus ætate nullus fuit* Episcopus Portuensis Guido; *altera, facta ante Capitulum Generale, celebratum Lugduni anno* MCCLI, *quo* decretum *ait Waddingus*, ut die XV Februarii ritu duplici fieret Officium de Translatione S. Antonii nuper facta, *scilicet anno præcedenti; cujus num. 8 scripserat, quod* Legatus missus in Lombardiam... Patavium se contulit, ubi secundam fieri translationem curavit corporis ejusdem Divi, ad arcam argenteam; et insigniæ capitis partis, ad pretiosissimam thecam, suis sumptibus affabre elaboratam. F *Confundendi eas occasionem præbuit Pisanus, nullo ordine ea colligens,* ex quibus appareret B. Antonii sanctitas et excellentia; *in quibus locum ultimum tenet translatio præpostere scripta, sic ut prius narretur quid Legatus, posterius quid Bonaventura egerit.*

et argenteo capiti imposita:

a Guidone Legato Ap. per Sanctum servato,

non an 1263 sed 1350:

80 *Accuratius actionem totam notant, sed pro anno* MCCCXLIX, *annum extendentes usque ad Pascha, Gulielmus et Albrigetus Cortusii, in historia de novitatibus Paduæ et Lombardiæ, ab anno* MCCLVI *usque ad* MCCCLXIV; *apud quos libri* 10 *cap.* 1 *sic inchoatur.* Guidus Comes Bononiæ de supra mare, Tituli S. Luciæ Presbyter Cardinalis, Romanæ Ecclesiæ Legatus, occurrentibus Dominis Paduæ et Laicis cum toto Clero, intravit Paduam, et sedem posuit in Palatio Dominorum cum trecentis equis, expensis Dominorum anno MCCCXLIX..... Corpus B. Antonii Confessoris translatum fuit de XIV Februarii. Tunc supra Arcam ejus Dominus Legatus Missam celebravit, præsentibus Domino Patriarcha Aquilejensi, Archiepiscopo *(S. Bertrando, mox Martyre futuro, ut iidem Cortusii hic indicant, cujus Acta dedimus 6 Junii)* Archiepiscopo Jadræ, *(Nicolao Sosensi Ordinis Prædicatorum)* Aldrovandino, Episcopo Paduæ;

post celebratam corporis translationem 14 Februarii

A Paduæ; Episcopo Veronæ (*Petro de Pinu, paulo post translato ad ecclesiam Petragoricensem in Gallia,*) et multis aliis Episcopis et Prælatis.

Erat is creatus Cardinalis an. 1342,

81 *Fuit* Guido, *Roberti Comitis Bononiæ atque Arverniæ*, et Blancæ, *ex Roberto S. Ludovici postremo filio natæ, filius; a Tornacensi ad Cameracensem Episcopatum, indeque ad Archiepiscopatum Lugdunensem, ac denique ad Cardinalatum promotus, et ultra annum* MCCCLXIII *vivens, multis Romanorum Pontificum legationibus laudabiliter est perfunctus. Hujus gentilitiam tesseram, multo simpliciorem repræsentat hæc statua; quam in sua Gallia purpurata Petrus Frison: scutum autem in media basi positum refert Ursum, insigne forsitan unius ex Massariis ceteris dignioris. Quinam in eadem basi repræsententur Sancti, non definio; suspicor tamen primum esse Prosdocimum, Bononiensis Ecclesiæ Proto-episcopum, tum S. Franciscum, deinde S. Antonium; qui ambo etiam sub mento repræsententur; et S. Antonius iterum ante pectus. Credibile autem mihi fit, prius statuam sumptibus Cardinalis fabricatam, postea vero subjectam basim sacrarii expensis; quando etiam junctum sacræ mandibulæ fuerit os brachiale, non autem a tempore ipsius Guidonis ibi collocatum. Idem autem, seorsim*

et ejusdem seculi sunt adjuncta alia:

B *nunc habetur in proprio tabernaculo de quo infra. Interim tam in basi quam in statua notabis habitum, qualem usque hodie Conventuales gestant, diversum valde ab Observantibus, nedum ab ætate* S. Antonii, *qua is in usu solus erat quem postea Cappucini resumpserunt, ut patet ex Musivo Lateranensi supra.*

idem si corpori fecit arcam argenteam

82 *Argenteæ arcæ, cujus meminit Waddingus nulla alibi mentio, nequidem apud Polydorum: verosimile est tamen, quod intra arcam marmoream claudatur alia, custos immediata sacrorum ossium. Nisi opinari velimus, argenteam quidem fabricasse Guidonem, publice venerationi exponendam in ea quæ tunc forte primum fuerat absoluta capella nova, destructo vel translato tumulo qui media in ecclesia steterat, non parum per annos quadraginta incommodus. Cum autem anno* MCCCCLXXV *placuisset, ex veteris ecclesiæ more, Sanctum illud corpus ponere sub altare, quatenus supra illud quotidiana possent offerri sacrificia, a Sacerdotibus undique devotionis causa confluentibus (quod a Jacobo Zeno tunc Episcopo die* XVIII *Junii consecratum dicit Polydorus cap.* 25) *assumpta iterum fuerit prior arca marmorea, et argentea in alios usus conversa, utpote jam non amplius conspicienda: et tunc etiam separatum fuerit os brachii præ-*

ea an. 1475 inclusa marmoreæ non videtur amplius.

C *dictum, mandibulæ jungendum. Factæ deinde sunt aliæ aliæque in dicto sacello mutationes, quibus mutatum aliquid circa arcam fuisse, non abeo unde affirmem vel negem, apertam fuisse non est credibile: nam quoties aliquid Reliquiarum viris principibus commodandum fuit, id semper acceptum ex argentea sacri menti theca apparebit ex ultimo §. sequentium Analectorum.*

Marmoreus autem novus ornatus an. 1587 decretus fuit

83 *Anno* MDXXXII *sacellum totum cœptum est marmore incrustari, sicut infra ex Polydoro describit Waddingus. Cum autem absolutum opus haberetur;* visum est anno MDLXXXVII admodum Reverendis et Magnificis sacræ arcæ Præsidibus faciendus eidem ornatus æque marmoreus, et talis qui reliquo sacello responderet, tam pretio exquisitarum petrarum, quam anaglyphorum operum et statuarum ænearum apparatu. Jamque modulus factus erat, opusque susceperant Marcus-Antonius de Surdis et Vincentius Moscattelli, sculptores Patavini, cum Baptista Laurentio Veneto, tria millia ducatorum pro eo pactis: sed inchoatum illud, suspensum hæsit, eo quod maturius deliberandum censuerint quidam. *Ita Polydorus, tertio post anno scribens. Nunc cum illud absolutum habetur, restat intelligere, quid circa Arcam prædictam sit factum. Intelligemus autem hæc et alio multa cum fuerit absoluta fabrica novi Sacrarii, intra biennium proximum, ut speratur absolvendi, quando P. Mag. Josephus Pasqueti, in Analectis num.* 11 *laudandus, dabit suum ad Polydori historiam supplementum, multis figuris tunc illustrandum.* D

EX MS.

Ex Catalogo anni 1687

84 *Prodiit anno* MDCLXXXVII *Patavii Italico sermone* Catalogus sacrarum Reliquiarum, asservatarum in Sanctuario gloriosi S. Antonii Patavini, curante Comite Antonio Maria Borromæo, Nobili Patavino, Præsidente ecclesiæ Reliquiis et thesauro ipsius Sancti, *ubi primo loco nominatur* Tabernaculum, continens mentum cum dentibus, III, Tabernaculum, modernum argenteum, cum osse brachii sinistri, ejusdem gloriosi Sancti, ornatum circulo rubinorum: *unde intelligo os illud exemptum fuisse a priori tabernaculo, ut seorsim decentius locaretur: idque ignorasse illum, qui Augustanam tabulam sculpendam ex Paduana curavit, alias ipsum omissurus. Ad eumdem porro Sanctum pertinent sequentia.* IV Tabernaculum argenteum, in quo videtur vitreus ille scyphus, qui hic Patavii ab incredulis nonnullis, de altissima fenestra, in durum dejectus saxum, integer mansit; cum dicerent illi, tam Sanctum esse Antonium, quam infrangibile vitrum istud. V, Sta- E

recensentur aliæ plures Reliquiæ Sancti

tua S. Antonii argentea, in qua est os digiti ipsius: *ejusdem fortassis, cujus alium articulum habuit Infans Lusitaniæ Petrus.* VI, Tabernaculum cum cilicio ejusdem Sancti: VII, Tabernaculum cum glandulis et coralliis quibus cingitur Clerica, (*id est, Corona Clericalis*) ipsius Sancti: *nam etiam invenitur* XI Tabernaculum, in quo posita pellis capitis *reliqua; unde confirmatur, quod supra dictum de cute sive (ut infra appellatur), capitis sacri reservata.* VII Cutica Tabernaculum cum capillis ejusdem. IX, Tabernaculum argenti maurati cum tunica ejusdem et carne S. Barnabæ, *fortassis ex eo pede, quem Florentiæ habent Augustiniani, cum tibia fere usque ad genu integra.* XII, Tabernaculum cum uno dente ipsius, *nescio an ab inferiori mandibula jam separata sumpto, an vero ex superiori reservato. Et hæc omnia Tabernacula sunt ex argento maurato:* ex nuce *vero illa,* in qua solebat prædicare Sanctus, *habetur num.* XIII statua ejus; *et num.* XIV Crux, cum insigniis Domus Zabarellæ, *utraque; ac denique num.* LXIII, Liber sermonum, opertus holoserico et ornatus argento, cum postillis marginalibus manu Sancti conscriptis.

In variis tabernaculis.

§. III. De Reliquiis Sancti, quas singulari studio Reges ac Principes Padua impetrarunt. F

Ex osse Brachii

Os illud Brachii, *quod sacræ mandibulæ appositum supra diximus, incerti a quo vel quando, non esse integrum, sed altera extremitate mutilum, apparet per crystallum intuentibus: quid reliqua factum sit, ignoratur; nisi quod per infra dicenda constabit, ex eodem osse fere solo acceptas esse particulas eas, quas variis Principibus Urbibusque communicatas legimus. Ac primum Waddingus ad an.* 1263 *num.* 13 *asserit, quod* cum Sebastianus Lusitaniæ Rex, et Margarita Austriaca Philippi III conjux, apud Serenissimam Venetorum Rempublicam, instanter egissent, pro obtinenda aliquali Reliquiarum S. Antonii particula; Regi missa sit pars Brachii, anno MDLXX; Reginæ anno MDCX, pars altera. *Idem ex Waddingo transcribens Paciecus infra laudandus, Regem quidem ait, num.* 167, *concessam sibi partem deposuisse in ecclesia ipsius* S. Antonii *Ulyssippone; Reginam vero num. sequ. asserit, ea quæ sibi obtigit auxisse sacrum Palatii thesaurum. Sed cuncta accuratius scrutatus Georgius Cardosus, in Hagiologio Lusitano, negat Reginæ aliud missum esse quam* digitum unum; *Regi vero negat petitum*

Regi Lusitaniæ missa particula;

Reginæ nihil inde datum,

Ex MS.

petitum aut datum omnino quidquam: quæ autem Ulissippone habetur pars, arculæ argenti inaurati inclusa; eam esse ait partem sacri verticis, cui etiam nunc adhæreant coronæ clericalis capilli, *de brachio vero, quod possidere gloriosum civitati isti regiæ foret, optandum ait ut verum sit ipsum ibi haberi; sed tam unius quam alterius partis translationem, a Waddingo assertam, dicit rem esse inauditam.*

sed ex cute capitis:

86 *Tam contrariarum sibi invicem assertionum pugnam, et utrimque errantes in aliquo partes, conciliabit Petrus Saviolus, productis, in quadam ad suum Thesaurum Paduanum Appendice, Instrumentis publicis, unde constabit, Sebastiano quidem revera missum fuisse particulam ossis humeralis seu brachialis; Reginæ vero Hispaniarum partem* cuticæ; *hæc autem quid sit, doceberis a Cangio ex Legibus Longobard. lib. 2 tit. 7, §. 2, ubi decernitur quid faciendum,* Si quis alii plagam fecerit in capite, ut cutica tantum rumpatur, quam capilli cooperiunt. *Hanc igitur Lusitani debent Reginæ, donatam ut Cardosus ait, natali domui ipsius Sancti; digitum vero seu articulum ejus unum attulerit Petrus infans, suarum peregrinationum fructum hunc fortassis referens ante annum* MCCCCXXXIV, *vivente adhuc patre Joanne I; nec enim postea videtur Hispania excessisse, donec obiit, æmulorum invidia in mortem præcipitatus anno* MCCCCXLIX.

articulus digiti aliunde habetur.

Primam dari jusserat Senatus Venetus 1579

87 *Sed veniamus ad promissa et a Saviolo producta Instrumenta. Anno* MDLXXIX *die* XX *Januarii*, Nicolaus de Ponte, Dei Gratia Dux Venetarium etc. Nobilibus et Sapientibus viris, Aloysio Justiniano, de suo mandato Potestati; et Francisco Cornelio, Capitaneo Paduæ, fidelibus et dilectis, salutem et dilectionis affectum *apprecatus, scribit lingua deinceps vulgari, quod* facta a Serenissimo Portugalliæ Rege instantia, per medium dilecti Nobilis Matthæi Zani, a sua apud eamdem Majestatem legatione regressi; pro sua particulari devotione optante aliquid Reliquiarum S. Antonii; ut desideratissimam illam gratiam dignaretur a d. civitate impetrare; de eadem re pridie datæ egerit cum Episcopo loci; *mandatque ut etiam ipsi* agant cum Magnificis Deputatis ad Arcam, quatenus de fragmentis extra eamdem servatis largiantur ejusdem particulam, qualem ipsi cum suo Episcopo judicabunt d. Regis Majestati convenienter posse concedi.

deinde aliam Imperatrici an. 1580

88 *Idem deinde, accepta simili postulatione Imperatricis per Legatum Reipublicæ apud Imperatorem* (Matthias *hic erat, et uxor ejus* Anna *similiter, sed brevius multo scripsit, die* XVII *Decembris* MDLXXX, Aloysio Grimano Potestati, et Danieli Prioli Capitaneo: *quibus utrisque executis quod sibi commissum fuerat, quid pro Lusitaniæ Rege obtinuerint, licet non inveniatur in Actis, intelligitur tamen utcumque ex sequentibus in favorem Imperatricis, super cujus desiderio dum consultaretur anno* MDLXXXI, XVIII *Januarii, convenit dandum esse* ex osse brachii: *Ac rursum,* accepto memoriali Illustriss, ac Reverendiss. Domini Comitis Hieronymi de Portia, Apostolici apud Sereniss. Archiducem Ferdinandum Nuntii, et proponente Magnifico Dom. Comite Julio, decretum est XIX Maji MDXCVII, *ut in illius quoque favorem ageretur*, eo ordine et modo, qui observatus fuit XV Februarii MDLXXX, ad instantiam Sereniss. Regis Portugalliæ; et XXII Decembris ejusdem anni, ad instantiam Sereniss. Imperatricis.

et Ferdinando Archiduci an. 1597.

Idem Senatus pro Regina intercesserat anno 1609,

89 *Anno* MDCIX, XIII *Januarii* Leonardus Donatus, Dei gratia Dux Venetiarum etc. Nobilibus et Sapientibus viris, Angelo Corrario Potestati, et Francisco Mauroceno Capitaneo Paduæ, *mandat, ut* agant cum Gubernatoribus Arcæ, quatenus in gratiam Sereniss. Hispaniarum Reginæ *(Margaritæ Austriacæ Philippo III nuptæ)* consentiant ad tollendam ex Reliquiis S. Antonii, sive cuticam, sive dentem, sive aliam particulam, ordine, modo, ac ceremoniis, simili in re servari solitis, atque servatis anno MDCXXX, quando similiter ablata particula fuit pro Serenissima Imperatrice. *Itaque anno* MDCX, die lunæ primo Februarii, convocato et congregato Consilio Magnificorum Dominorum sedecim in loco solito, ex dicto numero introducti fuerunt infra nominati Reverendi et Magnifici Massarii venerabilis Arcæ D. Antonii Confessoris, nomine suo et collegarum suorum: qui exposuerunt continentiam subscriptarum *(hic vero supra indicatarum)* litterarum Ducalium, instantes super præsenti negotio haberi opinionem d. Magnifici Collegii. Quibus expositis et visis litteris Ducalibus prædictis, consideratis merito considerandis, pro debita executione prædd. litterarum Ducalium; deliberatum fuit, quod dd. Rev. et Magniff. Massarii debeant, servatis debitis solennitatibus et ceremoniis, mittere Venetias, ad Serenissimum Dominum nostrum, unam particulam cuticæ corporis d. Gloriosi S. Antonii, ex ea quæ reperitur inter Reliquias d. sacri corporis, in custodia dd. DD. Massariorum, associandam per duos Magniff. Oratores, eligendos ad hunc effectum per Magnif. Consilium et per partem dd. DD. Massariorum. Et ita annotari jussum fuit; *subscriptis præsentium Sedecem-virorum nominibus duodecim, et Massariorum quatuor. Consequenter autem* die Martis IX Februarii, Congregato *rursum Collegio, et præsentibus quatuordecim ex* XVI-*viris*, resolutum fuit, quod Domini Actuales *(sunt illi ex subscriptis tres primi)* intelligant quod debeant quærere Episcopum aliquem, si modo aliquis Paduæ præsens inveniatur, eique publico nomine supplicare, ut munere eo (*separandi d. cuticæ particulam*) fungi dignetur; sin minus requirere ad eumdem finem D. Archipresbyterum, vel alium quempiam Prælatum.

et Patavini decreverant cuticam,

quam decidere rogatur Episcopus Concordiensis an. 1610,

90 *His præmissis, sequitur Instrumentum donationis et translationis, Latinum totum tenoris infrascripti.* In Christi nomine Amen. Universis et singulis præsentes visuris, lecturis et audituris, notum sit et aperte pateat, qualiter [per] ordinem Magniff. DD. Deputatorum ad utilia et Magniff. DD. Sexdecim Magnif. Civitatis Paduæ ad partem sub die [XIII] instantis *(sive currentis Februarii)* in Congregatione Reverendiss. et Magniff. DD. Præsidentium ad regimen Ven. Arcæ gloriosi S. Antonii Confessoris de Padua, captum pro obedientia litterarum Sereniss. Principis die 23 (*hinc corrige quod supra errore typographico scriptum* 13) Januarii præteriti perficienda; Illustriss. ac Reverendiss. D. Matthæus Sanuto Episcopus Concordiensis, ab eisdem Magniff. Deputatis accercitus in Sacrarium templi S. Antonii Confessoris de Padua, ubi omnes sacræ Reliquiæ ipsius S. Antonii, quæ extra Arcam reperiuntur, et aliæ quamplures Reliquiæ et oblationes sunt repositæ, se contulit.

id rite facit.

91 Et primo accessu ab ipso Illustriss. et Reverendiss. Episcopo re sacra celebrata; et postea tabernaculo existente, intus de cutica habente ipsius S. Antonii, accepto; et ex eo extracta Reliquia ipsius cuticæ, partem unam abscidit; et sic abscissam in quodam parvo tabernaculo de crystallo, argenteo contecto clauso, cum crucicula superius, posuit; illudque sigillo Vener. Arcæ signavit, et repositum in quadam bursa veluti rubei cum auro, sub custodia ordinaria, simul cum tabernaculo in quo reliqua cutica reposita fuit, posuit, exinde postea elevandam, et Sereniss. Principi, qui petiit Reliquiam ipsam, pro voluntate Majestatis Hispaniarum Reginæ serviendo, exhibendam per Magnif. D. Cyrum Anselmum et Aloysium Corradinum Doctorem, Nobiles Patavinos, ejusdem Magnif. Civitatis Legatos, et Rev. P. Baccalaureum Benedictum

a

A a S. Alberto, loco adm. R. P. Mag. Vincentii Corradutii, Guardiani et Commissarii Generalis; et Magnif. D. Antonium Franciscum Pasinum, itidem Nobilem Paduanum, Præsidentes ipsius Ven. Arcæ, et a Congregatione illius ad hoc electos. Præsentibus continue Illustriss. Dominis, Angelo Corrario Potestate et Francisco Mauroceno Præfecto Paduæ; ac Magniff. Dominis Marsilio Papafava, Alexandro Zacco. Hectore Docto, et Comite Vincentio de S. Bonifacio, Deputatis ipsius Magnif. Civitatis Paduæ; nec non et suprad. R. P. a S. Alberto, R. P. Mag. Bonaventura Rebecca, loco R. P. M. Angeli Dianini; R. P. D. Fr. Joanne Antonio Rizz., loco adm. R. P. Provincialis; Magnif. D. Marco Antonio Lazara; Magnif. D. Joanne Nani, loco Magnif. D. Numitoris Crassi; Magnif. et Reverendiss. D. Paulo Tarvisio; et suprad. Magnif. D. Antonio Francisco Pasino, omnibus Præsidentibus supraser. Ven. Arcæ, ac RR. PP. Fratribus Francisco Gambarotto et Augustino Pasqualini, Sacristis ecclesiæ præd. gloriosi S. Antonii.

nominantur ad eam Venetias ferendam Legati,

die 20 Febr.

92 Hæc omnia acta fuere anno a Nativitate D. N. Jesu Christi millesimo sexcentesimo decimo, Indictione octava, die sabbati vigesimo tertio Fe-
B bruarii, præsentibus Magnif. D. Sertorio Ursato Equite. Joanne Bapt. Zacco, Raynaldo Papafava, Checho de Leone, Bartholomæo Docto; et Joanne Brizzacareno, omnibus testibus vocatis et habitis, et aliis quam pluribus.

93 Quam quidem Reliquiam, sic ut supra extractam et repositam, supraser. R. P. D. Fr. Franciscus Gambarottus Sacrista, die sabbati xx d. Mensis Februarii, accepit; et eam consignavit Magnif. D. Alexandro Zaccho, uni ex Deputatis Magnif. Civitatis: qui illam in manus Magniff. Dominorum Cyri Anselmi et Aloysii Corradini Doctoris, Legatorum ut supra, tradidit: qui ipsam postea debeant R. P. Baccalaurio Benedicto a S. Alberto, Præsidi Rev. Conventus S. Antonii prædicti, prout supra, [tradere], præsentandam Sereniss. Principi Venetiarum. Præsentibus Magniff. Dominis, Petro Bradiolo, et Antonio Enselmio testibus rogatis, et quam pluribus aliis. *Hactenus Instrumentum, cujus nescio an etiam exemplum Venetias transmissum, sit cum ipsa Reliquia: ejus saltem non meminit Sereniss. Dux,* xxvii *Februarii rescribens prædictis Potestati et Capitaneo Paduano, ad eorum litteras datas* xxiv *ejusdem: et significans ipsos et Le-*
C *gatos Paduanos officio sibi commisso perfunctos, impetrata et Venetias perlata præd. Reliquia, cum summa ipsius Ducis satisfactione. Sequitur apud Sartorium simplex nota, sub die* primo Aprilis mdcxxxiii, *de* instantia Dominis facta per Reverendiss. P. Generalem *(credo Conventualium)* in deliberationem adducenda; *instantiam autem ejus fuisse præsumo pro simili gratia, in favorem alicujus Conventus vel Principis. Plura divinare non licet.*

pro qua accepta Dux agit gratias

§. IV. De sacri Brachii particula, Reipublicæ Venetæ donata an. 1652.

Anno mdclii die xxix Februarii, *scripsit* Franciscus Molino, Dei gratia Dux Venetiarum, Nobilibus et Sapientibus viris, Andreæ Pisano de suo mandato Potestati, et Sebastiano Justiniano Capitaneo Paduæ, fidelibus dilectis, salutem et dilectionis affectum; *ac porro Italice in hunc sensum.* In molestissima constitutione præsentium difficilium circumstantiarum exercens Senatus consuetos actus exemplaris pietatis et religionis erga Dei honorem; cum effectu summi zeli et singularis devotionis, decrevit ex voto erigendum altare in nova ecclesia S. Mariæ a Salute cognominatæ, dedicandum glo-

Cum anno 1652 erigeretur Venetus altare Sancti,

rioso S. Antonio de Padua, ut eum ibi invocet, D
tamquam advocatum suum apud divinam misericordiam; quatenus concurrente plenitudine meritorum ejus, roborentur preces nostræ, fiduciaque de divina protectione, in tanta humanæ potentiæ debilitate. Volumus igitur cum eodem Senatu, ut eo quem vestra vobis prudentia suggeret convenientissimo modo, significetis Præsidibus Arcæ istius Sancti et Deputatis istius Civitatis, nostrum istud consilium; simulque desiderium vivum quo tenemur, impetrandi aliquam portionem Reliquiarum istius Sancti, extra Arcam servatarum, ut debita cum veneratione et loco decenti conservetur supra præd. altare etc.

Ex Ms. jubet Dux Reliquiam Padua peti

95 *Mandatum executi sunt illi, et consequenter* die Lunæ xi Martii mdclii comparuerant coram Magnifi. DD. Actualibus, et XVI-viris loco solito congregatis, adm. R. P. Philippus Cerva Præses monasterii ipsius Sancti, et adm. R. P. Mag. Zanotti pro P. Provinciali, ipsorum et Collegarum nomine; nec non adm. Ill. D. Joannes Ponte, et adm. Ill. D. Benedictus Salvaticus Eques, pro D. Julio Beolco Præside Ven. Arcæ, et significarunt, ... decretum sibi esse concedere particulam ex osse Brachii, asservato cum Mento gloriosi Sancti; ut et ipsi desuper declarent voluntatem suam. *Illos vero sic annuisse, ut in futurum caveri peterent inte-*
E *gritati tam sacræ Reliquiæ, patet ex rescripto Ducis* xiii *Martii, testantis gratam sibi fuisse promptitudinem Præsidum in præstando assensu:* Interim attento rationabili desiderio XVI-virorum, ne posthac obligentur alicui Principi dare vel minimam gloriosi sui Sancti particulam, consentire Senatum, ut positivo decreto ejusmodi alienatio, in favorem cujuscumque Principis alteriusve personæ, prohibeatur. *Novis deinde litteris, datis* xxiii *Martii, eosdem Potestatem et Capitaneum Dux commonet, designandum ipsis diem ac modum quo transmittere præd. Reliquiam debeant, prout postea fecit per literas* vi *Junii Italice dictatas: cum quibus etiam misit exemplar libelli supplicis, ab iis quorum intererat sibi porrecti eodem die, quem ex Italico sic Latine reddo.*

Res 11 Martii proponitur,

et decernitur facienda, sub conditione ne id petatur amplius.

96 Requirunt Deputati supra fabricam ecclesiæ, a Salute nominatæ, expressionem formalem sensus publici, circa dispositionem rerum concernentium receptionem et custodiam Reliquiæ S. Antonii Patavini, quæ, in executionem decreti, concepti die xxix præteriti Februarii, in hanc civitatem adferri debent, ponendæ super altari, quod ipsi in ista ec-
F clesia fabricatur. Dum autem Rectoribus illis expediuntur mandata necessaria, pro transvectione d. Reliquiæ; congruum est, ut definiantur cetera, in ejus adventu observanda. Decernatur igitur, quod vesperi diei Dominicæ vel Lunæ, prout alterutra ad d. Translationem faciendam eligetur, D. Primicerius Patriarchalis ecclesiæ S. Marci, Pontificaliter vestitus cum Canonicis et musicis ecclesiæ suæ, processionaliter accedant ad ripam areolæ pro recipienda d. Reliquia, per Religiosos a Civitate Paduæ et Superintendentibus Arcæ deputatos adferenda, itaque deportetur illa ad ecclesiam Protectoris nostris S. Marci, reponaturque in Gazophylacio; et ibi custodiatur, usque in diem festum ipsius Sancti, proximo Jovis, xiii mensis currentis. Hoc autem die, sub pretioso baldachino, a D. Archiepiscopo, publicitus requirendo, ut eum in finem conferre se velit ad S. Marci, processionaliter deferatur ad ecclesiam Salutis; ponaturque super altari ad hoc a Deputatis d. fabricæ devote ornando, ut ad illud celebretur solennis Missa, aliæque preces recitentur, simili occasione consuetæ usurpari.

a quo petunt fabricæ curatores,

ut definiatur modus faciendæ translationis

97 Processioni jubeantur intervenire omnes Ecclesiastici tam seculares quam regulares hujus urbis, Scholæ majores, utrumque Seminarium, Canonici

EX MS.

A nonici Ducales et Cathedrales cum Sereniss. Principe nostro in pallio aurato, Oratores Principum, totusque Senatus in habitu rubro. Ipsa vero Reliquia maneat toto reliquo die exposita in d. ecclesia; ubi, concurrentibus universis ex tota civitate Ordinibus, imploretur Sancti intercessio apud Deum, pro sublevatione Reipublicæ in molestissimis hisce angustiis. Vesperi redeat D. Primicerius, cum eo quo antea comitatu, ad ecclesiam Salutis, atque in una vicinarum arearum recipiat præd. Reliquiam, referendam ad ecclesiam S. Marci, et priori loco reponendam, ibique diligenter custodiendam, quoad absoluta sit fabrica d. altaris. Ex nunc autem moneatur Magistratus Armamentarii, ut curet in diem XIII currentis construendum more solito pontem, quemadmodum moris est fieri quotannis mense Novembris pro veneratione beatissimæ Virginis a Salute. Decernatur etiam ut a nostro Collegio, eo qui convenientior Senatui videbitur modo, indicetur Illustriss. D. Patriarchæ, Reverendiss. D. Primicerio, et Magistro [ceremoniarum] publica ac definita voluntas, ut a singulis respective impleri ea possit. Rogetur etiam Capsarius Procuratiæ, ut

et cetera Venetiis observanda,

B ex numero lipsanothecarum, asservatarum in thesauro ecclesiæ S. Marci, pulchriorem ac digniorem seligat, quæ, cum specialibus litteris, a persona expresse deputata ad Rectores Paduæ cras deferatur, ut in eam reponatur illa pars ossis humeralis, quæ huc mittenda est. Et totius tali Decreti exemplum unum tradatur Deputatis d. fabricæ, pro ipsorum notitia et instructione, alterum mittatur Rectoribus Patavinis.

scribit Dux Paduam,

98 *Factum est quod petebatur, et eodem die ad prædd. Potestatem et Capitaneum Dux ipse sic scripsit.* Cum appropinquet tempus, quo debet initium dari executioni Senatus-consulti super Translatione cujusdam Reliquiæ gloriosi S. Antonii, cujus festum proximo Jovis celebrabitur; decrevimus mandare vobis, ut immediate accersitis Deputatis istius Civitatis et Præsidentibus Arcæ, indicetis; quod, sicut ad primas vestras litteras XII Martii datas gratanter intelleximus promptum illorum affectum ad exhibendam nobis bonam partem ossis humeralis; ita publica voluntas nunc sit, ut Translatio illius fiat die Dominica vel Lunæ, ea forma et modo, qui pietati ac prudentiæ vestræ convenientissimus æstimabitur. Videtur autem nobis, quod fieri id possit in scapha, altari ac cereis decenter instructa, in qua

proxima Dominica in Comitatu plurium

C etiam veniat Superior monasterii, cum aliquot senioribus atque honoratioribus suis Religiosis, et quatuor ut minimum partim Deputatis Civitatis, partim Præsidentibus Arcæ; cui scaphæ addatur et alia, cum congruo aliorum Religiosorum numero: quæ simul et directe appellant ad areolam, in cujus ripa præd. sanctissimæ Reliquiæ occurrent ipsamque excipient, privatim quidem, debita tamen cum reverentia, D. Primicerius noster cum Canonicis et Capella ecclesiæ Ducalis Protectori nostro S. Marco sacræ, ut ibidem custodiatur usque in diem XIII Junii, quando augebuntur solennitates aliæque ceremoniæ expressæ Decreto, cujus vobis ad pleniorem informationem mittimus exemplum.

advehendam Reliquiam,

99 Mandavimus etiam Capsario Procuratiæ, ut ex pretiosioribus lipsanothecis unam immediate illuc dirigat ad eumdem finem, in qua ad Dei honorem ipsiusque Sancti venerationem præd. Reliquia conservetur. Confidit Senatus, quod ab accuratione et zelo vestrum amborum, suam Rempublicam repræsentantium ac delectorum in hoc negotio, cujus cura omnes vehementer premit, relaturus sit eumdem effectum, quem in aliis publicis utilitatibus, summo cum merito vestro, est expertus; expectans de hujus mandati executione mox certior fieri, ut disponantur omnia ad exceptionem præd. Reliquiæ D opportuna.

a Primicerio rite excipiendam:

100 *Tunc porro,* in nomine Redemptoris nostri Jesu Christi, anno a salutifera ejus Nativitate MDCLII, Indict. V, die Sabbathi, VIII Junii, Paduæ ad sacristiam RR. Patrum S. Antonii, convenerunt Illustriss. et Reverendiss. D. Georgius Cornerus, dignissimus Episcopus istius civitatis; illustriss. et Excellentiss. DD. Andreas Pisani Potestas, et Sebastianus Justiniani Capitaneus, una cum Illustriss. DD. Petro Buzacarin Equite, Octavio Frizimelega Doctore, Leone Lazara et Zacco Zachi, Deputatis Actualibus hujus Civitatis; nec non adm. R. P. M. Vincentio Fulina Guardiano, adm. R. P. M. Francisco Ser Zanotti, loco Reverendiss. P. Provincialis; Illustrissimis item Dominis, Comite, Ludovico a S. Bonifacio, Comite Jacobo Zabarella, Joanne a Ponte Doctore, Julio Beolco Præsidente Vener. Arcæ gloriosi S. Antonii. Ipse autem Illustriss. D. Episcopus propria manu reserans lipsanothecam sacri Menti, in qua etiam servatur os Brachii, ipsum os extraxit, et serra resecuit partem Serenitati suæ destinatam, deferendamque ad inclitam Venetiarum civitatem.... reliqua vero pars ab eodem Illustrissimo reposita fuit loco priori; et denuo sigil- E lata, præsentibus et subscribentibus Excellentiss. DD. Jacobo Cassina Equite qu. D. Marci, et Ludovico Saxonia qu. Excellentiss. D. Victoris, testibus. *Denique* die XI Junii *rescripsit præd. Potestati et Capitaneo Dux Venetus qui supra, quod ex ipsorum litteris cognita serie rerum gestarum, conformi præd. Senatus consulto, plenissime satisfactum sibi sit:* Et quia, *inquit,* non poterant res melius disponi quam eas disposuitis, indicamus vobis plenissimum Senatus annutum; et significamus, quantum accumulaveritis per hanc actionem priora merita erga Rempublicam. *Quid deinceps actum Venetiis sit, satis ex præmissis intelligitur. Unum noto, os illud Brachii quod mento sive mandibulæ junctum habetur, istic aliquoties os Scapulæ seu Humeri nuncupari, quatenus humeri nomine etiam venit os primum et maximum inde pendens: quomodo ipsum vocat Andreas Vesalius aliique Anatomici.*

quo Padua nuntiato 8 Junii,

Episcopus particulam separat,

quæ Venetiis excipitur 13 Jun.

101 *Ex Instrumentis quoque supra productis liquido constare videtur, quod sacrorum ossium custos Arca, ab immemorabili tempore, et saltem ab anno* MCCCCLXXV, *numquam fuerit aperta; quando nec Venetus quidem Senatus, unquam præsumpsit postulare, ut ex ea quidquam assumeretur, cuicumque loco vel principi donandum, iis quæ extra ipsam in Sacrario servabantur con-* F *tentus. Quod igitur num. 82 ex Cardoso dictum est de Digito, seu particula Digiti; eam mihi persuaserim a Guidone Cardinali decerptam in secunda Translatione, ab eoque veneranter circumgestatum quoad vixit; mortuo autem illo, per varios casus, venisse in manus Petri infantis Lusitaniæ.*

Cetera Sancti ossa videntur ab an. 1475 immota mansisse,

et diu ante oblata pars digiti a Guidone Card. Leg.

102 Cuticæ, *sacro cranio adhærentis, nullam fieri apud Auctores mentionem, non valde miror; cum id in cadaveribus diu sepultis satis frequens sit: adeo ut non nullis etiam capilli crevisse fuerint deprehensi: omnem enim cunctorum admirationem ad se trahebat lingua, qualem diximus, incorrupta. Manserit ergo intacta Cutica, non solum in prima, sed etiam in secunda Translatione; in tertia autem aliqua, in qua separatum credimus fuisse os Brachii et Mento conjunctum, inventa sit illa jam defluxisse, et in aliam quamdam minorem lipsanothecam reposita; quam cum ibi quoque haberi sciret Senatus Venetus, volensque Hispaniarum potentissimæ Reginæ notabilius aliquid largiri, quam Lusitano Regi concesserat; petierit mitti* vel cuticam vel dentem *(nam et hi fere omnes locis suis firmiter adhuc inhærent), istius vero partem maluerint donare Paduani, quam dentem, non ita facile divisibilem.*


nec non cutica sacri capitis.

ANALECTA

ANALECTA

Ex variis tam impressis quam manuscriptis.

§. I. De ecclesia Patavii Minoribus condita, vulgo dicta Sancti.



Collectionis hujus initium faciat Valerius Polydorus Patavinus, Conventualis, *auctor* Memoriarum sacrarum, ecclesiam gloriosi sancti Antonii attinentium, *Venetiis editarum anno* MDXC. *Liber est Italice scriptus, et extensus per Capita* LXX, *in quo ad Latinam summam contrahendo, ne laborandum nobis esset, facit Lucæ Waddingi diligentia, ad annum* 1263 *et seqq. argumentum in titulo propositum paucis complexus. Cujus tamen prius quam verba proponam, placet exhibere formam exteriorem ecclesiæ.*

C

Ecclesiæ figura exterior in tabula

2 *Tabula hæc multo est accuratior illa, quæ exprimitur apud Rodulfum Tossinianensem pag.* 83 ℣ *et apud Polydorum in fronte libri prædicti. Hæc frontispicium ecclesiæ occulit, ut distinctius repræsentet posticam partem: in nostra, ad exemplum recentius Patavio nuper submissum sculpta, præter frontispicium etiam videas ad litteram* A *portam Conventus, cui ex altera parte littera* D *respondet ingressus ad hortum. Sacellum Sancti notat littera* B, *infra quod porrectum aliud sub littera* C, *Obiziæ nobilissimæ familiæ est, ejusdem tumulis tegendis erectum. Minor turricula, ad litteram* E, *ex veteri æde reservata videtur, propter campanulam, qua vivente Sancto ad ejus vel conciones populum, vel lectiones convocabat scholam. Peribolo cœmeterii inhæret monumentum familiæ Papafavæ, et ejusdem periboli angulum occupat equestris statua Gattamelatæ, cujus personæ aliam notitiam in libris Patavinis frustra requirens, casu reperisse videor infra. Interim exteriorem hanc ecclesiæ formam considerans, omnino assentietur dicentibus, fabricatam esse ad aliquam Constantinopolitanarum imitationem, fornicibus majoribus omnibus fastigiatis in trullos seu tholos.*

cum explicatione notularum.

3 *Exterioris fabricæ conspectum sequi deberet interioris formæ exhibitio; et sequeretur, nisi tabula, illam repræsentans et hac pariter missa, tam esset imperfecta, ut qui præsens non adsit sculptor, veram rei totius ideam animo sibi figurare non possit quam in æs transferat, maxime in choro, ubi præcipua operis elegantia est. Illa igitur dimissa, cupidum talis notitiæ lectorem remitto ad infra repræsentandum conspectum sacelli Antoniani, quod cum aquilonarem alam ecclesiæ in modum Crucis structæ terminet, non potest hujus alæ forma oculis objici, quin simul formetur idea aliqua partium reliquarum, simili modo procurrentium ad Chorum, et ad sacrarium in quod ala meridionalis desinit, atque ad portam primariam eo ordine quo in* F *supra posita tabula dispositi cernuntur fornicum tholi. Interim quod scalpro nondum possumus, explicemus verbis, sumptis ex Waddingo ad annum* 1263 *num.* 9.

4 Templum, in quod allatum est S. Antonii corpus, Minorum antea usui concessum, in tantam abiit amplitudinem, ut cum optimis Europæ conferri delubris, si non omnibus præferri merito possit; *vetera scilicet veteribus comparando, non autem recentioribus, qualia hoc et præcedenti seculo excellentiora fabricata nemo possit ambigere.* Antiquissimum est, quibusdam seculis ante Christum natum exstructum: Junoni quidam volunt aliquando sacrum, idque ipsum cujus meminit Livius. Mutato cultu pro æde majori urbis habebatur, eoque dicebatur nomine ÆDIS MAJOR; donec anno MCCXXIX Jacobus Corradus, Episcopus Patavinus, hoc insignivit titulo, S. MARIA MATER DOMINI: deinde ex frequenti cultu et aucta reverentia S. Antonii, antonomastice ECCLESIA SANCTI nuncupata est. Coaluit ædes ex duabus ecclesiis; una antiqua, quam diximus Junonis; altera recentiori. Illa protenditur a porta orientali, usque ad organa ordinemque columnarum marmorearum prope chorum, eo in loco quo supremum erat altare: ista chorum et turres campanarias complectitur majores, et quidquid ultra chorum est.

Sunt qui existiment anteriorem partem fuisse ædem Junonis.

ex variis. certius est quod pro humiliori Minoribus data anno 1229,

A est. *Hactenus ex sensu Polydori Waddingus : cui merito contrarius Petrus Savolius, in Thesauro Urbis Paduanæ pag.* 72 *et seqq. ostendit (quod etiam patet ex Actis num.* 39) *ædem S. Mariæ dictam, et Franciscanis attributum ab Episcopo Corrado, humiliorem fuisse qualem amabant initia Ordinis, in humilitate fundati ; et ejus quod olim Junoni stetit aliquid superesse, in ea quam nunc cernimus æde, non patitur credi forma structuræ, nihil cum vetustioribus ante vel paulo post Christum commune habens, atque in multis Gothicam architecturam referens. Ut non dicam, quod tanta ætatis differentia, quantam Polydorus ponit, inter unam alteramque ædem, necessario pateret oculis intuentium, tamque ipsimet lapides loquerentur : in quibus tamen nulla nunc apparet notabilis diversitas.*

nova et amplior cæpta sit an. 1231,

5 *Dicamus igitur, quod* incepta est fabrica novi, *non solum* additamenti, *sed* templi *totius, cujus* artifex *fuerit* Nicolaus Pisanus, illa ætate celebris architectus, anno MCCXXXI, *quo* vir sanctus e vivis excessit : sed ob turbulentos motus sub Ezelino cessatum ab opere est, usque ad annum MCCLIX. Alia etiam habuit intervalla structura usque ad annum MCCVII, quo decrevit Universitas Patavina,

perfecta an. 1.07

B dare pro structura ejusdem ecclesiæ libras quater mille, sub regimine D. Hugonis de Oddis Perusini, viri perillustris ; quo valido præsidio completa est ecclesia, præter magnam testudinem, quæ super chorum est, et ex variis oblationibus accrevit anno MCCCCXXIV. Ecclesia longa est pedes ducentos octuaginta ; lata, centum triginta unum ; alta, centum et decem. Pars [prior] multas habet columnas,

Ejus amplitudo et majestas

testudines, absidas, et quatuor turres campanarias : quarum major, alta nimis et pyramidalis, Angelum habet tuba sonantem, ad ventorum varietatem volubilem.

6 Pars [posterior], ultra chorum, novem habet sacella, pulchra valde : inter quæ ad chorum interjacet spatiosa porticus : et super hanc exurgunt

atque ornamenta interiora,

duæ turres campanariæ octangulæ miri artificii, sed mirabilioris super solam testudinem fundamenti. Testudo magna, quam supra chorum fabricatam diximus, octo magnis columnis innititur. Universum tectum laminis plumbeis cooperitur. Templi frons, præter alios ornatus, porticus habet amplas, et deambulatoria duo ; unum superius, alterum inferius, variis innixa columnis. Chori se-

præsertim chori et altaris.

C dilia LXXXVIII, variegato opere, pulchro artificio, cælatis et insertis lignis, varias figuras exprimentibus, spectabilia redduntur : fecit Laurentius Canetius de Lendenara, in hac arte præstantissimus, anno MCCCCLXVIII. Altare majus, erectum anno MDLXXXII, marmoreis columnis, variisque crustis est ornatum ; multis item imaginibus et statuis æneis quibus vetus altare ornatum fuerat] fusis a Donatello Florentino anno MCCCCLXVIII, decore compositum.

7 Reconditorium corporis Christi, lapide pretioso, statuis item æneis, circumcirca dispositis, in summi altaris medio, auctoritatem et majestatem exprimens, simul cum altari completum est decem millibus aureorum ; operis Præfectis Hieronymo Campagna Veronensi, et Cæsare Franco Patavino. In

Candelabrum raræ artis :

choro conspicitur candelabrum æneum, altum pedes undecim, miræ pulchritudinis et venustatis, centum et quatuor figuris cælatum, singulari arte, ab Andrea Riccio Brioscho, ultimi hujus seculi commendatissimo statuario, conflatum. Singulare hoc opus rerum Patavinarum Scriptores omnes commendant, atque ipse Artifex, appenso ad sepulcrum epitaphio, ab eodem laudatur. Chorum circumdant crates et portæ ferreæ, reticulato textu egregie compactæ, expensis Guilielmi Gattamelatæ Narniensis, Ducis bello fortissimi..... Idem sepi- D mentum superius ornant in circuitu viginti quinque statuæ lapideæ et viginti candelabra : ex utroque vero latere januæ præcipuæ ænea simulacra duo.

tabulæ æneæ historiatæ,

8 Ab exteriori parte duodecim habentur tabulæ seu laminæ insignes, quæ ad dextram et sinistram majoris portæ chori visuntur. Eas fudit anno MDVI prædictus Riccius, in quarum altera Judith Hebræa sopitum seu potius vino sepultum obtruncat Holofernem ; in altera vero trahitur Arca fœderis, quæ de domo Aminadab cum maximo triumpho, præeunte David, cum citharis, tympanis et cymbalis, solennique tripudio adducitur in sanctam civitatem. Alias decem fecit Bellanus Patavinus, fusoria arte præstantissimus, anno MCCCCLXXXVIII. Exprimunt eæ sacras historias veteris Testamenti ; Abelem, a Caino percussum ; Abrahamum, immolantem Isaac ; Josephum, a fratribus venditum ; serpentem æneum, in deserto exaltatum ; Sampsonem, Philistæos dejectis ædibus obruentem ; Davidis cum Goliath congressum ; Salomonem, meretricum contentionem dirimentem ; et Jonam, in mare projectum. Alia habet chorus externa ornamenta, columnarum, fornicum, statuarum ærearum, a Titiano

et alia quædam valde præstantia.

Aspetto fusarum ; Crucifixi item ænei inaurati, a E Donatello superius memorato conflati. Super aram ecclesiæ conspicitur in muro lapis rudis, olim S. Antonii cervical fuisse creditus. Extra chorum, supra duos marmoreos fornices præstantissime deductos, consurgunt organa bina pneumatica, quorum utraque decem habent pleuritides regulas, ad modos concinendos vel frangendos : fusores peritissimi, Vincentius Columbus, et Vincentius alter Columna.

§. II Sacelli Antoniani forma et ornatus ceteraque Patavinæ pietatis erga Sanctum monumenta.

Icon sacelli et monumentorum ante illud positorum :

A descriptione ecclesiæ transit Waddingus ad descriptionem sacelli Antoniani, cui melius intelligendæ serviet hic apposita grandior tabula, quæ simul complectitur totam ecclesiæ alam Aquilonarem, ut dixi, cum variis ibidem positis illustrium personarum monumentis : quorum duo, numeris 1 *et* 2 *signata, quæ ad primam pilam hic spectantur, sunt cænotaphia, primum Hieronymi Michaelis Patricii Veneti ; alterum, Equi-* F *tem de Lazara Nobilium Patavinorum, quorum etiam juris est altare pilæ illi adversæ oppositum sub titulo Resurrectionis et num.* 4, *quod vero num.* 5 *notatur, Sanctis Sebastiano, Ludovico, Ursulæ sacrum est. Monumentum vero signatum num.* 3. *est Excellentissimi Caterini Cornelii Patricii Veneti et Ducis Cretensis. Ita nobis Antoniani Conventus Patres, visum ectypum vehementer laudantes ; dolentes tamen, quod non monuerint de ceroferario argenteo majori, qui hic ad latus Evangelii consistit ante altare Sancti, eum translatum cum basi sua esse ad cornu epistolæ, ut locum faceret alteri novo similis formæ, cui supponitur marmorea basis, artificio magno unoque ex lapide, in formam trium Angelorum mutuo cohærentium exciso. Voluissent etiam primo ad altare gradui prætendi ex ære fusas valvulas duas, sane elegantes, et distinctius exprimi inauratas catenas, speciose contextas ex crucibus floribusque, unde pendent quatuor majores lampades ; vel potius et has et illas removeri, eo quod non satis in tabula discernat oculus quam procul distent a sacelli frontispicio : cui dum proximiores, quam par sit, videntur pendere, illius frontispicii elegantiæ nonnihil officiunt.*

10 *Nunc Waddingum audiamus, quæ a Polydoro accepit breviter et latine reddentem.* Ad lævam, *inquit*

A *quit*, organorum, Aquilonem versus, in anteriori basilicæ ædificio, constructum est Sancti sacellum, pedes longum quadraginta, largum viginti quinque, inchoati an. MDXXXII. Hujus tanta est majestas et splendor, tam in materia quam in opere, ut primis Italiæ sacellis possit comparari. Frontispicium totum marmoreum transversa cingula sive coronides habet egregie cælatas, expositas concamerato muro statuas optimas, obductos quinque arcus columnis quatuor candidissimi marmoris, et grandibus pilis duabus. In frontis medio incisæ litteræ tres; RE. PA. PO. scilicet, Respublica Patavina posuit. Idem sacellum circumcirca undecim arcubus magnique valoris columnis interius adornatur, et novem tabulis quadris marmoreis, quibus insculptæ elegantissime figuræ humanæ ultra centum tres, indicantes varias viri sancti actiones.

ejusdem dimensio,

et in eo sculpta miracula Sancti

11 A læva primam sculpsit Antonius Minellus Patavinus, in hac arte præstantissimus, exprimitque Divum, hujus sodalitii tunicam induentem; secunda ignoti auctoris, repræsentat miraculum restituti capillamenti feminæ, a marito male habitæ ob præstita Fratribus beneficia; tertia, Divi patrem, falso accusatum de homicidio, ab eodem liberatum; fecit Hieronymus Campagna Veronensis; quarta, adolescentulam B submersam ad vivos revocatam, opus Jacobi Sansovini Florentini; quinta, simile miraculum e mare extracti infantuli submersi; elapsa est opificis memoria: sexta, avari fœneratoris cor, inter pecunias reconditum; sculpsit hanc Tullius Lombardus; nec non et septimam restituti pedis, quem sibi præscidit juvenis, a sancto viro ob calce impetitam genitricem acriter reprehensus. Octavæ auctor nescitur, cui incisum miraculum projecti in lapides viri, sed prorsus illæsi. In nona expressit Antonius Lombardus, egregius statuarius, infantulum, paucos dies natum, articulata loquela suspicionem adulterii a matre avertentem. Tecti concamerati lorica est testacea seu gypsea testudo, opus Titiani Minii Patavini, cælatoris eximii, in conficiendis et conflandis formis cujusque rei peritissimi. In tholi medio circumscripta hæc verba, GAUDE FELIX PADUA, QUÆ THESAURUM POSSIDES. Pavimentum, tum sacelli tum universæ Ecclesiæ, tesseris quadrisve rubri et candidi marmoris stratum.

Arca sacri corporis:

12 In medio sacrarii conditæ Reliquiæ, in arca singularissimi lapidis, vagi coloris, sub mortem ejus divinitus inventa, et fabricata a sanctis Qua- C tuor-coronatis, qui passi sunt sub Diocletiano Imperatore, quorum ferias celebrat Ecclesia. Sustinent hanc aram columnæ quatuor in arcæ formam, ad quam ascenditur per gradus septem marmoreos, utrimque ejusdem materiæ deductis spondis ad cornua usque altaris, quas columnulæ superpositæ, et in quatuor angulis totidem ænei Angeli valde reddunt venustas. Super altare tria sunt simulacra Divorum ænea, et scalarum adscensum claudunt portæ duæ æneæ, a supranominato Titiano Aspetto conflatæ anno MDXC. *Hactenus ex Polydoro Waddingus, qui paucis hic scribere non potuerat de Angelis Statuisque æneis portisque duabus. Equidem haud ægre crediderim, si hæc eadem est arca, in quam non Cardinalis Guido (ut iste hallucinatur) sed S. Bonaventura sacra ossa primus condidit, ipsam fuisse miraculo inventam.*

circa quam notanda aliqua.

13 *Tale quid jam vidimus præcedenti die in Vita B. Guidonis Cortonensis, nec difficulter ibi credimus scriptori pene coævo: hic vero merito requirimus ejusmodi aliquod testimonium, tacentibus iis quorum hactenus scripta dedimus. Ut autem credatur arca illa fuisse fabricata a sanctis Quatuor-Coronatis, novo opus esset miraculo; nec enim citra revelationem id sciri potuit: et jam* XXVII *Maji agentes de S. Liberio An-* D *conitano, vidimus, idem dici de arca, qua conditus ille jacet, absque ulla verisimilitudine. Tutius crediderim quod num.* 132 *asserit Pacieus, et ipsemet anno* MDCLX *expertus sum, ab eadem arca, propius accedentibus et venerationis causa exosculantibus, afflari perpetuo suavem quemdam odorem, balsami odori simillimum; qui odor præsumitur esse miraculosus, dum alia nulla ejus causa naturalis apparet.*

EX VARIIS.

Suppellex sacra opulenta:

14 *Sed redeo ad Waddingum; qui post descriptionem Antoniani sacelli, ad sacram illius ac reliquæ ecclesiæ supellectilem transiens;* Multæ, *inquit*, servantur in adyto seu sacristia Sanctorum Reliquiæ, et supellex sacra locupletissima, qua majorem paucæ habent ecclesiæ. Decem habet cruces argenteas, statuas sexdecim Sanctorum: calices quinquaginta, aureum unum pretii aureorum quingentorum viginti; tabernacula argentea tria majora, minora alia pro conservandis Sanctorum Reliquiis triginta; candelabra magna decem; lampades multas, sed unam immensæ molis; statuas ex voto oblatas majoris ponderis quatuor, minoris triginta novem; tabulas argenteas septem, navem integram, omnibus armamentis ornatam; statuam magnam, ideam preferentam urbis Patavinæ: præter aliam minutam supellectilem multam nimis...

fiducia fidelium in Sanctum maxima,

15 Neque tempore decrescit, sed indies magis E augetur hujus ædis majestas et splendor. Ita meretur miraculorum frequentia et magnitudo, quæ in hanc diem, ob merita et intercessionem sanctissimi viri, Deo ita volente, perdurant; quatenus tantæ rei, per universum orbem terrarum ita longe lateque fama percrebuit; ut Christiana religio alterum Patronum vix habeat, præter immaculatam Virginem Dei genitricem Mariam, quem ob quotidiana miracula huic Divo pro cultu præponat, quemve donariis ditioribus aut ardentioribus precibus, pro salute in maximis periculis impetranda, crebrius interpellet. Quare merito huic Divo tam augustum atque insigne templum erectum est, quod tantæ in hanc usque diem venerationis apud omnes nationes, sed in primis apud Patavinos est... Nam ultra superius memorata, decrevit Respublica anno MCCLXV, ut eadem cultus solennitate celebraretur festi dies Octava, atque festum, propter obtentum ea die singulare libertatis beneficium; ut in publico foro binæ erigerentur hinc inde statuæ, una S. Antonii, altera S. Prosdocimi, Petri discipuli et primi Episcopi Patavini: et dies octo ante, totidemque post Natalia S. Antonii liberæ nundinæ haberi possent, in foro F S. Antonii dicto.

præsertim Patavinorum.

16 Anno etiam MCCLXXV statuit ut in vigilia, nocte, et festo die Sancti, ad ejus basilicam offerrentur militaria Urbis insignia, custodiretque sepulcrum Dux militaris cum viginti hominibus armatis, fieretque publica et universalis supplicatio ad eamdem ecclesiam, ad quam conveniret Episcopus cum universo Clero, Potestas cum civilis status Ordinibus, et sodalitia communitatesque artificum cum cereis accensis. Eodemque anno jussit, ut semper, pro majori solennitate et populi exultatione, sub Octava festi, curreretur in stadio, et bravia tria proponerentur comprehendentibus. Ipsa vero octava die Potestas urbis, comitantibus Optimatibus, in basilica convenirent, auditur solenne sacrum, gratiasque pro liberata illa die urbe reddituri, et donaria oblaturi. Anno demum MCCCCXXXV Michael Quarante-otto, Juris Cæsarei Professor et Decanus collegii Legistarum, ordinavit, quod Facultatis Doctores ad eamdem solennitatem convenirent, Doctoralibus ornamentis insigniti, cereos accensos gestantes, singulique collaterales socios haberent ex Minoritis: quod postea imitata sunt collegia Medicorum et Philosophorum. Tandem multiplicatis quo-

variis argumentis probata.

EX VARIIS.

A tidie oblationibus, et in unum congregarentur, atque in arca communi reponerentur, statutum est anno MCCCLXXXVI (an MCCCCLXXXVI?), quibus in Dei et S. Antonii honorem expendendis, præfecti sunt quatuor cives Patavini et tres Minoritæ, singulis annis a Potestate urbis eligendi; auctusque est ita oblationum proventus, ut multa millia aureorum redditibus annuis thesaurizentur. *Plura et distinctiora qui volet ipsum Polydorum legat, etiam exhibiturum omnia illustriora ecclesiæ ejusdem Cænotaphia et Epitaphia, altaria et sacella, Indulgentias concessas, Confraternitates stabilitas, statas oblationes, aliaque similia.*

17 *Anonymus Patavinus, auctor novissimæ impressæ Collectionis, de qua infra* § 5. *secundam suam ad Lectorem monitionem sic pertexit. Annis* MDCLXXXIII et IV, mirabiliter conspiravit zelus Præsidum, tam secularium quam regularium, quibus incumbit cura recte impendendarum eleemosynarum in Sancti honorem oblatarum. Tunc enim cœpta est et perfecta Crux argentea altaris majoris, ter mille unciarum: cui addita sex ejusdem metalli candelabra, singula centum et quadraginta unciarum, et simul cum Cruce superant pretium sedecim millium ducatorum.

B Strata fuit etiam sacristia tota candido marmore; armaria ex nuce fabricata eleganter, dispositis desuper inter columnas tabulis, miracula recentiora opere anaglypho repræsentantibus. Factum est quoque pallium argenteum pro eadem ara principe operis similiter anaglyphi; argentoque coopertus liber, ipsius Sancti manu illustratus notis, et sedilibus ad majora festa cooperiendis factus apparatus sericus pretiosus. Ingenti deinde in tabula, manu Matthæi de Petrochis, expressa est arbor Religionis Seraphicæ, ad ornatum claustri, qua parte ecclesiam contigit; multæque ex ære statuæ fusæ sunt, quæ venerabilis Sacramenti tabernaculo adhuc deerant. Insuper alia plura speciosa opera versantur sub artificum manibus, ac nominatim Ceroferarius ingens, componendus cum altero, qui jam ab annis aliquot factus pendet in capella Sancti. Horum omnium nec non pretiosiarum oblationum, a magnis Principibus hoc anno allatarum, rationem accuratam curiosis ejusmodi notitiarum reddam in additamento ad librum P. M. Polydori, Minoris Conventualis, tractaturus de novis hujus ecclesiæ fabricis. *Ita ille, postquam in dedicatoria ad Franciscum Monsinum Epistola mentionem fecisset argenteæ lampadis, perpetuo ante arcam sacri corporis una cum aliis* 40, *arsuræ, ab illo oblatæ anno* MDCLXXXIV, *quando conscensurus erat Venetam classem Dux ille præstantissimus, Pe-*

Ornamenta Ornamenta quædam recentiora.

C *loponnesum totam a Turcica tyrannide liberaturus. Nunc intelligo Collectorem, Anonymum mihi hactenus, esse P. Mag. Pasqueti, qui de supplemento ad Polydorum promisso requisitus, respondit, tum primum se operi illi appositurum manum, cum fuerit absoluta fabrica novi quod ædificatur Sanctuarii; speratur absolvenda intra proximum ab hujus tomi editione annum; multum certe, dum hæc imprimuntur, per æstatem anni* 1697 *promotum intelligo.*

§. III. Rerum amissarum patrocinium S. Antonio utiliter commendatum.

Ex *Italia in Lusitaniam transeo, patriam Sancti, ubi eum Patronum haberi rerum deperditarum, scribit in Notis ad hunc sui Hagiologii diem Cardosus: fatetur tamen, ignotam sibi esse primam istius devotionis originem: nec ego in ea perquirenda laborabo; solum dicam, per omnes fere regiones diffusam, felicissimis et inopinatis successibus quotidie comprobari. Exempla Cardosus adfert duo ex Flore-Sanctorum P. Pauli de Portalegre, quem MS. haberi ait in Bibliotheca Eligiana Olysippone, ubi narratur, primo; quod* Alcacerii, cui

D oppido a Sale cognomen est, fuerit quidam S. Antonio devotissimus, solitusque festum ejus diem quotannis variis piis operibus honorare, præsertim curando Missas pauperesque pascendo. Huic die quodam ex puteo, quem in atrio domus suæ habebat, aquam haurienti, dum situlam ad se trahit, excidere contigit e digito annulum pretiosum. Angebatur improviso casu et damno vir bonus, quia puteus altus et aqua multa nullam relinquebant spem recuperandæ jacturæ. Satis tamen habuit rem S. Antonio commendare, seposita ulteriori cura pro damno, ut videbatur, irreparabili. Cum autem ipso die festo pro more precibus in ecclesia Sancti fundendis incumberet, ecce tibi mancipium ejus cœpit clamare, Bona nova, Bona nova. Apparuit annulus Domini mei. Et narravit quod sibi aquam haurienti exciderit situla de manibus in puteum: cui recipiendæ cum in puteum misisset harpagonem, non modo situlam ab aqua retraxit, sed simul etiam herilem annulum, tam apte impositum situlæ fundo, ac si eum alicujus manus ibi locasset. Quæ res omnium audientium animos et linguas ad gratias Sancto referendas resolvit.

Alcacerii recuperatur miraculo annulus, lapsus in puteum,

E

19 Alius casus est, quod cum mercator quidam per eum fluvium navigaret, qui ducit ab urbe Cetobrigam, vulgo Zetubal, exteris Sintubes dictam: maloque navigii adstans, educeret bursam nummis plenam; hæc ei excussa de manibus est per velum navis, imprudenter a nauclero laxatum. Larga istic loci et profunda erat aqua, proindeque spes nulla quidquam recipiendi. Ergo appulso ad portum navigio, mercator iste ad Conventum Minorum se contulit, sibique cantari petiit Antiphonam consuetam:

alius, Cætobrigam naviganti elapsus in fluvium,

Si quæris miracula; Mors, error, calamitas,
Dæmon, lepra fugiunt; ægri surgunt sani:
Cedunt mare, vincula; membra, resque perditas
Petunt et accipiunt juvenes et cani.
Pereunt pericula, cessat et necessitas;
Narrent hi qui sentiunt; dicant Paduani,
Cedunt mare, vincula etc.
Gloria Patri et Filio et Spiritui sancto.
Cedunt mare vincula etc.

in pisce recipitur:

Eodem autem tempore quo hæc canebantur, piscatores quidam suum ipso in loco laxantes rete, inter alia prædictam bursam extraxerunt, quæ sine diminutione ulla rediit ad dominum suum.

20 *Gonzaga, quærens in originem historiamque Conventus, sub annum* MCCCLXXX *fundati in oppido Arilesii, Provinciæ S. Jacobi sive Galiciæ;* Ad dextrum, *inquit*, majoris ibi sacelli latus consistit altare, gloriosæ Mariæ Virgini dicatum, cui beati Patris Antonii de Padua imago superstat. Hanc perdevotus Joannes Alphonsus Ovetensis mercator, ejusque cara conjux Aldonza Gonsalez dum viverent, quo sibi omnia ejus Sancti meritis ex voto succederent, religiosius venerati sunt, atque istius loci Fratribus opiparum prandium, singulis anniversariis ejusdem Sancti diebus, propinarunt; imo morientes suis heredibus quædam prædia atque domos ea lege ex testamento reliquerunt, ut id ipsum quoque illi illorumque successores singulis annis præstarent. Accidit igitur, ut inter navigandum, annulus, quem a caris parentibus hereditario jure acceperat, ex digito Nicolai Alfonsi, fundatorum præfatorum nepotis, in mare laberetur. Cumque instante B. Antonii festo, quo Fratribus, juxta avorum mandatum, prandium parare decreverat, aliquot piscatores, qui pisces ad convivium lautius instruendum caperent, solicite misisset; quidam piscis in cujus ventriculo amissus annulus a coquo fuit inventus, in rete incidit. Quod omnes beati Patris Antonii

F

et similiter tertius Arilesii,

ab eo qui prandium Fratribus annue præbebat.

A Antonii beneficio attribuentes, Deum laudavere : præsertim vero ipse Nicolaus Alfonsus; qui et majori devotione erga eumdem Sanctum in posterum latus fuit; et rei eventum, ut omnino acciderat, ad ejus gloriam in gyro præfatæ imaginis curiosius depingi curavit. Hæc quia verissima sunt atque fide dignis testibus comprobata, hic subjicienda curavi. *Sic Gonzaga.*

atque etiam quartus :

21 *Paciecus simillimum aliud narrat, quod contigerit in annulo cujusdam Equitis, Trento oriundi, et per quiddam vicini maris brachium navigantis; qui cum ipsum amicis forte inspiciendum præberet, in aquas exciderit, nec ulla diligentia potuerit per urinatores rehaberi.* Hinc, *inquit ille*, tristis dominus, animi a sensu avertendi causa adiit amicum quemdam, Franciscani ibi Conventus Guardianum : qui subtristem eum videns, causamque edoctus; suasit ne omitteret ad S. Antonium recurrere, curando Missam unam per Religiosos ejus loci. Paruit Eques, Missamque audivit; qua finita, ad forum abiit, pisces empturus in eleemosynam Fratribus mittendam : cumque varii generis ac magnitudinis aliquot coemisset, Guardiano misit. In horum autem uno cum scinderetur repertus annulus, dominoque suo an- B nuntiatus, ut ipsum omnesque rei conscios implevit gaudio, sic et devotione erga Sanctum majore inflammavit.

item Chartæ MSS Ambrosio Catharino per iter elapsæ,

22 Fr. Ambrosius Catharinus, Episcopus Ordinis Prædicatorum, virtute et eruditione clarissimus, opera quædam scripserat, atque inter ea librum de Gloria Sanctorum, in quo ipsum quod sequitur refert. Egressus quadam vice cum socio Tolosa, ferebat librum manu scriptum, ut ad prælum daret; una cum aliis suorum studiorum fructibus in charta, ac nominatim Annotationes varias ad disputandum cum hæreticis. Totus hic fasciculus per viam illi excidit, nec prius observata jactura est quam leucæ aliquot essent confectæ. Tum vero (ut par est credere) doluit deperditos labores ac vigilias suas : quare redivit Tolosam eadem via, nec quidquam reperit : deinde per se perque Gubernatorem urbis amicum suum, nihil non egit, ut amissas chartas reciperet; sed frustra. Ergo iterum in viam se dedit, mœstus totus; et quoniam humana defecerant remedia, S. Antonii recordatus, vovit, si ipso intercedente amissa recuperet, ceteris Sanctorum laudibus etiam appositurum se beneficium, quod per ipsum petebat sperabatque, C si voti compos fieret. Vix verba pronuntiaverat, cum ad ipsum viator accedens, interrogat, num librum cum aliquot chartis amiserit. Respondit amisisse se, et notas addit unde agnosci possit. Tum vero seduxit illum viator iste in locum ubi jacebant omnia, absque defectu : et Ambrosius, agnoscens favorem acceptum, rem totam late in libro illo descripsit, quomodo hic strictim refertur. *Non adsunt mihi libri istius* Ambrosii, *in seculo dicti* Cancellotti Politi, *ac denique* Compsani Archiepiscopi : *solum ex Antonii Senensis atque Gesneri Bibliothecis novi, hunc, qui allegatur, librum, una cum aliis pluribus impressum Lugduni anno* MDXLI ; *quem cum inveneris, per te disces, quam bene hæc epitome Paciecі cum textu conveniat, quem alias originarium dare maluissem ; obiit vero Auctor, scriptis plurimis clarissimus, anno* MDLII.

mirabiliter reperiuntur.

Episcopo amissus annulus suus

23 D. Inicus Manrique *(verba iterum Pacieci sunt Latine reddita)* Episcopus Cordubensis et Inquisitor Hispaniæ Generalis *(ab anno* MDXXXVII, *secundum Tamayum de Salazar in Notis ad 18 Maji, usque ad* MDXL) singulariter erga Sanctum afficiebatur, propter frequentem favorum ad eo in se collatorum experientiam ; sed quæ ipsi in casu amissi annuli, cum quo fuerat Episcopus consecratus, tantisper defuit, ut manifestior pluribus esset. Plura ille fieri ad eam intentionem curaverat sacrificia, quoad D tandem ejus recipiendi animum despondit, vehementer illa jactura contristatus. Ita affecto dies aliquot transierant, cum super mensam, in qua plures hospites accumbentes habebat, illato de Sanctorum miraculis sermone, dixit ipse, plurimum se esse devotum S. Antonio, nec minus eidem obligatum propter accepta beneficia; nunc tamen, inquit, habeo nonnihil quod querar de eo, quia rem mihi caram non revelavit. Vix verba finierat, cum ecce ipsam in mensam, cui accumbebatur, visus est cadere annulus, ab inconspicua manu projectus : quæ res Episcopum ceterosque omnes admiratione complevit, simul et devotionem erga Sanctum accendit.

ex variis manu invisibili refertur

et Fratri Capucino granum benedictum per formicam.

24 Inter plurima hujus generis quæ narrantur, tanto memorabilius est, quoad modum facti miraculi, quanto minoris pretii fuit ad quod dicitur recuperatum. Quidam Fr. Laicus Cappucinus in Sicilia granulum precatorium amiserat, ex rosario suo pendulum, quod propter annexas Pontificias Indulgentias plurimi faciebat. Hoc illi inadvertenti exciderat, et diu frustra quæsitum in desperatis numerabatur; cum Fratri in mentem venit Antiphona prænotata : quam ubi recitavit; ecce tibi formicam, quæ recta ad Fratrem tendens, ipsum E granulum ore portabat. Frater vero eo recepto in pias resolutus lacrymas, gratias Sancto egit. Ob hujusmodi eventus Cortesius, insignis Astrologus, qui in ea facultate quædam opera vulgavit *(Hieronymus fortassis, patria Valentinus, a Nicolao Antonio in Bibliotheca Hispana dictus sub finem superioris seculi edidisse Lunarium seu Prognosticon perpetuum, nec non librum de Physiognomia naturali variisque arcanis naturam spectantibus)* Cortesius, *inquam*, Astrologus, siquando rogabatur figuras conficere, rebus amissis recuperandis servituras : respondere solebat; Domini, mea optima et vera figura est invocare S. Antonium, id enim expertus sæpenumero sum : hoc utimini medio; alia enim omnia vanitatis multum habent, veritatis perparum; innocentes infamant, et generant suspiciones male fundatas. Quod autem suadebat verbis, etiam laudabat scriptis : eo enim loco, ubi tradendæ regulæ erant ad ejusmodi figuram conficiendam, posuit Antiphonam præcitatam, cum ordinaria Ecclesiæ Collecta de Sancto.

Cortesius astrologus suadet in talibus Sanctum orare

25 *Optimum profecto consilium, quod ipse ego etsi nolim confirmare pluribus mihi privatim notis exemplis,* F *unum tamen tacere nequeo, ante annos quinquaginta hic Antuerpiæ gestum, me quidem puero, sed adeo tenaciter impressum memoriæ acsi hodie gereretur. Mercatrix mulier sortis mediæ (ut hic mercatura non minus a feminis quam a viris exercetur) pro mercibus mercatrici primæ conditionis venditis, syngrapham acceperat, solutionem ex ea post condictum terminum receptura. Jamque statutum tempus effluxerat, cum syngrapha quæritur et requiritur, sed frustra. Ivit nihilominibus, integram sibi dandam fidem etiam absque syngrapha confidens, eo quod multis jam annis cum eadem matrona commercium coluisse se sciret fide optima, ejus vicissim erga se multam sæpe experta fiduciam. Fatetur ergo candide quod res erat, sibique credi petit, ut quam fefellisse numquam ipsa sibi domina testis esse posset. Verum pro pecunia convitia accipit, quasi pridem solutum solvi peteret. Pupugit ea res tam acriter mulierem, bene sibi consciam, jamque de pecunia minus quam de sua æstimatione solicitam. Itaque e vestigio illa ad sagam, vulgari fama sibi notam occulta passim revelare quærentibus : sed bona fortuna in matrem meam incidit : cui cum animi æstum consiliumque patefecisset, sanius aliud accepit, ut scilicet in S. Antonii honorem Missam unam dicendam ipsa hora curaret. Abiit, curavit, audivit Sacrum, ac domum*

quod utilissimum esse docet frequens experientia.

Ex variis.

A *mum redit: redux autem, famulum Mercatricis prædictæ in ostio reperit, qui jubebat solicitudinem ponere Dominam enim paratam esse etiam absque syngrapha solutionem prætensi debiti exhibere in verbo ipsius, ut cui merito credi etiam tali casu deberet.*

Situlæ ex puteo mirabiliter recepta,

26 *Mirum est autem cum quanta subinde pii homines simplicitate Sancti utantur opera, quandoque non excusandi, si non sinceritas animi suppleret apparentem reverentiæ defectum.* Fratri laico discalceato, aquam hausturo, in puteum elapsa manibus situla erat; cumque ei retrahendæ varia media frustra adhibuisset, nec longam moram pateretur præsens aquæ habendæ necessitas; ad ibi forte vicini oratorioli altare recurrit, et quem ibi reperit Sancti ligneum statunculum funi illigat, ipsumque præcipitat in puteum, ac rursum ad se retrahit; et sicut rustica fiducia præconceperat, ita cum sancta imagine extraxit situlam, brachio ligneæ iconis inhærentem. *Ita Pacrecus num.* 145, *qui si singulorum a se narratorum tempora auctoresque vel testes indicaret, sicuti in casu præmemorati laici Cappucini notavit in margine* Sillacium lib. 9 cap. II ad finem; *certiorem utique fidem obtineret: sed Epitomen scribenti curæ non fuit attendere minutiis istis, historico tamen haud*
B *contemnendis.*

et triennis Japon diu frustraque quæsitus

27 *Claudat hunc Paragraphum, ex Francisci Solerii Historia Ecclesiastica Japoniæ, sumptum exemplum, lib.* 12 *cap.* 15 *quo continentur* acta, ad ædificationem memorabilia in regionibus Nangazaqui, Arimæ, et Omuræ anno MDC, *ex allatis inde litteris.* Amissus erat triennis puer; et omni frustra diligentia requisitus, aliud nihil consilii parentibus reliquit, quam ut e nostræ Societatis Patribus unum interrogarent, numquid ultra fieri a se posset. Suasit ut prævia peccatorum confessione, parvulum Deiparæ suoque custodi Angelo et S. Antonio, rerum deperditarum Patrono, commendarent: deinde, quoniam Sabbatum erat, ipse Sacrum de Diva ad eamdem intentionem fecit, postquam nostrorum omnium Religiosorum precibus negotium commendasset. Eodem autem die sub meridiem inventus est parvulus, sub quodam dumeto densissimo, quo præter dæmonem deportasse eum potuisset nemo. Inventus est autem prorsus illæsus, ac mali cujuscumque expers, id quod efficaciæ precum pro eo factarum imputatum merito a parentibus fuit, *et a Bollando jam pridem, in præparatis ad hanc diem* 13 *Junii, notatum reperi, ut referendum ad laudem* S. Antonii.

C

§. IV. Alia S. Antonii vario in genere miracula.

An. 1450 Polonus Sancti irrisor

Cortusiorum duorum Guilielmi et Albrigetti historia, *de novitatibus Paduæ et Lombardiæ, ab anno* MCCLVI *ad* CCCLXIV *deducta, et cum Alberti Mussati aliisque Patavinarum rerum scriptoribus edita fuit Venetiis an.* 1636. *In ea lib.* 10 *cap.* 2 *legitur res imprimis memoratu digna hoc modo:* Anno Domini MCCCL... Cum Dux Poloniæ esset Paduæ Romam iturus, antea voluit beatorum Prosdocimi et Justinæ limina visitare. Hic miratus pulchritudinem templi B. Antonii Confessoris, postulans didicit esse templum Patris Urbis. Quidam vero socius Ducis, deridendo Sanctum, ait; Estne ille Antonius, cujus nomine porci portant campanellas? *(Antonium Ægyptium indicatum voluit, in cujus nomine cur porci alantur appensa ad collum nola, docet P. Theophilus Raynaudus in Symbolis Antonianis).* Qui statim Dei judicio judicatur. Nam manus cum brachio debilitatur in totum, quam in probatione verbi extendit contra templum, cujus os extenditur usque ad aurem. Dux miratur: tunc prodigii quærit causam: filius Ducis refert facti seriem. Dum Dux mente agitat quid agat, D cœlesti lumine illustratus ait; Ille cum precibus imploretur, qui percussit. Qui statim peccatorem coram sepulcro B. Antonii Confessoris personaliter præsentavit. Qui effusis lacrymis oravit devotissime, et in tantum quod oratio B. Antonii transivit in cœlum, cujus precibus et amore prædictus Nobilis a Deo pristinam rehabuit sanitatem. Dux miratur et gaudet: cum eo tota civitas exultavit: fit concursus civium: Sanctus in orationibus et oblationibus collaudatur, cui honor in secula seculorum. Fuit hoc, eodem anno die x Aprilis. *Annus is erat Jubilæi, ad quem (ut ex Matthæo Villanio scribit Odericus Raynaldus in Annalibus) infinitus pene populus Romam confluxit, viri etiam feminæque Principes ex Ultramontanis, quos inter fuerit primarius aliquis Polonicarum copiarum ductor, hic* Dux Poloniæ *nominatus, sub Casimiro Rege.*

punitur, et supplex sanatur,

Naufragus, a morte salvatus in Algarbiis,

29 *Seculo nostro viciniora sunt, quæ ex Waddingo et Gonzaga restant. Hic parte 3 Historiæ Seraphicæ, in Provincia Algarbiorum, acturus de Conventu* XVIII *istius Provinciæ, sub annum* MDIV *in oppido Cines et in nomine* S. Antonii *fundari cœpto, per nobilem quemdam Georgium Hurtado, narrationem sic incipit.* Cum E homo quidam, inter crispantis feri maris undas cymbula vectus, nihil aliud præter naufragium operiretur; ac tandem ad scopulos allisus, altissimis rupibus adhæsisset; se gloriosæ Virgini Mariæ atque beato Patri Antonio de Padua ex intimis præcordiis commendans, eorum favore et beneficio a tanto discrimine ereptus est. Quod cum ejus patriæ incolis innotuisset, eremitorium quoddam rupibus ipsis imminens erigere cœperunt, quod tamen ad finem, refrigescente primo illo motu, minime perduxerunt. Qua denique re per Franciscanos quosdam Fratres, qui ex Castellæ partibus ad hoc regnum appulerant, ut primum cognita, tantopere convicinos illos populos suis exhortationibus atque sacris concionibus ob intermissum opus carpserunt, ut ad unius Conventus ædificationem illos compulerint, inter quos nobilis atque devotissimi Georgii Hurtado in Franciscanos benevolentia atque affectus maxime enituit: is enim Conventui ex propriis facultatibus Felix initium dedit; atque in causa fuit, ut reliquus populus, tanto exemplo excitatus, quod ad ejus perfectionem desiderabatur, præstaret.

occasionem dat fundando Conventui

Nobilis puella, a zelotypa Regina arcte clausa,

30 *Hæc Gonzaga: Waddingus vero ad an.* MDI *num.* 8, *locuturus de Ordine Conceptionis, inchoati quidem annis circiter* LX *citius, sed tunc Minoribus primum commendati; istius Religionis originem, cum beneficiis B. Antonii conjunctam, sic refert:* Duxerat F Joannes II, Castellæ Rex, *anno* MCCCCXLI, *juxta Garibayum lib.* 16 *cap.* 38, Elisabetham Eduardi Lusitaniæ Regis, *non* filiam *ut per errorem Waddingus, sed ex Joanne fratre demortuo neptem.* Hæc secum duxit Beatricem a Silva consanguineam, inter pedissequas cariorem, Jacobi primi Comitis Portalegrensis et B. Amadei Franciscani sororem. Forma præstantissimam adamare plurimi cœperunt: sed et Regi, ultra quam vellet Regina, complacebat: adeoque procorum ignes exarserunt, ut non semel cædibus magnorumque duellis de illa fuerit dimicatum. Ad hæc ita doluit Regina, ut adolescentulam angusto concluserit loculo, et cibo potuque mulctaverit. Illa, velut alter Jonas ex ceti visceribus, ab illa caligine preces funditans, periculum redemptura, castitatem Deo devovit sub Genitricis auspiciis, si in tantis angustiis probaret tutelarem. Proxima nocte beata Virgo se visendam exhibuit, candida veste, cæruleo pallio circumamictam, oppignoratamque libertatis fidem triduo evoluto exolvit. Indignatæ Reginæ potentiam aulæque pericula declinatura puella, e Tordesillarum oppido, in quo hæc contigerunt

virginitatem vovet,

A contigerunt. Toletum aufugit. Sed insperato duo occurrunt Franciscani, qui Lusitano sermone eamdem in proposito roborarunt, futuramque multarum Virginum Matrem prædicaverunt, et paulo post ex oculis evanuerunt. Horum unum, ex sermone et signis, postea D. Antonium ipsa judicavit.

et a Sancto liberatur.

31 *Quod sequitur recentioris memoriæ est, ex impresso Florentino anni* MDCLXXVIII, *de re ante triennium gesta, quam Neapoli typis primitus vulgatam reor. Florentinum exemplar Illustriss. Magliabechius mihi misit, quod ex Italico sic Latine reddo.* Aprili mense anni MDCLXXV, Antonius Tortamanus de Monte-Muro, Neapolitani regni oppido, S. Antonii cultui devotissimus, Ferrandinam ibat, lineam telam coempturus. Huic, ipsa vespera cœnanti apud quemdam amicum, alii duo hospites se junxerunt, utrique noti. Hi vero, quia vel ex verbis ejus intellexerant pecunia instructum, vel id animo præconceperant ex eo quod telas emptum ibat; cum mane in viam se dedisset Antonius, descendissetque in convallem quæ publicam viam intersecat, in confinio Picerni atque Baragianæ; tres illos simul obvios habuit, cum quibus vesperi cœnarat, non ut amicos, sed ut latrones; qui stare jussum funibus constrinxerunt. Hisce in angustiis posito bis ocurrit S. Antonium B invocare, eodemque momento ferocior eorum unus gravem capiti ejus ictum securicula inflixit, dicens; Vade, invoca nunc S. Antonium; pariter duo alii contra miserum Tortamanum insurgunt, multis vulneribus eum confodiunt, interim dum primum, decies octies ictum ingeminans, caput tundebat. Ita trucidatum in fossam quamdam portant, et saxis frondibusque contumulant; ubi quinque integros dies jacens, jamque computrescens, vermibus incipiebat scatere.

An. 1678 mercator in via

a sociis spoliatus, factum invocat, et occiditur:

32 Tum primum adfuit invocatus antea Sanctus; mortuumque his nomine suo compellans, quasi de somno excitat, jam plusquam quatriduanum: abstergit sanguinem, vermes tollit, manuque apprehensum ponit in via quæ ducit Picernum, quo iter ei erat; ubi eum dimittens dixit; Bis invocatus, bis etiam appellavi te, ut excitarem: vade, et cave ne de vindicta sumenda cogites, vel eos qui te læserunt accusatum eas: sed quotidie in mei honorem tertio recita Pater et Ave. Vix præ horrore penes se erat Tortamanus, plus fere admiratione actarum rerum, quam antea plagis exanimatus; resumpto C tamen aliquanto spiritu domum suam redit, neque duobus exinde mensibus quidquam loquitur; non audebant autem domestici ejus resecare capillos, sub quibus videbant vermes scaturire. Tandem in festo S. Antonii vocem in prima hæc verba resolvit: O Sancte Antoni! Tum porro, ea quæ sibi contigerant narravit.

sed quarto post die suscitatur,

33 Res autem contigit die xv Aprilis, quemadmodum liquet ex tabella pendente ad altare regalis ecclesiæ Patrum Minorum Conventualium Neapoli, penes quos servatur authentica relatio, signata a D. Episcopo S. Angeli et Bisaccii, qui ipsummet Tortamanum legitime examinavit, profitentem miraculum a Deo extraordinarium in se ipso esse patratum. *Idem relatum invenitur in recentissima talium beneficiorum collectione, Patavii impressa anno* MDCLXXXVII; *ubi additur,* ipsum processum in Conventu regalis ecclesiæ asservari, ubi etiam tunc vivebat Tortamanus, factus ipsemet Religiosus: et Auctor prælaudatus, anno prædicto colloquens cum viro magnæ nobilitatis, prudentiæ et gravitatis, ex eo audivit, quod tempore rei gestæ, in regno Neapolitano fuerit, atque ex ipsomet Tortamano quæsierit, quid actum anima ejus esset interim dum corpus ita jacebat: qui responderit, haud longe abiisse, atque considerantem plagas inflictas dixisse. Quantam crudelitatem exercuerunt in miseram istam D carnem!

et circa sex acta post biennio testatur.

EX VARIIS.

34 *Anno* MDCLXXX *Romam ex Promontorio Comorino scripsit P. Vincentius Dammey Societatis nostræ Presbyter in hanc sententiam.* Transiit hac, sacros Ordines suscipiendi causa, Clericus quidam, vir probus, Bengala veniens, qui se dicebat accingere ad missionem admodum heroicam, quo hæc nostra, tum propter defectum operariorum, tum propter longiorem distantiam loci (duorum enim mensium iter est) attingere non potest. Origo dictæ missionis huic etiam nostræ persimilis est Princeps namque in illis partibus Gentilis, cui modo Antonio d'Orufano nomen, a Lusitanis annos abhinc circiter viginti bello captus fuit; qui cum multo tempore dogmatibus suis obstinatissimus adhæreret, nihil validissimis rationibus, tum ab aliis, tum præcipue a Patribus nostris propositis permotus ad amplectendam fidem nostram; tandem eo animum adjecit, excitatus salutari, somnio dicam, an visione? per quam S. Antonius Paduensis se ipsi conspicuum astitit; amantemque imitatus Patrem, validum obstinato colaphum infregit, cujus hodiedum vestigium in facie circumfert; ac persuasit, obstinatione posita, veræ fidei manus dare, seque gentis suæ conversioni impendere. Quod et continuo executioni mandans, salutari Baptismatis lavacro mundari, et Antonii nomine appellari ipse voluit, eodemque missionem suam insigniri, vocatur enim vulgo Missio Domini Antonii. Novus hic Apostolus et se et sua omnia impendit conversioni populi sui, ipse verbis juxta et exemplis suos docens, cum fervore summo, et fructu, fervori ac zelo respondente.

Princeps Bengalensis captivus apud Lusitanos,

et in Gentilismo pertinax,

E

a S. Antonio castigatus fit prædicator fidei;

35 *Similibus ex India Orientali litteris Ulyssiponem scriptis, indeque die* v *Januarii allatis anno* MDCLXXXII, *perscripta est mirabilis conversio, cujusdam juvenis Indi, in regno Bengalensi.* Emerant hunc Augustiniani Patres, omnique adhibita diligentia evincere nequiverant pertinaciam, volentis in paganismo suo vivere constanter. Quodam autem die, cum solus ageret in uno conclavium, ubi erat imago S. Antonii de Padua, auditus est vehementes clamores edere. Accurrunt illuc Patres, audiuntque hominem asserentem quod Sanctus iste, suo quo præcingebatur fune acriter eum flagellarit, jubens ut ad fidem Christi converteretur. Prout etiam intra paucos dies fecit; Habituque Religioso assumpto, cœpit prædicare Evangelium, tanto cum fructu, ut brevi ad viginti millia Paganorum converterit; Patresque Augustiniani, impares numero baptizandorum eique congrue instruendo, annuerint sociis Missionariis propius agentibus: qui postquam accurrerunt, et in albam jam messem falcem quoque suam cœperunt mittere, multiplicatur indies novorum Christianorum ibidem multitudo prorsus admirabilis. *Simili privatarum litterarum fide accepimus, quod anno* MDCLXXXVI, II Junii ortum Venetiis incendium, translatumque in locum dictum la Barbaria delle tavole, bidui duravit spatio, cum damno ad integrum millionem æstimato: civis autem quidam habens iconem S. Antonii Patavini, dicitur illam exposuisse in ostio domus suæ contra flammas, itaque solum hanc servatam esse, ceteris circum circa combustis.

per visum fune Sancti flagellatus

F

Incendium imago ejusdem arcet.

36 *Ibidem Venetiis, anno* MDCLXXVII *prodiit Epistola, ante biennium scripta Florentiæ, sub hoc titulo;* Methodus facilis veram Ecclesiam lumine rationis inveniendi, Acatholicis proposita a quodam Calvinista seu Reformato, per Dei misericordiam infinitam in gremium sanctæ Matris Ecclesiæ Catholicæ Apostolicæ Romanæ nuper reducto. *Hic auctor brevissime et nervose, ex quinque propositionibus præmissis, educens conclusionem salutarem; ne solo humano ratio-*

Calvinista, dubius de fide Catholica profitenda,

cinio

EX VARIIS.

A *cinio compulsus credatur ad amplectendam fidem Catholicam, ex mediis, quibus Deus ad suam conversionem uti voluit, præcipua explicat, atque post alia subdit.* In hisce similibus rationibus stabilita mea persuasione, de veritate fidei Catholicæ; Roma discedens, et Venetiis aliquibus septimanis transactis, tandem Patavium perveni : ubi in templo S. Antonii, de Padua dicti, postquam more meo consueto divinam majestatem ex toto corde supplex orassem, imaginem depictam ejusdem Sancti contemplatus, maximam in mente commotionem percepi, spiritualiumque mihi videbat suffundi torrente cogitationum. Hæc animi commotio multum incrementi cepit, dum ad arcam ejusdem Sancti iterum Deum orabam, considerabamque miracula sua, undequaque illic in marmore expressa ; rursusque vehementer crevit, perspecta templo contigua schola, quam ejusdem Sancti nominant; ubi inter alia Sancti miracula particularius annotassem illud, quod ibidem de prostratione muli, ante sanctissimum Eucharistiæ sacramentum, depictum est. Exinde tam vivam illuminationem et persuasionem internam de veritate fidei Catholicæ percepi, ut sequenti mane Patavio discedens, ad iter B meum per Lombardiam prosequendum, et sequentibus diebus donec Mediolanum pervenerim, nihil aliud mente volvere, nihil aliud cogitare potuerim, quam nunc meas preces a Deo exauditas esse; qui tam sensibili modo me ad veram fidem, mediante suo glorioso Antonio, de quo Sancto in tenebris adhuc versatus pessime senseram, vocaret. Tam constans et vehemens ista persuasio fuit, ut paupertatem et reliquas mundi adversitates libenter, si opus fuisset, ad nominis D. N. Jesu Christi in Ecclesia Catholica Romana faciendam professionem, sustulissem.

efficaciter eo impellitur aspectu imaginis et miraculorum ejus.

§. V. Beneficia a S. Antonio obtenta, per P. Bernardum Colnagum S. J. p. m.

Obiit Colnagus 1611

ANNO MDCXI *die* XXII *Aprilis, Catanæ in Sicilia, ubi natus fuerat, pientissime, imo sanctissime obiit, sicut vixerat,* P. Bernardus Colnagus, *nostræ societatis Sacerdos plane Apostolicus : qui ut fuerat in concionibus ad populum habendis eximie fructuosus; ita in eodem munere præstantissimum* Antonium Patavinum, *præcipuo semper affectu coluit, Vitam viri, aliquando ut spes est inter Sanctos referendi, scripsit duobus libris alius nostræ Societatis Sacerdos Joannes Paulinus,* C *qualem habemus Monachii impressam anno* MDCLXII : *libri autem secundi caput 8 inscribitur,* Veneratio S. Antonii Patavini mirifica : *quod Caput hic transcribo.*

qui Sanctos Patronos suos

38 Ex omni beatorum cœli civium numeroso cœtu, complures Divos præcipua veneratione prosecutus est Bernardus; et inter eos quidem Petrum Apostolorum principem, Thomam Aquinatem, Bernardum Claravallensem, Vincentium Ferretium, Ignatium Loyolam, aliosque Ordinum fundatores, quos in filiis amabat et observabat unice; sed imprimis et super omnes Antonium Patavinum et Franciscum Paulanum impenso studio colebat. Et illorum quidem non magis amator religiosus, quam imitator strenuus, virtutes sibi vita moribusque exprimendas a primis etiam annis sumpserat; præcipue vero angelicum montis nitorem, et profundendi pro Christo sanguinis perenne ardensque desiderium. Deinde nihil non faciebat in Divorum, quos dixi, gratiam rogatus; suavissima cum ipsis miscendo colloquia diem agere assuetus, et vel in ipsa mensa Cœlitum suorum non immemor, panis frustula Cruce signata singulis dicabat. Sacras eorum effigies, quarum intuitu se accenderet, et ad quas D de genibus vota faceret, numquam non habebat secum. Amicis quoque aut quibuscumque demum aliis, ubi se ferebat opportunitas, verbis disertissimis tantorum Cœlitum amorem religionemque copiose ac graviter consuadebat. Venetiis, Genuæ, Brixiæ, Mantuæ, Neapoli, Romæ, suis concionibus populos ad horum Divorum cultum accendit. Enimvero nonnullam Bernardo illi rependebant gratiam, quando et spectabiles non infrequenter se præbebant, eoque haud secus quam primæ admissionis amicorum aliquo suaviter familiariterque utebantur; quin et arcana cœlestia illi persæpe aperiebant ; quæ inter, illud et insigne, quod annum locumque mortis, eorum favore, edoctus est.

modis variis colere solitus,

39 Et quoniam de S. Antonio Patavino sermo nunc incidit, adeo Bernardus in Divi hujus amicitiam se penetravit, ut dubites, illiusne in Cœlitem confidentia, an hujus in hominem mortalem prope domestica humanitas, majorem moveat admirationem. Fuit sane cum ipse socio, repentina perfusus animi voluptate, narraret, S. Antonium suum admirabili pulchritudine, quæ humanis verbis exprimi nequeat, sibi aspectabilem fuisse; statura, paulo quam sua esset, quatuor scilicet digitorum, altiori. E Cum enim ex more, inquit, asseri meo incumberem, serenissima luce circumdatus ad me invisit, longo blandissimoque colloquio me recreavit, tandem et suavissimo complexu diu strinxit : neque his contentus, integram Sanctorum amicorum cohortem, longo ordine procedentem, et in his Joannem Mariam Colnagum Panormi e vita digressum, commonstravit. Pœnituit autem illico, Dei donum, silentio tegendum, improvido manifestasse ; ideoque summis exoravit precibus, ut quod ipse temere effudisset, cautius ille clam aliis haberet. Interea non intermisit ipse hunc Cœlitem omnibus obsequiis pensare; quoties fas erat, sepulcrum religionis ergo adire, et sacros venerari cineres; laudes concinnis versibus intexere, ut facilius alios omnes ad hujus Divi amorem pelliceret : illum ex itinere, quocumque pergeret, in suis templis suavissime salutare ; non modo flosculos deferre, sed etiam lacrymas et suspiria effundere ; quin et schedas secum afferre, in quibus, ceu supplicibus libellis, officiosus in alienis causis deprecator, quid singuli per hunc Divum a Numine impetratum vellent ipse conscripserat ; quæcumque postulabat nullo negotio obtenturus.

et erga S. Antonium præcipue devotus,

vicissim habetur familiarissime,

et quid libet eo invocato obtinet.

40 Longum foret commemorare, quod et quam præclara, supra naturæ vim et ordinem, beneficia hic Thaumaturgus, ad preces Bernardi velut amica vi adactus, in varios mortales contulerit. Pauca tantum adnumerare hic libet. Atque, ut a domesticis F ordiamur, Antonius quidam, nostræ familiæ Adjutor, dum nocte jam adulta in erigendo Servatoris cœnotaphio per sanctam Hebdomadem strenue, nec minus improvide operam ponit; fallente, nescio quam ob causam vestigio, præceps ex alto ruit, artubusque oppido contusis confractisque lecto infertur. Id ubi Bernardus resciit, ad Divi Antonii quam in cubiculo habebat imaginem conversus; Sancte Antoni, inquit, necesse est Fr. Antonium die crastina incolumem, ad absolvendum Domini sepulcrum redire : quare age, sanitatem impertire. Et confestim se ad lectum decumbentis contulit, Crucem bene magnam formavit; S. Antonius, inquit, te sanet; cras incolumis esto, et ultimam sepulcro manum appone. Paruit æger; seipsum miratur : surrexit, mirantibusque cunctis accinxit se operi; et viribus integris, quod cœperat, in tempore absolvit.

Ita lapso Fratri S. J. vires in crastinum reparat;

41 Neapoli evocatus ad primæ nobilitatis puellam, a medicis jam prope depositam, post consueta salutationis officia; S. Antonius, inquit, ad te invisendam

sanat puellam moribundam,

A senilam venit, qui tibi longioris vitæ gratiam obtinuit. Euge, euge! bono esto animo : non est porro quod timeas. Non vanum fuisse Bernardi vaticinium res ipsa et eventus docuit. Joanna Maria Tedesca, jamjam omnibus Christianæ fidei mysteriis, in monasterio inter dicatas Deo Virgines, ad iter æternitatis instructa erat. At puellæ parens, vir nobilis, Bernardum, ut ad eam inviseret, exoravit. Ergo ad crates, uti mos fert, de moriente Joanna verba faciens, ad unam monialium quæ adstabat, solita simplicitate; Volumusne, inquit, Joannam restituere sanitati? Ad quod illa subridens; Omnino, sanemus eam, Pater. Ergo sanemus illam, subjungit Bernardus; oremus S. Antonium. Cum dicto erat ipse sublatis in cœlum manibus, ac tertio repetit consuetam Christianis bene auspicandi formulam, In nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti : simulque eam, quam habebat præ manibus, Coronam, Joannæ cum morte luctanti mittit. Nec irritæ fuere preces : ægra, ut primum Coronam nacta est, morborum mortisque victrix, convalescere cœpit; tandemque firma et valens, in pedes se erexit.

Missa ad eam corona sua,

42 Maria de Consulo, tertii ordinis S. Francisci alumna, toto jam anni spatio muta, tremebat capite B omnibusque membris, incassum adhibito medicorum consilio. Evocatus ad decumbentem Bernardus, rogat, quo vocetur nomine : cui domestici; Jam annus se circumegit, exquo perdita fandi potestate obmutuit. At ille conversus ad ægrotantem; Ego vero, inquit, per D. N. Jesum Christum et S. Antonium impero, edic quod tibi nomen; simulque super linguam digito formavit Crucem. Nec mora : linguam ægrota tot mensibus ligatam solvit; quodque olim in baptismate acceperat, Agathæ nomen pronuntiat. Tum Pater tremulum caput ceteraque ex ordine membra Cruce signat; et in virtute D. N. Jesu Christi sanctique Antonii, quiescere jubet : cum repente, ut jussa erant, conquiescunt; imperat manibus, violentia morbi conclusis, ut sese explicent, et mox se pandunt ; atque in hunc modum, admiratione defixis quotquot aderant, plena sanitate languidam impertit; denique, Jam sana es, inquit: vigesimo abhinc die etiam ambulabis. Quæ cum gratias ageret, eas S. Antonio Pater transcripsit, quem scilicet hujus prodigii auctorem affirmabat. Quia tamen nondum satis expedite loqui videbatur Agatha, vini modicum prior ipse delibavit, C tum Agathæ porrexit : quo hausto, semper magis magisque linguam ad loquendum habuit obsequentem; et viginti, quos præfixerat, diebus circumactis, haud ægre, suis nixa pedibus, incessit.

Tertiariam mutam in nomine Antonii loqui jubet, et ægram sanat.

43 Circumferebat nonnemo brachium, hiante vulnere male affectum. At ubi Bernardus super illud saliva Crucis signum expressit, eumque ad S. Antonium abire jussit; mox ille brachium, vulnere quamprimum coalescente, ex toto sanum obstupuit. Alius menses omnino decem laborabat perfrequenti et tantum non perpetua spirituum defectione, quæ et loquendi facultatem ademerat, et deliquiis animi non raris obnoxium fecerat. Hic cum Bernardi preces flagitasset; rogat Pater, num medicorum expertus esset artem. Cui ille : enimvero se pharmacis medicisque usum, magnis quidem impensis, nullo tamen operæ pretio. Tum Bernardus; Quod, inquit, non potuerunt archiatri, Deus potest; simulque cor infirmi pollice signat; ad S. Antonium abire, suique Bernardi nomine, cordis capitisque salutem postulare jubet. Paruit ægrotus : et propere veterato geminoque malo remedium invenit. Femina quoque, ex atræ bilis abundantia, prope delirium aberat : suasit huic Bernardus ad S. Antonium se conferret. Illa, nihil cunctata, Sanctum adiit; et illico, discussis in capite melancholiæ nebulis, sana recessit.

item brachium vulneratum, frequentia deliquia, gravem melancholiam,

44 Quid multa? Vix ullum est morborum genus, D quod hujus cœlestis medici ope suisque orationibus non fugaverit Bernardus. Claudos vel solo D. Antonii nomine, vel tactu modico recte gradi, et plantis æqualibus incedere fecit. Alios membris mutilatos vel cardiaco morbo oppressos, vel quintum jam mensem cæcitate plexos; alios denique seu querquera febri quassatos, seu atræ bilis intemperie ad amentiam prope redactos, diutinis hisce malis exemit. Quid? quod et flosculo, ad dextrum Sancti poplitem admoto, oculos jam a medicis deploratos restituit; febrim, dato ad manducandum quem S. Antonii appellabat fructu, propere abegit; acerbissimos dentium dolores, ejusdem Divi imagine, non malagmatis instar imposita, sed tantummodo dono data, e vestigio extinxit; pauperculæ pallium, malis artibus subtractum, fusis ad Sanctum precibus ita reddi fecit, ut in ipsa Patavini Tutelaris ara, quod Bernardus rogaverat, velut a Divo traditum, læta repererit: quæ omnia juratis testibus sunt legitime confirmata.

EX MS

aliosque omnis generis morbos :

45 Præ ceteris autem jucundum est, quod sequitur. Catanæ Superiorum jussu, adnitentibus S. Agathæ Sodalibus, secesserat in locum, una non amplius leuca ab urbe dissitum, ad Siculi maris littora imprimis amœnum, et solitam anguillarum E stationem; ut perpetuo studiorum et concionandi labore fatigatas, animi corporisque vires instauraret. Ibi, re divina ex more peracta, dum socii per omne littus sparsi piscibus capiendis dant operam; ipse precandi studio abreptus, consuetum Ecclesiæ pensum ex libro religiose persolvit : tandem vero ad suos reversus, quam felix fuerit piscatio, interrogat. Cui illi, pisces equidem extractos bene multos, anguillam tamen neque unicam. Itaque hamo qui primus occurrerat prehenso, inque pelagus abjecto; Age, inquit, beate mi Patavine, ex profundo maris sinu anguillam mihi porrige. Vix finierat, cum adhamatam extrahit, sed parvam. Risit ad hæc Bernardus; et, Quid hoc, o mi Sancte? ait : pisciculus est quem das, non piscis. Itane hæc sit tua munificentia, ac beatis manibus digna seu præda, seu donum? Restituo : et quia hic non sufficit omnibus, majorem ut largiaris demisse supplico : et cum dicto piscem hamumque in undas denuo projicit. Neque diutius factum. Quasi ad nutum haberet paratam Numinis Cœlitumque clementiam, extracta insolitæ magnitudinis anguilla socios exhilaravit : quam tamen, cum mensis illata esset, ipse, cœlestibus illectus deliciis, ut cetera terrena omnia, F fastidiose contempsit, nec attigit; lacrymisque ubertim fusis, jam veteri more, cibi admodum nihil per eum diem sumpsit, inter epulas jejunus.

piscantibus et anguillam optantibus, prægrandem unam capit invocato Sancto.

46 Palam est, Antonium Patavinum rebus seu furto seu casu perditis, domino restituendis, a Deo destinatum : sed et palam erat, P. Bernardum apud hunc Cœlitem imprimis esse gratiosum : unde familiare fuit plerisque hujus rei causa ad Bernardum, huic ad Antonium suum confugere, et votis damnari. Jam quadraginta dies effluxerant, ex quo nonnemo mulam, nescio quo casu perditam, frustra quæsiit, nonnisi miraculo reperiendam : Bernardum tamen adiit, ut ejus impetraret precibus, quod fieri posse per Superos credebat : neque spe sua falsus est. Tenebat forte caryophillum manibus : itaque sic homini in mandatis dedit; iret, suoque nomine hunc florem S. Antonio in sacrata ipsi æde porrigeret; certus, beatum Juvenem, qui in deliciis habebat flosculos, oblatas cum flore preces pronis auribus excepturum. Is quidem imperata fecit; sed irrito eventu : ideoque rursum, elapsis aliquot diebus, Patri se stitit, amice questus, preces incassum cecidisse. Tandem cum Pater eadem jussisset, atque ille

Rogatus Sanctum orare pro amissis, facit ut mula, diu quæsita reducatur.

A ille dicto audiens Antonii opem denuo supplex implorasset; ecce tibi, sub auroram sequentis diei, pulsant fores duo familiæ Franciscanæ filii; et alter quidem, mulæ diu quæsitæ insidens, nutu significat, descendat herus, suumque accipiat jumentum. At vix ille descenderat, cum isti ex oculis abiere, tanti beneficii memoria et admiratione in pii clientis animo relicta.

EX VAPIIS

47 Lugebat etiam alius aliquis, rem, in paucis pretiosam sibi, periisse. Cum ergo consilii capiendi causa ad Bernardum se contulisset; is, ut erat Divo perquam familiaris, filio ejusdem hominis imperavit, ut Sanctum Patavinum adiret, et ex se pie salutatum summis obsecraret precibus, haud gravate diceret suppliciter roganti, ubi locorum, quod patri perierat, reperire detur; si secus fecerit, lampadem illius bene multis diebus oleo carituram. Paruit diligenter juvenis, candidus et rectus, consilio in speciem irreligioso vel temerario; atque adeo vix ingressus ædem ut imperata faceret, viro religioso præstantis formæ et qui modestia vultus qua flore ætatis conspicuo, quem forte obviam habebat, sine ambagibus exposuit, quid alter jussisset.

et puero locum rei amissæ indicat,

B Cum ille subridens Syriaco idiomate respondit, qui et quo in loco rem deperditam recuperare queat. Hic juvenis rei novitate attonitus, primum hæsit; dein loco, sibi Syriace indicato, rem perditam quæsivit, reperit; diuque anceps animi pependit, quid potius miraretur; an se, peregrinæ quam numquam addidicerat linguæ peritum, an rem geminato prodigio inventam? Certe homo, ut erat rudis crassæque memoriæ, Syriaca quæ a Divo acceperat verba, P. Bernardino Riccino, linguarum peritia et vitæ sanctimonia claro, retulit, atque ea ex Syro idiomate deprompta fuisse didicit.

idque Syriaca, quam is ignorabat, lingua.

48 Catanæ mulionem, perdito mulo mire anxium, ut solaretur; Abi, inquit, ad S. Antonii aram, eique duos cereos deferendos accende, ut in Divi honorem ardeant donec absumantur, simulque ita Sancto ex me denuntia; Tuus Bernardus vult, ut non prius hæc dies effluat, quam mulum mihi reducas. Paruit optima fide mulio, et suæ fiduciæ præmium tulit. Sub ipsum Salutationis Angelicæ signum, audit fores pulsantem; apertaque fenestra, mulum a Franciscano adductum, præ lætitia vix sui compos, admittit, de eo qui adduxerat, nihil sollicitus. Ubi tamen ex repentino gaudio se collegit, ad cœnobium S. Francisci advolavit, gratias acturus. At nemo fuit qui vel de Monacho vel de mulo, de quo mulio multa C sciscitabatur, quidquam rescisset; præsertim id temporis, secunda jam noctis hora. Inde ergo mox ad Collegium se contulit, Patremque Bernardum gestiens evocavit; qui nihil miratus, hominem edocuit, S. Antonii beneficio receptum mulum; qui officio fidelis amici functus, eum in tempore reduxisset.

item ut reduci faciat mulum amissum:

49 Rustico, qui multis diebus equum frustra quæsitum deplorabat, prædixit fore ut per S. Antonium reciperet. Elapsis inde diebus non multis, audit agricola post domus januam qui monebat: Eia age, recipe tuum, vir bone, equum. Itaque pandit ostium, et equum tertia noctis hora ad ædes deductum, fræno sellaque ornatum, lætus aspexit. Ad hunc fere modum alteri rusticano homini, simile auxilium roganti, denuntiavit; Non quidem mulam, quam perdideras, invenies; scito tamen ejus pretium omnino tibi restituendum; annulum vero perditum, a te brevi reperiendum. Neque secus factum. Mox insequenti die adfuit, qui pro mula quinquaginta scrutatos numeraret; alius denique, a quo annulum opinione citius recepit.

alteri equum,

alteri reddit pretium rerum amissarum.

50 Eo usque tandem Bernardi nostri in exploratam Antonii Patavini potentiam pietatemque fiducia crevit, ut, si surdis auribus suas præteritas D fuisse preces crederet, etiam amice conqueri, et dulci prius osculo sacræ imagini ejusdem de genibus impresso, molliter subirasci, et quandoque blandas intentare minas auderet. Ubi demum voti damnatus obtinuit quod vi amica extorserat, omnibus incedere lætitiis, Sancto suo corollas ex floribus texere, laudes metricis inclusas numeris decantare, iconem amplexari, basiis demulcere, modisque omnibus sibi Patronum demereri plurimum gestiebat. Et videbatur Divus pio Patris candore non mediocriter delectari.

Sancti mire familiaris,

51 Usu forte venit, ut Bernardus beneficium pro muliere a Sancto postularet, et, licet ignorans, brevi impetraret. Equus erat perditus, sed a marito necdum conscia uxore repertus. Itaque arbitratus Pater suas preces non habuisse pondus; puerum ex iis quos Clericos vocamus unum, post S. Francisci Paulani Religiosum, ad Divi ædem ablegat; et, dato in manus lapillo; Abi, inquit, ad S. Antonium; eique dic in hunc modum: Pater Bernardus, o Beate, ait, cor tibi esse hoc saxo durius, quod beneficium tantopere desideratum non concesseris: E probatio amoris, exhibitio est operis: ad quid tam prolixa mora, ubi celeratam necessitas opem flagitat? Dum ergo parvulus mandata peragit, impositoque aræ lapillo, ut fuerat imperatum, tantisper ad obvium exomologeterium se recipit; videt ex summa ara prodire Franciscanæ familiæ alumnum, graviter blandeque arridentem; qui, Ecce tuum tibi lapidem, aiebat: redi ad Patrem, eique ex me nuntia; imo vero, ipsum in præcordiis saxum circumferre, qui toties experientia doctus, nondum sibi persuaserit, gratiam dudum esse concessam. Quod ubi Bernardus accepit, supplex a Cœlite veniam rogavit, suamque incusavit fiduciæ tarditatem. Romæ quoque, cum Sanctus tardior esset ad audiendas Bernardi preces, diu multumque patienter tulit beneficii procrastinationem; tandem vero tria in papyro exaravit verba, supplicis libelli vicem obitura. Cunctatum satis est. Chartulam sic in mensa relictam mane reperit, metro lepide absolutam, velut quodam exoptabili epiphonemate, Vicit patientia, vicit.

pro equo perdito non audiri se ratus,

cum illo velut irato expostulat,

et moram increpat.

§. VI. Ex impressis Italicis Bernardini Genovesii et Thomæ Vandini.


Præter hactenus citatos scriptores ad manus meas duo alii venerunt (nam omnes enumerare, quod conatus est facere Arturus a monasterio, minus necessarium puto) duo, inquam ad manus meas venerunt, iique Italici. Primus initio seculi præsentis argumentum istud assumpsit, et anno MDCXVI *impressum Romæ nuncupavit Joanni Baptistæ Victorio, Pauli Papæ V nepoti,* Bernardinus Genovesius Drepanitanus, tertii Ordinis S. Francisci professor. *Alter* Thomas Vandini, Bononiensis, ex *Ordine Minorum Conventualium; cujus lucubrationem, Romæ excusam nescio quo anno, recusam habemus Maceratæ in Piceno, sub nota anni* MDCXLVII. *Utramque autem placet excerpere et Latina facere illustriora aliqua, hactenus non commemorata.* F

Ex editis an. 1616,

et 1647,

53 Castagneti, Vicentinæ ditionis oppido, vir quidam præcipuæ nobilitatis ex Puteorum familia, nomine Joannes, turrim quamdam habebat. Ad hanc cum venissent necromantici nonnulli, et grandem ibi absconditum thesaurum arte magica detexissent abiissentque; famulus quidam istius Nobilis eamdem ingressus domum, vidit in ea multa animalia, volatilia atque terrestria, terribilis formæ; et inter ea equos tres enormis magnitudinis atque cornulos et, ignem toto corpore spirantes; in iisque sessores terribilis

spectris diabolicis perculsus juvenis,



Henricus Cause sculp.

CAPELLA S. ANTONII PADUÆ

A terribilis plane speciei totidem et gigantææ, vultibus ad equorum clunes versis, qui baculos manibus præferebant. Attonitus ad ista juvenis fugere inde voluit, seque Cruce signare; sed neutrum facere potuit: quapropter Deiparæ Virgini et B. Antonio, quod voce nequibat, corde se commendavit: sed continuo pessime habitus cæcum ac mutum sese sensit. Exinde fluxerunt ei dies aliquot, post quos in visu ipsi apparuit S. Antonius cum Cruce in manu perquam splendida, dixitque; Eia, fili, confide in Dei bonitate. Expergefactus homo, signis quibus poterat rogavit domesticos, ut se Patavium deportarent ad S. Antonium: in cujus ædem mox atque illatus est, visum et loquelam recepit, atque domum rediit, Deo et Sancto gratias agens. *Idem refert Vandinus, et notat annum* MCCLXXVIII, *quo res acciderit.*

et inde mutus ac cæcus, curatur:

54 Ferrariæ mulier quædam adeo dire torquebatur a dæmonio, ut civitatem totam terrore compleret: quemcumque enim apprehendere poterat, manibus, pedibus, dentibus pessime mulctabat, injuriis maledictisque omnes excipiens, et iis calumnias gravissimas miscens, ac modis prorsus infandis fœ- B disque corpus suum jactans: quin et domum inflammare moliebatur. Habebat illa patruos duos, qui mortuo fratre neptem ad se receperant, curam ejus acturi: istis autem intemperiis in tædium adducti, cum aliud remedium nullum invenirent, canis instar forti catena constrictam retruserunt in aliquem domus angulum, ut ne cuiquam nocere posset. Mater vero, filiæ vices dolens, ad cœlestem medicum se convertit; et in auxilium vocare cœpit Deiparam Virginem, et quotquot in mentem veniebant Sanctos, ac specialiter B. Antonium: atque exhinc, velut certa opis obtinendæ, perseverabat insistens orationibus, jejuniis, et eleemosynis; quousque apparens ei Sanctus; Surge, inquit, mulier: sanata est enim filia tua. Ivit ergo magna cum fide istuc ubi filia detinebatur, et reperit qualem sperabat: procumbensque in genua, Domino et Sancto ejus, pro beneficio tam prompto, egit gratias: neque his contenta, magnis illud vocibus prædicare cœpit, adeo ut non solum familiam omnem admiratio et lætitia sed totam mox civitatem impleverit, quæ turmatim concurrit ad domum illam, ipsis oculis usurpatura tam grande miraculum. Ipsa porro mater, una cum consanguineis et affinibus, adduxit Patavium puellam jam sanam: et inter alias oblationes ibi factas, catenam qua filia constricta fuerat, in æternam rei memoriam sacello C appendit.

Mulier rabida et energumena

ad matris preces sano sensui redditur.

55 Paucis post hæc diebus, quædam dicta Sophia, ex Marchia Tarvisina, uxor Joannis de Castelfranco, annos jam decem energumena, Patavium adducta fuit a marito, devote sperante, quod in die ipsius Sancti festo liberanda esset uxor sua ab importuno hospite. Et vero talis visa illi mox est quia quiete ingressa ecclesiam processerat ad arcam deosculandam; quapropter apparare reditum cœpit. Vix in viam se dederant, cum rugire mulier, vultumque ut antea torquere horrendum: quare tam vir ejus quam consanguinei, agnita mali gravitate, continuo redierunt unde venerant. Verum reluctabatur illa totis nisibus ne in ecclesiam pertraheretur: nec potius consilium repertum est, quam ut funibus fortiter adstrictam sedili, illuc inferrent, frustra quiritantem renitentemque. Cum autem sic eam ad limen usque ecclesiæ pertulissent, fracto sedili et funibus omnibus ruptis, cœpit illa fædum in modum torquere faciem, et hiatu immani os diducere, totoque gutture inflari horrendum. Hinc multus labor et sudor fuit eam ligatam denuo retinentibus multis, nec nisi per summam molestiam et fatigationem eorumdem protracta eo fuit, ut se- D pulcrum Sancti capite manibusque contingeret: quo facto resedit furor, rediitque ori et corpori forma solita, simul cum sana mente: qua illa mox provoluta in genua; O sancte Antoni, inquit, sancte Antoni, misericordia. Tum actis Deo et illi gratiis, exultans rediit cum suo comitatu; et sedem, sic ut erat, diffractam dimisit, in memoriam tanti miraculi. *Atque hæc sufficiant ex Genovesio proposuisse: plura suggerit Vandinus, ex quo sequentia pauca seligimus.*

item alia marito adducta,

ad contactum sepulcri.

EX VARIIS.

56 Romæ accidit, ut cujusdam civis mancipium fugam caperet: quod cum ille diu frustra requisivisset, ad Conventum Aræ-cœli se contulit ac Fratres rogavit ut suum ejus recuperandi desiderium Deo Sanctoque commendarent. Paucos post dies rediens servus, dominum in ipsa domus porta obvium habuit; ab eoque interrogatus, unde et quomodo reverteretur; respondit; in Lombardiam usque perlatum se, occurrisse cuidam Fratri, comminanti, quod nisi reverteretur ad dominum suum ipsum ibi occisurus erat; sin autem, eum se non dimissurum, donec salvum reduxisset. Credidit patronus ejus indubitanter, reditus auctorem fuisse S. Antonium Patavinum: hoc tamen ut cognosceret certius, E quæsivit ex famulo, num Fratrem illum si videret esset agniturus. Eo autem asseverante, quod optime; duxit hominem ad ecclesiam Aræ-cœli: ubi mox ut ingressi sacellum sunt, visa Sancti imagine, ultro dixit fugitivus, Eccum effigiem ejus qui redire me coegit: quod mirati Guardianus et Fratres, rei memoriam scripto mandarunt. Setobrigæ in Portugallia, piscatori cuidam Sancti devoto, soluta noctu fuit cymbula sua, et in mare impetu aquarum protracta: quam ille mane requirens nec inveniens, nesciensque ubi requireret, Patrono suo commendavit. Biduo post ejusdem loci incola quidam, Conimbricam proficiscens, et ex itinere divertens ad oppidum quoddam maritimum, tribus leucis Setobriga dissitum; audivit juvenes aliquot mutuo colloquentes, palamque narrantes quomodo pridie visa istic fuisset cymbula, adverso vento ac mari tempestuoso secundum illud littus provehi, in qua solus unus videbatur Frater Minor, idemque ipsam gubernans: simul et locum indicabant, ubi eam viderant: quo venientes repererunt in arenam projectam, et mari redditam reduxere Setobrigam.

Mancipium fugitivum reducitur,

ab apparente sibi Sancto

item cymba a fluctu abrepta.

57 In conventu Perpinianensi S. Francisci narrantur miracula sequentia duo, præ aliis ibi celebria. Oppidum regebat vir litteratus atque devotus Sancto, qui nescio de quo crimine accusatus falso apud F Regem Arragoniæ, jussus fuit capite plecti. Hic innocentiam suam multis cum precibus commendavit Antonio; et cum jam duceretur ad locum supplicii, apparuit in aere S. Antonius, manuque sublatum eripuit ministris justitiæ, et in quamdam suam capellam deduxit. Res toti conspecta populo, et per expeditum nuntium Regi delata, facile ei persuasit ministri sui fidelis innocentiam, ut eum continuo ab infamia liberaret. Ipsum autem miraculum in eadem capella pictum cernitur, sub nota anni MCCCCXXIX, et Annalibus civitatis inscriptum legitur. Eadem in capella etiam sequens casus evenit. Valentini cujusdam nobilis servus fugerat, et versus Franciam arripuerat iter, certus se ibi, quia Christianus erat, liberum fore. Sequebatur interim fugitivum suum dominus, et quocumque transiebat loco curabat Missam unam dici in honorem S. Antonii, iter suum illi commendans: ut autem Perpinianum venit, quæ est Hispanicarum Aragoniæ civitatum versus Franciam ultima, et eumdem ad finem in ecclesiam S. Francisci, capellamque S. Antonii esset ingressus; mancipium suum istic reperit; fas-

Innocens supplicio capitali subtrahitur;

fugitivus servus Perpiniani sistitur:

Ex variis.

A sum, biduo se toto istic vi detentum ab illo Fratre, et Sancti imaginem altari superpositam indigetabat: qua de re rogatum mox publicum instrumentum, ibidem servatur.

58 Anno MDCXVII die XXIV Maji, fortuitus ignis corripuit magnam copiam nitrati pulveris, intra turriculam adhærentem publico ædificio quod Mallium nuncupatur, in hortis Fatuorum. Ingens fuit non solum illius, sed etiam vicinorum ædium strages, sub qua non pauciores quam quinquaginta personæ vitam amisere, læsi longe plures sunt. Inter ceteros quos ruina illa vel oppressit vel involvit, requirebatur Franciscus Antonius, Bernardini Fursani et Petrinæ de Monte-silice filius, trium annorum puerulus, infra congeriem lapidum altam supra sex ulnas delitescens horis circiter duabus; unde sublatum, et obiisse creditum, detulit pater suus, ad gradus altaris ejus supra quod Sancti corpus requiescit: et mediante fide ac precibus patris, vivus relatus domum est. Idem contigit sub iisdem ruinis deprehensæ Mariettæ, trienni filiæ D. Annæ Taliapetra, creditæ similiter ab omnibus mortuæ. Utrumque autem constat ex Processu, Patavii formato coram Perillustri ac Reverendiss. D. Paulo Gualdi, B Nobilis Vicentini, Archipresbyteri et Vicarii Generalis ecclesiæ Cathedralis; D. Aloysio Ponte, Primicerio Patavino; adm. R. P. M. Paulo Sansoni, Inquisitore Patavii; et Excellentiss. D. Joanne Gasparo Zumella, Advocato Fiscali, sub die ultimo Maji prædicti.

Patavii sub ædium ruina salvi inventi puer et puella triennes.

59 In Catalauniæ civitate Gerondensi, puella erat decennis vel duodennis, pauperculæ matris pauperior filia, quia manibus ac pedibus capta, non modo nihil operis facere per se poterat, sed neque cibum ori ingerere. Quodam ergo die aliis occupata mater, cum impastam reliquisset misellam suam usque in vesperum, et hæc de sui oblivione quereretur; Utinam, inquit mater fastidii plena, placeret Deo hinc cito te tollere in paradisum suum, neque ultra debeam tibi serviendo laborare, cui nulla hactenus remedia prosunt. Afflixit ea matris vox puellam supra modum, ita ut nec ipso quidem vespere refici vellet; mansitque totam noctem incœnata, quoad usque in ecclesia S. Francisci daretur signum ad Matutinas. Tunc autem, recordata ingentium miraculorum S. Francisci, intra se dixit: Si vera sunt, o S. Francisce, quæ narrantur de te, experiar etiam ego potentiam tuam, in hac tam gravi mea infir- C mitate; et me matremque meam libera tam grandi fastidio. Ecce autem apparuerunt ei S. Franciscus, et S. Antonius, quorum hic pedes, iste manus jacentis apprehendit, sublatamque humi posuerunt, et sanam dimiserunt. Recedentibus illis interrogavit Franciscum puella; Domine, quis es tu, qui mihi ac matri meæ fecisti gratiam tam singularem? Respondens autem, eum se esse quem tam devote invocaverat, surgere jam sanam jussit et disparuit. Illa vero mirabunda simul et exultabunda, inclamavit matrem, cum vicinis quibusdam suis ante fores loquentem: quæ ut adeo claram filiæ vocem audivit, illico cum sodalibus accurrens ad eam, mirata est sanam ex integro videre; et modum requirens, narrari fecit, quomodo S. Franciscum invocarit, et apparentes sibi Fratres duo eam sanarint. Episcopus loci, re intellecta examinataque, jussit puellam multo cum comitatu deduci ad ecclesiam S. Francisci, ubi illa videns hujus imaginem; Iste est, inquit, qui me liberavit a periculo mortis, et sanam reddidit.

Alia decennis, manibus ac pedibus capta, apparentibus SS. Francisco et Antonio, subito solidatur.

60 Porro quam nulli misero vanum sit auxilium S. Antonii invocare, haud alia certior testis esse potest quam civitas Patavina, miraculorum ejus prope innumerorum conscia. Sed et Florentina civitas, nihilo minus eidem obligata quam devota, D paucis abhinc annis suum istum affectum vehementer auxit, propter plurimos pestilentiæ tempore præsentis mortis periculo ereptos a S. Antonio, ad cujus proinde capellam in ecclesia Conventualium sanctæ Crucis, quotidie afferuntur anathemata omnis generis, Missæque procurandæ petuntur. Cur autem reticeo Spoletinam civitatem, ubi canonizatus Antonius fuit? et ubi festum ejus, eodem quo, solennissimum quodque ritu, celebratur? Neapolis vero Patronum eumdem Sanctum elegit, fabricata ejusdem argentea statua, et in sacello Protectorum suorum collocata, propter eximia quæ ibi est operatus miracula, quæque cito ut spero canonice approbata prodibunt in lucem.

Pestilentia Florentiæ sedatur.

61 Tantum autem ibi crevit populi erga Sanctum devotio, ut anno MDCXXXIII, in ecclesia Conventualium S. Laurentio nuncupata, sub illius invocatione instituta sit Confraternitas, in numero plusquam trium millium, adscriptos habens complures principes ac nobiles utriusque sexus; quæ solennissime maximoque cum apparatu hoc publicum habuit initium, Dominica secunda Septembris coram Eminentiss. Cardinali Archiepiscopo, Vicerege atque Nobi- E litate universa, concursum populi alliciente magnitudine Indulgentiarum eum in finem Roma impetratarum. Dabitur etiam mox initium novæ in eadem ecclesia capellæ, ad quinquaginta millia scutorum, ut aiunt, constitutæ. Gaudebunt autem Confratres et Consorores participatione omnium bonorum operum, sacrificiorum atque orationum Ordinis nostri: et si inter ipsos inveniantur pauperes infirmi, providebitur eis de medicis ac medicinis, nec non in casu mortis de expensis funebribus, atque insuper de subsidio quinquaginta Missarum pro quolibet sic moriente. *Hæc Vuadinius.*

Neapoli Patronus eligitur Sanctus, et fraternitas ejus instituitur an. 1633.

§. VII. Miracula recentiora ab anno 1666 Italice collecta et impressa 1687.

Novissimus inter Italos, qui mihi innotuit atque ad nostras manus pervenit, Anonymus Conventualis est, cujus latere volentis laborem, sub auspiciis clarissimæ Veneticarum tunc in Peloponneso recuperata copiarum, postea etiam Reipublicæ totius Serenissimi Ducis Francisci Morosini, anno MDCLXXXVII, *in lucem emisit Fr. Joseph Pasqueti, Minister Provincialis et Commissarius Generalis eorumdem Conventualium in Provincia Æmiliæ, ab ipsomet Sancto cognominari solita.* F *Auctor (quem nunc intelligo ipsummet P. Josephum esse) in prima ad Lectorem monitione, enumeratis sex Italis, pie et erudite in eodem argumento memoriæ recentiori relatis;* Ceteros, *inquit,* ex omni natione complures distincte allegat P. Sanctius Berdegati, ex Ordine Minorum Observantium: sed nemo fuit qui (*omissa Vita*) *solis* miraculis colligendis hoc seculo se impenderet, ante Equitem Pona Veronensem. Hic pio isti operi nec minus fructuoso initium dedit; *sed non progressus ultra miracula quæ vivus patrarat Sanctus eaque pauca, siquidem sermo est de libello quem sub titulo* Sancti Patavini *imprimi fecit anno* MDCLI.

Collector miraculorum anonymus allegat alios usque ad an. 1666:

63 Sequacem Pona habuit ipsius Ordinis Religiosum scriptorem usque ad annum MDCLXVI: et huic ex mandato Dominorum Præsidum venerabilis arcæ succedens ego, ipsa ad præsentem usque annum MDCLXXXVI deduco; nonnulla excerpens ex facunda diffusaque paraphrasi, P. Maggi Conventualis Mediolanensis super Responsorio ipsius Sancti; alia habui a P. Clemente Bellabona, similiter Conventuali, adnitente P. M. Josepho Bondola Neapolitano, Theologiæ Rectore in Academia et Collegio Patavino, cetera ex impressis foliis volantibus

exponitque unde acceperit sua

A tibus, Venetiis, Neapoli, Verona, et aliunde submissis, nec non ex annotatis a P. Felice Caprioli, Curatore Missarum in ecclesia prædicta dicendarum; qui tamen profitetur vix minimam partem gratiarum, quotidie a Sancto promanantium, et votivis anathematis Missisque ac tabellis pictis utcumque agnitarum, potuisse se excipere scripto; eo quod plurimi sese subtrahant cognitioni Custodis sacræ arcæ, vel inter divina Officia accedentes voto persoluto taciti recedunt. Quam infinitus tamen beneficiorum sit numerus, a piis fidelibus receptorum, poterit vel ex hac brevi annorum viginti ecloga intelligi, in qua stylum sectatus clarum et simplicem, quanta potui sinceritate ac brevitate usus sum; non observato semper ordine temporum: eademque ratione intendo progredi, si Deus vitam dederit, ad majorem ejus ipsiusque Sancti gloriam. *Hæc aliaque prælocutus Auctor, ad materiam susceptam progreditur: ego neglectum ab eo temporis ordinem malui interpretando inducere.*

Innocens a zelotypo viro servatur,

64 Anno MDCLXVI mense Novembri, Viterbii maritus zelotypus, et ex levissimæ suspicionis umbra uxorem apud se habens infidelitatis damnatam, redeuntem a Missa domi expectabat, stricto in necem B innocentis gladio. Illa simul ictum transfixuri se ferri pectore excepit, simul S. Antonium invocavit, et ipsum velut æneæ loricæ impactum sese curavit in arcum, itaque obriguit. Hoc miraculo vir motus et divinitus illustratus, veniam ab uxore flexis genibus petiit sceleris, contra innocentem tentati; gladium autem, eodem in statu permanentem, ad Sancti altare appendit venerabundus, ubi ab omnibus conspicitur, perennis prodigii tanti testis. Ibidem eodemque anno, sed mense Decembri, puella quædam Sancto devota, liberata a gravi qua tenebatur infirmitate, grisei coloris vestem ex voto induit: mox tamen ut constare sibi valetudinem sensit, illo abjecto, prioris luxus et usus assueti habitum resumpsit: sed nocte sequenti rediit illi febris, et ipsa alia ex causa aperiens arcam, cui depositas sero tunicas incluserat, totas in cineres redactas invenit; et culpam agnoscens, eam a Sancto sibi ignosci petiit, cinereamque resumpsit, et bene deinceps valuit.

curvato in arcum gladio:

puella neglecto voto in morbum recidit,

Patavina energumena ad arcam liberatur,

65 Anno MDCLXVIII mense Novembri, Patavini mercatoris ejusdemque opulenti uxor, a dæmone invasa, annum jam quartum torquebatur ab illo C crudeli possessore. Frustra fuerant adhibiti super ea a Presbyteris exorcismi quanticumque: sed ubi ad ecclesiam indeque ad altare S. Antonii adducta est, primum quidem in terram se prostravit, horrendum ululans et omnes præsentes terrefaciens, deinde erecta per se versus arcam venerabunda progreditur, cancellos recludit, sub ipsam se ponit, ibique quieta manet, donec absolvatur quod pro ipsa fiebat Sacrum: inde autem læto plane vultu reversa, quæsivit ex circumstantibus, ubinam esset ille Fraterculus, a quo fuerat ad arcam deducta. Eum vero licet vidisset nullus, nemo tamen non exclamavit, O Sancte Antoni, tuum hoc miraculum est. Bononiæ anno MDCLXIX mense Majo, nobilis matrona Francisca Conti, biennium a spiritu infernali possessa, et frustra plures Exorcistas experta, votum vovit Sancto thaumaturgo; Cumque eum sæpius invocasset, nocte diei XXVIII mensis prædicti, in somnis apparuit Sanctus; et crinibus apprehensæ ori visus est imponere imaginem Deiparæ, atque proferre quædam verba, non satis ipsi intellecta: ad quæ egressi serpentes varii, suo aspectu perterritam reliquerunt; unde experrecta illa, seque liberatam sentiens, nudis pedibus venit cum marito Patavium, suo se voto exolutura, et gratiam receptam declaratura.

item alia Bononien.

ex variis. curatur crus pueri gangrena excesum,

66 Burani, Venetæ civitatis propinquo oppido, D eodem anno mense Novembri, Hieronymus filius Joannis Amadei et Sanctæ conjugis ejus, puer tredennis, cum aliquandiu tulisset crus dexterum erisipelate adesum, morbus in gangrænam transiit, quæ totum crus sic erosit, ut plura ipsius ossis frustula per plagam egererentur: quapropter visum est, illud omnino abscindendum. Hoc cum infirmus intellexit, arrepta sancti sui Patroni imagine, deosculari eam cœpit; magnaque cum fiducia vovere, quod si absque chirurgi opera convalesceret, tota vita gestaturus habitum cinereum esset. Vix eo se obstrinxerat, cum redire sibi pristinum vigorem sentit, crus inspicit, integrum invenit, surgit de lecto, inambulat per cubiculum, ac denique Patavium venit crus cereum oblaturus, et quod voverat adimplere perrexit. Eodem anno ac mense ex Mestra Venetias navigabant Religiosi nonnulli civesque Tarvisini; cum vicinos insulæ S. Secundi vehemens tempestas comprehendit; et navicularii manibus remum excussit. Jactabatur ventis et undis cymbula, nec aliud quam mortem operiebantur omnes. Verum invocato Sancti auxilio, in momento trajecta fuit cymba in regium urbis Venetæ canalem, ubi miraculum publicarunt, appenso ad altare Sancti quod promiserant anathemate. E

ideoque abscindendum:

naufragium passuri servantur:

homicidii reus, et ad furcam damnatus,

67 Ravacini, quod Dominorum Marchionum Rangonensium Mutinæ feudum est, eodem anno ac mense, Stephanus Baronocini [Imolensis] præsens adfuit homicidio per dominum suum patrato; et [hoc elapso] comprehensus ipse; [et crimen inter tormenta confessus], fuit damnatus morti [Ravicini subeundæ]. Languebat ergo in obscurissimo carcere: sed Sancti opem ferventer implorans, [vovit quamdiu viveret, Vigilam Sancti omnemque tertiam feriam jejunio colere, et cinereo in habitu adire sepulcrum, idque mendicato per iter victu: deinde] per visionem sibi dici audivit; Perge porro, Stephane, commendare te mihi: nec enim moriere. Tam læto nuntio animatus, capitalem sententiam securus excepit, dixitque Confessario suo, se mortem non formidare, propter Sancti promissa. Hinc eductus in locum, ubi cibari solent extremo supplicio afficiendi, ipsa Antonii sancti Vigilia, Ecclesiæ quidem Sacramenta religiose excepit, sed cibi potusque nihil admittere voluit, solitus eam diem jejunus agere. Ipso deinde festo traditus carnifici, et progrediens ad destinatum supplicio locum osculabatur sui Advocati imaginem, [a loci guberna- F tore D. Mandeno sibi porrectam]; fidenterque dicebat non moriturum se: quod etiam replicabat, collum [duplici] laqueo [tenui uno, crassiore altero,] inferente lictore. Nec eum fiducia sua fefellit: cum enim dejiciendus e scalis esset, auditus in aere crepitus quidam est, dissilientium funium, [soli carnifici non observatus: itaque dejectus] est, [pronus quidem in faciem, sed nulla parte læsus, solumque livore levi sub oculum sinistrum notatus. Ergo reus, in terram collapsus, erectus in pedes, clamare cœpit, et alios conclamare fecit, Vivat S. Antonius. Movit ea res Religiosos nostros Mutinenses, ut rigidum examen desuper instituendum curarent: quo facto, cum approbatum ab Archiepiscopo miraculum esset, appendit ad Sancti altare Stephanus laqueum quo fuerat strangulandus, et in Ordinem ejus sub laicali professione admitti petiit atque impetravit. *Idem miraculum, cum circumstantiis quas uncis [ ] inclusi, narrat Rusconius pag* 107, *ex eoque Flandricæ Epitomes auctor, duorum infra producendorum prior, anno* 1676 *editus, et addens, Stephanum tunc adhuc vivere.*

sed devotus Antonio, liberatur a morte.

68 In Dalmatia, mense Novembri anni MDCLX, cum Cretense bellum inter Venetos Turcasque ferveret,

A veret, Albanensis quidam miles, qui in Turcicam venerat servitutem, multisque annis toleraverat crudelem barbarorum insolentiam, recurrit toto corde ad S. Antonii opem implorandam, cumque mox sibi conspicuum habuit : qui ruptis ejus catenis fugam imperavit. Mandatum executus ille, sine mora Patavium venit ; et in receptæ gratiæ testimonium, ferrum ut erat fractum appendit. Eodem mense, sed anno MDCLXXIV, Florentiæ contigit, ut Franciscus Maria Ricci, lanionis cujusdam filius, visum amitteret, adhuc intra infantiles annos constitutus, oculis sic intumescentibus, ut aureorum pomorum magnitudinem æquarent. Humanis remediis desperatis ad cœlestia parentes recurrerant ; et Religiosus quidam puerulo applicuit reliquiam Sancti, frustulum scilicet ex chorda ejus decerptum, et oleo lampadis partes læsas inungens. Ecce autem nocte sequenti auditus est parvulus exclamare ; Adest S. Antonius, adest S. Antonius. Accurrunt expergefacti genitores, et filiolum omni sublato tumore visui pristino restitutum inveniunt. Eodem tempore Franciscæ, filiæ Petri Brendani et Elisabethæ Barghi Bauormensium, nihil profuerant curando brachio

EX VARIIS Captivus apud Turcas solvitur a catenis, tumentibus enormiter oculis visus et sanitas redditur, item huic brachio incurabili

B dextero remedia, per octodecim dies adhibita. Igitur Florentiam sese cum matre contulit, ibique in ecclesia sanctæ Crucis, coram exposita istic S. Antonii effigie, vovit, quod integro anno cinereis vestiretur, statimque Missam dicendam curaret. Vix autem votum nuncupaverat, et brachio, cujus omnem sensum amiserat, hunc redire cum viribus sensit : ipsumque movens in partem omnem, videbatur sibi a Sancto regi ; itaque persanata gratias reddidit.

69 Neapoli, anno ac mense prædictis, emptus mancipio homo Afer, Equiti cuidam famulabatur ; qui occasionem nactus grandis argenti furtum auferendi, una cum alio famulo fugam arripuit, conscensaque navi Siciliam petere cœpit. Littori illi jam vicinos occupavit tempestas : quæ fugæ socium excussit in mare, atque sub undis tumulavit. Idem sibi formidans Maurus, improviso sensit sese per crines ab Antonio prehensum, dicente, Restitue quod furatus es, alias morere. Hoc dicto reduxit eum Sanctus ad portum Neapolitanum, ubi aderat Dominus ejus : qui Missis nonnullis Sancto curatis, illic quærebat indicium aliquod fugitivi sui. Ergo prostratus in genua servus, veniam ab offenso domino petiit, ac facile impetravit, exposito quod acceperat, et impleto restituendi argenti mandato.

Fugitivum cum furto mancipium, reducitur domino :

C Idem, corpus simul animamque lucratus est, fidelium numero per baptismum aggregatus. Ibidem eodem tempore, matrona nobilis, fenestræ adstans, ex altissimo palatii sui podio cadentem vidit parvulum suum filium : et Antonium inclamans, conspexit stare erectum in pedes absque ulla læsione.

servatur lapsus ex alto puer,

70 Plane simile huic est, quod anno MDCLXXI mense Novembri acciderat Patavii puellæ cuidam, quæ ex sublimi lapsa præceps, supra solum vivo saxo stratum, unde contracta tota attollenda credebatur ; sana surrexit, acsi in molles plumas cecidisset. Sequenti vero anno, sex diebus ante festum Sancti, alia puella annorum septem, Romæ delapsa fuerat ex summis ædibus parentum suorum : casus autem allisi solo corporis adeo gravis fuit, læso vehementer capite, ut plusquam horam manserit sensus ac motus expers, ideoque pro mortua plangeretur, tanto acerbius quod erat genitoribus suis unica. Pater, ut erat devotissimus Sancto, genibus in terram positis, cœpit ejus Responsorium recitare ; et recordatus icunculæ, quam in libello precum repositam habebat, ipsam ori filiolæ applicavit : quæ mox, velut e profundo excitata letargo, surrexit in pedes : in parentum amplexus ruit ; et hi,

et puellæ duæ

perfusi subitæ lætitiæ lacrymis, dimidia ferme civi- D tate comitante, festinaverunt ad ecclesiam Apostolorum, quæ Conventualium in Urbe est ; ubi vota sua obtulerunt, et deinde scripto traditum miraculum est.

71 Anno eodem MDCLXXII, mense Novembri, rapta cuidam Venetiis fuerat nonnulla supellex argentea : et furti suspicio collata fuit in vicinum ædibus mercatorem, quasi apud eum illa servarentur reposita. Hic omnium ignarus in domum Nobilis vicini accersitur, cogebaturque reddere eorum, quæ nesciebat, rationem : neque profuit verbis ac jure jurando testari ignorantiam, quin efferatior Nobilis impacto in caput hominis sæpius scipione, ipsum ultimo ictu diffringeret ; deinde evaginato gladio, nihil motus lacrymis innocentis coram se genuflexi, ictum vibrabat ; cum hic exclamavit, S. Antoni, adjuva me ; ac subito sensit efferus ille invisibili manu tantum se retrahi totum, quantum opus fuit, ut in vanum caderet ictus illatus, non semel, sed tertio. Nihil tamen eo mitior factus alter, sed suam ipse increpitans ignaviam, famulis mandat ut mercatorem, duris funibus constrictum, recluderent in conclave aliquod, postea tradendum judici, facile (ut credebat) extorturo confessionem facinoris, nunquam ab eo patrati. Verum quis nesciat, non esse vires neque E humanum consilium contra Dominum ? Consternatus minis et exanimatus injuriis, viribus linquitur innocens, ipsoque in deliquio conspicere sibi videbatur Deiparam cum S. Antonio ; a quibus suaviter confortatus, et vinculis absolutus est : ipse vero Nobilis, ad saniorem reversus mentem, impactisque ei verberibus calumniæ pœnitens, humiliter rogatum hominem ut sibi indulgeret, dimisit liberum : qui statim ad sacram urnam Patavium venit, anathema votivum cum gratiarum actione appendens.

Furti immerito suspectus sæpius a morte, deinde et a vinculis per Sanctum absolutus

72 Cracoviæ, Polonici regni metropoli, anno et mense prædictis, carceri mancipatus fuit quidam Sancto devotus, velut homicidii reus, et propter quædam facinoris indicia duræ suppositus quæstioni : cui impar ille, potius quam multiplicatas mortes experiretur, brevem unam elegit, confessione non veri criminis semel incurrendam. Prolata igitur in eum sententia, totus fuit in disponendo feliciter exitu ad vitam meliorem, faciens multas eleemosynas distribui in pauperes, atque ad altare gloriosi Patavini complura Sacra curanda constituens. Cum ecce, ipsa quæ funestum diem præcedebat nocte, in carcere eidem apparuit Sanctus, cippoque et catenis diffractis aperuit ostia, et dixit : Vade cum hisce catenis ad judices, atque dicito, quod S. Antonius F Patavinus in hunc modum te mittat ad illos, ut retractent sententiam. Paruit homo, et fidem judicibus fecit innocentiæ suæ ; unde cum tota civitate Sancti gloriam celebrarunt, ad cujus ibidem altare appensæ cernuntur præfatæ catenæ cum manicis, quemadmodum inde testati sunt Conventuales istic Fratres. Eodem rursus anno et mense, Vicentinus civis, Franciscus Vilegus, negotiorum suorum causa progressus extra civitatem, incidit in grassatores quatuor, qui omni quam ferebat pecunia ipsisque vestibus eum spoliarunt. Hinc ille afflictissimus, per nomen S. Antonii obtestari eos cœpit, ut sua saltem vestimenta redderent ; illi vero etiam pecuniam restituerunt, audito venerabili nomine moti.

Falsum crimen fassus in tortura, solutis catenis se judici sistit et liberatur : item alius a grassatoribus

73 Eodem anno, sed mense Aprili, comparuit Patavii, ex regno Castellæ advectus Presbyter, affirmans, quod dira multorum annorum paralysi ad omnem membrorum usum inhabilis, multa denique cum fiducia sanctum invocaverit Thaumaturgum : cumque id pluries fecisset, illum sibi noctu apparuisse in somnis, atque dixisse ; Patavium vade : ibi exaudieris. Obedivit ille, atque ad arcam sacri corporis

Presbyter Hisp. paralyticus ;

A corporis delatus, primum Confessione expiavit animum, deinde sanctissimam Eucharistiam suscepit de manu Religiosi unius nostri P. M. Antonii Coxialis Patavini: postmodum, admirantibus cunctis cecidit protensus supra gradus altaris. Ibi is aliquamdiu immotus mansit, tum per seipsum surrexit in pedes, et ambulans per ecclesiam benedicebat Deo et Sancto ejus, pro tam evidenti in se facto miraculo. Supra quo cum Reverendissimus Inquisitor legitime procederet, deposuit Presbyter beneficium consecutus, quod recepto Sanctissimo viderit ab arca procedere quasi flammam ardentem, quæ ictum in facie sic prostraverit; sensisse autem se, ipso in lapsu, quod omnes artuum juncturæ dissolverentur a priori colligatione, seque in momento sanatum a diuturna illa et incurabili infirmitate.

Patavii ad arcam recipit usum membrorum.

74 Antonius Lopudius, anno MDCLXXIX mense Novembris, in territorio Bariensi inclusus cubiculo cujusdam palatii, fluvio profundo circumdati, cum timeret carceri injusto addici, Sanctum invocavit, atque de podio, palmos septemdecim alto, desiliit, absque ulla læsione: et inventa ad fluminis ripam cymbula, profundo illius alveo sese commisit. Cum autem rapiditati fluxus illius non posset resistere, in B ipsum se conjecit, manibus firmiter adhærens naviculæ. Ferebatur hæc quo impellebatur ab aquis, et ipse denuo S. Antonium invocavit, seque sensit ex aqua sublatum reponi in cymbam. Eodem momento venator quidam in ripa apparuit, qui animos misero addens, conabatur eum porrecto salicis ramo juvare. Verum eo apprehenso, dum fortiter naviculam ripæ appellere, ipsemet iterum in aquam devolvitur; et Sanctum tum inclamans, adeo prope ripam attigit, ut prædictus venator eripere eum inde potuerit: unde Neapolim appulsus, continuo ad ecclesiam Minorum se contulit, gratiasque benefactori suo egit.

Ex alto desiliens, ne carceri includatur,

per rapidum flumen salvus evadit.

§. VIII. Prosecutio similium gratiarum ab anno 1680, 1, 2 et 3, Neapoli impetratarum.

In ipsa Neapolitana urbe contigit mense Novembri anni MDCXXX, matrem quamdam, quæ bimulum filium brachiis ferebat, alterius cujusdam rei causa ipsum deponere in limine fenestræ bene altæ. Et dum alibi occupatur, seque ad parvulum convertit, C vidit ipsum de fenestra cadere: et clamans, S. Antoni, S. Antoni, prospexit de fenestra, unde vidit erectum in pedibus absque læsione ulla, similiter clamare, S. Antoni. Dum autem sic clamaret, illuc effuso equorum cursu protracta rheda, adeo recta in puerum ferebatur, ut necesse esset illum ungulis illorum conteri: sed puer manu signum equis fecit, qui momento substiterunt velut statuæ; cunctis, qui adstabant videbantque, mirantibus et laudem Dei servo dantibus.

Servatur puer ex alto lapsus et a rheda obterendus.

76 Ex Calabria Neapolim ferebatur navis, eodem anno ac mense, onusta serico: quam cum comprehendisset adeo gravis tempestas, ut nautæ resistendo impares, jamjam se fluctibus hauriendos crederent; eorum unus Patroni sui recordatus: Nihil aliud nobis superest, inquit, quam ut recurrentes ad S. Antonium, navim committamus ventorum arbitrio, et interim aliquam orationem dicamus in Sancti honorem. Hac finita viderunt ad puppim Religiosum Franciscanum, qui dixit; Nolite timere, sed navim cursui suo permittite; ego vobis adero, eoque dicto disparuit, et nautis animus rediit, atque tranquillitas mari. Ipsis vero, mox ut Neapolim appulerunt, prima cura fuit sospitatori Sancto gratias reddere. Ibidem eodem anno, post atrocissimos bidui cruciatus et ejulatus, parturiens mulier D geminos enixa erat, sed mortuos: quos cum vidisset, oculos manusque ad cœlum vertit; et, Unum, saltem, inquit, o S. Antoni, vivum mihi condona. Vespere autem cum adveniens Parochus, eorum sepulturam curaturus, consuetas pro talibus orationes recitasset, ambo cœperunt respirare, et etiamnum per Sancti merita sani robustique vivunt.

Invocato Sancto cessat tempestas.

gemelli in partu mortui suscitantur.

EX VARIIS

77 Anno prædicto et mense Novembri, die quodam Martis, barbitonsor quidam, in sua officina stabat cum parvulo inter brachia filio, quando ingressus illuc inimicus suus, eumdem pugione impacto vicies confodit; ipso tueri se non valente, dum dilecto filiolo cavet. Accurrit ad rumorem uxor, maritumque proprio volutantem sanguini: tum S. Antonii imploravit auxilium, ejusque Responsorio impresso a vicinis accepto, ipsum cum signo Crucis uni plagarum imposuit, et subito clausam mirata est. Inde ex ordine, ad ceteras simili modo curandas progressa fuit; donec omnibus sanatis in pedes vir, jam integer et sanus totus, surrexit, acsi nulla parte offensus fuisset; et ad gratias Sancto agendas abiit.

20 plagis confossus servatur

... subito curatis

78 Anno MDCLXXXI, Nobilis quidam Neapolitanus erat Joseph Cæsaris dictus, solitusque quotannis Conventui S. Laurentii dare vini doliolum. Hic ex fundis quos habebat, Gandi, Marani, et Patriæ: et in hujus ultimi loci curte servabat magnum cumulum straminis, et prope ipsum totalem integram suo palatio. In ipsum autem straminis cumulum mense Octobri, post fœdam tempestatem, elisum fulmen eum inflammavit. Extinguendo igni cum nulla sufficeret industria, recursum ad S. Antonium est; ejusque adscriptum beneficio, quod, licet crebræ scintillæ ferrentur in fenile, et palatio adhæreret magna lignorum copia, utrumque tamen ab igne intactum manserit. In ipsa quoque urbe Neapolitana, anno prædicto mense Decembri, uxor Joannis Baptistæ Purpuræ, siccans pannos, involvendæ teneræ sex mensium filiolæ paratos, incauta ignem in eis cepit, itaque ipsis involvit parvulam. Non poterat hæc aliter quam ejulatu et lacrymis indicare dolorem, nec huic sedando sufficiebant parentum blanditiæ: donec mulieri, Sancto devotæ, in mentem venit fascias solvere: quo facto infantulam vidit livore obsitam, præsertim circa dorsum. Huic autem curandæ aliud non adhibuit, quam oleum ex Antonii lampade sumptum; quo unctæ arsuræ, inter paucos dies fuerunt persanatæ: quod oblata cera testata est mater.

Salvatur stramen et cumulus ... incendium,

sanatur adusta intra fascias infantula

79 Ibidem anno MDCLXXXII mense Novembri, Carolo Georgio, habitanti in viculo Pietatis, filia erat annorum duodecim, quæ cum domos quasdam ruinosas conscendisset, relatura inde tibialia quædam illuc vento delata, deficere sibi pedes sensit; eodemque momento in præceps ruit, ab altitudine palmorum circiter octoginta. Labens illa invocaverat Sanctum, cui tunc agebat novendialem tertiæ feriæ devotionem: et quamvis in extantem istic trabem impegisset caput, in terra tamen positam se mirata est; nihil vulneris ferens, præter exiguam in capite stricturam, quæ ipsa cito sanata fuit. Multo prius, mense scilicet Martio anni ejusdem, Judithæ-Antoniæ Blancæ, ex vico S. Luciæ ad mare, abscessus in capite natus, putride fœtentisque materiæ vim magnam per nares egerebat: quæ novemdium prædictum ea de causa instituens suo sancto Patrono, sensit secundo Martis die, sibi ex capite in os descendere marcidæ carnis frustum, scaturiginem mali; ex eaque hora, cessante abscessu, sana remansit. Mense quoque Novembri anni ejusdem, cum Antonius, filius Januarii Caralæ, annos

Periculosus ex alto lapsus puellæ,

... citra damnum

Apostema capitis curatum

Ex variis. puer rheda obterendus servatur.

A nos solum quatuor natus, rhedam vellet scandere in comitatu quarumdam domicellarum ; fallente vestigio tam infeliciter cecidit, ut mota eodem tempore rota ipsi transiret per frontem et brachium, quæ oportebat tanto pondere conteri, nisi vocatus auxilio S. Antonius, puerum cunctis mirantibus illæsum conservasset.

Apoplecticus ad mortem

80 Ibidem Neapoli, mense Februario anni prænotati, Emmanuel Caravascianus, gravissima infirmitate laborans, et apoplectico motu privatus sensibus, horas omnino quatuor jacuerat ; quando sub mediam noctem vidit venientem ad se Religiosum Ordinis nostri, ferentem manu clausum memoriale, atque dicentem ; Bono esto animo, quia jam nunc subscribo gratiæ tibi faciendæ ; atque disparuit. Tunc sensui suo redditus Emmanuel, protulit Antonii nomen ; et assistentem sibi in agone alloquens Jam, inquit, eum vidi, qui mihi dixit, quod subscribebat gratiæ. Sequenti mane infirmi uxor ad S. Laurentii nudis pedibus se contulit, oratura pro marito,

et Sancto commendatus ab uxore,

proque ibidem curatura Missas plures cum Responsorio. Inde regressa, domi suæ reperit medicum, admirabundum super melioratione tam subita et inopinata mariti : eodemque tempore accurrens ad B matrem triennis filius eorum Antonius, apprehensa veste ejus omni modo ipsam trahebat ad ostium, visuram, ut aiebat, S. Antonium ante fores : nec acquiescere voluit, donec sequeretur illa. Quæ cum ad limen venisset, interrogaretque, ubinam esset Sanctus ; Nimium diu cunctata es, inquit parvulus : jam abiit ille. Infirmus autem ex eo tempore magnis passibus progressus ad plenam convalescentiam, atque lecto consurgens, vovit omnibus diebus Martis in Sancti honorem jejunaturum se, Confessionemque et sacrum Synaxim usurpaturum.

cito convalescit

Tertio per visum monita dare candelam ad festum ut solebat,

81 Iterum Neapoli anno MDCLXXXIII, ad Apolloniam Bragante, uxorem Pauli Ronze, quæ habitabat ad clivum S. Martini, et quotannis solebat præbere candelas pro festivitate S. Antonii, accessit XI Junii quæstuarius tertii Ordinis, pro sua S. Antonii in Pausilipo ecclesia, sed cum unam solam domi haberet, negare ipsam coacta fuit metu mariti. Tertio die post, nocte festum præcedente, apparuit ei Sanctus, querulus ob candelam negatam : cui se excusans Apollonia, empturam se promisit atque missuram. Idem utrimque accidit nocte sequenti ; et experrecta mulier marito visionem narravit : hic autem mandavit, ut illam quæ tunc sola C erat ad manum, confestim mitteret. Rursum vero tertia nocte apparuit Sanctus ; et multo quam ante asperior, per brachium arreptæ ; Grave enim vero mihi est, inquit, quod nolis candelam petitam mittere : volo eam omnino, et ideo tibi dixi, me esse S. Antonium. Cui illa ; Misissem equidem, si habuissem qui ferret. Tum Sanctus : Crastino mane veniet ad te quidam meus Religiosus, cui eam dabis. Die ergo XVII Junii venit quæstuarius ad S. Laurentii, et huic data candela est.

cum demum paruisset,

82 Eodem die ejusdem Apolloniæ filia annicula, præceps de summis scalis ad primum gradum corruit; ubi avus suus excepit adhuc spirantem, tulitque ad matrem : quæ cum suo Sancto commendasset parvulam, aperuit subito oculos, et inventa est læsionis expers. Proximo Lunæ die XX mensis, eadem infans ludens in podio quodam, iterum in caput lapsa est ad altitudinem contignationum duarum ; quare circumstantes eam crediderunt mortuam : mœsta vero mater, nec minus plena fidei quam lacrymarum, acceptam posuit sub imagine Sancti, quam habebat domi suæ, orans ut sua sibi filia restitueretur. Vix orationem finierat, quin puella, velut a somno experrecta, aperuit oculos ; conversaque ad matrem dixit, Mama. Tum sanguinis aliquid per os et aures

ejus filiola innoxie de scalis labitur,

et iterum lapsa resuscitatur.

D ei exiit, et ipsa adhuc lactens, manu extensa versus imaginem, visa est indicare velle, quod ipse Sanctus fuisset liberator suus.

Puer infirmus ad mortem,

83 Ibidem et eodem anno, sed mense Martio. D. Nicolaus Grassi, Præses regiæ Cameræ quam Summariam vocant, ab Excellentissimo Vice-rege ad tempus deputatus in Hetruriam, procurando statui regiorum ibidem præsidiorum ; Roma transiit in reditu, veneraturus sacræ illius Urbis sanctuaria, cum suo omni comitatu. Ibi sub exitum bacchanalium infirmatus ei ad mortem est filius suus unicus, et a medicis depositus. Hac de causa afflictissima mater, ut erat perquam devota Sancto, cum ei supplices preces funderet, ipso die Martis ante Cineres, sub horam noctis tertiam, audivit filium, cui nomen erat Philippus, pronuntiare nomen S. Antonii. Et illa quidem accessit ad lectum decumbentis, interrogans quid vellet ; sed puerulus, motu tenellæ manus, procul ut absisteret videbatur monere, acsi quoddam suum solatium impediret. Recessit igitur, iterumque audivit ex eo voce contentiori nomen S. Antonii ; cumque interrogaret denuo, quid sibi vellet illa S. Antonii appellatio, respondit puer ; Vidi Fraterculum, cujus habitus erat coloris subnigri, ipsum scilicet S. Antonium, qui manibus tenebat quosdam flores rubicundos et candidos; cum libro E atque infantulo supra ipsum sedente, et erat hic splendidus totus instar argenti. Plura dicere nescivit, sed plura indicavit proficiens exinde in melius valetudo, sic ut mensis Martii sequentis die quarta, repertus sit totus sanus. Delatus deinde ad quamdam ecclesiam, ubi erat imago Sancti, conversusque ad matrem ; Talis omnino, inquit, o domina mater, erat Fraterculus, qui me sanavit ; et quoties videbat aliquem ex Conventualibus, Hujus, inquiebat habitus erat ille. Regressus porro Dominus Præses Neapolim, cum uxore et filio, venit ad S. Laurentii, acturus gratias Sancto, beneficiumque publicaturus.

viso Sancto,

subito convalescit.

84 Ibidem, Joseph Persicus, per maritimam a Petra-piscis dictam inambulans, invasus fuit a ferociente vacca : quæ cum eum cornibus tentaret apprehendere, jamque brachium ejus dexterum teneret; invocavit ille S. Antonium ; itaque factum est, ut solam interulam cornu laceraret, carne leviter dumtaxat perstricta : alium deinde ictum excepit in coxendice sinistra, sed absque damno. Ingravescere tamen discrimen videns, in mare se conjecit. Nec ibi tutus fuit, insequebatur enim etiam illuc ferox bestia, quoad invisibili manu retracta, dimisit hominem, jugiter invocantem nomen Sancti. Joannes Baptista Florelli, Bituntinus Musicus contra-altum, F ex quodam rheumate caruit per sex menses usu vocis, videns autem in vanum adhiberi quæcumque medicamina, convertit se mense Junio ad Sanctum : et per sorores quas domi habebat, fecit institui novemdium martiale, sed absque fructu. Primo ergo Junii, in quem cadebat dies secundus Martis prædictæ novenæ ; et ad S. Laurentii inchoabatur duodecimdialis devotio erga Sanctum, cum jejunio et Sacramentorum frequentatione, protrahenda usque ad illius festum ; se quoque ad idem religionis exercitium disposuit, præmissa Confessione et Communione in ecclesia S. Laurentii. Inde reversus domum, sumpsit modicum illius succi quem Manna appellant pharmacopœi; eodemque die sensit sibi redire vocem, quam exercens ad cymbalum clarificari in horas sensit donec priori statui redderetur.

Inter cornua ferocis vaccæ jactatus,

evadit illæsus

Musico rheumatico usus vocis redditur :

85 Mense Augusto, Josepho Amendolæ enormis in dextro pede dolor accessit, qui cum omnibus adhibitis medicorum chirurgorumque remediis exsperaretur magis, magna cum fide convertit se ille ad intercessionem S. Antonii, cujus domi suæ habebat

Crus valde dolens,

A bebat imaginem, curavitque ut ante eam lampas arderet per dies continuos tredecim: die autem decimo tertio, ipsius lampadis oleo fecit sibi pedem inungi per juvenculam neptem, additis nonnullis floribus, quales supra altare Sancti solent ab ei devotis offerri: statimque cœpit imminui dolor: et continuata per dies pauculos unctione, totus abiit; ipseque acturus Sancto gratias, ad S. Laurentii venit. Eodem loco, anno, mense, Antonia, filia Bernardini, Palermi, annorum quatuordecim puella, de sublimi podio præceps caput impegit in arcum quemdam saxeum, et pene exanimis in terram venit, copioso sanguine effluente per dexteram aurem. *oleo lampadis sanatur.* In ipso autem letali deliquio visa est videri sibi speciosissimum Fraterculum, qui per crinem apprehensæ dixit, quod licet ab ea invocatus non esset, intuitu tamen consuetæ suæ erga ipsum devotionis sategerit pro ea ab isto periculo liberanda; frangendum ei ad arcum fuisse caput, nisi suis manibus ipsum sublevasset. Solebat illa terdecies recitare Pater et Ave quotidie, et penes se gestare imaginem Sancti, insculptam numismati, quod deinde reperit nonnihil fractum circa lumbos effigiei, ut indicaretur Sanctus ipsemet impetum ruentis B ea parte excepisse: cui beneficio gratam se volens ostendere puella, sine mora induit habitum Sancti.

86 Mense Octobri, Antonius Ruppolus, aromatarius in foro civitatis, perquam devotus Sanctis *letaliter vulneratus in capite,* Antonio et Francisco Paulano, et Martis dies solitus jejunio observando colere in honorem prioris; tali die in rixam venit cum doliario quodam et cultro letaliter percussus in capite, concidit. In ipso autem lapsu visus est sibi videre Religiosos duos, quorum unus S. Antonium, alter Franciscum Paulanum referebat, amanter sublevantes ipsum. Reipsa *præter spem et cito curatur.* autem in pedes stetit; et absque adminiculo cujusquam rediit domum. Ibi inspecta plaga reperta est usque ad eos cultrum penetrasse, unde etiam ablatum est frustulum duos digitos latum, quemadmodum retulit medicus. Mirabile autem cunctis fuit, quod tam periculoso vulneri nulla febris accesserit aut fluxio ulla; adeoque cito sit persanatum, ut cui emplastrum primum positum fuerat uno Martis die, is altero Martis veniret ad S. Laurentii, beneficium agniturus.

87 Denique mense Novembri, Antonius Ludovicus Scarpanus, biennio patiens acerbos gan- *item gangræna inveterata.* grænæ cruciatus, malo in tibia orto indeque per coxam serpente versus pectus, totque plagis hiante C ut videretur alius S. Lazarus, nulli perpecerat impensæ pro remedio inveniendo. Tandem amicus ejus Matthæus Capuanus, hominis misertus, ei suasit recurrere ad S. Antonium, per novenam in ecclesia S. Laurentii tenendam. Credidit id sibi profuturum infirmus, et datum consilium orsus exequi, secundo Martis die finita Missa, sensit cor sibi repleri gaudio, quasi audiret dicentem sibi Sanctum, Convalesces. Tertio die Martis, oratione replicata de ecclesia egredienti, obvius amicus alius dixit ei; Illico confer te ad D. Fabricium Arceram, medicum Calabrum: ipse enim sanabit te. Paruit æger, et medicum adiit, sub cujus manu futurum se mensibus compluribus opinabatur: sed intra viginti duos dies perfectam recuperavit sanitatem, eamque Sancto acceptam retulit.

§. IX. Gratiæ Venetiis et alibi annotatæ ab anno 1683.

Scheda cambialis amissa recuperatur: Anno MDCLXXXIII D. Timotheus Syrus, Maronita, civitatis Medinensis in Mesopotamia Archiepiscopus, Romæ mense Junio amiserat assignationem pecuniariam, a sacra Congregatione de propaganda fide sibi datam, in subsidium itineris faciendi, nec re- D perire ipsam quantavis adhibita diligentia poterat. *ex variis juvantur periclitantes in mari:* Igitur ad ecclesiam Sanctorum Apostolorum se contulit, Missam super altare Sancti facturus: domum autem regressus, desideratam schedam reperit in mensala apertam, in qua omnino aliud nihil erat. Idem Prælatus, Romam veniens, agitatus fuerat grandi tempestate inter Siciliam Melitamque: sed desperantibus de vita sociis animos addidit, persuadendo ut ad primum altare Sancti sibi occursurum singuli candelam unam offerrent; quo voto nuncupato, visi sibi sunt lucem quamdam conspicere in malo navis, qua animabantur per turbatum et grandi caligine obscuratum elementum, citoque portum tenuerunt.

89 Mutinæ mense Novembri agitabatur in judicio maximi momenti causa, variosque judices ac juris peritos diu fatigaverat, cum magno ejus partis *lis desperata ad concordiam reducitur,* præjudicio, in cujus favorem decidenda lis erat; neque tentata concordiæ via per multos menses quidquam profectum erat. Igitur pars illa melior ad novenam Sancto celebrandam recurrit, ultimoque die Martis ad omnium stuporem conventum ex justitia et æquo est, nemine interveniente. Ibidem eodem mense, fluxu sanguinis ad extremum pericu- *hæmorrhagia sistitur;* lum adducta matrona nobilis, nullum sibi voluit E adhiberi remedium, quam oleum ex lampade Sancti sumptum: et brevi convaluit. In vico S. Laurentii *in ignem lapsus infans servatur:* Florentiæ, ipso Sancti pervigilio, in ignem lapsus infans supra prunas prono capite jacuit, quoad mater accurreret: quæ continuo Sanctum invocans, et puerum attollens nec unum quidem ejus capillum adustum reperit. In Monte-Varchio, Hetruriæ oppidulo, contracta rixa transfossus fuerat toto *item confossus in rixa,* corpore Marcus Malvolt. Letale omnino vultus judicabatur a peritis: a Patre tamen Mag. Ghettini unctum oleo lampadis, quæ Patavii coram venerabili arca ardebat, istuc allato, sanum sequenti mane invenit chirurgus, cum modica tamen cicatrice, ad certius testificandam gratiam Sancto adscriptam.

90 In territorio Pisano Matronæ nobili, cum *matronæ filiabus gravi, vita prorogatur.* duabus jam nubilibus filialibus, perductæ ad extremum vitæ et paupertatis, apparuit S. Antonius, cujus honori pluries novenam fecerat, ad sublevandas animas purgatorio detentas: eamque requisivit, utrum ea hora mallet secum transire ad gloriam paradisi, aut manere in vivis diutius; gratissimam enim Deo sibique fuisse ejus devotionem. Ad quem illa, considerata filiarum necessitate; Si, F inquit, saluti meæ est conducibile, vivere malim: seque exauditam intellexit, et de lecto surrexit in momento. Quod Sancti beneficium typis vulgatum esse asserit P. Mag. Panzerinus de Volaterra, Religiosus vitæ ac fidei probatissimæ.

91 Ejusdem anni mense Junio, D. Joannes Bo- *Senex ex lapsu debilitatus, sanatur:* giani, anno ætatis suæ LXVI, habitans Venetiis ad S. Blasii de Castello, ex alto lapsus fregerat sibi tibiam: post dierum autem paucorum curam, vovit se visitaturum ejus altare apud Conventuales; eoque licet perægre, portare sese ipse voluit super furcillas. Cum autem appropinquaret ecclesiæ, restitutam sibi tibiam sentiens, furcillarum unam a se abjecit ad ceroferarium ecclesiæ affixum, unde *puella ex alto cadens, hæret in pinna podii occurrentis illæsa.* sumpta illa, altari appensa est, post redditas gratiarum actiones. Ibidem, eodem anno et mense ex altissima fenestra cadens puella sexennis, ad preces patris Sanctum invocantis, medio in aere hæsit cum veste ad pinnas podii inferioris; indeque sublata est indemnis; prout testatus pater est, pro referendis gratiis sese sistens.

92 Mense autem Julio, Angelus Joannis-Mariæ *Computum amissum recuperatur.* de Glandibus, e regione S. Apollinaris, amiserat computum

EX VARIIS

A computum ducatorum circiter nonaginta trium; quod reperire nusquam valens, avum suum Bartholomæum Rossi oravit, ut ad altare Sancti apud Fratres Missam curaret dicendam. Hac audita cum ab ecclesia egrederetur, occurrit tribus rusticis, de invento computo inter se colloquentibus, atque optantibus ejus dominum nosse, cui ipsum libenter restituerent. Id cum senex audiret, dixit, eam chartam esse nepotis sui, et quod pro ea invenienda curaverat Missam Sancto dicendam. Ipsa ergo recepta, rediit in ecclesiam, pro agendis gratiis et beneficio publicando.

Cymbula eversa merguntur filius et pater:

93 Eodem Julio mense, Joannes Baptista Sartus, habitans supra cruciariam S. Pantaleonis, deposuit, quod navigans ad nundinas, Andriæ celebrari consuetas, in die indulgentiarum Assisiensium, una cum D. Matthæo aurifabro Rialtensi et aliorum aliquot, medio in Athesi, extra portam Cavanellæ, viderit eminus cymbulam, eodem tendentem, trahi ab equo: qui cum in fugam præcipitem subito se daret, cito everti cymbulam, conspexerunt, cum indubitabili periculo mortis vectorum quatuor, filii scilicet ac patris aliorumque duorum, ex oppido B S. Apollinaris in territorio Rudigino. Eodem momento temporis a prædicto Joanne Baptista advocatus S. Antonius est, ut periclitantibus subveniret: et ecce statim conversa est cymbula, prædictos duos intus habens. Pater autem longius abreptus a flumine, plangebat filium nullibi comparentem. Ergo qui erant in navigio jam facto propiore, perrexerunt Sanctum invocare: et equi sessor cum eo sese committens flumini, miserum sed semimortuum tunica apprehendit, et auxilio remorum ex navi porrectorum ad ripam attraxit, simul cum ceteris supplicantem Sancto, ut etiam filium salvaret a morte. Dum autem undique circumspiciunt fluvium, si forte aliquod indicium amissi juvenis notare possent: passibus inde triginta velut in vortice quasi ebullientis vehementer aquæ, et in nomine Sancti jacto illuc remo, senserunt insolito mox pondere gravem. Extrahunt ergo eum ab aqua, una cum juvene qui ipsum apprehenderat, postquam hora integra sub aquis fuisset, lividum totum et clausis oculis strictisque dentibus absque ullo vitæ signo. Talem navigio suo intulit Joannes Baptista, et vestibus exuit; dein sumpto libello, in quo præter imaginem Sancti, erat ejus Officium ac Responsorium cœpit eumdem applicare variis partibus illius, ut C videbatur, cadaveris, interea dum pater magna voce clamabat; S. Antoni, filius meus; S. Antoni, filius meus. Hic vero ad geminam illam invocationem bis caput levavit; et pergentibus illis in Responsorio recitando, cœpit copiosam aquam evomere, eodemque die surrexit in pedes, præter omnium expectationem, liber ac sanus beneficio Sancti.

invocato Sancto hic educitur semivivus; iste per horam suffocatus, resuscitatur.

pauperculæ ægræ juvatur;

94 Mense Augusto vidua rustica, familia numerosa et morbo difficili gravata, cum omni prorsus subsidio ipsoque pane destitutam se videret, surrexit de lecto, sicut erat, et ad altare in ecclesia Fratrum se contulit; unde revertens domum, reperit ibidem, incertum unde vel quomodo, allatos duos sextarios farinæ. Mense Novembri D. Andreas Pamasetti, chirurgus ad Pontem ab Honestate dictum, ad gloriam Sancti juravit in manibus P. M. Joannis Philippi Luti, insignis ex ordine Conventualium prædicatoris, quod vocatus ad curandum Aloysium Bongioli, tam graviter vulneratum in coxa sinistra prope genu, ut ipsæ venæ nervique succisi usque ad os invenirentur, unde copiosissimus effluebat sanguis; postquam ei sistendo frustra varias medicinas adhibuerat, necesse habuerit cauterium applicare: quo in actu ipse suggerebat patienti, ut sese ferventer commendaret Sancto. Hic vero continuo in auxilium veniens, non solum momento fluxum stitit; sed vulnus, per se creditum D letale, vel saltem tibiam inutilem relicturum, paucos intra dies sanavit.

genu incurabiliter læsum sanatur.

item apostema immedicabile:

95 Anno eodem, Dominica Arcaini, de via S. Augustini, apostema molestum et incurabile patiebatur in podice. Sed cum vovisset novem dies Martis Sancto servandos, et aliquando mortales omnino cruciatus sustineret; dixit: S. Antoni, per Dei amorem et viscera Mariæ, adjuva me; atque hæc dicente ea, magnaque cum fide unguentum quoddam applicante, crepuit abscessus, cessavit dolor, et ipsa de lecto surgens mane sequenti, qui Martis erat, venit ad ecclesiam Fratrum, causa Confessionis et Communionis, exponendæque gratiæ receptæ.

invenitur diu frustra quæsitum instrumentum,

96 Mense Novembri, insignis quidam Senator Venetus, in causa criminali, cui pro Advocato serviebat, amiserat processum, unde non modicum periclitabatur honor suus. Multis ille diebus laboravit sudavitque, toto palatio suo ipsum requirens, una cum ministris quibusdam publicis, scrutantibus omnia scrinia et loca, ejusmodi processibus servandis destinata. Sed cum omnis diligentia in vanum cederet, fecit Patrono suo ad ejus altare in ecclesia Conventualium Missam dici; eaque tam devote audita E quam requirebat gravitas negotii, tanta fiducia impleri se sensit, ut inde in curiam abiens diceret ministris: Iterum armaria cuncta scrutamini: confido enim quod S. Antonius vos faciet desideratum processum reperire. Nec vana ejus fides fuit: prima enim charta, in quam regressi manus injecerunt, fuit id quod requirebatur. Idem narravit, quod a villa revertens cum matre sua, obvios in lacunis habuerit varios consanguineos, qui in ejus cymbam transgressi, nuntiaverunt furto sublatum omne sericum quod domi habebant, amplius quam ad duo millia ducatorum. Quibus matrona ista, nihil commota, respondit; Confido in Sancto meo Antonio, cui ardere lampadem facio et crebras Missas celebrari, quod transituri tres dies non sint, quin omne sericum meum recipiam. Idque plane sic accidit, detecto fure, et furto integre restituto.

et copia serici furtim sublati restituitur.

Securi ter caput ictus a fratre, convalescit:

97 Ad S. Euphemiæ, diœcesis Brixianæ oppido, contigit eodem Novembri mense et anno, Hieronymum Dusi contendere verbis cum proprio fratre causa uxoris; cum qua dum quiete ad focum sedet, ex improviso irrumpens alter, securicula, quam manu tenebat, tres letales plagas incussit capiti fratris innocentis, quas omnes incurabiles judicavit accersitus Chirurgus. Igitur, una cum uxore et liberis, ferventer invocavit S. Antonium, vovens F Patavium peregrinari, quamprimum convaluisset, prout intra paucos dies successit; uti, allato anathemate est testatus. Simile quid ante duodennium in diœcesi Vicentina acciderat, anno scilicet MDCLXX, ubi Antonius Martinelli, vivens cum nonnulla suspicione inferendi sibi alicunde mali, domi suæ intempesta nocte circumventus fuit a multis sicariis, ipse paucos secum socios habens. Frustra petebat condonari sibi vitam a conjuratis in ejus mortem. Ergo inter continuos scloporum in se laxatorum ignes, opem invocabat Antonii; et pro mortuo derelictus, præservatum se miraculose ab omnibus miratus est ipse, atque gratanter testatus.

item sclopis multis trajectus.

Servantur, obterendus a rheda,

98 Anno MDCLXXXIV mense Februario, Vespaniono Storari evenit Mantuæ, ut temoni rhedario insistens, et illapsas nives discutiens, caderet inter ambos equos, nec defendere se ab eorum calcibus posset. Commendabat se Sancto, et illæsus mansit, quamvis tibiarum unam habuisset sub altera rotarum, levi dumtaxat livore notatam: ideoque voti implendi causa Patavium venit, remque P. Felici Caprioli, Missarum præsidi, enarravit.

99

A *et patrueles duo sclopis petiti,*

99 Eodem mense in oppido Villa, Petrus et Nicolaus Merici Fratres, filium singuli unum foras miserant, ad pecorum suorum in pascuis custodiam: qui a totidem latronibus sclopo petiti, cum se ferventer S. Antonio commendassent, uni quidem eorum pars capillorum modice, alteri nonnihil thoracis et interulæ ambustum fuit, cetera illæsis. Idem Petrus, metuens, ne a justitia comprehenderetur, invocato similiter Sancto immunis remansit. Mense Majo Bartholomæus Antonius Minerbensis, procul a domo sua deprehensus in silva a tribus grassatoribus, cum ab interrogatis quod se vellent tres scloporum ictus pro responso acciperet, invocavit Sanctum, et velut mortuus humi procubuit: ab illis autem sic derelictus, sanum undequaque se miratus est.

et mulier occidenda a privigno:

100 Eodem mense Majo, Patavii comparuit matrona Bononiensis, vestem totam discissam ferens, in testimonium gratiæ, hoc qui sequitur modo obtentæ. Privignus quidam suus, absente patre solam illam domi nactus, cubiculum ejus furiose irrupit; et multis opprobriis convitiisque oneratam, cœpit gladiolo ferire per omne corpus, dum interim noverca Sanctum invocabat; donec, satiata rabie, fa- B tigatus recessit. Illa vero cum accersito chirurgo inspiciendam se dedisset, inventa est nec unam quidem plagam letalem habere, et intra paucos dies sanata ab omnibus fuit.

eleemosyna incredulæ non acceptatur.

101 Eodem anno mense Novembri, matrona quædam Cremonensis narravit, coram D. Joanne Baptista Scarella, venerabilis arcæ Curatore (Agentem appellant) professa est, quod amiserit magni pretii monile; et monita Sancto Missam dicendam curare, cum parvam in eo fiduciam haberet, eleemosynam tamen eo requisitam amicæ suæ dedit, dicens, se nihil inde sperare. Post paucos autem dies invenit in camera ipsum monile, et juxta positam eleemosynam, pro Missa datam; dicente filiolo ejus, quod viderit pulcherrimum Fratrem ingredi cameram, qui prædictum monile habebat in manu.

Proles ad votum concepta,

102 Eodem anno et mense, Dominus quidam, prænobilis et possessionibus locuples, sterili pridem matrimonio utens, ad suggestionem uxoris Sancto devotæ, cum ea suscepit novenam sæpe dictam: recurrente autem sexto die Martis, dum ab ecclsia redeunt, gravidam sese mulier sensit, et plena lætitiæ conjugi dixit. Et hic quidem ad dies aliquot C lætum sese monstravit; subeunte autem paulatim spiritu zelotypiæ, suspicari cœpit, uxorem ex adulterio concepisse. Quod cum altius in ejus animum descendisset, nocte quadam dormientis ventrem pugione transfixit, et simul vocem inde prodeuntem audivit quæ diceret. Quid facis, pater impie? Vitam quam modo dedisti vis tollere, et mihi et innocenti matri meæ? Ad hæc ille confusus territusque, recessit a cubiculo; mane revertens, uxorem, quam se credebat reperturum extinctam, invenit sicut antea sanam; eique allapsus ad genua, rem totam narravit, ac veniam petiit. Ad evidentiam autem miraculi, conspexit in ventre uxoris tot notas, quasi a punctura pulicis, quot plagas ei se inflexisse credebat.

zelotypum patrem ex utero matris arguit,

mulier recuperata inaure, pœnitens impensæ in Missas facti,

103 Fr. Joannes Antonius de Como, strictioris Observantiæ Minorita, Patavii comparuit, narravitque, et scripto testatum reliquit, quod Mediolani quædam Matrona inaurem magni pretii perdidit, neque quantovis labore quæsitam potuit reperire; tandemque recurrens ad S. Antonium, Sacristæ ecclesiæ S. Francisci misit quartum unum Mutinensem, humilis in eo Statu monetæ, quo in capella sancti curarentur duæ Missæ, quibus assistere etiam ipsa voluit. Cum autem ab ecclesia domum rever-tisset, et inaurem compari suo junctam reperisset D in scrinio, tota hilaris narravit successum marito; et non considerans eam gratiam sibi factam fuisse a Sancto, addidit, dolere sibi quod expendisset pecuniam, alibi futuram utiliorem. Damnavit generosus Eques uxoris tenacitatem, seque mirari dixit ejusmodi verba. Post prandium voluit illa inaures assumere, sed rursus unicam tantum reperit; et alterius loco positum nummum, quem pro dicenda Missa donarat. Quod unde esset nequaquam dubitans, et eam se pœnam commeritam agnoscens, indulgeri quidem sibi petiit inauremque restituit, sed gratiam optatam non impetravit iterum; nisi quod cautior inde et devotior Sancto reddita, eum sibi studuit reconciliare, permittendo ut res gesta etiam publice prædicaretur de suggestu, nomine suo suppresso. Ipsam ergo sibi Mediolani auditam, anno MDCLXIX Patavii scribi fecit P. Hyacinthus Biumo reformatus, tunc commorans in Conventu Hortensi et Sacristanus.

pro ea deinde invenit relatam eleemosynam.

§. X. Gratiæ declaratæ anno MDCLXXXV et deinceps.

Infantulæ præ jugi oculorum motu nil videnti,

D. Franciscus Cimante, Canonicus Adriensis, E compatiebatur infelici statui neptulæ suæ, Blancæ-Rosæ, filiæ fratris sui Nicolai et Nicolettæ Jugalis: quæ secundo a nativitate mense spasmum letalem passa, et continuo infirma usque ad mensem vitæ sextum, exinde manebat visu privata, moventibus sese assidue oculis sursum atque deorsum, sic ut pupillæ quandoque non viderentur. Cum autem ignitum ferrum adhibendum medici censuissent, sperantes eo sisti posse incompositum illum motum, et oculos debito statui reddi; noluit patruus tam tristi experimento interesse, sed anno prædicto mense Januario Rovigium abiit, neptem commendans S. Antonio; et vovens, quod ejus sanitate obtenta ipsam præsentaret cum quatuor candelis, ad ipsius quod Adriæ est altare; ad quod etiam curaret celebrandam Missam; vestem quoque votivi coloris futuram, qua prima puellam induerent parentes. Vix votum pronuntiarat, cum cessavit motus oculorum, et sanitas de die in diem plenior rediit, prout deinde manu sua Franciscus ipse juratus scripsit anno MDCLXXXVII, die II Junii.

eorum quies et visus redditur.

Avertitur periculum ab everso carpento,

105 Eodem anno MDCLXXXV mense Junii, Josephus et Prosdocimus Calza, ex agro Bononiam revertentes carpento, in aliud sibi obviam factum incurrerunt; unde consternatus ipsorum equus, carpento everso currebat in præceps: sed voto ad F Sanctum emisso evaserunt illi ex tam præsenti periculo, undequaque indemnes. Mense Novembri anni ejusdem, Presbyter quidam testatus est, quod Assisium profectus, ad Indulgentias secunda Augusti lucrandas, juxta Camanum cum equo cecidit: de sub quo assurgere nullo modo valens, Sanctum invocavit; et, vertente se in alterum latus equo, salvatus Paduam attulit votum suum.

item a lapso super sessorem equo.

106 Anno MDCLXXXVI die XXI Martii, Pirani ignis corripuit illud torcular, quod a Puncta cognominatur, cum maximo vici totius periculo; prope enim aberat magna copia fœni. Per intercessionem tamen S. Antonii, omnia quæ istic erant manserunt integra: et quod majorem cunctis stuporem attulit, fuit imago, quæ affixa jugo ipsius torcularis, remansit intacta, non solum ab igne, sed etiam ab aqua, quæ illi extinguendo copiosa affundebatur: quemadmodum Zorzius Petronius quondam Dominici, propriæ manus scriptura nominis subscriptione affirmavit.

Imago Sancti ab igne, et aqua manet illæsa.

107 In Corsica, Julio mense ejusdem anni, Georgius Costa quondam Antonii, propter culpas non leves

ex variis morti adjudicatus servatur,

A leves et homicidium patratum relegatus sub pœna capitis, in manus justitiæ devenit et morti adjudicatus est. Verum cum Sancto se commendasset, noctu diuque plangens sortem suam, exorati a Patribus Jesuitis judices dimiserunt reum : qui Patavium veniens, appensa tabella testatus est gratiam. sibi a Sancto factam.

Figlina infelici successu accensa,

108 Anno a Christi nativitate MDCLXXVII, Indictione IX, die sabbati XXXI Augusti, Veronæ in domo habitationis mei Notarii, præsentibus D. Dominico Peregrini qu. Joannis, Allegre Bonatis filio Dominici, atque Antonia Viglaro qu. Francisci, omnibus de insula Porcatia testibus; comparuit D. Petrus Lorenzoni, qu. Joannis Baptistæ, ex communitate d. insulæ; et ad instantiam P. M. Francisci Antonii Perletti, Guardiani in conventu S. Firmimajoris Veronæ, deposuit; quomodo die Martis ultimum præteriti XI Junii, circa horam duodecimam, prævia benedictione R. D. Bartholomæi Brunelli, Curati ipsius insulæ, supposuerit ignem fornaci figlinæ quam habebat vicinam foro ibidem, in eaque ad viginti duo millia scyphorum, quadrellorum, et scutellarum, quorum cocturæ solent ordinarie impendi viginti carri stirpium et fasces ramorum, ad

ultro reaccenditur, absque nova materia,

B quinquaginta. Ipse vero ut calefaciendæ fornaci daret initium, ad sexaginta fasces injecerit cum duobus carris stirpium, mane autem sequenti die X mensis prædictis circa meridiem, corruit os fornacis; ipsumque sic obturavit, ut majori lignorum copiæ injiciendæ nulla restaret via; flammæ autem, quæ accendere fornacem debebant, prosiliebant foras, ipsa frigida remanente, ac si numquam in ea ignis fuisset. Adhæc attonitus confususque Petrus, nihil aliud consilii habuit, ad evadendum damnum quod omnes suas fortunas evertisset, quam auxilium S. Antonii implorare. Cum ergo subsequentibus diebus curasset Missas duas dicendas ad illius altare, in auxilium purgantium animarum, et requireretur commodare operam exonerandis aliquot carris, ligna ferentibus, sibi visus est eminus conspicere quasi ardentem fornacem ; eique appropians ac totam illuminatam videns, ascendit, et omni ex parte succensam animadvertit, licet nihil novæ materiæ injectum esset. Duravit autem ignis usque ad diem Martis, quando ad ecclesiam insulæ accurrens Petrus, fecit aliam Missam dici ad altare Sancti; indeque revertens fornacem extinctam, omniaque intus digesta vasa tam perfecte cocta reperit, quam

ad stuporem civitatis Veronensis.

C unquam potuissent. Quo miraculo publicato, accurrit infinitus populus ad fornacem ; cupientibus singulis partem aliquam pocelli vel quadrelli inde capere in qua Sanctum laudaret. Ipse vero Petrus, post Officium pro animabus Purgatorii curatum, Patavium transivit, gratias suo benefactori acturus. Et ego Bartholomæ Bonvagonus, qu. D. Joannis Baptistæ de contrata S. Petri Incarnarii Veronæ, publicus Veneta auctoritate Notarius, præmissa omnia fideliter exemplavi ex Actis meis. In quorum fidem etc.

Inter equos consternatos lapsus conterendusque rhedarius,

109 Eodem anno, cum rhedarius D. Equitis Herculis Manfredini, Peregrinus Zanotti, heros suos ad ecclesiam veheret; consternati equi ipsummet ita terruerunt, ut lapsis ex ejus manu habenis, illi effusum in cursum se darent. Cum ergo desiliret ex temone, habenas recepturus; ita cecidit, ut duobus calcibus in pectore et capite pulsatus, rhedam etiam super se transeuntem sustinuerit ; interim dum ex animo se commendabat S. Antonius : quod ei tam bene vertit, ut ex tali periculo illæsus evaserit.

manet illæsus :

item alius sub ruina domus :

111 Ex terra Ulmi diœcesis Patavinæ anathema attulit, exeunte Julio, Stephanus Morari; narravitque, quod sub duarum domorum subito turbine eversarum ruina deprehensus, ipse XXIX mensis D prædicti solus ex sexdecim evaserit incolumis, per votum Sancto factum, aliis quindecim inter rudera mortuis et consepultis.

alii ex sæva tempestate evadunt.

112 Mense autem Septembri per Lacum Venetæ civitati vicinum navigantes multi, tam sæva tempestate jactari cœperunt, ut nautæ vectoresque de vita desperassent, nisi spem habuissent minime vanam in sancto Thaumaturgo: cui, post sex periculosissimæ jactationis horas, vota sua attulerunt, salvi ad civitatem appulsi.

Cubiculum matronæ Sanctum orantis,

113 Dum quædam præcipua Matrona Venetiis moraretur in Prætorio, circa tertiam horam noctis, adeo terribilis exorta est procella, ventis et imbribus gravida, ut toti regioni formido incuteretur. Orabat illa in cubili suo S. Antonium, cum subito tectum palatii corruit, sola ea parte salva, quæ matronæ cubiculum operiebat. Accurrit tamen ad ruinam ipsa, ut sub trabium saxorumque congerie requireret triennem filium suum Aloysium ; ceteris enim modicam læsionem passis, solus ille desiderabatur. Cum autem non inveniretur, accurrens ad fenestram afflicta mater, cœpit contenta voce clamare ; S. Antoni, redde mihi filium meum Aloysium: filium redde miraculose Antoni. Ecce autem, E ipsum totum lætum et sanum attulit ei homo quidam, referebatque inventum sub trabibus, tam apte inter se cancellatis, ut puerilis corporis partem nullam contigerint: et hoc ipsa jurata affirmavit, in manibus cujusdam Religiosi Conventualis. Eadem sequenti anno MDCLXXXVII, patiens vehementem ex capite fluxum, per collum in brachium dextrum, hujus usum omnem amiserat, nec proderant quæcumque medentium consilia: vovit ergo Novenam Sancto instituere, et primo Martis die confessa atque communicata, priusquam de ecclesia egrederetur, liberam sese sensit, talisque domum rediit, cum familiarium omnium medicorumque stupore.

servatur, reliquo tecto ruente, uti et filius ejus;

eidem sanatur brachium emortuum

In Armenia sedatur incendium

114 Eodem anno MDCLXXXVII, mense Februarii, domum Isaaci de Nazar Armeni flamma corripuit, eodem tempore, quo ipse ante altare Sancti vacabat orationi ; ubi re intellecta monitus accurrere, respondit se domus curam S. Antonio relinquere. Nec vana ejus fides extitit ; ipso enim preces continuante, brevissimo tempore extinctæ sunt flammæ : cujus rei testis tabella, allata ex Armenia servatur adhuc apud custodem sacræ arcæ.

Lapsa in puteum salva educitur,

115 Ipso anno mense Majo D. Francisca Navari, Faventiæ cecidit in puteum pedes quinqua- F ginta profundum : sed Sanctum ipso in casu reclamans, visa est sibi sustineri supra aquas; unde salva educta, pedibus cum marito suo Patavium venit, gratiamque testata est Præsidi Missarum, P. M. Augustino Panighetti.

et alius ex fluvio.

116 Mense Junio Petrus Andreata, ex Mestre circa Dolum, veniebat devotionis ergo Patavium, per rinam Brentæ fluminis in equo; quem cum pes unus fefellisset, periclitabatur sessor ne suffocaretur: sed invocatus Sanctus, salvum adduxit ad ripam, prout ipse veniens testatus est.

Sanatur letaliter saucius

117 Eodem mense Dominicus Aquarioli, Venetiis habitans in campo S. Simeonis majoris, ab inimico improvise occupatus, pluribus pugionis impacti ictibus fuit læsus: quorum vulnerum licet unum omnino letale esse pronuntiaret chirurgus, a cunctis tamen cito convaluit, Sancto invocato. Eodem mense Junio Foresti-Polyxenæ, tam gravis zelotypia hominem quemdam conjugatum corripuit, eo quod uxorem suam vidisset cum suo vicino loquentem; ut post graves injurias ei impactas, etiam minaretur mortem cito inferendam. Innocentiæ suæ conscia mulier, non cessabat eam diu noctuque commendare

A mendare Sancto, cui et votum Novenæ faciendæ nuncupavit. *pudica mulier* Ea devotione inchoata adeo nil resedit conceptus semel furor mariti, ut vocatæ in partem, post multa opprobria, sclopum impresserit pectori eam trajecturus. Ast ea non frustra Sanctum orabat fieri defensorem et testem innocentiæ suæ: *mortem a zelotypo marito intentatam evadit,* laxata sclopi rota ignem non dedit: quo prodigio vir consternatus, veniam facti petiit obtinuitque, et cum eadem Patavium venit, id quod actum erat depositurus ad honorem Sancti.

118 Venetiis Romam ex voto ibant nobiles quidam, *et rheda recti præcipitium.* cumque Seravallem appropinquarent, sive ex inadvertantia aurigæ, sive equorum consternatione, præcipites volvebantur ex monte plus quam quindecim passibus, clamantes, Auxilium, auxilium, o S. Antoni. Sed hæsit rheda ad oram præcipitii, in quo omnes conterendi erant; neque ullus vel equorum vel hominum læsus fuit, ac ne rheda quidem leviter luxata.

119 Mense item Junio anni prænotati, Patavinus Nobilis diris calculi doloribus diutius sustinendis impar, *Periculosa calculi sectio,* definierat diem, quo sectionem sustineret potius quam mille mortes: nec ab eo consilio divertere eum poterant teneræ domesticorum et B consanguineorum lacrymæ; omnibus enim respondebat, tantam se fidem habere in S. Antonio, quod nihilo minus quam tot alios crederet se gratia ejus fruiturum. Petiit ergo ut proximo Martis die, velut ipsi sacra, supra sacrosanctam arcam exponeretur venerabilis Eucharistia; coram qua factis pluribus Missis, intrepide constanterque toleravit sectionem, per quam extractus ei calculus est. *cum fiducia in Sanctum recte succedit,* Quamvis autem salus ejus post multos dies visa fuerit adduci in periculum, bis tamen unctus oleo lampadis, per manum cujusdam Religiosi Conventualis in præsentiarum vivit sanus, brevique, aderit una cum anathemate votivo cor suum Sancto devinctum oblaturus. Mense Julio D. Petrus Lonigo Tarvisinus, secundum ripam Silæ fluminis equitans, cespitante jumento in aquam delapsus, cum sese expedire ab incumbente equo non posset, S. Antonium invocavit, et in ripam miraculose deportatum se invenit.

120 Eodem anno mense Novembri, matronæ cuipam Brixiensi allatum fuit corpusculum dilecti unicique filioli, in flumine submersi: *mater submerso filio necem sibi allatura, cohibetur,* quæ ad ejus aspectum doloris impatiens, cum nequiret plangendo satiari, præceps ibat in mortem; et inventum intra conclave cultellum apprehendit, pectus sibi transfi- C xura; quando invisibili manu retineri sibi brachium sensit, et oculos attollens vidit in pariete pendere imaginem S. Antonii, cui erat devota. Hinc in se regressa prostrataque in terram, veniam petiit designati flagitii, et Patavium attulit anathema, prope capellam Sancti visendum.

121 Ibidem Brixiæ, mense eodem, acuta febre tenebatur vir nobilis et locuples: *febris lethalis sanatur.* qui viribus se deficere sentiens vovit, si sanaretur, una cum uxore Patavium accedere. Orsus deinde Novenam est, sub qua tertio die Martis, confessione et communione suscepta, rediens domum mulier, maritum reperit liberum a febre: quapropter ad tumbam Sancti appendit votum limbo argenteo inclusum.

§. XI. Collectio Belgica Joannis vander Borcht, unde dantur miracula alia et fructus ex usu Novenæ Antonianæ.

Scripturæ amissæ reperiuntur Lovanii

A*nno* MDCLXXVI *apud nos Antuerpiæ, Belgica lingua editus est a prætitulato auctore libellus bipartitus, suo hoc titulo:* Epitome Vitæ et Mirabilium S. Antonii Patavini, cum peculiari praxi novendialis devotionis, in ejusdem honorem instituendæ, collecta ex D variis scriptoribus. *Hic a cap. 49 usque ad finem (finis autem partis primæ habetur cum cap. 5!) deducuntur aliqua Belgio nostro propria, ac proinde digna hic commemorari, quia alibi nuspiam invenienda.* EX VARIIS. Eruditissimus et scriptis suis notissimus, D. Nicolaus Vernulæus, S. Theologiæ Licentiatus, et historiographus Regis Catholici, ac Præses Collegii Miliani Luxenburgensis in universitate Lovaniensi, redditurus anno MDCXLVI mense Martii consuetas dati acceptique rationes, aliquas, quibus egebat, scripturas non poterat ulla diligentia reperire. Hac in perplexitate, memor beneficiorum jam alias a S. Antonio receptorum, pollicetur Missas aliquot per seipsum aliosque dicendas. Vix primam dixerat dio sequenti, cum ab ecclesia domum rediens, musæum suum denuo scrutaturus intravit; et requisita scripta palam in mensa exposita reperit, prout ex ejus chirographo constat, cujus veritatem semper paratus fuit jurejurando firmare.

123 Eodem anno simile quid etiam Bruxellis *et Bruxellis,* contigit, D. Joanni Gomez Cano, viro perquam honesto ac probo. Huic ex camera Regiæ audientiæ furtim sublata erant nonnulla magni momenti scripta, spectantia ad litem ipsius in Curia Brabantiæ pendentem, desiderabantur autem illa jam totis E tribus mensibus. Hinc non modice conturbatus, solatium a S. Antonio in hunc modum accepit. Post votum curandarum aliquot Missarum, mœstus Joannes spatiabatur in claustro Fratrum Minorum Bruxellis; cum illuc intrans venerabili specie Frater *apparente Sancto.* Minor, eum salutavit Hispanice, interrogans mœroris et solicitudinis causam. Cui ille; Sublata mihi furtim sunt instrumenta quædam litis meæ, et ideo huc adveni curaturus Missas aliquot, ut S. Antonius ea me recipere faciat. Tunc ignotus ille Frater ei dixit: Vade, et Missam in honorem S. Antonii audi, atque confide ipsa tibi cras esse in proprias manus restituenda; sicut omnino evenit, eisque mediantibus causam obtinuit Canus. Neque dubitatum est quin Frater ille fuerit ipse S. Antonius, cum in toto Conventu nemo Hispanice nosset, præter Portarium domus et Patrem Confessarium ipsius Cani, ambos huic optime notos: quapropter pulchra in tabula rei gestæ seriem pingi ille fecit, ipsamque in Choro ecclesiæ appendi.

124 Rev. D. Laurentius Jacobi, Pastor in Heylissem inferiori, pago Brabantiæ inter Thenas et Hanutum, libere coram Notario declaravit, in fide Sacerdotis, *Pecuniæ, prædonum metu, aquis injectæ,* quod anno MDCLIV, Condæanis et Lo- F tharingicis totam circum regionem depopulantibus, necesse habuerit in Dominica Passionis fugam capere, nihil rerum suarum auferre valens, præter sacculum continentem ad florenos bis mille Brabanticos in auro. Cum autem propius inhærentes vestigiis milites persentisceret, sacculum suum projecit in stagnum, vicinum Abbatiæ Heylissemensi; notans sibi accurate locum, ut digressis militibus *et furtim inde ablatæ,* pecuniam suam inde reciperet. Verum non potuit id tam occulte agere, quin observaretur a quadam sua parochiana; ceteri qui aderant, sonum quidem cadentis in aquam sacculi audiverunt, sed non animadverterunt, quid esset. Nec procul inde abiit Pastor, observare cupiens an aliquis militum quidpiam percepisset; ac denique de iis securus abiit. Sed garrula illa rem omnibus propalavit: unde aliquis, suam hanc esse occasionem ratus, sacculum requisivit et inventum abstulit. Igitur digressis militibus redeunti cum multis suis subditis Pastori, ad requirendam pecuniam, omnis per triduum labor irritus fuit; nec aliud bono viro remedium succurrit, quam fiducia in S. Antonium, cui fecit per Minores Thenenses multa Sacra fieri, et ipse etiam plura fecit

EX VARIIS. morti adjudicatus servatur,

A leves et homicidium patratum relegatus sub pœna capitis, in manus justitiæ devenit et morti adjudicatus est. Verum cum Sancto se commendasset, noctu diuque plangens sortem suam, exorati a Patribus Jesuitis judices dimiserunt reum : qui Patavium veniens, appensa tabella testatus est gratiam sibi a Sancto factam.

Figlina infelici successu accensa,

108 Anno a Christi nativitate MDCLXXVII, Indictione IX, die sabbati XXXI Augusti, Veronæ in domo habitationis mei Notarii, præsentibus D. Dominico Peregrini qu. Joannis, Allegre Bonatis filio Dominici, atque Antonia Viglaro qu. Francisci, omnibus de insula Porcatia testibus; comparuit D. Petrus Lorenzoni, qu. Joannis Baptistæ, ex communitate d. insulæ; et ad instantiam P. M. Francisci Antonii Perletti, Guardiani in conventu S. Firmi-majoris Veronæ, deposuit; quomodo die Martis ultimum præteriti XI Junii, circa horam duodecimam, prævia benedictione R. D. Bartholomæi Brunelli, Curati ipsius insulæ, supposuerit ignem fornaci figlinæ quam habebat vicinam foro ibidem, in eaque ad viginti duo millia scyphorum, quadrellorum, et

ultro reaccenditur, absque nova materia,

scutellarum, quorum cocturæ solent ordinarie impendi viginti carri stirpium et fasces ramorum, ad B quinquaginta. Ipse vero ut calefaciendæ fornaci daret initium, ad sexaginta fasces injecerat cum duobus carris stirpium, mane autem sequenti die X mensis prædictis circa meridiem, corruit os fornacis; ipsumque sic obturavit, ut majori lignorum copiæ injiciendæ nulla restaret via : flammæ autem, quæ accendere fornacem debebant, prosiliebant foras, ipsa frigida remanente, ac si numquam in ea ignis fuisset. Adhæc attonitus confususque Petrus, nihil aliud consilii habuit, ad evadendum damnum quod omnes suas fortunas evertisset, quam auxilium S. Antonii implorare. Cum ergo subsequentibus diebus curasset Missas duas dicendas ad illius altare, in auxilium purgantium animarum, et requireretur commodare operam exonerandis aliquot carris, ligna ferentibus, sibi visus est eminus con-

ad stuporem civitatis Veronensis.

spicere quasi ardentem fornacem ; eique appropians ac totam illuminatam videns, ascendit, et omni ex parte succensam animadvertit, licet nihil novæ materiæ injectum esset. Duravit autem ignis usque ad diem Martis, quando ad ecclesiam insulæ accurrens Petrus, fecit aliam Missam dici ad altare Sancti ; indeque revertens fornacem extinctam, omniaque intus digesta vasa tam perfecte cocta reperit, quam C unquam potuissent. Quo miraculo publicato, accurrit infinitus populus ad fornacem ; cupientibus singulis partem aliquam pocelli vel quadrelli inde capere in qua Sanctum laudaret. Ipse vero Petrus, post Officium pro animabus Purgatorii curatum, Patavium transivit, gratias suo benefactori acturus. Et ego Bartholomæ Bonvajonus, qu. D. Joannis Baptistæ de contrata S. Petri Incarnarii Veronæ, publicus Veneta auctoritate Notarius, præmissa omnia fideliter exemplavi ex Actis meis. In quorum fidem etc.

Inter equos consternatos lapsus conterendusque rhedarius,

109 Eodem anno, cum rhedarius D. Equitis Herculis Manfredini, Peregrinus Zanotti, heros suos ad ecclesiam veheret; consternati equi ipsummet ita terruerunt, ut lapsis ex ejus manu habenis, illi effusum in cursum se darent. Cum ergo desiliret ex temone, habenas recepturus; ita cecidit, ut duobus calcibus in pectore et capite pulsatus, rhedam etiam super se transeuntem sustinuerit ; interim

manet illæsus :

dum ex animo se commendabat S. Antonius : quod ei tam bene vertit, ut ex tali periculo illæsus evaserit.

item alius sub ruina domus :

111 Ex terra Ulmi diœcesis Patavinæ anathema attulit, exeunte Julio, Stephanus Morari ; narravitque, quod sub duarum domorum subito turbine eversarum ruina deprehensus, ipse XXIX mensis D prædicti solus ex sexdecim evaserit incolumis, per votum Sancto factum, aliis quindecim inter rudera mortuis et consepultis.

alii ex sæva tempestate evadunt.

112 Mense autem Septembri per Lacum Venetæ civitati vicinum navigantes multi, tam sæva tempestate jactari cœperunt, ut nautæ vectoresque de vita desperassent, nisi spem habuissent minime vanam in sancto Thaumaturgo : cui, post sex periculosissimæ jactationis horas, vota sua attulerunt, salvi ad civitatem appulsi.

Cubiculum matronæ Sanctum orantis,

113 Dum quædam præcipua Matrona Venetiis moraretur in Prætorio, circa tertiam horam noctis, adeo terribilis exorta est procella, ventis et imbribus gravida, ut toti regioni formido incuteretur. Orabat illa in cubili suo S. Antonium, cum subito tectum palatii corruit, sola ea parte salva, quæ matronæ cubiculum operiebat. Accurrit tamen ad ruinam ipsa, ut sub trabium saxorumque congerie requireret triennem filium suum Aloysium ; ceteris

servatur, reliquo tecto ruente, uti et filius ejus ;

enim modicum læsionem passis, solus ille desiderabatur. Cum autem non inveniretur, accurrens ad fenestram afflicta mater, cœpit contenta voce clamare ; S. Antoni, redde mihi filium meum Aloysium : filium redde miraculose Antoni. Ecce autem, E ipsum totum lætum et sanum attulit ei homo quidam, referebatque inventum sub trabibus, tam apte inter se cancellatis, ut puerilis corporis partem nullam contigerint : et hoc ipsa jurata affirmavit, in manibus cujusdam Religiosi Conventualis. Eadem sequenti anno MDCLXXXVII, patiens vehementem ex

eadem sanatur brachium emortuum

capite fluxum, per collum in brachium dextrum, hujus usum omnem amiserat, nec proderant quæcumque medentium consilia : vovit ergo Novenam Sancto instituere, et primo Martis die confessa atque communicata, priusquam de ecclesia egrederetur, liberam sese sensit, talisque domum rediit, cum familiarium omnium medicorumque stupore.

In Armenia sedatur incendium

114 Eodem anno MDCLXXXVII, mense Februarii, domum Isaaci de Nazar Armeni flamma corripuit, eodem tempore, quo ipse ante altare Sancti vacabat orationi ; ubi re intellecta monitus accurrere, respondit se domus curam S. Antonio relinquere. Nec vana ejus fides extitit ; ipso enim preces continuante, brevissimo tempore extinctæ sunt flammæ : cujus rei testis tabella, allata ex Armenia servatur adhuc apud custodem sacræ arcæ.

Lapsa in puteum salva educitur,

115 Ipso anno mense Majo D. Francisca Na- F vari, Faventiæ cecidit in puteum pedes quinquaginta profundum : sed Sanctum ipso in casu reclamans, visa est sibi sustineri supra aquas ; unde salva educta, pedibus cum marito suo Patavium venit, gratiamque testata est Præsidi Missarum, P. M. Augustino Panighetti.

et alius ex fluvio.

116 Mense Junio Petrus Andreata, ex Mestre circa Dolum, veniebat devotionis ergo Patavium, per ripam Brentæ fluminis in equo; quem cum pes unus fefellisset, periclitabatur sessor ne suffocaretur : sed invocatus Sanctus, salvum adduxit ad ripam, prout ipse veniens testatus est.

Sanatur letaliter saucius

117 Eodem mense Dominicus Aquarioli, Venetiis habitans in campo S. Simeonis majoris, ab inimico improvise occupatus, pluribus pugionis impacti ictibus fuit læsus : quorum vulnerum licet unum omnino letale esse pronuntiaret chirurgus, a cunctis tamen cito convaluit, Sancto invocato. Eodem mense Junio Foresti-Polyxenæ, tam gravis zelotypia hominem quemdam conjugatum corripuit, eo quod uxorem suam vidisset cum suo vicino loquentem ; ut post graves injurias ei impactas, etiam minaretur mortem cito inferendam. Innocentiæ suæ conscia mulier, non cessabat eam diu noctuque commendare

A mendare Sancto, cui et votum Novenæ faciendæ nuncupavit. Ea devotione inchoata adeo nil resedit conceptus semel furor mariti, ut vocatæ in partem, post multa opprobria, sclopum impresserit pectori eam trajecturus. Ast ea non frustra Sanctum orabat fieri defensorem et testem innocentiæ suæ: laxata sclopi rota ignem non dedit: quo prodigio vir consternatus, veniam facti petiit obtinuitque, et cum eadem Patavium venit, id quod actum erat depositurus ad honorem Sancti.

pudica mulier mortem a zelotypo marito intentatam evadit,

118 Venetiis Romam ex voto ibant nobiles quidam, cumque Seravallem appropinquarent, sive ex inadvertantia aurigæ, sive equorum consternatione, præcipites volvebantur ex monte plus quam quindecim passibus, clamantes, Auxilium, auxilium, o S. Antoni. Sed hæsit rheda ad oram præcipitii, in quo omnes conterendi erant; neque ullus vel equorum vel hominum læsus fuit, ac ne rheda quidem leviter luxata.

et rheda vecti præcipitium.

119 Mense item Junio anni prænotati, Patavinus Nobilis diris calculi doloribus diutius sustinendis impar, definierat diem, quo sectionem sustineret potius quam mille mortes: nec ab eo consilio divertere eum poterant teneræ domesticorum et B consanguineorum lacrymæ; omnibus enim respondebat, tantam se fidem habere in S. Antonio, quod nihilo minus quam tot alios crederet se gratia ejus fruiturum. Petiit ergo ut proximo Martis die, velut ipsi sacra, supra sacrosanctam arcam exponeretur venerabilis Eucharistia; coram qua factis pluribus Missis, intrepide constanterque toleravit sectionem, per quam extractus ei calculus est. Quamvis autem salus ejus post multos dies visa fuerit adduci in periculum, bis tamen unctus oleo lampadis, per manum cujusdam Religiosi Conventualis in præsentiarum vivit sanus, brevique, aderit una cum anathemate votivo cor suum Sancto devinctum oblaturus. Mense Julio D. Petrus Lonigo Tarvisinus, secundum ripam Silæ fluminis equitans, cespitante jumento in aquam delapsus, cum sese expedire ab incumbente equo non posset, S. Antonium invocavit, et in ripam miraculose deportatum se invenit.

Periculosa calculi sectio, cum fiducia in Sanctum recte succedit,

120 Eodem anno mense Novembri, matronæ cuipam Brixiensi allatum fuit corpusculum dilecti unicique filioli, in flumine submersi: quæ ad ejus aspectum doloris impatiens, cum nequiret plangendo satiari, præceps ibat in mortem; et inventum intra conclave cultellum apprehendit, pectus sibi transfi- C xura; quando invisibili manu retineri sibi brachium sensit, et oculos attollens vidit in pariete pendere imaginem S. Antonii, cui erat devota. Hinc in se regressa prostrataque in terram, veniam petiit designati flagitii, et Patavium attulit anathema, prope capellam Sancti visendum.

mater submerso filio necem sibi allatura, cohibetur,

121 Ibidem Brixiæ, mense eodem, acuta febre tenebatur vir nobilis et locuples: qui viribus se deficere sentiens vovit, si sanaretur, una cum uxore Patavium accedere. Orsus deinde Novenam est, sub qua tertio die Martis, confessione et communione suscepta, rediens domum mulier, maritum reperit liberum a febre: quapropter ad tumbam Sancti appendit votum limbo argenteo inclusum.

febris lethalis sanatur.

§. XI. Collectio Belgica Joannis vander Borcht, unde dantur miracula alia et fructus ex usu Novenæ Antonianæ.

Scripturæ amissæ reperiuntur Lovanii

A*nno* MDCLXXVI *apud nos Antuerpiæ, Belgica lingua editus est a prætitulato auctore libellus bipartitus, suo hoc titulo:* Epitome Vitæ et Mirabilium S. Antonii Patavini, cum peculiari praxi novendialis devotionis, in ejusdem honorem instituendæ, collecta ex D variis scriptoribus. *Hic a cap. 49 usque ad finem (finis autem partis primæ habetur cum cap. 53) deducuntur aliqua Belgio nostro propria, ac proinde digna hic commemorari, quia alibi nuspiam invenienda.* Eruditissimus et scriptis suis notissimus, D. Nicolaus Vernulæus, S. Theologiæ Licentiatus, et historiographus Regis Catholici, ac Præses Collegii Miliani Luxenburgensis in universitate Lovaniensi, redditurus anno MDCXLVI mense Martii consuetas dati acceptique rationes, aliquas, quibus egebat, scripturas non poterat ulla diligentia reperire. Hac in perplexitate, memor beneficiorum jam alias a S. Antonio receptorum, pollicetur Missas aliquot per seipsum aliosque dicendas. Vix primam dixerat die sequenti, cum ab ecclesia domum rediens, musæum suum denuo scrutaturus intravit; et requisita scripta palam in mensa exposita reperit, prout ex ejus chirographo constat, cujus veritatem semper paratus fuit jurejurando firmare.

ex variis.

123 Eodem anno simile quid etiam Bruxellis contigit, D. Joanni Gomez Cano, viro perquam honesto ac probo. Huic ex camera Regiæ audientiæ furtim sublata erant nonnulla magni momenti scripta, spectantia ad litem ipsius in Curia Brabantiæ pendentem, desiderabantur autem illa jam totis E tribus mensibus. Hinc non modice conturbatus, solatium a S. Antonio in hunc modum accepit. Post votum curandarum aliquot Missarum, mœstus Joannes spatiabatur in claustro Fratrum Minorum Bruxellis; cum illuc intrans venerabili specie Frater Minor, eum salutavit Hispanice, interrogans mœroris et solicitudinis causam. Cui ille; Sublata mihi furtim sunt instrumenta quædam litis meæ, et ideo huc adveni curaturus Missas aliquot, ut S. Antonius ea me recipere faciat. Tunc ignotus ille Frater ei dixit: Vade, et Missam in honorem S. Antonii audi, atque confide ipsa tibi cras esse in proprias manus restituenda; sicut omnino evenit, eisque mediantibus causam obtinuit Canus. Neque dubitatum est quin Frater ille fuerit ipse S. Antonius, cum in toto Conventu nemo Hispanice nosset, præter Portarium domus et Patrem Confessarium ipsius Cani, ambos huic optime notos: quapropter pulchra in tabula rei gestæ seriem pingi ille fecit, ipsamque in Choro ecclesiæ appendi.

et Bruxellis, apparente Sancto.

124 Rev. D. Laurentius Jacobi, Pastor in Heylissem inferiori, pago Brabantiæ inter Thenas et Hanutum, libere coram Notario declaravit, in fide Sacerdotis, quod anno MDCLIV, Condæanis et Lotharingicis totam circum regionem depopulantibus, F necesse habuerit in Dominica Passionis fugam capere, nihil rerum suarum auferre valens, præter sacculum continentem ad florenos bis mille Brabanticos in auro. Cum autem propius inhærentes vestigiis milites persentisceret, sacculum suum projecit in stagnum, vicinum Abbatiæ Heylissemensi; notans sibi accurate locum, ut digressis militibus pecuniam suam inde reciperet. Verum non potuit id tam occulte agere, quin observaretur a quadam sua parochiana; ceteri qui aderant, sonum quidem cadentis in aquam sacculi audiverunt, sed non animadverterunt, quid esset. Nec procul inde abiit Pastor, observare cupiens an aliquis militum quidpiam percepisset; ac denique de iis securus abiit. Sed garrula illa rem omnibus propalavit: unde aliquis, suam hanc esse occasionem ratus, sacculum requisivit et inventum abstulit. Igitur digressis militibus redeunti cum multis suis subditis Pastori, ad requirendam pecuniam, omnis per triduum labor irritus fuit; nec aliud bono viro remedium succurrit, quam fiducia in S. Antonium, cui fecit per Minores Thenenses multa Sacra fieri, et ipse etiam plura fecit

Pecuniæ, prædonum metu, aquis injectæ, et furtim inde ablatæ,

EX VARIIS.

A fecit, addito voto de vigilia ejus cum jejunio in pane et aqua agenda.

partem recipit devotus Sancto;

125 Jam fere tres menses effluxerant, cum circa festum S. Joannis Baptistæ, Sculteti Heylissemensis uxor ad Pastorem venit, dixitque se posse indicare personam, penes quam pecunia esset, modo sibi promitteret, eam sub secreto confessionis occultam habere. Ast ille tali conditione noluit furem scire: et mœstus domum suam abiit. Vesper erat cum id contigerat, post quem cubitum concedens, visus est sibi videre ignotum alias virum, secularibus indutum, qui ei ostendens sacculum dicebat: Eccum pecunia tua, sed non omnis. Inde videbatur sibi ad suam parochialem transisse, ubi erat quidam Frater Minor, haud valde absimilis P. Ægidio Langole Guardiano Thenensi; quem cum salutare vellet, et non esse Guardianum cognosceret, retro pedem tulit, simulque audivit vocem, incertum unde profectam, distincte exprimentem nomen cujusdam sui Parochiani, de quo nihil minus suspicatus unquam fuerat. Post hanc visionem, seu somnium malis dicere, summo mane adivit uxorem Sculteti, quæsiturus an sibi vellet indicare personam quam pridie noluerat revelare. Illa autem id omnino abnuente, B ad Abbatiam se contulit, deliberaturus cum Religioso quodam quid potissimum ageret. Sed prius quam Pastorem ille loquentem audiret, indicavit apud se esse majorem partem amissæ pecuniæ, a tertia quadam persona allatam, cum scripta pollicitatione alterius quoque partis restituendæ. Recognovit ex specie monetæ Pastor pecuniam suam, eamque recepit a prædicto Religioso. Ecce autem rem miram. Dum hæc aguntur in monasterio, vir ille, qui Parocho fuerat nominatus in somno, in tantam decidit amentiam (id quod centeni atque centeni testari possunt) ut a consanguineis ducendus fuerit Geldenacum, ubi ad S. Medardi Reliquias ejusmodi ægri curari solent. Hic ille coram multis testibus identidem clamabat: Pecunia Pastori reddetur: ecce a multis æthiopibus et dæmonibus me persequentibus affligor. Hac ratione etiam altera pars pecuniæ reddita fuit, non tamen omnis, sicut ei prædictum fuerat: quod totum deinde scripto testatus est, apud Minores Thenenses servando, paratus ipsum jurejurando confirmare.

et fure in amentiam verso, fere etiam reliqua.

Bona auri summa, ferenti elapsa,

126 Dominus Joannes Bernaert, nobilis Gelder, parochiam incolens cui nomen Brouck-huysenvorst, in ipsa suæ provinciæ metropoli, anno MDCLXV acce- C perat in auro mille sexcentos florenos, quos qui ne sibi a militibus grassatoribusque eriperentur metuens, eosdem innodaverat extremis angulis sui indusii: sed domum regressus, reperit eorum duos soluto nodo pecunia vacuos. Misit ergo raptim famulum ad Mosam, si forte vel in ripa, vel in cymba qua flumen trajecerat, pecunia illa sibi excidisset: sed frustra. Misit etiam uxori suæ, tunc Ruremondæ degenti, qui rem indicaret. Hæc ibi Conventum Minorum adit, et sacra aliquot de S. Antonio sibi fieri petit. Curatum est etiam ut per omnes circumjectas parochias, a Pastoribus de suggestu denuntiaretur populo præmium centum quinquaginta florenorum, ei dandum qui pecuniam posset indicare. Sex hebdomadæ transierant, cum pecunia tota, sudario involuta et appensa extremitati baculi, protrusa fuit per canalem in sacristiam parochiæ Forestensis prænominatæ, ibique ab æditui sic inventa est. Hic confestim ad Parochum: qui celeriter adveniens, coram duobus testibus tum forte præsentibus in ecclesia, strophiolum explicavit, et reperit plenum nummis aureis, arenæ permixtis, velut si inde collecti fuissent, cum schedula sic scripta: Hæc pecunia reddatur Domino Bernaert, habitanti ad locum de Kolke dictum: ipse vero det ecclesiæ eleemosynam. Erat hæc ipsissima quæ fuerat amissa D pecunia, nisi quod deessent centum quinquaginta floreni, repertori promissi, qui sibi suam mercedem servaverat: omnia autem sic testati sunt Parochus et Æditūus, ipseque Nobilis cum uxore, etiam ad jusjurandum præstandum parati.

clam restituitur,

pecuniam et argentum formatum furata,

127 Nihilo minus mirandum fuit, quod ab annis non ita multis Mechliniæ in Brabantia contigit. Domicella quædam, ibi habitans ad viam Vaccarum dictam, lotrices domum adduxerat, mundandæ lineæ supellectilis causa. Una earum observavit pecuniariam cistam haud bene clausam esse, et argentea domestici ministerii vasa non satis caute custodita: qua opportunitate illecta, cum domum reditura solitudinem ab arbitris nacta esset; cistam aperit, bonam inde pecuniæ summam accipit, cum nonnullibus monilibus, et quidquid argenti formati ad manum habere insuper potuit, domum suam aufert. Vix inde discesserat, cum ancillarum una rem animadvertens, exclamavit; Domina, Domina, omnis nostra suppellex argentea furtim ablata est. Hoc audito confestim mittitur ad Conventum Minorum, ut de S. Antonio tria Sacra fiant. Interim furax mulier, priusquam domum redire posset, tanta cœpit intemperie corripi, ut ignara quid ageret, bonam E formati argenti partem in Diliam projecerit ad molendinum Hanswikanum (ut postmodum fassa est, et res ipsa docuit) cetera domum detulit: sed ita consternata, ut nullam corpori animoque requiem valens invenire, adhuc eodem die, sub quartam postmeridianam, quando Minorum ecclesia solet ad inchoandas Vesperas aperiri, illuc accesserit; et cuidam sex septemve annorum puerulo, ad ostium reperto, tradidit pecuniam cum monilibus, ceruleo linteo involutam, ad valorem trium circiter millium florenorum, ut illud daret Religioso quem videbat in templo. Accepit puer, et accurrens dixit: Pater, Pater, accipe hanc pecuniam, et defer ad viam Vaccarum Dominæ illi quæ ipsam amisit. Quæsivit Religiosus, unde ea esset. Mulier, inquit puer, quæ illic assistit, ipsam mihi tradidit, simul et locum monstrat: ad quem se convertens Frater, ipsam quidem adhuc vidit, sed raptim discendetem agnoscere non potuit. Atque hæc habui ex Patris illius ore, qui pecuniam et monilia recepit, et retulit.

hoc quidem in flumen abjicere,

istam vero ad ecclesiam Minorum referre cogitur.

Alia furta ex simili necessitate restituta

128 Pene mihi exciderat Antuerpia, in qua tamen admodum multa hujus generis contigerunt. F Ancilla quædam corallinum globulorum precatoriorum sertum furata, ipsum Gandavi, urbe decem leucis dissita, vendiderat: sed cum pro eo recuperando quædam Sacra S. Antonio dicerentur; tantis illa scrupulis angi cœpit, ut vel ideo solum reverterit Gandavum, quo ipsum redimeret ac restitueret. Alia ex domo sublatus erat scyphus argenteus, atque in Monte-pietatis pignori datus. Dicitur similiter sacrum unum; et fur sic angitur ut quiescere non possit. Verum non amplius habens pecuniam qua scyphum redimeret; alium furatur in vicinia; ibidemque oppignorat, et priorem, accepta pro secundo pecunia, eliberat atque restituit. Interim pro illo quoque Sacrum curatur, et simili necessitate constrictus fur, schedam pignoratitiam projecit in eas, unde secundum scyphum abstulerat, ædes; itaque agnitum fuit, ubi scyphus esset, et domino commoditas data ejus non magno pretio redimendi. *Hactenus prætitulati libelli pars prima, quam Auctor suus finit protestando, finem nullum se reperturum si colligere vellet, quæ in singulis Belgii urbibus patrata sunt, quotidieque patrantur; et transit ad partem alteram, quam vocat* Introductionem ad Novenam seu Novemdialis devotionis exercitium; *ejusque originem et fructus varios exemplis declarat, ut sequitur.*

A

Post annos 22 prolem petens,

129 Anno MDCXVII, Bononiæ in Italia vivebat matrona nobilis, annis jam viginti duobus in conjugio vivens, sed absque desiderato illius fructu. Frequenter illi narrabantur miracula S. Antonii, unde in magnam excitata fiduciam, tandem ad ecclesiam Minorum se contulit; et ibi ante Sancti altare prostrata, cœpit fecunditatem postulare, precibus quam poterat ferventissimis. Hoc dum agit interius, sensit solatium animi plane insolitum; idque pro pignore habens exauditæ orationis, domum regreditur. Proxima autem nocte vidit in somnio S. Antonium, magna luce circumfusum, qui ei dixit: Vade, mulier, novies recursuris feriis ad ecclesiam Minorum, ibique susceptis Sacramentis preces funde coram mea imagine, easque scito exaudiendas. Exiliit mulier lætabunda, et fideliter mandata Sancti implevit, nec minori fide impleta ejus promissa sensit, nono die peracto, ex suo marito facta gravida. Verum ille, ut erat asper et zelotypus, timuit ut ex se fœtus conceptus esset; ideoque uxorem cœpit, velut certi adulterii convictam verbis factisque male habere. Malo huic, ex Dei omnia disponentis providentia, aliud accessit. Qui enim impleto pariendi tempore ex ea prodiit fructus, totus deformis monstrosusque apparuit, vix ullam hominis speciem præferens. Ipsa nihilominus fide plena, pannis involutum deportari jubet ad altare Sancti: cui impositus ut fuit, audiri continuo ex ipsis fasciis ploratus quasi recens editi infantis; quo excita sarcinæ infelicis bajula, accurrit ad altare, fascias solvit, et pro monstro speciosissimum infantulum invenit: quod non solum afflictam matrem atque familiam, sed universam civitatem admiratione gaudioque implevit.

jubetur a Sancto Novenam facere;

illa vero nata monstrosa,

B

super altari ejus reformatur.

Mulier a zelotypo marito

130 *Fuit hæc velut late personans tuba, ad commendandum omnibus novenæ istiusmodi usum, non solum per Italiam, sed etiam Hispaniam, Galliam, Germaniam, Belgiumque non sine multiplici fructu, cujus eccum tibi specimina aliquot, ab omnibus alibi relatis diversa.* Taurini in Pedemontio quidam Secretarius, usque eo se siverat abripi zelotypiæ spiritu contra uxoris suæ innocentiam, ut certus ei vitam auferre, deductam in summum solarium domus, vestibusque nudatam, funibus alligaverit palo. Tum altera manu pugionem strictum, altera mortiferum poculum præferens, eligere jubet utro mori malit. Illa in ancipiti deprehensa, cum nullis precibus flexilem animum mariti cerneret, venenum eligit; et inter sumendum sublatis in cœlum oculis, S. Antonio Novenam vovet. Illico autem amara illa potio in dulcedinem versa, jucunde eam refecit; interim dum vir, patrato (ut rebatur) flagitio, rus abit, in crastinum rediturus, mortuamque uxorem reperturus, et clam daturus sepulturæ. Verum obstupuit, cum sanam hilaremque stare ad palum videt. Nihilo tamen inde sapientior, aliam multo nocentiorem potionem haurire eam jubet; quam cum illa, renovato interius priori voto, jam multo quam ante fidentius hausisset; mansit quidem ut prius indemnis, sed viro impune non fuit jam bis tentatum enorme facinus. Filiolus enim eorum, casu in solarium ascendens, invenit ibi sic male habitam, nudamque et palo alligatam matrem; solvit illam, quid actum sit discit, et materteræ narrat: hæc rem defert Magistratui, cujus jussu comprehenditur reus, et causa examinata ac verificata merita pœna mulctatur.

C

bis coacta venenum bibere, servatur.

131 Puella Romana, tenuibus sed honestis parentibus orta, potentis ac divitis adolescentis blanditiis promissisque inflexa est tandem, ut sub fiducia matrimonii contrahendi se illius voluntati permitteret. Hinc prole gravida, non potuit diu latere parentes: qui dedecus familiæ imminens veriti, decernunt fœtum prius quam nascatur extinguere, etiam cum periculo matris. Id illa animadvertens, atque cum lacrymis deprecans, sancte jurabat, non alio fine se peccasse, quam ut suæ ipsorumque paupertati per subsecuturum matrimonium consuleret. Et ita quidem tunc evasit periculum: sed iterum cum eodem sub iisdem promissis relapsa, iterumque gravida, nesciebat quomodo parentes rem celaret; cum deceptor suus nullis nec blanditiis nec lacrymis induci posset, ut promissi toties jurati fidem præstaret prægnanti. Jam laqueum misera cogitabat, cum ei in mentem venit S. Antonius, coram hujus imagine supplex advoluta illa, anno MDCXLIX, Novenam vovet. Quarto post die agitur in ecclesia Minorum festivitas, solenne Sacrum celebrat Cardinalis Columna, adest in turba confertissima infidelis procus; et propius accedens altari, in se defigi videt turbidos ac minaces sanctæ imaginis oculos; itaque consternatus retro labitur, viribus ac pene spiritu destitutus: Curritur ad aquam, eaque aspersus in se redit, et quid sibi acciderit palam fatetur. Increpitam feroci intuitu Sancti infidelitatem quamdam suam, et interius dictum, eam cita morte puniendam, nisi resipisceret. Itaque contracto quod promiserat matrimonio, vitam ipse, famam integram puella servavit, opulentum nacta sponsum, qui parentibus posset ac vellet subvenire; unde et gratias Sancto egit.

Puella pauper, sub spe matrimonii imprægnata semel iterumque

D

EX VARIIS

impeditur ne ipsa se suspendat,

et dives procus eam ducere cogitur.

E

132 Hieronymus Berdontelli, expertus in oppido Suanensi medicus, sui tamen ipsius adeo incurius fuit, ut exiguum in genu vulnus neglexerit, donec ipsum mutile sibi reddi sensit. Tum scilicet ille chirurgorum implorare auxilia, sed frustra. Ibat enim quotidie in pejus malum, et post irritam quatuor annorum curationem, intolerabiles pariebat misero cruciatus, donec Novenam S. Antonio vovit, devoteque persolvit. Tunc persanatum momento genu fuit, sicut suo ipse affirmavit chirographo, quod anno MDCLII signatum in ipso loci Conventu servatur.

Curatur genu catenus immedicabile,

133 Anno autem MDCLIV fuit Matrona nobilis, quæ suum nomen celatum voluit, ex eadem verecundia, qua defluentibus sibi intestinis noluit chirurgorum manus admittere curando malo, prout suadebat maritus suus, continuis ejus gravibusque cruciatibus amanter compatiens. Tandem Novenam Sancto instituendam vovit, cujus ultimo die cum orationi insisteret sese Antonio commendans, correpta est deliquio virium tam violento, ut extremam eam horam sibi esse crederet. Sed in lectum delata, suaviter indormivit; post soporem autem sensit se omni cruciatu liberam, visceraque in statum naturalem restituta; hodiedum adhuc sana, et quotidie gratias agens benefactori suo.

item mulieris hernia verecunde celata,

F

134 In quodam Coloniensis diœcesis vico, Nederpreis dicto, haud procul Sibricha, Blankenbergensis territorii toparchia, anno MDCLXVII fuit sex annorum puer, nomine Leonardus Nieukirchen, qui ulcerosa ad collum gravabatur struma, eaque tam grandi, ut eo inclinatum caput in humerum flecteret. Nullis impensis parcebant parentes, ut filium suum deformi isto malo levarent, sed in vanum: crescebat enim quotidie struma, jamque sex totos menses affixerat lecto puerum, membris omnibus obrigescentibus inutilem. Hunc tam miserum filii statum, cum suo ad tempus Vicepastori uni ex Minoritis indicassent, suasit is novemdium Martis ad honorem S. Antonii celebrare, curandis audiendisque totidem Missis, quas dicendas ipse rogatus suscepit. Cœpit autem ipso primo die alleviari malum; et procedente hebdomadatim curatione, ultimo die sic disparuit, ut nec vestigium quidem superesset. Rem toti viciniæ compertissimam, rogatus

et enormis ad collum struma

EX VARIIS.

A gatus a parentibus Notarius publicus, scripto excepit; quod cum Archiepiscopus perlegisset, permisit rem ut miraculosam publicari, ad honorem et devotionem S. Antonii inter suos augendam.

§. XII. Utilitas Responsorii Antoniani ex duobus libellis Flandricis comprobata.

Responsorio junctæ Collectæ, primum una,

Antiphonarium illud, quod ex occasione oblata num. 13 descripsimus integrum, creditur a S. Bonaventura compositum. Impressio Romana anni MDCVI, *eidem subjungit Collectam, hoc modo recitandam.* ℣ Ora pro nobis S. Antoni, ℟ ut digni efficiamur promissionibus Christi. Oremus. Ecclesiam tuam Deus B. Antonii, Confessoris tui commemoratio votiva lætificet, ut spiritualibus semper proficiat auxiliis, et gaudiis perfrui mereatur æternis. Per D. N. J. C. *Hac eadem Collecta, utitur in Officio et Missa de Sancto Romana Ecclesia. In editione Maceratensi anni* MDCXLVII, *eadem ponitur sed præmissis duabus de S. Spiritu et Deipara, cum congruo sibi Versiculo atque Responsorio de solo Spiritu sancto*, Emitte Spiritum tuum etc. *nec non* Antiphona *alia, quam pariter a S. Bonaventura compositam, supponere videtur*

deinde tres.

B *Maceratensis impressor, alii autem expressius id ipsum asserunt. Ipsa talis est :*

O proles Hispaniæ, pavor infidelium,
Nova lux Italiæ, nobile depositum
Urbis Paduanæ :
Fer, Antoni, gratiæ Christi patrocinium;
Ne prolapsis veniæ tempus, breve creditum,
Defluat inane.

In Belgio usurpatur Collecta alia.

136 *Patavini, istis non plene contenti, non solum addiderunt Versiculo ordinario de Spiritu sancto, Versiculum de Diva*, Ora pro nobis Sancta Dei genitrix etc.; *sed etiam de Sancto, hoc modo :* ℣. Prædicator egregie, ora pro nobis, Antoni beatissime, ℟ Ut tua intercessione percipiamus gaudia vitæ. *quibus cum in editione Patavina anni* MDCLXXXVII, *respondeat Oratio eadem quæ supra : mirum est, quomodo in Belgio, ubi decem annis prius Epitomen suam edidit Joannes vander Borcht, omissa ordinaria; ponatur hæc alia*, Interveniat pro nobis, quæsumus; Domine, sanctus tuus Confessor Antonius, quem virtutibus, miraculorum signis, et prodigiis decorasti, et adhuc decorare non cessas. Per D. N. J. C. *Et subjungitur etiam novus Versiculus, per modum*

C *Absolutionis*, ℣ Precibus et meritis B. Antonii, ℟ Exaudiat nos Dominus.

Cum adulterinæ monetæ cusoribus captus damnatusque innocens,

137 *Idem Auctor ipsum* miraculosum *(uti appellat)* Responsorium *per singulos Novenæ dies, partitur, et illustrat, atque ad puncta singula producit miracula quædam, ipsius veritatem comprobantia : quorum aliqua jam relata sunt, alia hic merentur colligi. Tale est, quod pro die tertia, ad verbum* Calamitas, *sic narratur ut* Neapoli *factum.* Vir quidam conjugatus, et una cum adulterinæ monetæ cusoribus casu comprehensus, ac morti adjudicatus fuit. Consternata hujusmodi nuntio uxor, pro viri sui innocentia demonstranda formandum confestim curat libellum supplicem : sed non erat qui ipsum offerre vellet, quia expresse vetuerat Prorex, ne quis sibi pro liberando quoquam eorum loqui auderet. Ergo ab hominibus derelicta mulier, ad sanctum confugit Antonium, et altari ejus supplicem suum libellum imponit, rogans ut eum ipse velit Proregi tradere. Postero die, qui exequendæ sententiæ destinatus erat, redit ad ecclesiam mulier, reperitque in altari libellum a Prorege signatum : quo viso confestim accurrit ad virum, jam productum ad mortem; exhibitaque gratia illi facta liberum inde eumdem abducit. Ceteris supplicio affectis, adeunt Proregem supremi Justitiæ publicæ ministri; eumque interrogant, cur, contra fidem sibi datam, unum illum dimitti liberum voluisset. Quibus ille ait, venisse ad se Franciscanum Fratrem, adeoque patenter ac evidenter viri innocentiam comprobasse, ut ejus absolutionem negare illi non potuerit. Recordatus deinde, quam severe prohibuisset, ne quis ante completam justitiam ad se introire permitteretur; accessit prætoriæ suæ cohortis Capitaneum, et quis introire Fratrem passus esset, interrogat. Hic indignationem Proregis veritus, diligenter ex militibus, qui stationem habuerant, rem perquirit : sed omnes dejerant, nullum Fratrem eo die sibi visum. Interrogatus etiam Proregis jussu Gardianus Minorum, sigillatim examinat suos omnes, nec invenitur quisquam allocutus Proregem. Quo hic audito admirabundus, forte oculos convertit in effigiem Sancti, et exclamat; Eccum qui mihi supplicem libellum tradidit, gratiamque et subsignationem extorsit. Rescitum deinde ex muliere fuit, quomodo res contigisset : quæ per totam vulgata civitatem, locum Sancto obtinuit inter Patronos; tantumque ex collatis mox eleemosynis argenti fuit, quantum pro statua humanæ magnitudinis conflanda opus esset : et hæc anno MDCXLVII, mense Septembri, illata publico gazophylacio est. D

per libellum ab ipsomet Sancto traditum Proregi

sub finem absolvitur.

Fidelis villicus injuste vexatus,

E 138 *Ad verbum*, Dæmon, *ita legitur.* In regno Neapolitano villicus erat, commissi sibi prædii curator strenuus, et pactæ locationis solutor fidelis; sed cui dominus fundi numquam dare voluerat scripto fructuum redditorum apocham. Hoc mortuo, et mortuis consciis solutionis a villico præstitæ, adsunt heredes et exigunt novam. Nescius quo se verteret ille, confugit ad afflictorum auxilium Antonium, visitatoque altari ejus discedebat mœstus; quando eidem se socium ipsemet junxit, eumdemque consolans duxit in summitatem ignivomi Vesuvii, ex cujus flammis excivit animas damnatas heri ipsius atque testium; quas et coegit subscribere nomina sua plenissimæ apochæ : qua scripta debiteque signata, illæ iterum ad inferos ad quos damnatæ erant redierunt; villicus vero exhibita apocha, obligationi iterandæ solutionis sese exemit. Rem cum omnibus circumstantiis suis narrat Cressonerius fol. 47, habeturque signata manu trium in Theologia Doctorum Ordinis Minorum anno MDCXXXVI, Neapoli tunc studentium; et eidem permissu Electoris Coloniensis imprimendæ sic subscribentium, Fr. Otto Bonavilla, Provincialis Prov. Colon. Ord. Min. Conv. S. Francisci M. P. Fr. F Honorius vander Ekren. Professus Prov. Colon. Ord. Min. Conv. M. P. Fr. Otto Heyden, Professus Prov. Colon. Ord. Min. S. Franc. M. P.... Simile est quod sequitur.

per S. Antonium ab hero damnato accipit apocham :

similem apocham idem extorquet

139 Ebuli in regno Neapolitano, Mercator quidam idemque fœnerator Joannes Marone, suorum negotiorum curatorem fidelem Deique timore insignem habebat, cui subinde aliquot millia ducatorum credebat, ab eo identidem exigens et accipiens gesti negotii rationem; rogatus autem eamdem in libros suos referre, numquam induci potuit ut exigenti daret officii impleti apocham scriptam. Ille autem, sive per negligentiam, seu potius per malitiam, scribebat quidem quidquid procuratori suo credebat, non item quod vicissim recipiebat. Interim obiit etiam ipse, non dissimiles sibi filios relinquens heredes. Hi dum libros paternarum rationum scrutantur, et identidem notatas in iis summas, quas pater curatori isti suo crediderat, non item quid pro iis reddidisset, eumdem in jus vocant. Quos cum refellere fidelis ille, sed infelix minister non posset, defectu apochæ aut notitiæ alicujus in ipsis libris apparentis, conjicitur in carcerem ut furti reus. Ibi ille S. Antonium invocat; et in profundum

fœneratori ex flammis Ætnæ accito.

A fundum ac gravem somnum merso apparuit Fr. Minor : qui eum, solutis manicis pedicisque, sequi extra carcerem jubet : deductumque ad littus et impositum cymbæ, trans mare velut ; translatum adducit in montem flammivomum, ubi ostium inferni esse videbatur, ab atro tetroque monstro custoditum. Huic Sanctus mandat, sistere sibi animam Joannis Maronis Ebulensis : quæ post scriptam procuratori suo quam debebat apocham, denuo ad inferos præcipitata disparuit : et curator in eadem cymba per mare trajicitur, dicente Sancto ; Sume animos, et certus esto, quod quisquis in sua necessitate me invocaverit, cito auxilium experietur.

Hanc qui acceperat occultare rogatus,

140 Sic ille domi suæ liberum sese reperiens, extra vincula carceremque, cum quintancia in manu ; illam mane facto ostendit heredibus fœneratoris : sed quia dies datæ posterior erat creditoris morte, fidem non potuit reperire prius, quam omnia ipsis, quæ vel in corpore vel in spiritu viderat, exposuisset. Intelligentes autem infelicem patris sui statum, absolverunt illum ; sed petierunt, arcano ut silentio visa premeret. Non placuit Deo pactum ejusmodi, quo Sancti gloria occultabatur. Immittit ergo homini letalem ac cruciabilem morbum ; quo B ad extrema deductus, multaque volvens animo, suspicari cœpit, eam esse pœnam occultati beneficii Antoniani. Accessit ergo P. Guardianum Minorum Ebulensium, eique et socio ejus enarrat omnia : et hoc facto subitaneæ valetudini redditus, surgit de lecto ; resque per plurium notitiam vulgata, multos fœneratores ad pœnitentiam adduxit. Ita Franciscus Statfelt, auctor Lilii Antoniani.

cogitur gratiam revelare

Curatur gangrena.

141 *Ad articulum,* ÆGRI SURGUNT SANI, *ex* Rusconii folio 39 *et* 40 *hoc exemplum loco secundo producitur.* Marchio Mirolæ, Generalis exercitus Pontificii, ab Innocentio PP. XI missi in subsidium Venetorum contra Turcas, in obsidione Sebenitii, sclopo emissam glandem excepit in crure, quæ ei totum os comminuit : et quamquam nihil eorum prætermissum sit ; quæ possent ex arte medica curando vulneri adhiberi ; computruit tamen crus, et gangrænam contraxit mortiferam. Hoc in discrimine, mandavit icunculam Sancti læso cruri imponi, itaque precatur : Ad te confugio, o Sancte Thaumaturge, licet indignissimus peccator : scio quod possis ac velis juvare. Vix ita locutus fuerat, cum levius esse continuo sibi sensit, et crus citis- C sime consolidari, quod per dies omnino septuaginta movere non potuerat. Surgit ergo de lecto, ad stuporem omnium, et beneficium Antonii gratanter agnovit, obtentum anno MDCXLIV.

Homo inops,

142 *Denique ex die octavo, quo expenduntur verba,* CESSET ET NECESSITAS, *proponitur ad fiduciæ motivum sequens casus anni* MDCXLIX. Romæ quidam Andreas Petracelli, ad tantam devenerat egestatem, ut se cum uxore et familia sustentare non posset amplius ; eo quod toto anno vacare fuerit coactus ab opere, nemine cui ipsum faceret invento. Oportebat ergo eum subsidia eleemosynaria emendicare a consanguineis et notis ; hi vero non tam liberales erant, quam requirebat ejus extrema necessitas. Hinc jam desperanti de se suisque, die XV Februarii, qui tunc Feria II Bacchanalium erat, obambulanti circa montem, quem Montem-Caballi Romæ nominant, conspicuum sese, nobilis viri famulum quærentis specie, offert dæmon ; et mœsto huic appropinquans, causam quærit apparentis ex ejus vultu doloris. Tum post aliqua ad invicem colloquia ; Libenter, inquit, in meum servitium te assumerem, nisi Genuam hinc mihi proficiscendum esset. Cui Andreas perquam improvide, Etiam dæmoni, inquit, servirem libens, modo mihi victum vestitumque, et familiolæ alimenta præstaret. Quid plura ? Conveniunt de stipendio, itur ad cauponam sub insigni

seque etiam dæmoni servitium profitens,

Rosæ prope Macellum, cœnatur opipare ; disceditur D inde sub conditione, quod iter sequenti die inirent, mutuo se inventuri uno extra Urbem milliario, ad locum dictum Fluminicinus, ubi navim paratam haberent.

ex variis

143 Mane facto in viam se dat Andreas, proa missa completurus ; sed venienti ad Montem-testaceum occurrit dæmon alius, vel fortassis idem sub viri alterius specie, ipsum ad locum condictum comitaturus. Ita dæmonis servituti addictus, dimisso jam ferme Christo, de salute periclitabatur æterna, nisi Antonius ei subvenisset, cui se assueverat quotidie commendare. Nempe egredientibus de civitate occurrit juvenis Franciscanus, cum scipione in manu, et vestes accinctus, velut iter faciens : qui illis appropinquans, alterum minacibus hisce verbis affatur : Heus tu, cruenta bestia ! unde tibi tanta audacia, ut misellam hanc animam præsumas tecum ad inferos trahere. Ad quæ cum horribili ejulatu tertio ingeminavit dæmon ; Ah ! ah ! Antoni, semper me persequeris : et disparens tam gravem colaphum misero inflixit ; ut terræ prosterneret. Sed in se redeuntem solatus Sanctus ; Hinc, inquit, Andrea, omnem in Deo fiduciam pone, cujus infinities E major quam dæmonis potentia est : neque dubita, quin ille tibi in necessitate quantacumque sit adfuturus. Sub hæc disparuit Sanctus, et Andreæ congrua media subministravit Deus, ad familiolam sustentandam ; quare gratum se præstare volens, rem totam in tabula pingi jussit, et eam in ecclesia Minorum appendit, teste Rusconio pag. 72.

dum cum imprudens sequitur.

a S. Antonio liberatur

Ex alio simili libello anni 1687 habentur sequentia

144 *Simili quo prædictus Libellus fine, et cum simili miraculosi Responsorii illustratione, Brugis prodiit alius Libellus Flandricus, anno* MDCLXXXVII, *S. Antonii devotis in strenam anni sequentis oblatus, sub titulo* Communis Refugii, in quacumque necessitate, *in tres divisus partes ; quarum* I, Vitam ac virtutes ; II, gloriam miraculorum ; III, modum continet Sanctum colendi, præsertim per ejus votivam Novenam. *Auctor latere nomen suum præ modestia voluit, satis habens si Libellus, a duobus sui Ordinis Theologis approbatus, de licentia* Fr. Alphonsi Coen, Minorum Recollectorum *in Flandria* Vicarii Provincialis, *in lucem iret permitteretur : quod factum permissu* P. Maes, Canonici Ecclesiæ Cathedralis Brugensis, *typis* Petri van Pee. *Ex talis libelli parte secunda similiter accipio alibi non relata. Ibi allegatur Rusconinus quidam, mihi hactenus et iis quos interrogavi Minoritis ignotus : allegatur etiam frequentius Thesaurus Boverii ; sed nec hunc requisitum invenire potui : ma-* F *luissem autem ex ipso fonte dare singula.*

145 *Ac primum ad verbum* MORS, *invenio, quod* Anno MDCXXXIX, rixantibus Laureti duobus, quorum alter toto septennio confessus non fuerat, hic infelici ictu confossus in terram corruit. Soror ejus, Sancto devotissima, atque pro anima fratris solum solicita, procidit ante illius altare, orans ut ne miserum sinat æternum perire. Res mira ! Is qui judicio omnium per horas duas jacuerat mortuus, Confessarium petit ; eoque obtento suscipit Ecclesiæ Sacramenta, et moritur. Anno MDCL Joannes Baptista Bertholdi, conductus ad terram juxta fossatum quoddam movendam, grandi labentis terræ mole obruitur, sub eaque sepelitur, sic ut vix eximi inde potuerit a sociis operis, grandi duarum horarum labore. Interim supervenit Parochus, et sciens defunctum solitum circumgestare S. Antonii icunculam, ipsam sacco ejus eximit, præsentibus ostentat, rogat pro defuncto ut deprecentur, et eum cum imagine signat, atque Responsorium sæpe dictum recitat : mox autem signa vitæ dare Berthold, aperire oculos atque assurgere, nulla sui parte offensus aut læsus. *Ita Boverius pag.* 91.

Confesso impetratur tempus pœnitentiæ,

fossor, terra labente obrutus, resuscitatur.

146

A

EX VARIIS. *Matrona Turcica a cancro sanata,*

146 *Ad secundum verbum* Error, *ex eodem Boverio pag.* 98, *sic legitur.* Placentina puella annorum quatuordecim, Hortensia Galbatina, magno suo infortunio, sed majori alterius bono, venit in potestatem Turcarum; et Bassæ cuidam vendita, hujus uxori traditur ad ministerium quotidianum. Huic dum incumbit diligenter, animadvertit, eam hera sua quotidie invocare Sanctum quemdam; de quo interrogans eamdem quis esset, audivit sibi nominari laudarique Antonium. Accidit autem matronæ hujus mamillas cancro corripi, et malum in faciem sursum serpere. Tunc recordata miraculorum, quæ subinde ex famula Christiana audierat; Antonium invocat, polliceturque etiam se futuram Christianam si ejus ope sanetur. Hoc facto, continuo et suaviter obdormiscit; et experrecta, momento sanatam sese invenit. Nec fidem fefellit. Virili animo concepto mulier, furtim sese cum cubicularia in navem conjicit, trajicit in Hispaniam, ejurato Mahometo baptismum suscipit, et forsitan dum hæc scribo adhuc in vivis est, *inquit vel collector, vel Boverius quem allegat. Denique ad* Res perditas *deveniens, hæc alia addit memorabilia valde.*

ad Christum convertitur.

B

Carolus 2 R. Angliæ,

147 Anno mdclv Carolus II Angliæ Rex, Coloniæ Agrippinæ commorans, furem est passus, qui abstulit aurum argentumque quod habebat non multum, procul a patrio regno exulans. Hoc ille intellecto Nobilem ex suo comitatu allegat ad Conventum Minorum, ut Religiosorum precibus commendet casum. Postridie per ecclesiam transiens venerabilis senex P. Wernerus Burich, conspicit in ea hominem ignotum, indigitantem quoddam Confessionale. Vadit eo Pater, et invenit saccum istic positum, et in eo quidquid Regi sublatum erat. Fert illud ad Guardianum Conventus, R. P. Thomam Martini: hic Regi per duos Religiosos salva remittit omnia. Rex vero, confirmatus in sua erga Sanctum fiducia, rem totam authentice testatam scriptamque chirographo suo et sigillo confirmat; quod instrumentum in Conventu servatur *prout refert Boverius pag.* 151.

furtim ablata recuperat.

Carmelitis Romam euntibus amissum viaticum

148 Anno mdclvi R. P. Cœlestinus a S. Simone, Carmelitarum reformatorum per Belgicam utramque Gallicam et Flandricam Provincialis, cum decessore suo Romam tendebat ad Capitulum generale et socio tertio qui sarcinulas eorum viaticumque servabat. Hic ex iis amisit pistolas novem. Postero autem die omnes tres Sacrum dicunt de S. Antonio,

C

nihil alter sciens de altero. Quæruntur ubique pistolæ amissæ, nec inveniuntur. Iis desperatis dant sese in viam, et confecto octo vel novem horarum spatio, declinant ad diversorium: ubi dum ignis struitur, vident inter stramenta lucentem pistolarum unam: deinde surgentes a mensa, audiunt non sine stupore alias septem sibi ante pedes cadere, coram multis qui aderant circumstantibus. Vespere autem dum cubitum se conferunt, apparuit nummus nonus qui deerat. Quare mox ubi Romam appulerunt, simul omnes accesserunt ad ecclesiam Aræ-cœli, ubi singuli iterum in gratiarum actionem sacrificarunt ad ejus altare, ut videre est apud Boverium pag. 152.

mirabiliter restituitur.

Helveto Capitaneo subducta pecunia,

149 Infinitus sim, si omnia hoc in genere scripta, nedum facta velim colligere; unum tamen nequeo prætermittere, quod anno mdclxxiv Dunkercæ in Flandria contigit, quemadmodum mihi retulerunt tunc ibi præsentes, nunc autem hic Brugis commorantes Patres. Helvetorum, Francica stipendia merentium Capitaneus, haud procul a nostro hospitabatur Conventu: qui cubitum se conferens, sub cervicali suo abdidit bursam, continentem circiter septuaginta pistolas. Expergiscens, ablatam bursam invenit, nec scit quem furti suspicetur auctorem; venit ex consilio domesticorum ad nostros, Missam D

dum sacrum de Sancto dicitur,

petit de S. Antonio. Ea dum dicitur, atque Offertorium facit Sacerdos, pulsatur fortiter ad ostium nola. Accedit illuc festinus Portarius, et militem unum invenit paventem atque trementem, qui offerebat ei bursam pecunia plenam, stante post tergum ejus aliquantum remotius altero. Recusat bursam accipere portarius: miles ergo in medium locutorium eam abjicit, protestans, quod eam non esset furatus, et aufugit. Inventa est autem ipsa esse bursa quam Capitaneus requirebat, eique, adhuc sermocinanti cum Guardiano, redditur. Qui vix sui compos præ admiratione et gaudio, postea rediit, insignem eleemosynam adferens, unde picta fuit effigies Sancti, cum variis circum miraculis, inter quæ novissimum illud etiam repræsentatur. *Erat tunc Conventus Dunkerkani Guardianus* Fr. Raymundus Ghysen, *qui* postea Provinciæ S. Josephi Definitor, *prædictum libellum misit, cui manu sua annum supranotatum adscripserat, cum nonnullis ibi non satis clare expressis circumstantiis, quas deinde præsens mihi oretenus confirmavit anno* mdcxc.

refertur ad Minores.

§. XIII. Novissimæ gratiæ, per Sanctum impetratæ, ex MSS. Italicis, E

Minister Cæsareus an. 1661

Collectionis hujus novissimæ Auctor, qui num. 124 *seipsum nominat*, Fr. Ludovicum Micoli de Gemona, *orditur ab Epistola ad se directa, per* Illustriss. D. Joannem Petrum Josephum Ceschi de Sancta Cruce, Commissarium pro sua Cæsarea Majestate ad confinia Italiæ, *hoc tenore:* Mandat mihi Paternitas vestra Reverendissima, ut scribam relationem gratiarum, factarum mihi a glorioso Thaumaturgo: quod sane fateor mihi esse impossibile, propterea quod, cum usque in hanc horam semper sub ejus singulari patrocinio vixerim, infinita (ut sic loquar) beneficia indies per eum consecutus sum et consequor; tria tamen memorabiliora breviter tibi exponam. Cum anno mdclxi proficiscerer Oenipontem, accersitus a Serenissimo Archiduce, propter negotia quædam officii mei; atque per ditionem Atestinam tenderem Bolzenam versus, et fluvius Athesis ripas transgressus vicinam omnem viam aquis obtexisset; equitabam ego die sexta Junii per illas magis magisque intumescentes, donec milliario uno a Burgo Egnæ, vidi aliquid herbæ; censuique altiorem istic terram esse. Dixi igitur famulis, sinerent me (qui ipsis expeditior eram, nullam post me sarcinam ha- F

in aquis periclitans,

bens ut illi, explorare fundum, eoque equum impuli. Sed cum illa quæ videbatur herba solum marginem altissimæ cujusdam fossæ tegeret, pro lapsus in eam equus est; ego vero, sentiens aquam magis crescere, descendi ex eo; sperabam siquidem quod ea non transcenderet humeros. Ast fundum istic nullum inveniens, conatus bis frustra sum redire in equum; donec aquis vestem implentibus gravis, ipsum supra me traxi. Tunc diffidens tertio conatu ascendere me in equum posse; famulis, eminus me spectantibus luctantem cum morte, inclamavi, ut recitarent Responsorium S. Antonii. Huic cum ego quoque me commendassem, collum equi amplector, ab eoque in tutum protrahor. Reversus ergo Oeniponte, nihil prius habui quam servatori meo Patavii me sistere, et in testimonium beneficii recepti appendere cum gratiarum actione anathema debitum.

recitato responsorio servatur:

ejusdem filiolus æger convalescit an. 1667,

151 Anno mdclxvii unicus quem habebam filius quadrimus et plerumque infirmus, eo aliquando reductus fuit ut nullum amplius daret vitæ signum: quem cum Sancto solita fiducia commendassem, sanumque viderem; jussi ut annum unum portaret habitum Patroni mei, et parvulum ut erat Paduam duxi

A duxi ad reddendas benefactori grates. Anno deinde *atque ipsemet a calculo 1682.* MDCLXXXII, consuetis mihi lateris renumve doloribus acerbius cruciatus, cum ad extremum me deductum crederem, media nocte suscitatam familiam totam jussi de genibus recitare Letanias Marianas cum Responsorio Antoniano, vovique personaliter visitare Sancti tumbam, ac Domum Virginis Lauretanam. Cumque, pedes semper Paduam ambulans, ad eam venissem planitiem, unde ecclesiam Divi prospicere poteram; flexi genua, et Responsorium recitavi. Mox autem sentire cœpi motum descendentis calculi, quem et sequenti nocte excrevi in eo conclavi, quod supra Paternitatis vestræ cubiculum commodatum mihi erat. Ita testor, ex burgo Vallis-Suganæ VIII Octobris, MDCLXXXVIII.

152 *Hanc Epistolam sequitur alia, data* Mentoscæ de Agesco II Augusti MDCLXXXI *in hæc verba.* *Sicut anno 1668,* Quamquam ad declarandam Sancti Patavini gloriam, non sit opus testimoniis multiplicandis; tamen, ut meæ obligationi erga Reverentiam vestram, tantopere Sancti isti devotam, faciam satis; volo referre prodigium quod circa sanctissimam illius imaginem contigit in capella hujus palatii; quemadmodum acciderat anno MDCLXVIII, sicut certissimo B cognovi ex relatu Excellentissimi Petri Grimani, tunc hic publice recitata. Anno nunc præterito, pro festo ipsius Sancti speciosissime ornatu fuit ecclesia sive capella hæc, et virens lilium impositum manui sacræ imaginis, quod tumore deposito retinuit viridia folia usque ad Vigiliam festi hujus anni; adeo ut sericea viderentur, ne granulis quidem illis flavis, quæ pendent in medio, inde dilapsis. *ita 1680 et 81 virens in manu statuæ lilium, flores protrudit sicco stipite.* Hoc igitur anno, cum majori etiam quam prius studio ornata capella esset: famula mea aliud illum manui Sancti inseruit, expositum aeri radiisque solaribus, per fenestram subinde intrantibus; diebus autem æstivis protrusit duos flores pulchros ac virentes, quorum unus plenam jam adeptus est magnitudinem, alter adhuc paulatim crescit, quamvis truncus siccus videatur; id quod illustriss. Dominus Potestas et Capitaneus Capitis Istriæ magno cum gustu observavit: adeo ut credi possit, quod ista imago Sancti patenter velit polliceri multas a Deo gratias per Sanctum erogandas. Atque hæc est sincera relatio ejus quod contigit, sicut testor, Reverentiæ vestræ humillimus et obligatissimus famulus, Carolus Giotti.

C 153 Anno MDCLXXIII, Anna Florini Genuensis, *Illuminatur cæca.* omni fere oculorum luce per triennium privata, adeo nihil proficientibus remediis, ut etiam per duas hebdomades prorsus cæca fuerit; vovit, quod si visum pristinum recuperaret, Paduam proficisceretur ad gratias reddendas; prout fecit, quod petierat consecuta. *sanantur, a tauro percussus,* Venetiis, mense Majo anni MDCLXXXVI, dum taurilia spectat Matthæus Regini, furens et vinculis soluta bestia in ipsum incurrit, humi stravit, et humerorum unum cornu transfixit. Letale vulnus credebatur: sed voto facto convaluit intra paucos dies, eoque se grataner exolvit.

154 Anno eodem MDCLXXXVI, Barbonæ in Paduano, dum Franciscus Vernarus de Lusia, cum quadam *sclopo trajectus,* puella innocenter fabulatur; ab incurrentibus in ipsum duobus male feriatis impetitus fuit duobus sclopis, quorum unus letalem ictum pertulit; sed voto visitandæ tumbæ sacræ nuncupato, pristinam cito recuperavit sanitatem. Mense autem Septembri, *et clavis contusus:* Pedestrinæ, in Joannem Rossadam, nescio quid operis suo in horto facientem, milites duo inimici ejus incurrerunt, sclopis armati; eumque impactis scloporum clavis sic percusserunt, ut mortuus potius crederetur quam vivus: sed quia corde et ore invocaret Sanctum, ex duobus quos receperat mortiferis ictibus, intra dies non multos convaluit, gratiasque ad Sancti tumbam persolvit. D *EX VARIIS.*

155 In vico S. Joannis diœcesis Bononiensis, *mutus loquelam recipit:* per menses decem loquela privatus Dominicus Comutinus, eamdem facto voto recuperat cito; et gratiam receptam ipso anno prænotato narravit P. Mag. Felici Scarellæ Sacristano, coram Fr. Petro Rochi Subsacrista, et Andrea Friani indigena loci. Eodem anno mense Augusti, Joannes Baptista Bissoni octennis puer, motus curiositate videndi per- *puer ex alto,* sonas aliquas subtus transeuntes, de podio bene alto despiciens, in caput præceps decidit: sed inter cadendum Sancto se commendans, illæsus surrexit, venitque ad tumbam, gratias debitas relaturus: interrogatus autem a P. Felice Captio, dixit, apparuisse sibi Sanctum in habitu Religionis, labentemque manu dextera apprehendisse.

156 Ludovicus Crivius, ex Carnia in Germaniam proficiscens, vehiculo excidit in rapidissimum flumen; a cujus fluctibus dum diu abripitur, invocavit Sanctum, et liberatus fuit die VII Augusti anno supradicto: votumque Paduæ ut promiserat solvit. *vir in fluvium lapsi servantur:* Eodem mense et anno, Joanni Mariæ Pero de Gransona, explodenti sclopum tubus dissiliit, frontemque ejus ita feriit, ut semimortuus sit collapsus. Chirurgi aperto cranio letale vulnus esse censuerunt: E quare magno animo invocavit Sanctum; ejusque intercessione sanatus, ad tumbam venit, cum gra- *item letaliter in fronte saucius:* tiarum actione votum solvens. Rursus eodem mense et anno D. Ursula Tessani; domo egrediens circa tertiam horam noctis ad S. Bernardinum, in quodam vehiculo, dum ad reditum sese disponit, percussa fuit ictu sclopi in una coxendicum: sed auxilium *et sclopo icta.* Sancti invocans, cito convaluit, et anathema promissum attulit.

157 Mense Septembri comparuit Paduæ Fr. Petrus Loda, Eremita Cremonensis, qui cum tribus *Cæcus visum recipit:* mensibus visu caruisset, neque ab adhibitis remediis quidquam opis recepisset; peregrinaturum se Paduam vovens, obtinuit quod petebat intra paucos dies; idque grataner testatus est. Eodem anno, cum Athesis per dies sedecim vehementius intumuisset, suoque continuo incremento rupturam minaretur aggeribus, quibus in Polesino continetur ne planitiem istam omnem inundet, oppidi Lendenavæ Domini, Senatores loci, cum ad alia cœlestia remedia frustra recurrissent, supplicarunt Patri Guardiano Minorum S. Francisci Conventualium, P. Mag. Paulo Cattaneo, dignaretur exponere sanctissimum Sacramentum, cum miraculosa statua E Thaumaturgi Patavini, quemdamodum fecit die tertia festi Pentecostalis *(tunc die* VIII *Junii)* cum acursu omnium loci incolarum, in tam periculosa occasione ferventer Sancto se commendantium. Et ecce *inundatio sistitur:* aqua, quæ initio actionis istius adhuc crescebat, decrescere cœpit priusquam finiretur; atque ita ipsa nocte plus quam ad quatuor pedes subsedit, et sequenti die ad pristinum statum tota rediit. Proximo deinde adventu, cum prædictus Guardianus concionaretur, sermone ultimo refricavit Senatui memoriam gratiarum a Sancto receptarum, hortatus ut eum, facto senatus-consulto, Protectorem eligerent: quemadmodum fecerunt XI Januarii currentis MDCLXXXIX, Dominis Consiliariis et Regulatoribus votum nuncupantibus, quo sese obstringebant, quotannis simul omnes interesse Missæ, quam eam facerent prima feria III cujusque Januarii ad altare gloriosi Sancti.

158 Anno MDCLXXXVIII mense Augusto, D. *sanatur eresipelas,* Josephus Diononis, Tesanæ in Forojuliensi tractu habitans, stitit se P. Mag. Josepho Pasquetti Patavino, Ministro Provinciali et Commissario hujus almæ Provinciæ S. Antonii Minorum Conventualium,

EX VARIIS.

A Conventualium, meque Fr. Ludovico Micoli de Gemona, Secretario ejusdem Provinciæ in visitatione Conventus S. Mariæ de Sabionera, atque deposuit; quod, cum ulcere quodam seu erisipelate laboraret in brachio dextro, duabus circa cubitum plagis patente, ita ut ipsum de collo suspensum gestaret, ac ne ori quidem admovere posset, magnum in eo cruciatum tulerit. Sed cum anno MDCLXXXVII, circa Vigiliam Natalis Dominici, requisivit Sacristam prædictæ ecclesiæ, ut ad Missam pro se impedito ministraret, illeque libenter fecisset quod rogabatur; ipse præsens sub Elevationem ferventer postulavit auxilium Sancti: Missa autem finita domum regressus, uxorem rogavit, ut brachium prout solebat curaret. Hæc vero illud inspiciens, dixit nihil mali apparere, Cui Josephus: Si nihil appareat, ipsum sic dimitte; quia Antonius adjuvit me. Et paulo post rediit ad ecclesiam jam dictam, fecitque in gratiarum actionem Missam dici ad altare Sancti.

Atestæ recuperantur uniones amissi ab una

159 Anno MDCXC Veronica, uxor Felicis Gatti, lineam margaritarum Atestæ amiserat, domine autem an foris ignorabat; itaque ad ecclesiam S. Francisco sacram se contulit, et invento ibidem Reli-
B gioso cuidam eleemosynam obtulit, pro qua Missam ad altare gloriosi S. Antonii diceret, quo margaritas amissas posset recipere. Is eam monuit, ut facta prius Confessione, ad dictum altare Communionem sacram sumeret. Cum ergo patrocinium Sancti ferventer invocasset; domumque reversa, mappam, ad quorumdam suorum hospitum usum ex armario promere vellet, quæsitos uniones sub illa reperit, asseverans, quod ipsam mappam antea curiose versarit reversaritque sæpius: et Patavium venit, actura gratias pro beneficio tam singulari.

alteraque Matrona.

160 Ibidem mense Julio, similem lineam pyxidi inclusam amiserat Bartola Sarisina Talia-petra, dum eam oppignorandam ferebat ad Montem-sanctum, nec invenire potuerat quantavis adhibita diligentia. Commendavit suam igitur causam cuidam Religioso S. Francisci; eoque suadente votum fecit continuandæ solitæ feriis tertiis supplicationis. Dum autem domum regrederetur, mœrens et plorans jacturam suam, audivit eam Nobilis quidam, prompteque respondit: Securo animo esto, Domina: ego uniones tuos emi; sed continuo tantam animi inquietudinem sensi, ut dies unus mille anni vide-
C rentur, donec scirem cujus essent; lætæque mulieri omnes restituit.

Ibidem ruinæ subducuntur mater cum filiabus,

161 Ibidem adhuc Octobri mense, Dominicæ Carestiæ, una cum matre atque sorore opus quoddam facienti in camera domus suæ, juxta turrim quæ vetus nuncupatur, curiositas incidit ipsam turrim considerandi, quoniam præ vetustate pridem minabatur ruinam. Vix aperuerat fenestram, cum ingenti metu consternata clamare cœpit, S. Antoni, adjuva nos, matrem et sororem obtestans ut quamprimum cubiculo profugerent: vix autem ad decem passus inde processerat, cum ruens turris cubiculum totum secum traxit; ipsæque a tam præsenti discrimine liberatæ, gratias suo Patrono egerunt.

febris letalis pellitur,

162 Mense Novembri vehementissimis febribus ibidem laborabat novennis puer, filius unigenitus D. Antonii Alaiz; de cujus vita desperantibus medicis, recurrit afflictus genitor ad ecclesiam S. Francisci, pluresque Missas celebrari fecit ad altare Sancti Patavini; novemdiumque se observaturum pollicitus, oravit Superiorem Conventus, ut delata ad infirmum Reliquia Sancti dignaretur ipsi benedicere, Cessavit autem illico febris, et intra paucos dies ita validus fuit puer, ut adduci potuerit ad gratias agendas, idque in habitu votivo cinericeo.

servatus lapsus in puteum,

163 Eodem loco, mense et anno D. Petrus Antonius Garufarini, dum pila cum sociis exercere-
D tur, eamque repercuteret, retrorsum corruit in minime provisum profundumque puteum; et Sanctum invocans constitit supra aquam nihil læsus. Mense autem Decembri Joannes Baptista Caniti, exscendens de navi quæ Patavio redierat, præceps cecidit in Brentam, tunc valde turgidum: sed Antonii opem implorans, sublevari sese manifeste sensit, portarique ad ripam; in quam evasit, cum admiratione omnium circunstantium suaque; et anathema attulit ad altare Sancti.

et flumen.

Item quædam sub ruinis,

164 Anno MDCXCI mense Martio, Patavii contigit, ut Stella, uxor Mag. Marchiori Patavini, supra testudinem domus suæ iverat pro negotiis quibusdam domesticis; cumque vellet descendere, subsedit pavimentum, ipsamque ruinis involutam in imum detulit, commendantem sese S. Antonio, cujus beneficio etiam salva permansit, ac vota sua ei reddidit. Mense Junio, furiis diabolicis agitata zelotypa mulier Cæsenas, uxor Blasii Brigi, decrevit marito dormienti gulam præscindere, et quod decreverat reipsa exequebatur; cum ille, tam dolore quam profluentis vi sanguinis expergefactus, inter eas angustias Sanctum ut potuit invocavit, cujus tunc festum agebatur: et quamvis letalem omnino plagam censerent chirurgi, coaluit intra paucos dies;
E et Patavium venit votum suum oblaturus ad arcam. Ibidem Polyxena Beretini, in gravi quæ biennium duraverat infirmitate deposita a medicis, medicum de cœlo S. Antonium requisivit, voto Novenæ faciendæ se obstringens; ex eoque mox cœpit habere melius, et paulatim sanata accessit ad tumbam, debitas actura gratias.

alius gulam præcisus,

et ægra ad mortem,

ac Religiosus Minor

165 Ejusdem anni mense Februario, Patavini Conventus Religiosus quidam graduatus lenta febri detinebatur: quæ cum, crescente indies malo, imperceptibiliter serperet, letargum denique ægro periculosissimm attulit; nec viribus prorsus destituto quidquam remedii poterat applicari, unde et vitam ejus medici desperatam habebant. Luctatus tamen cum morte infirmus est spatio duorum mensium; animo semper firmato in spe auxilii percipiendi a Sancto, quem jugiter invocabat, una cum Deipara et B. Francisco, advocatis suis. Tandem xv Februarii, qui dies est sanctæ Antonii Linguæ dicatus, petiit, ut duæ devotæ Religiosæ cum socio suo communicarent ante Sacram arcam, eo fine ut sanctus Thaumaturgus apud Deum intercederet pro sua revalescentia: quæ prodigiose secuta est. Ete-
F nim ipsemet medicus, professus est, quod in prædicto festo invenerit arteriæ pulsum omnino resuscitatum. Ex hinc paulatim sibi redditur æger, et circa Pascha exemptus periculo, constituit ut periti pictoris manu res acta exprimeretur. Hic autem expressit infirmum a morte ictum, sed quæ manu Sancti fugabatur; ad pedes autem legebatur hæc epigraphe: Pallida morte diu infirmum pulsante, celesti..... B. Mariæ Virginis, Sanctique Patris Francisci ac S. Antonii Protectoris patrocinio suffultus, incolumis tandem evasit. F. J. P. P. Minor. Conventualis Conventus S. Ant. Pat. Gratiæ anno MDCXCI. Antathema tale pluribus diebus expositum stetit ante arcam: inde translatum fuit in capellam eidem contiguam, æternum præstitæ gratiæ monumentum.

a lenta tabe,

Mulier a calculo.

166 MDCXCI mense Augusto, Maria Angela Margarita Bivei Patavina, inferni cruciatus tolerare se credebat ex calculo, quia nullum eis inveniebat remedium, cum ergo sectionem constituisset experiri, in vigilia festi Antoniani ex corde se commendavit Sancto, et ordinarium quoddam medicamentum adhibuit: quod mox calculum simul et cruciatum expulit, sicut illa grataner testata, ipsum cum suo anathemate ad tumbam appendit.

A

alia a dæmone,

167 Anno sequenti mense Augusto, Paduæ comparuit ex Delo, Patavinæ diœcesis NN. Hanc ab annis multis dæmon agitabat direque contusam vexabat : sed supposita venerabili arcæ, seque per horæ dimidiæ spatium Sancto commendans ; cecidit semimortua. Inde ad sensus regressa, accersivit maritum, eique dixit se desideratam gratiam obtinuisse. Is cum capillis dissolutis eam videret assistere, quæsivit quomodo id accidisset ; ipsa autem respondente hoc se ignorare, diligentius intuitus vir, animadvertit omnes eorumdem extremitates præcisas, intacta cui implicabantur cordula : sequenti autem die perceptis Confessionis et Communionis Sacramentis, domum hilaris regressa est.

et miles a glande ipsi impacta.

168 Eodem anno ibidem comparuit Antonius Barison Patavinus, qui in Oriente militans Serenissimæ Reipublicæ contra communem inimicum ; et in prælio quodam ictus sclopo, invocavit Sanctum ; reperit autem suum sclopum, quem gestabat e cingulo pendulum, contusum quidem impacta glande, se vero usquequaque intactum : quare suum illum sclopum pro anathemate ad arcam suspendit.

comes quidam a morbo letali,

169 Eodem anno MDCXCII, ad solennitatem festi, B Mantua Paduam venit D. Comes Bulgarini cum conjuge, ad implendum votum pro sanitate ipsi reddita ex gravi periculosaque infirmitate, unde depositus a medicis atque ad extrema deductus fuerat. Sed cum simul ambo vovissent annis aliquot gestare cinereas vestes, paulatim melius habere cœpit æger ; et votum impleturus, ante sacram arcam sese stitit.

puer a lapsu periculoso,

170 Sequenti anno MDCXCIV mense Aprili, Fortunatus Sigismundus, quinquennis filius D. Petri Francisci Ceschi de S. Cruce in burgo Vallis-Suganæ cum matre sua existens supra quemdam domus porticulum, altum pedes circiter quadraginta, ex inde præceps et nudato capite cecidit in subjectam curtim, saxis stratam. Ad animadversum subito casum consternata mater, exclamavit ; S. Antonius juvet te, S. Antonius juvet te. Jacebat humi parvulus passis manibus versaque facie, quare a parentibus domesticisque credebatur extinctus ; et ut talis famularum manibus delatus in cubiculum est, lectoque impositus. Cum autem eum vestibus exuissent, deprehensus est modicum adhuc spirare. Visitatus deinde a medicis accurate a capite ad pedes, cum præter modicam in capite contusionem, nullum toto corpore appareret mali alicujus indi- C cium, permissus est quiescere : post unam horam ad se rediit, et sequenti die lecto consurgens sanus, domo est egressus et ductus Patavium, ubi pater suus rem totam ut acta erat manu propria scripsit, et ego ex originali ad tumbam appenso eamdem excepi.

Maceratensis quidam a febre letali,

171 Anno eodem similiter Macerata Paduam advenere conjuges duo in habitu cinereo, eo quod vir ex ardenti febre ad extrema deductus, uxore Novenam pro illo faciente, tertio Martis die, melius habere cœperit ; indeque magnis passibus profecerit ad plenam sanitatem, quam benefico Sancto acceptam se referre, appenso ad tumbam anathemate, sunt testati.

rusticus ruina obrutus,

172 Anno MDCXCIV mense Majo Andreæ Pulzato Noalensi, agrum colenti circa maceriam quamdam, ab hac cadente obrutus jacuit per horas duas ; Sanctum tamen cum voto invocans, salvus inde est extractus. Filius quoque illius Angelus, annorum decem, ab equo conculcatus, non solum corpus totum sed etiam caput, cito convaluit cum esset Sancto commendatus. Simili domus suæ ardentis ruina Ferrariæ Aprili mense oppressus Josephus Massari, invocato Sancto salvus evasit, et votum solvit.

ejusque filius ab equo conculcatus,

D

EX VARIIS. Fr. Augustinianus ab apoplexia,

173 Mense Junio Mediolani Religiosus Augustinianus graduatus Sanctoque devotus, levi fuit apoplexia tactus : post tempus autem aliquot relapsus est ita, ut medici, tentatis frustra remediis, dicerent de animæ salute cogitandum dumtaxat ei esse. Cum ergo Sanctum invocasset, ejusque ope mox habere levius multo cœpisset ; sanitati denique pristinæ redditus, curavit votum suum ad sepulcrum appendi mense Septembri.

fratres 2 a dæmone,

174 Mense Junio prædicto, in oppido Lugo juvenculi duo fratres, Franciscus Xaverius et Antonius Capuzzi, sæpius a malignis spiritibus invasi, et per exorcismos ad tempus duntaxat liberati ; tandem in ecclesia S. Francisci ab avunculo suo, ibidem Religioso, commendati Sancto sunt, atque ab eodem ex voto Patavium deducti ad sacram arcam ; cui vespere diei XXVII ambo suppositi, prorsus mundati, sunt, cessantibus alteri furiosis quibus torquebatur motibus, alteri redeunte libero pedis impediti usu.

plures a periculo naufragii faciendi,

175 Dum mense Junio anni ejusdem, ab Oriente feliciter vela faceret, Venetias versus, firma navis viatoribus plena ; in sinu Lodrinensi comprehendit eam dira tempestas, ruptoque anchorario fune salvi reditus spem amiserant omnes. Sed voventes pere- E grinum ex suo numero unum communibus expensis iturum Paduam, atque pro singulis laturum regalem unum, ab imminente naufragio præservati sunt. Vix enim votum nuncupaverant, cum sedata tempestas fuit, portuique appulsis nulla prior cura venit, quam expedire votivum peregrinum, qui rei totius ocultatus testis cum eorum oblatione ad arcam venit.

aut eversa cymba mergendi.

176 Simili in discrimine pauperes quidam ex Mestre Venetias veniebant, in cymba discooperta, cum uno solo naviculario. Cum autem appropinquassent ad S. Secondi, locum valde periculosum, et nauta conatum omnem suum frustra adhibuisset, inversa ab undis cymba est. Uno tamen excepto, qui periit ; ceteri, qui Sancto se commendarant, apprehenso naviculæ margine, eidem adhæserunt ; quoad remex ipsam erexisset ; deinde salvi ad portum appulerunt : unde simul omnes Patavium venere, et quid sibi accidisset confessi sunt Patri spirituali suo.

§. XIV. Miracula ex Hispanico Damiani Cornegii, edita anno 1684 : et Lutherani unius mira conversio. F

Annulus ad arcam Sancti amissus

Jacobus Cabarella, Collalti Comes, Consul Patavinus, cum esset sacrarii Antoniani Thesaurarius, et necesse haberet pro munere suo præsentiam suam exhibere arcæ Reliquiarum Sancti, ad solatium peregrinorum quorumdam, aperiendæ : ab uxore, tunc recenter partu levata, duos accepit annulos, sacris Reliquiis admovendos. Hoc cum facere pararet, elapsus manibus eorum unus est, isque adamantibus pretiosis instructus : qui licet in omnium ipsiusque Guardiani conspectu cecidisset, requisitus tamen in pavimento, reperiri nusquam potuit. Dicamus ergo, inquit Guardianus, Responsorium Sancti ; cum enim cadentem viderimus, haud dubie latet in aliquo angulo abditus. Rediit inde domum Comes, medio milliari dissitam, invenitque uxorem, animo ægram, eo quod paulo ante invenerat annulum, jacentem prope fenestram lecto suo contiguam : quare ingressum ad se maritum querula excepit, ut negligentem. At ille cum assereret omnino se annulum detulisse ad arcam, et ibi eum manibus suis elapsum ; convenit tandem inter eos, utrimque certificatos, beneficium Sancti fuisse, quod domi ille modo esset.

domi reperitur,

A

EX VARIIS
item acus noctu perdita
invocato Sancto ;

178 Nihilo minus mirabile est, quod mihi narravit vir gravis ac doctus, hujus Castellanæ Provinciæ, nunc Guardianus Conventus S. Mariæ Alcalæ. Videlicet, quod cum studeret Theologiæ, et nocte quadam post Matutinas vellet resarcire unicam suam; ipsoque in opere ex alia quadam causa surgere cogeretur, non satis ad acum suam attento excidit illa; et erat hora incommoda, utpote inter tertiam et quartam, pro requirenda altera acu a condiscipulis. Frustra ergo per viam qua ierat redieratque scrutatus, Sancto illam commendavit recitando Responsorium. Ad cellam vero suam ingressurus, et manum apponens seræ, dum clavem versat, sensit sibi aliquid intra dexteram moveri: quid araneam ratus, excutere moliebatur. Sed admoto propius cereolo quem gestabat, acum suam vidit ex filo pendentem: et laudavit benignitatem Sancti, etiam tam parva curantis.

energumena liberata ;
Sancto Deiparam exorante.

179 Francisca Conti Bononiensis, cruciatus patiebatur gravissimos a dæmoniis, quorum tyrannidi erat permissa: inter quos mente sic alienabatur, ut intervalla quædam lucida habens, crederet morbum aliquem naturalem esse, nec cogitaret de exorcismis adhibendis. Sub hæc cum magna fide invocans

B

S. Antonium, ipsum sibi claro in splendore adstantem habuit nocte quadam; audivitque monentem, ut in Deiparam virginem collocans fiduciam, ab ea se liberandam crederet. Et ego, inquit, ipsius vice venio, sanitatem tibi collaturas. Hoc dicto arreptam per capillos coegit vultum vetere ad imaginem Deiparæ, filium ulnis complexæ, quæ ad cervical lecti stabat; rogavitque ut suæ huic devotæ salutem redderet. Continuo autem evomere cœpit immundorum animalium copiam magnam: quibus liberata, liberam se quoque a dæmoniis sensit; magnisque clamoribus maritum alibi cubantem ac familiam suscitans, sanationem suam et quidquid acciderat verbis explicavit, ac porro veritatem visionis constanti valetudine comprobavit.

Annis 20 sterilis, ex voto concipit :
editaque informi massa,
recipit ab altari vivum ac formosum infantem.

180 Anno MDCXVII matrona Bononiensis, sterili per annos viginti matrimonio usa, ideoque conjugi odiosa, non minus infelicitate sua quam viri adulteriis affligebatur; continuisque precibus, eleemosynis, jejuniis opem Sancti implorabat. Dum autem quadam vice in fortunam suam conditionem exponeret Religioso cuidam Franciscano; consilium accepit, institueret ipsa una cum marito Novenam Sancto, omninoque se crederet voti compotem futuram.

C

Non ægre oblatam conditionem acceptavit maritus; et uxorem mox concepisse gaudens, confirmabatur in suscepto vitæ melioris proposito. Sed cum pariendi tempus advenisset, prodiit in lucem informis ac putrida massa, quæ virum in furias et pessimas de uxoris pudicitia suspiciones impulit: nec audebant mulieres, quæ parienti adstiterant, infelicem fœtum matri ostendere. Illa vero mox atque a partus doloribus relevatam sese utcumque sensit, detrectantes multaque excusantes coegit ostendere sibi quodcumque id esset: neque enim credere possum, aiebat, quod Sanctus meus mihi illuserit. Allatum, et cum lacrymis agnitum, mundioribus pannis involvi jussit, reponique super altari Antoniano. Factum id marito præsente, futuroque miraculi teste, vel saltem cauturo ne qua fraus sibi fieret. Dum autem pariter omnes orationi devote incumberent, visum est sub pannis suis moveri involucrum triste, vagitusque auditum edere. Solvuntur fasciæ, et apparuit formosissimus infans: qui cum gaudio patris domum relatus matri, omnes a viro suspicionum nebulas dispulit.

Puella a matre prostituenda
schedam Sancto accipit
scutorum 400 in dotem :

181 Mulier quædam Neapoli, nobilis, sed pauper, filiam habebat formosissimam: cujus pudicitiam venum exponere malebat, quam generi suo indecoram inopiam sustinere. Hoc suum consilium cum filiæ exposuisset, et hæc verecundiæ plena abominaretur; post diutinam utrimque luctam, vespere quodam pudica virgo ad Conventum S. Laurentii venit

D

et opem a S. Patrono suo profusis lacrymis postulavit. Nec frustra. Etenim imago Sancti, extenso brachio schedulam ei porrexit, jubens eam ferre ad divitem quem nominabat mercatorem, hisce vocibus inscriptam, Mulieri, hanc schedam ferenti, dato argenti probi in dotem pondus, quantum illa appendit. Vale, Fr. Antonius. Nihil cunctata puella, ivit quo jussa erat, et schedulam tradidit, narrans a quo et unde. Ille faciem ejus formosam intuitus, et mente confusus; cogitare cœpit prostitutarum aliquam esse, quæ tali fraude pecuniam captaret; eique respondit; Aut is qui te ducturus est cum dote tam modica luxuriosus est aliquis, aut valde et ex animo te diligit: ego in honorem S. Antonii omnino facere volo, quod ejus nomine a me petis: et acceptam schedulam imposuit bilanci ex una parte, ex altera nummos argenteos pauculos; sed adeo non suffecerunt levandæ chartulæ, ut usque ad quadringenta scuta apponere necesse fuerit. Tum vero mercatori rediit in mentem votum de lampade argentea ad istud pretium curanda; cujus executionem si

E

bi commutari intelligens in paris valoris eleemosynam, totam puellæ consignavit; quæ eo bene usa, congruam sibi conditionem obtinuit, simul et matris inopiam sublevavit.

thuribulum furto sublatum
curato sacro manifestatur,

182 Panormi, in præcipuo cujusdam Ordinis Religiosi Conventu, Frater laicus, cæca victus cupiditate, furtim subduxerat e sacristia thuribulum argenteum, arte magis quam pondere metalli æstimandum. Sacristanus vero, animadverso damno, nihil non agebat ut una cum Fratre ipsum recuperaret: de hoc enim tanto minus quidquam suspicabatur, quanto ille acioribus maledictis execrabatur furem. Et sane simulabat ille egregium pro re sacra zelum, adeo ut Patri Sacristano suaderet, ad primam Seraphici Ordinis eo loci ecclesiam, S. Francisco sacram, secum iret, curatus ibi Missam in S. Antonii honore canendam. Non abnuit Sacrista, multam recuperandi damni spem repositam habens, non solum in Sancto Dei Antonio, sed etiam in firma fide boni illius, ut credebat Fratris. Et ecce dum precibus simulatis hic, iste veris quam devotissime intenderent; educto forte ad nares purgandas sudario, etiam catenulas thuribuli attrahit hypocrita: quas mox agno-

F

scens Sacristanus, furem deprehendit; et ut commeritus erat correptum Prælato stitit; ne scilicet ingrato silentio involveretur beneficium Sancti; cum hac tamen moderatione, ut furi precaretur mitiorem pœnam.

Anno 1684 Lutheranus Saxo,

183 *His ex Hispanico delibatis (pleraque enim a Damiano relata, in præcedentibus aliunde habemus), redeo ad Collectionem Italicam quam istic finivi, ubi desierat manu sua Collector scribere. Etenim alia deinde manu, ipsius scilicet cui res contigerat, in eodem tamen quaterno, notabatur sequens admirabilis casus, anno* MDCXCIV *scriptus, ut sequitur.* Anno MDCLXXXIV, Henricus Hintz, patria Mechelenburgensis, secta Lutheranus, ex Saxonia, commorabatur Benshemii in domo cujusdam Catholici pro negotiis suis, et habebat sibi assignatum cubiculum, ubi supra mensam exposita stabat imago S. Antonii Patavini, excuse in papyro dimidii folii, intra exiguum limbum. Ea nescio quo casu stabat capite in pedes verso, neque id animadverterat Henricus; cum die quodam illuc intrarunt quidam ejus amici Catholici; quorum unus, animadvertens inversam stare imaginem, in rejectam eam statum reposuit, dicens Henrico, non esse peccatum leve sic inhonorare Sanctos Dei. Excusavit Henricus ex vero, nulla

sua

A sua id culpa factum, sed fortuito sibique ignoto casu. Institit nihilominus alter increpare importunius atque dicere; mirari se, quod Deus famuli sui tam dilecti vilipendium ejusmodi sustineret. Tunc subiratus Henricus dixit hæc ipsa verba: Vin' ergo forsitan, ut id quod numquam accidere potest, ipsa se convertat? Cui amicus: Noli, inquit, irridere: quia Deus, quia tam multa mirabilia Sancto isto mediante fecit, etiam hoc posset facere.

Sancti imaginem contemptim invertens

184 Ridebat hæc omnia Henricus, arreptamque imaginem denuo, quamvis omnes monerent ne faceret, in caput convertit, cum juramento affirmans, quod si ipsa se istic converteret, omnino Catholicum se profiteretur: eoque dicto omnes egredi de cubiculo fecit, ipsumque clausit sumpta secum clave. Post aliquod tempus eodem regressus causa negotiorum suorum, nec quidquam amplius de prædictis cogitans, reseravit cubiculum, et vidit imaginem supra ipsam mensam erectam in pedes. Tunc enimvero confusus et attonitus inde abscessit, nec cuiquam ea de re verbum unum præ verecundia fecit: vesperi autem quam tardissime potuit cubitum concedens, non audebat vel respicere, nedum attingere imaginem illam præ timore. Tandem tamen hoc paulatim discusso, post B aliquot dies accessit propius: animisque resumptis etiam contingere ausus, eam ut sibi e conspectu tolleret, donavit puellæ cuidam filiæ-familias; deinde vero etiam ab domo et oppido prædicto recessit, seque dedit in servitium Hollandorum, atque cum iis Smyrna redens per Italiam, denique in patriam suam venit.

eam per se restitutam invenit

185 Hic denuo requievit aliquanto tempore, rursumque in Italiam abiit Romam visurus, et alia illustriora loca; ac denique Florentiæ accessit ad Cosmum III Hetruriæ Ducem; a quo vexillo militari donatus, mansit in præsidio Portus Ferrarii. Cumque Illustriss. D. Paulus Pecci Senensis, Massæ Episcopus, castrum illud inter cetera suæ curæ loca aliquoties visitaret; cœpit Henricus cum eo agere familiarius; et tangente cor ejus interius Deo, statuit, abjurato Luthero, Catholicam amplecti religionem, prout fecit die Maji anno MDCXCII: et sequenti mane, facta ipsimet Illustrissimo peccatorum confessione, de manibus ipsius sacram sumpsit Communionem Confirmationemque, in ipsius loci ecclesia principali. Tum accepto gestorum testimonio, manu ipsius Episcopi signato, dimissaque militia Senas se contulit; ibique apud Patres Minores Conventuales habitum sumpsit Franciscanum, die IV Junii anno MDCXCIV, cum nomine Fr. Antonii Pauli. Prostat autem eventus hic scriptus circa imaginem Sancti, ex notitia quam in Confessione facta Episcopo dedit ipse Henricus, de illo peccato se accusans; quod ut revelare liceret rogavit Henricum Episcopus, et ipse ad Dei Sanctique sui gloriam libentissime annuit. Atque in fidem ac signum veritatis, prædictus Henricus, nunc Religiosus ut supra, propria manu hanc relationem scripsit. *Et signatum erat, eadem qua prædicta scripserat manu*, Fr. Antonius Paulus Hintz, ut supra, manu propria.

D *EX VARIIS factus deinde in Italia Catholicus an 1692,*

imo et Religiosus,

F *miraculum testatur an 1694*

DIES

DIES DECIMA QUARTA JUNII

SANCTI QUI XVIII KALENDAS JUNII COLUNTUR

Sanctus Eliseus Propheta, Samariæ in Palæstina.
S. Marcianus, Episcopus Syracusis in Sicilia.
S. Ruffinus, S. Valerius { Martyres, Suessione in Gallia.
S. Antheon Martyr, Laodiceæ in Phrygia.
S. Miggenes, S. Gallianus, S. Juvinus seu Vivinus, { Martyres, Ephesi in Asia.
S. Quintianus, S. Tecla, S. Theodolus, S. Festina, { Martyres, in Africa.
S. Antonius, S. Afra, S. Cantionella. { Martyres in Specia.
S. Marcus, Episcopus Luceriæ, in Apulia Daunia.
S. Basilius, Episcopus Cæsareæ, in Cappadocia.
S. Dogmael, in Penbrochiensi Walliæ Comitatu.
S. Julitta, a Græcis honorata.
S. Martianus, Episcopus Beneventanus, in Italia.
S. Ætherius, Episcopus Viennensis, in Gallia.
S. Quintianus Presbyter, S. Sicius seu Titus, { Confessores.
S. Methodius Confessor, Patriarcha Constantinopolitanus.
S. Anastasius Presbyter, S. Felix Monachus, S. Digna Virgo, { Martyres Cordubæ in Hispania.
S. Gerasimus, Ordinis S. Basilii, in Calabria ulteriore.
Vener. Richardus, Abbas S. Vitoni Virdunensis, in Lotharingia. NOT. 23
B. Castora Eugubina, Vidua tertii Ordinis S. Francisci, in urbe S. Angeli in vado.
S. Bartholus Ord. Servorum B. Mariæ, prope eamdem urbem.

PRÆTERMISSI ET IN ALIOS DIES REJECTI

Opera Godefridi Henschenii piæ ,memoriæ, nisi aliud nomen indicent litteræ apppositæ margini. G. H.

Sancti Rigoberti Episcopi Remensis Translatio corporis, *inscripta est MS. Remensi ecclesiæ SS. Timothei et Apollinaris. De ea egimus ad Vitam ejus* IV Januarii.

S. Gubertus, Episcopus et Confessor Remis, *inscriptus est Hagiologio Franco-Galliæ apud Labbeum. Is est jam indicatus* Rigobertus, *cujus Vitam diximus relatam* IV Januarii.

SS. Bassianus et Eulalius, Episcopi Syracusani, *occasione* S. Marciani Episcopi, *referuntur a Constantino Ghinio in Natalibus Sanctorum Canonicorum. Est* S. Bassianus ortu Syracusanus, sed Episcopus Laudensis, *cujus Acta dedimus* XIX Januarii.

De S. Eulalio Episc. Syracusano *egimus* XVI Febr.

S. Aristion, Confessor in Suessionensi civitate, *inscriptus Martyrologio Coloniæ et Lubecæ anno* 1490 *excuso, et apud Grevenum in Auctario Usuardi, ac recentiore manu adscriptus Florario Sanctorum. Habemus varios Catalogos Reliquiarum Suessionensium absque mentione S. Aristionis. Celebratur ibidem* Dominica post festum S. Dionysii festum sanctarum Reliquiarum Constantinopoli allatarum Suessionem, *et forte* Aristionis, *quem unicum novimus, inter discipulos Christi habitum : colitur is* XXII Februarii.

SS. Landoaldi, Adriani, Amantii, et aliorum translatio corporum a Wintershovo Gandavum, *memoratur in MS. Florario. De ea Translatione egimus ad illorum Acta* XIX Martii.

Baptista Mantuanus, 28 *Generalis Carmelitarum, non solum religiosa virtute, sed etiam poetica facultate clarus, hoc die reponitur in Actis bene ordinata cum titulo* Beati, *a quo ceteri scriptores, tam Mantuani, quam Carmelitæ paulo antiquiores abstinent. Quia tamen in MSS. notis additur, quod* corpus, plurimos post annos incorruptum, altius relevatum a populo honoratur, appensis votis et tabulis, ob beneficia recepta, de consensu Episcoporum; *expectamus distinctiorem informationem, pro die quo illum obiisse anno* 1516 *scribit Hippolytus Donesmundi, Hist. Mantuanæ parte* 2. *pag.* 120, *id est* XX Martii. D. P.

S. Drogo, Reclusus Seburgi in Hannonia, *colitur nunc feria* 3 *Pentecostes, et refertur a Molano, Ferrario et aliis ad hunc* 14 *Junii. Vitam illustravimus ad diem quo obiit* XVI Aprilis.

S. Torquatus, Episcopus et Martyr, ut primarius Patronus sub ritu duplici primæ classis cum Octava colitur apud Accitanos in urbe Episcopali, vulgo Guadix, et tota diœcesi. *Est is primarius inter Septem Episcopos, ab Apostolis ordinatos et in Hispaniam missos : de quorum adventu deque* S. Torquato *egimus, neque habemus addenda dictis,* XV Maji.

SS. Aquilinus et Victorianus, Martyres in Isauria, *indicantur in MS. Kalendario, a nobis reperto Romæ, uti pluribus dicimus ad diem, quo ab aliis referuntur*

referuntur xvi Maji.

S. Brandani, Abbatis Cluanfertensis memoria est in MS. Usuardo, sed aucto a Greveno, Maurolyco, et aliis, uti diximus ad ejus Vitam xvi Maji.

S. Julius, Martyr Dorostori, sub Præside Maximo, memoratur in MS. Bruxellensi S. Gudilæ. De eo egimus xxvii Maji.

SS. Cantius, Cantianus et Cantianilla, Martyres apud Aquileiam, inscripti sunt MSS. Martyrologiis, Vaticano Ecclesiæ S. Petri et Parisiensi S. Victoris. Item eorum pædagogus S. Protus, Martyr ibidem, indicatur in MSS. apographis Martyrologii Hieronymiani, et in variis aliis MSS. Fastis: in MS. autem Kalendario Ecclesiæ Aquileiensis additur, festum illorum celebrari sub ritu duplici. Eumdem refert Ferrarius in utroque catalogo, addens eum celebrari in Martyrologio Romano cum prædictis suis Sanctis alumnis: fuit autem simul cum illis occisus, uti Acta habent, data xxxi Maji.

Basilius, Prior majoris Carthusiæ et octavus Generalis, cum titulo beatæ memoriæ inscriptus est auctario Greveni ad Usuardum, ejusque exemplo Martyrologio Germanico Canisii. Saussayus inter Pias recenset, addens defunctum pridie Nonas Junii. Quando et nos inter Prætermissos eum retulimus iv Junii.

S. Felicula, Virgo Martyr, memoratur in MS. Casinensi. Acta ejus dedimus xiii Junii.

S. Psalmodius, Eremita in agro Lemovicensi, cum longo encomio refertur in Supplemento Saussayi, quod cum aliis Actis dedimus xiii Junii.

Nicolaus, e septem Diaconis, advena Antiochenus, apud insulam Rhodi, ut Sanctus refertur in MS. Florario, non satis accurato. Habemus antiquum Missale, pro Equitibus Rhodiensibus Crucesignatis S. Joannis, anno 1505 excusum, absque mentione
D. P. hujus! Quod autem solus hic e septem, nec apud Græcos, nec apud Latinos cultum invenerit; puto factum ex auctoritate SS. Irenæi, Tertulliani, Hilarii, Epiphanii, et Hieronymi; ex qua passim creditur turpissimorum Nicolaitarum magister et coryphæus fuisse. Sed excusare eum videtur S. Ignatius Martyr, cum ad Trallenses scribens ait: Fugite Nicolaitas, falsum sibi nomen assumentes. Clemens quoque Alexandrinus, falsi nominis Nicolaitas appellat. Imo quæ circumferuntur sub nominibus SS. Hippolyti et Dorothei scripta de lxx discipulis Episcopum Samaritanorum ab Apostolis ordinatum faciunt. Plura vide apud Baronium an. 68 num. 6 et sequ.

Bitunus, Presbyter Martyr, in MS. Bruxellensi S. Gudilæ additur S. Galliano, in scriptis additionibus ad Grevenum jungitur S. Antheon, uti latius infra ad hujus memoriam indicamus.

D. P. S. Cornelius, Martyr Brixiæ, sub Præside Aureliano, cum sociis lvii, varie cruciatus narratur, in Martyrologio Brixiano Bernardini Faini, inter Annotata fatentis, ignotum esse Depositionis locum, totamque martyrii istius fidem niti MS. asservato apud nobilem familiam, de Curte Isei nuncupatam. Rogatus deinde ipsius MS. copiam nobis facere, respondit illud quidem non inveniri, sed allegari ex fide Scipionis Covi, qui ipsum retulerit Italice inter Memorias Sacras Brixianas: cujus etiam translationis nobis exemplar misit. Ibi ante omnia dicitur Cornelium fuisse ex prædicta familia, patre Tancredo, matre Dionysia; qui post confusum in Bacchi statua dæmonem, et decollatos socios lvii, capite dorsoque excoriatus, ferventi soli expositus steterit, ab hora xii mane usque in xxii vesperi: quique deinde pro cute detracta galea ignita galeratus, capite plexus sit. Nobis tam male consuta narratio non sufficit ad augendos Sanctorum Fastos. Si aliunde constaret de veteri talis Martyris apud Brixianos cultu, adhuc requireretur probatio aliqua, ad ejusmodi Martyrem, sine scrupulo adscribendum tali familiæ, suam forte antiquitatem ægre ultra pauca secula extensuræ. Tancredi nomen tam antiquum Brixiæ esse, non facile credam. Interim Reverendiss. Abbati Honorio Stellæ, talium martyriorum et nominum propugnatori cogitandum relinquo, an etiam sustinere velit, tribus primis Christianæ æræ seculis Brixiæ viguisse, eumdem, qui nunc per Italiam obtinet, usum horarum xxiv ab Occasu solis ad Occasum numerandarum. Nobis non desunt, ex omni fere Italiæ provincia, Sanctorum Acta, unde probari possit, medio ævo aliter horas numeratas fuisse: sed non libet immorari talibus operosius refutandis.

Gregorii, Episcopi et Confessoris, memoria inscripta est Auctario Greveni ad Usuardum: sed cujus loci non additur. Præter Pontifices Romanos sunt hujus nominis Episcopi novem in Martyrologio Romano.

Rufinus Presbyter, anno salutis 400, non addito titulo Sancti, indicatur in MS. Florario.

S. Bobo, Episcopus Viennensis, successor Dadoleni, refertur a Saussayo in Martyrologio Gallicano. Verum neuter reperitur inter Episcopos Viennenses. Videtur indicari Bobolinus successor Landaleni, aliis Dodoleni. Sed nec hos usquam reperi Sanctis adscriptos, præterquam in Catalogo Chiffletiano, ubi omnes primi Quadraginta prætitulantur Sancti: sed nihil de eis Breviarium anni 1522, aut MSS. ejus Ecclesiæ Martyrologia.

S. Colmannus M. Abbas. De eo varii. Ita Camerarius in Menologio Scotico: sed quinam isti varii? Videtur ipsum ad hunc diem retulisse, quod alius Sanctus desideraretur. Sunt plurimi Colmanni, ex his aliquis refertur xviii Junii, quo die de eo silet Camerarius.

Kieranus, Abbas de Belachduin, tamquam Sanctus refertur a Colgano in 4 Appendice de patria et genere S. Patricii, ubi dicit eum obiisse anno 770 die 14 Junii.

Leodeboldus, Fundator et Abbas Floriacensis cœnobii, inter Sanctos refertur a Trithemio, lib. 3 de Viris illustribus Ordinis Benedictini cap. 102, non indicato die obitus aut venerationis. Hinc in Appendice rejicitur a Wione, Menardo, et Saussayo: sed hic agnoscit Fundatorem Floriacensem et Abbatem S. Aniani. In quodam Kalendario MS. ex Trithemio potissimum collecto, ad hunc diem collocatur et cum aliis Sanctus appellatur. Abstinent ab eo titulo, Carolus Saussayus in Annalibus Aurelianensibus, ubi sæpius de illo agit; Claudius Robertus et Sammarthani, ubi de monasterio Floriacensi. Si aliquam haberet venerationem Ecclesiasticam, eruditissimi istic Monachi curassent edi Vitam per Joannem a Bosco, apud quem, referente Adrevaldo cap. 2, indicatur, quomodo Leodabadus, Abbas S. Aniani Aurelianensis, proposuit construere Floriacense cœnobium, absque ullo titulo Sancti aut Beati.

Milites Templi, a Saladino Principe Mahumetanorum in Syria occisi, suggeruntur a Chrysostomo Henriquez, omittuntur a Chalemoto.

Pavonius, Conversus Ordinis Cisterciensis in Luka, diœcesis Mindensis, ut Beatus memoratur ab Henriquez et Chalemoto, ex quodam Kalendario Bruxellis edito, sed ab eodem Henriquez.

Mencia Virgo, Fundatrix et Abbatissa monasterii B. Mariæ de Arrogo, Ordinis Cisterciensis, ut Sancta indicatur a Philippo Seguino apud Henriquez, qui Beatam appellat. A Chalemoto, non Mencia, sed Maria vocatur. Manrique in Laurea Evangelica ejus non meminit.

Joannes Monachus, et Laurentinus inveniuntur adjuncti ad MS. Martyrologium Cardinalis Barberini,

m, idque manu satis antiqua, non tamen apposito titulo Sancti · an indicetur dies obitus illorum, an vero Sancti habendi sint, ulteriori inquisitioni proponimus.

NOT. 25 Hartwicus, Comes a Spanheim et Artenburg alias Lavenkal, electus est Archiepiscopus Salisburgensis VI Idus Novembris anno DCCCCXC; claruit multis miraculis, et habetur pro Sancto... Rexit annis XXXII, mortuus anno MXXIII, sepultus in sacello Divi Gregorii. *Ita Wiguleius Hundius tomo* I *Metropolis Salisburgensis pag.* 7. *Ast Henricus Canisius, tomo* 2 *Antiquæ Lectionis a pag.* 243, *proponit titulum de Episcopis Salisburgensibus, et Vitam atque miracula* S. Hartwici, *eaque edidit a pag.* 311, *sed nusquam additur dies obitus : neque in ullis fastis, etiam Germanicis, nomen potuit reperiri. Deest etiam in Proprio Sanctorum Archidiœcesis Salisburgensis, sub annum* MDCXLVII *excuso. Inter Vitas autem Sanctorum a Lippeloo et Grassio anno* MDCXVI *editas refertur ad hunc* XII *Junii. Nos certiora de die ac veneratione expectamus.*

D. P. Humbertus, Generalis V Ordinis Prædicatorum, *a multis titulo* Beati *honoratur, et ut talis Vitam contexuit Marchesius in Diario, ad hunc diem, quo ex Taegio mortuum censet an.* 1276, *potius quam an.* 1274, 15 *Januarii, pro quo diem* 15 *Julii substituit Auctor anni sacri : adeo ut nihil solidi haberi videatur de aliquo ejus cultu. Corpus quidem Valentiæ incorruptum servari dicit Marchesius : non ideo tamen Alfonsus de Castello rationem ejus habuit in sacrario Valentino, aut Tamayus de Salazar in Hispanico Martyrologio : quare expectamus, donec tam de die quam de cultu melius informemur.*

Joannes a Zumuraga, Archiepiscopus Mexicanus *circa annum* 1540;

Ludovicus Brasson, Modoætiæ in Insubria, *an.* 1515;

Franciscus Torellus, ab hæreticis occisus in Gallia, *an.* 1567;

Cæcilia Cacciaguerra, Virgo Assisii, *an.* 1215;

Constantia a Castro, vidua Tertiaria in Hispania, *an.* 1286;

Maria a Christo, Virgo Cordubæ, *an.* 1598;

Ordinis S. Francisci, *ob eximias virtutes ut* Beati *referuntur ab Arturo in Martyrol. Francisc. et feminæ etiam in Gynæceo.*

D. P. Isabella a S. Dominico, *socia S. Teresiæ, Fundatrix monasterii Cæsaraugustani, in eodem hoc die obiit anno* 1623. *Vitam et virtutes ejus ac sociarum aliquot, Hispanico sermone prolixe scripsit Michael Baptista de Lanuza, ut extat apud nos libris* 4 *Madriti excusa an.* 1638.

C. J. Maria Jacomina Fabri *obiit Camberii cum æstimatione Sanctæ vitæ, anno* 1637. *Fuit ipsa, secunda Religiosa Ordinis de Visitatione Sanctæ Mariæ Virginis, a Sancto Gebennensium Episcopo, Francisco de Sales instituti; quæ annos universim* 48 *vixit,* 27 *transegit in Religione, cujus altera columna et lapis angularis extitit, annos* 21 *Superiorem agens variis in domibus; tam cumulata omni virtutum genere, ut dum adhuc viveba*t, Magnam *appellare non dubitaverit S. Franciscus : quam et* Sanctam *fortassis appellabit aliquando Pontifex Romanus, locum tunc inter hosce Sanctos etiam reperturam.*

D. P. S. Fortunatus, Episcopus Neapolitanus, *hoc die antiquitus colebatur, teste Chioccarello : sed propter celebriorem S. Basilii nunc cultum, translatus est ad sequentem* XV Junii.

Esichius Martyr, *post S. Eliseum Prophetam, minuto charactere appositus in Kalendario Carmelitarum Conventus Mechliniensis, forte est* Hesichius *Martyr Dorostori, relatus* XV Junii.

Bertholdus Confessor, *inscriptus est MS. Florario et Auctario Greveni ad Usuardum. Qui sit non additur. Videtur esse* S. Bertholdus *infra referendus* XVI Junii.

S. Eurosia Virgo et Martyr, sub Mauris Jacæ in Hispania, *indicatur in Catalogo generali Ferrarii, ab aliis cum Tamayo Salazar infra* XXV Junii.

S. Martialis Confessor *inscriptus est MS. Casinensi, an forte* Martialis Episcopus? *referendus* XXX Junii.

S. Cyrillus Martyr, Episcopus Cortynæ in Creta, *cum illustri elogio memoratur in MS. Synaxario Constantinopolitano, aliisque adservatis Mediolani in bibliotheca Ambrosiana, Taurini in bibliotheca Ducis Sabaudiæ, Parisiis in bibliotheca Macariana, Divione in Collegio Societatis, quapropter eum ferme hic dedissemus; differimus tamen quia idem fere elogium habetur in Menæis excusis, ejusque memoria inscripta est Martyrologio Romano ad diem,* IX Julii.

S. Anianus,
S. Monitor, } Episcopi.
S. Flosculus,

S. Euspicius, Abbas Miciacensis.

S. Baudelius,
S. Scubilius, } Martyres.

S. Agia, mater S. Lupi Episcopi, *simul referuntur in Auctario Molani ad Usuardum, sub titulo* Translationis, *facta* Aurelianis.

De S. Aniano *mox agetur.*

S. Monitor *colitur* X Novembris.

S. Flosculus III Februarii.

S. Euspicius XX Julii.

S. Baudelius XX Maji.

S. Scubilius XI Octobris.

S. Agia *poterit cum S. Lupo Episcopo Senonensi referri* I Septembris.

S. Mansueti, Episcopi Tullensis, *nomen inscriptum est Auctario Greveni ad Usuardum. Dies natalis est* III Septembris.

S. Hyacinthus, S. Proto *adjungitur in MS. apographo Martyrologii Hieronymiani Corbeiensi Parisiis excuso, et ambo Aquileiæ tribuuntur, ut supra de* Proto *diximus, eumque esse pædagogum SS. Cantii, Cantiani et Cantianillæ, et cum ipsis* 31 *Maji coli. At* Protus *et* Hyacinthus *fratres Romæ passi sunt* XI Septembris.

S. Exuperius, Episcopus Pampilonæ in Hispania, *profertur in Catalogo generali Ferrarii, sed dubitantis, num alius sit a* S. Exuperio Episcopo Tolosano, *qui colitur* XXVIII *Septembris : et sic excusantis, quod Acta non viderit, imo nec Catalogum Episcoporum Pampilonensium. Hunc habemus a Prudentio Sandovallio anno* 1604 *editum, et postea a Tamayo Salazario excusum in Martyrologio Hispanico ad diem* 7 *Aprilis; sed absque ullo Exuperio.* Exuperii autem Episcopi Tolosani translationem *celebrari hoc die docet Catellus lib.* 5 *Historiæ Occitaniæ sub finem elogii pag.* 833. *Saussayus vero in Supplemento Martyrologii Gallicani, ad hunc diem et ante, vocarat Inventionem corporis, quæ omnia erunt explicanda die indicato* XXVIII Septembris.

S. Leopharius Episcopus, magis evidentia gloriæ quam notitia actorum clarus, ritu officii duplicis in Moysiacensi monasterio agri Caturcensis celebris, *refertur in Supplemento Saussayi. Nihil* NOT. 26 *de eo aliud reperimus. Num* S. Leodegarii *nomen ita detortum posset videri, relinquimus viris ibidem eruditis considerandum. Colitur hic* II Octobris.

S. Rusticus, Episcopus et Martyr, *inscriptus MS.* Trevirensi S. Paulini. *Quid si loco* Martyris *legatur* Confessoris; *sitque hic* S. Rusticus Episcopus Trevirensis, *qui colitur, etiam Martyrologio Romano inscriptus,* XIV Octobris.

S. Ignatius

S. Ignatius Episcopus *indicatur in MSS. Bruxellensi S. Gudilæ, Gellonensi et Augustano : additur ei in MSS. Florentinis Magni Ducis et Strozzii Senatoris titulus* Martyris. *Videturque esse* Patriarcha Constantinopolitanus, a Barda Cæsare injuriis affectus, et in exilium pulsus. *Cujus Acta* danda xxiii Octobris.

S. Ursini, primi Episcopi Bituricensis festum rosarum, ob translationem corporis, *hoc die celebrari asserit Saussayus in Supplemento Martyrol. Gallic. Dies ejus natalis est* v Novembris.

S. Aniani Episcopi Aurelianensis festum *celebratur in Ecclesia Senonensi, et* Translatio corporis *indicatur in antiquis Martyrologii Hieronymiani apographis, aliisque MSS. item a Bellino, Greveno, Galesinio, Canisio, Saussayo : ab hoc autem dicitur* solennitas liberatæ urbis per S. Anianum : *cujus natalis est* xvii Novembris.

S. Nicolai Episcopi Mirensis ordinatio *inscripta est MS. Usuardo in Alsatia aucto. Natalis est* vi Decembris.

DE S. ELISÆO PROPHETA

SAMARIÆ IN PALÆSTINA

D. P.

SYLLOGE HISTORICA

De duplici die cultus, et Reliquiis Alexandriæ, Constantinopoli, Ravennæ,

B *XXV SEC ANTE CHR.* Elisæum, *Magni Eliæ Magnum (pene dixeram, Majorem) discipulum, ejusque spiritus dupliciter heredem, primus Beda ad hunc diem Latinis fastis inserere docuit, in suo genuino Martyrologio, quod ante secundum Martii tomum edidi.* *Hac 14 Junii refertur a Beda* *Bedam deinde secuti sunt alii atque alii Martyrologi, ac denique hodiernum Romanum. Diem ille sic auspicatur,* xviii kal. Julii, Elisæi Prophetæ. *Usuardus, more suo prolixior, sic addit :* qui apud Samariam Palestinæ (ut Beatus scribit Hieronymus) situs est, ubi et Abdias Propheta quiescit. *Romanum, præmisso elogio S. Basilii, secundo loco :* *Usuardo et aliis.* Samariæ in Palæstina S. Elisæi Prophetæ, cujus sepulcrum dæmones perhorrescere S. Hieronymus scribit, ubi etc. *Hieronymi locus, in Epitaphio Paulæ, sicut a Bollando nostro ad* xxvi *Januarii illustratum habetur num. 18, hic est :* Transivit Sichem.... atque inde divertens vidit... Sebasten, id est Samariam, quæ *Miracula indicat S. Hieronymus :* in honorem Augusti ab Herode Græco sermone Augusta est nominata. Ibi siti sunt Elisæus et Abdias Prophetæ, et (quo major inter natos mulierum non fuit) Joannes Baptista, ubi multis tremuit consternata miraculis. Namque cernebat variis dæmones rugire cruciatibus, et ante sepulcra Sanctorum ululare homines more luporum, vocibus latrare canum, fremere leonum, sibilare serpentum : suspen- C sisque pede feminis vestes non defluere in faciem.

2 *Idem Hieronymus, scribens in Abdiam,* Sepulcrum ejus, *inquit,* cum mausoleo Elisæi Prophetæ *cum SS Abdia et Baptista communia,* et Baptistæ Joannis, Sebastæ venerationi habetur ; *ubi videtur, commune utrique Sancto, si non etiam tribus, erectum cænotaphium indicare, ad quod, licet sacris ossibus vacuum, miraculorum tamen perseverabat virtus. Vacuum, inquam : in Vita enim S. Artemii Martyris,* xx *Octobris illustranda cap. 27 apud Surium, legitur, quod postquam Julianus Apostata* dedit Gentibus potestatem ut ingrediantur in ecclesias Christianorum, et faciant quæ velint.... ossa Prophetæ Elisæi et Joannis Baptistæ (ut putabant) e *etiam post dissipata sub Juliano ossa,* loculis educentes, et cum immundis brutorum ossibus commiscentes, exusserunt ; et cinerem in aerem cribrarunt ac ventilarunt. *Ruffinus lib. 2 cap. 18 tunc accidisse ait, ut efferati illi prædicta sancta* ossa dispergerent, atque ea rursus collecta igni cremarent, ac sanctos cineres, pulveri immixtos, per agros et rura dispergerent : *de quo ipsemet in Misopogone gloriabundus Julianus, ait,* Sepulcra atheorum omnia *(ita Sanctos oppellabat)* signo a me nuper dato everterunt. *Syri Gentiles,* ita elati et erecti animis, ut scelera eorum qui Deos violarunt, acrius etiam quam mea ferebat voluntas, vindicarint. *Sicut tamen in ea re-* E *rum confusione pii quidam ab Hierosolymis Monachi, ut Ruffinus scribit,* inter eos qui ad exurendum ossa *quorum aliqua a piis subtracta igni,* legebant mixti, diligentius, in quantum res patiebatur, ac religiosius congregantes, furtim se vel stupentibus vel ignorantibus subtraxere, et ad religiosum Patrem Philippum venerandas Reliquias pertulere, *quasi Reliquias* Baptistæ : *sic alii alias pro Reliquiis* Prophetæ Elisæi *subtraxisse impiis potuerunt ; certi quidem veras se habere Reliquias, incerti tamen utrius Sancti.*

3 *Tales fuerint quas S. Athanasius Hierosolymis accepit reconditque ut Reliquias S. Joannis Baptistæ. Hac de re agentes* 11 *Maji num.* 333, *addidimus,* *et S. Athanasio data sunt,* *in lucem productas, proprioque templo conditas, sub Theodosio imperatore. Sub hoc autem Patriarcha* Theophilus, *ab anno* ccclxxxv *Sedem tenebat Alexandrinam ; de quo in Hagiologio Habessinorum metrico ad diem* ii *Baunæ, id est* xxvii *Maji nostri, legitur, quod* SS. Joannis et Elisæi miracula videns, et quomodo gentilem mulierem in partu periclitantem servaverint, gratias illis obtulit. *Vocatur autem ibi dies ille* Apparitio corporum, Joannis et Elisæi, inseparabi- F liter conjunctorum : *ubi in Coptico Kalendario apud* *alia an. 463 Alexandriam translata sunt,* *Seldenum solum legitur,* Inventio ossium Joannis Baptistæ Dei. *Hic scilicet præcipue nominabatur, quia sub ejus potissimum nomine tunc extructa et dedicata ecclesia fuit ; ossium autem ipsius* Elisæi *propria quædam credita, postea allata sunt, de quibus in Compendio historico Cedrenus ;* Septimo anno *Leonis Magni, qui fuit Christi* ccccLxiii, Propheta Elisæus Alexandriam translatus in monasterium Pauli Leprosi : ita qui leprosum *Nauman* sanaverat, et leprosum *Giezi* fecerat, in leprosi æde depositus fuit *Hinc vero, vel etiam immediate ex Palæstina, aliquid carumdem Reliquiarum allatum videtur Constantinopolim. Nam ejus Urbis accuratissimum Synaxarium,* *et hinc forte Constantinopolim,* *quod in nostro Parisiensi Collegio servatur, ad elogium Sancti quale in Menæis excusum habetur, additum habet hujusmodi clausulam ;* Τελεῖται δὲ ἡ αὐτοῦ σύναξις ἐν τῷ ἁγιωτάτῳ αὐτοῦ προφητείῳ : Celebratur vero ipsius festivitas in sanctissimo ipsius Oratorio, Προφητεῖον *hic dicto, sicuti* Μαρτυρία, Oratoria Martyrum. *In eodem autem Synaxario rursum illius fit mentio* xvii *Junii, ad elogium SS. Manuel Sabel et Ismael, ubi horum festum dicitur agi in ipsorum* Μαρτυρίῳ, τῷ ὄντι πλησίον τοῦ ἁγίου Προφήτου Ἐλισσαίου, quod est prope S. Prophetam Elisæum, *id est,* prope ejus Oratorium :

4 *Ibi totius diei Officio solus* Elisæus *colebatur,*

AUCTORE D. P.

ubi celeberrimus cultus,

A *prius quam ei accederet S. Methodius; Canonis vero auctor intitulatur* Joannes Monachus, *qui omnino videtur esse* Damascenus; *ita simile est poema iis, quæ palam ipsum præferunt in titulo, et aliquando etiam sub simplici* Joannis *nomenclatura inveniuntur. Est autem hæc Acrostichis ejus:*

Χαῖρε Προφῆτα Θεοῦ πανόλβιε.

Salve Propheta Dei beatissime.

tamquam in die natali:

Atque hæc omnia XIV *Junii, quasi hic dies mortis sit sic enim in Ephemeride metrica expresse habetur.*

Πότμον Ἐλισσαῖος δεκάτῃ λάχεν ἠδὲ τετάρτῃ

Condit Elisæum decima atque quaterna sepulcro.

Nec abludit ab hoc sensu hujusmodi Distichon, elogio præfixum

Ἠλίαν ἵπποι, τὸν δὲ διπλοῦν Ἠλίαν

Εἰς οὐρανοὺς ἀνῆγον, ὡς ἵπποι, νόες.

Equi Heliam, duplicem sed Heliam

Vexere in cœlum Angeli, velut equi.

uti etiam in Ægypto

5 *Eodem modo diem* XIV *Junii* S. Elisæo *sacrum habent, non solum Moschi, a Græcis fide Christiana imbuti; sed etiam in suo Kalendario Copti apud Seldenum; ubi ad* XX *Baunæ, qui* XIV *Junii respondet, memoratur* fames Elisæi Prophetæ; *ea scilicet, quam* B *septennio duraturam Prophetа prædixit,* IV *Regum* VIII. *Et hunc diem etiam fuisse Alexandrinæ Ecclesiæ celebrem, liquet ex Habessina, cujus Hagiologio metrico solus ipse hoc die inscribitur, et unica Strophe sic memoratur.* Salutem Elisæo, qui ab Elia, cum sursum ascenderet, spiritum ejus duplicem petiit: et in hoc magnam assecutus virtutem, bis excitare mortuos potuit, bis fluvium divisit. *Et de mortuis quidem, notum omnibus est: quis enim nescit filium Sunamitidis resuscitatum; et cadaver quod in defuncti tumulum conjecere portitores sui, ad conspectum latrunculorum conterriti, revixisse? Jordanem autem ille quidem tantum semel divisit: alveus tamen exiccati torrentis, quem cap.* III *deduci jussit in fossas et fossas, et absque vento aut pluvia aquis replevit, non minori miraculo, potest et debet hoc loco intelligi.*

et Abassia:

item 16 Octobris.

6 *Omnibus nationibus sic in diem* XIV *Junii conspirantibus, non possum tamen mihi firmiter persuadere, ipsum esse verum Prophetæ Natalem; quia omnes videntur exemplum sumpsisse a Græcis, non insuetis diem translatorum ad se sacrorum Corporum venerari, ut diem Passionis aut Mortis. Sic (ut de aliis taceam) dies* XV *Augusti, qua vestis Deiparæ in Blachernis collocata fuit, jussa est haberi pro die Obdormitionis, sive (ut Latini appellant) Assumptionis; quæ ante institutionem istius festi, recolebatur* XVIII *Januarii, juxta* C *Martyrologium Hieronymianum. Idem autem Martyrologium in apographis Corbeiensi et Lucensi cum Casinensi uno, diem* XXIX *Augusti sic auspicantur,* Pausatio S. Helisæi Prophetæ, *quæ in vetustissimo quodam Regina Suecia vocatur* Depositio, *sed post Decollationem Baptistæ collocatur. Ultimo autem omnino loco in MS. Richenoviensi et Romano S. Cyriaci rursum est* Pausatio. *Simpliciter vero idem dies inchoatur a nomine* Helisæi Prophetæ, *in pervetustis aliis MSS. ex Hieronymiano contractis, scilicet Augustano S. Udalrici, Parisiensi Labbei, et Gellonensi. Hactenus vetustiora Latinorum Martyrologia. Habessini quoque sibi non constant in die. Invenitur enim ipsis, ex antiquiori verosimiliter instituto* S. Elizæus *commemoratus* XIX *Baba, qui* XVI *Octobris respondet, ubi Poeta eorum;* Salutem, *inquit,* Elisæo, qui nomen est consecutus, quod exponitur Salvator et Custos. Cum Israeli loco Eliæ surrexisset, insalubrem aquam salis condimento sanavit, et demersam securim produxit ab aquis, injecta in eas cortice arboris. *Vulgata et* LXX, ligno præciso *factum miraculum dicunt. Beda autem in opusculo de nominibus Hebraicis scribit, quod* Elisæus *reddatur,* Salus, *vel* Protectio Dei: *quo videtur Habessinus Poeta respexisse; et omissa prima* D *nominis parte, quo* Deus *significatur, solam posteriorem considerasse.*

Vetustiora tamen Martyrologia

Pausationem referunt 29 Augusti,

et Abessini 16 Oct.

Vita petenda ex Scriptura.

7 *Elogium ex Græcorum Menæis transcribere supervacaneum puto; quæ enim de Vitulo aureo, mugitum edente cum nasceretur Sanctus, ex Rabbinicis figmentis sumpta, scribuntur a nonnullis, non merentur huc referri; cetera autem ejus Acta sic exponunt libri Regum, ut nulla opus sit explicatione. Ea tamen qui volet, adeat Danielem a Virgine Maria, Speculi Carmelitani Parte* 4, *ibi repertursu* Vitam, ex sacris Litteris et Patribus digestam, *cum* Manipulo ingentium virtutum resplendentium in ea. *Quoniam enim Carmelum montem, in quo Ordo iste initium habuit, post* Eliam *etiam* Elisæus *habitatione sua plurimum illustravit: utrumque æquali jure totus colit Ordo, et quidem Officio duplici cum Octava. Neque ea institutio recens est, Lezana Tomo* I *Annalium Ordinis pag.* 287 *allegat Capitulum Generale sub annum* MCCCXCIX, *in Conventu Silvarum Provinciæ Tusciæ coactum, quo ordinatum fuit,* quod de ipso S. Elisæo singulis annis Officium celebretur: *allegantur etiam Officia in Ordine anni* MCCCCLXII *et* XCV. *Intra hos duos terminos aut forsan paulo citius, habemus excusam in membrana* E *pagellam, continentem formulam annuntiandi ad Martyrologium, novem festa Sanctorum vel Patronorum specialium Ordinis (credo, quia non plures tunc censebantur) ubi post Beatos Petrum Thomasium, Andream Florentinum, Cyrillum Presbyterum, Angelum et Simonem, de quibus omnibus successive egimus, sexto loco et* pro XVIII Julii, *sic legendum præcipitur:* Apud Samariam Palæstinæ, quæ et Sebaste dicitur, S. Helisæi Prophetarum præcipui...... Hujus sacrum corpus etiam mortuum, mortui suscitatione peculiariter gloriosum, Ravenna honore condigno veneratur.

Cultus specialis apud Carmelitas.

Reliquiæ Ravennam allatæ anno 718

8 *Joannes Palæonydorus, in libro Trimeresto de principio et progressu Ordinis, edito sub annum* MDXCVI *lib.* 1 *cap.* 4, *adductis quæ ex Cedreno dedi verbis, tamquam ex Sigeberto Gemblacensi, nescio ubi et quando sic interpolato (nam autographum, unde Miræus recudit, tale nihil habet)* Postea, *inquit,* per Theodosium Imperatorem Ravennæ, anno Domini septingentesimo XVIII, est repositum in monasterio Monachorum. *Fuit is* Theodosius Adramytenus, *anno* DCCXV *factus Imperator et sequenti depositus; sed Clericus factus quietique studens, vixit aliquamdiu post, et Cedreno teste Ephesi obiit, miracula etiam fecisse creditus. Potuit hic, tyrannidem contra imagines exercente eo cui* F *Imperium cesserat Leone Isaurico, securitatem sibi quæsivisse trans mare, et Ravennæ apud Basilianos Græci ritus Monachos receptum habuisse; quibus, si non Corpus, saltem notabiles aliquas Reliquias attulerit; eas ipsas fortassis, quas Constantinopolim allatas fuisse præsumimus, ex solenniori ibi cultu et oratorio Prophetico. Pro talibus certe acceptæ et habitæ a Ravennatibus sunt, ut patet ex lib.* 1 *Statutorum Ravennatium rubr.* 32, de Visitatione ecclesiarum et cereis dandis, *apud Hieronymum Fabri, inter sacras Memorias Ravennæ antiquæ pag.* 228, *ubi dicitur:* S. Helisæi Prophetæ corpus jacet in Burgis Ravennæ, ad ecclesiam S. Laurentii in Cæsaria, in Capella SS. Gervasii et Protasii: festum cujus est die XIV Junii. *Annum conditi decreti non exprimit Hieronymus, sed* vetus statutum *vocat.*

a Theodosio Adramyteno post anno 716.

in ecclesiam S. Laurentii,

et capellam fundatam an. 425

9 *Fuit prædicta capella ibi fabricata et dedicata anno Christi* CCCCXXV, *ut notabat inscriptio, litteris aureis, olim sic ibi legenda.* Stephano, Protasio et Gervasio, beato Martyrio et sibi Memoriæ, Lauritius dedicavit, sub die XIII Kalendas Octobris, Theodosio XI et Placido Valentiniano Coss. *Ea ecclesia invenitur anno* DCCCCLIV *Abbatem Regularem Benedictinum habuisse; incolis deinde destituta, anno* MCCLXV, *data esse Canonicis Regularibus, qui ibi manserunt usque*

A *usque ad* MDCIII*: quando illa pro munienda civitate destructa fuit, relicto nihilominus sacello ad memoriam; quod ipsum centesimo post anno abolitum est, propter novum canalem tunc illuc ductum. Quid factum sit Reliquiis* S. Elisæi *nemo novit: nec enim eas habent Canonici Regulares, inde translati ad ecclesiam Portuensem S. Mariæ: in ecclesia autem S. Apollinaris novi, olim Benedictinorum, nunc Minorum Observantium,* Caput *quoddam ostenditur, creditum esse* S. Elisæi: *de quo inquit Saracenus in Menologio Carmelitano,* non est cur ambigamus, *quia id ibi* pie coli gravissimi testantur auctores. *Hos si invenisset haud dubie nominasset prælaudatus Hieronymus: quando tamen adhuc ipsum Caput ostenditur, non est quod auctores requiramus: estque verosimiliter illuc allatum a Benedictinis, suburbanum S. Laurentii monasterium deserentibus: nec est cur minus credatur, in illa sacrorum corporum sub Juliano dispersione, servatum fuisse* Caput Prophetæ, *quam servatum creditur* Caput Baptistæ *alibi defossum, quod Ambiani nunc ostenditur.*

ea eversa deperditæ:

præter caput quod est in eccl. S. Apollinaris:

10 *Fateor tamen, quod in re tam antiqua certi nihil haberi possit: nimis enim facile contingit in talibus, ut homonymia confusionem inducat personarum. Quamvis autem nullus alius* S. Elisæus *hactenus ex Græcorum Synaxariis innotuerit, in Vita tamen S. Marcelli, Acœmetorum Præpositi Constantinopoli,* XXIX *Decembris apud Surium, cap.* 22, *magnopere laudatur* Elisæus *quidam,* Monasterio, quod erat in Dessa, (*fortassis* Edessa *intelligenda*) Præpositus, *qui ex discipulis Marcelli unum hospitio excipiens, ejus sibi conversationem omnem ipsamque formam corporis, licet numquam visam, divinitus cognitam declaravit. Hic si post mortem in suo monasterio Sanctus est habitus* (*floruit autem post annum* CCCC, *Marcello æqualis*) *potuit ejus corpus ad Theodosium Adramytenum Imperatorem, vel ex Imperatore Clericum, pervenisse, atque creditum fuisse corpus Prophetæ; ut passim solent in re dubia homines ad notiorem personam reflectere cogitationes suas; quia id quisque opinatur facilius, quod placet magis, unde existit illa sæpe plurium de una eademque Reliquia contentio.* D

AUCTORE D. P.

nisi hæc suspicari velis alterius esse

puta Elisæi Edesseni.

NOT. 27

B

DE S. MARCIANO MARTYRE

E

EPISCOPO SYRACUSANO IN SICILIA

COMMENTARIUS PRÆVIUS

de Sancti ipsius cultu, ejusque Encomiastæ ætate, actisque Apocryphis.

SUB VAL. ET GALL. SEC. III.

Ut S. Marcianus credatur ab Apostolis missus cum S. Pancratio,

T*otius Siciliæ urbs olim Regia et amplissima, utpote quinque in se urbes uno* CLXXX *stadiorum ut ait Strabo*[1] *complexa ambitu, tribus primis Christianæ religionis seculis, tres Sanctos Episcopos habuit colitque: primum* Marcianum, *qui hodie celebratur; secundum* Chrestum, *illius ut ferunt discipulum et successorem, de quo* III *Novembris agendum; tertium,* Eutychium, XXVII *Novembris. Hic dicitur S. Luciæ, perfosso jugulo adhuc stanti, Eucharistiam ministrasse: adeoque eixisse debuit anno* CCCIII. *Ceterorum Episcoporum Syracusanorum Catalogum texuit Christophorus de Escobar, qui (ut habet Antonius Nicolai in Bibliotheca Hispana, anno præterito seculi octavo in Sicilia degebat, Proregi ejus temporis a sacris et a studiis, cujus præclaris operibus alius* C *istam quoque Catalogum addas licet. Usus is est alio MS. quem Archetypum vocat; quemque etiam Rochus Pirrhus, in Notitia Syracusanæ Ecclesiæ, ubi de Episcopo Eulalio pag.* 123, *vidisse se ait; et pag.* 170, *ubi de Enecho Episcopo, allegat in margine, veluti eousque productum, adeoque anno* MCCCLXIII *non antiquiorem.*

texitur series 17 Episcoporum usque ad martyrium S. Luciæ;

2 *Ex eo Christophorus, et hunc secutus Rochus, solo nomine tenus producunt ante S. Eutychium præfatum Episcopos omnino septemdecim; atque ita facile primum eorum* Marcianum *perducunt ad tempora Apostolorum, quibus cum* S. Pancratio, *Episcopo Tauromenitano, de quo egimus* III *Aprilis, missus in Siciliam sit a S. Petro, Antiochiam Romam discessuro. Credibile omnino est Siciliam non fuisse ab Apostolorum Principe neglectam, maxime cum is jam Romæ Cathedram fixam haberet: quare de* S. Pancratio *nolim quæstionem movere Tauromeniis, ab extimo Italiæ cornu in insulam trajecturo proximis. Sed, eodem fidei Siculis prædicatæ initio, suum quoque Syracusis obtigisse Episcopum, quod Messinæ, Catanæ, Panormo, æque principalibus civitatibus, solum contigit seculo* III, *id mihi creditu difficillimum facit* S. Marciani *Encomiastes Græcus; fabulosis Sanctorum Pancratii et Marciani Actis antiquior; ipse quidem S. Petro eorum adscribens missionem; sed per temporum imperitiam non animadvertens, traditionem istam destrui, ejus quo potissimum nititur S. Peregrini Martyris testimonio; quem præfatur, iisdem quibus Sanctus floruisse temporibus, quique* S. Marciani *martyrium differt ad* tempus, Valeriani et Gallieni tyrannidem exercentium *atque intra annum* CCLIV *et* LX*: quo posito solus* Christus, *inter* Marcianum *et* Eutychium *medius, abunde sufficeret.*

nimime necessaria, si is spectat ad tempus Valeriani et Gallieni.

3 *Janningus noster, ad* IV *Junii* § 5 *de S. Metrophane, pene evidenter demonstrat, primum eum fuisse Byzantinum Episcopum; nec ante Pseudodorotheum quemquam inveniri, qui antiquiores illo nominaverit. Iste vero nullius fidei scriptor, ut jam passim vel modice eruditis constat, aliud nihil eo figmento intendit, quam Constantinopolitanam Ecclesiam Romanæ facere auctoritate proximam, ætate priorem, in præjudicium aliarum duarum Patriarchalium Sedium, Antiochenæ et Alexandrinæ. Quin igitur sua stet S. Peregrino auctoritas? par autem æmulatio Syracusanos moverit, ut Tauromenitanæ Ecclesiæ, de cujus antiquitate non dubitabatur, suam, si non priorem, saltem parem videri vellent; eoque persuaderi sibi sinerent* Marcianum, *æque ac* Pancratium, *Petri discipulum fuisse? Huic deinde persuasioni inhæserit Encomiastes; non considerans, quam longe a* Petri *ætate distarent tempora* Valeriani et Gallieni; *qui autem postea commentatus est utriusque Proto-Episcopi prolixissima Acta, pro illis Neronem audacter substituerit, sub quo passi sint; denique præsumpserit aliquis, eadem qua Pseudo-dorotheus fide, accersitis e cerebro suo vel aliunde nominibus, implere Catalogum, idque verosimiliter post recuperatam de Saracenis insulam, seculo Christi* XI *ultra medietatem provecto. Nam quæ antea, non magis frugum quam fabularum ferax fuit insula, fuit etiam talis post inductam Christi fidem; ut probant tot Vitæ sanctorum, Græca verbositate et fide, auctoribus non suis suppositæ; de quibus ad Acta SS. Alphii Philadelphi atque Cyrini* X *Maji.* F

Nimiæ scilicet antiquitatis studium, ut Byzantius,

sic et Syracusanis persuasit Episcopatus initia ab Apostolis deducere;

et implere fictitiis nominibus Catalogum,

4 *Similem tamen pro Tauromenitanis Catalogum fingere*

A *fingere aggressus est nemo, licet eorum Episcopi, saltem a tempore S. Leonis, satis certo sibi constent ex publicis actis. Quia, postquam civitas illa anno* DCCCLXXVIII *fere postrema venit in Saracenorum potestatem, illis usque modo caruit, ad magnam incolarum paucitatem redacta. Frequentissima illis eadem fuerat, quando Sanctorum* Pancratii et Marciani *Acta conscripta sunt; sed talia, ut Octavius Cajetanus in Vitis Sanctorum Siculorum, minime alias severus censor, ea suo opere indigna æstimaverit. Invenimus ipsa in Bibliothecæ Vaticanæ codice* 1591, *ad paginas fere centum extensa, et tamen priori parte lacunosa; quæ causa, et quod fabulosa esse sciremus, negligendam suasit eorum descriptionem. Nunc, postquam judicavimus etiam talia non esse publicæ notitiæ judicioque subducenda, gratum nobis fecerit, quisquis ea (præsertim si alibi integra invenerit) nobis curaverit transcribenda pro Supplemento: quo casu certius dijudicare poterimus de Evagrio (cujus nomine Acta ista prætitulantur) verusne an supposititius titulus sit, ut est aliorum alias censuratorum. Nescio autem an eadem, aut compendia eorumdem sint quæ Cajetanus invenit aut in monasteriis Cryptæ-ferratæ extra Romam, et S. Salvato-* B *ris extra Messanam, ac Bibliotheca Cardinalis Sfondrati. Vaticanum MS. in quo S. Marciani Acta paginas facile septuaginta occupant, ita incipit,* Ἐγένετο μετὰ τὸ ἀναληφθῆναι τὸν Κύριον ἡμῶν Factum est, postquam assumptus est Dominus noster.

AUCTORE D. P. Episcopatus Tauromenii antiquiori opponendum.

Simili studio concinnata SS. Pancratii et Marciani Acta

5 *Utriusque etiam commune festum,* ad v Idus Februarias, *invenit Cajetanus in Menæis quibusdam Siculis; sed in excusis pro* Marciano *appellatur* Marcellus: *apparet tamen de eodem agi, et additur* Episcopus Cypri S. Philagrius, *quasi una cum istis a S. Petro ordinatus Episcopus sit. Quæ eos sic conjungendi causa fuerit, non divino; nisi forte hujus Reliquiæ ex Cypro in Siciliam translatæ, et in aliquod duobus prioribus commune oratorium receptæ tali die sint. Nam quod suspicatur Cajetanus, tali die ordinatos revera Episcopos, non placet. Licet enim in Ecclesia Latina inauditum non sit, quorumdam illustriorum Sanctorum, puta* Ambrosii, Gregorii, Martini, *Ordinationes celebrari; necdum tamen id apud Græcos inveni; et, ut invenissem, non crederem tam distinctam diei notitiam eorum, qui tribus primis seculis ordinati sunt, ad posteros fuisse deductam. Interim observo, utrumque sic referri,* Pancratium *quidem in Menæis et Synaxariis die* IX *Julii, Marcianum vero in solis quibusdam manuscriptis Siculis* XXX *Octobris, quasi* C *proprii eorum Natalis ii forent, qui verosimiliter Translationis aut Dedicatæ ecclesiæ fuerunt. Causa dubitandi est, quia omnibus illis vetustius Hieronymianum Martyrologium* S. Pancratii Natalem *ponit* III *Aprilis, quod ceteri Martyrologi secuti sunt, et retinet hodiernum Romanum.* Marcianum *vero habet hoc* XIV *Junii Abbas Maurolycus, primus auctor ejus in Fastos Latinos referendi, in quo secutus ipsum est Molanus* 2 *editione, et in Romano Baronius.*

Utriusque commune festum 5 Februarii,

3 Apr. et 14 Junii apud Latinos

6 *Hic etiam in Notis allegat* Acta MSS. accepta ab Ecclesia Cajetana, apud quam illius venerandæ reliquiæ asservantur, illuc translatæ cum Saracenorum incursibus ea insula vexaretur, *hoc exordio;* Post triumphalem victoriam D. N. Jesu Christi. *Eadem in Ecclesia Syracusana haberi indicat Cajetanus, indeque sumptas Lectiones Breviarii Gallicani, id est ejus quo sub Francorum dominatu cœperant uti Siculi: sed addit, quod ea producere noluerit* cum sint satis inquinata mendaciis, pleraque etiam decerpta ex illis Actis, quæ de S. Pancratio Evagrii nomine circumferuntur corrupta. *Ista S. Marciani Latina, brevia sunt, et pagellarum dumtaxat* 12, *sed ab Henschenio nescio ubi seposita, non repeniuntur: quare eadem iterum Roma petii ex Bibliotheca Vallicellana Patrum Oratorii, ut de ipsis certius judicium feram;*

posterioris Acta Cajetæ descripta,

ob translatum illuc corpus

dum autem ea expecto, placeat legere quæ de prædicta D *Translatione, et nonnullis Reliquiis ejusdem* S. Marciani, *sic habet Cajetanus:* Tam amantissimi Pastoris cadaver cum luctu Christiani Syracusis condidere, vivo in lapide ejus antri, quod ipse Marcianus incoluerat, et Deo templum dicaverat. Manet adhuc apud Syracusanos id sepulcrum, tanti hominis monumentum; et plurimis olim inclaruit miraculis, antequam Saracenorum tyrannis Siciliam subegisset: sed cum eorum rabies debaccharetur, S. Marciani corpus Cajetam deportatum est; ibique nunc est in æde maxima Deiparæ, arcæ inclusum marmoreæ sub ara, prope corpora Sanctorum Episcoporum et Martyrum, Erasmi et Innocentii. *Colitur hic* VII, *iste* II *Junii, quando de iis egimus.* Anno MDXCIV, *inquit idem Cajetanus,* Alfonsus Lassus Sedegnus, natione Hispanus, Episcopus Cajetanus, aperuit; reperitque fracta quidem, et candidissima S. Marciani ossa, sed quæ integrum corpus non conficiant; nam Syracusis nunc colitur ejus mandibula, et Messanæ brachium, illuc a Riccardo Ar- E chiepiscopo ex ecclesia Syracusana delatum, anno circiter MCLXXX. Legi in quodam MS. codice, Syracusis delatum fuisse S. Marciani corpus Patras; sed cui fundamento id innitatur non satis video. *Ita Cajetanus: mihi vero non mirum videretur, si* Patras *primum, deinde* Cajetam *corpus traductum fuerit.*

an. 1594 recognitum non integrum,

et forte Patris advectum.

7 *Encomium cujus supra memini, et quod præ Actis lectu dignum censuit Cajetanus, in Bibliotheca Vaticana Græcum reperit, et Latinum fecit noster P. Jacobus Sirmondus, tum Romæ commorans, ipsique in Siciliam misit. Ego anno* MDCLX *illum ipsum Græcum contextum ibidem reperi in Codice* 688, *et nuper transcriptum accepi fideliter, atque ita Græcolatinum hic repræsento: solumque observo* Theodosium Syracusanum Episcopum, *cujus Auctor num. nono meminit, rem ab eo gestam referens, sicut accepit a Presbyteris qui præsentes adfuerant;* Theodosium, *inquam, illum noto, non alium videri, quam qui* VI *Synodo, sub Agathone Papa Constantinopoli celebratæ, anno* DCLXXX *sic subscribit Actione* IV, Θεοδόσιος, ἐλάχιστος Ἐπίσκοπος τῆς ἁγίας ἐκκλησίας Συρακούσης, τῆς ἐν Σικελίᾳ, Theodosius, humillimus Episcopus sanctæ Ecclesiæ Syracusanæ, quæ est *in* Sicilia. *Escobar quidem, ex suo Catalogo archetypo, quatuor* Theodosios *numerat; primum, decessorem istius; et duos, centum fere annis posteriores; quorum unus* Troparia composuit, quæ canuntur in Vigiliis jejuniorum; *alter* fecit supra F cellam turrim, et Clero rogam multiplicavit: *sed ut priorem seculi* VII *perperam distrahi in duos reor, sic puto unicum sufficere seculo* VIII; *de hoc autem non agere Auctorem encomii; alias enim scriptum illud foret paucis annis ante occupatam a Saracenis urbem, adeoque non esset senior auctore Actorum apocryphorum; quod tamen certum videtur ex ipsius de his silentio.*

Encomium datur ex Græco, interp. Sirmundo,

scriptum circa 700

8 *Encomio isti subjungit Cajetanus fragmentum (ut appellat) Canonis, pro festo S. Marciani, a S. Josepho Hymnographo (ut putat) compositi, qui Josephus colitur* III *Aprilis, ubi Vitam dedimus: obiit autem Constantinopoli anno* DCCCLXXXIII, *sed valde longævus, multarumque coronarum contra Iconomachos obtentarum pugil, ut ejusmodi Canonem potuerit composuisse, Siculus ipse, et secundum aliquos etiam Syracusanus, ante irruptiones Saracenorum; sicuti Canonem de S. Pancratio, in gratiam Tauromeniorum panxit. Porro sive ipse sive alius, vel Canonem, vel Canoni præmittenda Sticharia tria cum Tropario composuit, quæ Græci vocant* Ὅμοια Similaria (*hæc enim mihi potius videntur, quam Canonis fragmentum) fuit is in communi tunc errore, in quo et auctor Encomii, de tempore missi in Siciliam* Marciani, *ut vel ex hoc initio apparet:* Splendidissimus ille et Apostolorum Coryphæus Petrus,

Canonem videtur edidisse S. Joseph Hymnographus,

A Petrus, ex Oriente, te, primam Stellam solis justitiæ Christi. Occidenti, tamquam fulgentem radium misit, qui hominum mentes divina cognitione illustrares. Quapropter gregem tuum fovens, in fide confirma, sanctissime Marciane, et pro omnibus nobis indesinenter ora.

circa ætatem Marciani etiam communi errore abreptus:

9 *Nempe ab Apostolica Sede et Petri successore missus censebatur: et iste loquendi modus, conjunctus cum studio quam antiquissima Ecclesiarum principia faciendi, præsumi potest induxisse errorem istum, multis communem. Credi etiam potest,* Marcianus *missus in alta illa sub S. Fabiano Papa Ecclesiæ pace, quæ præcessit Decianam persecutionem; cujus continuatio fuit illa quæ sub Valeriano et Gallieno sævuit: a qua ne recedat is, quem Encomiastes transcripsit,* S. Peregrinus, *semper in plurali, non singulari,* Principes seu Imperatores *nominat; ut frustra suspicetur Cajetanus glossema transcriptoris esse, quod* Valerianus et Gallienus *nominentur pro* Nerone; *cum totus contextus plures exigat. Ceterum dum* S. Peregrini Martyris *Acta, quæ pro* III *Novembris habet ex antiquo Codice Cajetanus, cum* Valeriano et Gallieno *sic conjungunt* Siciliæ Præfectum seu Consularem Quintianum, *sub quo* S. Peregrinus *sit passus; sententiam nostram confirmant; quia sub eodem, paucis annis ante, passa dicitur S. Agatha imperantibus Deciis: et hujus Actis lucem affundunt, quoad mortem Quintiani, qui sic non potuit statim post ejusdem Sanctæ martyrium interiisse. Dici tamen posset familiare Siculis scriptoribus fuisse, pro quovis Præside Christianorum persecutore usurpare nomen* Quintiani; *sicut Biographi Hispani* Dacianum, *Mediolanenses* Anulinum *usurpant: uti conantur omnes facere, qui ad Neronis tempora attollunt Martyres, quos Deciana persecutioni melius relinquerent, vel etiam Diocletiani et Maximiani temporibus; istud autem si revera fecerant Siculi, nihil nomen Quintiani hic repertum conducet, ad id quod requirebatur.*

qui potius dicetur missus a S. Fabiano PP.

D AUCTORE D. P.

et passus sub Præfecto Quintiano

B

ENCOMIUM S. MARCIANI EP. M.

E

Ex MS. Vaticano 688 Interpr. Jacobo Sirmundo S. J.

CAPUT I.

Adventus S. Marciani in Siciliam, commoratio in antris Pelopiis, prædicatio. et martyrium.

Θέρε τοίνυν, ὦ ἠγαπημένε ὑπὸ Θεοῦ, τὰς περὶ τοῦ Ὁσίου τούτου καὶ Ἀρχιποιμένος Μαρκιανοῦ διηγήσεις εἰς μέσον προθήσωμεν, καίτοι οὐδὲν ἐξ ἀγράφου παραδόσεως ἡμῖν μέχρι νῦν ἱστορίαν, ἀλλὰ μὲν καὶ ἐν διηγήσεως ἐγγράφου, ὁμολογητῶν καὶ καλλινίκων Μαρτύρων, τῶν ἐν τοῖς αὐτοῦ χρόνοις διαπρεψάντων καὶ ὑποστησάντων, καὶ τὸν τῆς ἀθανασίας διάδημα ἀναδησαμένων στέφανον, παρὰ τοῦ ἀγωνοθέτου καὶ παμβασιλέως Χριστοῦ, ὧν τὰ ὀνόματα ἐν βίβλῳ ζωῆς ἐγγέγραπται, αὐτῶν μεθ' ἕτερα ἀκολούθως λέγομεν, ἵνα μὴ δόξῃ τισὶ ψεύδεσι συγγράφεσθαι μυθολογίαν.

2 Μετὰ γὰρ τὴν θείαν καὶ σωτήριον τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ ἐκ νεκρῶν ἀνάστασιν, καὶ τὴν εἰς οὐρανοὺς μετὰ δόξης ἀνάληψιν, ἐξαποστέλλων τοὺς ἑαυτοῦ Μαθητὰς καὶ Ἀποστόλους ἐπὶ τὸ κήρυγμα, ἐνετείλατο αὐτοῖς κηρύξαι πάσῃ τῇ κτίσει, λέγων, Πορευθέντες εἰς τὸν κόσμον ἅπαντα, μαθητεύσατε πάντα τὰ ἔθνη, βαπτίζοντες αὐτοὺς εἰς τὸ Ὄνομα τοῦ Πατρὸς,
C καὶ τοῦ Υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος, διδάσκοντες αὐτοὺς τηρεῖν, ὅσα ἐνετειλάμην ὑμῖν, καθὼς ἐν Εὐαγγελίοις γέγραπται. Κρατυνθέντες οὖν διὰ τῆς τοῦ Πνεύματος παρουσίας, ἐπορεύθησαν ἐπὶ τὸ κήρυγμα, διασπαρέντες ἕκαστος αὐτῶν ἐν ᾧ ἐκληρώθη κλίματι τῆς οἰκουμένης. Τότε οὖν φησὶν ὁ Πρῶτος τῶν Ἀποστόλων Πέτρος, ὁ τὰς κλεῖς τῆς βασιλείας τῶν οὐρανῶν ἐμπεπιστευμένος, καὶ τοῦ δεσμεῖν καὶ λύειν ἐξουσίαν λαβών· Ἐλθὼν ἐν Ἀντιοχείᾳ καὶ τὸν λόγον διδάσκων, Ἐκεῖθεν προεχειρίσατο τὸν ὅσιον τοῦτον φωστῆρα, καὶ μέγαν ὡς ἀληθῶς διδάσκαλον, καὶ ἐξαπέστειλεν αὐτὸν διδάξαι, ὡς ὁ Κύριος ἐνετείλατο αὐτοῖς, Μὴ φοβεῖσθαι ἀπὸ τῶν ἀποκτεινόντων τὸ σῶμα, τὴν δὲ ψυχὴν μὴ δυναμένων ἀποκτεῖναι· παραδώσουσι γὰρ ὑμᾶς εἰς συνέδρια, καὶ ἐν ταῖς συναγωγαῖς αὐτῶν, μαστιγώσουσιν ὑμᾶς, καὶ τὰ ἑξῆς· γίνεσθε οὖν φρόνιμοι ὡσεὶ ὄφεις, καὶ ἀκέραιοι ὡσεὶ περιστεραί. Τοιοῦτος γάρ ἐστιν ὁ ἀοίδιμος οὗτος Πατὴρ, καθὼς ἡ θέα τῆς εἰκόνος τοῦ προσώπου δεῖ, Ἀνδρεῖος τῷ σώματι, ῥωμαλέος δὲ τῇ ψυχῇ, θαρσαλέος τῷ φρονήματι, ἀεὶ κεντρίζων ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτοῦ τὰ στίγματα τοῦ Κυρίου καὶ Θεοῦ ἡμῶν, ἐπόμενος παθεῖν ὑπὲρ τοῦ παθόντος ὑπὲρ ἡμῶν ἐπὶ Ποντίου Πιλάτου· ἀκούσας αὐτοῦ λέγοντος ἐν Εὐαγγελίοις, Τὸ ποτήριόν μου πίεσθε.

Agedum ergo a Deo dilecte, de hoc Sancto Antistite Marciano dicere aggrediamur, quæ vel ad nos ex superiorum temporum memoria, quasi per manus b tradita, sine scriptis pervenere; vel gloriosi Confessores ac Martyres, qui eadem cum illo temporibus floruerant, et immortalitatis coronam adepti sunt, scriptis suis posteritati consignarunt: quorum quidem nomina in libro vitæ scripta sunt, sed et a nobis postea suo loco c prodentur, nequis putet nos inanem et fabulosam texere narrationem.

a Præfatio auctoris. b c

2 Post divinam enim et orbi salutarem Domini nostri a mortuis resurrectionem, cum ascensurus in cælos Discipulos et Apostolos suos mitteret ad Evangelium promulgandum; præcepit eis, ut omni creaturæ nuntiarent, dicens, Euntes in universum mundum, docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris et Filii et Spiritus sancti; docentes eos servare omnia, quæ præcepi vobis; sicut scriptum est in Evangeliis. Confirmati itaque Spiritus sancti adventu, profecti sunt ad prædicandum; et dispersi omnes, ut suum cuique mundi clima sorte obtigerat. Tum vero Petrus, Princeps ille Apostolorum, cui regni cælorum claves concreditæ, ligandique atque solvendi potestas commissa est; Antiochiam ingressus, ac divini verbi semen spargens; primum illic hoc sanctum luminare ac vere magnum præceptorem delegit, et ad docendum destinavit; monitis illum suis instruens ac muniens, sicut Dominus præceperat; Nolite timere eos qui occidunt corpus, animam autem non possunt occidere. Tradent enim vobis in conciliis, et in synagogis flagellabunt vos, et quæ sequuntur. Estote ergo prudentes sicut serpentes, et simplices sicut columbæ. Et talis revera fuit laudabilis Marcianus, quemadmodum ipsa ejus imaginis d species docet; virilis corpore, fortis animo, spiritu audax; stigmata Christi et Dei nostri in corde gerens; pati gestiens pro eo, qui pro nobis sub Pontio Pilato passus est; illum scilicet auscultans qui dixerat; Calicem meum bibetis.

Et missus a Christo ad prædicandum Apostolis,

Mat. 28, 19 F

Petrus Antiochiam dicitur misisse Marcianum

d

A

INTERP. J. SIRM. qui Syracusam appulsus,

3 Mittitur ergo ab Apostolorum Coryphæo eruditus magister; veniensque primus Apostolorum splendor seu radius in hanc Syracusanorum Siciliæ civitatem, circumibat, quærens locum in diversorio: ac tandem, velut sol alter exoriens vir sanctus, et tamquam lucerna in nocte, antra quædam subiit, quæ in edita urbis parte erant, ac *e* Pelopia dicebantur: ubi nunc venerandus ipsius thecæ reconditus est thesaurus, perennesque fluunt miraculorum fontes, omnium generum morbis excussis, Sancto ipso divini Spiritus virtute mira semper operante. Sita autem erant hæc antra e regione impiæ Judæorum synagogæ: hæc siquidem ad Australem antrorum plagam obversa erat, mare prospectans. In his igitur antris vir venerabilis habitabat; hoc nimirum agens, ut vicinus esset invisæ Deo Synagogæ, et ex vicinia ipsa viam sibi sterneret ad cœlestis doctrinæ disciplinam: hoc etiam una recogitans, Christum, Dominum ac Salvatorem omnium, cum e cœlis descendisset, carnemque assumpsisset ex Deipara et semper Virgine Maria, antrum sibi ad diversorium delegisse, in eoque tremendum incarnationis mysterium peregisse.

e

ad antra Pelopia se recepit,

e regione Synagogæ Judaicæ;

B

ibique vitam Apostolicam agens,

4 Cum autem in antris illis versaretur, haudquaquam de victu solicitus erat, nec vestes alias quam quibus tegebatur possidebat, Domini obsequens voci, quæ ait: Ne soliciti sitis animæ vestræ, quid edatis; nec corpori vestro, quid induamini: quærite autem primum regnum Dei, et hæc omnia adjicientur vobis. Hæc illo animo reputans, nulla terrenarum rerum cura tangebatur: pergebatque huc atque illuc, quo Spiritus ducebat; et eos quibus Evangelii gratia concedebatur, familiariter erudiens, ac suaviter ex Lege et Prophetis doctrinam suam confirmans. Hortabatur itaque omnes verbis Evangelicis; Pœnitentiam agite, et baptizetur unusquisque vestrum. Multi porro vocem excipientes, eum sequebantur; et multiplicabantur ex Judæis Græcisque discipuli; proficiebatque doctrina ejus, et resonabat Christi nomen ad omnes. Baptizabantur autem ab illo orantes in *f* Lavacro, quod ad hoc usque tempus in veneratione est, in nomine Patris, et Filii et Spiritus sancti, derelinquentes avitum et pristinum errorem suum.

multos convertit et baptizavit

f

fidem late diffundens

C

5 His ita jactis præclari operis fundamentis, concurrebant undique populorum turbæ, non civium modo, sed e vicinis etiam locis, ejusque magisterio se dabant; docebanturque de omnibus miraculis, quæ Dominus operari voluit in terris. Hinc utique diffundebatur et coruscabat triplex *g* lumen divini fulgoris, illuminabatque dormientem in tenebris ignorantiæ naturam hominum. Hinc sensim purgabatur aer, qui caliginosa dæmonum fraude obsitus tenebatur. Hinc divinæ cognitionis documenta fulguris instar emicabant, pessumque ibat idolorum dominatus. Hinc draco *h* cæsus prosternebatur, et prostrata peccato mortalium natura, vivificæ Crucis virtute, ad pristinum divinæ similitudinis splendorem dignitatemque revocabatur; symbola benevolentiæ pro dira imprecatione suscipiens. Hinc Occasus in Ortum conversus, exoriente in illo tamquam lucifero sidere deifero Marciano.

g

h

6 Non ferens igitur humani generis inimicus, vinci se et dejici ab iis qui pietatem amplexabantur, continuo excandescit furorisque flammas fornaci pares adversus Christi fideles exsuscitat. Nactus quippe idoneos paratosque ad nefarium sceleris sui consilium eos qui tunc Imperii sceptris *i* potiebantur, suam illis rabiem inspirat, pravique

donec, sicut scribit S. Peregrinus M.

i

D

3 Ἀποστέλλεται οὖν διδάσκαλος μαθητευθείς τῷ τῶν Ἀποστόλων Κορυφαίῳ, ὁ πρῶτος τῶν Ἀποστόλων φωστὴρ καὶ διδάσκαλος· καὶ ἐλθὼν ἐν ταύτῃ τῇ Συρακουσσίων πόλει τῆς Σικελίας, περιῆγεν ἐπιζητῶν τόπον ἐν καταλύματι. Τότε δὴ ὥσπερ ἥλιος ἀειφανὴς καταλάμψας ὁ Ὅσιος οὗτος ἀνήρ, καὶ ὡς ἐν νυκτὶ φῶς, εἰσδύσας ἔν τισι σπηλαίοις ἐν ἄκρῳ τῆς πόλεως, ἐπιλεγομένοις Πελοπίοις, ἐν οἷς νῦν ἡ σεβάσμιος αὐτοῦ θησαυρίζεται θήκη, καὶ πλεῖσται θαυμάτων ἰάσεις βλύζουσιν ἀενάως ἀπὸ γενεᾶς εἰς γενεὰν τοῖς φοβουμένοις τὸν Κύριον, καὶ πίστει καταφεύγουσιν ἐν αὐτῇ παντοίοις νοσήμασι πάσχοντες, ῥωννύμενοι αὐτοῦ τοῦ Ὁσίου θαυματουργοῦντος ἀπαύστως ἰάματα διὰ τῆς δωρεᾶς τοῦ ἁγίου Πνεύματος. Ὧν τινων σπηλαίων ἡ ἀποκατάστασίς ἐστιν ἄντικρυ τῆς μιαιφόνου Ἰουδαίων συναγωγῆς, ἥτις διάκειται κατὰ νότου τῶν αὐτῶν σπηλαίων πρὸς θάλασσαν. Ἐλθὼν οὖν ὁ προρρηθεὶς τίμιος Πατήρ, ᾤκησεν ἐν αὐτοῖς, τοῦτο περιβλεψάμενος, τὸ εἶναι συνεγγὺς τῆς μισοθέου συναγωγῆς, καὶ εὐκολώτερον διὰ τῆς γειτνιάσεως ποιεῖσθαι τὸ διδασκάλιον, ἐκ τῆς ἄνω ῥοπῆς καὶ τοῦτο ἐλλαμφθείς· ἐν νῷ λαβόμενος, ὅτι καὶ ὁ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστός, ὁ τῶν ὅλων Σωτὴρ καὶ Θεός, κατελθὼν ἐκ τῶν οὐρανῶν, καὶ γεννηθεὶς ἐκ τῆς Κυρίας καὶ ἀληθῶς Θεοτόκου, καὶ ἀειπαρθένου Μαρίας, σπήλαιον ἐκτήσατο καταγώγιον, καὶ ἐν αὐτῷ τὸ φρικτὸν τῆς οἰκονομίας ἐτελεσιούργησε μυστήριον.

E

4 Ὅτε οὖν τὴν ἀποκατάστασιν ἐν τοῖς αὐτοῖς σπηλαίοις, οὐχ ὑπέφερε τὸ τῶν ἐδωδίμων, ἢ μόνον ἄμφια ἐξ ὧν ἐφόρει, τῇ δεσποτικῇ ἐξακολουθῶν διδασκαλίᾳ, οὕτω φασκούσῃ· Μὴ μεριμνήσητε τῇ ψυχῇ τί φάγητε, μήτε τῷ σώματι ὑμῶν τί ἐνδύσησθε· ζητεῖτε δὲ μόνον πρῶτον βασιλείαν τοῦ Θεοῦ, καὶ ταῦτα πάντα προστεθήσεται ὑμῖν. Τούτων οὖν ἐννοούμενος, οὐδενὸς ἐφρόντιζε τῶν γηΐνων, περιῄει δὲ ὧδε κἀκεῖσε, περιβλεπόμενος ὥστε ἐφείδει τῷ Πνεύματι εἰς ὃν ἡ χάρις χωρεῖ τυχεῖν τῆς ἐπαγγελίας· καὶ προσομιλεῖ κατηχητικῶς καὶ προσηνῶς, ἔκ τε τοῦ νόμου καὶ τῶν προφητῶν διδασκαλείας προβαλλόμενος, καὶ παραινεῖ λέγων· Μετανοήσατε, καὶ βαπτισθήτω ὑμῶν ἕκαστος εἰς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν. Καὶ πολλοὶ ἑπόμενοι ἐπείθοντο τῇ αὐτοῦ διδασκαλείᾳ, καὶ ἐπληθύνοντο οἱ μαθητευόμενοι αὐτῷ ἐκ τῶν Ἰουδαίων καὶ τῶν Ἑλλήνων. καὶ προέκοπτεν ἡ αὐτοῦ διδασκαλεία, καὶ διήχετο τὸ τοῦ Χριστοῦ ὄνομα εἰς πάντας, καὶ προσευχόμενοι βαπτίζοντο ὑπ' αὐτοῦ, ἐν τῇ μέχρι νῦν σεβασμίως προσκυνουμένῃ κολυμβήθρᾳ εἰς τὸ ὄνομα τοῦ Πατρός, καὶ τοῦ Υἱοῦ καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος, καταλιμπάνοντες τὴν προγονικὴν πλάνην αὐτῶν.

5 Ἔνθεν οὖν ἀρχὴν καλὴν κρατοῦντες συνέτρεχον τὰ πλήθη τῶν λαῶν, οὐ μόνον τῆς πόλεως, ἀλλὰ καὶ τῶν πέλας, καὶ τῆς αὐτοῦ ἐνηχοῦντο διδασκαλείας, περὶ πάντων ὧν ἐποίησεν ὁ Κύριος θαυμάτων ἐπὶ τῆς γῆς. Ἐνθένδε ἐδίδετο, καὶ κατήστραπτε τὸ τρίοπον τῆς θεολαμψίας φῶς, καὶ κατηυγάζετο ἡ ἐν σκότει τῆς ἀγνωσίας καθεύδουσα φύσις τῶν ἀνθρώπων. Ἔνθεν ἐκαθαίρετο κατὰ μέρος ὁ ἀὴρ τῆς ἐπικρατούσης ζοφερᾶς τῶν δαιμόνων ἀπάτης. Ἔνθεν τὰ τῆς θεογνωσίας ὡς ἀστραπὴ κατέλαμπεν διδάγματα ὡς, καὶ εἰδωλικαὶ κατεπίπτον ἐπικρατήσεις. Ἔνθεν ὁ δράκων ἐνεκροῦτο, καὶ ἡ τῇ ἁμαρτίᾳ νεκρωθεῖσα τῶν ἀνθρώπων φύσις τῇ σταυρικῇ ἐνεργείᾳ εἰς τὸ πρῶτον ἀπεκαθίστατο τὸ θεοτύπωτον κάλλος καὶ ἀξίωμα, συμβουλευφροσύνης ἀντὶ κατάρας ἀπολαμβάνουσα. Ἔνθεν ἡ δύσις ἀνατολὴ ἐδείχθη, ἀνατείλαντος ἐν αὐτῇ τοῦ θεοφόρου Πατρός, ὡς ἑωσφόρου φωτός.

F

6 Μὴ φέρων οὖν ὁ ἐχθρὸς τῶν εὐσεβεῖν θελόντων, ὁρᾶν ἑαυτὸν ὑπτιαζόμενον, κινεῖται εἰς ὀργήν, καὶ ἐπεγείρει κονιορτόν, καὶ θολὴν καμιναίαν ζέουσαν κατὰ τῶν πιστευσάντων εἰς τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστόν. Εὑρὼν γὰρ ἱκανοὺς καὶ προσχειροτάτους πρὸς τὴν ἑαυτῶν κακόσχολον γνώμην, τοὺς ἐγκεχειρισμένους ἀναξίως τότε τὰ τῆς βασιλείας σκῆπτρα, ἐξάπτει ἐν αὐτοῖς τὸν ἑαυτοῦ θυμόν,

A θυμὸν, ἐκμυήσας ἐν αὐτοῖς τὸν ἰὸν τῆς κακίας ἑαυτοῦ, καθὼς διδάσκει ἡμᾶς τὸ μαρτυρικὸν σύγγραμμα τοῦ ἀθλοφόρου Πελεγρίνου, περὶ οὗ ἐν προοιμίοις εἴρηται. Καὶ αὐτὸς γὰρ διὰ τοῦ θεοφάντορος τούτου Μαρκιανοῦ διδασκαλείας ἐλλαμφθεὶς, Μάρτυς τέλειος τῷ Θεῷ ἀπεδείχθη, θῦμα εὐπρόσδεκτον τῇ προαιρέσει γενόμενος, καὶ ὁλοκάρπωμα εἰς ὀσμὴν εὐωδίας, ἐν ὄρει ἐπιλεγομένῳ κακουργίῳ τῆς Κροτάλεος, τὸν ὅμοιον ἀπενεγκάμενος θάνατον τοῦ ὁσίου Ἐπισκόπου καὶ Μάρτυρος Λιβερτίνου τῆς ἐν Ἀκραγανθῶν Ἐκκλησίας.

7 Ἐν γὰρ τῷ ὄρει ἐκείνῳ, φησιν, Βαλεριανοῦ καὶ Γαλλιανοῦ τῶν τυράννων Βασιλίσκων ὡς εἴρηται κρατούντων, ἐξαπέστειλαν προστάγματα ἐν κόσμῳ παντὶ, πρὸς ἀποτροπὴν καὶ παῦσιν τῆς εὐσεβοῦς τῶν Χριστιανῶν θρησκείας, θεσπίσαντες ἀναγκάζεσθαι πᾶσαν ἡλικίαν, καὶ ἀξίαν, δούλους καὶ ἐλευθέρους, μικροὺς καὶ μεγάλους, σὺν γυναιξὶν καὶ νηπίοις, προσκυνεῖν τοῖς ὑπ᾽ αὐτῶν τιμωμένοις καὶ προσκυνουμένοις βδελυκτοῖς εἰδώλοις, καὶ θυσίας προσαγαγεῖν αὐτοῖς καὶ σπονδὰς ὡς Θεοῖς. Ἔνθεν πάλιν ἐμολύνετο τὸ καθαρὸν τοῦ ἀέρος ταῖς κνίσσαις καὶ τῷ καπνῷ τῶν θυσιῶν τῶν προσαγομένων τοῖς ματαίοις εἰδώλοις· Τοὺς γὰρ μὴ βουλομένους ὑπείκειν αὐτοῖς, καὶ τοῖς αὐτῶν προστάγμασι, ποικίλαις τιμω-
B ρίαις καὶ βασάνοις καθυποβαλλομένους, τελευταῖον μετὰ πολλὰς τὰς ἐρωτήσεις τῇ τοῦ θανάτου ὑπάγεσθαι προσέταξαν ψήφῳ. Οὐ μικρὸς ἐκ τούτων τάραχος συνέσχεν τοὺς Χριστιανοὺς καὶ κλύδων, καὶ πολλοὶ κατεποντίσθησαν ἐν τῷ λαίλαπι τοῦ ἐπαναστάντος χειμῶνος τῶν ἀστηρίκτων. Ὅσοι δὲ προσορμίσαντες τὸ ψυχικὸν αὐτῶν σκάφος ἐπὶ τὴν ἀσφαλεστέραν τε καὶ ἀσάλευτον πέτραν τῆς εὐσεβοῦς πίστεως, Μάρτυρες ἀληθεῖς τῆς τοῦ Χριστοῦ πίστεως ἀνεδείχθησαν, οὕτως ἀνδρισάμενοι ὑπὲρ τῆς εὐσεβοῦς πίστεως. Οὕτως δὲ διαπρέψαντες τῷ τῆς ὁμολογίας ἀγῶνι, ὡς καταπλῆξαι τοὺς τυράννους, ὑπερθαυμάσαι δὲ τοὺς ἀφ᾽ αὐτῶν ἅπαντας. Τότε δὴ τότε τοῦ ἀσεβοῦς ἐκχυθέντος προστάγματος ὑπὸ τῶν τυράννων, καὶ ἐν ταύτῃ τῇ Σικελῶν νήσῳ τὰ ὅμοια διαπραττόντων, ὅσοι τὸν σωτῆρα Κύριον Ἰησοῦν Χριστὸν, τὸν ἐπὶ πάντων Θεὸν καὶ παμβασιλέα τῶν ὅλων, τῆς ἑαυτῶν ζωῆς προασπασάμενοι προετιμήσαντο, ἀγῶσιν εὐσεβείας λαμπρυνθέντες τὸν μετ᾽ εὐκλείας θάνατον τοῦ παρόντος βίου ἐκλεξάμενοι, παντοίοις ἀρετῶν βραβείοις στεφθέντες, τὸν καλλίνικον καὶ ἀσίγητον ἀναμέλπουσιν ἀϊδίως ὕμνον τῷ παμβασιλεῖ καὶ πανυψίστῳ Θεῷ, ἅτε δὴ τὰς οὐρανίους διατριβὰς περιπολοῦντες, σὺν τῷ νικοποιῷ, καὶ πρωτομάρτυρι τῷ μονογενεῖ Υἱῷ τοῦ Θεοῦ, δι᾽ οὗ δόξα, καὶ τιμὴ, καὶ μεγαλοπρέπεια, αὐτῷ Πατρὶ, καὶ Υἱῷ καὶ ἁγίῳ Πνεύματι.

conatus venenum instillat, quemadmodum egregii D
illius, de quo præfati sumus Christi Martyris *k* INTERP. J. SIRM.
Peregrini scripta nos docent. Hic enim inter ceteros Dei præconis Marciani doctrina imbutus, testis perfectus Deo effectus est; sacrificium acceptabile ac voluntarium factus, atque holocaustum in odorem suavitatis; [quando] in monte quod Cacumencrotaleos *l* appellatur, parem mortis triumphum retulit, cum sancto Martyre et Agrigentinorum Episcopo *m* Libertino.

7 Per idem tempus, inquit, Valeriano *n* et Gallieno tyrannidem exercentibus missa sunt in universum orbem, ad evertendam funditusque tollendam Christianorum religionem, mandata *o*: quibus omnis ætas, sexus, conditio, nullo discrimine, abominanda ipsorum idola colere jubebatur, eisdemque velut diis vota et victimas offerre. Hinc iterum contaminabatur, jam liquidus *p* et purus aer, impuro hostiarum oblatarum fumo et nidore; eos enim qui jussa facere detrectarent, variis tormentis et quæstionum generibus exercitos, mortis tandem supplicio plectendos decernebant. Itaque non levis inde tempestas Christianos afflixit; mul- E
tique adeo non satis stabiles, ingruentis procellæ vi depressi ac submersi sunt: at qui spiritalem animæ cymbam, ad inconcussam et tutam piæ fidei petram applicuerant; hi vero se Christi Martyres exhibuerunt; ita intrepide pro Christi nomine depugnantes, ita gloriosum confessionis certamen fortiter obeuntes, ut tyrannos ipsos in sui admirationem stuporemque converterent. Tum igitur perlato in hanc quoque Siculorum insulam edicto nefario, parique rabie grassantibus tyrannis in Christi gregem: quotquot Salvatorem nostrum Jesum Christum, Deum ac Regem universorum, sui ipsorum amori præferentes, in hanc pietatis arenam descenderunt, et gloriosæ morti præsentem vitam postposuerunt; ii nunc omnimodis virtutum insignibus redimiti; immortalem victoriæ ac triumphi omnium Regi Deo canunt hymnum; utpote cœlestia jam domicilia incolentes, cum victoriæ largitore ac proto-martyre unigenito Dei Filio, per quem gloria et magnificentia Patri ipsi, ac Filio, et Spiritui Sancto.

prodierunt edicta Valeriani et Gallieni

de Christianis persequentis.

quorum multi gloriose triumpharunt.

C

ANNOTATA D. P.

F

a *Videtur conclusio esse longioris Præfationis, quam describere totam piguerit sola et maxime ad historiam faciens.*

b *Quatenus scilicet a S. Petro missus* Marcianus *credebatur.*

c *Infra num. 7: et ibi quidem duo nominantur Martyres, sed unus solum scripsisse dicitur; quæ autem unus scripsit, aliud fere nil continent, quam notitiam Imperatorum, sub quibus passus* Marcianus *est. Cum porro nec genus, nec auctor mortis indicatur, nec ullum omnino eorum miraculorum attingitur, quæ apocryphis S. Pancratii Actis continentur; signum est evidens, ea Acta tunc necdum fuisse edita; cum appareat, Auctorem undequaque colligere argumentum extendendæ longius orationis, nec invenire nisi puncta duo quæ verbis dilatet.*

d *Qualis scilicet ex traditione pingi potuit, semel autem pictam constanter posteritas tenuit.*

e *Græcæ linguæ ignarus Cajetanus, suspicatur in Notis, ea antra dicta fuisse Pelopia a* Pelope *aliquo: id ut factum esse potuerit, verosimilior tamen etymologia et rebus aptior petetur a radicibus* πέλος, niger *et* ὀπὴ antrum: *sicut ipsummet* Pelopis *nomen ab* ὄψ, ὀπὸς vultus, *compositum esse noscitur, unde* Peloponnesus *id est* Pelopis insula. *Placuit enim Græcarum fabularum auctoribus, more suo ex regionis nomine fingere nomen Herois, qui in ea dominatus ipsi nomen suum dederit; sub involucro totius fabulæ indicare naturam et colorem ipsius soli. Melius de eorum situ, quam de nomine disserens idem Cajetanus, fuse explicat, quomodo quintuplex olim urbs, a Romanis eversa, et Augusti ætate ex parte refecta, atque habitata fuerit tempore Caligulæ, quatenus* Nasos, *id est,* Insula *et* Neapolis *dicebantur, cum parte inferiori* Acradinæ, *id est Superioris civitatis, ex prærupta rupe pendentis; cum* Tycha, *id est summa arce, sed numquam restaurata; uti nec* Epipolis, *quinta pars urbis. Tum Antra illa fuisse ait,* quas hac ætate cryptas S. Joannis appellamus, in extremæ Acradinæ reliquiis, adhærentes istius nominis ecclesiæ.

f Hoc lavacrum, *inquit Cajetanus,* putamus esse grande vas ex marmore, quod in ædicula castri Maniacii, paucos ante annos, projectum vidi: quem in locum ex æde S. Joannis, quæ extra urbem est, deportatum

INTERP. J SIRM.

A deportatum fuerat..... Ansas habet vas illud, a summo ad medium usque pertingentes : orificium in orbem ducitur novem palmis : sub labro extrinsecus incisæ sunt circum litteræ, bene docti artificis manu, sed plurimæ iam corrosæ sunt : ex his quæ supersunt nullum sensum elicias. *Hinc colligo S. Joannis Baptistæ eam ecclesiam esse, olimque ibi solitos Syracusanorum liberos omnes baptizari. Addit autem Cajetanus, vas illud eo consilio in arcem a Præfecto Hispano translatum, ut baptizandis præsidiariorum liberis serviret; quod prohibuerit Episcopus, itaque factum sit ut vas istud ibi nunc jaceat sine honore.*

g *Fidem sanctissimæ Trinitatis intellige.*

h *Et hic diabolum seu idololatriam.*

i *Igitur non unus* Nero, *sed duo alii regnabant, mox nominandi.*

k *Hujus quædam Acta ex veteri MS. in Italia reperto profert Cajetanus, sed interpolata : mallem genuina nancisci pro* 3 *Novembris, quo coli dicitur : nec non ejus historiam, quam tom.* 1 *pag.* 367 *allegat Pirrus, agens de ipsius ecclesia prope Calatabillottam, ubi vixerit et plurima miracula patrarit.*

l Ignotus nobis mons, *inquit Cajetanus,* sed prope Agrigentum situs. Κρόταλον *Græcis* crepitaculum D *dicitur : et forte tale aliquod, olim ibi pro oraculo serviens dæmoni, nomen loco fecit.*

m *Vel hujus causa vellem Acta præcitata nancisci genuina; magis enim convenire videntur cum eo quod Pirrus ait pag.* 266, *ejusdem Sancti, caput et pectus mucrone percussi, extare antiquas, imagines eidemque anno* 1624 *magnificum templum erectum eo loco, ubi occubuisse et sepultus fuisse creditur hic* S. Libertinus Episcopus, *quem aiunt simul cum S. Peregrino coli eodem* 3 *Novembris.*

n *Hunc locum male (ut puto) expunxit Cajetanus : regnarunt autem ambo simul ab an.* 254 *usque ad* 259, *et patre a Persis capto, nihilo mitior factus filius, solus imperium tenuit et tyrannidem exercuit usque ad annum* 268.

o *Docet Pagius decreta hujusmodi primum prodiisse in Quinquennalibus Valeriani an.* 257.

p *Primis namque quatuor annis Valeriani, a priori sub Deciis persecutione respirarat Ecclesia, Imperatore etiam benevolo utens, contra quam existimavit Baronius, occasione sumpta ex tractatu de laude Martyrii, quem Cypriani non esse, monstrat Pagius an.* 263.

B E

CAPUT II.

Encomium virtutum, sepultura, et dæmonum ex antris illis depulsio sub Episcopo Theodosio.

S. Marcianus laudatur

Beatæ Martyrum animæ, cœleste regnum consecutæ, cum Prophetis et Apostolorum choris exultant : cum quibus et sanctus hic Confessor Marcianus, felici peracto certamine, cursu consummato, fide servata, holocausti bonus odor *a* effectus est. Quapropter et nos, eamdem tecum nacti *b* patriam sumus, præclara ejus certamina, non lapideis columnis insculpta, non colorum pigmentis adumbrata, nec aliis inanimæ materiæ formis expressa; sed veritatis verbo, factis ipsis confirmato, descripsimus; vivam ac spirantem imaginem, exemplum religiosæ disciplinæ, ad sempiternam memoriam proponentes; ut præ oculis semper obversentur divinarum ipsius virtutum spectacula. Virtutes dico, illa virilis patientiæ indicia, invictum præsentis animi robur, fidei libertatem, candorem pectoris, constantiæ firmitatem, indefessum et intrepidum Dei Christique C amorem et caritatem; quæ quidem sancto huic viro vim et potentiam conciliabant, omni mortali sorte majorem. Conjunctus enim intimo nexu cum Deo, eumque toto animi conatu complectens, mutuam retulit divinæ opis vicissitudinem, summeque carus illi fuit et singulari virtute corroboratus : proinde has secum voces, quasi communi omnium ore, proferebat; Quis nos separabit a caritate Christi? Tribulatio, an angustia, an persecutio, an fames, an periculum, an gladius? sed in his omnibus superiores semper sumus, per eum qui dilexit nos Jesum Christum, quem decet omnis honor et gloria, cum Patre, et Filio, et Spiritu sancto, nunc et semper et in secula seculorum. Amen.

a
b
omnis virtutis exemplum,

Ψυχαὶ Μαρτύρων, βασιλείας οὐρανίου καταξιωμέναι, σὺν Προφητῶν χοροῖς καὶ Ἀποστόλων γεραίρουσι· μεθ' ὧν καὶ οὗτος ὁ Ὅσιος, καὶ Ὁμολογητὴς Μαρκιανός, τὸν ἀγῶνα τὸν καλὸν ἀγωνισάμενος, τὸν δρόμον τελέσας, τὴν πίστιν τηρήσας, εὐωδία διὰ τῆς ὁλοκαυτώσεως γέγονεν· διὸ καὶ ἡμεῖς, οἱ τῆς ἐκείνου ἐπειδὴ τυγχάνοντές ἐσμεν πατρίδος τοὺς αὐτοῦ πολυτλήτους ἀγῶνας, οὐκ ἐν στήλαις λιθοπεποιημέναις, οὐδὲ γραφῇ χρωμάτων πεποικιλμέναις, οὐδὲ τύποις μορφώσεσιν ὕλης ἀψύχου, ἀλλὰ λόγῳ ἀληθείας αὐτοῖς ἔργοις μαρτυρουμένῳ διεγράψαμεν εἰκόνα ἐνεργῆ, καὶ σεμνὸν παράδειγμα διδασκαλίας εὐσεβείας, εἰς ἄληκτον μνήμην ἀναπέμποντες διηνεκῆ ἀγαγεῖν, θέαν πρὸ τῶν ὀφθαλμῶν τὰς ἐκείνου ἀρετὰς ποιούμενοι· ἀρετὰς λέγω, τὰς πολυτλήτους ἀνδρείας, τὸ τῆς ψυχῆς ἐρρωμένον παράστημα, τὸ πεπαρρησιασμένον τῆς πίστεως, τὸ φαιδρὸν τῆς διανοίας, τὸ στερρὸν τῆς εὐσεβείας, τὸ ἀτρεμές, τὸ ἀνυπάλειπτον, τὸ φιλόθεον, τὸ φιλόχριστον, ἃ δὴ μάλιστα αὐτῷ καὶ τὴν κρείττονα τῆς φυσικῆς φύσεως ἐπεχορήγησαν δύναμιν. Τῷ γὰρ Παμβασιλεῖ φίλος, καὶ τοῦτον ὅλῃ δυνάμει ψυχῆς ἀγαπήσας, ἀμοιβῆς ἔτυχεν ἐπουρανίας. Ὥσπερ ἀγαπηθεὶς ἅμα καὶ δυναμωθεὶς, τοιαύτας ὡς ἀπὸ κοινοῦ συστήματος λέγων φωνάς, Τίς ἡμᾶς χωρίσει ἀπὸ τῆς ἀγάπης τοῦ Χριστοῦ; Θλῖψις, ἢ στενοχωρία, ἢ λιμός, ἢ κίνδυνος, ἢ μάχαιρα; ἀλλ' ἐν τούτοις πᾶσιν ὑπερνικῶμεν, διὰ τοῦ ἀγαπήσαντος ἡμᾶς Ἰησοῦ Χριστοῦ, ᾧ πρέπει πᾶσα δόξα, καὶ τιμή, ἅμα τῷ Πατρί, καὶ τῷ Υἱῷ καὶ τῷ ἁγίῳ Πνεύματι, νῦν καὶ ἀεί, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν. F

sepultur in spelunca unde ejecerat dæmones :

9 Age nunc quod superest de sancto Martyre Marciano breviter, animarum nostrarum commodum expleamus, ut una omnes Regi Christo ac Domino nostro meritas gratias persolvamus, qui mirabilia facit in servis suis. Etenim spelunca illa, in quam sursum translatæ sunt sacræ ejus Reliquiæ, omni dæmonum spurcitia referta erat, priusquam in ea sedem figeret vir sanctus et magnus doctor Marcianus : hic vero Dei virtute, omnes illic inhabitantes impuros spiritus inde procul ejecit, sanctificatio-

9 Δεῦρο δή, πάλιν συγκεφαλαιώσωμεν τὸν λόγον, πρὸς τὸ ἐλλεῖπον τοῦ ἱερομάρτυρος τοῦ Μαρκιανοῦ διήγημα ἀναπληροῦντες, ὅπως ὠφελείας τύχωσιν αἱ ψυχαὶ ἡμῶν, καὶ κοινῇ πάντες δόξαν ἀναπέμψωμεν τῷ Παμβασιλεῖ τῶν ὅλων Χριστῷ τῷ Θεῷ ἡμῶν, τῷ ποιοῦντι παράδοξα θαύματα ἀπὸ γενεᾶς εἰς γενεὰν τοῖς αὐτὸν φοβουμένοις. Τὸ γὰρ σπήλαιον ἐν ᾧ ὑποταφὲν ἐφ' ὑψηλοῦ τὸ τίμιον αὐτοῦ τέθαπται λείψανον, πάσης κακοδαιμονίας ἦν ἀνάμεστον, μέχρις ὅτου παραγενόμενος ᾤκησεν ἐν αὐτῷ ὁ προρρηθεὶς τίμιος Πατὴρ, καὶ μέγας διδάσκαλος Μαρκιανός. Τῇ γὰρ σταυρικῇ

A σταυρικῇ ἐνεργείᾳ πάντα τὰ ἐν αὐτῷ ἐμφωλεύοντα κακοποιὰ πνεύματα ἀπελάσας, ἁγίας θέας φωτιστικὸν ἀπετέλεσεν οἴκημα· ἐν αὐτῷ φωτίζων πάντας τοὺς εἰσερχομένους αὐτῷ, καὶ πιστεύοντας δι' αὐτοῦ διδασκαλείας εἰς τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν, τὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ, καὶ Θεὸν ἡμῶν. Ἵνα δὲ πιστωθῇ τὸ εἰρημένον, ὅτι δαιμόνων τὸ οἰκητήριον τὸ αὐτὸ ἄντρον, ἤγουν σπήλαιον, καθὼς ἡ ἔμπροσθεν διηγόρευσεν διήγησις, καὶ αὐτὴ δὲ ἡ θέσις δηλοῖ οὕτω τὴν ἀλήθειαν ἔχειν. Τὰ γὰρ ἐπέκεινα, καὶ διαστηματίζοντα τοῦ πανσέπτου αὐτοῦ ναοῦ σπήλαια, καὶ τὰ αὐτὰ ἐκ τοῦ αὐτοῦ διακρατούμενα ὑπόγεια, καὶ ἀλλήλοις διαδιδόμενα, καὶ τῷ αὐτῷ ὀνόματι καλούμενα Πελοπία, μέχρι τῶν χρόνων Θεοδοσίου τοῦ ἐν ὁσίᾳ τῇ μνήμῃ, καὶ ἀειμνήστῳ τῇ λήξει γεγονότος Ἐπισκόπου ταύτης τῆς Συρακουσαίων πόλεως, τινὰς ἐνεργείας σατανικὰς περιεβόμβουν καὶ φαντασίας, ἃς οὐ καλὸν διαγορεύειν, διὰ τὴν τῶν ἀφελεστέρων ἐλαφρίαν, μήπως εἰς ἀνάμνησιν τοῦ τοιούτου κακοῦ γενομένου, γένηται τοῖς ἀστηρίκτοις πολέμιος ἡ διήγησις. Τούτου οὖν ἕνεκα τὴν τοιαύτην παρηγάγομεν ῥῆσιν, πρὸς πίστωσιν τῶν ῥηθησομένων, καὶ αἰσχύνην τοῦ ἀντικειμένου ἡμῖν ἀποστάτου ὄφεως, τοῦ ὡς γῆν συρομένου, καὶ τῷ ἀπατηλῷ αὐτοῦ συριγμῷ ὑποσύροντος τοὺς ἀφελεστέρους, εἰς δόξαν δὲ
B τοῦ ἀγαθοῦ καὶ εὐσπλάγχνου ἡμῶν Θεοῦ, τοῦ ποιοῦντος μεγάλα, καὶ θαυμαστὰ, ἐξαίσια καὶ ἔνδοξα πράγματα, ὧν οὐκ ἔστιν ἀριθμὸς ἀπὸ γενεᾶς εἰς γενεὰν τοῖς φοβουμένοις τὸν Κύριον διὰ τῶν Ἁγίων αὐτοῦ.

10 Πολλῶν οὖν παγιδευομένων, ὡς ἀληθῶς εἰπεῖν, ἐν τοῖς λεχθεῖσιν Πελοπίοις λυκιστῶν ἀφελεστέρων, καὶ εἰς ἀπώλειαν χρυσοζομένων ὑπὸ τῆς φαντασιαστικῆς ἀρχεκάκου τούτου ὄφεως ἀπάτης καὶ τῷ ἀπατηλῷ συριγμῷ αὐτοῦ δελεαζομένων, καὶ εἰς σχηνὲς κακοδαιμονίας βάραθρον κατασπωμένων· ὁ μακαριώτατος ἀγιώτατος Ἐπίσκοπος Θεοδόσιος, ταύτης τῆς Συρακουσίων πόλεως, καὶ ἐν τοιαύτῃ γενεᾷ ὁσίως καὶ μάλα αἰδίως τὸν τῆς ἱερωσύνης ἐν δικαιοσύνῃ διεποντος θρόνον, ταῦτα ἐνωτισάμενος, καὶ ἴχνος τοῦ προεδρουμένου, οὐ μόνος δὲ τούτου, ἀλλὰ καὶ Ζωσίμου τοῦ πραοτάτου, τοῦ καλῶς πολυχρονήσαντος τὸ ἐκκλησιαστικὸν ποίμνιον, καὶ ἐν ἐλεημοσύναις καὶ προσευχαῖς, ἐγκρατείᾳ τῇ πλείονι καὶ ἀγρυπνίαις, τὸν ἑαυτοῦ κοσμήσαντος βίον, ἵνα ἀποστολικῶς γράψαντος πολιτεύμασιν, καὶ ἀγγέλοις ἁπλῶς εἰπεῖν ἐφαμίλλου γενομένου ἐναρέτου, ἐν σώματι ἀγγέλου, καὶ τῷ Θεῷ εὐδοκιμοῦ χρηματίσαντα, οὗ ταῖς εὐχαῖς γένοιτο ἡμῖν εὑρεῖν ἔλεος ἐν ἡμέρᾳ τῆς ἀνταποδόσεως παρὰ τοῦ δικαίου Χριστοῦ. Ἀναστρέψωμεν οὖν, ἀγαπητοί, τὸν λόγον πρὸς τὸ διήγημα.

11 Ταῦτα ὡς εἴρηται ὁ προρρηθεὶς Θεοδόσιος ἐνωτιζόμενος, μὴ ἐνέγκας τῆς ἀτοπίας τὸν ψόφον, τρανῶς οὕτω
C διηχοῦντα, ζώννυται κατὰ τῆς ἀσεβείας, καὶ διεγείρεται ὡς καλὸς στρατιώτης Χριστοῦ τοῦ παμβασιλέως Θεοῦ, εἰς παράταξιν τοῦ νοητοῦ ἐχθροῦ, ἀνδριζόμενος τῇ δυνάμει καὶ ἐνεργείᾳ τοῦ ἁγίου Πνεύματος. Καὶ τὰ μὲν πρῶτα, ἐν τῷ κρυπτῷ δυσωπεῖ τὸν Θεὸν, ὡς ὁ μέγας ἐκεῖνος Μωυσῆς, ἐξάγων τὸν Ἰσραὴλ ἐκ γῆς Αἰγύπτου· ἐγκρατείᾳ τε πλείονι καὶ ἀγρυπνίᾳ ἐν προσευχαῖς ἐγκαρτερῶν· γνοὺς δὲ τῷ Πνεύματι ὡς εἰσακουστὸς ἡ αὐτοῦ γέγονεν προσευχὴ, ἐκφαντορικώτατα διηγήσατο πᾶσι τὸ πρᾶγμα, καὶ κινεῖ πάντας πρὸς ἱκεσίαν περὶ τούτου· καθὼς ὁ μέγας ἐκεῖνος καὶ περιβόητος Ἐπίσκοπος Καισαρείας Βασίλειος ἐν τοῖς τότε χρόνοις διεπράξατο, παλαίσας καὶ αὐτὸς, ἤγουν πολεμήσας, καὶ νικήσας τὸν διάβολον, καθὼς ἐν τοῖς αὐτοῦ ὑποφέρεται ὑπομνήμασιν. Ἐν μιᾷ οὖν τῶν ἡμερῶν, διαναστὰς οὗτος ὁ Ὅσιος ποιμὴν Θεοδόσιος, καὶ συμπαραλαβὼν ἅπαν τὸ ἱερατεῖον, τόν τε ἱερώτατον κλῆρον, καὶ πάντα τὸν εὐσεβῆ λαὸν, σὺν γυναιξὶν καὶ τέκνοις, καὶ πᾶσαν γεροντικὴν ἡλικίαν τε, καὶ ἀξίαν, ἀπέρχεται πανδημεὶ λιτανεύων, καὶ κατ' αὐτὸ τὸ εἰρημένον σπήλαιον, ἔνθα ἡ φανταστικὴ ἐπετελεῖτο φαντασία τε καὶ δραματουργία. Καὶ ἐπὶ πολλὰς ὥρας πάντων ἐπ' ὄψιν κειμένων πρὸς ἀνατολὴν, καὶ κραζόντων ἰσχυρᾷ φωνῇ τὸ Κύριε ἐλέησον, ἀνέστησε πάντας ὁ ὅσιος οὗτος ἀνὴρ, καὶ πάντων ἐπειπόντων τὸ Ἀμὴν, ἐπλήξεν τὴν μυστικὴν τράπεζαν,

nisque domicilium ibidem erexit, omnes ad se confluentes in ea *c* illuminans, ac salutari fide imbuens, in Jesum Christum, Filium Dei ad Dominum nostrum. Atque, ut quæ dicta sunt, vera comprobentur, liquidoque pateat dæmonum habitaculum fuisse antrum illud seu speluncam, de qua superior nobis fuit oratio; situs ipse loci et compositio fidem quodammodo facit narrationi. Quæ enim ultra venerandum ejus templum sitæ sunt speluncæ, atque adeo subterraneæ specus illæ, quæ a templo occupantur, et sibi ipsis perviæ sunt invicem, et eodem nomine Pelopia nuncupabantur, usque ad tempora beatæ memoriæ *d* Theodosii, hujusce Syracusanorum civitatis quondam Episcopi, æterna laude digni. Hæc vi quadam et arte satanica sonitum quemdam ex sese fundebant, et spectra quædam objectabant, quæ nihil attinet hoc loco referre, ne commemoratio ipsa imbecilliorum animos percellat, fraudique sit simplicioribus tanti mali recordatio. Quin hac maxime de causa leviter istæc attigimus, tum ad fidem iis quæ dicenda sunt faciendam, tum ad serpentis apostatæ ignominiam, qui terris se insinuans, fraudulento hoc susurro infirmiorum animos aucupabatur; ac præcipue ad laudem et gloriam misericordis Dei nostri, cujus admirabili virtute perfecta Sanctorum ipsius opera admirabilia et innumerabilia sunt.

10 Cum enim ad hæc Pelopis antra, in fraudem ac perniciem perducerentur vulgo quamplurimi, spectris illis perversi; omniumque malorum architecti serpentis et fucato ejus sibilo illecti, in apertum superstitionis diabolicæ barathrum devolverentur; sanctissimus Syracusanorum Antistes Theodosius, qui per id tempus summa sanctitatis et justitiæ laude, hujus Sedis thronum obtinebat; his cognitis, prædecessoris sui vestigia est insecutus, neque hujus tantummodo, verum etiam Zozimi *e* benignissimi, qui ecclesiasticum gregem pulcherrime gubernavit, eleemosynisque et orationibus; continentiaque multa et vigiliis vitam suam exornavit; atque, ut verbo uno dicam, Apostolorum Angelorumque æmulus ita vixit, ut carnis expers Angelus in corpore videretur: cujus ipsi precibus utinam, supremo retributionis die, misericordiam ab justo Judice consequamur. Sed redeat interim ad pristinum cursum incepta narratio.

11 Hæc igitur, ut dictum est, cum ad Theodosii Episcopi aures pervenissent; non ferens ille præstigiosum sonum ita palam resonantem, accingitur adversus impietatem; et, velut bonus omnipotentis Dei miles, in aciem prodit, Spiritus sancti virtute spiritualem hostem debellaturus. Ac, primum quidem, Deum occultis precibus inflectere studuit, sicut magnus ille Moyses, cum Israelem educeret ex Ægypto, assiduæ continentiæ et vigiliis atque orationibus insistens. Ubi vero divinitus sensit suas preces exauditas; tum aperte omnibus rem totam enuntiat, omnesque ad orandum invitat, exemplo magni et celebrandi Episcopi *f* Basilii, quem itidem pari ratione cum dæmone decertasse eumque prostrasse, testantur quæ de illius rebus extant monumenta. Stato itaque die approperans sacer Theodosius, ascito Sacerdotum ordine Cleroque universo, omnique adeo Christi fidelium cœtu, cum uxoribus et liberis, nulla dempta ætate aut conditione, recta contendit ad destinatum locum, hoc est ad speluncam in qua inanium spectrorum visa cernebantur, et horrenda illa patrabantur. Cumque horas *g* aliquot ad orientem conversi omnes in oratione posuissent, intenta voce Kyrie eleison inclamantes; excitavit e vestigio vir sanctus universos; omnibusque acclamantibus Amen, mysticam mappam

D
INTERP. J. SIRM.
c qui tamen in vicinis antris perstitere,
d donec Episc. Theodosius, dignus SS. Marciano et Zozimo successor,
e
E
F
permissis jejuniis ac precibus,
f illuc cum populo supplicabundo accedens,
g

A quæ Antimension *h* dicitur, fixit e regione aditus speluncæ; sacraque inibi Liturgia rite peracta, cum vivifica Domini nostri mysteria percepissent singuli, et Sacrorum finis esset; speluncam Pontifex sacro Crucis signo ter obduxit, continuas preces addens. Tum, dato plebi signo, eamdem mox saxis lapidibusque obstruxerunt penitus, atque ita læti domum redeunt, Deum collaudantes, mirabilia semper operantem; certoque persuasi, dæmonem nihil amplius, ut solebat, in eo loco suis præstigiis effecturum.

INTERP. J. SIRM. *h* *ipsa saxis obstruxit,*

12 Ego vero hæc ipsa quæ narro ab iis accepi, qui tunc spectatores aderant, viri eximii et Sacerdotio præditi; eoque commemoranda existimavi, tum sancti et semper laudandi Episcopi Theodosii gratia; tum ut vera esse constaret, quæ de sancto Martyre Marciano diximus, fuisse usque ad ejus adventum in ea spelunca dæmonum sedem ad domicilium, ubi nunc ecclesiæ ac sacri tabernaculi formam intuentes, accurrimus cum veneratione, ad honorem et gloriam magni Dei ac servatoris omnium Christi Jesu, ad laudem etiam venerandi hujus B Patris nostri; speluncam, non jam illam sathanicam, sed templum sanctum et angelicum; non jam dæmonum catervis plenam, sed Angelorum choris celebratam; non jam fraudis et præstigiarum officinam, sed morborum incurabilium medicinam. O speluncam, Bethleemiticæ comparandam, in qua naturam nostram omnium Deus assumpsit ex vere ac proprie et semper virgine Maria, non commixtionem passus aut confusionem quamcumque, sed exinaniens semetipsum, prout ipsi collibuit, ad summam humilitatis demissionem. O nomen speluncæ! in qua Rex cœlestis privatum amictum induit, non fato ullo vel fortuna, sed plena ac libera voluntate. O nomen speluncæ! in qua Angelici ordines atque Archangelici circumquaque adstantes, perpetuum hymnum cecinere, dicentes, Gloria in excelsis Deo, et in terra *i* pax, et in hominibus bona voluntas. O nomen speluncæ! in qua habitare cum corpore dignatus est omnium parens et conditor Deus. O nomen speluncæ! in qua theologiæ cantica composita, et Angeli hominibus gaudium annuntiaverunt, quod datum est omni creaturæ.

uti narrant qui interfuere.

Hinc in speluncæ, tunc sacræ, laudem excurrens Auctor,

eam Bethleemiticæ comparat.

i

ἥτις καλεῖται Ἀντιμίνσιον κατ' ὄψιν τοῦ αὐτοῦ σπηλαίου D τῆς αναβάθρας, και ἐποίει λειτουργίαν. Καὶ τελέσας τὴν θείαν μυσταγωγίαν, καὶ πάντων μεταλαβόντων τῶν ζωοποιῶν μυστηριων τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, τὴν απολυσιν ποιησάμενος, ἐπεσφράγισεν τὸ σπήλαιον τρίτον τῷ σημειῳ τοῦ τιμιου σταυροῦ, ἐκτενῆ ποιησάμενος εὐχὴν, ἐπέτρεψεν παντὶ τῷ λαῷ, καὶ ἐβαλεν λιθον, καὶ ἐνέφραξαντο αὐτὸ σπήλαιον, καὶ οὕτως ὑπέστρεψαν, χαίροντες ἅπαντες καὶ αινοῦντες τον Θεον, τὸν ποιοῦντα μεγαλα θαυμασια, και παράδοξα πράγματα εν πάσαις γενεαῖς· πιστωθέντες μηκέτι ενεργεῖν την τοῦ διαβολου πανουργίαν ἐν ἐκείνῳ τῷ τύπῳ καθὼς ειωθεν.

12 Τοῦτο οὖν διηγόρευσα, μεμαθηκὼς παρὰ τῶν ἐν τῷ τοτε καιρῷ θεατῶν γεγονότων, λεχθέντων ὁσίων ανδρῶν καὶ ἱερέων, προς ανάμνησιν τοῦ οσίου καὶ αειμνήστου Ἐπισκοπου Θεοδοσίου· και πείρωσιν τῆς ἐπομένης διηγήσεως τοῦ τιμίου Ἱερομάρτυρος Μαρκιανοῦ, οτι δαιμονων ην καὶ αὐτὸ τοῦτο ἄντρον οικητήριον, μέχρι τῆς αὐτοῦ ἐν αὐτῷ παρουσίας, ὅπερ νῦν ἐκκλησίας τύπον καὶ σκηνῆς ἁγίας βλέποντες, προστρέχομεν σεβασμίως εις ἔπαινον δοξης τοῦ μεγάλου Θεοῦ καὶ Σωτῆρος ἡμων Ἰησοῦ Χριστοῦ, καὶ εὐφημίαν αὐτοῦ τοῦ τιμίου Πατρὸς· οὐκ ετι σπηλαιον σατανικον, αλλὰ ναὸν ἅγιον αγγελικὸν· ουκέτι κακοδαιμονίας ανάμεστεν, αλλὰ αγγελικῆς χοροστασίας ανάπλεον· οὐκέτι απατης ἐργαστήριον, αλλὰ παθῶν ανιάτων ἰατήριον. Ὦ σπήλαιον αφωμοιωμένον τῷ ἐν βηθλεὶμ σπηλαιῳ, εν ᾧ ὁ πάντων Θεος τὴν ημῶν αντεκατηλλάξατο φύσιν, εκ τῆς κυρίως καὶ αληθῶς, καὶ αειπαρθένου Μαρίας, ταύτης προλαβων, οὐ φυρμὸν ὑπομείνας, η σύγχυσιν τὴν οιανοῦν, αλλ' ἑαυτὸν κενώσας ὡσεὶ αὐτοῦ εὐδοκησεν εὐσπλαγχνίᾳ εις ακραν ταπεινοτητα συγκατάβασιν. Ὦ ὄνομα σπηλαίου, ἐν ᾧ ο οὐράνιος Βασιλεὺς τὸ ιδιωτίκον προεβάλετο ἔνδυμα, οὐ κατὰ τύχην καὶ ειμαρμένην, αλλὰ την αὐτοῦ εὐδοκίαν. Ὦ ὄνομα σπηλαίου, εν ᾧ τάξεις ἀγγελικαὶ καὶ αρχαγγελικαὶ κυκλοφορικῇ παραστάσει την ἀσίγητον ὑμνῳδίαν προσέφερον, λεγουσαι, Δοξα ἐν ὑψίστοις Θεῷ, καὶ ἐπι γῆς ειρήνη ἐν ἀνθρωποις εὐδοκίας. Ὦ σπηλαίου ὄνομα, ἐν ᾧ κατοικῆσαι μετὰ σωματος ηξίωσιν ὁ πλαστουργὸς τῶν ολων Θεος. Ὦ σπηλαίου ὄνομα, ἐν ᾧ τὰ τῆς θεολογίας ἐξυφάνθησαν ᾄσματα, καὶ ἄγγελοι τοῖς ανθρωποις εὐηγγελίσαντο χαρὰν μεγάλην, ἥτις ἐδωρηθη πάσῃ τῇ κτίσει. E

C ANNOTATA D. P. F

a *Cajetanus hic allegat distichon, in suis Menæis repertum, quod sic Latine reddit:* Qui Christum sustulere *ipse* Judæos *intelligit; sed cur non* milites, *qui eum crucifixerunt?)* Christi familiarem Marcianum laqueo præfocant.

b *Quia scilicet locum sepulturæ recte vocari Sanctorum patriam, docet sub finem auctor hic.*

c Illuminare, *est* baptizare, *consueta Græcis phrasi.*

d *Hoc nomine unus, et verosimiliter idem de quo hic, florebat an.* 680, *et colitur* 18 *Maji.*

e S. Zosimus *obiit circa an.* 660. *Acta illustravimus* 30 *Martii.*

f *Prolixe hæc scribuntur in Vita* S. Basilii, *sub nomine Amphilochii edita apud Surium* 1 *Januarii cap.* 8, *et apud nos hoc die. Quæ vita cum ejusdem farinæ sit cujus sunt Acta SS. Pancratii et Marciani, Evagrio imputata; apparet his non minus fidei habiturum fuisse Auctorem, si tum nota fuissent, quam habuit illi.*

g Horas Aliquot, *Græca phrasi et Siculis usitata, dicit Auctor, pro longo tempore, respective ad id quod fieri dicitur; quare si id momento fieri poterit, spatium unius* Miserere, *etiam dicentur* horæ plures.

h *Cangius in Glossario Græcobarbaro, prolixe agit de* Antiminsio, *itaque nuncupari ait, quia ubi sacræ mensæ sive altaris commoditas non est, ut cum sub dio sacra peraguntur, quod hic factum et in fundatione ecclesiarum fieri solet, vice illius servit, alias ipsi altari insterni solitum, eumque in finem benedictum et Cruce insignitum: nec sine eo sacrificare licet, Cajetanus minus recte* Antimissam *legit.*

i *Quamquam nec in spelunca Bethleemitica incarnatum sit Verbum, sed Nazarethi; nec ibi auditi cantus Angelici, sed in agro juxta oves; omnia tamen auctor refert ad ipsam, tamquam præcipuum locum, quo omnia infantis Verbi mysteria spectent.*

CAPUT

CAPUT III.

Conclusio encomiastica.

Ὦ Θεράπων Μαρκιανὲ χριστοκῆρυξ, καὶ πάνσοφε διδάσκαλε, καὶ προαγέτα, τῶν ἱερέων, τῶν ἀπ' ἀρχῆς ταύτης τῆς φιλοθέου καὶ σεμνῆς Συρακουσῶν πόλεως. Ὦ Ποιμνιάρχα πρωτόβαθμε, τῶν Ἀποστόλων συνόμιλε, καὶ Πατριαρχῶν σύσκηνε, καὶ Ἀθλητῶν ἐγκαλλώπισμα θεοδόραστον. Ὦ θεοφάντωρ καὶ τῆς θείας μυσταγωγίας ἱεραπεῖον ἅγιον, μέχρι νῦν χρηματίζον. Ἐν σοὶ γὰρ προσφέροντες, καὶ διά σου οἱ Ἱερεῖς καθ' ἑκάστην δῶρα λειτουργοῦσιν τῷ ἐν ὑψίστοις τὴν ἀναίμακτον ἐπιτελοῦντες θυσίαν. Τί σὲ οὖν ὀνομάσωμεν, θυσιαστήριον, ἢ θυμίαμα; καταγώγιον θεοκάτοικον πνεύματος ἁγίου, ἢ ὁλοκαρπώματος εὐωδίαν γνωστικήν; Ποίων δέ σε ἐπαίνων πλοκαῖς στεφανώσωμεν, τὸν στέψαντα ἡμῶν τὴν πατρίδα διδασκαλείας καὶ μαρτυρίας ἄνθεσιν; Ποίαις δέ σε ἀξίαις τιμήσωμεν εὐφημίαις, τὸν ταῖς μαρμαρυγαῖς τῶν διδαγμῶν ἀποστίλβοντα, καὶ φαιδρύνοντα τὸ καλλίθετον τῶν B ψυχῶν γνώρισμα; Τί σε οὖν καλέσωμεν; Λειμῶνα θεόπνευστον ἢ παράδεισον θεοφύτευτον; ἀληθῶς γὰρ καὶ λειμὼν καὶ παράδεισος πανευωδέστατος τυγχάνεις, παντοίοις ἄνθεσι πεποικιλμένος, καὶ τῇ ἀπορροίᾳ τῶν θαυμάτων εὐωδιάζων τὴν τοῦ Χριστοῦ Ἐκκλησίαν. Πῶς σε τιμήσωμεν; Ἔνσωμον ἄγγελον, ἢ ἄνθρωπον; εἰς οὐρανὸν μετάρσιον, ἢ ἐπὶ γῆς θαυματουργόν; Ὦ κάρα διδασκαλείας καὶ διδασκάλων προαγέτα τῆς ἡμῶν πατρίδος.

14 Ἀποροῦμεν τὰ πλεῖστα λέγειν· ὡς δὲ ἐδιδάχθημεν, οὑτωσὶ καὶ τιμῶμεν ἀρχιερέα, καὶ ἀθλητήν, καὶ ποιμένα τῶν λογικῶν θρεμμάτων Χριστοῦ, καὶ ζηλωτὴν τῶν τοῦ Χριστοῦ παθημάτων. Σὺ γὰρ εἶ ποιμὴν ὁ καλός, ὁ τιθεὶς τὴν ψυχήν σου ὑπὲρ τῶν προβάτων σου, καθὼς ὁ διδάσκαλος, καὶ πρωτομάρτυς Ἰησοῦς Θεὸς ἡμῶν. Ἄλλον σε Μωσέα διαγράφομεν, οὐκ ἐν γνόφῳ καὶ θυέλλῃ καὶ βροντῶν, καὶ σαλπίγγων ἤχοις, καὶ τῶν ἄλλων δειμάτων καπνιζομένου ὄρους ἀσχηματίστως ἀμυδρᾷ βλέψει, καθόσον ἀνθρωπίνοις ἦσαν αἰσθητοῖς ὀφθαλμοῖς Θεὸν ἰδεῖν δυνατόν, ὡς ἐκεῖνος· ἀλλ' ὅλον δι' ὅλου σεσαρκωμένον τὸν Θεὸν Λόγον νοητῶς ἐνοπτριζόμενον ψυχικοῖς ὄμμασιν, καὶ ἀναφανδὸν κηρύττοντα σωτῆρα εἶναι τοῦ παντός. Ἕτερον δὲ Ἀαρών σε διαβλέπομεν, ἀλλὰ καὶ μείζονα πάνυ· ἐκεῖνος γὰρ ἐν αἵμασιν ἀλόγων ῥαντισμοῖς ἀπεκάθαιρε τὸν λαόν· ὁ δὲ C τιμίῳ αἵματι ἁγιαστικῷ, ὃ ἐξέχεεν ὁ Ἀμνὸς τοῦ Θεοῦ ὑπὲρ τῆς τοῦ κόσμου ζωῆς καὶ σωτηρίας, ἁγνίζων τὸ ποίμνιον, καὶ καθαίρων τὴν σὴν πατρίδα. Ταύτην γὰρ τὴν πολυθρύλλητον, καὶ περίφημον διά σου Συρακουσαίων πόλιν ἔχειν σε διαγράφομεν ἐπὶ γῆς πατρίδα, ἐν ᾗ ὁ οἶκός σου διαμένει, καὶ διαλάμπει, καὶ πλεῖσται θαυμάτων ἐπιβλύσεις ἀενάως ἐπιρρέουσι· ἐν οὐρανοῖς δὲ ἔχειν σε πατρίδα ἴσμεν, ἣν διηγόρευσεν ὁ θεσπέσιος Παῦλος, τὴν ἄνω Ἱερουσαλήμ· ἐν ᾗ Πατήρ, καὶ Υἱός, καὶ τὸ ἅγιον Πνεῦμα βασιλεύει ἀπὸ τῆς προαννάρχου ἀρχῆς, καὶ νῦν, καὶ ἀεί, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

Inde ad S. Marciani encomia vertitur,

O Dei famule Marciane, Christi præco, et magister sapientissime, sacrorumque ab initio manuductor huic a Deo curatæ Syracusanorum civitati. O gregis rector primarie, Apostolorum familiaris, Patriarcharum consors, et Martyrum decus, a Deo condecoratum! O divinorum arcanorum doctor, qui sacrosanctis mysteriis Sacerdotes imbuere non cessat! in te siquidem, ac per te, quotidie Sacerdotes Altissimo sacrificantes, incruentum offerunt Sacrificium. Quemnam te appellabimus? aram, an victimam? diversorium Spiritus sancti, an odorem mysticum holocausti? At quibus laudum sertis illum coronabimus, qui patriam nostram magisterii martyriique floribus coronavit? Quibus te sacris acclamationibus honor abimus, clarissimis documentorum luminibus coruscantem, et animos rite compositos illustrantem? Quem denique te appellabimus? Campum divinitus afflatum, an hortum a Deo consitum? E vere enim campus et hortus es suaveolentissimus, omnium generum floribus rutilans, Ecclesiamque tuam miraculorum tuorum odore complens. Quo te honore colemus? quo nomine vocabimus? Angelum in carne, an hominem sine carne? In cœlos subvectum, an in terris mira facientem? O fons et caput doctrinæ! o doctor et dux patriæ nostræ!

et tamquam bonum Pastorem Moysi

14 Plura et majora eloqui nescimus. Ut didicimus, ita te veneramur, præsulem et athletam, et pastorem rationalium Christi ovium, æmulatoremque Christi passionum. Tu etenim pastor bonus, qui animam tuam pro ovibus posuisti, sicut magister ipse ac protomartyr Jesus, Dei filius et Deus noster. Alterum te Moysem depingimus, non in caligine et turbine, inter tonitrua et strepitus tubarum, reliquosque fumigantis montis terrores, tenui atque obscuro intuitu, quantum humanis, hoc est sensibilibus oculis licebat, Dominum aspectantem, sed totum, quantum-quantum est Dei verbum incarnatum, mentis acie et oculis intuentem, et palam annuntiantem illum esse Salvatorem mundi. F Alterum te Aaron agnoscimus, quin etiam haud paulo majorem: ille enim asperso irrationabilium sanguine populum expiabat; tu vero sacrosancto et vivifico Agni Dei sanguine, quem pro mundi vita et salute profudit, gregem tuum abluis et patriam sanctificas. Hanc siquidem decantatissimam et tua causa celeberrimam Syracusanorum urbem, patriam tuam in terris jure censemus, ubi feretrum ac templum tuum manet, et perpetuis miraculis illustratur: in cœlis autem patriam te habere haud ignoramus, illam quam divinus Paulus supernam Jerusalem appellavit: in qua Pater, et Filius, et Spiritus sanctus ab æterno regnat, et nunc, et semper, et in secula seculorum. Amen.

atque Aaroni comparat.

DE SS. RUFFINO ET VALERIO

MARTYRIBUS IN AGRO SUESSIONENSI

G. H.

COMMENTARIUS PRÆVIUS

De cultu et Actis.

SUB DIOCLET.

Ecclesiæ horum Martyrum

Decanatus Rurales *sunt, per quos Ecclesiastici ratio regiminis in diœcesibus Episcopalibus distribuitur : ita in diœcesi Remensi est Decanatus Hermonvillanus, a proprio municipio Hermonvilla denominatus, quinque circiter Gallicis leucis a metropoli dissitus. Sub hoc censetur* parochia SS. Ruffini et Valerii, de Hourges *cognominata in Registro Beneficiorum Ecclesiæ et diœcesis Remensis : alia vero in diœcesi Suessionensi, uti infra dicetur, ad* B *honorem illorum est constructa ecclesia. Alterutri,* Basilicæ sanctorum Ruffini et Valerii *dictæ*, in auro quindecim Solidos *testamento suo legavit S. Remigius Episcopus Remensis, sub quo Concilium Remense habitum anno* DXXIV. *Eorum corpora, ob incursiones Normannorum, feruntur ad urbem Remensem aut Suessionensem delata : in cujus ultimæ urbis diœcesi olim vixerunt et sepulti fuerunt ; cui etiam eorum memoria in Martyrologio Fastis Sacris adscribitur.*

Memoria in Martyrologus.

2 *Ita ad hunc* XIV *Junii in antiquis Martyrologii Hieronymiani apographis, Epternacensi et Lucensi, ista sub calcem adjiciuntur :* Suessionis civitate passio SS. Valerii et Ruffini Martyrum : *quæ fere eadem in variis MSS. Martyrologiis, Rabanique et Adonis Fastis leguntur. Florus, in suo auctario Bedæ, ante tomum Secundum Martii a nobis ob suam antiquitatem edito, ista scribit:* In pago Suessionis passio SS. Valerii et Ruffini Martyrum, qui tempore Diocletiani et Maximiani Roma egressi, a Rictiovaro Præside comprehensi, catenis ac carceri mancipati, eculeis suspensi, plumbatis cæsi, tanta pœnarum sunt acerbitate afflicti, ut totam corporis speciem unum vulnus obduceret ; et carne defluente, secreta viscerum panderentur. Sicque iterum in carcerem missi, C et ibidem ab Angelo Domini confortati, ad ultimum gladio jugulantur. *Hæc ibi. Quæ brevius ab Usuardo ita proferuntur :* In territorio Suessionis civitatis, sanctorum Martyrum Rufini et Valerii, qui a Præside Rictiovaro, post illata sibi tormenta, jussi sunt decollari : *quæ fere eadem leguntur in hodierno Romano. Eos Wandelbertus unico versu sic honorat :*

Hic quoque *(videlicet dies)* Valerio et Rufino
Martyre gaudet.

Denique Martinæus lib. 4 de veteribus Monachorum ritibus cap. 6, notat in quodam non vetustissimo Kalendario Corbeiensi, et in Consuetudinibus San-dionysianis atque Compendiensibus, præscribi festum agendum cum tribus Lectionibus, sed pro Ruffini, *ponit* Rufi. *Die* XII *Februarii memoria horum Martyrum recolitur a Galesinio, nescio quo citato MS. At sequenti die* XIII *Februarii,* elevatio eorum Suessione facto *indicatur a Saussayo.*

Acta ex MSS.

3 *Acta damus ex antiquis eisque optimæ fidei codicibus MSS : scilicet Aroasiensi in Artesia, Trevirensi S. Maximini, et Rubeæ-Vallis prope Bruxellas. Consentiunt Acta a Mombritio excusa, sed abbreviata : et alia in MSS. similiter contracta : quibus tertium compendium addi potest, quod apud Petrum de Natalibus extat lib. 5 cap. 116 ; et aliud in Breviario Ambianensi, anno* MDL *excusum. Omnia vel maxime confirmat Flodoardus, Ecclesiæ Remensis Presbyter, qui lib. 4 Historiarum ejusdem cap. 52 et 53, post relatum compendium Martyrii, ex Actis jam citatis contractum, addit Historiam translationum et miraculorum, quam infra Actis subjicimus. Guillielmus Marlot, lib. 1 Historiæ Metropolis Remensis capite 20 ex codice MS. Remigiano aliud Martyrii compendium habet, his verbis.*

aliqua ex MS Remigiano.

4 Cum Quintinus, Lucianus, Valerius et Rufinus cum aliis, Roma patria relicta, in Gallias pervenissent, elegissentque sibi loca quibus prædicarent ; Rufinus et Valerius antiquam urbem Remorum Galliæ Metropolim venerunt ; ac munus suum explendi cum eis facultas non suppeteret, paululum ab urbe digressi, super fluvium Vidulam, credentium non modicam turbam tam virtutibus quam fidei luce irradiarunt. Rictiovarus, rabie Quintini martyrio necdum expleta, per id temporis Remos venit ; Christianos quos ibi reperiret, cruciatibus ac morte ad cultum deorum coacturus : et quibusdam neci datis, per aggerem publicum inde arripiens iter, obvios habuit in territorio Suessionensi, juxta Vidulæ decursum (sive, ut alibi legitur, super Licii fluminis unda) haud procul a villa, quæ patrio nomine Basoche nominatur, viros insignes Rufinum et Valerium, in fide Christi enutritos, ac Regalium horreorum custodes : quos statim per satellites comprehendi jussit. Cumque in Christi confessione se fideles ac strenuos præbuissent, plagis afflictos diuturna maceravit retrusione; donec invicti reperti, capitalem subiere sententiam, decimo octavo Kalendas Julii.

5 *Hæc ibi. Annotat Marlot in margine.* In loco, qui Basilica dicitur, morati sunt : inde nomen sortitum Basoches. *Fuerunt illustres Toparchæ de Basoches ex stirpe Castilionea ad Matronam : et ex illis seculo* XIII, *Episcopi Suessionenses nominantur Jacobus de Basoches, Nivelo de Basoches, et Milo de Basoches: de quibus consule Sammarthanos. Est autem* Bazoches, *burgum ad Vidulam fluvium in agro Suessionensi, infra Fimas, oppidum seu terminum agri Remensis ; et in Registro Beneficiorum diœcesis Suessionensis est* Decanatus de Bazoches. *Claudius Dormajus, libro 2 Historiæ Suessionensis cap. 7, asserit, dicto loco de* Bazoches fuisse horrea frugum regalia, a SS. Rufino et Valerio conservata: *unde colligit eos non procul inde martyrio affectos : hinc supra in Martyrologiis agro seu territorio Suessionensi tribuuntur. Franciscus Bosquetus, lib. 4 Historiarum Ecclesiæ Gallicanæ cap. 7, de Rictiovaro ista refert:* Remis egressus Valerium et Rufinum in territorio Suessionensi, variis suppliciis affectos, tandem capite plecti jussit : quorum corpora postmodum Remos delata sunt. *Addit vero Dormajus postmodum* a Bazochensibus fuisse constructam ecclesiam adeo celebrem, ut tempore S. Remigii in ea deservirent septuaginta Clerici : sed se dubitare, num hoc suo tempore ibidem ultra duos aut tres adhuc alerentur. *Dein lib. 4 cap. 35 asserit,* ob devastationem Normannorum

E F *Sepultura in Basoches*

fuisse

A fuisse Corpora SS. Ruffini et Valerii, ex sua Bazochensi ecclesia, deportata ad urbem aut Suessionensem aut Remensem.

Vita a S. Paschasio Radberto scripta.

6 *S. Paschasius Radbertus, Abbas Corbeiensis, mortuus anno* DCCCLI *die* XXVI *Aprilis, conscripsit* Passionem S. Ruffini et Valerii, *sub finem operum a Jacobo Sirmundo editum: in qua Vitam mor dandam longissimis amplificationibus deduxit; deque eorum adventu in Gallias agens, præbuit aliis occasionem conjungendi illos aliis viris Apostolicis, tunc etiam sub Diocletiano martyrium passis. Supra laudatus Marlot, lib.* 1 *cap.* 20, *fatetur* eum satis confuse loqui: ait enim, eodem anno, quo Diocletianus jussit, ut Christiani diis sacrificarent, Martyres relatos consilium iniisse veniendi in Gallias. Unde vicesimus, inquit, agebatur annus Imperii Diocletiani, mensis Martius, dies solennis Paschæ... At is incidit in annum CCCIII ex Chronico Eusebii: et sic eodem anno subiisse martyrium necesse est, quo Roma sunt egressi. Opinor exitum cum adventu, Paschasium confundere: maturius vero in Gallias profecti sunt, quam Diocletiani gladius in eos sæviret. *Hæc dictus Marlot.*

Alterius S. Valerii cranium Antuerpiæ.

B 7 *Nos hic nusquam admittimus præter ea quæ in Actis jam referendis de eorum adventu, rebus gestis, et martyrio extant; in aliis aliunde adjectis per conjecturam laborandum nobis non arbitramur: neque multum curamus quo fundamento majores nostri, in hac professa Societatis Jesu Domo Antuerpiæ, sibi persuaserint, huic diei adscribendam particulam sacri Cranii, quam possidemus in una hierothecarum, sub nomine* S. Valerii Martyris. *Interim persuademus nobis, non alia de causa id factum, quam quia nomen istud hoc die habetur in Romano Martyrologio. Hæc certe Theatinis Bononiensibus unica causa fuit hodie colendi* S. Valerium Martyrem Romanum, *cujus illi Corpus Roma acceperunt, in uno cœmiteriorum suburbanorum repertum cum titulo sui nominis, quod rarum; et repositum habent sub altari marmoreo ipsi erectam a pia quadam Matrona, cui cum credita fuissent testimoniales litteræ Vicarii Pontificii circa prædictas Reliquias, ipsa mortua illæ nunc frustra requiruntur; sicut mihi significavit Comes Valerius de Zanis exeunte anno* MDCXCI.

ACTA MARTYRII

Ex variis vetustis MSS. et Mombritio.

A Diocletiano et Maximiano in Gallias misso Rictiovaro

C Eodem tempore, sub Diocletiano et Maximiano Imperatoribus, missus est Rictiovarus, ut in Gallias ageret Præfecturas. Cumque ab eorum conspectu superbo discessisset, continuo *a* Vangionum progrediens, Remorum civitatem est ingressus: ibique residens cœpit urgere Christianos, ut simulacrorum culturam venerarentur, et a consortio Dei omnipotentis cessarent: sed tamen in prædicta urbe *b* aliquos suo jussit imperio trucidari. Hinc egressus cum per aggerem publicum carperet iter, erat aliquo in loco contigua respublica gubernanda, juxta *c* Vidolæ fluvium, ubi Ruffinus et Valerius ad imperiale palatium frugum horrea conservabant. Cumque in præfatum locum crudelissimus Rictiovarus advenisset, audissetque Sanctorum religiositatem loco illo cum omni alacritate pollere; statim frendens dentibus, quasi canis rabidus, præcepit ubique Dei famulos inquirere. Mox, ut dictum est, citius divulgata sententia, sancti Martyres personam suam voluerunt a tyranni præsentia latere. Erat autem procul spelunca, vicina itineri publico, spinosæ densitatis, ibique se sequestrandos immerserunt. Tunc vero qui fuerant destinati, hac illacque eos perquirentes, subito invenerunt beatos Martyres ubi se cubaturos obtexerant; statimque capti et catenati ad tyranni afferuntur præsentiam.

SS. Ruffinus et Valerius fugientes invenientur,

D *EX MSS.*

et coram Præside deos spernunt,

2 Tunc itaque Rictiovarus, audita famositate beati Quintini Virmandorum Augustam aggredi cupiens, ut eum interficeret, quod *d* postea probavit eventus; cum Ruffinum et Valerium, in ipsos furore succensus, proprio contemplaretur judicio, decretum suæ tyrannidis prius in gloriosos Martyres sævus persecutor voluit agitari; et sedens pro tribunali dixit ad eos: Ruffine et Valeri, quos Deos colitis! Aut quam sacram religionem intenditis? Jovem aut Dianam? Tunc uterque clara voce dixerunt: Jovem mœchum et sororum suarum impudicum violatorem; qui in adulterio generatus est; et Dianam meretricem, compita silvarum tenentem, non colimus nec adoramus; sed adoramus Deum unum, et Dominum nostrum Jesum Christum, qui de majestatis suæ sede ad terram descendit: illum cum Spiritu sancto et colimus et adoramus.

Christumque Deum profitentur:

mole catenarum constricti,

3 Tunc Rictiovarus, cum magna vociferatione, dixit ad eos: Infelicissimi omnium, hominem interfectum, et in conditionem mortis inflictum, vos Deum et Dei filium affirmatis? Per virtutem Jovis, qui in E sua potestate tonitrua deventilat, non effugietis manus meas, nisi multis cruciatibus vos interimam, et videritis si vos Deus vester de manibus meis eripiat. Tunc beati Martyres constringuntur ligaminibus catenarum, ita ut circumstantes mirarentur, quomodo aut qualiter possent tam vasta pondera sustinere. Sed beatissimus Ruffinus et Valerius, tamquam levissimas plumas, pro Christi nomine confortati portabant et benedicebant Deum dicentes: Eripe nos, Domine, ab homine malo, a viro iniquo eripe nos. Et tunc die illa in carceris custodia cum noctis spatio retrudi jubentur.

in carcerem retruduntur.

respuentes oblatas divitias et honores,

4 Altera vero die producti de carcere, Tyranni præsentiæ publicantur. Tunc Rictiovarus lenibus verbis, cum omni adulatione, ait ad eos: Audite me, Ruffine et Valeri. Colite Deos nostros, Jovem et Mercurium, Dianam et Venerem, et ego vos auro et argento ditari præcipio, et eritis primi in palatio Imperatoris. Tunc Ruffinus et Valerius dixerunt ad eum: Aurum et argentum tuum tecum sit in inferno, et ibi in os tuum liquefactum ponatur, ubi et patrem tuum diabolum cernes igni inextinguibili esse consumendum: nam nos nulla auri cupiditas et argenti a caritate Christi poterit amovere. Tunc Rictiovarus jussit beatos Martyres eculeis extendi, F et plumbatis cædi. Et cum torquerentur dicebant: Multæ tribulationes justorum, et de omnibus his liberabit eos Dominus; Dominus custodit ossa eorum, unum ex his non conteretur. Et quanto magis Deum majestatis devoti clamabant, tanto vehementius infelix Præses tormenta illata beatis Martyribus infligi rogabat; et pœnarum argumenta, sicut diaboli officium poterat invenire, circa beatos Martyres ulciscens præcipiebat inferre; ita ut inter multa flagella compage omni disrupta, vix ossa hærerent, solo tantum spiritu palpitante. Erant enim jam macie diuturna defecti, et jejuniorum abstinentia macerati, sed animo et mente robusti in Domino permanebant.

in eculeis extensi plumbatis cæduntur:

ergastulo reclusi

5 Tunc Rictiovarus dixit ministris suis: Tollite eos hinc, et ergastulo recludite, quousque excogitare possim quam crudeliter debeam eos consummare. Missi itaque in carcerem Beati Ruffinus et Valerius, Domino triumphanter psallebant dicentes; adjuva nos, Deus salutaris noster; propter honorem nominis tui, Domine, libera nos. In ipsa vero nocte, propinquante jam luce, cum se sopori dedissent, Angelus Domini carceris claustra fortissimus præliator irrupit; et cum multa claritate loco illo refulsit, et ait ad eos: Ruffine et Valeri, viriliter agite

Ps. 78, 9.

ab Angelo confortantur, oblatis coronis.

A agite, et confortetur cor vestrum. Dominus noster vos inter justos et electos sibi Martyres celerius adesse jubebit : et ibi præparatas vobis a Domino percipietis coronas, quas ego vobis de præsenti visuris ostendam ; sicque eas super illorum capita illapsas deposuit. Erant enim micantes colore, et quasi smaragdino lapide resplendentes ; in tantum ut validiorem claritatem donarent, quam solis radius sereno splendore coruscans.

EX MSS.

prolata sententia mortis,

6 Mane facto jussit crudelissimus Rictiovarus Dei Martyres, Ruffinum et Valerium, suæ præsentiæ exhiberi. Cum autem venissent vidit facies eorum roseo rubore perfusas, et reliquam corporis partem ut liliorum candore fulgentem : et ait satellitibus, Per ceremonias Deorum nostrorum, quia in magica arte isti duo confidunt : nam Deorum nostrorum non cupiunt officiis deservire. Volo autem eos capitalem subire sententiam, ne amplius per eos Christianorum convalescat excercitus, et a Deorum nostrorum cultura multos revocent adorantes. Confestim jussit eos apud se ligatis manibus duci post tergum, ut ubi ei locus conveniens daret arbitrium, gladio truncarentur. Ducti autem sunt eminus, quasi septem passuum [millia] juxta callem publicum, B super littora Vidole fluminis, ubi beati Martyres martyrio sunt decorati, et roseus eorum sanguis gloriosum finivit certamen.

gladio truncantur :

corpora immota deponuntur.

7 Post, completo consummationis tempore, non longo intervallo [accidit] dum, ut ad Remorum oppidum ducerentur, cum Sacerdotum choris, et populorum turmis, feretris impositi ; in loco illo, ubi ossa tumulata quiescunt, aggravati, ne moverentur præcipiunt ; et ibi nutu Dei gloriosi Martyres pausationis requiem habere jusserunt, ubi pauperibus eleemosynam larga manu et pro miseratione porrexerant, præstante Domino nostro Jesu Christo, qui cum patre et Spiritu Sancto vivit et regnat in secula seculorum. Amen.

ANNOTATA D. P.

a Vangiones *populi ad Rhenum, quorum urbs primaria est Wormatia.*

b *Flodoardus lib.* 4 *cap.* 21 *asserit, tunc* S. Mariam Virginem *in territorio Remensi passam fuisse : cujus Acta martyrii, translationis, et miraculorum illustravimus ad diem* 6 *Januarii.*

C c Vidula *seu* Vela *fluvius oritur in Campania.* 3 *leucis a Cattelauno in ortum, dein urbem Remensem alluit et palatium Regium hic indicatum, ac dein in Axonam fluvium se exonerat.*

d *Scilicet die* 31 *Octobris, quando ejus Natalis celebratur.*

HISTORIA

TRANSLATIONUM ET MIRACULORUM

Ex libro IV *Flodoardi, de Ecclesia Remensi, cap.* LII *et* LIII.

a Corpora Martyrum

Eodem tempore quo hæc sacra *a* Virgo passa est, lanciator ejus Rictiovarus per urbem Remorum transiens, et quosdam Christianos ad culturam deorum compellens, ut eos superare nequivit, trucidari præcepit. Et egressus inde reperit duos quosdam viros, Ruffinum et Valerium, fide Christi robustos, regalium tamen horreorum custodes. Quos comprehensos, ubi comperit Christi dilectione et confessione firmissimos, plagis afflictos diuturna carceris maceravit retrusione : ubi Angelica visitatione ac consolatione relevati, et confortati sunt. Sic invicti tandem reperti, capitalem subiere sententiam. Cumque non post longa temporis intervalla D ad urbem Remorum sacratissima deducerentur eorum membra, feretris imposita; in loco illo, ubi nunc tumulata ipsorum requiescunt ossa, ita tunc feruntur aggravata, ut nequaquam loco moveri valerent. Et ita Deo jubente factum esse probatur, ut ubi pauperibus eleemosynæ distribuerant largitatem, ibidem suorum corporum gratam perciperent requietionem.

b tempore Normannorum Remos delata,

2 Sed dum *b* nuper gens Nordmannorum barbare sævitura, se Galliis infudisset; ob vitandam hujus persecutionis procellam, eorum pignora ad urbem sunt Remensem delata, positaque in beati Petri ecclesia, et per dies plurimos ibidem sub honore servata. At cum jam demum, barbaris rccedentibus, in nos bacchata diu tempestas desævisset; redissetque tandem, Deo jubente, tranquillitas ; Presbyter, qui Sanctis deserviebat, et ad propria jamdudum redire cupiebat, acceleravit sanctorum Martyrum glebas tollere, et ad dicatum sibi locum referre. Postque celebrata Missarum solennia, levantur a Sacerdotibus sacrata Christo corpora, atque cum magna populorum referuntur comitante caterva. Contigit E autem diem illam, quæ Dominica scilicet habebatur, ventorum flatu fuisse nimbosam, ita ut omnes candelæ, quæ ad obsequium Sanctorum ferebantur, vi turbinis extinguerentur. Cumque carpentes iter partem fluminis fuissent ingressi, cereus qui ante Sanctorum pignora ferebatur extinctus, repente cœlitus accensus, omnibus mirum exhibuit spectaculum. Sicque, inter commixtos grandine nimbos, et ventorum flatus, ad quatuor fere millia duravit ex miraculo flamma. Disposuit denique postea Presbyter cereum ipsum in meliorem formam de eadem reficere cera. Cumque id a Sacerdotibus sibi subjectis efficeretur, mirum dictu ! inter manus eorum mollis cœpit crescere cera, et in magnam grandescere quantitatem.

dum in locum deinde suum referuntur,

divinitus reaccenditur cereus

et cera multiplicata invenitur :

3 Cumque illi stupentes admirantesque perstreperent ; ingressus Presbyter, et videns auctam sic fuisse ceram, credidit eos aliam ceram illi, quod non præceperat, adjecisse. Sed cognito tandem a Sacerdotibus, quod acciderat, miraculo ; Deo gratias egit, et ceram in ecclesia ad memoriam tantæ rei reposuit. De qua cera *c* Riculfus, Suessionum venerabilis Episcopus, reliquias sibi deferri jussit. Sed F et vicinarum ecclesiarum religiosi Presbyteri exinde ob devotionem expetitas particulas in ecclesiis venerabiliter condiderunt.

c

claudus sanatur :

4 Alia autem vice, cum de Suessionica civitate, in qua ob similem persecutionem delati fuerant, ad locum proprium referrentur ; claudus quidam cum ceteris, qui Sanctorum corpora devoto comitabantur obsequio, reptabundus, adnisu quo poterat, incedebat. Non quidem hunc natura claudum produxerat, sed ex tempore illi accesserat gressuum dolenda debilitas. Cumque ad villam, quæ Vasneja dicitur, venissent ; mox nativæ rectitudini restitutus, projectis adminiculis, suis cœpit vadere plantis, et Deum in Sanctis suis mirabile more collaudare gratanti.

d pauperculam spoliaturus

5 Præterea in eos qui sacrum locum violare, et res sanctis Martyribus delegatas pervadere nituntur, quam cito divina ultio exeratur, uno exemplo sufficiat demonstrare *d*. Tempore quo inter Reges Odonem et Carolum graves agebantur Francorum in regno discordiæ, per hanc occasionem licite rapinæ et deprædationes fiebant, confusum erat fasque nefasque; nusquam Dei aut humanarum timor legum, sed vi et potentia universa constabant : aliquando ad villam, quæ Basilica dicitur, prædones affuerunt, cœperuntque omnes pauperum substantiolas, ferre. Tunc

A Tunc quædam muliercula, cum supellectili sua fugiens, ad ecclesiam sanctorum Martyrum cursu rapidissimo tendebat. Quam quidam ex his qui ad prædandum venerant, ita ut sedebat equo velocissime insequi cœpit, volens eam capere, et seria sua illi auferre, sed cum quidam de adstantibus diceret : Noli, miser; noli illam in atrium sanctorum insequi Martyrum, ne tibi mali aliquid contingat; ille nihil veritus, admisso equo rapidissime fugientem insequebatur mulierculam. At ubi primis atrii pedibus equus institit, subito cernuatus cecidit: sessor autem ejus tam gravi allisione vexatus est, ut a summo genu usque pedem disrupta tibia, caro, velut ferro incisa, dehisceret; osque ipsum, carnis tegmine nudatum, pateret; et qui superbus eques venerat, jam humiliatus, nec suis pedibus incedere valens, manibus alienis de atrio ecclesiæ projectus est. Tunc equo et quæ habere potuit sanctis Martyribus pro eo datis, morti quidem subtractus est: sed quod supervixit temporis inutilis et nulli operi aptus fuit; testimonium divinæ virtutis in sua debilitate circumferens, et aliis quibusque salubrem timorem, exemplo patratæ in se ultionis, incutiens, B ne talia agentes similia patiantur.

rupta tibia punitur.

6 Illud quoque notissimum, et omnibus habetur pervulgatum, ad sanctorum Martyrum sepulcra oleum aliquando crevisse. Siquidem Presbyter vas quoddam fictile juxta altare posuerat, ad servandum oleum, quod ibidem ad fomitem luminis ardere debebat. In quo vase parum quidem olei remanserat, majore ejus parte in lychnorum lumine consumpta; cum repente cœpit crescere, et nullo inspiciente in majus augeri, donec os vasis crescens oleum exæquaret. Quod cum per dies aliquot fieret, nec jam se intra vasis angustias liquor divinitus auctus caperet, ac guttatim in terram flueret; Clericus, ecclesiæ ipsius custos, hoc solus animadvertit; et subjecto vase altero, intra paucos dies ad unum D sextarium collegit, furtimque abscondit, putans infelix divinum miraculum cupiditatis suæ fore compendium: et unde providebatur omnibus patrocinium, inde clandestinum se posse credidit perficere furtum. Sed Christus, qui Sanctos suos mirificare apud omnes decreverat, non diu permisit latere vel illius pudendum facinus, vel quod ad suorum Martyrum gloriam contulerat munus. Nam quadam die domum, quæ basilicæ adhæret, in qua etiam Suessionicus Episcopus, cum illuc accedit, manere consuevit; Presbyter, nescio quid causæ fuerit, ingressus; vidit vas illud oleo superfluere, et miratur unde illa esset olei copia. Cumque illic perraro hujusmodi inveniri possit liquor; cœpit percunctari Clericum tanti criminis conscium, cujus esset oleum, aut quis illud ibi deposuisset. Sed cum ille diceret, nescire se unde esset; pueri, qui ad discendos psalmos ibidem residebant, et rem omnem noverant, indicaverunt Presbytero, et factum miraculum, et custodis furtum. Ille hoc audito, cito ad vas quod juxta altare stabat recucurrit, et pavimentum adhuc olei exundatione madens invenit. E Cumque immensum in Sanctis suis glorificaret Deum, alius quidam de custodibus advenit, et confessus est se magnam partem olei ipsius, nullo teste, tulisse; et ubi voluit, et sicut voluit, expendisse.

Oleum divinitus auctum

furtimque ablatum,

Ex MSS.

magis augetur.

ANNOTATA D. P.

a Maria Virgo, *ut qua supra actum.*

b Nuper, *respectu martyrii, scilicet seculo* 9 *quando floruit Flodoardus.*

c Riculfus *adhuc* 9 *sec. floruit, mortuus an.* 902

d *Anno potissimum* 893 *et sequenti, quando contra* Odonem, *qui* Eudes *vulgo dicitur, fuit assumptus*, Carolus Simplex, *ut legitimus heres.*

DE SANCTO ANTHEONE

MARTYRE LAODICEÆ IN PHRYGIA

G. H.

C Laodicea, *nonnullis* Laudicea, *in antiqua notitia Græca Metropoleon et urbium Episcopalium his subjectarum cap.* 22, *est* Leodicea metropolis Phrygiæ Capatianæ, *aliis* Pacatianæ, *sub qua fuerunt* urbes Episcopales septem et triginta. *Ab hac urbe, ejusque Martyre* Antheone, *auspicantur hunc* XIV *Junii quatuor Martyrologii Hieronymiani apographa; et quidem Epternacense antiquissimum, his verbis :* In Phrygia lauda Antheonis *ducto per* d *litteram virgula, ut nomen contractim scriptum intelligatur. Eadem ergo in Martyrologiis Richenoviensi et Rhinoviensi ita explicantur.* In Phrygia civitate Laodicea Antonionis. *MS. Reginæ Sueciæ ab Holstenio vulgatum, ita habet :* In Phrygia civitate Laodicea natalis S. Antiuni et Afræ. *Apographum Lucense cum aliqua hallucinatione scribit,* In Pagatia civitate natalis S. Antonii. *At loco* Pagaciæ *cum majori contractione legitur* Pagia *in apographis Corbeiensi et Blumiano : nec non in MSS Florentinis Magno Ducis et Senatoris Strozzi. Videtur reliquis omissis sic supplendum :* In Phrygia Pacatiana, civitate Laodicea. *Notandum autem, quod nomen* S. Antheonis *scriptum in Epternacensi apographo dictisque* F *MSS. Florentinis et alio Aquisgranensi, itemque in Additionibus Greveni ad Usuardum; in MS. Blumiano scribatur* Anteoni, *in Corbeiensi apographo* Antigoni, *in alio MS. Corbeiensi* Antiani, *ac denique in MS. Augustano S. Udalrici* Anteoni. *Nos, omnibus consideratis, proferimus, cum antiquissimo Epternacensi et aliis, nomen* S. Antheonis; *transmissa* S. Afra *ad alium classem infra referendam, ubi* Antonio *conjungitur. In scriptis additionibus Carthusiæ Bruxellensis ad Usuardum est memoria* SS. Antheonis et Bitunii Presbyterorum et Martyrum. *Verum in MS. Bruxellensi S. Gudilæ fit mentio* SS. Galliani et Bituni, Presbyterorum et Martyrum in Africa. *At* S. Gallianus *refertur mox inter Martyres Ephesinos : post quos sequentur Martyres Afri, inter hos autem non est* Gallianus : *quis vero sit* Bitunus, *ab aliis non relatus, haud satis assequimur.*

Locus passionis.

an Bitunus Presbyter addendus ?

DE SANCTIS MIGGENE, GALLIANO,

JUVINO, SIVE VIVINO,

G. H.

MARTYRIBUS EPHESI IN ASIA.

Martyrum nomina.

Post S. Antheonem, tres alii Martyres Ephesini proferuntur in antiquiore apographo Epternacensi Martyrologii Hieronymiani, his verbis: Et in Epheso Miggenis, Galliani, Juvini. *Quæ plane eadem leguntur in MS. Aquisgranensi ecclesiæ primariæ. In MS. Florentino Bibliothecæ Mediceæ hæc ita exprimuntur:* In Epheso SS. Maggini, Gallini, et Vivini: *at* Viviani *legitur in MS. Florentino Senatoris Strozzii. Florentinum monasterii Sanctæ Crucis, Patrum Conventualium S. Francisci, ita eosdem profert:* Apud Ephesum SS. Miggini, Galliani et Viviani, *scilicet primis litteris* B *transpositis ex* Juvino *supra relato. MS. Richenoviense, ista habet:* Et in Epheso Mingeni et Galliani. *At nomina* Galani et Jovini *etiam memorantur a Greveno in Additionibus Usuardi; uti et* Galani, *sed* Afris *adscripti, in MS. Brvxellensi S. Gudilæ.*

An ab his alii 16 Maji.

2 *Relati a nobis sunt, ad* XVI *mensis præcedentis Maji,* SS. Mengenes, Gajanus, et Jovinus Martyres in Epheso, *et forte iidem qui hic proferuntur: quod lectori adjudicandum relinquimus usque ad Supplementum Maji, cum iterum considerabimus sitne operæ pretium ipsos his in hoc opere poni, ob solam diei et exiguam scriptionis diversitatem.*

E

DE SANCTIS QUINTIANO, TECLA,

THEODOLO ET FESTINA,

G. H.

MARTYRIBUS IN AFRICA

De his Martyribus tertio loco ista habentur in jam sæpius relato antiquo apographo monasterii Epternacensis: Et in Africa Quintiani, Teclæ, Theodoli, *et* Festinæ. *Quæ etiam, sed omissa* Tecla, *habentur in aliis tribus apographis, scilicet Corbeiensi, Lucensi et Blumiano. MS. Reginæ Sueciæ ista profert*: In Africa natalis SS. Quintiani, Theodoli cum aliis duobus, *scilicet*, Tecla et Festina. *MS. Richenoviense: Et* in Africa Quintiani, Festini. *Memoria Quintiani Martyris celebratur in MSS. Augustano, Gellonensi, Parisiensi Labbei, ac Romano Ducis Altempsii. Ast omnium quatuor in Florentinis Magni Ducis, et Senatoris Strozzii et Patrum Conventualium. In Bruxellensi S. Gudilæ,* S. Quintiani *nomen legitur:* item Teclæ Virginis. *Grevenus in Additionibus meminit* Theodoli. *Sic, qui hic inde apud varios leguntur, simul optime conjunguntur in dicto Epternacensi MS. In aliquo nostro MS. adjungitur* Protus, *sed is Aquileia colitur hoc die, licet passus sit cum SS. Cantio, Cantiano et Cantianilla* XXXI *Maji, quando de illis egimus.*

C

DE SS. ANTONIO, AFRA, CANTIONELLA

F

G. H.

MARTYRIBUS IN SPECIA

Memoria in sacris fastis.

Iterum progredimur cum antiquissimo Martyrologii Hieronymiani apographo monasterii Epternacensis, in quo ista proferuntur: In Specia Antoni, Afræ, Cantionellæ. *At palæstra omissa, referuntur tres Martyres dispersi in apographis Lucensi et Blumiano. In Corbeiensi sunt nomina* Antigoni, Afri, Cantionillæ et Cantiani. *Sed ultimus ad sequentem diem in pluribus refertur. Memoria* Afræ et Cantionillæ *seu* Quintianillæ *celebratur in MSS. Florentinis Magni Ducis, Strozzii Senatoris, et Patrum Conventualium; et scorsim nomen* Afri *seu* Affrii; *cujus etiam nomen est in MSS. Augustano S. Udalrici, Parisiensi Labbei, Bruxellensi S. Gudilæ, et Aquisgranensi, in quo additur* et Onati. *Ita nomen* S. Antonini *est in MS. Kalendario ante opera S. Isidori, asservato in bibliotheca Vallicellana Patrum Congregationis Oratorii Romæ, vbi forte et* Onotus *et* Antoninus, *loco* Antonii *videntur positi.*

2 *At palæstra martyrii* Specia *ubi sita sit, non satis assequimur. Franciscus Maria Florentinius, in suis Observationibus ad hunc diem, fatetur, hanc* Speciam urbem sibi ignotam esse, nisi forte Sphecia sit Euboeæ civitas. *At Philippo Ferrario in suo Lexico Geographico,* Sphecia oppidum est Illyrici in Dalmatiæ et Macedoniæ confinio, in Albaniæ regione. *Est quidem etiam* Spetia *parva, sed munita, in ora maris Ligustici, ditionis Genuensis: verum dubitari potest an ea habeat sufficientem ætatem, ut censeri possit tunc extitisse.* Sperchia *quoque civitas Thessaliæ, cum fluvio Sperchio a Virgilio lib. 2 Georgicorum memoratur. Sed frustra similia inquirimus, cum omnia loca non sint ab antiquis memorata, sed tantum magis celebria: juvat tamen etiam talia notare in subsidium veteris Geographiæ.*

Palæstra Specia.

DE SANCTO MARCO

EPISCOPO LUCERIÆ IN APULIA DAUNIA

BOVINI PATRONO

G. H.

COMMENTARIUS PRÆVIUS

De ejus cultu et vitæ Actis.

circa CCCXXXIII.

Luceria *urbs Episcopalis, sub Archiepiscopali Beneventana, in Apulia Daunia et hodierna Capitanata, provincia regni Neapolitani, inter Troiam et oppidum S. Severini sita, ad distinctionem aliarum ejusdem nominis urbium appellatur* Luceria Saracenorum, *vulgo in mappis* Lucera delli Pagani; *quia Fredericus II Imperator, Ecclesiæ hostis, accitis ex Africa Saracenis eam civitatem habitandam* *Epitome ex Ughello.*
B *dedisse dicitur, apud Ferdinandum Ughellum tomo 7 Italiæ sacræ columna 451 : qui dein Episcopos describit, et de S. Marco ista habet:* Secundus S. Marcus, in Ecana Apuliæ, quam nunc Troiam appellant, civitate natus, ab Joanne Episcopo Lucerino Sacerdos ordinatus, eidem defuncto successit circa annum CCCII. A Clero populoque ob sanctitatis famam vocitatus ad infulam, eam fere annis sex et viginti sanctissime rexit; multisque miraculis clarus, migravit ad Christum, die XIV Junii anni CCCXXVIII, relatus in Bovinam sive Bivinam civitatem, ut ipse ante mortem mandaverat. *Episcopatus Luceriensis,*

2 Ibi in ecclesia Cathedrali suo nomini dicata, summa celebritate colitur, ejusdem civitatis Divus tutelaris et Patronus. Ejus vitam vulgari lingua, ex monumentis Bovinæ Ecclesiæ, scripsit Dominicus Petrus Pauli Bovinensis: de quo etiam Ferrarius in Catalogo Sanctorum Italiæ, qui Marcum perperam Bovinensem Episcopum facit. *Hæc ibi. Est* Bovinum, *urbs Episcopalis etiam ipsa, in eadem Capitanata, sedecim circiter milliaribus versus Austrum a dicta Luceria dissita, de qua agens idem Ughellus columna 354, ita scribit;* Est in hac civitate vetustum Divæ Mariæ assumptæ et S. Marci Confessoris *corpus translatum Bovinum,*
C templum Cathedrale, sub metropoli Beneventana; ubi jacet ac magna veneratione colitur corpus S. Marci, Confessoris et Episcopi Luceriæ, Bovini Patroni, ab anno CCCXXVIII nostræ salutis usque ad nostra tempora. *adhuc ibi jacere affirmatur.*

3 *Hæc Ughellus, cujus verba sunt annotanda, propter Marium de Vipera in Catalogo Sanctorum, quos Ecclesia Beneventana ritu duplici aut semiduplici celebrat: ubi ad diem VII Octobris, ex inscriptione marmorea, existente in ecclesia Officium faciendum præscribitur de* S. Marco Bovinensi Episcopo Duplex. *Porro* Marcus, Episcopus Bovinensis, quo tempore eam rexerit Ecclesiam, adhuc latet: ejus vero sacrum corpus, in sacra æde ei dicata, quæ parochialis est, magna veneratione servatur. Hunc diem translationis esse fatemur: nam ejus natalem Ecclesia Bovinensis celebrat VIII *(imo* XVIII) Kalendas Julii. Hujus sancti Episcopi acta desiderantur: meminit tamen de eo Martyrologium antiquum MS in bibliotheca Beneventana num. 178 signatum, et David Romæus in Catalogo Sanctorum regni Neapolitani. Quando hic sanctus Episcopus vixerit, et quando ejus corpus Beneventum delatum fuerit, haud apparet ex prædictis. Prædicta ecclesia extat de jure patronatus nobilis familiæ de Sabarianis. *Beneventi, in ecclesia isti dicata dicitur esse.*
Hæc Marius: sed cum Vita num. 3 expresse dicat, quod Depositionis dies celebratur Nonis Octobris, *dicendum necessario est, hodie coli Translationem, non Beneventum, sed Bovinum, seu potius aliquam corporis inventionem vel elevationem, factam post scriptam Vitam, quæ solius Depositionis meminit: quem diem etiam assumpserit Beneventana Ecclesia, ut cultu recentius inducto celebriorem; ideoque Natalem creditum ab iis, qui Vitam non legerant. Num singulæ Ecclesiæ, Bovinensis et Beneventana, aliquas partes Reliquiarum* S. Marci *habeant, ex collatione ossium sciri posset: alias magis videretur æstimanda continuata possessio Bovinensium, cum Beneventana potuerit accepisse corpus alterius* S. Marci: *quod cum nesciretur cujus esset, conjectura aliqua fulti putarint esse ejusdem qui Bovini colitur, cui et addiderint titulum, Episcopi Bovinensis, licet nihil scirent de ejus Actis, et tempore Sedis aut Translationis Reliquiarum.* E

3 *David Romæus in Indice Sanctorum regni Neapolitani pag. 407 ista pauca verba habet:* In Daunia, Bovini, Marcus Pontifex: *quod potest referri ad sacrum ejus corpus istic asservatum, et venerationem ut Divi tutelaris atque Patroni, illi exhiberi solitam. Ferrarius: in Catalogo Sanctorum Italiæ sic scribit:* Marcus Episcopus Bovini (civitas est Apuliæ in provincia Beneventana) præcipue colitur hac die, Acta tamen illius nondum vidimus. Meminit illius David Romæus. Agitur de illo in Ecclesia Beneventana. *At, quod mirum est, idem Ferrarius in Catalogo generali eum omisit.* *Memoria apud Romæum et Ferrarium*

4 *Acta Vitæ hic dandæ, ex MS. Bovinensi jam olim acceperat Rosweydus noster, stylo verboso, nec valde polito; quem librarii, codicem scribentis, vel ecgraphum inde sumentis, incuria fecit obscurum etiam videri; sic* *Acta sec. 11 scripta,*
F *ut necesse habuerim, quædam per conjecturam restituere sano sensui: quædam, transpositione, vel omissione, aut etiam additione verbuli unius rectificare: parce tamen, quia memor propositi nostri. Scripta sunt ea Acta, post annum quidem* DCCCCXCIV, *quo inventus et Bovinum allatus est antiquus de vita et miraculis* S. Marci *libellus, uti dicitur num.* 23; *vel etiam post annum* MCXVIII, *si Episcopus Bovinensis, num.* 21 *nominatus, debeat intelligi* Giso; *prius tamen quam ea Translatio pateret, cujus causa festum nunc agitur* XIV *Junii, patratis jam miraculis, quæ toto cap.* 3 *narrantur. Ibi cum dicit Auctor num.* 14, In his nostris temporibus; *et num.* 16. Sicut narratur a fidelibus; *supponi potest, et Miracula facta et Vitam scriptam seculo* XI. *Argumentum priorum duorum Capitum totum sumptum videtur ex prædicto libello, cujus magna sane auctoritas est; siquidem circa annum* DCCL *absconditus, diu ante in manibus oculisque Luceriensium versabatur, servatus in urbis Lucerinæ excidio sub annum* DCLXIII, *ut ex Annotatis nostris apparebit. Non existimo tamen, scriptum eodem quo Sanctus obiit* IV *seculo: talis enim Auctor non omisisset miracula, mortem immediate secuta, quæ suaserunt ecclesiam supra tumulum construere; quod autem ea defuerint in præcitato libello, colligitur ex silentio Scriptoris nostri, eo usi: qui ut* *ex libello ante sec. 8 exarato,*

A *phrasim, simplicem fortassis atque succinctam, longiori* AUCTORE D. P. *verborum ambitu exornarit, præsumi tamen potest nihil mutasse quoad substantiam.*

5 *Hinc ergo credimus, Episcopum Luceriæ consecratum* B. Marcum *fuisse* a Marcellino Episcopo *ex quo creditur a S. Marcellino ordinatus Sanctus,* Urbis Romæ : *quem statuimus anno* CCXCVI *die* XXX *Junii ordinatum, sedisse annos* VII, *menses* XI, *dies* III, *videlicet usque ad diem* II *Junii, inter gravissimas sub Diocletiano et Maximiano persecutiones : quibus non obstantibus* fecit Ordinationes duas, per mensem Decembrem, Presbyteros quatuor, Diaconos duos, Episcopos per loca quinque : *quorum unus quidni fuerit ordinatus pro Luceria* Marcus ? *Hic autem dicitur, num.* 13, *spiritum edidisse* cum jam esset annorum LXII ; *et inter* CXXXIX *Episcopos, qui* ex Urbe Roma, *id est, ex Provincia Romana* vel non longe ab ea, *ad Silvestrum Papam convenisse feruntur, anno* CCCXXIV ; *etiam* Marcus *aliquis nominatur ; unde verosimile fit, Lucerinum eum esse, qui anno mox sequenti etiam ad Nicænum ivisse, et Romam iterum ad Synodum Episcoporum* CCCXXV *convenisse potuit ; adeoque et* *ad an. ætatis 62 vixisse.* *vitam protraxisse, sicut Ughellus censet, usque ad an-* B *num* CCCXXVIII. *Hujus tamen tam definiti calculi certam rationem videre optarem. Interim, eo posito, sequitur, non fuisse primis duobus Marcellini annis ordinatum Episcopum* Marcum ; *sed aliquo ex postremis, ne non habuerit idoneam tali gradui ætatem, qui etiam anno penultimo Marcellini solum fuerit annorum* XXXVI.

VITA

Ex MS. Bovinensi.

PROLOGUS.

Dicturus Auctor de vita et miraculis Sancti, De hujus sancti ac beatissimi Marci Confessoris vita aliquantulum studuimus dicere, vel qualiter ad Pontificale decus electus est enarrare promptula verbositate : de ejus miraculis quoque, quæ operatus est in isto fragili mundo, dicere conati sumus. Sed quid nos, tantilli ac sine peritia artis litterarum, de tali sanctissimo Patre dicere præsumimus ? Etiamsi Homerus et Maro facundissimi Grammatici adessent, non potuissent linguis eorum [dignum huic Sancto] emulgere carmen : verum si illo tempore fuissent Ambrosius, Hieronymus, vel Augustinus, Ecclesiæ fontes, forsitan potuissent ejus C laudibus quæ meretur aptare. Sed vos, Doctores carissimi et Ecclesiæ soboles, et Auditores vitæ hujus Sancti, non fiatis æmuli nostri, neque facillimam prorumpatis in clamationem, meque judicetis inertem, aut indoctum dicatis. Date veniam annorum *ætatem et tenuitatem suam excusat.* nostrorum sexto lustro currenti ; amara etiam pro dulci potare. Solet lucerna lutea juxta domum lumen datum emittere, et per crates in ecclesia resplendere. Ita et vos hujus B. Marci vitam suscipite : parvam meam locutionem pro magnis accipite : quia si lingua mea ænea fuisset aut ferrea vox, et omnes artus mei humana voce loquerentur, ejus miracula quæ per eum Dominus gessit, et laudes quibus dignus est, enarrare non potuissemus : unde Ps. 67, 36 bene Propheta dixit : Mirabilis Deus in Sanctis suis, ipse dabit virtutem et fortitudinem plebi suæ. Qui multorum Apostolorum vestigia secutus est, doctrinam Martyrum recepit : et, si non fuit gladio Martyr, martyrium ferebat in corde suo ; attenuabat se jejuniis, et orationibus omni hora vacabat, castitatem vero corpore et labiis observabat. Sed ne me diutius tarditas teneat, ad ea quæ dicenda sunt, quantum possum, redeo.

D

CAPUT I.

Ortus, Presbyteratus, calumnia miraculis depulsa.

Fuit in civitate Æcana, quæ erat in Apuliæ finibus, vir nomine Constantinus, locuples valde, Christianissimus et timens Deum : qui quotidie eleemosynis, orationibus, atque jejuniis insistebat ; habebatque unicum filium, nomine Marcum, quem instruens in timore Dei, tradidit etiam litterarum studiis. Qui ita doctus est, ut, sicut terra fructifera semen recipit, et fructum centesimum affert ; simi- *A pio patre perbene instructus puer,* liter et iste, patris sui monita recipiens, in bonitatis studio semper implicitus, perseveravit ; dicente Domino in Evangelio, Bona arbor bonos fructus Mat. 7, 17 affert : ita et ille de dignis parentibus digna proles *eodem mortuo,* effectus est, crescebatque quotidie in bonitate et timore Dei ; et indolis ejus fama sanctitate emicabat. Decurrente autem tempore, pater ejus Constantinus reddidit spiritum, et ab Angelis in cœlum susceptus E est. Sed nihil dubitare quis potest, ut qui tanto tempore in servitio Dei moratus est, non in aula cœlestis Regis intraret, pollicente Domino, Venite Mat. 11, 28 ad me omnes qui laboratis et onerati estis et ego vos requiescere faciam.

3 Post mortem autem Patris, cum esset puerulus *bona pauperibus erogat* et locuples valde, cum duabus puellis habitabat ; nihil tamen puerile gessit in opere. Deo autem cœpit devotus existere, et ad supernam patriam totis desideriis anhelare : cœpit autem et de substantia sua erogare pauperibus, subvenire oppressis ; et illic thesaurum suum ponere curavit, ubi ærugo non demolitur, nec tinea corrumpit. Interea Joannes *et Presbyter ordinatus,* Præsul Lucerinæ Sedi Antistes præerat, vir valde mirificus et omni honestate præclarus ; qui sublimavit illum honore Presbyterii ; ille vero quasi se indignum clamabat. Cum ergo B. Marcus infulam Sacerdotii [suscepisset], inerat ei abstinentia in cibis, vigilantia in orationibus, strenuitas in jejuniis ; et cuncta quæ habere poterat ad pietatis opus distribuebat : in quo tantæ perfectionis gratiam accepit, ut jam tunc in ipsis initiis perfectus posset merito deputari. O felicia sanctæ viscera matris, quæ tale germen mundo ediderunt ! Vere ista fertilis gleba, quæ suscepto semine aliud centesimum, aliud sexagesimum fructum producit.

4 Cum [autem] beatissimus Marcus in cella sua, F juxta aulam sanctæ Dei ecclesiæ [maneret, et] in *ob duarum puellarum ministerium,* domo sua ministrarent ei puellæ duæ, quas ille quotidie instruebat in timore Dei et doctrina sancta ; ille invidus diabolus et omnis bonitatis detractor, jacula inimicitiæ in suos satellites emisit ; et contra B. Marcum æmulos accendens, sperabat tumorem nequitiæ suæ contra eum excitare. [Sed frustra] : scriptum est enim, Beatus vir qui spem suam po- Ps. 39, 5 suit in Domino ; et, Justus quasi leo considens, non Prov. 18, 1 timet adversitatem hujus mundi. Direxerunt autem epistolam ad Joannem Præsulem de B. Marco, ita dicendo, et in verbis diaboli talia depromendo : Do- *accusatur Episcopo Lucerensi* mine Præsul, cui Deus concessit tantam bonitatem, qui omnes homines ut filios diligis, et verbis tuis scrutaris arcana ; iste Marcus Presbyter, quem tua Dignitas sublimavit honore Sacerdotii, tua præcepta contemnens, et monita tua conculcans, in domo sua nefariam rem agit, stuprum scilicet cum duabus puellis ; et in deliciis et epulis crassatur, et magicis artibus quotidie vacat : nisi hanc rem tuo jussu emendaverit, pessimum malum accidet patriæ nostræ. O novi Judæ typus ! et nova Judæorum inventio ! O iniqua labia ! Ille contra Dominum magistrum suum invidiæ fomite succensus dicebat, in Pythonis

A Pythonis arte facit miracula : isti de B. Marco dicebant, Magicis [eum] artibus vacare : Judæi Dominum per invidiam tradiderunt Pilato, et falsos testes super eum miserunt ; et isti B. Marco per invidiam detractabant, ut traderent damnationi. Sed ille Deus omnipotens, qui omnia novit antequam fiunt, non deserit servos suos, quia non repellit Dominus plebem suam usque ad finem.

a quo accersitus, missos ejus placide excipit

5 Cum autem lecta fuisset nefanda epistola ante conspectum Episcopi, in furore accensus quod de tam venerabili viro talia audisset, quando dura et lubrica fama de eo non esset inventa ; statim ad se vocavit suos duos Diaconos, Vincentium et Aristotelem ; et dixit eis ; Ite in civitatem Trajanam, et adducite ad me Marcum Presbyterum, ut cognoscam veritatem de eo. Illi autem abeuntes invenerunt eum in ecclesia orantem, et dixerunt ei : Veni, quia Episcopus te vocat. Tunc ipse beatissimus Marcus, ut erat efficacissimus, et omni humilitate plenus, dixit eis columbina simplicitate : Fratres, venite oremus. Et prosternens se B. Marcus in terram, oravit : et iterum erigens se, expandit manus suas ad cœlum, cum lacrymis dicens : Domine Deus omnipo-

factaque eorum et cum eis oratione ad Deum,

tens, Pater æternæ majestatis, sancta et æterna Trinitas ; tu in principio ante omnes creaturas Luciferum condidisti, bonumque et sublimem illum

B fecisti, et principatum inter Angelos ei dedisti ; ille autem non dedit honorem tibi Creatori suo ; sed per invidiam et superbiam suam de cœlo in tartara projectus est, ut quantum fuit angelus bonus, tantum efficeretur diabolus malus, unde de illo ait Job ; Dies illa vertetur in tenebras, quod non requirat

Job 3, 4

eam Deus desuper, quia primum hominem per invidiam de Paradiso ejecit, et totum orbem in infernum præcipitavit : Tu Filium tuum D. N. Jesum Christum, per uterum Virginis, ad humanum genus redimendum misisti ; qui formam servi accepit et tentatus est, ut nos de inimici potestate expediret ; mortuus est, ut nos de morte perpetua liberaret ; et in resurrectione sua virtutem diaboli destruxit,

ut oppressæ innocentiæ vindicem et invidiæ ultorem,

et mundum illuminavit. Tu Susannam de falso crimine liberasti, et tres Pueros de camino ignis eduxisti, et ut bonus dominus tuam bonitatem ostendisti ; adjuva me servum tuum, quia in te est spes mea ; quia si tu mihi adjutor es, non timebo quid faciat mihi homo : qui vivis et regnas in secula seculorum.

C 6 [Hac oratione completa] vocavit ad se prædictos Diaconos, et dixit eis ; Venite, sumamus

eosdem invitat ad prandium,

cibum. Vere iste imitatus est magistrum et dominum suum, quia ille sciebat quod tradendus esset a discipulo suo, et a Judæis crucifigendus ; a cœna autem illum non recusavit, et benedictionem proditori suo non negavit : et iste per Spiritum sanctum sciebat, quod per invidiam voluissent contra eum exercere rem nefariam ; ad prandium [tamen] vocavit eos. Cum autem venissent ambo ad domum ejus, Vincentius intravit et accepit benedictionem de sancta manu ejus ; Aristoteles autem, in feritate permanens, non intravit ad eum.

et unius qui recusaverat, sitim miraculo levat

Cum autem [itineri sese dedissent, et] pervenissent [ad....], comprehendit Aristotelem anxietas, et stabat ut spiritum exhalaret. Videns autem B. Marcus damulam, et juxta eam damulos stantes, adjuravit eam et dixit : Adjuro te per Patrem et Filium et Spiritum sanctum, ut stes et non moveas te de loco ipso, donec præbeas huic Diacono lac, ut refocilletur anima ejus, et cognoscat virtutem Domini mei Jesu Christi, quam facit in eis qui sperant in eum. Statim autem damula fixit se, et perrexit Aristoteles, et bibit lac de mamillis ejus, et ipsa damula perrexit illæsa. Tunc veniens Aristoteles et procidens ad pedes B. Marci, osculabatur eos, et flebat fortiter, et dicebat ; Pater D

sancte, indulge et ignosce mihi peccanti : quia tu pius, et ego impius : tu bonus, et ego malus : obsecro, indulge mihi ; ne veniat ira Dei super me, quia mentem malam habui in te. O magnalia Conditoris ! o miracula Redemptoris ! quæ tantam dilectionem habuit in servis suis, ut etiam bestiæ agri obediant jussioni eorum.

a quo pœnitente,

7 Cum autem venissent ad Præsulem, Aristoteles narravit ea quæ gesta in via : et miratus est Joannes Præsul de his quæ audierat. Cum autem hora matutinalis advenisset, dixit Episcopus B. Marco ; Ingrediamur ad ecclesiam, ut vigilias matutinales celebremus. Respondit autem B. Marcus ; Substineat Dignitas tua tantisper, ut audiat mirabilia. Cum autem unius fere horæ spatium pertransisset, audivit B. Marcus signum matutinale in cœlo Angelorum laudibus personare, et dixit ad Præsulem : Erigat Dominus meus aurem suam, et audiat. Cœpit autem Episcopus sursum collum erigere, auribusque intendere, et audire minime potuit. Tunc dixit ei B. Marcus ; Flectamus genua, et oremus. Et cum ambo in oratione persisterent, E

edoctus Marci sanctitatem Episcopus,

audivit Episcopus et B. Marcus hymnidicos Angelorum choros, in cœlo cantantes : et cœpit Episcopus, una cum B. Marco, Deo gratias agere : et dixit Episcopus illum Versiculum ; Disperdat Dominus universa labia dolosa et linguam magniloquam : quia sepulcrum patens est guttur eorum, linguis suis dolose agebant, judica illos Deus : et intrantes in ecclesiam, vigilias Domino celebrarunt. Deinde dixit Episcopus ad B. Marcum : Rogo te, Frater, ut perseveres mecum una hebdomada. Respondit autem B. Marcus ; Quod jubet Dominus meus faciam. Cognita autem Præsul bonitate ac sanctitate ejus, commendavit se in ejus orationibus, et osculando se invicem in caritate Domini remisit eum in propria.

cum eo audit concentus Angelicos

Ps. 5, 11

CAPUT II.

Episcopatus S. Marci, miracula in eo patrata, et sanctus obitus.

Non post multum vero tempus factum est, ut B. Joannes Episcopus dormitionem in Christo acciperet. Tunc Clericorum omnium ac Laicorum una efficitur vox, ut Marcus ad Episcopatum eligeretur, ita ut nullus in hominibus inveniretur, qui non in F

Successor Joanni Lucerinensi electus

ejus electione clamaret, [ob ea quæ antea] objiciebantur huic Sancto præconia, quoniam antequam fieret Presbyter, Confessor Christi esse meruit ; et his assentiens Presbyterorum vox [similia] clamabat. [Ipse vero] indignum se esse dicebat ; assensumque præbere nolens, fugam paravit. Cumque pernoctantes vigilias noctis, non invenissent eum, contristrati sunt. Facta autem diligentia, inventus est ante fores sanctæ ecclesiæ. Sic benedicta ac mirifica Dei clementia, qui noluit Ecclesiam suam tam apto Pastore privari, nutu ejus sanctissimus Marcus ad Episcopatum eligitur ; consecratur vero a Marcellino, Episcopo Urbis Romæ. Tantam [autem] gratiam ei Deus contulit, ut etiam post Missarum solennia celebrata, ablutis manibus, aqua quæ fluebat ex iis, quisquis ex ea gustaverat, a quacumque infirmitate erat detentus, per gratiam Christi, sanus fiebat. Et plura alia miracula per eum Dominus operatus est, quæ aliquantulum huic opusculo inseruimus.

ordinatur invitus,

et miraculis clarescere incipit.

9 Dum die quadam procederet beatissimus Marcus, Confessor Christi et Episcopus, et Missarum solennia in ecclesia celebraret, dæmon per os hominis cujusdam clamabat ; O Marce, ideone Pontificale

A ficale decus adeptus es, ut me torqueres? Ego sciam quid faciam adversum te : suscitabo ex omni parte æmulos tuos contra te. Cui ait B. Marcus : Obmutesce, diabole, et abi ab eo, et ne audeas ultra cum hominibus loqui. Qui statim discessit ab eo, et allisit hominem illum in terram, et factus est quasi mortuus. Tunc sanctissimus Marcus, tenens manum ejus, erexit eum, et dimisit eum illæsum abire. Homo autem ille devovit se numquam ab eo discedere, timens ne diaboli potestate iterum male impeteretur. Quid amplius de tali viro sanctissimo dicemus? Erat enim piissimus et omni bono conspicuus : non enim ad personæ potentiam, sed ad morum elegantiam attendebat, a detractoribus aures suas quasi a serpentibus separabat : circa egenos vero et advenas ita solicitudinem exhibebat, ut secundum verbum Christi [ipsum] esse in his crederet : Clericorum omnium ita curam gerebat, ut Clericos pauperes de sua facultate ditaret.

EX MS. BOVIN. Energumenum liberat,

10 Dic igitur, minister tenebrarum, ad quid te adjuvabunt jacula tua, quæ contra Sanctum Dei injecisti? Ille triumphavit, tu superatus es : ille in cœlo gaudet cum Sanctis; et tu in inferno luges B cum ministris tuis : illi in judicio stola candida et corona immarcescibilis parata est; tibi gehenna, et catena ignea, et vermes qui numquam moriuntur. Non suffecit tibi primus homo, quem per invidiam de paradiso ejecisti; sed contra B. Marcum invidiæ faculam succendisti. Numquid non potuisti in paradiso aliam bestiam invenire, quæ tuis voluisset obedire præceptis, nisi serpentem? Et qualis dominus, talis et famulus : quia scriptum est, Omne animal simile sibi diligit. Ille aridus in terris, tu aridus in cœlo : ille callidus et tortuosus est inter animalia cuncta, tu callidus et tortuosus es inter angelos sanctos : ille veneno est plenus, tu omni dolo repletus : ille terram comedit, et hominibus est inimicus : tu catenis igneis ligaris. Sed redeamus ad ea quæ inchoavimus.

ad dæmonis confusionem.

Eccli. 13, 19

11 Cum autem ad Pontificatum electus est B. Marcus, non est in gloria humana elatus : sed in bonitate et humilitate perseveravit; et qui antea abstinentiam habuit in corpore suo, modo duplicatam abstinentiam sibi injunxit. Fama autem bonitatis [ejus] crescebat per singulos dies, et miracula ejus per totam Apuliam divulgabantur. Fuit quidam homo in eadem civitate, qui dolore capitis vexatus, cæcus est effectus : qui per manus filiorum deductus ad cellam, ubi B. Marcus Confessor C Christi sedebat; procidit ad pedes ejus, et dixit : Adjuva me, Pater sancte, et redde mihi lumen oculorum meorum : quia credo et confido, quia quæcumque postulaveris a Deo dabit tibi. Tunc B. Marcus fecit orationem super eum, et dixit : Domine Deus omnipotens, Jesu Christi unigenite fili Dei, qui oculos cæci nati aperuisti, et Lazarum quatriduanum a monumento resuscitasti, et filiam Archisynagogi salvasti, et dixisti, Petite et accipietis; quæro de tua sancta misericordia ut huic homini lumen restituas; ut cognoscant homines, quia tu es Deus, benedictus in secula seculorum. Et ponens manus super oculos ejus dixit, In nomine Patris et Filii et Spiritus sancti, aperi oculos tuos, et vide lumen hujus mundi, ut honorifices Deum qui te creavit : statimque recepit lumen, et sanus effectus est.

Civem Lucerinum cæcum

manuum impositione illuminat :

12 Interea cum B. Marcus Pontifex, Christi Confessor, per plateam civitatis transiret, occurrit ei mulier vidua : et prosternens se ad pedes ejus, dicebat; Pater sancte, subveni mihi peccatrici et viduæ, quia unicus filius meus defunctus est : sed rogo te, ut venias, et stes super eum, et imponas manus super eum : potens est enim Deus, per te famulum suum, mihi reddere filium meum, et dolo- D rem viduitatis lenire. Quod audiens B. Marcus cœpit flere fortiter, dicens; Recede a me, mulier; quia ego homo peccator sum, et hoc ministerium Apostolorum fuit. Dixitque ei mulier; Per eum cujus tu es famulus, et cui a juventute oblatus es, non dimittam te nisi veneris ad eum. Cum [igitur] tetendisset B. Marcus iter ad domum mulieris, invenit puerum jacentem sine anima, et circa eum vicinos et cognatos plorantes, et ejecit eos, et clausit ostium post se : et prosternens se in oratione cum lacrymis dicebat; Pater æterne, Trinitas summa, Deitas una, qui per Elisæum Prophetam filium mulieri [Sunamitidi] restituisti, et lacrymas viduæ [Naim] suscepisti, et filium ejus extra portam mortuum elatum resuscitasti; et Chananææ mulieri, clamanti ad te, filiam ejus incolumem restituisti; ad te, Domine clementissime, preces effundo, ut reddere digneris animam hujus infantis in hoc corpusculo : et exaudi me peccatorem deprecantem te, quia tu es Salvator mundi, et omnia sub tua ditione consistunt, et nihil est tibi difficile. Et cum hanc precem effudisset ad Dominum, statim revixit puer : E et vocavit matrem ejus, et reddidit eum illi et cognatis.

Viduæ unigenitum defunctum

oratione super eum facta resuscitat.

13 Hæc breviter de vita vel actibus B. Marci, Confessoris Christi, dicta sunt : nunc de ejus morte narrare studuimus. Cum jam esset B. Marcus annorum sexaginta duorum, febri correptus spiritum Deo reddidit : et depositionis ejus dies celebratur Nonis Octobris : qui testamentum fecit, et sibi placuit ut in civitate Bovini sepeliretur : quod honorifice factum est : et super sanctum corpus ejus ecclesia sui nominis locata est; cunctorumque Sacerdotum et plebis universa turba, qui ad sanctissimum viri Dei obitum venerunt, omni suavitate odoris repleti sunt, ac si illic fuissent omnia aromata diffusa. Sacerdotes plorabant, de Patre amisso; Populus lamentabatur, quasi grex de Pastore suo, dicens; Euge Pater beate, redde Deo talentum duplicatum, pro nobis intercede apud misericordiam Dei : ora pro nobis B. Marce; fave precantibus, audi voces psallentium et deprecantium te; qui sanctissime pieque moreris, pro nobis Christum deprecare, ut tuis orationibus mereamur ad regna paradisi pervenire lætantes.

Sexagenarius moritur, 7 Oct.

et sepelitur ut Sanctus.

CAPUT III.

F

Miracula facta interventu S. Marci circa tempora Auctoris.

Sed quæ Salvator noster Dominus Jesus Christus, per hunc Patrem nostrum, beatissimum Marcum, Confessorem et Episcopum, hoc in fragili mundo operari dignatus est, silentio minime prætereunda sunt. In his nostris temporibus æger quidam, de longinquis partibus ad aulam Sancti hujus advenit; qui cum maximo oppressus languore in suo corpore fuisset, junctis cum clunibus plantis, ita ut nullo modo proprio gressu incedere valeret, prout poterat scabella manibus deferendo super genua gradiebatur : qui quamvis in eadem civitate Bovini *a* jamdiu moratus esset, ibique eleemosynis, quæ pro Dei amore sibi dabantur, viveret; assidue tamen vigiliis et orationibus Dominum et Salvatorem nostrum Jesum Christum deprecabatur, quo per B. Marcum, Confessorem et Episcopum, sibi misericordiam concedere dignaretur. Sic vero cum multis temporibus in pœna perduraret, nimioque languore defessus esset; orationem incessanter ad Dominum fundens, veniam postulabat, dicens; Domine Deus omnipotens, cœli terræque Creator, cui cuncta famulantur elementa,

Fa de contractus et genibus reptans,

a

A elementa, cui Cherubim et Seraphim Sanctus, Sanctus, Sanctus proclamant, cui Angeli et Archangeli omnesque creaturæ obediunt : te deprecor, adesto mihi misero, ut oculorum meorum lacrymas suscipias ; et concede, ut apud tuam clementiam medelam percipere merear. Et cum hanc orationem fudisset ad Dominum, et ante fores ecclesiæ Beatissimi Marci lacrymantibus oculis adstitisset, quod quæsivit habere meruit.

atque ecclesiam Sancti frequentans,

15 Quadam vero die, cum solito more ad ecclesiam hujus sanctissimi Patris adventasset, contigit ut in porticu ejusdem ecclesiæ pueri ludum nucum facerent, ipse quoque secundum posse suum cum iis ludebat, iisque eum decipientibus adversa sibi plurima inferre nitebantur. Hic itaque tantis constrictus deceptionibus, in ipso ludo quo cum pueris luserat suspirans, oculosque ad cœlum tendens cum lacrymis, Deum ac B. Marcum deprecabatur. Tunc subito, nutu Dei et virtute Spiritus sancti, salutis gratiam in corpore nec non in pedibus a Christo recepit. Qui continuo erexit se gaudens, laudesque Deo et B. Marco, cunctique cum eo adstantes, reddere cœperunt. Hæc ubi Bovinatium venerabili Episcopo *b* Addoni delata sunt, accersitis Canonicis

dum inter pueros ludit ante fores,

subito gressu donatur

b

B cunctisque ejus civitatis Clericis, una cum plebe, cum laudibus et hymnis corde et ore Dominum laudantes, ecclesiam ingressus est. Tunc Episcopus, et qui cum eo erant, sanctæ Trinitati orationem et vigiliarum obsequia referentes, Deum Patrem, et D. N. Jesum Christum, atque beatissimum Marcum, de tanto ac tali miraculo, corde et ore unanimiter laudare et glorificare cœperunt. Denique languidus, qui obnixe valida infirmitate fuerat depressus, diu in eadem urbe sanus et incolumis, serviens Deo ac B. Marco, permansit. Hoc autem miraculum, quod ad laudem et gloriam D. N. Jesu Christi et B. Marci, Fratres carissimi, gestum est, indubitanter cunctis sanctæ Ecclesiæ fidelibus noscatur esse credendum. Nos autem miselli, misericordiam Dei et hujus nostri Patroni incessabiliter imploremus, ut per eum veniam delictorum percipere mereamur, et in cœlo cum illo sedem gloriæ possidere valeamus, ipso adjuvante, qui cum Patre et Spiritu sancto vivit et regnat, in secula seculorum.

unde D[illegible]

16 Eodem autem tempore fuit quidam familiaris cujusdam Archipresbyteri ecclesiæ sanctæ Dei genitricis et virginis Mariæ, Leonius nomine, sicut a quibusdam fidelibus memoratur : qui cum generis

Paralyticus eodem allatus,

C sui domesticos revisere vellet, iter arripiens ad eos causa visendi gratulabundus perrexit. Cum autem redeundi visis cognatis viam cepisset, protinus in ipso recessu tam importunus eum dolor invasit, ut evadendi nulla fiducia [superesset]. Vix itaque ad propria rediens, manus ejus ac pedes nec non et tibiarum nervi ita aridi effecti sunt, ut eos neque extendere neque replicare valeret. Cum autem ita languidus et implicitus jaceret ; manibusque alienis cibum ac potum, ut ejus corpus sustentaretur, ore reciperet ; propinquos suos oravit, ut ad ecclesiam B. Marci eum deferrent. Quo delatus, in eadem ecclesia lectulum sibi parari fecit : cognati vero ejus ad eum venientes, eique cibum deferentes, cum lacrymis dicebant : O B. Marce, sanctissime [Præsul], qui [tot] miseris tua patrocinia præstolantibus veniam concedere dignatus es, auxiliare nobis, et huic languenti subvenire non differas. Ejusdem autem misericordia [motus] Bovinatis Ecclesiæ Episcopus, et Archipresbyter quem supra memoravimus, cum aliorum cœtibus Clericorum, sæpissime ad eum venientes, litanias pro eo et orationes ad Dominum suppliciter effundebant.

17 Hæc per unius anni circulum super infirmo ab eis acta sunt : inter hæc vero cum infirmus et debilis atque attritus jaceret in stratu suo, beatumque Marcum in eadem ecclesia crebrius [illi] visitarent cum multitudine ; Sanctorum exercitus, inquietæ noctis silentio, psalmodicas laudes Deo referre, se videre et audire dicebat. Unde factum est, ut in solennitate venerandæ atque adorandæ Crucis Salvatoris D. N. Jesu Christi, beatissimus Marcus ad ecclesiam visitandam, ut solitus fuerat venire dignatus est. Sed cum vigilias Domino retulisset, ut superius diximus, hujuscemodi verbis beatissimus Marcus languentem præmonuit, dicens ; Quid hic tam diu moraris? et cur non viam tuam peragis? Cui languidus ait : Et quomodo hinc recedere valeo, qui tanto languore depressus assisto? Tunc Sanctus, accedens ad eum, inquit : Da mihi dexteram, ut meum levamen te habere cognoscas. Hæc autem dicente B. Marco, paulatim languidi manus adhærebat parieti, juxta quem sibi lectulum sterni fecerat : erigens autem se, manum Sanctissimi hujus apprehendere cupivit, qui statim ab oculis ejus sublatus est. Concedente itaque, Fratres, divinæ pietatis misericordia, is qui fuerat infirmus,

D

Ex MS. Bovin.

post annum unum continuatæ preces,

a Sancto sibi apparente

E sanus effectus est, sicut ei Sanctus prædixerat : ad cœlum [autem] manus extendens cum gaudio, Deum et B. Marcum laudare et benedicere cœpit. Tunc Episcopus, cum universo Clero et multitudine civitatis, de tanto miraculo stupentes, immensas laudes Domino reddebant, eum glorificantes qui tanta beneficia Sanctis suis largiri dignatus est.

erigitur sanus

18 Non est prætermittendum, Fratres carissimi, quod Deus per hujus sancti Patris nostri Marci [intercessionem] operari dignatus est. Eodem namque tempore erat vir quidam, civitatis Bovini habitator, dives valde, calceamentorum arte peritus ; qui cum corporis illecebris deditus esset, animæ curæ oblitus, gravissimum corporis incurrit periculum. Nil mirum namque est, quia avaritia carnis inimicatur animæ, sicut scriptum est, Spiritus concupiscit adversus carnem, caro autem adversus spiritum : idcirco in grave delictum plerumque mortales labuntur. Sic est enim. Cum multis ditaretur opibus, non memoravit illud Propheticum ; Honora Dominum de tua substantia, et de primitiis frugum tuarum da pauperibus : sed cœlestia despiciens, terrena amplectens, Deo Patri ac D. N. Jesu Christo obedire ac servire omnino neglexit. Contigit [autem] quodam die, cum solus in domo sua permaneret, nullusque alius adesset,

Opulentus sutor, sed avarus,

Gal. 5, 17

Prov. 3, 9

occupatur a dæmone furioso,

F in maximam elevatus contumaciam, nullamque jacturam indigentiæ pertimescens, quod laqueo sathanæ irretitus est ; et immundo spiritu præoccupatus, immoderate cœpit vexari, ita ut etiam a multis teneri minime posset. Sed quia Deus non vult mortem peccatoris, sed ut convertatur et vivat ; ideo quem diligit, sic arguit, corripit, et castigat, ut illi veniam præstet : ideoque, Carissimi, unusquisque peccatorum maculas lacrymis purget, ut per concupiscentiam terrenarum deliciarum fructum patriæ cœlestis non amittat.

19 Cum [ergo ille] ad aulam S. Marci, lamentantibus amicis, ejusque vicinis lugentibus munitus, esset adductus, spumans, et oculos ac manus nec non pedes contorquens, pluribusque deditus furiis, in ecclesia usque in sero permansit. Cum autem [sol] occubuisset, spiritus immundus eum insiluit, et caput ejus agitare ac vultum laniare magis magisque compellebat. Ast ubi Clericorum chorus et amici ejus hoc intuiti sunt, cum lacrymis se in terram projiciunt, Dominum et B. Marcum flagitare non desistunt ; et exurgentes inde, per totam noctem Deo laudes, cum psalmis et hymnis canticisque spiritualibus devote persolvunt : mane autem facto, celebratis Missarum solenniis expletisque Horis ad propria remearunt. Ille autem qui vexatione

trahitur ad ecclesiam Sancti.

ubi ab alio fortiori invasus,

Ex MS. Bovin.

A tione dæmonii languidus erat, per totum diem aliquantulum quietus permansit : sed cum spatium mediæ fere noctis transiret, subito alius spiritus immundus eum arripuit : ut eum vexare et turbare non cessaret : nulla hora ei concedebatur ad requiem. Itaque cum in tantis tribulationibus et angustiis esset illapsus, hominibus sibi adstantibus, diabolum stantem se videre ad sanctæ ecclesiæ fenestras dicebat, et cum manibus annuens clara voce clamabat. Tunc omnes et adstantes, cum viderent eum ita turbari, nimio pavore nimioque terrore perculsi, solo se prostraverunt, Dominumque et B. Marcum invocare cœperunt dicentes ; O ! Sancte Marce, qui filium viduæ exanimem ad vitam revocasti, qui cæcis visum contulisti, leprosos mundasti, paralyticis incolumitatem dedisti, lunaticos solvisti, dæmonia de obsessis corporibus ejecisti ; te suppliciter quæsumus, ut huic valida infirmitate defesso, salutem præstare digneris.

cunctis pro eo deprecantibus,

20 Ad hæc uxor languidi, visu intuens suum virum in tantam devenisse angustiam, comam evellens, lumina discerpens, vultum lacerans, pectus percutiens, atque ut obluctantibus oculis erat deprecans Deum, tandem ad domum suam perrexit, et pro sui viri amore eleemosynas egenis, pauperibus, viduis, et orphanis incessanter erogare constituit. His ita peractis ad ecclesiam iterum revertebatur ; ibique cum oblationibus et thymiamatibus precibusque ac lacrymis, vigilias et orationes ad Dominum fundebat. Clerici autem super caput languidi manus imposuerunt, desuper autem aquam sanctificatam asperserunt ; et signum sanctæ Crucis per totum corpus inferendo, corde et ore dicebant : O ! beate Marce, fave nobis precantibus, et veniam concede poscentibus. Qui salutem miseris variisque languoribus obsessis præstare non cessas ; huic famulo tuo, diabolica fraude decepto, subvenire digneris. Cumque hanc orationem ad Dominum fudissent, quoniam timentibus Deum nihil deest, quidquid petierunt a Domino invenire meruerunt. Ille vero, qui obtentus a diabolo diu extiterat, annuente divina gratia, liberatus est ; et salutem ac prosperitatem animæ et corporis, per intercessionem S. Marci Confessoris et Episcopi, a D. N. Jesu Christo percipere meruit. Tunc ille, et qui cum eo ibi advenerant, laudes Deo et beatissimo Marco referre, excelsis cum vocibus ad cœlum, minime cessabant. Hoc autem omne, Fratres carissimi, quod Deum, per beatissimum Marcum Antistitem, fecisse legimus, absque dubio est tenendum fidelibus : nos autem quod oculis nostris vidimus et auribus audivimus, satagimus memoriæ explicare.

una cum ægri uxore, B

tandem liberatur.

C

21 Erat in eadem civitate habitatrix paupercula, cujus brachium per triennium exsiccasse dicebatur, ita quod ipsum aliquo modo ducere ad os minime valebat : cuncta vero quæ habere poterat in medicos erogare curaverat, sed nullum ab iis salutis perditæ levamen invenit. Et cum secum revolveret, et diu noctuque cogitaret quid deinde agere posset ; tandem, divina gratia inspirante, immensis cum cereorum luminibus ad B. Marci ecclesiam cucurrit ; ibique cum lacrymis Dominum et B. Marcum Antistitem obsecrare non neglexit. Huic namque mos erat prius veniendi ad ecclesiam beatæ Dei genitricis virginis Mariæ, ibique preces ad Dominum fundebat ; deinde auditis Horis, ad beatissimi Marci ecclesiam se ferebat, Deumque exorando peccatorum suorum sibi veniam postulabat. Attendens vero illud quod Salvator noster, Dominus Jesus Christus, suis fidelibus promisit, dicens illis ; Petite et accipietis, quærite et invenietis, pulsate et aperietur vobis ; omnis enim qui petit accipit, et qui quærit invenit, et pulsanti aperietur ; Psalmista namque sic ait, Delectare in Domino, et dabit tibi petitiones cordis tui : qui enim postulat quæ Deo placita sunt, justa postulat, et suam petitionem suamque orationem cognoscit audiri. Hæc, inquam, omnia, Fratres carissimi, paupercula considerans, sperabat accipere quæ a Deo promissa sunt. Sciendum namque est, quod ad audienda sacra Mysteria plerumque ante lucem ad ecclesiam venire visa est ; quæ cum ceteros fideles in templo Dei præcederet, post omnes devotissime regrediebatur. Adveniente igitur hujus beatissimi Marci annuali solennitate, ad ejusdem ecclesiam sitibundo corde, ut solita erat, festinando pervenit. Cum autem Episcopus *c*, vir religiosissimus atque omni honestate præclarus, cunctis cum Clericis nec non et cum plebe, Vesperarum obsequia explevisset ; brachium mulieris, quod per triennium, ut diximus, arefactum extiterat, intercedente B. Marco Patrono nostro, omnibus adstantibus plene solidatum apparuit. Ad hoc non est silendum, quod eodem die, in quo mulier medelam a Domino accepisse dicitur, quidam a dæmonio vexatus, divina annuente dispensatione, a mali deceptoris fraude liberatus est.

Paupercula brachio suo arido

Luc. 11, 9

D

Ps 36, 4

remedium impetrat,

in festo Sancti.

c

E

22 Quis unquam, Fratres carissimi, enarrare poterit mirabilia, quæ Deus pro hujus sanctissimi Patris dilectione operatus est ? Etsi omnes artus mei corporis in linguas verterentur tanti viri laudes atque virtutes, quas per eum Dominus gessit, enucleare minime valerem : id autem parum, quod nostra memoria retinet, vobis denotare curavimus. Post hoc vero tempus, quo defunctus est sanctissimus ac beatissimus Pater noster, Marcus Episcopus, Constantinus Augustus, qui et *d* Constans est appellatus, cupiens Italiam a Longobardorum manibus eripere, Constantinopoli egressus, per littoralia iter habens, Ecanam venit ; Ioniumque mare transiens, gressus Tarentum *e* applicuit : qui tamen prius ad Solitarium venit, qui prophetiæ spiritum habere dicebatur, et diligenter ab eo sciscitatur, utrum gentem Longobardorum, quæ in Italia habitabat, superare et obtinere possit. A quo cum servus Dei spatium unius noctis expetiisset, ut pro hoc ipse Domino supplicaret ; facto mane ita eidem Augusto respondit : Gens Longobardorum superari modo aliquo non potest, quia Regina quædam *f*, ex alia provincia veniens, Basilicam B. Joannis Baptistæ in Longobardorum provincia construxit *g*, et propter hoc B. Joannes pro Longobardorum gente intercedit : veniente autem tempore, quando ipsum oraculum despectui habebitur, tunc gens ipsa peribit.

Veniente in Italiam contra Longobardos Constante, Imp Heraclii nepote,

d

e

f

Luceriaque destructa

g

F

23 Igitur *h*, ut diximus, Constantinus Augustus Tarento egressus, Beneventanorum fines *i* invasit ; Luceriam quoque opulentam Italiæ civitatem invadens, expugnatam diruit, et eam usque ad solum prostravit : ab eoque tempore fere octoginta octo anni sunt *k*, ex quo absconditus est libellus sancti ac beatissimi Marci, Confessoris et Episcopi, dum modo in his temporibus duo illustrissimi viri, Bovinenses concives, iter arripientes in Apuliæ partibus, inventus est ibi : quem retulerunt ferentes ad ecclesiam S. Marci Bovinensis Sedis, ubi sacrum ejus corpus locatum est, ad laudem et gloriam Sanctorum, anno quo inventus est libellus S. Marci, ab incarnatione D. N. Jesu Christi DCCCCXCIV *l*, quo per meritum et interventum ejus nos præmia regni cœlestis adipisci mereamur, opitulante D. N. Jesu Christo, qui cum Patre et Spiritu sancto vivit et regnat, in secula seculorum. Amen.

h

i

absconditur libellus de S. Marco,

k

qui an 994 repertus Bovinum defertur.

l

ANNOTATA

A

ANNOTATA D. P.

a *Hic* Bovinum, *inferius deinceps* Bibinensis *scribebatur, quod uniformitatis causa mutavi, alias* Bibinam *habent monumenta omnia seculi* XI *apud Ughellum.*

b *Ecgraphum*, ad dona; *unde non dubitavi nomen proprium formare : Ughello primus* Odo *occurrit in publicis tabulis, qui huic Sedi præfuerit, etsi alii fortassis ante eum : occurrit autem pro anno* 1061 *et* 63.

c *Odoni, mediate vel immediate, successit apud Ughellum* Hugo, Episcopus sanctæ Sedis Bibinæ, *ut in antiquo Episcopii marmore legitur : ejus nomen an.* 1099 *subscriptum invenitur cuidam Lucerini Episcopi donationi. Alteruter ergo hic intelligatur; vel certe* Giso, *cujus memoriam servant tabulæ Bovinenses annorum* 1100 *et* 1118.

d Constans *seu* Constantinus, *Heraclii Imp. ex filio Constantino nepos, ab an.* 651 *ad* 668 *Imperium tenuit.*

e *Expeditionem hanc, ex Paulo Diacono lib.* 5 *cap.* B 6, *refert Baronius ad an.* 663 *num.* 7. *ubi consultus Solitarius narratur usus verbis, hic ex Paulo transcriptis.*

f *Scilicet* Theodolinda *Bavara, quæ anno* 591 *Agilulfo Longobardorum Regi nupta, ipsum cum tota gente adduxit ad Christianam Catholicam fidem.* D Ex MS BOVIN.

g *De hac ecclesia, post an.* 616, *quo obiit Agilulfus, extructa, singularique Longobardorum ex eo tempore erga Baptistam devotione, agit Paulus lib.* 4 *cap.* 22.

h *Addit Paulus :* quod nos ita factum probamus : qui ante Longobardorum perditionem *a Pipino Rege Francorum cœptam, et a Carolo Magno perfectam an.* 774, eamdem B. Joannis basilicam, quæ utique in loco qui Modoetia dicitur est constituta, per viles personas ordinari conspeximus; ita ut indignis et adulteris, non pro vitæ merito, sed præmiorum donatione, idem locus venerabilis largiretur.

i *Idem lib.* 5 *cap.* 7 *et* 11, *agit de hac imperatoris expeditione, quem ab Italia in Siciliam cum confusione reversum ait,* anno sequenti, Indictione VII; *adeoque prædicta omnia facta videntur per æstatem anni* 663, *post quam, mense Septembri, initium cepit Indictio* VII.

k *Ergo paulo post annum* 730. *Pluris fuisset notasse, qua de causa libellus, inter ruinas urbis conservatus, fuerit post annos* 88 *absconditus.*

l *Hactenus nulla mentio Translationis alicujus, ut verosimile sit, eam factam, festumque hac* XIV *Junii* E *institutum, post scriptam hanc Vitam.*

DE S. BASILIO MAGNO,

EPISCOPO CÆSAREÆ IN CAPPADOCIA.

VIDE AD CALCEM HUJUS TOMI

COMMENTARIUS PRÆVIUS

§. I. De duplici festo, Ordinationis apud Latinos, et Obitus apud Græcos.

F. B.

AN. CCCLXXIX. *Cultus per Occidentem,*

Magnus Basilius, Cæsareensis in Cappadocia Episcopus, *duos præcipue in sacris Fastis dies habet memoriæ suæ antiquitus consecratos; in Oriente quidem primum Januarii quo obiit, in Occidente vero hunc* XIV *Junii quo putatur consecratus Episcopus, malentibus Latinis primum sui anni diem totum occupari recolendo Dominicæ Circumcisionis mysterio. His recentior Græcorum pietas, seculo* XI *adjunxit tertium, ipsi Gregorioque Theologo et Joanni Chrysostomo communiter celebrandum. De hoc differemus agere usque post Acta vitæ justius explicanda : de* C *prioribus duobus præfari placet. Latinis ergo Martyrologiis hoc* XIV *Junii adscriptus* S. Basilius *est : non sunt tamen antiquissima illa : tacent enim de* Basilio *Hieronymiani Martyrologii ecgrapha omnia; nec non genuinus Beda, omniaque Bedæ vetusta Supplementa, una cum Floro Lugdunensi, ac denique Wandelbertus Prumiensis. Primi in illo nominando, ex communi tamen nescio quo fonte, fuerunt Usuardus et Ado : quorum primus, more suo brevior,* ad XVIII Kal. Julii *sic scribit in omnibus fere exemplaribus.* Apud Cæsaream Cappadociæ Natalis S. Basilii Episcopi, qui tempore Valentis doctrina et sapientia insignis, omnibusque virtutibus fundatus, mirabiliter effulsit. *Per* natalem *diem, alium hic intelligere non possumus, quam anniversarium* Ordinationis, *ut S. Leo Magnus, Sermone tertio in anniversario assumptionis suæ, eum* servitutis suæ natalitium diem *appellat. Ideo hodiernum Romanum Martyrologium, servatis aliis Usuardi verbis, loco* Natalis, Ordinationem *posuit; addiditque*, quod Ecclesiam adversus Arianos et Macedonianos mira constantia defendit.

XIV Junii in Martyrologiis MSS

Dies Ordinationis :

2 *Ado, cujus priora verba transcripsit ejus abbreviator Anonymus, qui sub Bedæ nomine circumfertur, et Baronium aliosque plures fefellit ac fallit; Ado, inquam, ad similem fere Usuardo commemorationem, hic verbis conceptam,* Apud Cæsaream Cappadociæ S. Basilii Episcopi, fratris Gregorii et Petri, *prolixiori elogio eumdem sic prosequitur.* Qui cum esset omnibus virtutibus fundatus, et quodam tempore a Valente Imperatore in exilium pro fide cogeretur, exhibitus ad tribunal Præfecti, terroribusque (ut illi moris est potestati) et minis maximis agi cœpit, ut nisi præceptis Principis obediret, interitum sibi jam jamque speraret impendere. Tunc ille, intrepidus et absque ulla animi perturbatione, hæc sibi minitanti F Præfecto respondisse fertur : Atque utinam aliquid mihi esset digni muneris, quod offerrem huic, qui maturius Basilium de nodo follis hujus absolveret. Cumque daretur ei nox quæ erat media, ad spatium deliberandi; respondisse denuo perhibetur : Ego crastino ipse ero qui nunc : tu te, utinam non mutares! Et illa quidem nocte uxor Imperatoris, velut tortoribus tradita, cruciatur; filius vero, qui eis erat unicus, extinctus, paternæ impietatis solvit supplicia; ita ut ante lucem missi sint, qui rogarent Basilium, ut precibus suis intercederet pro eis, ne etiam ipsi, et quidem multo justius interirent. Sic accidit, ut cum omnes Catholicos expulerit Valens; Basilius usque ad vitæ exitum, intemerato communionis sacramento, in Ecclesia perdurarit. *Hæc ut quoad rem pleraque vera sunt, ita in circumstantiis ab historia multum aberrant; quod patebit consideranti Acta inferius danda. Ex Adone tamen ostenditur* S. Basilium, *annis abhinc octingentis coli solere hac decima quarta Junii; indeque suadetur eadem die consecratum Episcopum; quamvis ignoretur, unde hoc Latini acceperint, tacentibus Græcis.*

Elogium ex Adone,

non in omnibus probatum,

3 *Usuardi Lubecæ excusi et Florarii Sanctorum auctores, cum forsan ignorarent, qua de causa dies hic* Basilio

A *Basilio sacer haberetur*, Translationem *ejus quamdam sed omnibus aliis ignotam excogitarunt. Primus:* Apud Cæsaream Cappadociæ, *inquit*, translatio S. Basilii, Episcopi et Confessoris. *Florarium iisdem addit*, fratris Gregorii et Petri, qui tempore Valentis Imperatoris, doctrina et sapientia insignis; cum ipse Imperator de illius exilio sententiam vellet scribere; primus, secundus, et tertius calamus fractus est; unde indignatus chartam fregit. Claruit anno salutis CCCLXIX. *Manuscriptum S. Gudulæ, non* Translationi *sed* Elevationi, *hujus diei festum adscribit : et recte; si præter ordinarium loquendi modum, per Elevationem intelligeret exaltationem ejus in cathedram Episcopalem. Additur in eodem Florario elogium, ab aliis Usuardi apographis diversum, nec erroris expers.* Apud Cæsaream Cappadociæ, Elevatio beati et magni Basilii, Episcopi et Confessoris, fratris S. Gregorii Nazianzeni et Petri : cui Christus cum suis Apostolis apparens, Ministerium Missæ docuit : et cujus precibus Ephrem Syrus Græce locutus est : quique mortem Juliani Apostatæ per revelationem cognovit, qui vadens ad bellum Persicum, sibi in reditu destructionem Cæsareæ fuerat comminatus. *An intellectus errore, an calami nimium festinantis*, Nazianzenus *pro* Nysseno *hic legatur; non facile dixeris. De aliorum hic narratorum veritate statues, cum Acta inferius danda perlegeris.*

AUCTORE F. B.

Festum hoc perperam adscriptum Translationi,

aut Elevationi.

B

4 *In ritualibus Græcorum libris, hac die XIV Januarii neminem reperio, qui mentionem* S. Basilii *faciat, præter Horologium seu Horarium, ad usum monasterii Cryptæ-ferratæ et aliorum monasteriorum Ordinis S. Basilii, curante Eminentissimo Cardinale Nerlio, Romæ impressum, ubi legitur Divini Officii hic titulus:* Sancti Patris nostri Basilii Magni : *deinde præscribitur Ordo, plerisque desumptis ex prima Januarii : hic enim in præfato Horario S. Basilii festum habetur, solenniter peragendum, simul cum festo Circumcisionis. Et de Basilio perinde ad Missam hoc canitur Troparium.* In omnem terram exivit sonus tuus, ut susciperet sermonen tuum, quo nos divine congruenterque erudivisti, explanans naturam rerum, et mores hominum exornans. Regale Sacerdotium, Pater sancte, intercede apud Christum Deum nostrum, ut salventur animæ nostræ. *Huic subjungitur de Circumcisione simul Troparium.* Qui sedes in excelsis super thronum instar ignis splendidum, cum Patre æterno et divino tuo Spiritu, dignatus es nasci in terra ex matre tua intacta virgine, et circumcidi puer octo dierum : sit gloria optimo consilio tuo, gloria incarnationi tuæ, gloria summæ erga nos demissioni tuæ, unice hominum amator. *Hinc rursus ad Basilium* : Tu basis inconcussa Ecclesiæ, præbens cunctis mortalibus inviolatum refugium, tuaque confirmans dogmata; cœli instar resplendens, sancte Basili. *Similiter et primum vetustiusque Officium, descriptum in Menæis, Festi atque Sancti encomia miscet: et in Vesperis quidem habet tres Versus similares, ut vocant; quorum primus de Festo adscribitur* Byzanti: *duo autem de Sancto dicuntur esse* Basilii et Joannis Monachorum, *quorum posterior videtur esse Damascenus, idem et auctor Canonis prolixi de eodem Sancto, cui elogium de vita interponitur, hoc disticho præeunte*

Græci in Occidente etiam hoc festum colunt.

Item in recentiori omnes 1 Januarii,

C

una cum Officio de Circumcisione.

Ζῇ Βασίλειος καὶ θανὼν ἐν Κυρίῳ

Ζῇ καὶ παρ' ἡμῖν ὡς λαλῶν ἐκ τῶν βίβλων.

Basilius, etiam mortuus, Domino vivit;

Nobisque vivit, in suis loquens libris.

Extat apud Combefisium oratio S. Amphilochii, Iconiensis Episcopi, in Domini circumcisionem, in quo ille sic de S. Basilio *loquitur*: Hic circumcisione, quæ fit in spiritu et divino baptismate, magno animo prædicata, perspicue admodum si quis alius Dei cultor, circumcisionem in carne submovit : idcirco etiam, ejus ad Deum a terra et corpore solutio migratioque non abs re, neque (ut quis præter rationem fuerit suspicatus) a casu, hodierna die circumcisionis Jesu, media divinæ Christi nativitati baptismoque renuntiatione et exaltatione, spiritualem circumcisionem exaltaverit, sacra memoriæ ejus die, una et ipse resolutius, ad Christum exaltari meruit : decretumque fuit ut per id tempus, annua ejus memoria celebritasque recorderetur, idcirco universalis per omnes orbis partes Sanctorum universorum Ecclesia, sanctissimam ejus sacramque die hac agens glorificansque memoriam, gratissimis Deo laudibus, una Christum, qui gloriosus est in Sanctis suis, canticis celebrat et glorificat.

D

quod etiam probat Orat. S. Amphilochii,

5 *Menæa quoque Venetiis excusa, prima Januarii, ut jam dicere cœpi, Officium* S. Basilii *solenniter celebrandum, simul cum Festo Circumcisionis præscribunt hymnis variis canticisque ad honorem Sancti intextum, quibus orthodoxa ejus doctrina, pastoralis solicitudo, casta conversatio, miraculorum gratia cœlitus concessa, laudantur. Exemplo, reliquis omissis, sint hæc :* Diffusa est gratia in labiis tuis, sancte Pater, et factus Pastor Ecclesiæ Christi docuisti rationales oves, credere in Trinitatem, Consubstantialem in una Deitate. Miraculorum gratia cœlitus exornatus, fraudem idolorum prædicatione confudisti, Antistitum princeps, gloria, fulcimen, beatissime Basili, et Patrum omnium doctrinæ exemplar. Fiduciam apud Christum nactus, ipsum deprecare, ut salventur animæ nostræ. *Ex Metrico etiam Synaxario seu Kalendario dies obitus ejus hoc versu annuntiatur.*

et Memoria in Menæis.

E

Ἰαννουαρίοιο θάνες Βασίλειε πρώτῃ.

Ipsis occumbis Jani, Basilie, Kalendis.

Tunc etiam ejusdem festum præcipuo cultu celebratur in sanctissima magna ecclesia *Constantinopoli*, *uti legitur in fine Elogii historici, quod hoc die recitandum præscribitur in Menæis excusis. Elogium hoc non caret mendis : quare, eo omisso, satis habeo producere aliud brevius, sed vetustius et accuratius, ex Menologio Basilii Imperatoris, circa annum 984 conscripto, hac verborum forma.*

6 Ὁ ἐν Ἁγίοις Πατὴρ ἡμῶν Βασίλειος ἦν ἐπὶ τῆς βασιλείας Οὐάλεντος, ὃς τὸν Οὐάλεντα τὰ Ἀρείου τοῦ αἱρετικοῦ φρονοῦντα παρρησιαζόμενος ἤλεγξε, καὶ ἔπεισε πρὸς ὀλίγον τὴν αἵρεσιν ἀρνήσασθαι, εἰ μὴ αἰσχυνόμενον αὐτὸν ᾐδεῖτο· ὅμως εἰ καὶ τὴν αἵρεσιν τελείως οὐκ ἠρνήσατο, τέως καὶ τῇ Ἐκκλησίᾳ προσῆλθε, ἱερουργοῦντος τοῦ μεγάλου Βασιλείου, καὶ δῶρα προσέφερεν. Ἦν δὲ ὁ μέγας Βασίλειος υἱὸς Βασιλείου τοῦ ἀπὸ τοῦ Πόντου, καὶ Ἐμμελίας τῆς ἀπὸ τῆς Καππαδοκίας, ὅστις ἐν σοφίᾳ καὶ γνώσει πάντας καὶ τοὺς πάλαι ἐνίκησε, κατεξαίρετος δὲ τοσοῦτον ἐγένετο εὐλαβής, ὡς καὶ ἀρχιερεὺς γενέσθαι τοῦ θρόνου Καισαρείας, ὅπου καὶ πολλοὺς ἀγῶνας ὑπὲρ τῆς ὀρθοδόξου πίστεως ὑπομείνας, καὶ βασιλεῖς καὶ ὑπάρχους καταπλήξας, καὶ τῶν αἱρετικῶν τὰ στόματα φράξας τοῖς λόγοις, καὶ βιβλία πλεῖστα συγγραψάμενος, καὶ μυρία θαύματα ἐργασάμενος, ἐν εἰρήνῃ πρὸς Κύριον ἐξεδήμησεν. S. Pater noster Basilius floruit sub Valentis Imperio. Valentem vero, Ariana hæresi infectum, liberius admonendo redarguit, persuasitque propemodum hæresim abjurare, si non sibi id dedecori futurum timuisset : quamvis enim hæresim plene non abjuraverit, accedebat tamen ad ecclesiam, magno Basilio rem divinam faciente, et dona offerebat. Erat vero magnus Basilius filius Basilii Pontici, et Emmeliæ Cappadocis. Vir iste egregius: sapientia et doctrina coævos æque ac antiquos superavit. Pietatis vero erat tam eximiæ, ut in Thronum Episcopalem Cæsareæ evectus sit; ubi et multa certamina pro orthodoxa fide sustinuit; stuporem simul et terrorem Imperatoribus et Præfectis incutiens, hæreticorumque ora dicendi vi obturans : ac tandem, cum multos libros scripsisset, et plurima patrasset miracula, in pace migravit ad Dominum.

F

Elogium ex Menologio Basilii Imp

pro 1 Januarii.

A

Quando etiam Latini aliqui ejus meminerunt.

7 *Neque solum in sacris Græcorum fastis hac die adscriptus est* S. Basilius; *sed tanta festi solennitas, quæ per Orientem prima Januarii ad ejus venerationem instituta est occasionem præbuit antiquioribus Martyrologis Latinis, ejus memoriam saltem aliquam eadem quoque die faciendi. Inter eos Beda supposititius habet,* S. Basilii Episcopi. *Usuardus Coloniensis,* in Cæsarea Cappadociæ depositio S. Basilii. *Maurolycus* in Cæsarea Cappadociæ depositio S. Basilii Episcopi, cujus celebritas decimo octavo kalendas Julii potissimum recolitur. *His, elogium et annum mortis perperam designatum, addens Floriarium;* Qui, *inquit,* tempore Valentis Imperatoris doctrina et sapientia insignis, omnibusque virtutibus fundatus, mirabiliter effulsit. Obiit circa annum Domini CCCLXXXIII. *Notkerus, a reliquis omnibus diversissimum elogium texens, ad eumdem 1 Januarii,* In Cæsarea, *inquit,* metropoli Cappadociæ, depositio S. Basilii Episcopi, qui Regulam Fratrum et multa alia utilia conscripsit; et super multa mirabilia quæ fecit, chirographum perditi hominis, quod diabolo fecit, orando recipere meruit; et diem mortis suæ propter conversionem Joseph hebræi distulit, et conscriptionem cujusdam nefandi B sceleris etiam defunctus abolevit. *Sed hæc ex Pseudoamphilochio sumpta, quam exiguam fidem mereantur, infra patebit.*

Notkerus sumit elogium ex Pseudoamphilochio.

§. II. Auctores coævi aliique, ex quibus ipsiusque Basilii operibus Acta colligenda.

S. Ephrem encomium Basilii scripsit primus

Plures *e Sanctis Patribus* Basilii *in suis scriptis meminerunt: varii quoque Encomia ejus scripserunt, et mirabilia quædam ab eo patrata orationibus suis intexentes, memoriæ commendarunt. Verum, nullus omnia Acta ejus, nullus congruo ordine, prout res gestæ sunt, enarravit. Primus Encomium* S. Basilii *scripsit S. Ephrem Syrus, extatque inter opera ejus latinitate donata per Gerardum Vossium, Præpositum Tungrensem, edita Coloniæ* MDCIII.

Tom 3 p 722

9 *Joannes Bollandus, prædecessor noster, Tom. 1 Febr. ubi de S. Ephrem pag. 51, censuit, Encomium istud posse credi, si ratio gravis persuadeat, vivente adhuc* S. Basilio *conscriptum; cum nihil contineat, quod de vivente accipi non possit: quamvis aliter persuasus fuerit Latinus interpres; ideoque Sanctum passim in tempore præterito, tamquam inter Cœlites collocatum, laudat et alloquitur; quod fieri quidem non poterat, dum* Basilius *adhuc viveret; sed cum in cœlis* C *regnans, laudantes se et preces suas flagitantes, respicere et exaudire posset. Verum quid prohibet in encomiasticis orationibus viventi etiam laudes attribuere Cœlitibus æquales, et per apostrophen, (ut loquuntur Rhetores) sermonem ad absentem convertere, itaque preces flagitare non audientis? Quod si dicendi modus amplius quiddam significare videatur, interpreti, mortuum Sanctum credenti, non primo scriptori, attribui potest, et verisimiliter debet: multoque magis si Ephrem Syriace primum scripserit, altiusque inde in Græcum transtulerit, et ex hoc Vossius in Latinum. Etenim in lingua Syriaca, non minus quam in Hebraica, verborum tempora non raro confunduntur. At ne incongruum videatur tam effuse in laudes viventis excurrere, præoccupat ipse Ephrem in principio encomii dicens:* Regum consilia arcana tenere pulchrum; at Dei mysteria revelare bonum est. *Accedat his, quod S. Ephrem de seipso plurima scripto narraverit, Dei in se collata beneficia commemorans. Maneat itaque Bollandi sententia, Ephrem, Basilio præmortuum, hoc adhuc vivente encomium ejus scripsisse.*

adhuc vivente Sancto,

10 *Oportebat sane R. P. Pagium, in sua ad Baronianos Annales Critica, cum ad annum* CCCLXXVIII *diceret, liquere, Ephrem* Basilio *supervixisse ex hujus encomio ab illo conscripto, majoribus sententiam suam* D *fulcire argumentis; et ostendere, in prædicto encomio dici aliquid, quod de vivente nullatenus accipi possit. Alioquin ratio sufficiens deerit recedendi a S. Hieronymo, proximis rei gestæ temporibus et locis, in lib. de Scriptoribus, asserente,* Ephrem, sub Valente Principe; Basilium, imperante Gratiano, *obiisse. Neque Pagio suffragari potest Vita* Basilii *Amphilochio attributa; ut enim hæc fabulosa non esset, et tali auctori perperam adscripta, quod infra ostendemus; quid obsecro contra Hieronymum probare potest Vita, ipsis suis defensoribus fatentibus, pluribus interpolata? quis me securum reddet, verba hæc,* Requievit Basilius primo Januarii anni quinti Valentis et Valentiniani, *interpolatoris non esse? præsertim cum tam male cohæreant, ut Combefisius, Pagius, Baronius disputent inter se, quo de anno intelligenda sint; imo Combefisius fateatur,* τὸ Valentis *a sciolo quodam temere additum, præter veritatem. Post Ephrem in laudem Fratris orationem habuit Gregorius Nyssenus, ipsa anniversaria Sancti Festivitate.* Post Stephanum, *inquit,* Petrum, Jacobum, Joannem, Paulum, *quorum diversis diebus celebrata fuerat solennitas,* conservato ordine suo, Pastor et Magister præsentem nobis celebritatem auspicatur. *In ea Oratione* Basilium, hominem divinum, magnum illud veritatis vas, inclitis illis Sanctis, Paulo, Joanni Baptistæ, Eliæ, Moysi *annumerandum, ostendit; præcipuas ejus virtutes et acta præclariora exornans, nulla tamen temporis, quo res quæque contigerit, habita ratione.* E

AUCTORE F. B.

Gregorius quoque Nyssenus,

11 *At neque Nazianzenus, quamvis historiæ ordinem utcumque servaverit, aut omnia retulit, aut satis clare explicuit; ut in vitæ decursu videbimus.* Accessit autem *ille* ad laudandum Basilium post multos alios, qui eum privatim publiceque laudibus ornarant, serius quidem quam par videretur; non negligentia tamen aut contemptu prætermisit amicitiæ officium, nec quod hoc laudationis munus cuiquam alii potius quam sibi convenire arbitraretur; sed primum sermonem habere detrectabat (quemadmodum qui ad sacra accedunt) priusquam vocem animumque perpurgasset. Deinde in veræ doctrinæ periclitantis negotio occupatus fuerat, pulchre coactus, nec sine Dei numine peregre profectus; *ad Episcopatum scilicet Constantinopolitanum,* nec præter Basilii voluntatem animique sententiam, fortis illius veritatis propugnatoris, quique nil unquam aliud, quam piam orbique universo salutarem doctrinam spiravit. *Postquam deinde Gregorius, Constantinopolitano Episcopatu deposito, in dilectam sibi solitudinem reversus est, totum se sacris devovit lucubrationibus; interque eas de laudibus* Basilii *encomiasticam orationem scripsit; quam, Cæsaream veniens, in quadam* S. Basilii *solennitate, coram clero et populo ejusdem Ecclesiæ, recitavit, ut Nyssenus prius fecerat.* F

et Nazianzenus post alios plures,

12 *Tria hæc* Basilii *Encomia, præcipua monumenta sunt, ex quibus ejus gesta describenda nobis erunt. Attamen cum omnia encomiastice, historico ordine neglecto, referantur; ex aliis coævis aut supparis ætatis historicis elucidanda manent, et supplenda ex ipsiusmet Basilii et Gregorii Nazianzeni scriptis aliis, præsertim Epistolis. Sed hæ quia pluribus locis obscuræ adeo sunt, ut tenebras potius historiæ quam lumen affundant (solemus enim eo obscuriores esse plerumque, quo magis de rebus notis familiariter scribimus iis, qui, sine ulteriori explanatione, intelligunt singula) quia, inquam, obscuræ sæpius Epistolæ sunt; in iis ad suum tempus et rem quam spectant reducendis, subinde necesse erit, deficiente omni alio lumine, inter conjecturas palpare; quo tamen continget plurima etiam aliunde satis clara, magis illustrari.*

ex illis præcipua colliguntur

et ex aliis illustrantur,

etiam conjecturis.

13 *Id cum fiet, erit forsan nonnemo, qui miretur Epistolas quandoque integras, de papyro, ut aiunt, in chartam describi, atque ita Acta hæc impressis alibi, et*

Epistolæ subinde integræ describuntur;

AUCTORE F. B.

A *et minus hic necessarias reddi prolixiora; verum id mihi expedire visum est, ut clarius res tota poneretur sub conspectum, quam fieri posset per detruncata Epistolarum fragmenta, in quibus nec apparet plerumque occasio scribendi, nec consilium scribentis, nec ejus ad quem scribitur qualitas : quorum tamen primum ad Chronotaxim, secundum et tertium ad historiam non parum faciunt. Neque hoc parvi momenti visum est, quod in Epistolis, magis eluceat scribentis affectus, virtusque tamquam in speculo conspicienda detur. Et ex* Basilii *quidem Litteris facile cognosces, quanta fuerit in Deum caritate; quanta animi magnitudine, ad aggrediendum pro eo quidlibet, quantumvis arduum; quanta ad quidvis tolerandum patientia, quanta demissione animi, quanto zelo pro orthodoxa fide et Ecclesiastica disciplina, quanta erga delinquentes mansuetudine, erga resipiscentes misericordia; denique quam solicite semper laboraverit pro Ecclesiarum pace et concordia. His de causis judicavi quandoque Litteras tam Basilii quam Gregorii integre referendas, saltem ex majori parte; iis solum omissis quæ particularia omnino erant, et nihil ad historiam spectabant.*

quia Chronologiam et historiam elucidant,

14 *Neque tamen semper, cum* Basilii *verbis utor, ita scrupulosus sum, ut nihil mutari posse existimem.* B *Nam subinde et tempus et personas muto; ut cum ipse de se loquitur in prima persona, ego de ipso in tertia; cum ipse in præsenti tempore, se quidpiam agere scribit; ego id factum narro in præterito. In hoc mihi exemplo præivit vir eximius Godefridus Hermantius, Doctor Sorbonicus, cujus opera me plurimum adjutum libenter agnosco. Hic Gallice edidit* Vitam Sanctorum Basilii et Gregorii Nazianzeni, *una complexus historiam istius temporis Ecclesiasticam, præsertim Orientis. Collegit autem omnia ex Sanctorum Patrum scriptis, aliisque ejusdem seculi Historicis, in verborum numeris, modis, temporibusque subinde mutandis aptandisque ad concinnam narrationem, eadem qua ego libertate usus, imo majori, quod translatio in linguam gallicam concedere, quin et exigere videbatur. Sed in eo mihi ab ejus consilio recedere visum est, quod sæpe ad minutias tam parvi momenti historiæ suæ inserendas sese demittat, ut operæ pretium minime videatur iis immorari. Exempli causa, cum mentionem facit Litterarum, nihil continentium ad virtutem aut historiam spectans, præter nomen* Hyperechii, *cui in dignitate quadam constituto Sanctus officiosam, Epistolam, quæ est* 367, *scripserit : talibus enim prætermissis, ea tantum de-* C *sumpsi, quæ aut historiam elucident aut virtutem commendent.*

sed verba non nihil immutantur,

exemplo G. Hermant Gallice Vitam scribentis.

15 *Est præterea de quo lectorem monendum duxi. Cum identidem in decursu historicæ hujus collectionis assignanda loca sint Sanctorum Patrum aut Historicorum, ex quibus desumpta sunt quæ narrantur : ne, quandoque ad singulas fere lineas, narrationem aut etiam periodos interrumpere cogar et interpolare designandis locis (quod difficile esse solet legentibus et audientibus, imprimis si publice aliis prælegantur) ego Hermantium imitatus, notas, allatorum locorum indices, ad marginem exhibendas decrevi ; inter quas præcipuæ sunt* B. Ep. *Basilii Epistola;* G. Ep. *Gregorii Nazianzeni Epistola.* Or. F. Oratio in laudem Fratris Basilii per Gregorium Nyssenum. Or. 20, Oratio vigesima Gregorii Nazianzeni. quæ est funebris magni Basilii. *Cum vero ad* Or. *alius additur numerus, significat ejusdem Nazianzeni tali numero inscriptam Orationem.* Vit. Macr. Vitam S. Macrinæ Junioris, per Gregorium Nyssenum, *quæ aliter vocatur* Epistola ad Olympium. *Reliqua quæ rarius occurrunt, fere integre scribentur, ut facile intelligenda sint. Ceterum usus sum Epistolis* Basilii, *eo ordine et numero, quo habentur in secundo tomo operum ejus, editionis Parisiensis,* apud Michaelem Sonnium, anno 1618; *et Nazianzeni Epistolis, ut habentur tomo* 1 *operum ejus, editionis Parisiensis* C. Morelli 1630, *Historiis Socratis et* D *Sozomeni editionis Gebennensis, per* Petrum de la Boviere 1612 : *Theodoreti, ex interpretatione* Henrici Valesii *edita Parisiis* 1673. *His ita prænotatis, ad Chronotaxim vitæ* S. Basilii *procedimus, rationem reddituri, quantum, quibusque de causis, ab aliis Auctoribus recedamus.*

Citationum in margine abbreviationes

§. III. De anno Nativitatis S. Basilii.

Incipiamus autem ab eo quod maxime incertum est, anno nempe nativitatis : neque enim ad felicem Basilii *ex hoc mundo transitum, aut susceptum Episcopatum, aut aliud factum memorabile, ætas ejus adjungitur, e qua colligi posset annus nativitatis : imo vix indicium reperitur idoneum, quo chronotaxis hac in parte stabiliri possit. Hinc factum, ut Historici celeberrimi, Baronius, Combefisius, Pagius, hac in re ne tentandum quidem aliquid duxerint. Godefridus Hermantius natum* S. Basilium *statuit anno* CCCXXVIII; *quod tempus prævenerunt prædecessores ac Magistri mei ad decennium, existimantes verisimilius* Basilium *in lucem editum circa annum* CCCXVII. *Hermantius opinionis suæ nullas rationes attulit; Magistri mei ideo seniorem putarunt* E Basilium, *quod aliis non posset Macrina, Sancti avia, erudita fuisse in fide a magno illo Gregorio Thaumaturgo, et deinde nepotem fidei principia edocuisse : quod utrumque factum Sanctus videtur asserere, ad Neocæsareenses ita scribens.* Fidei vero nostræ, quæ poterit esse evidentior probatio, quam quod a nutrice beata femina, quæ ex vestro gremio profecta est Macrinam dico, illustrem illam educati sumus, a qua et beatissimi Gregorii verba, quæ memoriæ beneficio penes se servata retinuit, edocti sumus ; *Græce,* ὅσα πρὸς αὐτὴν ἀκολουθίᾳ μνήμης διασωθέντα αὐτή τε ἐφύλαξε : *ubi* Τὸ πρὸς αὐτὴν, *vertit alius,* ad illius usque ætatem : *quod sane græcus textus non requirit. Inepta plane, ut mihi quidem videtur, foret* Basilii *gloriatio, si Macrina non aliter a Gregorio Thaumaturgo fidei dogmata didicisset, quam traditione ad suam usque ætatem conservata, eo scilicet modo, quo omnes Neocæsareenses didicerant : imo frustraneum esset, eo loco de Macrina mentionem facere; nihilque aut parum conferret ad fidei suæ, quam intendit, commendationem*

Annus nativitatis incertus;

Tom. 7 Maji p. 242

ex eo, quod Macrina instructa fuerit in fide a Greg. Thaumat.

immediate.

17 *Sed illa, inquies, et illustris erat, et in magna apud Neocæsareenses æstimatione. Quid tum? Non ejus* F *auctoritate fidem suam probatam vult* Basilius, *sed ipsius Gregorii ; ad quod parum faceret a Macrina fidei principiis instructum fuisse, si Macrina a Gregorio tantum per traditionem fidem acceperit : et potuisset id quod de Macrina dicit, potiori jure de parente suo Basilio dicere,* quem communem virtutis magistrum Pontus *habuit. Nec obest quod eadem epistola* Basilius *omnes Episcopos Neocæsareenses vocet,* Patres *suos* spirituales et Doctores mysteriorum Dei. *Ut enim tales dici possint, sufficit si eorum sequatur fidei dogmata, sicut Ecclesia et Theologi, Doctores suos vocant, S. Augustinum, S. Thomam aliosque; et Religiosi ordines Patres suos appellant, primo suos Fundatores. Maneat itaque certum et indubitabile, S. Macrinam seniorem immediate a S. Gregorio Thaumaturgo fidei dogmata didicisse, quæ deinde* Basilium *docuit.*

Or 20

B Ep 75

et dein Basilium instituerit,

18 *In hoc autem quemadmodum Magistrorum meorum sententiam, in Januario et Majo indicatam, sequendam judico; ita recedere cogor ab altera eorumdem opinione, existimantium ad Maximinum Imperatorem, qui anno* CCXXXV *Christianos sævissime persecutus est, referendam persecutionem illam Maximini, ob quam teste Nazianzeno,* Basilii ex parte patris majores, οἱ πρὸ πατρὸς τούτῳ πατέρες, *in Pontica solitudine latentes, cibis miraculose subministratis vitam sustentarunt : recedere, inquam, cogor ab hac eorum opinione*

eademque passa sit exilium in ultima persecutione,

Or. 20

in

A *in Majo proposita, et redire ad eam, quam* XIV *Januarii ubi de S. Macrina actum est, tenuerunt cum Baronio. Assero itaque persecutionem istam Maximini, de qua Nazianzenus, aliam non posse intelligi, quam Diocletiani et Maximiani, aut Maximiani Galerii, Græcis Maximini nomine appellati.*

ut ostenditur ex Nazianzeno, 19 *Assertionem hanc firmam judicabit, quisquis Nazianzeni verba perpenderit, et ea quæ passim de persecutione ista traduntur. Theologus ita loquitur.* Persecutio erat, et quidem persecutionum omnium

Or. 20 atrocissima maximeque horrenda, his loquor quibus Maximini persecutio nota est, qui cum post multos, qui paulo ante extiterant, ingruisset; hoc effecit, ut omnes humani ac faciles fuisse viderentur; ingenti nimirum ipse audacia furens, atque impietatis principatum consequi summo studio contendens. Hunc athletarum quidem nostrorum permulti superarunt, et ad mortem usque decertantes, et pene usque ad mortem; hactenus videlicet relicti, ut victoriæ suæ superstites essent, nec cum ipsis certaminibus abscederent, sed aliis virtutis aliptæ, vivi Martyres, spirantes columnæ, tacitaque præconia relinquerentur. *Ita Nazianzenus, manifeste asserens, anno* CCCLXXXI, *quo orationem hanc in laudem* B *Basilii recitavit, superstites adhuc fuisse aliquos, qui persecutionis istius Maximini sævitiam viderant: et in ea superatis ejus tormentis Confessores et victores extiterant: quod sane fieri non poterat, si de Cajo Julio Maximino sermo esset, qui anno* CCXXXV *sæviit. Secundo, idem Nazianzenus dicit, persecutionem fuisse omnium atrocissimam maximeque horrendam, qualis habetur passim et nominatur ultima persecutio. Tertio, ait Maximinum post multos alios, qui paulo ante extiterant, ingruisse; atque hoc effecisse, ut omnes humani ac faciles fuisse viderentur. Similiter Lactantius, in libro de mortibus persecutorum, de Maximiano Galerio seu Maximino loquitur:* Maximianus *Galerius, non tantum Diocletiano et Maximiano Herculeo,* quos tempora nostra senserunt, sed omnibus, qui fuerunt, malis pejor.

et Nysseno, 20 *Cum igitur tam clare Nazianzenus ultimam persecutionem designet, et ab ejus auctoritate recedi non possit; consequens omnino est, non aliis* Basilii *progenitoribus subministratam miraculose escam fuisse, quam Macrinæ ejusque marito, paternis Basilii avis.*

Vit. Macr. *et hoc confirmat auctoritas Nysseni; dicentis:* Propter Christi confessionem patris genitores fuisse oppugnatos: *et* Macrinam, *patris sui matrem,* tempore

C persecutionem pro Christi confessione pugnasse.

his conciliatis cum tempore mortis Thaumaturgi, 21 *Duobus his capitibus, de magisterio S. Thaumaturgi et persecutione Galerii, satis, ut existimo, probatis; videndum superest, an eadem cum recta chronotaxi conciliari possint: in hac autem ordinanda nihil recedendum judico ab illa quam Magistri mei die* XXX *Maji statuerunt. Ponamus enim, ut ibidem dictum, anno* CCL *natam Macrinam seniorem; potuerit eo casu Gregorium Thaumaturgum audivisse fidei dogmata explicantem, ab anno ætatis suæ septimo ad decimum sextum, quem saltem attigerat antequam ille ex hac vita discederet; quandoquidem is interfuerit Concilio Antiocheno contra Paulum Samosatenum, Teste Eu-*

Hist. eccl. l. 7, cap. 27 *sebio, dicente:* Apud Antiochiam convenerunt.... Firmilianus, Cæsareæ Cappadocum Episcopus; Gregorius et Athenodorus fratres, Ecclesiarum apud Pontum Episcopi, etc. *Concilium istud habitum est circa annum* CCLXVI; *nolo autem quæstionem decidere, an Concilium Antiochenum istud celebratum fuerit anno* XI, XII, *vel* XIII *Gallieni Imperatoris; erit enim alibi, saltem ad Vitam S. Gregorii Thaumaturgi, ea de re disputandi locus et major necessitas.*

persecutionis ultimæ, 22 *Persecutio Diocletiani et Maximiani Nicomediæ ab eversione ecclesiæ initium habuit,* ad sextum Kalendas Martias, agentibus Consulatum senibus ambobus octavum et septimum, *id est anno* CCCIII. Postridie autem propositum est persecutionis edictum, D

AUCTORE F. B. L. pers. qua vexabatur universa terra præter Gallias, et ab Oriente usque ad Occasum tres acerbissimæ bestiæ sæviebant; *nempe Diocletianus et uterque Maximianus; donec post octo annos,* Maximiano octies et Maximino iterum Consulibus, *id est* CCCXI, pridie Kalendas Majas, *Galerius Maximianus, antequam ex hæc vita discederet, publico edicto persecutionem cessare fecit. Anno igitur quo inchoata est persecutio, agebat Macrina annum* LIII *ætatis, annum vero* LXI *cum cessavit: atque ex hoc videre est, quam apte dicatur eædem Macrina et a Thaumaturgo principia fidei didicisse, et in ultima persecutione pro fide decertasse.*

23 *At, inquies, duravit persecutio ad octennium; septennium vero tantum et aliquid amplius, ipsorum exilio assignat Nazianzenus. Verum considerandum est, persecutionem simul atque inchoata est, non ita statim uno efferbuisse impetu, ut omnes fuga sibi consulendum putaverint. Nam Diocletianus, cum esset timidior et Galerio minus ferox, ab hoc multis adigendus* E *fuit, ut edicti, quod publicari jusserat, tam severam executionem urgeret. Ideo enim Imperatoris palatio, ignis ab Armentario suppositus fuit, idque Christianis imputatum; sed et alia huic fraudi similia patrata sunt, ut Diocletiani furor in Christianos magis exardesceret; quæ omnia peragi vix potuerunt, quin menses saltem duo tresve decurrerent. Præterea, antequam Galerius deficiens persecutionem cessare publico edicto fecit, per annum integrum ulcere nato in inferiori parte genitalium fuerat afflictus,* et superior pars corporis usque ad vulnus aruerat, et miserabili macie cutis lurida longe inter ossa consederat, ac inferior sine ulla pedum forma in utrium modum inflata discreverat... cum tandem malis domitus, coactus est confiteri, novi doloris urgentis per intervalla exclamans, se restituturum Dei templum, satisque pro scelere facturum. *Quid autem miri, si præcipuo persecutionis auctore divinam ultionem tam graviter sentiente, furor persequentium Præfectorum non nihil deferbuerit, paucis mensibus antequam edictum promulgaretur. Si igitur ab octo annis et duobus mensibus, quot a publicato primum edicto usque ad revocatum intercurrerunt, detrahas menses duos vel tres, antequam persecutionis furor ita effervesceret, ut Macrina ejusque maritus fuga sibi consulendum putaverint; rursusque supponas, sex aut quinque menses ante publicatum edictum pro Christianorum libertate, ita remisisse* F *persecutionem, ut saltem tuto in domo propria latere potuerint, invenies tempus eorum glorioso exilio a Nazianzeno definitum, septennium nempe integrum et aliquid amplius.* exilii avorum,

24 *His ita elucidatis, reliquam quæ* Basilii *nativitatem spectat Chronotaxim, cujus gratia ista disputavimus, breviter digeramus; patefacturi in decursu, quam recte singula inter se etiam Patrum testimoniis temporumque conditionibus conveniant. Anno itaque secundo post mortem Galerii, id est* CCCXIII, *Constantino tertium et Licinio item tertium Consulibus, idibus Junii, ab iisdem Imperatoribus pax integra per universum Imperium Ecclesiis restituta est: ita ut hoc eodem anno, vel initio sequentis* CCCXIV, *Basilius pater, qui tempore persecutionis, verisimiliter extra patriam studiorum causa profectus, alibi quam apud parentes se continuerat; jam trigesimum tertium vel quartum annum ætatis agens, forsan etiam quadragesimum, potuerit uxorem ducere Emmeliam, sedecim annorum virginem; cujus* patrem, *verosimiliter in fine persecutionis,*indignatio Regis sustulerat. Ipsa etenim non sponte, sed invita quodammode nupsit. Nam utroque parente orbata, cum esset in ipso ætatis flore famaque pulchritudinis; ut saluti consuleret, vitæ *aliisque huc spectantibus,* *V. Macr.*

gravitate

AUCTORE F. B. *definitur natus Sanctus an.* 316

A gravitate spectatum consummatumque virum sibi elegit. *Deinde sequenti anno* CCCXV *nata sit Macrina junior: et* XVI, Basilius Magnus; *Macrina autem senior tunc annum agebat sexagesimum sextum. Hæc vero si usque ad annum octogesimum vixit, ut potuit;* Basilium *nostrum, usque ad annum ætatis decimum quartum aut decimum quintum, in fide alumnum habuit, et dogmata fidei docuit, quæ a Gregorio Thaumaturgo ipsa didicerat.*

§. IV. De anno mortis S. Basilii.

Rejecta Pseudo-amphilochii

Alterum Basilianæ Chronotaxeos caput, annus mortis est. Ipsum etenim Kalendis Januarii migrasse ad Dominum, omnibus in confesso est : de anno plurima est et intricata disceptatio. Pseudo-amphilochius annum quintum Valentis et Valentiniani *scripsit : qui si intelligatur de Consulatu, nusquam reperitur : si cum Baronio de anno Imperii Valentiniani senioris, mortuus fuisset* Basilius, *vix aut ne vix quidem Episcopus. Hac de causa Combefisius, de Valentiniano juniore locum interpretatus est. Verum anno Imperii ejus quinto, qui in vulgarem* CCCLXXX *incidit, Valens e vivis excesserat : censuit tamen Combefisius hunc annum retinendum; dicendumque, Valentis nomen a scriba quodam temerario adjectum. Sed cur omissi Gratianus et Theodosius, non minori jure saltem, quam Valentinianus junior, nominandi Imperatores? Mihi quidem videtur Pseudo-amphilochius, qui Valentem avum Juliani fecerat, Imperatorum annos et consulatus adeo confuse novisse, ut consulatum Valentis quintum et Valentiniani junioris primum, annum vulgaris æræ* CCCLXXVI, *intelligi voluerit; et pro anno quinto Valentis et Valentiniani, scribendum fuisse*, Valentis V et Valentiniani. *At neque hoc concesso, verum mortis annum assignaverit Pseudo-amphilochius. Ut enim Kalendis Januarii hujus anni mortuus dici possit* Basilius, *debuisset mense Octobri anni ejusdem Antiochiæ orthodoxorum Episcoporum Concilium haberi; quod fieri non potuisse constat, cum Valens ibidem degeret, et orthodoxi Episcopi fere omnes exularent.*

B

et Combefisii sententia de anno 380 ;

26 *Altera est Baronii sententia, qui* Basilium *mortuum statuit Kalendis Januarii anni* CCCLXXVIII, *opinionem vero suam ita demonstrare se putat. Mortuus est* Basilius *novem mensibus ante Concilium Antiochenum, cui interfuit frater ejus Gregorius Nyssenus : et hoc quidem manifestum est, ipso testante Nysseno. Ut autem Synodum istam existimat Baronius, non diu post interitum Valentis habitam, qui anno isto consulatu suo sexto misere periit* V *Idus Augusti; ita infert, ultra Octobrim hujus anni differri non posse. At Pagius, in Criticis ad annum* CCCLXXVIII *num.* 6. *Synodum Antiochenam differt usque ad annum* CCCLXXX, *et mortem* Basilii *ad ejus Kalendas Januarias : movetur vero hac potissimum ratione, quod Theodosius isto anno* III *Kalendas Martii Thessalonicæ edictum promulgaverit, quo jussit* omnes in ea religione versari, quam Damasus Pontifex et Petrus Alexandriæ Episcopus sequerentur. *Ea Lex secunda est in Codice Theodosiano de Fide Catholica. Datam esse a Theodosio, non a Gratiano, ut putavit Valesius, colligitur ex subscriptione, qua dicitur* data Thessalonicæ, *ubi tunc erat Theodosius, Gratiano et Valentiniano Imperatoribus in Occidente versantibus. Data itaque Lege, ut lib.* 5 *cap.* 2 *Theodoretus narret, non de Theodosio, sed Gratiano)* simul cum Lege, Saporem quoque Magistrum militum misit, qui tunc celeberrimus habebatur; et Arianæ quidem blasphemiæ prædicatores, tamquam feras quasdam e sacris ædibus excludi jussit; optimis autem pastoribus ac divino gregi easdem restitui. Atque id quidem in singulis provinciis sine controversia executioni mandatum est; Antiochiæ vero, quæ metropolis est Orientis, hujusmodi contentio exstitit.

item Baronii de anno 378,

V. Macr. *Pagius assignat annum* 380

C

ob tunc publicatam Legem Theodosianam

et adventum Saporis Antiochiam,

D

Tum a capite sequenti narratur contentio inter Paulinum, Apollinarem, et Meletium super Episcopatu Antiocheno.

quo præsente celebratum sit Concilium.

27 *His propositis, ita ratiocinatur Pagius : Concilium Antiochenum, habitum novem mensibus post* Basilii *mortem, et cui Nyssenus interfuit, celebratum est præsente Sapore Magistro-militum : atqui hic non venit Antiochiam, nisi post promulgatam a Theodosio Legem*, Cunctos populos, *quæ promulgata est anno* CCCLXXX : *ergo ante hunc annum Concilium Antiochenum habitum non est; adeoque nec mortuus* Basilius. *Verum hoc Pagii argumento, ipsa cui innititur basi vacillante, corruit. Quæro enim : credendumne hic Theodoreto, an non? Si non credendum, ut putat Baronius, frustra ejus affertur auctoritas : si credendum, ut ait Pagius, dicendum erit illo affirmante, Gratianum* Lege lata præcepisse, ut Pastores, qui in exilium ejecti fuerant, redirent; utque ædes sacræ iis traderentur, qui cum Damaso communicarent; *et cum ea* Lege Saporem Magistrum-militum misisse, etc : *adeoque Imperium Theodosii et annum* CCCLXXX *minime expectandum esse pro Concilio isto Antiocheno. Sit ita sane. Legem* Cunctos populos *Thessalonicæ promulgaverit Theodosius : cur non potuit anno præcedenti, ejusdem fere tenoris edictum condere Gratianus, misso in Orientem Sapore ad id exequendum? Dein, veniente Antiochiam Sapore, Concilium habitum fuisse Theodoretus non dicit : sed contendentes dumtaxat de Episcopatu Antiochenos Presbyteros conventum inter se habuisse, coram Imperatoris Ablegato. At neque Socrates, neque Sozomenus compromissum istud super Episcopatu Antiocheno, Meletium inter et Paulinum, ad Episcopatum Concilio inventum aut approbatum dicunt; quin, si id tam illustre Concilium approbasset, quomodo Constantinopolitanum nullam aut parvam ejus rationem habuisset? Pater igitur nihil certi colligi posse ex promulgatione Legis*, Cunctos populos, *quoad tempus quo Sapor venerit Antiochiam; et ex hoc, nihil quoad tempus Concilii Antiocheni; adeoque etiam nihil, quoad annum*, quo Basilius *ex hac vita migraverit : sed potius, si tempus mortis hujus possit aliunde reperiri, per consequens etiam intelligitur tempus istius Concilii, quod novem* mensibus post istam jacturam *celebratum est.*

sed examinato de iis Theodoreti testimonio, lib. 5 cap. 2

E

illius quoque sententia rejicitur

V. Macr. *Explicatur locus Hieronymi,*

28 *Ut autem de anno mortis statuamus certi aliquid, tacentibus coævis auctoribus, proximus succedat S. Hieronymus, qui dicit,* Basilium, imperante Gratiano, mortuum. *Quid inde, inquies, certi? ab anno* CCCLXVII *ad* CCCLXXXIII *Imperavit Gratianus; adeoque, si intra tot annorum spatium* Basilius *ex hac vita migraverit, satis erit ad veritatem talis testimonii. Verum, si ad Hieronymianum scribendi modum advertamus animum, videbimus annum præcise requisitum designari. Hieronymus enim, quoties in Catalogo scriptorum Ecclesiasticorum per Imperatores tempus designat quo mortui illis sunt, non semper duos nominat, quamvis duo imperarent : sed cum in Occidente vixit is de quo scribit, aut utrumque Imperatorem nominat, aut eum solum qui illo moriente Occidenti præerat. Ita ad* Luciferi Calaritani *mortem, solum Valentinianum nominat; ad mortem* Aquilii Severi, *in Hispania defuncti, item solum Valentinianum.* Eusebium Vercellensem, Hilarium Pictavensem, Optatum Milevitanum *obiisse dicit* sub Valentiniano et Valente. *Si vero ita Oriente mortuus est is de quo agitur, unum solum Imperatorem Orientis nominat; sic* Athanasium Alexandrinum, *mortuum scribit* sub Valente; Titum quoque Bostrensem Episcopum *et* Ephrem Syrum; *cum tamen Valens numquam sine Collega imperaverit* Marcellum Ancyranum *floruisse tantum dicit sub* Constantio et Constante; *quia nempe a Constantio pulsus Ecclesia sua, in Occidentem abiit imploraturus Constantis auxilium; alias numquam in designando tempore obitus*

F

eorum

A *eorum qui in Oriente obierant, alterum præter Orientis Imperatorem nominare solitus.*

quo dicitur Basilius mortuus sub Gratiano;

29 *His prænotatis, quid de* Basilio *dicat adverte.* Moritur, *ait*, imperante Gratiano, *ad cujus Imperium nullus præterea obitum refert: quo datur intelligi,* Basilium *tunc obiisse, cum occiso Valente, et nondum ad Imperium assumpto Theodosio, Gratianus tam Orienti quam Occidenti imperaret. Alias rationem numquam dabis, cur ad Valentis Imperium, obitum S. Ephrem Syri Hieronymus retulerit: illo quippe moriente imperabat Gratianus cum Valente. Nec nodus hic solvitur, asserendo, voluisse Hieronymum, mortem* Basilii, *tam orthodoxi Doctoris, ad orthodoxi Imperatoris tempora referre, potius quam ad tempus Valentis Ariani; in eoque honorem aliquem, tam* Basilio, *quam Gratiano tribuere. Non sufficit, inquam, hæc ad difficultatem solvendam ratio. Cur enim id non fecisset Hieronymus in S. Ephrem Syro, cujus ob tam Valentis Imperio assignat? Porro sicut* Basilium, *in Oriente mortuum, sub Gratiano dicit obiisse, quia illo moriente* [illegible] *erat Orientis Imperator, ita quoque* Damasum Romanum *Pontificem, in Occidente defunctum, decessisse ait sub Theodosio; quia, anno uno ante*

atque hinc infertur,

B *mortem Damasi occiso Gratiano, Theodosius quoque Italiæ impetrabat, uti et universo Imperio interfecto Valentiniano Juniore, quando* Pacianus Barcinonæ in Pyrenæi jugis sub Principe Theodosio, *ab eodem Hieronymo dicitur obiisse. Si igitur concludamus ex jam dictis, ut videmur recte posse concludere,* Basilium *eo tempore migrasse ex hac vita, quo Gratianus tam Orienti quam Occidenti imperabat; consequens erit, illum Kalendis Januarii anni* CCCLXXIX *obiisse; eodemque anno concilium Antiochenum habitum fuisse, mense Septembri aut initio Octobris. Valens quippe occubuit mense Augusto, anni* CCCLXXVIII; *Theodosius assumptus est ad Imperium* XIX *Januarii anni sequentis. Hæc nostra est et Godefridi Hermantii sententia, de anno quo* S. Basilius *ex hac vita migravit, contra Baronium, Pagium, Combefisium supra relatos.*

eum obiisse an. 379.

§. V Quædam de ætate Gregorii Nazianzeni, patris ac filii, consectanea.

Ex dictis infertur,

S*tabilitis his duobus, de tempore natali* [illegible] *et anno mortis* Basilii *capitibus; nonnulla supersunt etiam ejus Chronologiam spectantia, quorum quædam necessario ex his consequuntur, alia per verisimilem conjecturam inferuntur. De singulis commodius disseremus in de-*

C *cursu vitæ, loco cujusque proprio; ne cogamur sæpius eadem repetere. Porro inter illa occurrent quædam contraria iis, quæ R. P. Daniel Papebrochius Magister meus statuit in vita S. Gregorii Nazianzeni die nono Maji: quæ cum minutiora sint, nihil attinet hic referre singula, suis propriis locis commodius legenda. Hoc tamen præmonitum lectorem velim, nihil me recedere ab iis, quæ ab eodem postea in Appendice Tomi septimi Maji, ad diem nonam dicta sunt, de ætate S. Gregorii Nazianzeni: primo, hunc Sanctum obiisse anno Christi* CCCXCI, *in eoque S. Hieronymo adhærendum, secundo,* Gregorium *ætate æqualem* Basilio *fuisse; quod ibi fere per conjecturam assertum, hic confirmo auctoritate ipsius Theologi, in fine Orationis funebris* Magni Basilii, *cum sic alloquentis*. Habes hæc a nobis, o Basili, hoc est a lingua quondam tibi suavissima, atque honore et ætate æquali. *Itaque, si ut* Basilius, *natus circa annum* CCCXVII, *et* CCCLXXIX *mortuus, vixit dumtaxat annos* LXIII; *ita totidem fere habebat* Gregorius *cum venit Constantinopolim. Ætas sane hæc congrua est et idonea iis, quæ ab eo ibidem gesta sunt, quæque adhuc triennio post sufficeret, tam prolixæ orationi ad frequentissimam concionem dicendæ, in laudem* Magni Basilii; *nec satis pro dignitate recitandæ, nisi ab Oratore, voce et viribus adhuc valido.*

Hic Basilio ætate æqualis Nazianzenus,

31 *Neque ætas eadem repugnat iis quæ ipse circa* D *annum* CCCLXXI *in Carmine de rebus suis, de senectute sua, scripsit:*

Auctoris et hujus sæpe inculcata senectus,

Jam caput albescit canis, rugosaque membra
Tristis ad occasum vitæ mihi prona feruntur

Cum enim tunc ageret annum ætatis LVI, *adeoque multum prætergressus esset dimidium vitæ humanæ tempus, a Propheta definitum, potuit seipsum poetico versu describere, tamquam ad senium aut occasum vitæ properantem, quin et propendentem in terram; quæ tota hyperbolica paraphrasis unico verbo* senesco *exprimitur. Decennio autem post, annum agens* LXVI, *multo majori jure Olympium Præsidem per litteras sic allocutus est;* Moveat te nostra canities, quæ te jam antehac, et quidem persæpe, movit. *Alia hæc et his similia, non raro in scriptis* Basilii *et Gregorii* [illegible] *ut commode concilientur cum vera ipsorum ætate; necesse non est* [illegible] *Quam enim laudem ista mereretur* [illegible] *ad* [illegible] *si prætermaturus* [illegible] *Nemo certe* [illegible] *est intelligere talem senectutem, quæ* [illegible] *est* [illegible] *cum dicantur decrepiti et veluti senes. Intelligatur ergo sexaginta circiter annorum ætas, cum gravitate et prudentia conjuncta, talis enim senectus et canicies vere venerabilis est, et vim atque auctoritatem habet ad persuadendum, juxta Ciceronis de Senectute effatum;* Mens, et ratio, et consilium in senibus est.

Ps. 89

C. Ep. 172 et citatis

nec prætermatura nec decrepita:

E

32 *Eradimus quoque in* [illegible] *hoc* [illegible] *difficultatem quam aliis affert magna fere centum annorum ætas* Gregorii *senioris Episcopi Nazianzeni, et* Nonnæ *uxoris ejus ipsi coætaneæ. Nam cum ille, circa annum* CCCLXXIII, *fere centum annorum obierit, quadraginta quinque in Episcopatu transactis: sequitur, anno* CCCXXVII *ordinatum Episcopum, ætatis suæ* LV, *et natum circa annum* CCLXXIII. *Potuit ergo ipse, intra ætatis suæ annum quadragesimum et quadragesimum quintum, in fine persecutionis ultimæ, circa* CCCXIII, *uxorem ducere S. Nonnam: quæ quamvis forte* [illegible] *potest tamen* [illegible] *cari, cum respectu ad centum annorum numerum, quos maritus moriens* [illegible] *quinque annos supra triginta numeraverit, quando nupsit. Etenim, ut laude dignum habetur, pares cum paribus matrimonio jungi; ita displicere non solet, sponsam quinque vel sex annis sponso juniorem esse. Quod vero nuptiæ tam diu* [illegible] *et mihi quidem videtur, assignari* [illegible] *posset, calamitas istorum temporum, non solum ob persecutiones contra Christianos, qualis Gregorius* [illegible] *erat; sed magis propter bella continua inter quatuor Imperatores, quibus Romanum dilacerabatur Imperium, a* [illegible] *tributis et vectigalibus expoliabatur. Quia, cum* Nonna *semper Christiana fuerit, piissimis a parentibus educata; non est credibile, maritum voluisse accipere Gentilium erroribus addictum; nisi prius iis abrenuntians, inter Catechumenos censeretur; quod verisimiliter factum non est, ante sedatam sævissimam persecutionem.*

item magna parentum ætas,

Or. 19

et dilatum matrimonium:

F

33 *Ceterum hæc per conjecturam dicta sunto; qui vero post Nicænum Concilium,* Basilium *et* Theologus *statuunt anno* CCCXXVII *vel* VIII, *prodiisse in lucem; explicare non possunt, stante sententia sua, quomodo potuerit Macrina a Thaumaturgo percepisse fidei dogmata, vel quomodo potuerit eadem docuisse* Basilium; *neque cum sua opinione conciliare possunt, ab utroque Sancto toties allegatam senectutem et caniciem suam. Deinde admittere debent, Nonnam et Gregorium patrem, gignere cœpisse liberos, cum quinquaginta essent annorum, idque post susceptum a marito Episcopatum, cum ante in matrimonio sine liberis vixissent; quod omnino est incredibile, præsertim deficiente omni gravi-*

uterque natus sit circa 327, atque ac Basilius.

viori

A *viori testimonio. Hanc igitur superius stabilitam nostram Chronologiam sequemur, ut in Vita mox danda reliquis Basilii gestis tempus congruum assignemus: in quo, si tuo, lector, judicio subinde aberremus a vero, ignosce palpantibus inter tenebras, dum res obscuras illustrare intendimus.*

AUCTORE F. B.

VITA

Ex ipsius, Gregorii Nazianzeni, Nysseni aliorumque veterum scriptis collecta.

PROLOGUS

Encomium sancti complexus, ex S. Amphilochio.

Or in Circumcisione D. N.

Magnus Basilius, magnus in Ecclesia dum vixit Pontifex, non qui corpore penetrarit cœlos; sed qui contemplatione et spiritu, primum illum divinissimeque principem imitatus sacrorum Antistitum Jesum Christum, ingressus sic et ipse, in interiora velaminis, atque ad illic positam Spiritus legem, magnisque tonantem dogmatibus vocem audivit; quoniam B quam is legem litteræ ac circumcisionis in carne, sublimibus Evangelii sermonibus, aboleverit atque submoverit. Hic est magni nominis Basilius, celebrisque illa Ecclesiæ catholicæ facula, et conspicuus veritatis Evangelicæ sol, qui terræ toti Theologiæ suæ prælucet radiis; et cujus nemo facile actionem imitetur, nec contemplationem assequi possit. Perfectus ille vita, et sermone sapientissimus, virtute omnibus numeris absolutus, divinaque et humana eruditione consummate excultus, nec in re ulla deficiens uspiam. Qui seculari omni sapientia scientiaque ante exercitatus instructusque, illam ad vestigia deinde discipulorum Jesu totam abjecit: qui sacros omnes veteres et propheticos libros accuratissime sancteque doctus, iis ad Jesu Christi consummatissimam fidem recta provectus est, et in ea fortis effectus; qui duce Evangelio, veluti nova Arca, ad veram prophetalem scientiam usus est; prophetica autem ac divina doctrina, ad accuratam Evangelii sacri scientiam; ambobus vero, ad divini Principatus agnitionem supra modum elatus est.

Basilius laudatur

ab eruditione seculari

et sacra:

Hic ille est sublimis præcellensque Ecclesiæ Dei columna, Theologiæ pharus, Pontificii decus, Patris verissimi homo, Unigeniti ardentissimus nuntius, Spiritus sancti dispensator scribaque fidelissimus, sapientiæ partus, plenitudo prudentiæ, scientiæ promptuarium, pietatis schola, sacri divinique consilii doctor, ac virtutis et potentiæ Christi turris firmissima atque immobilis. Hic ille est timoris Dei dominicique præcepti ac virtutis enarrator doctorque, Magnus Basilius, regia divini Verbi tuba, orbis fines excellenti et magnifica voce complexa..... Hujus opera, omni quidem hæresi Ecclesia liberata totius pietatis stabilitur dogmatibus; atque ab omni cujuscumque heterodoxi doctrina hæretica alienata, soli dominicæ fidei et doctrinæ domesticæ devote inhæret. Etenim tonanti sacri hujus Doctoris lingua, seu fulmine, ictus est Arius atque peremptus; Eunomius autem profligatus est, ac velut fulmineo turbine in favillas cedens, absumptus eo confutante. Sabellius quoque porro abscessit exolevitque; Macedonius vero, furiosus ille in Spiritum sanctum, Basilii abactus est spiritu, et internecioni datus: Apollinarius etiam, amens ille ac insipientissimus, divinis ejus coarguitur sermonibus, probroque sempiterno traditur. Atque, ut verbo dicam, omnis succrescens zizaniorum plantatio, et quotquot aliæ sunt Deo odibiles hæreses, tum quas longe anterius prodidit D ævum, tum quas post ejus ad Deum excessum sequens tempus erat producturum, universo divino Theologiæ Basilianæ igni admotæ, conflagrant et consumuntur; non minus, quam Eliæ precibus demisso cœlitus igne holocautomata ipsius, altareque et ligna.

qua hæreses superarit,

Sublimis hic Basilius, non Cæsareensium tantum Ecclesiæ, cui renuntiatus erat Episcopus; neque suo tantum tempori, et id ætatis hominibus; sed et orbis universi regionibus civitatibusque, adeoque toti huic seculo ac mortalibus cunctis utilis saluberrimusque Christianis præceptor ostenditur. Sane quæ ejus ab initio nativitas, conversatioque ac institutio fuerit; quod studium et opera in disciplinis sacris; quomodo etiam beatissimus vir, ab gentili et prophana sapientia, ad Christianam religionem transgressus, tum probatissimis moribus, tum venustissimo eloquio Philosophos superaverit, quotquot fere ipsum aut antecesserunt, aut secuti sunt, et quomodo exinde Pontificalem conscendens thronum, ac velut lucerna tota splendida Ecclesiæ candelabro impositus, orbem universum sermonibus sacris et ad mores compositis efficaciter collustrarit; quomodo etiam adversus hæresiarchas et veritatis E adversarios fortiter depugnans, eosdem seu Arabicos lupos ab suo sacro grege depulerit; contraque impios Reges suscepto certamine, et cum iniquis Præfectis congressus, clarissima de omnibus victoriæ erexerit trophæa; quomodo Christi oves in pascuis bonis et pinguibus, miraculorum sacrorum exhibitione, et enarratione cœlestium perfectorumque sermonum ac legum, continuerit; et ipse, ut bonus Pastor, et ut Pontifex sanctus, innocens, impollutus, segregatus a peccatoribus, atque (aliquid enim est audendum) sublimior cœlis factus, plurium et ipse in Evangelio operatus salutem, novissime humili isto tabernaculo absolutus, transierit in locum tabernaculi admirabilis, usque ad domum Dei; et in voce exultationis et confessionis sonus epulantium, cum cœlestis Sion primogenitis liberis recubuerit ac requieverit, *dicere aggredimur*.

et Regibus impiis restitit.

CAPUT I.

S. Basilii patria, parentes, consanguinei, nativitas, educatio, baptismus.

Basilius gente Cappadox,

Patriam Magnus Basilius *habuit* Cappadociam, *seculo præsertim quarto sanctorum eruditorumque virorum feracem.* Extant et libri, *inquit S. Hieronymus,* * Cappadocum, Basilii, Gregorii, et Amphilochii: qui omnes in tantum Philosophorum doctrinis atque sententiis suos resarciunt libros, ut nescias quid in illis primum admirari debeas, eruditionem seculi, an scientiam Scripturarum. *Nazianzenus, de seipso et Basilio, ita loquitur*. Habebant nos Athenæ, velut fluxum quemdam fluminis, ex eodem patriæ fonte in diversas regiones dissectos, rursus coeuntes. *Et alibi magis distincte Basilium interrogat, cur* Cappadociam fugeret, cum Cappadociam patriam haberet.

Ep 84 F

Or 20

G. Ep 6

2 *Urbs vero, natalibus ejus illustris, et postmodum Episcopatu illustrior,* Cæsarea *fuit, ut innuit ipse ad Cæsareenses scribens* Sæpe numero, *inquiens*, admiratus sum, quidnam animos vestros erga nos affecerit,.... ut nos, per amicitiæ ac patriæ commemorationem, scriptis adhortemini. *Eam ita describit Sozomenus:* Cæsarea ad montem Argæum sita, urbs ampla atque opibus abundans, et totius Cappadociæ metropolis. *Hanc* Julianus Imperator ex Albo civitatum expunxit, et cognomentum Cæsaris ademit; quod regnante Claudio meruerat, cum Mazaca prius diceretur. *De antiquo hoc ejus nomine et splendore testantur*

Cæsarea natus

B. Ep. 141

lib, 5 cap 4

urbe multum ob pietatem passa.

A testantur, * Josephus, * Philostorgius, Ammianus * Marcellinus, aliique. Verumtamen videtur memoranda potissimum fuisse ob pietatem, quod vixdum ex diutinis persecutionum procellis emergente Religione Christiana, jam tum tanta floruerit Christianorum multitudine et zelo, ut destruere ausi sint templa Jovis urbis Præsidis, et Apollinis Patrii; atque etiam, ipso regnante impio Juliano, evertere Fortunæ templum, quod supererat; Gentilibus, qui paucissimi erant nihil, obsistentibus; quo odium Apostatæ in se concitarunt, non una propterea pœna ab eo vexati. Sed et eamdem patriam suam, diversis occasionibus multa passam, deplorat ipse Basilius ad Sophronium Magistrum: Magnitudo, inquit, calamitatum, quæ patriam meam concusserunt, coegissent me in castra profectum, coram te exponere, vir magnifice, quæ sunt et qualia, quæ vehementer affligunt urbem nostram.

*l. 1 Ant. cap. 7
*l. 9 n. 12
*lib. 20
B. Ep. 331

illustri genere oriundus,
Or. 20

3 Familia ejus, non minus seculari dignitate, quam eximia sanctitate fuit illustris. Eam mirifice extollit Nazianzenus, in Oratione funebri magni Basilii. Enimvero, inquit, si eum genere ac generis splendore gloriari viderem, aut ulla re iis quæ omnino parvæ sunt, et quibus ii, qui humi defixos oculos habent, B efferri solent; alius utique Heroum catalogus appareret, tot tantaque a majoribus illius, ad eum ornandum, accipere possemus, ac ne historiis quidem quidquam hac parte cederemus, hoc certe nomine superiores futuri, quod non commentitiis fictisque narrationibus, sed rebus ipsis, quarum multi testes sunt, ornaremur. Multas enim nobis narrationes ex paterno latere Pontus suppeditat (et quidem priscis miraculis, quibus et Historicorum et Poetarum volumina plena sunt, neutiquam inferiora) multa etiam veneranda hæc mea patria Cappadocia, non minus juvenum quam equorum bona nutrix; unde paterno generi materni generis splendorem opponimus. Quorumdam autem et militaria imperia, et populorum gubernationes, et in Imperatorum aulis potentia et auctoritas, ac præterea opes et excelsi throni, et publici honoris ac sermonum splendores, vel plures vel majores extiterunt?......... Aliarum quidem familiarum, vel etiam sigillatim cujuslibet hominis, alia sunt insignia et narrationes, vel majores vel minores, quæ instar paternæ cujusdam hereditatis, vel longinquius vel propinquius exorsæ, ad posteros devolvuntur; Basilio autem, utriusque generis decus, pietas fuit.

filius S. Basilii Episc.

4 Patrem habuit Basilium, a quo et nomen accepit, Neocæsaræa in Ponto oriundum; asserente supra Nazianzeno, C multas narrationes, ad Basilii laudem, ex paterno genere Pontum suppeditare: matrem vero Emmeliam, ex Cæsarea Cappadociæ, ut communiter existimant; propterea quod Sanctus noster in eadem urbe natus sit; et Nazianzenus affirmet, Cappadociam multa conferre posse ad materni generis ejus splendorem. Utrumque parentem a vitæ sanctitate laudavimus trigesima Maji, qua die inscripti sunt Martyrologio Romano. Aviam ex paterno latere nactus est S. Macrinam, quam distinctionis gratia seniorem vocant, propter cognominem ipsi magni Basilii sororem. Illa Basilium nostrum a teneris fidei dogmata docuit, quæ a Gregorio Thaumaturgo didicerat. De ea sigillatim egimus, decima quarta Januarii: ubi ipsius et mariti ejus gloriosum pro fide exilium, et divinitus subministratam escam, ex Nazianzeno retulimus, ipsisque et non aliis Basilii majoribus attribui debere probavimus, in Commentario prævio num. 75. At ne inferior videatur materni generis splendor, avum ex eo latere habuit, quem pro Christi confessione decertantem, in persecutione Diocletiani et Maximiani, indignatio Regia sustulit, et omnia ejus bona aliis dominis distribuit, teste Nysseno. Fuit item Basilio avunculus nomine Gregorius, et is Episcopali dignitate ornatus, cujus

et S. Emmeliæ,
sanctam Aviam habuit et sororem,
avum ex materno latere Martyrem,
Vit. Macr.

D causa verosimiliter Nysseno nomen Gregorii inditum fuit. De eo Basilius mentionem facit ad Nyssenum fratrem: Unam mihi, ait, epistolam contexuisti; ac, tamquam a comprimis venerando et communi nostro avunculo scriptam, attulisti; fallens me: cujus gratia ignoro. Accepi illam, tamquam ab Episcopo communique patre, per te allatam. Extant ad eumdem avunculum suum Basilii epistolæ, in quibus mansuetudinem ejus laudat, et pacis concordiæque amorem: verum de hoc alibi fusius erit agendum.

AUCTORE P. B.
patruum Gregorium Episcopum,
B. Ep. 44
Ep. 45, 46

5 Quosdam præterea ex Basilii majoribus, Sebaste in minori Armenia fuisse oriundos, colligimus ex Oratione Nysseni in XL Martyres Sebastenos, ejusdem urbis populum ita alloquentis*: Vos enim cum video, nullos alios opus habeo inquirere parentes; vos enim estis patres mei, qui etiam ipsorum mihi patrum patres: patria enim parentum, in se continet etiam parentum dignitatem. Et cum: Martyrum istorum celebris per totam Cappadociam fuerit cultus, ne dubitemus, an Oratio ista Sebaste recitata sit, faciunt ejusdem sancti Oratoris verba, quæ non ad alios quam ejusdem urbis incolas recte proferri potuerunt. Numquid, ait, supervacuus vobis et nugator esse videor, qui vestra inter vos miracula exponam, vestrisque E bonis aures vestras demulceam? et paulo post, agens de lacu, in quo Martyres cruciati fuerunt; Lacus, inquit, vicinus signis quibusdam etiam opus habet, quibus lacus esse agnoscatur? Et in Oratione prima, vel potius prima parte ejusdem Orationis: Ad res natura præstantiores laudationem convertamus. Hæ autem vobis non amplius per verba ostendentur; sed licet in ipsum caput intueri vestrorum bonorum. Quis enim ignorat fructum vestrum, quos vos Martyrum produxeritis spicam, fœcundum hanc et copiosam, quæ ultra tricenarium numerum multitudine et copia frugum dilatatur. Videte sacrum hoc arvum: hinc Martyrum manipuli collecti sunt. Quod si scire desideras, de quo arvo dicam; ne procul ab eo quod adest, circumspicias. Quis est iste locus, qui amplectitur conventum? Neque dici potest, quod Nyssenus idcirco patriam suam, quia parentum suorum erat, Sebasten vocet, eo quod hæc antiquitus Cappadociæ adnumeraretur: frustra enim eo casu parentum mentionem faceret, cum ipse sine dubio Cappadox esset.

et alios consanguineos Sebaste in Armenia.
Boll. 3 Feb. de S. Blasio num. 1.

6 Fratres S. Basilii et sorores omnes simul decem fuisse, discimus ex Nysseno, qui matrem Emmeliam ita Dominum postremis verbis allocutam narrat: Tibi, Domine, et primitias et decimam dico fructuum uteri F mei. Primitiarum enim locum hæc mihi obtinet primogenita; decimæ vero, extremus hic decimus filius. Si igitur postremus decimus erat, non plures nec pauciores quam decem fuerant. Porro ex his decem quatuor erant fratres, Basilius, Naucratius, Gregorius, Petrus, eodem illo Gregorio teste. Ex quatuor fratribus, is qui secundum Basilium natu maximus erat, Naucratius vocabatur.... Petrus vero appellabatur, in quo pariendi dolores finierat mater: quod si ex decem quatuor tantum mares erant, necesse est reliquas sex feminas fuisse. His prænotatis facile explicantur Nazianzeni verba, ubi enumerans varia prædicti sancti conjugii decora, maximum et clarissimum censet, felicitatem in liberis, atque subjungit; Quod quidem liquido demonstrat ille felicitatis nomine prædicandus Sacerdotum et Virginum numerus, earumque * quæ in matrimonio eam sibi vim adhibuerunt, ut matrimonium nihil illis nocumenti adferret, quo minus ad parem virtutis gloriam aspirarent. Nemini dubium esse potest, quin magnus ille Trinitatis defensor Theologus, Ternarium intellexerit numerum, felicitatis nomine prædicandum: quoad Episcopos saltem constat, omnino tres fuisse. Hinc Magister meus R. P. Daniel Papebrochius, XXX Maji, recte

Fratres et sorores Basilii.
Vit. Macr.
Vit. Macr.
Orat. 20

A *recte intulit ; ex sex filiabus tres virgines fuisse, et tres matrimonio junctas : Naucratius autem præmatura morte extinctus est. De pia omnium educatione actum eadem* XXX *Maji, ubi de sanctis parentibus* Basilio *et* Emmelia. *Supersunt alii pauci, quorum mentionem reperimus, consanguinitate cum Basilio conjuncti. Imprimis Gaudentius, Brixiensis Episcopus, laudat Basilii ex sorore neptos.* Cum, *inquit*, per urbes Cappadociæ Jerusalem pergerem..... in ipsa maxima Cappadociæ civitate Cæsarea, reperimus quasdam Dei famulas, monasterii sanctarum Virginum dignissimas Matres, prorsus Mariæ et Marthæ consimiles, quas merito diligat Jesus ; natura, fide, et studio, et castitatis integritate germanas : quibus ab avunculo suo, Sacerdote ac Confessore Basilio, olim traditæ fuerunt Martyrum Sebastenorum venerandæ Reliquiæ.

AUCTORE F. B.

Serm. 17 de 40 Mart. *et ex sorore neptes :*

7 *Reperio quoque inter cognatos* Basilii Pœmenium ; *quem Sanctus, non tantum propter cognationem, et mutuam inter se a puero consuetudinem : sed maxime propter egregia virtutum ornamenta, ita dilexit, ut* pupillam oculi *sui non dubitaverit nominare. Hunc ut infra pluribus dicendum posiquam variis* B *negotiis adhibuisset, in magna Ecclesiæ necessitate, Satalensibus dedit Episcopum,* dignum Pastoris, *quod gerebat,* nomine *et munere;* non verbum Dei, qui mos multorum est, cauponantem ; sed qui queat complacere vehementer in nomine Domini ; iis inquam, qui fidem Dei sinceram prædicandam desiderant, et vitam libenter amplexantur illam, quæ ad Domini præcepta conformatur. *Reperio quoque* Palladiam, *feminam gravissimam, quam Sanctus* Matrem *dignatus est appellare ; quamque* non sola generis quæ est propinquitas ipsi adunaverat, verum morum suavitas loco parentum constituerat. *Aliam denique Basilius Helladio comiti, suppresso nomine, commendat,* Sororem *vocans, sibi* affinitate conjunctam, et viduitate afflictam, et filii sui orphani tutela negotiisque procurandis occupatam. *Atque hæc sunt, quæ de sanctæ ista stirpe hactenus colligere potui;* pauca ex multis ac pro multis, *ut Nazianzeni verbis utar ; inquit,* quæ tamen non eo commemoravi, *inquit,* ut ei cumulum aliquem gloriæ afferam (nam nec mare fluviis, qui in ipsum influunt, opus habet, etiamsi plurimi maximique influant ; nec is quem nunc laudamus, his qui ad encomium ipsius aliquid erogent) verum ut ostendam, quibus ille ornamen- C tis ab initio præditus. et in quod exemplar intuens quanto longius jaculatus sit. Nam si aliis magnum est, aliquid a majoribus ad gloriam accepisse ; majus profecto ipsi est, majoribus suis aliquid ex se adjecisse.

B. Ep. 183 et 290 *Pœmenius Episc. ejus cognatus :*

Palladia item cognata et alia affinis. B. Ep. 366

B. Ep. 422

Ipse generis splendorem virtute auxit. Or. 20

8 *Expositis itaque iis,* quæ a majoribus ipse habuit, quæque ipsius vitæ conveniunt, ad ipsum nos convertamus ; quoniam de eo viro oratio instituta est, qui nobilitatem viritim expendi vult. *In lucem prodiit sanctus infans* Basilius, *primogenitus inter fratres suos, circa annum* CCCXVII, *ut ostendimus, quasi alter Samuel : nam, ut inquit Nyssenus,* Divinitus data atque concessa Samuelis et Basilii nativitas erat ; et ut illum mater, ita etiam hunc pater a Deo petitum procreavit. *Cumque ad eam ætatem pervenisset ut loqui posset, et præceptis quibusdam erudiri ; prima cura Emmeliæ matris et Macrinæ aviæ fuit, tenellum animum primis fidei dogmatibus imbuere, et ad omnem virtutem formare, ut ipse ad Neocæsareenses testatur :* In hoc uno, *inquiens,* in Domino gloriari ausim, quod numquam falsas opiniones habuerim de Deo, neque aliter sentiendo animi postea judicium mutaverim : sed quam a puero sententiam de Deo a beata matre, deinde et avia mea Macrina recepi, illam, justis incrementis auctam et adultam, in meipso conservaverim...... Fidei vero nostræ quæ poterit esse evidentior probatio, quam quod a nutrice D Beata femina, quæ ex vestro gremio progressa est (Macrinam dico, illustrem illam) educati sumus : a qua et Beatissimi Gregorii verba, quæ memoriæ beneficio penes se servata retinuit, edocti sumus ; quibus illa nos adhuc infantes, tamquam pietatis dogmatibus, finxit ac formavit. *Hinc profluxit ille, qui in scriptis ejus elucet erga S. Thaumaturgum amor : hinc, cum in suspicionem hæresios per calumniam apud Neocæsareenses vocaretur, Gregorium Thaumaturgum appellabat ; sacrosancte protestatus, se nihil alienum ab ejus fide et doctrina, aut didicisse unquam aut docuisse.* Hoc ad concordiam, *inquit,* plurimum confert, si datur iisdem uti doctoribus. Sunt autem iidem et nobis et vobis doctores mysteriorum Dei et spirituales Patres, qui vestram ab initio fundarunt Ecclesiam ; Gregorium dico, priscum illum, et quotquot post ipsum Episcopalem apud vos Sedem susceperunt ; qui ordine succedaneo instar astrorum exorti, iisdem ingressi sunt vestigiis

Or. 30 *Natus anno 317*

Or. F. *pie educatur primum a matre et avia,*

B. Ep. 79

B. Ep. 75

B. Ep. 75

9 *At neque Basilio patri ejus minor diligentia in filio erudiendo fuit. Utrumque enim parentem de tam pia sollicitudine laudat ipse, in libro de Judicio Dei, sic scribens :* Optimi Dei bonitate et erga nos benignitate, per gratiam Domini nostri Jesu Christi, E ex operatione Spiritus sancti, ab tradita per manus Gentilium superstitione liberatus, et jam tum a primo ætatis meæ initio, in Christianorum parentum disciplina educatus, sacrarum ab ipsis litterarum cognitione vel a puero imbutus sum, quæ me ad veritatis agnitionem adduxerunt. *Neque solum scientia sacra eum imbuit pater suus, sed etiam eruditione profana : Rhetoricam quippe et Philosophiam publice videtur docuisse. Armenos enim, qui Basilium contentiosis quæstionibus Athenis aggressi sunt, dicit Nazianzenus, illi conjunctos fuisse,* amicitia adhuc ex patre et veteri sodalitio : nam in illa schola instituti fuerant. Prima igitur ætate, sub magno patre, quem communem virtutis magistrum eo tempore Pontus proponebat, velut fasciis involvitur ; atque optimo illo purissimoque figmento, quod David diurnum recte vocat nocturnoque oppositum, effingitur. *Id est, interprete Niceta, melius eum pater, moribus et scientia imbuendo, quam corporaliter generando, formavit.* Sub hoc, et vita simul et sermone pariter augescentibus, atque in altum assurgentibus, egregius adolescens eruditur ; non Thessalicum et montanum quoddam antrum, quasi virtutis scholam et F officinam jactans ; nec arrogantem quemdam Centaurum, heroum sui temporis præceptorem. Nec vero ab eo artem percipit, qua lepores sagittis configat, vel hinnulos cursu insequatur, vel cervos venetur, vel in rebus bellicis excellat, vel feroces equos optime domet (eodem videlicet et equo utens et magistro) nec fabulosis cervorum ac leonum medullis nutritur ; sed liberales artes docetur, atque ad Dei cultum excolitur ; et, ut uno verbo complectar omnia, per primas ac pueriles disciplinas, ad futuram perfectionem ducitur. Nam qui vel solos mores, vel solam doctrinam consecuti sunt, ab alterutra autem deseruntur ; ii mihi nihil a luscis differre videntur ; quibus cum magnus ille defectus sit, tum vero major turpitudo, sive alios cernant, sive ab aliis cernantur. At quibus utraque laude excellere, ac velut ambidextris esse contigit ; hi omnibus numeris absoluti sunt, ac cum alterius vitæ beatitudine vitam agunt. Quod quidem illi, ut par erat, contigit ; domesticum habenti virtutis exemplar, in quod oculorum aciem intendens, statim optimus erat. Et quemadmodum equorum pullos ac vitulos, simul atque in lucem prodierunt, matribus suis assultare videmus ; sic ille patrem, cum equino et generoso impetu, e propinquo assectabatur,

deinde eruditus a patre

virtutem et artes liberales docetur,

Orat. 20

Ps 38

insigni profectu ad patris exemplum.

A tur, nec in summæ virtutis exercitio longo illi intervallo cedebat; aut, si mavis, in ipsa quoque virtutis adumbratione, futuræ virtutis pulchritudinem subindicabat, atque absolutioris vitæ notas ante ætatis plenæ tempus præferebat.

10 *Tam piam patris de filio recte educando solicitudinem, voluit Deus insigni miraculo remunerare, affirmante id Nysseno.* Cumque letali morbo, *inquit*, Basilius quondam correptus esset, etiamnum in ætate juvenili; per visionem in somnis pater vidit Dominum, qui in Evangelio Regulo illi filium servavit, sibi apparere; et illa dicere ad se, quæ ad illum Dominus dixerat; nempe: Vade, filius tuus vivit. Cujus fidem et ipse imitatus, eumdem quem ille fidei fructum percepit, salute filii per Dei benignitatem, recepta. *Quod autem hinc inferat,* * *Hermantius,* Basilium *natura fuisse imbecilliore, repugnat Nazianzeno, dicenti :* Ac pulchritudinis quidem, et roboris, et magnitudinis laudem, quibus plerosque delectari conspicio, volentibus relinquemus; non tamen quod in his etiam, quoquam eorum, qui res parvas in pretio habent, et circa corpus volutantur, inferior esset, quando adhuc ætate florebat, neque philosophia carnem domuerat. *Adeoque, quod per diuturniorem vitæ partem tam infirma usus sit valetudine, ut se* natura ipsa valetudinarium *affirmarit; non corporis vitium, sed virtus animi in causa fuit : qua corpus domando afflixit, et frequentes morbos, patienti tolerantia, pæne vertit in naturam. Inter hæc in mundum prodiit* Petrus, *postmodum Episcopus Sebastenus, decimus liberorum :* qui simul natus et orbus fuit : quo enim tempore in lucem edebatur, pater e vivis excessit; *puta circa annum* CCCXXIX, *cum Basilius* XIV *ætatis annum attingeret.*

Orat. F.
Juvenis a morbo miraculose sanatur ad ejusdem patris preces

** l. 1 c. 5 orat. 20*

B

B. Ep. 257

Vit. Macr.

11 *Orbatus patre* Basilius, *videtur habitasse per duos aut tres annos cum Macrina seniore, nutrice sua et avia, non procul ab urbe Neocæsareensi, ad Iridem fluvium, in domo suburbana; eodem loco, in quo postea Petrus monasterium virorum rexit, cui ipse* Basilius *bonorum suorum, sibi a parentibus relictorum, partem donavit, et ab eodem quamdiu vixit suæ sustentationi necessaria recepit. De ipsa suæ educationis domo, in monasterium conversa, bonisque suis eidem donatis, extat Basilii epistola, quam diversimode intellexerunt alii : est enim obscurior, utpote scripta ad tributorum quemdam exactorem, Ethnicum forsan, aut saltem rerum ecclesiasticarum minus peritum : causa vero scribendi erat, quod domus ista tributis solito majoribus gravaretur.* Fateor me, *inquit*, quam plurimos domi, patriæ nempe meæ, cum sanguine mihi junctos habere, tum etiam amicitia : agnosco me parentis loco collocatum esse, propter istum habitum quem mihi circumdedit Dominus. Habeo autem istum ego filium, altum in illa patria, quæ me quoque educavit : Domumque illam precor, in qua nutritus est, in eodem semper habitu permanere et statu, ut tua hic præsentia, Vir ornatissime, quæ benefecit omnibus, nequaquam tristitiæ occasionem præbeat isti viro. Sed cum etiamnum ex illa domo alar et sustenter (quippe qui de meo aliud nihil prorsus possideam, contentus suppeditatis mihi facultatibus, ab iis qui me amant) rogo te, ita domui illi parcere, in qua altus sum, tamquam qui rerum mihi ad vitam victumque necessariarum copiam eo pacto sis suppeditaturus. Deus autem te ob ista, æterna illa requie donare dignetur. Cupio autem tuam Dignitatem cognoscere, esse omnino verissimum, quod servitiorum quæ possidet major multo pars, quæ mihi erat a parentibus relicta, a me in illum translata fuerit, in meæ educationis alimoniæque mercedem. Merces autem illa non est donum absolutum, sed ad terminum vitæ usus-fructus; ut, si aliqua in re ipsi fuerint gravati, liceat ipsis illa ad me demum remittere.

qui mortuo cum Macrina avia habitat,

B. Epist. 248

C

in domo suburbana, postea in monasterium conversa,

ejusque bonis dotata.

12 *Cum Basilius agnoscat se*, parentis loco plurimis collocatum, propter habitum, quem ipsi circumdederat Dominus; filium, *quem affirmat* in eadem secum domo altum, *intelligo spiritualem; et forsan Petrum fratrem suum, aliis Monachis præpositum, cum hanc epistolam scriberet. Hermantius, filium nutricis intellexit : male quidem, meo judicio, neque enim Sanctus aliam nutricem habuit præter S. Macrinam. Clarius de eadem domo agit ad Neocæsareenses :* Ego, *inquit*, cum propter loci hujus consuetudinem, qua illi a puero assuevi (hic enim apud nutricem meam educatus sum) tum propterea quod postea quoque ut plurimum in hoc loco versatus sum; quem (cum urbanos tumultus fugerem; et propter solitudinis silentium, illum ad philosophiæ studium, commodum esse scirem) complures continuos annos incolui. *Sane, siquis hæc utriusque epistolæ fragmenta consideraverit, dubitare non poterit de iis, quæ initio hujus numeri statui : sed, in quantum monasterium spectant, erit alibi fusius de iis agendi locus. Quod educationem* Basilii *attinet; cum certum sit eum in domo suburbana cum nutrice sua aliquamdiu habitasse; aptius tempus huic commorationi non reperio. Primis enim annis (ut supra vidimus) sub cura matris Emmeliæ et aviæ enutritus est : reliquo tempore eum instruxit pater suus, adeoque in ipsa urbe Neocæsareensi. Postquam autem pater e vivis excesserat, fieri potuit, ut Macrina senior, cum Basilio suo, et forsan cum Gregorio Nisseno, ad eum locum se receperit; paucos vitæ annos, qui supererant octogenariæ, extra urbis tumultum et familiæ curas traductura. Emmelia vero, cum parvulis et Macrina juniore, quæ jam decimum sextum ætatis annum attingebat, quoadusque adolescerent reliqui, in civitate remanserit, aut potius transierit Cæsaream, unde erat oriunda.*

D

AUCTORE F. B.

B. Ep. 64

E

13 *At neque tam continenter pueritiam et adolescentiam in Ponto traduxit* Basilius; *quin sæpius Cæsaream patriam suam excurrerit, vel matris visendæ causa, vel consanguineorum : qua occasione a prima ætate suspexerit virtutem Dianæi, tum Presbyteri, et ab anno* CCCXLI *Episcopi Cæsareensis, ut se fecisse testatur ipse Basilius, respondens ad calumnias adversariorum, objicientium, quod per contemptum communicare eidem Episcopo noluisset.* Ego vero, dic quæso, *inquit*, beatissimum Dianæum anathematizavi? (hoc enim de nobis accusandi gratia prædicaverunt) Ubi, aut quando? Coram quibus, quo prætextu? An nudis verbis, vel scripto? An alios secutus, vel ex mea ipsius auctoritate et audacia, primus illud tentavi? O impudentiam hominum, nihil non temere loquentium? O contemptum judiciorum Dei! Non contenti sunt isto figmento, nisi et hoc tragico more adjiciant, quod factus sim aliquando ita demens, ut ipsa mea verba haud intellexerim. Ex quo rationis compos fui, nihil tale a me factum esse novi, nec unquam tale quid volui : sed contra magis mihi conscius sum, quod ex prima ætate in amoris affectu erga ipsum enutritus, virum suspexerim. Erat enim aspectu admodum honesto et præclaro, et veneranda ac sacra gravitate prædito. Posteaquam vero mihi rationis perfectioris usus accessit, illum ex animi bonis venerabilem agnovi, deque illius convictu gavisus sum, apertos viri egregiosque et ingenuos mores noscens, et si qua reliqua erant illi agnata ac propria, ut propria erant et peculiaria, animi placiditas et excellentia, cum mansuetudine conjuncta, decens modestia, pectus irasci nescium, alacritas et conveniendi facilitas, cum gravitate pulchre temperata. His de causis, illum habebam, viris ex virtute illustrissimis connumeratum.

Adolescens cognovit Dianæum Cæsareens. Episcopum.

F

quem se negat unquam anathematizasse

sed virtutem ejus suspexit semper,

14 *Est vero idem ipse Dianæus, a quo* Basilius *baptizatus est, deinde, per Lectoris officium et ordinem,*

AUCTORE F. B

ab eo baptizatus et Lector ordinatus.

Cap. 59

A Ecclesiæ ministerio admotus; *sicut testatur ipse in libro de Spiritu sancto. At quo tempore Baptismum susceperit, an primis annis adolescentiæ, an post peracta profana studia, antequam Lectoratus ordinem susciperet, prorsus incertum. Primum suadet parentum et filii pietas; alterum istius temporis consuetudo; et exemplum Gregorii Theologi; cui neque pietas defuit, neque parentibus ejus; et tamen circa annum dumtaxat ætatis* XL *sacro lavacro ablutus est. Præterea si* Basilium *baptizatum dixeris adolescentem, non facile rationem invenies cur Cæsareæ maluerit, quam Neocæsareæ baptizari: nisi forte hoc tempore baptismum susceperit, cum mater post obitum mariti illic habitaret, et ipse aliquanto diutius apud eam subsisteret. Hoc vero convenienter omnino dici posset : et faveret tali opinioni, quod Sanctus dica se* ex prima ætate enutritum in amoris affectu erga Dianæum, *tum temporis quidem nondum Episcopum, sed Presbyterum.*

NOTATIUNCULA.

* *Hæc Nazianzeni verba,* καὶ τῶν ἐν γάμῳ μηδὲν τῇ συζυγίᾳ βλέψαι βιαζομένων *etc. interpres masculino*
B *genere expressit,* eorumque in matrimonio eam sibi vim adhibuerunt *etc. Ego vero, cum perspicuum sit de mulieribus Sermonem esse, utrique generi communem terminationem Græcam, Latine in feminino exprimendam censui :* Et earum quæ in matrimonio *etc.*

CAPUT II.

Basilii studia Cæsareæ et Constantinopoli.

Defuncta Macrina,

V*itam B. Macrinæ senioris, aviæ et nutricis Basilii nostri, spatio octoginta annorum aut unius alteriusve amplius, circumscribendam omnino esse diximus* XIV *Januarii ad ejus Acta; et pluribus confirmavimus in*

num. 74 et seqq.

Commentario prævio. Hæc autem cum transisset ad Dominum, puta anno CCCXXXII; *circa idem tempus, vel si mavis uno alterove anno serius, Basilius, cum justos adolescentiæ annos, decimum sextum nempe vel decimum octavum, attigisset;* cumque jam ex paterna et domestica institutione satis uberem doctrinam

Orat. 20

collegisset : nec rei cujusquam honestæ ignarum et expertem eum esse oporteret ; nec ab apicula quæ ex quibuslibet floribus utilissima quæque decerpit, labore ac diligentia superari ; Cæsaream, ut Scholarum ipsius particeps esset, contendit : hanc, in-
C quam, illustrem civitatem et nostram, nam meorum quoque studiorum dux et magistra extitit, non minus litterarum atque doctrinæ, quam urbium quibus præcellit et dominatur metropolim : quam si quis doctrinæ palma spoliaverit, rem omnium pulcherrimam ipsique maxime propriam eripuerit. Nam cum aliæ civitates aliis ornamentis, vel anti-

Basilius Cæsareæ studet :

quis, vel novis glorientur, prout opinor vel historiis vel rebus quibusdam visendis ornatæ sunt ; hanc contra, ut arma vel tragœdias notæ quædam atque insignia, sic litterarum gloria nobilitat illustremque reddit.

16 *Cæsarea altera est Cappadociæ, altera Palæstinæ metropolis. Priorem hic intelligendam suaderet ratio itineris; quandoquidem* Basilius, *ut infra di-*

an in Cappadocia?

cetur, Cæsarea Byzantium sit profectus, antequam veniret Athenas. Neque isti urbi fama doctrinæ deerat : Eusebius enim in vita Constantini, agens de

l. D c. 43

Episcopis qui Hierosolymam convenerant ad Dedicationem ecclesiæ; ex Cappadocia, *inquit,* Episcopi, qui doctrina et eloquentia præstabant, in medio concessu enituerunt. *Et ipse* Basilius *jam senex de-*

B. Ep. 373

plorans patriæ suæ in quas inciderat calamitates, inter collapsa ejus ornamenta, eruditionem numerat :

D Congressus enim illi, *ait*, et per conventus sermones, et eruditorum hominum in foro colloquia, et

sed verosimilius, imo potius in Palæstina :

quæ antehac reddebant civitatem hanc illustrem, jam dudum nos omnia destituerunt ; adeo ut eruditione et sermone illustris quispiam, rarius nunc per forum conspiciatur..... occlusa sunt Gymnasia. etc. *Verumtamen firmiora militant pro Palæstinæ metropoli argumenta. Nam huic, præ reliquis civitatibus, vere præcipuum quoddam ornamentum fuit eruditio. Siquidem in ista instituit Origenes secularium litterarum seu liberalium artium Scholas, tanta eruditionis fama,* ut Studiosorum miri concursus ad eum fierent; quibus interpretabatur quotidie, et propterea recipiebat, ut sub occasione secularis litteraturæ in fide Christi eos institueret. *Deinde in*

Hieron de Script

eadem celebrem bibliothecam inchoavit idem Origenes quam auxit Pamphilus Martyr et Presbyter, quæ etiam usque ad tempora S. Hieronymi superfuit. Si igitur hoc loco de Cæsarea Cappadociæ intelligi voluisset Nazianzenus, frustra laudasset eam ob doctrinæ palmam, tamquam ipsi adeo propriam, ut hac una ab aliis civitatibus esset distinguenda; cum hac in laude
E *alteri ejusdem nominis urbi vix posset comparari. Et quomodo dicere poterat sanctus Orator,* Basilium *Ponto egressum, Cæsaream Cappadociæ plenioris eruditionis causa* contendisse, *græce* ἔπειγεν, *quod profectionem cum impetu quodam et conatu institutam significat. Hoc, inquam, de Cæsarea Cappadociæ intelligi vix potest : cum eodem Basilius etiamnum puer (ut num.* **12** *et* **13** *dictum est) sæpius venerit, et quandoque diutius ibi substiterit. Denique de Cæsarea hic Nazianzenus loquitur, quæ ipsius* quoque studiorum dux et magistra extitit : *se vero in Palæstina studuisse affirmat ipse :* Ego, *inquiens*, oratoriæ artis amore inflammatus, in Palæstinæ academiis, tum florentibus, pedem fixi : *fixit igitur et ibidem* Basilius.

Orat. 10

17 *Nec quisquam objiciat Gregorium Presbyterum, qui seculo* x *Vitam Nazianzeni scripsit, in eaque ait,*

contra quam videtur sentire Gregorius Pr.

Sanctum hunc Nazianzo Cæsaream, inde in Palæstinam *studiorum causa* profectum; *ideoque Cæsaream Cappadociæ, non Palæstinæ, Theologo* studiorum ducem et magistram extitisse, *et consequenter* Basilio. *Neque adeo id incongrue dixit aut existimavit Presbyter ille Gregorius : fieri enim potuit ut Nazianzenus, qui in patria sua, civitate non magna, nullum magistrum satis aptum inveniebat, Cæsaream Cappadociæ venerit ad Grammaticam, et forsan dialecticam, in tenera ætate discendam : nam erant ibi scholæ talium artium, ut in urbibus aliis celebrioribus; et conveniebat*
F *adhuc pene puero, non longe a domo abire. Scrupulum tamen mihi injicit Nazianzeni tacentis auctoritas, ne Gregorius Presbyter inde hallucinatus sit, quod de una tantum Cæsarea, eaque Cappadociæ, cogitarit. At quamvis in prima ætate primis doctrinæ principiis imbuendus, Cæsareæ in Cappadocia habitasset Gregorius Nazianzenus, non ideo censendus esset hoc loco ea de urbe agere : amplius enim requiritur aliquid, ut* studiorum dux et magistra *dici possit. Cogitemus igitur Theologum, anno ætatis suæ* XVI, *Christi* CCCXXXII,

Nazianzenus interim in Palæstina manet

relicta patria, in Palæstinam studiorum causa profectum, Cæsareæ per duos circiter annos substitisse, auditorem Thespesii Rhetoris, ut affirmat Hieronymus; circaque annum CCCXXXIV, *cum Basilius ætatis suæ* XVIII *eodem adventaret, ille jam annorum octodecim,*

de Script

alias Palæstinæ academias adierit, hinc inde moram trahens, prout celebriores magistros audiendi opportunitas et oratoriæ amor suadebat. Quippe eo inflammatus, ut ipse testatur, non in una tantum, sed et in reliquis Palæstinæ academiis pedem fixit; donec, post annos circiter quatuor, perrexit Alexandriam, reperturus ibidem fratrem Cæsarium, se fere biennio juniorem; qui eodem cum Gregorio tempore patria exierat, teste ipso Gregorio dicente : Mater nostra, materno

quodam

A

cum Cæsario fratre, Orat. 10

quodam voto, atque amoris erga filios pleno, hoc optabat, quemadmodum ambos eodem tempore emiserat, sic ambos quoque simul redeuntes videret.

18 *Si vero ratio quæratur, cur* Basilius, *qui Gregorium annis æquabat, hoc tamen serius exierit patria: ea assignari potest; quod Gregorius patrem quidem sanctum, sed non litterarum doctorem haberet domi;* Basilio *autem pater, non minus virtutis esse poterat, quam doctrinæ magister; adeoque quod Gregorius et Cæsarius peregre discere debebant,* Basilius *vivente patre, didicerat domi. Si tamen displiceat ætas Cæsarii vix quindecim annorum, tali peregrinationi immatura: cogita, eum quidem simul cum Gregorio fratre Nazianzo relictis parentibus abiisse, sed illum diutius Cæsareæ in Cappadocia substitisse, antequam inde proficisceretur Alexandriam. Profecto simile aliquid admittendum est, si* Basilius *et* Gregorius *Cæsareæ in Palæstina liberales artes didicerint. Cum enim simul illic numquam habitasse, satis probent, præter utriusque silentium, hæc Nazianzeni verba;*

Orat

Habebant nos Athenæ, velut fluxum quemdam fluminis ex eodem patriæ fonte, in diversas regiones, doctrinæ cupiditate, dissectos; rursumque, velut ex composito,

B

Deo videlicet ita impellente, coeuntes: *qua quidem similitudine satis clare asserere videtur, numquam se simul convenisse, antequam venirent Athenas. Cum ergo numquam simul illic habitarint; necesse est* Gregorium, *antequam* Basilius *Cæsaream accederet, inde decessisse: nam hic Cæsarea Constantinopolim, ubi non multo tempore substitit: Constantinopoli Athenas pervenit, quo cum Gregorius paucis mensibus præcesserat, ut capite sequenti dicetur.*

si tamen Basilius unquam in Palæstina studuit:

19 *Ceterum hanc, de* Basilii *Cæsareæ in Palæstina philosophicis studiis, sententiam, ut verisimiliorem hactenus secutus sum, porro etiam secuturus: quamvis non levem animo scrupulum relinquant ampla illa encomia, quibus Nazianzenus, istam de qua agit Cæsaream exornat; ut videatur per ea Cæsareensium, ad quos dicebat, animos sibi conciliare voluisse: et scrupulum augent ea, quibus præsentes videtur compellare, verba:* Exponant, *inquiens,* ii qui eum apud se erudierunt, aut fructum ex ejus eruditione ceperunt; quantus videlicet magistris, quantus æqualibus esset, etc. *Hæc tamen, cum non ita urgeant, quin benignam interpretationem patiantur; Palæstinam Cappadociæ prætuli, aliter cuique sentiendi relicta libertate.*

C

Verum si quis existimet Nazianzenum hic de Cæsarea Cappadocum locutum, ibidem Basilium *detineat necesse est, usque ad annum ætatis* XXVI, Christi CCCXL, *juxta ea quæ dicentur inferius, supposita verosimiliori opinione.*

Basilius in doctrina

Orat. 20

20 *Et hæc quidem quoad locum et tempus disputanda occurrebant: quod vero* Basilium *spectat, quanto hic profectu artibus omnibus perdiscendis sese tradiderit, quantam doctrinæ et virtutis pariter existimationem apud omnes consecutus sit,* exponant ii, *aut Nazianzenus,* qui eum apud se erudierunt aut fructum ex ipsius eruditione ceperunt; quantus videlicet magistris, quantus æqualibus esset, illos nimirum æquans, hos omni doctrinæ genere superans; quantum apud omnes, tum plebeios, tum civitatis primarios, gloriam brevi tempore assecutus fuerit; majorem quam illa ætas ferebat eruditionem, majorem rursus eruditione morum constantiam et gravitatem ostendens; rhetor inter rhetores, etiam ante sophisticam exedram; philosophus inter philosophos, etiam ante philosophiæ decreta; et quod maximum est, Sacerdos Christianis, etiam ante initum Sacerdotium, tantum ipsi in omnibus concedebant. Ipsi porro eloquentiæ studium accessionis dumtaxat ac velut corollarii cujusdam rationem habebat, hoc tantum scilicet ex ipsa fructus decerpenti, ut ejus ope atque auxilio ad nostram philosophiam uteretur..... At vero serium et præcipuum illius studium in eo versabatur, ut veræ philosophiæ operam daret, seseque a mundi contagione abrumperet, et Deo adjungeret, ac per terrena, superna lucraretur; et per fluxa et fragilia, ea quæ firma et æterna sunt compararet.

et virtute profecit,

D

AUCTORE P. B.

30 annorum spatio.

21 *Quamdiu Cæsareæ manserit* Basilius, *non aliunde colligi potest, quam ex numero annorum, quos profanis studiis impendit. Definit id tempus Nazianzenus spatio annorum fere triginta, quod cum ante annum* CCCLVI *finiri debeat, juxta ea quæ dicta sunt tomo* VII *Maji, qui erat annus ætatis ipsorum quadragesimus: sequitur id inchoandum esse ab anno* CCCXXVI, *ætatis ipsorum circiter decimo; adeoque annumerandos annos quos domi grammaticæ impenderunt. Statuamus igitur,* Basilium *Cæsareæ commoratum per annos sex, duos deinde Constantinopoli (namque ibi, ut dicetur sequenti numero, exiguo tempore mansit) ita anno ætatis suæ vigesimo sexto, Christi* CCCXLVII, *venerit Athenas.* Gregorius *autem, eodem tempore, quo* Basilius *Cæsareæ et Constantinopoli morabatur, in aliis Palæstinæ academiis, et deinde Alexandriæ, scientiis perdiscendis vacabat: donec et ipse, paucis ante* Basilium *mensibus, ad eamdem doctrinæ arcem perrupit. Adeoque facile fieri potuit: ut* Basilium, *quem numquam ante Atheniensem commemorationem viderat, cognitum utcumque ex fama haberet, quod ex ipso Nazianzeno capite sequenti ostendemus.*

pag. 656

E

Cæsarea discedit Constantinopolim:

Orat. 20

22 *Prosequamur interim cum eodem Nazianzeno philosophicum* Basilii *itinerarium:* Cæsarea, *inquit,* mittitur Byzantium, urbem totius Orientis principatum tenentem: excellentissimis enim oratoribus philosophisque florebat, quorum brevi optima quæque ingenii celeritate ac magnitudine collegit. *Inter illos fuisse Libanium, philosophum ethnicum, mihi omnino certum videtur; sed antequam historicis argumentis id stabiliam, referendæ mihi sunt et examinandæ aliorum de Libanii magisterio sententiæ. Et prima quidem occurrit, Socratis eidemque consentientis Sozomeni. Ait ille quod,* cum essent adolescentes *Gregorius et Basilius,* celeberrimorum eo tempore Sophistarum Himerii ac Proæresii Athenis auditores fuerunt; ac postea Antiochiæ in Syria Libanii scholam simul frequentantes, ad summum eloquentiæ culmen pervenerunt. *Verum hæc non facile persuaderi poterunt, consideranti epistolam scriptam a Libanio ad* Basilium: *quin etiam manifesti erroris convincuntur ex eo, quod, cum Athenis discederet* Basilius, *cumque paulo post sequeretur* Gregorius; *non in Syriam, sed recta uterque in Cappadociam patriam suam redierit. Iter autem, quod* Basilius *postmodum instituit per Syriam, non ad philosophos rhetoresve audiendos destinatum fuit; sed ad inspiciendam, quam imitari desiderabat, Monachorum vitam:* Gregorium *vero, tot tantaque negotia detinuerunt domi, ut ne ad* Basilium *quidem, quod utrique maxime in votis erat, accedere diu potuerit. Et sane Gregorium unquam Libanii discipulum Antiochiæ fuisse, ipso ea de re tacente, credere non possum; sed potius inde historicis istis obrepsisse errorem, quod cum scirent Antiochiæ* Libanium *docuisse, celebriori quam alibi fama, ejusque auditorem aliquo saltem tempore fuisse* Basilium; *consequens esse putarint, factum id Antiochiæ: et deinde nefas sibi duxerint, ab hoc vel tantisper separare individuum suum Gregorium.*

Libanium audit.

non Antiochiæ. l. 4 c. 26

B. Ep. 143

F

neque Cæsareæ in Palæstina,

23 *Altera est opinio, vel potius conjectura;* Basilium, *cum Cæsareæ moraretur in Palæstina, Libanii discipulis se adnumerasse; qui anno* CCCXLI, *durantibus Antiochiæ terræ-motibus, forsan eo fugerit; vel, si mavis, id factum credas Antiochiæ, quo* Basilius *deflexerit ex itinere, Cæsarea proficiscens Constantinopolim, aut Constantinopoli Athenas. Nazianzenus, autem, dum ante* Basilii *adventum Athenis versaretur,* inde

Tom. 7 Maji p. 659

AUCTORE F. B.

A *inde excurrerit Antiochiam, accitus fama Libanii, et impulsus proprio, quo ad audiendos celebriores magistros ferebatur, impetu. Ego vero mihi persuadere nequeo, Libanium unquam fuisse Cæsareæ, multo minus discipulos istic aliquos habuisse. Quippe in oratione, quam inscripsit de fortuna sua, et in qua usque ad minutias pene refert omnia, quæ sibi in vita vel prospere vel infeliciter acciderunt, subinde meminit terræmotuum, sæpius pestilentiæ, cujus metu discipuli sui alio transierunt; ipse tamen, aut in urbe manserit, aut ut summum exiguo tempore abfuerit. Sed neque tanti mihi est Socratis et Sozomeni hoc loco auctoritas, ut credam,* Basilium, *ex itinere Constantinopolitano aut Atheniensi, Antiochiam deflexisse, tacente Nazianzeno, imo aperte satis negante numero præcedenti, nisi vis ejus verbis inferatur. Gregorium vero Athenis excurrisse Antiochiam, repugnat ipsi Gregorio, affirmanti, se duntaxat* paulo ante Basilium *Athenis fuisse, ipsumque* statim post *advenisse. Quod si necesarium foret credere, utrumque Sanctum Libanio in disciplinam se tradidisse, mallem suspicari, eos simul tempore quatuordecim annorum, quibus verosimiliter Athenis studuerunt, profectos Antiochiam ad audiendum Libanium, nec multo post reversos Athenas. Huic tamen* B *opinioni adversatur, præter id, quod magnum est, Nazianzeni silentium, Epistola Libanii ad* Basilium, *in qua ait :* Quoniam vero operæ pretium esse putabas, ut et Athenas videres, idque et Celso persuaseras, gratulabar Celso quod amicitiæ tuæ esset conjunctus : *ex his enim colligere licet, nondum visas fuisse* Basilio *Athenas, quando discessit a Libanio, illumque non discessisse cum* Gregorio, *sed cum Celso : quomodo enim Libanius, qui mentionem facit de Celso, tacuisset de Gregorio, si is adfuisset tunc* Basilio?

Orat. 20 neque interrupta Atheniensi commoratione,

B. Ep. 143

24 *Tertia sententia est Cardinalis Baronii; qui in Vita Gregorii Nazianzeni, edita a nobis nona Maji, Libanium numerat inter philosophos quos audierunt Athenis; et id ipsum, inquit, affirmat* Basilius. *Verum nunquam Libanium docuisse Athenis, patet ex ipso Libanio in Oratione de fortuna sua, et ex Eunapio in Vita Libanii. At Basilius, in sua quadam ad Libanium epistola, asserit, se quoquomodo instructum fuisse a Libanio, sed non dicit id factum fuisse Athenis. Quarta opinio est Godefridi Hermantii, qui verosimile esse ait, Libanium unum fuisse ex præceptoribus, quos* Basilius *audivit Constantinopoli; et in Annotatis ad eumdem locum, rejectis aliorum sententiis, ostendit, aut* C *Constantinopoli, aut nullibi a Basilio auditum fuisse Libanium. Et recte quidem, ut existimo, quoad rem; male autem, in suis principiis. Quippe cum Basilium natum dicat anno* CCCXXVIII, *et Athenas appulisse* CCCXLIV, *consequens foret, ante annum decimum sextum ætatis, Basilium Constantinopoli studuisse, sub disciplina Libanii : quod statim apparebit incredibile, consideranti,* Basilium *neque ante annum ætatis duodecimum exivisse Ponto aut Cappadocia; et sex saltem annis opus fuisse, ut, Cæsareæ in Palæstina aut alibi,* magnam disciplinarum partem consequeretur, *quantam consecutus erat, quando ipsum primo novit Libanius.*

neque Athenis, Num. 20

B. Ep. 146

pag. 10

sed Constantinopoli

B. Ep. 143

25 *Quid ergo dicendum? Imprimis dubitari non potest, quin aliquando Libanio qualicumque instructore usus fuerit* Basilius : *is enim ita ad Libanium scribit* : Nos quidem, o præclare Vir, cum Moyse et Elia, similibusque beatis viris versamur, qui nobis barbarica voce doctrinam suam tradunt; et nos quæ ab illis audimus loquimur, sensu quidem vera, verbis autem rudia, ut et hæc ipsa quæ scribimus indicant : nam etiamsi aliquid consecuti fuerimus, a vobis instructi; interea tamen temporis per oblivionem excidit. *Instructus igitur a Libanio fuit* Basilius; *sed quando et ubi? Lucem nobis afferat Libanius ipse, in oratione de vita aut fortuna sua. In hac postquam narravit Juliani Apostatæ mortem, et Joviniani primordia, subjungit* : Celebrabantur apud nos Olympia, et quinquagesimus meus annus natalis fuit. *Breve Joviniani Imperium ex parte cadit in annum primum Olympiadis* CCCLXXIV, *quo Consules fuerunt* Jovinianus Augustus et Varronianus; *adeoque annus Christi* CCCLXIV, *Libanio erat ætatis quinquagesimus. Ab illo si retrocedas per annos quinquaginta, devenies ad annum* CCCXIV, *qui fuerit ejus natalis. Idem pueritiam suam describens ait.* Mater pecuniam pendit iis, qui puerum erudiendi provinciam susceperant; sed mihi major anni pars in agris potius, quam in studiis litterarum impendebatur. Hoc autem modo quatuor jam annis mihi elapsis, decimum quintum ætatis annum attigeram *(erat is Christi annum* CCCXXIX) tum subiit me ardens quidam sermonum et eloquentiæ amor; adeo ut agrorum veneres nulli amplius mihi curæ essent : verumdatæ sunt etiam columbæ..... Versabar cum viro felicissima prædito memoria, qui adolescentes multiscios efficere posset.,... atque illi adhærebam pertinaciter... quin etiam per forum in manibus liber erat. Ita per quinque annos omnibus animi nervis intentis eoque conversis, cum nullus morbus de hoc me curricula revocaret..... Socius mihi Cappadox, Jasion nomine, adjunctus erat..... Hic quæ a senioribus viris, de Athenis, et iis quæ ibi agerentur, acceperat, quotidie mihi insusurrabat; dum,.... Sophistarum robur fuse enarrabat, et orationes quibus alios vicerant, et ab aliis victi fuerant : quibus dictis regionis ejus visendæ desiderium incessit animum.

Probatur id testimonio Sancti

B. Ep. 140

D

et ex vita Libanii :

qui natus an. 314

E

26 *Si quinque annos, quorum tempore hæc acta sunt, addideris ad decimum quintum ætatis Libanii, et ad* CCCXXIX *Christi; invenies illum, anno ætatis suæ vigesimo, Christi* CCCXXXIV, *profectum Athenas. Quamdiu vero ibidem permanserit, ex ipso collige, sic loquente.* In animo utique habebam, aliis quatuor annis jam exactis, ita Athenis discedere, ut, animo meo adhuc opus habente, majores in probitate profectus facerem.... Sane multis adolescentibus usu venit, ut, cum sedes primas oratorias ibi obtinere non possent, ad senectutem cum silentio pervenirent : *at, ne id mihi contingeret,* tale quidpiam a genio excogitatum est. Crispino familiariter utebar, adolescente Heracleote... Hic domum accersitus a patruo suo... cum socio et amico indigeret... non debuit alium quærere me superstite. *Iter ipsorum fusius descriptum ita corripio.* Athenis *profecti per* Macedoniam, *venerunt* Constantinopolim : Constantinopoli, trajectis Ponti faucibus, *per* Chalcedonem, *per* Astraciam, *et per* quamdam urbem tertiam, ad Herculis civitatem accedunt. *Tum prosequitur Libanius :* Heracleæ omnibus Crispino negotiis peractis, quorum gratia me comite iter susceperat, rursus Constantinopoli commoratus est : ..... et postquam ad portum magnum descendissem, ego circumiens, quisnam Athenas navigaret, sciscitabar. Tum doctorum quidam cum pallium corripuisset (erat is Nicocles Lacedemonius) me ad se convertit, et dixit : Non hanc te navigationem suscipere, sed aliam oportet. Ecquam vero aliam, inquam ego, qui Athenarum cupidus sum? Quia te, suavissime rerum, inquit, apud nos manentem expediret multorum et beatorum istorum liberos regere. Linque ergo navem, et mihi obtempera; ac neque tibi ipsi, neque nobis noceas; neque bona multa et ampla, quæ ultro accedunt, fugias; neque, cum imperare hic tibi liceat, naviges ut pareas. Hoc equidem tibi die crastino regnum tradam, quadraginta adolescentes, eorum natos qui primas tenent in civibus; quod si fundamentum semel jactum fuerit, magnas inde opes affluere videbis.... Ego ita me facturum dixi, et non immorigerum

profectus Athenas anno 334

pag. 10

F

dein invitatus Constantinopoli

A rum futurum : sed tamen clam illo in navim me subduxi ..... Non autem, quod eo navigarem, mansurum pollicitus Nicocli, mendax neque deceptor eram, neque impostura oblectabar ; verum jusjurandum stabilivi, quo adstrictus discesseram ea lege, ut redirem. Quare cum venissem, nec pejerassem ; in vehiculo dicyclo, hieme ineunte molestias tempestatis tolerans perrexi, ut verbis Nicocli datis opus integrum adjungerem. Hoc vero munus erat, ut præessem juvenibus.

eruditendos ibidem adolescentes suscipit.

27 *Hæc ego ipsius Libanii verbis referenda putavi, ut appareat, Sophistam istum non provectæ ætatis fuisse, cum veniret Constantinopolim ; et inter quatuor priores annos Athenis transactos, facile unum, et forsan alterum effluxisse, antequam occasione discedentis in patriam Crispini, Heracleam profectus, inde reversus per Constantinopolim Athenas, Athenis rursus Constantinopolim, tandem ibidem stabilem sedem figeret ; neque enim urbes illas obiter pervolavit ; sed ubique moram saltem aliquam videtur traxisse. Cum igitur supra ostenderimus, Libanium anno ætatis suæ vigesimo, Christi* CCCXXXIV *venisse Athenas : si quatuor addamus, quos transegit Athenis, duos deinde, in itineribus variis consumptos ; consequens erit, Constantinopoli ab eo institui cœpisse discipulos, anno Christi* CCCXL, *ætatis suæ vigesimo sexto. Circa istud tempus facile fieri potuit, ut* Basilius *Cæsarea ad eamdem urbem Regiam pervenerit, puta anno* CCCXLII, *ipse annorum viginti sex. Nam ob ea quæ de ætate* Basilii *diximus, hunc plusquam duobus annis juniorem fuisse Libanio, non putamus ; neque proprie illo magistro usum ; sed potius, tanquam cum homine erudito et juniorum magistro, familiariter versatum, ex tam docta conversatione non parum profecisse. Confirmat hæc omnia ipse Libanius, sic scribens Basilio.* Ego namque,

ubi eum invenerit Basilius anno 2.. L. Ep. 143

quem tui putas oblitum, jam olim te, cum adhuc adolescens esses, reverebar, propterea quod viderem temperantia ita præditum, ut cum senibus quoque decertares ; idque in ea civitate, quæ voluptatibus scatet ; deinde et disciplinarum jam magnam partem consecutum.

B

CAPUT III.

Studia Basilii Athenis : contracta cum Gregorio Nazianzeno amicitia.

Athenas venerunt.

Circa annum Christi CCCXLIII, *Gregorio Nazianzeno vigesimum octavum circiter ætatis annum agente, Basilius totidem anno natus,* Constantinopoli Athenas, præcipuam litterarum sedem ac domicilium, a Deo atque inexplebili simul et preclara doctrinæ cupiditate, mittitur : Athenas, inquam, Gregorio vere *ut ait ipse* aureas, ac si cuiquam alii bonorum parentes. Nam illæ ei Basilium, non illum quidem ante ignotum, sed tamen plenius noscendum præbuere : atque ita doctrinam exquirens, beatitudinem reperit ; ipsique dispari modo id quod Sauli accidit, qui patris asinas quærens, regnum invenit ; plusque in ea re quam obiter agebat, quam in ea, quæ ipsi curæ erat, lucrifecit. Habebant igitur Basilium et Gregorium Athenæ, velut fluxum quemdam fluminis, ex eodem patriæ fonte in diversas regiones, doctrinæ cupiditate, dissectos : rursumque, velut ex composito; Deo videlicet ita impellente, coeuntes. Ac Nazianzenum quidem paulo ante habebant, Basilium autem haud multo post, et quidem cum mirifica et luculenta spe expectatum : etenim in multorum linguis versabatur, antequam advenisset ; nec quisquam erat, qui non præclare secum agi putaret, si id quod summo studio expectabat, prior occuparet. *Ex his uti manifeste intelligitur,* Basilium, *antequam Athenas veniret, co-*

C

Basilius et Gregorius,

gnitum utcumque fuisse Gregorio ; ita etiam satis certo colligi potest, necessarium non fuisse, ad talem qualemcumque contrahendam notitiam, ut simul antea habitarint. Potuit enim, ut Capite præcedenti dictum est, Gregorius ex sola fama tantam de Basilio *concepisse æstimationem. Si quis tamen velit, eos, antequam in Palæstinam abirent, simul aliquanto tempore commoratos Cæsareæ in Cappadocia, facile concessero. Et de Basilio quidem liquet ibi aliquando studuisse, ut ostendi Cap. 1 : de Nazianzeno affirmat Gregorius Presbyter. Congruum quoque huic narrationi videtur,* Basilium *et* Gregorium, *non omnino juvenes venisse Athenas, secus quam adolescentes alii plurimi : quod certe de Libanio et Eunapio constat. Siquidem hic, anno ætatis decimo sexto ; ille vigesimo ad urbem istam appulerunt. Sancti autem nostri provectioris fuerunt ætatis, utpote antea in aliis academiis instructi, et* magnam scientiarum partem consecuti, *et proinde reliquis essent in veneratione : quod ex confirmatur mox tenus posita clarissimi nostra.*

D

AUCTORE P. B. solido provectioris ætatis ;

29 *Ea tempestate florebant Athenis Sophistæ varii, Epiphanius, Diophanus, Hephistion, Himerius ; inter quos, et numero discipulorum et eloquentia, eminebat Proæresius teste Eunapio, ejus jam octogenarii discipulo. Fuisse ipsum ex Cæsarea Cappadocem, affirmat Hermantius, sed nulla auctoritate probat. Eunapius vero, in libro de Vitis Philosophorum,* oriundum *dicit* ex Armenia interiore, qua Persarum regioni est contigua. *Non tamen mirum, quod Basilius et* Gregorius *inter ejus discipulos numerarentur : siquidem ei* Pontus universus ac finitimæ gentes discipulos submisere, virum illum tamquam vernaculum bonum, et apud se natum admirantes. Adjunxit se illi, cum tota Bythinia, Hellespontus, et quidquid terrarum supra Lydiam per Asiam nunc dictam excurrit, in Cariam usque et Luciam ac Pamphiliam, quidquid etiam Tauro includitur : quin et Ægyptus universa, ob celebritatem in dicendo, seu peculium, illi obvenerat ; et quæ plaga supra Ægyptum ad Libyam extrahitur, et incognitis finibus, sed tamen habitatis, circumscribitur. Proæresius iste, accitus a Constante Cæsare in Gallias, tantaque in æstimatione fuit habitus, ut inter purpuratos et honoratissimum quemque, convictor illi ad mensam adhiberetur : sed cum homines illius coeli, non possent penitus inspiciendo dissertationes ejus assequi, nec oculis metiri aut admirari mentis arcana ; ad obtutum et oculis subjecta admirationem transferentes, pulcritudinem corporis et staturam eminentem stupebant ; veluti colossum et statuam quampiam augustiorem ægre spectantes : uno namque pede ceteris altior extabat, inter procerissimos quosque sui temporis eminens. Illi qui temperantiam viri contemplabantur, judicabant illum affectibus orbum ac ferreum prorsus ; quod lacerna extrita et obsoleta utens ; atque incalceatus Gallicas hiemes et frigora in delicias converteret, Rhenumque tantum non glaciatum biberet : qua certe ratione totum vitæ curriculum exegit, caldæ potionem numquam expertus. Illum idcirco Romam ablegavit Cæsar, ambitione quadam ductus, ut viderent cujusmodi homines Imperio subditi parerent. At Romani, quod admirarentur singulariter nihil habebant ; adeo cuncta mortalem naturam excedebant. Tandem, cum varias ob dotes virum commendare et honorare decrevissent, statuam illi ex ære pari magnitudine consecrarunt, cum isthac inscriptione : REGINA RERUM ROMA REGI ELOQUENTIÆ. Reditum Athenas paranti Imperator concessit, ut precarium munus posceret. At ille, ut se dignum erat, postulavit insulas, non paucas numero neque exiguas, tributarias et vectigales Athenarum civitati in pendendo frumento : donavit istas Imperator,

ubi inter eorum Magistros præcipuus Proæresius,

E

qui a Cæs. Constante vocatus in Galliam,

ibi etiam valde æstimatus fuit, ...

F

inde que Romam.

AUCTORE F. B. dein Romæ ob eloquentiam honoratus,

A tor, et primariam dignitatem adjecit, ut castrorum Præfectus vocaretur : nequis invideret, quod e publico tantum vim opum referret.

Juliano ob Christianismum displicuit.

30 *Erat præterea in æstimatione Juliano Apostatæ, cujus instructor fuerat, ut indicat illius ad eum epistola* ; majori tamen honore, *teste Suida*, prosequebatur Libanium Sophistam ethnicum, contra eruditorum judicium ; ut Proæresium Christianum dolore afficeret, alterum ei præferendo *Verum hoc isti maxime profuit ad immortale nomen, quod Sanctos* Basilium *et* Gregorium *discipulos habuerit, et quod persecutionem qualemcumque ab Apostata fuerit perpessus ; imo nec privilegiis sibi ab eo concessis uti voluerit, quo magis ejus detestaretur impietatem : nam, ut scribit Hieronymus in Chronico.* Lege data ne Christiani liberalium artium doctores essent, cum Proæresio specialiter Julianus concederet, ut Christianos doceret ; ille Scholam sponte deseruit. *De Himerio, quem nominant Socrates et Sozomenus, alterum* Basilii *et* Gregorii *magistrum, nihil singulare scriptum reperio : nam et Eunapio fuit ignotus, quamvis eodem cum ipso tempore se fateatur vixisse.*

Socii studiorum Celsus,

31 *Hactenus de utriusque Sancti præceptoribus : de* B *condiscipulis adjiciam pauca. Inter illos unus fuit* Celsus, *qui simul cum* Basilio *Constantinopoli audivit Libanium ; indeque, suadente illo et comite, Athenas abiit : qui Libanius, utcumque ægre ferret eorum discessum, felicem tamen æstimabat* Celsum, quod amicitia Basilio esset conjunctus. Celsus *iste magnis honoribus cumulatus est sub Juliano Apostata, præcipuisque muneribus admotus. Alter fuit Sophronius magister, ad quem* Basilius *in favorem Gregorii Nazianzeni scribit. Tertius assignatur* Eusebius *quidam, verosimiliter Episcopus ; huic enim* Basilius *Cyriacum Presbyterum commendat, et veteris amicitiæ his verbis mentionem facit* : Quanti enim mihi putas momenti erat, omnium optimum videre circumplectique Eusebium ; et memoriæ beneficio iterum ad juventutem redire ; atque in mentem revocare dies illos, quibus et domicilium nobis unum, et focus unus, pædagogus quoque idem, simul et recreatio, et studium, et deliciæ, et indigentia, et omnia inter nos ex æquo communia erant? Quanti me putas æstimaturum fuisse, si per tuam præsentiam licuisset, his omnibus memorando potiri, gravique hoc senio excusso, iterum ex sene juvenem factum esse videri. *Verum an hac tanta inter eos familiaritas Athenis fuit ? Ita* C *credidit Hermantius ; ego quo affirmem vel negem non habeo : potuerunt enim Cæsareæ in Cappadocia aut in Palæstina simul habitasse.*

B Ep. 143

Sophronius,

B Ep. 84

B Ep. 11

Eusebius,

et Julianus

32 *Quartus, isque præ omnibus memorabilis, Julianus fuit Apostata : ad quem Basilius ita scribit* : Revoco ad hæc in animum studium tuum, quo sacra et optima studia una Athenis didicimus, et ad divinas litteras legendas una accessimus. *Neque tamen impius iste, profanarum aut sacrarum scientiarum amore, se in arctam* Basilii et Gregorii *familiaritatem ingessit : quippe jamdudum animo idololatriam et magiam complexus, hoc solum spectabat, occultare impietatem suam, quo lateret securius. Sed de hoc satis actum est* IX *Maji, in Vita Nazianzeni per Baronium : ubi annotavimus, Julianum Athenas advenisse anno Christi* CCCLV, *post necem Galli, sub finem anni præcedentis patratam.*

B. Ep. 208

Adolescentium Athenis

Orat. 20

33 Nunc explicemus, unde, quoque modo, quibus ex initiis conflata inter Gregorium et Basilium amicitia, sive (ut potius loquar) animorum conspiratio et naturæ conjunctio fuerit. Insano quodam erga Sophistas studio, Athenis tenentur quam plurimi et stolidissimi adolescentes, non modo ignobiles et obscuri, sed nobiles etiam et illustres ; ut qui miscellanea quædam multitudo sint, et juvenes, et ita effecti, ut eorum impetus vix reprimi possint. Quod igitur in equestribus certaminibus iis accidere videmus, qui equis et spectaculis oblectantur ; exi- D liunt enim, clamant, pulverem in cœlum mittunt, sedentes habenas moderantur, aerem verberant, equos digitis quasi stimulis in alterum atque alterum latus subinde jungunt ; cumque nihil horum in ipsorum potestate situm sit, facile inter se aurigas, equos, equorum stationes, certaminis duces permutant, (idque quinam tandem ? Pauperes plerumque atque inopia laborantes, et quibus ne in unum quidem diem victus suppetit) hoc ipsis quoque plane circa præceptores suos, aliosque ejusdem artis professores, eorumque æmulos accidit ; in hoc nimirum elaborantibus, ut et plures ipsi sint, et illos opera sua locupletiores efficiant. Atque ea res vehementer absurda et prodigiosa est. Præoccupantur urbes, viæ, portus, montium cacumina, campi, solitudines, omnes denique Atticæ et reliquæ Græciæ partes, atque adeo incolarum maxima pars : nam et illos in partes ac studia distractos habent.

immoderatum erga magistros studium :

34 Cum autem juvenis quispiam accesserit, atque in eorum a quibus captus est manus et potestatem venerit (venit autem vel sponte, vel coactus) tum vero Attica hæc illis consuetudo est, ludusque rei seriæ admixtus. Primum apud eorum aliquem, qui priores ipsum arripuerint, hospitio accipitur, vel E amicorum vel propinquorum, vel qui ejusdem sophistices artem apprime callent, ac lucra magistris conciliant, eoque nomine apud eos summo honore ac pretio sunt ; quandoquidem illis mercedis loco est, habere qui ipsorum commodis studeant. Deinde a quolibet cavillis lacessitur : quod quidem, ni fallor, eo faciunt, ut novitiorum animos contrahant, atque a principio ipsos in potestatem redigant. Lacessitur autem ab aliis audacius, ab aliis eruditius, prout ille vel rusticis et ineptis est moribus, vel urbanitate præditus. Atque id ignaris quidem horrendum valde et inhumanum videtur ; iis autem perquam jucundum et suave, qui hoc prius norunt : amplior enim est hæc minarum ostentatio, quam res ipsa Tum per forum ad balneum cum pompa deducitur : pompa autem hoc modo se habet. Qui deducendi juvenis munere funguntur, ordine collocati, atque æquis spatiis distincti, bini eum ad balneum antecedunt : cum autem propius accesserint, quasi phanatico furore correpti, clamorem ingentem cum saltitatione tollunt (hic autem clamor, ne ulterius progrediantur, vetat ; sed ut subsistant, tamquam eos balneum minime admittat) simulque pulsatis januis cum per strepitum juveni F metum incusserint, postea concesso ingressu, ita demum eum in libertatem asserunt ; atque a balneo redeuntem, deinceps ut æqualem ac sodalem accipiunt : atque hoc ipsis est totius hujusce ceremoniæ jucundissimum, nimirum ab his qui molestiam exhibent quam primum liberari.

Sociorum advectantium

ludrica exercitatio

et inepta.

35 Tunc igitur suum magnumque Basilium, non ipse solum Gregorius veneratione prosequebatur ; quod illius tum in moribus gravitatem, tum in sermonibus maturitatem et prudentiam conspiceret ; sed aliis etiam, quibus non perinde cognitus erat, ut idem facerent persuadebat. Ita apud multos statim in veneratione erat, ut qui fama et auditione jam eum præcepissent : ex quo effectum est, ut solus fere ex omnibus, qui studiorum causa Athenas veniebant, communi lege solutus sit, majorem utique honorem, quam novitii conditio ferre videbatur, consecutus. Hoc Basilio et Gregorio amicitiæ præludium, hinc conjunctionis igniculus, sic mutuo amore sauciati sunt. Postea hujusmodi quoque quiddam accidit. Haud simplex et aperta natio Armenii sunt, quin potius admodum tecta et simulata. Tum ergo nonnulli, jam olim cum Basilio familiaritate et amicitia conjuncti, idque vel ex patre vel ex veteri

Ab ea liberatur Basilius per Gregorium ;

et contra Armenios disputans

A veteri sodalitio (nam in illa schola instituti fuerant) ad ipsam per amicitiæ speciem accedebant; invidia autem, non benevolentia ducti, contentiosis potius quam doctis et argutis quæstionibus eum urgebant, ac primo impetu sibi subjicere conabantur, tum quod egregiam ipsius indolem jam pridem nossent, tum quod ipsi tantum honoris eo tempore haberi permoleste ferrent: grave enim minimeque ferendum esse rebantur, eos qui philosophica pallia priores induissent, atque in fundendis verbis operam ante posuissent, extero et novitio nequaquam anteferri. Nazianzenus autem, Athenarum amans, et (*ut ipse de se fatetur*) stultus (non enim invidiam senserat, frontis involucro fidem habens) Athenarum gloriam in ipsis opprimi, adeoque cito celerrime contemni indigno animo ferebat. Itaque succumbentes jam adolescentes et terga vertentes, reducta disputatione suffulciebat; atque auxilii sui momentum ipsis largiens (in hujusmodi porro rebus vel perexigua accessio quidvis potest) æqualia, ut Homerus ait, capita constituit. At ubi disputationis caput intellexit, quod jam ne latere quidem poterat, sed perspicue sese prodebat; repente mutatus, remigationem ad puppim convertit; et a Basilii partibus stans, non ambiguam victoriam reddidit. Qua B ex re, ut erat Basilius ingenio imprimis acuto, magnam statim voluptatem cepit; atque alacritate perfusus, strenuos illos juvenes disputatione perturbatos insectabatur, nec ante argumentationibus eos ferire destitit, quam prorsus in fugam convertisset, victoriamque haud dubiam adeptus esset. Hinc ergo Sanctis altera amicitiæ, non jam scintilla, sed fax clara et sublimis accenditur. Atque illi quidem sic infecto negotio discesserunt, cum suam temeritatem multum incusantes, tum insidiarum nomine tantam in Gregorium indignationem concipientes, ut etiam apertas ei inimicitias indicerent, ac proditionem objicerent, non modo sui, sed ipsarum quoque Athenarum: quoniam primo impetu ab uno homine confutati, atque ignominia affecti fuerant, et quidem ejusmodi, qui nullam dum acti istic temporis habebat fiduciam.

primumque ab eo oppugnatus,

deinde adjutus,

amicitiam cum ipso contrahit,

36 At vero Basilius (humanus enim affectus est dolere, cum magnis quibusdam rebus spe conceptis, in eas subito incidimus, opinioneque nostra inferiores videmus) idem sibi quoque accidisse cernens, mœrebat, angebatur, non habebat quod sibi de adC ventu suo gratularetur; quærebat quod spe sibi effinxerat; inanem felicitatem Athenas nominabat. Gregorius autem maximam mœroris partem ipsi adimebat, tum argumentis congrediens, tum rationibus eum mulcens; suggerendo illi id quod res erat, nec hominis mores statim, sed diuturno tempore ac perfectissima familiaritate vitæque consuetudine agnosci; nec eruditionem iis qui periculum ipsius faciunt, ex paucis argumentis ac brevi, percipi. Hac ratione cum illum ad animi tranquillitatem revocaret, ac benevolentiæ specimen simul præberet et acciperet, arctioribus vinculis secum adstrinxit. Ut autem temporis progressu cupiditatem suam mutuo inter se confessi sunt, ac philosophiam, Christianam scilicet perfectionem, esse quod expetebant; tum vero jam uterque alteri quidvis erant, contubernales, convictores, concordes, unum idemque spectantes, ferventiorem quotidie ac firmiorem cupiditatem sibi invicem colligentes. Etenim corporum amores, quia rerum fluxarum sunt, fluunt quoque ipsi, non secus ac veris flores (nam nec flammis conjuncta materia remanet, sed una cum ea extinguitur; nec cupiditas, marcescente fomite, subsistit) at pudici et Deo grati amores, quandoquidem rei stabilis et firmæ sint, propterea diuturniores etiam sunt; quantoque major pulchritudinis species ipsis objicitur, tanto etiam arctius et secum, D et inter se rerum earumdem amatores devinciunt: hæc quippe superni amoris lex est.

et accipit in mœrore solatium.

Votum desiderium mutuo declarant.

37 Cum igitur hoc inter se animo essent, talesque, veluti pulchris parietibus prædito thalamo (ut est apud Pindarum) aureas columnas subjecissent; ita demum porro progrediebantur, Deo et cupiditate adjutoribus utentes... Par spes doctrinæ, hoc est rei omnium invidiosissimæ, ipsos ducebat: et tamen aberat spei invidia, æmulatio studio; cum hoc utrique certamen esset, non uter primas ferret, sed uter alteri eas concederet: uterque enim alterius gloriam pro sua ducebat; una utrique anima videbatur, duo corpora ferens. Quod si fides iis minime habenda est, qui omnia in omnibus sita esse dicunt; at ipsis certe credendum est, quod uterque in altero et apud alterum toti essent. Unum utrique opus et cura, virtus erat; et ad futuras spes vivere, seque ita comparare, ut ante discessum ex hac vita, hinc migrarent: quod quidem sibi ob oculos ponentes, vitam actionesque omnes suas eo dirigebant, ut divini præcepti ductum sequerentur, et alter alteri virtutis studium excitaret; itaque uterque alteri norma et amussis erant, qua rectum a pravo discernitur. Non enim cum sodalium suorum petulantissimis et impudicissimis, sed cum castissimis con- E suetudinem habebant; nec cum pugnacissimis, sed cum pacatissimis, iisque quorum consuetudo maximos fructus afferebat: illud nimirum exploratum habentes, facilius esse vitium contrahere, quam virtutem impertire: quemadmodum etiam facilius est morbo alieno infici, quam sanitatem largiri. Disciplinis porro, non tam jucundissimis, quam optimis oblectabantur; nam hinc quoque, vel ad virtutem vel ad vitium, juvenes informantur. Duæ ipsis viæ notæ erant, altera prima et præstantior, altera secunda et inferioris pretii; illa nempe, quæ ad sacras domos eosque qui illic erant doctores ferebat; hæc autem, quæ ad externos præceptores: ceteras omnes, quæ ad festa, spectacula, celebres conventus, epulas ducebant, æquo ac lubenti animo aliis reliquerant. Nihil enim magni faciendum est, quod ad recte honesteque vivendum nihil affert, nec sui studiosos meliores reddit.

Hinc aucta amicitia,

et virtutis doctrinæque communi studio,

pravas consuetudines

et spectacula vitant.

38 Jam cum aliis alia quædam cognomenta sint, vel a parentibus accepta, vel ex se ipsis hoc est ex propriis vitæ studiis institutisque comparata: ipsis contra magna res et magnum nomen erat, Christianos F et esse et nominari, atque ea re magis efferebantur, quam Gyges palæ annularis conversione (siquidem hoc fabulosum non esset) per quam Lydiorum tyrannidem occupavit; aut Midas auro, quod ipsi interitum accersivit, cum voti sui compos factus, nihil præter aurum possideret; quæ et ipsa Phrygia est fabula. Nam quid Hyperboræi Abaridis sagittam, aut Argivum Pegasum dicam? quibus non tantum erat per aerem ferri, quantum ipsis mutua opera et simul ad Deum attolli. Atque ut rem in pauca contraham: pestiferæ quidem aliis, quod ad animæ salutem attinet, Athenæ sunt (nec enim id a piis viris temere existimatur: malis quippe opibus, hoc est dolis, supra reliquam omnem Græciam affluunt; difficileque factu est, non simul cum eorum laudatoribus et patronis in errorem abripi) ipsis autem nihil detrimenti ab iis illatum est, utpote animo communitis et obseptis; quin potius, quod vix credibile est, hinc ad fidem confirmati sunt, illorum fraudem ac imposturam agnoscentes, atque illic dæmones contemnentes, ubi dæmones admiratione afficiuntur. Quod si quis est, aut esse creditur fluvius, per mare dulcis fluens; aut animal, in igne quo omnia consumuntur saliens; hoc ipsi inter æqualium greges erant.

Christiano nomine solo gaudent,

et idola contemnunt:

A *Alciore F. B. alii quoque ex eorum societate celebriores evadunt,*

39 Illud autem præclarissimum, quod cum ipsis non ignobile quoddam sodalitium esset, præceptorem Basilium habens, ac ducem sequens, iisdemque rebus gaudens; quamvis alioquin pedites, (ut ait vetus proverbium ad Lydium currum, hoc est ejus cursum et mores currerent; ex quo id assequebantur, ut non solum apud præceptores et socios, sed apud universam etiam Græciam, ac præsertim clarissimos quosque Græciæ viros, clari atque illustres essent. Quin etiam ultra Græciæ fines processerunt, ut ex multis hæc commemorantibus perspicuum factum est. Nam præceptores quidem ipsorum, *Proæresius atque Himerius*, apud tot homines celebres erant, apud quot Athenæ; apud quot autem homines de præceptoribus ipsorum, apud totidem de ipsis etiam audiebatur et prædicabatur: ac par quoddam, non obscurum et incelebre, apud eos et erant et dicebantur. Nec vero quidquam ejusmodi apud eos erant Oreste et Pylades, nec Melionidæ illi Homerico versu celebrati, quos calamitatum societas atque ars egregie aurigandi nobilitavit.

sed præsertim ipse et Gregorius.

40 *Tali occasione contracta fuit crevitque amicitia inter Basilium et Gregorium, quam Athenis primum, deinde per reliquam vitam coluerunt. Laudem vero Basilii a scientia et virtute, Nazianzenus ita prosequitur:* B Quis prudentia perinde canus erat, etiam ante canitiem, quandoquidem hac re senectutem Salomon quoque definivit? Quis vel senibus vel juvenibus æque venerabilis? non de nostræ tantum memoriæ viris loquor; sed de iis etiam qui longo tempore ante vixerunt. Quis doctrina propter mores minus eguit? quis tamen uberiorem doctrinam cum moribus conjunxit? Quod disciplinæ genus est, in quo versatus non sit; atque ita eximie versatus, quasi in eo solo elaborasset; sic nimirum omnia complexus, ut ne unum quidem quisquam; singula rursus ita ad summum, quasi nihil aliud præterea didicisset? Ad ingenii enim sermonumque studium accedebat, ex quibus imperium artibus scientiisque comparatur: quia cum celeritate naturæ propter laborem et contentionem minime opus haberet, quemadmodum nec labore propter ingenii magnitudinem; sic tamen utrumque conjunxerat, ut non satis liqueret, utro nomine admirabilior esset. Quis in Rhetorica, illa inquam vim ignis spirante, cum eo comparandus, tametsi illius mores a rhetorum moribus dissiderent? Quis in Grammaticam, quæ linguam ad Græcismum format, historias colligit, metris præest, carminibus leges præscribit? Quis in Philosophia, C excelsa procul dubio scientia, et sursum gradiente? sive eam partem spectes, quæ in actione et speculatione posita est, sive eam quæ in logicis demonstrationibus aut oppositionibus et concertationibus versatur, quam Dialecticam vocant; in qua adeo excelluit, ut iis qui cum eo disputabant, facilius esset e labyrinthis sese extricare, quam argumentorum ejus laqueos effugere, siquando res ita postularet.

Orat. 20 Basilius studiosus virtutis et doctrinæ,

summus in singulis hujus partibus:

41 Jam vero astronomiam, geometriam, numerorum proportiones, eatenus didicisse contentus, ut ab iis qui in hujusmodi rebus sciti et eruditi sunt non superaretur; quidquid eo amplius, veluti pietatis cultoribus infrugiferum, prudenter contempsit: adeo ut quod elegit, magis admirari ac prædicare liceat, quam quod reliquit; et rursus id quod reliquit, majori laude efferre quam quod elegit. Nam medicinæ peritiam, quæ philosophiæ ac laboris et industriæ fructus est, corporis morbus ac morbi curatio necessariam ipsi reddiderat; unde exorsus, ad artis habitum tandem pervenit. Eam porro artis illius partem intelligo, non quæ circa perspicua oculisque subjecta et humilia versatur, sed quæ in doctrina et philosophia consistit. Verum quid hæc sunt omnia, tametsi magna et præclara, si cum D morum illius doctrina conferantur? *Terrena enim hæc satiare non poterant cælestibus inhiantem animum. Unde Nyssenus ipsum Moysi, Hebræorum Legislatori, comparat:* Nemo *inquiens*, invidebit, si ostendatur quod Magister noster, quibus rebus poterat, Legislatoris vitam imitaretur. In quibus autem rebus consistebat imitatio ista? Mulier, quæ Ægyptios regens Moysen adoptarat, domestica disciplina instituendum curavit, a maternis uberibus, quamdiu primam ætatem ejusmodi alimento nutriri conveniebat, non recedentem: hoc autem de Magistro etiam veritas testatur: cum enim educaretur ab externa sapientia, semper uberibus Ecclesiæ adhærebat, illius doctrinis spiritualiter crescens atque grandescens.

etiam Mathematicis,

Or. F.

magis tamen in virtute,

42 *Atquamvis cum tanta morum innocentia Basilius Athenis versaretur, invenit tamen olim malevolorum invidia quod carperet. Scripsit ipse, cum esset Athenis, officiosam epistolam ad Apollinarem, postmodum Hæresiarcham. Hac deinde ipsius adversarii abusi sunt, ad calumniam ei inferendam, quasi cum Hæreticis sentiret: quod refutat, ita scribens:* Mea me verba judicent; propter alienos vero errores nemo nos condemnet; neque epistolas quisquam, quas ante annos viginti scripsimus, probationis vice objiciat, quasi jam cum illis faciam, qui hæreses deinde E conscripserunt. Nos enim, cum ante ejusmodi conscriptiones laici essemus, ad laicos scripsimus, nihil de fidei causa, neque qualia nunc ad nostram calumniam circumferunt isti; sed ut amicos salutaremus, simpliciter eos per litteras compellavimus.

de litteris ad Apollinarem

se excusat.

CAPUT IV.

SS. Basilii et Gregorii Athenis discessus: illius pia peregrinatio per Syriam et Ægyptum.

Anno CCCLVI *aut in fine præcedentis, uno fere postquam Julianus Apostata venisset Athenas; Basilius et Gregorius, cum jam omnibus quæ illic traduntur scientiis apprime essent instructi, nec minus profanorum studiorum pertæsi;* faciendum ipsis erat ut in patriam redirent, et perfectius vitæ genus ordirentur, resque spe conceptas atque inter se compactas arriperent. Aderat discessus dies, et quidquid ad discessum pertinebat; extremæ allocutiones, prosecutiones, revocationes, gemitus, complexus, lacrymæ: nihil enim cuiquam perinde molestum ac acerbum est, ut iis qui illic simul educati sunt, et ab Athenis et inter se divelli. Tum igitur triste et miserum ac commemoratione dignum spectaculum accidit: circumstare eos sodalium et æqualium nonnullorumque etiam magistrorum F chorus; prorsus negare se eis abeundi potestatem facturos; obsecrare, cogere, hortari, omnia denique ea tum facere tum dicere, quæ verisimile est fieri ab iis qui in dolore versantur. Basilius vero, cum causas exposuisset, cur de reditu suo tam obnixe contenderet, iis qui eum retinere conabantur superior extitit; et, quamquam ægre, abeundi tamen facultatem impetravit. Gregorius autem Athenis relictus est, partim amicorum precibus emollitus, partim a Basilio quadam ex parte proditus; quippe eo se abduci est passus, ut dimitteret non dimittentem; iisque a quibus hic trahebatur, manus daret. res profecto, antequam contigisset, Nazianzeno visa incredibilis: acta est enim quasi unius corporis in duas partes sectio, atque utriusque interemptio; aut boum, qui simul nutriti sunt, atque idem jugum traxerunt, disjunctio, lugubre quoddam utriusque causa mugientium, dissidiumque permoleste ferentium. Verum haud in longum producta Gregorio est hæc calamitas; neque enim diutius miser conspici, suæque

Basilius. Orat. 20

magno Atheniensium sensu,

in patriam redit.

A

Gregorio brevi subsequenti.

suæque disjunctionis rationem omnibus reddere sustinuit. Sed non ita multo temporo Athenis postea commoratus, præ animi desiderio, equum illum Homericum imitatus est; perfractisque eorum a quibus retinebatur vinculis, campos pedibus pulsat, atque ad sodalem suum impetu fertur. *Verumtamen assecutus non est : nam, ut ipse narrat, Constantinopoli inveniens Cæsarium fratrem, in hanc urbem Alexandria*

Orat. 10

per mare delatum, cum ipso in patriam Nazianzum rediit, parentum voto satisfacturus. Neque tamen pervenisse potuit ante finem anni CCCLVII; *cum multum temporis requirant ea, quæ Constantinopoli peracta narrat, quæque in ejus Vita relata sunt.*

Post eorum discessum

43 *Post Sanctorum Athenis discessum, cœpit magis magisque evanescere Athenarum gloria. A tempore quidem Pauli Apostoli, principatus, quem inter Græciæ civitates tenuerant, Corinthum fuerat translatus, teste*

in 1, ad Cor.

Chrysostomo; sola doctrinæ fama illic perseverante, qua adhuc inter omnes academias eminebant. Verum et illa, postquam inde migraverant Basilius et Gregorius, viginti annorum spatio ita defecit, ut, teste Synesio, vix quidquam superesset, præter rudera aliquot, magnarum rerum memoriam servantia : ad fratrem enim scribens verbis his ridet Athenas : Fructum capio Athenarum

B

Ep 136 *evanuit Athenarum gloria :*

quantumvis, itaque mihi videor plus palmum et digitum sapientior factus : licet autem et hinc tibi novæ sapientiæ experimentum quoddam præbere. Nam verbi gratia ab Anagyrunthe tibi scribo, et Sphetti fui, ac in Thrio, et Sephiæ et Phaleri. Malus male pereat nauclerus, qui me huc vexit : nam Athenæ nunc temporis nihil habent venerandum, præterquam inclita locorum nomina. Et sicuti victimæ mactatæ pellis relinquitur, ad indicium viventis quondam animalis; ita hinc expulsa philosophia relinquitur, ut obambulans quis admiretur Academiam et Lycæum, et, per Jovem! variam Porticum cognominem Chrysippi philosophi ; quæ nunc varia non est, nam Proconsul tabulas abstulit, quibus indidit artem Thasius Polygnotus. Nunc quidem nostris temporibus Ægyptus alit eximios fœtus : Athenas autem, quæ olim quidem civitas sapientum erat habitaculum, in præsentia ornant mellis opifices. Hic ergo et par sapientum Plutarchicorum est, qui non studiorum fama congregant juvenes in theatris, sed urnis. *Hæc legens facile causam assignabis, ob quam postmodum Basilius juvenes Cappadoces, philosophia et rhetorica erudiendos, non Athenas miserit, sed Antiochiam ad Libanium Sophistam.*

C

Basilius domum reversus

44 Domum autem reversi, *Basilius Cæsaream, Gregorius Nazianzum*, cum mundo ac scenæ nonnihil inserviissent, ut permultorum desiderio utcumque satisfacerent (nam ipsi quidem ab ambitione ac theatrica ingenii ostentatione abhorrebant) juris sui quam primum efficiuntur, atque ex imberbibus inter

virtutis studium amplectitur,

viros censentur; fortius ac virilius ad philosophiam ascendentes, non quidem corpore, sed desiderio et amore conjuncti. Basilius enim a Cæsareensi civitate, ut alter quispiam conditor et conservator retinetur : Gregorium vero pietas erga parentes, et senilis ætatis curatio, et incursantes calamitates, ab illius consortio abstractum tenuerunt. *Hic filum historiæ interrumpit Nazianzenus, statim transiens ad Presbyteratum a Basilio susceptum. Igitur quæ interea*

Vit. Macr.

gesta sunt aliunde petemus. Scribit Nyssenus, S. Macrinam juniorem non parum contulisse ad Basilii sanctitatem. A publicis, *inquit*, litterarum gymnasiis, in quibus diu versatus fuerat, revertitur Magnus Basilius, ipsius Macrinæ frater : quem illa, scientia et

hortante Macrina sorore,

eloquentia vehementer elatum existimans, omnesque despicientem dignitates, et fastu superantem eos qui in magistratu essent, tanta celeritate ad idem Christianæ sapientiæ studium incitavit, ut mundi posthabita claritate, despectaque eloquentiæ gloria, laboriosum hoc operosumque vivendi

D

AUCTORE F. B. *posthabita profanæ sapientiæ gloria*

genus per paupertatem perfectam amplexus, expeditam sibi ad virtutem viam struxerit. *Id quidem decretum Basilio et Gregorio, antequam Athenis discederent, fuerat : verum ignorans istud Macrina, non destitit fratrem ad mundi contemptum et Christianam perfectionem adhortari, et ultro currenti tale calcar addere,* ut tandem Magnus Basilius, velut alter

Or. F.

Moyses, abnegarit repudiaveritque falso dictæ matris fictam et commentitiam cognationem, nolens ejus studii nomine celebrari atque clarere, cujus eum pudebat. Cum enim omnem ex litteris et disciplinis externis partam gloriam repudiasset; ad humile vitæ se transtulit institutum, et Ægyptiis thesauris Hæbræos prætulit.

Peregrinatur, Orat. 20

45 Deinde *Basilius*, quoniam *Nazianzeno* carebat, necessarias quasdam peregrinationes, minimeque a proposito sibi philosophiæ scopo alienas, inivit. *Earum peregrinationum fructum narrat ipse Basilius.*

B. Ep. 79

Ego, *inquiens*, posteaquam multum temporis vanitati impendissem; et omnem prope juventutem inani studio attrivissem, quo tenebar, cum apprehendendis infatuatæ a Deo sapientiæ disciplinis immorabar; tandem aliquando, ubi velut e gravi somno

E

expergefactus ad Evangelicæ veritatis admirabile lumen respexi, agnovique inutilitatem sapientiæ

virtutem discendi cupidus,

principum hujus seculi qui abolentur; deplorata plurimum priori ista ac miserabili vita, ductorem mihi dari optabam, qui ad pietatis dogmata me introduceret. Cum primis autem hoc mihi curæ fuit, ut morum correctionem aliquam instituerem, quos per diutinam consuetudinem, cum improbis contractam, perverteram. Lecto itaque Evangelio, animadversoque illic, quod plurimum occasionis et momenti adferat ad perfectionis studium, si quis bona sua vendat, deque illis egenis fratribus communicet, et prorsus nulla teneatur vitæ istius cura, nec patiatur mentem suam aliqua rerum præsentium affectione turbari; cupiebam dari aliquem ex Fratribus, cui istud vitæ genus arrideret, quocum una profundum

per Ægyptum et Palæstinam;

vitæ hujus pelagus superare liceret. Inveni sane multos apud Alexandriam, nec paucos apud reliquam Ægyptum, deinde et alios in Palæstina et Cœlesyria et Mesopotamia, quorum admiratus sum in vitæ ratione temperantiam, et in obeundis laboribus tolerantiam; ad quorum precandi vigorem et constantiam obstupui, cum observarem quo pacto nec somno victi, nec aliqua alia naturæ necessitate de-

F

arctam monachorum vitam

flexi, sublimem semper et invictum animi sensum servarent, in fame et siti, in frigore ac nuditate; nec corporis rationem habentes ipsi, nec ab aliis aliquid illi curæ impendi sustinentes; sed, quasi in aliena carne degerent, ipso opere ostendentes, quid sit in rebus hujus vitæ peregrinum esse, et conver-

æmulatur.

sationem in cœlo habere. Cum illa admirarer, vitamque virorum illorum ob id beatam judicarem, quod ipso opere se mortificationem Jesu circumferre declararent; cupiebam et ipse, quantum mihi possibile esset, illos æmulari.

Quales illi fuerint.

46 *Florebant tum temporis per Ægyptum et Syriam, plurimi non minus exemplo quam doctrina magnarum virtutum et monasticarum exercitationum magistri : Pachomius in Thebaide monasterio Tabennensi, Macarius senior in Ægypto, et Macarius Alexandrinus : Paphnutius, cognomine Bubalus; Paulus simplex, Pior, Isidorus Presbyter de Scetis, Joseph de Panepho in deserto Nitriæ, Cronius et Hierax discipuli olim magni Antonii, aliique. Quoniam vero hi omnes inter Sanctos numerantur, fusius hic de iis agendum non existimo; præstandum id erit proprio cujusque die. Interpres Nazianzeni Nicetas scribit, Basilium,* Seleuciam ad templum S. Theclæ profectum, vel orandi causa, vel etiam quietæ et tranquillæ vitæ studio. *Alexan-*

AUCTORE F. B. et quantæ austeritatis

A *driam autem veniens, Athanasium non invenit, sed* B *omnia perturbantem Georgium : qui anno* CCCLVI *Cathedra ista per vim potitus, illum ad se subducendum coegerat. Eodem itinere Hierosolymam et Jerichuntem adiisse Basilium parum probat locus, ex Oratione vigesima prima adductus Hermantio. Sed de Hierosolyma dubitare vix sinit epistola, quam post annos aliquot scripsit ad Monachum, in adulterium lapsum, in qua priorem ejus sanctitatem et monasticam exercitationem commemorat, quo ad eamdem pœnitentem reducat.*

declaratur exemplo unius,

47 Totus, *inquit*, sublimis et ad transitum conversus, velut peregrinus et erro, agros et urbes permutans ad Hierosolyma decurrebas; ubi et ipse tecum conversans, beatum prædicabam te ob athleticos labores; quando per hebdomadarum periodos jejunus degens, cum Deo philosophabaris, simul et hominum congressus pro ratione mutationis subterfugiens; quietem vero ac solitarios mores tibi ipsi adaptans, civiles tumultus declinabas. Sacco autem aspero corpus tuum compungens, et cingulo duro lumbos adstringens, toleranter ossa comprimebas; latera vero per famem cava reddens, usque ad spinæ partes subiaxa fecisti: et fasciæ quidem mollis usum B abnegasti, abdomen vero intus ad cucurbitæ medicæ similitudinem subtrahens, renalibus locis illud agglutinari cogebas; universam autem carnis pinguedinem evacuans, canales ac meatus sub ventre sitos strenue resiccasti. Ventre vere ipso per inediam contracto, costales partes velut quamdam tecti eminentiam, fecisti umbilici partibus umbram offundere; et contracto toto organo, per nocturna tempora confitens Deo, lacrymarum rivis barbæ pilos madefactos complanabas. Et quid opus est me singula recensere?.....Sed quid nunc? Non cecidit fortitudinis turris, o frater; non reprehenduntur conversionis medicamenta; non occluditur refugii civitas: ne in profundo malorum permaneas, ne te ipsum dedas homicidæ. Novit erigere collisos Dominus. etc. *Huic sanctæ peregrinationi, æstatem et autumnum anni* CCCLVI, *et sequentis initium tribuendum censeo. In patriam autem reversus anno* CCCLVII, *et sua sponte et tot Sanctorum exemplis solitariæ vitæ amore succensus, diutius differre noluit, sanctorum Monachorum vitam, quam in Syria et Ægypto perspexerat, quantum possibile esset, æmulari.*

deinde in peccatum lapsi.

Cæsareæ adhæret Monachis Eustatianis,

48 *Eustathius, Cæsarea Cappadocia oriundus, ibidem, antequam ad Episcopatum Sebastenum eveheretur, monasticum vitæ genus cum Aetio fuerat amplexus, multosque sibi adjunxerat discipulos :* nam C *uti S. Epiphanius scribit)* quod ad vitæ ejus institutum attinet, non paucis admirationem peperit; qui utinam ad rectam et sinceram fidem adhæsisset! *Basilio quoque percarus erat, antequam hæreticam ejus hypocrisim detexisset; interque eos,* quibus *ille* fidem in maximis omnium negotiis habebat, quos versantes cum hominibus ita suspiciebat, tamquam quiddam ultra sortem humanam haberent *Is, cum Basilius rediret ab Oriente Cæsaream, Episcopatum quidem Sebastenum adeptus erat; Monachos tamen suos Cæsareæ reliquerat; eosque etiam tunc per intervalla invisens, ad exercitationes monasticas instituebat. Hos* itaque ubi vidit *Basilius*, in patria sua *Monachorum Ægypti et Palæstinæ* institutum sectari cœpisse; commoditatem aliquam reperisse se ratus est invisibilium animi affectuum cognoscendorum, in iis quæ videri possunt experimentum capiens. Enimvero, quoniam quæ in unoquoque nostrum occulta sunt, cognosci nequeunt, satis indicii esse putavit *in Eustathianis Monachis*, ad declarandam animi humilitatem, quod humili veste induerentur; sufficereque sibi ad faciendam ejus rei fidem, crassum et rude pallium et zonam, atque e rudi corio calceamenta. *Ita deceptus Basilius virtutum externarum*

Hær. 75

B. Ep. 370

B. Ep. 79

specie, arctam cum Monachis istis familiaritatem iniit: D *in qua etsi perseveraverit post susceptum Episcopatum, non videtur tamen aut cohabitasse iis, aut habitum eorum assumpsisse; nec aliter cum iis versatus familiariter, quam spiritualis doctrinæ causa et exercitationis monasticæ.*

49 *Verumtamen ut lateret Basilium Monachorum illorum in hæresim propensio, et magistri ipsorum Eustatii hypocrisis; aliis sane innotuerat, qui Basilium monuerunt :* licet multi vero essent, eum ab illorum Monachorum consuetudine avocantes; non acquiescebat tamen, cernens eos delicatæ vitæ præferre vitam laborum tolerantem *adeo mentem præoccupaverat religiosæ vitæ et austerioris disciplinæ desiderium* sed magis, propter conversationis admirabilem et insuetam rationem, æmulatione quadam erga illos tenebatur; unde et, cum dogmatum gratia accusarentur, haud admittebat delationes, quamvis multi illos non rectas habere de Deo opiniones; sed *Eustatii (cujus diu post hæresis erupit in publicum)* disciplinæ subditos, illius clanculum spargere dogmata assererent: quæ quia ipse numquam ex iis audierat, pro calumniatoribus habebat qui ea refe- E rebant. *Porro hoc ignoscendum Sancto, quod fidem iis quæ de ipsis dicebantur non haberet; cum nondum hæreticorum fraudes edoctus, persuasum sibi esset,* quam non ducantur Spiritu sancto, qui falsas intra se suspiciones alunt; *cogitans etiam*, multa cura ac solicitudine opus esse, multarumque noctium perferendas vigilias, ac multis lacrymis quoque quærendam a Deo veritatem ei, qui Fratris velit amicitiam abjicere. Si enim, *inquit*, qui rerum in hoc mundo potiuntur, quando facinorosum aliquem morti sunt adjudicaturi, velamenta obducunt, et expertissimos quosque ad causæ tractationem advocant, multumque temporis insumunt, nunc legis rigorem contuentes, nunc naturæ communionem reveriti; multumque ingemiscentes ac judicandi necessitatem deplorantes, nemini non manifestum faciunt, quod non ex propria libidine, sed ex necessario legis ministerio condemnationis inferant sententiam: quanto oportebat majore diligentia, cura, pluriumque consultatione dignum reputari, si quis sese a Fratrum amicitia, jam longo tempore confirmata, avellere conetur?

deceptus eorum hypocrisi,

B. Ep. 79

quia temerarium judicium accusabatur

B. Ep. 79

50 *Ceterum Basilium fateri non pudet, simulatæ se virtute deceptum, non nisi sero latentem hæresim Eustathii et discipulorum ejus deprehendisse. Verum* F *ut diuturna et familiaris cum hypocritis illis conversatio, nihil valuit ad aspergendam ei hæreticam pravitatem; ita non parum profuerunt externa virtutum exempla, ad veræ virtutis exercitationem :* Quoniam diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum. *Hoc vitæ institutum, quo Basilius contemptis mundi vanitatibus, Dei obsequio se totum consecravit; Libanius Philosophus Ethnicus, divinorum licet mysteriorum contemptor, post annos aliquot ad Basilium scribens, ita laudavit :* Posteaquam vero reversus esses et in patria constitutus, ad meipsum, Quid nunc, aiebam, molitur nobis Basilius, et ad quod vitæ genus sese contulit? An in forensibus actionibus versatur, veteres illos rhetoras æmulatus, vel divitum liberos instituit? Cum vero venissent quidam, nuntiantes multo te potiorem viam ingressum esse, hocque spectare magis, quomodo Deo reddaris amicus, quam quomodo divitias colligas; et te felicem esse dicebam et Cappadocas; te quidem, qui malueris talis esse; illos vero, qui talem potuerunt exhibere civem.

Laudat Libanius ejus vitæ institutum.

B. Ep. 143

51 *Sub idem tempus, nam annus omnino incertus est) Basilius a Dianæo Episcopo Cæsareensi,* viro multum temporis in servitio Dei versato, per quem et baptizatus fuerat, Ecclesiæ ministerio admotus est,

Basilius Lector in ecclesia ordinatus

Lectoris

A *Lectoris ordine insignitus. Cum enim affirmet, S. Gregorius Nazianzenus, in libro de Spiritu sancto, Basilium, antequam Sacerdos ordinaretur, sacros libros populo lectitasse; Lectorque, ut modo dixi ordinatus sit* a viro multum in Dei servitio versato, per quem et baptizatus *est; non potest tempus aptius, nec alius Episcopus præter Dianæum assignari, qui ab anno* CCCXLI *per annos viginti Episcopatum istum administravit. Hoc autem forsan ab eo factum est, ut illum suæ Ecclesiæ, pro more istius temporis, quasi adstrictum teneret; veritus ne vir tantus ad alterius Ecclesiæ ministerium vocaretur. Sed et verisimiliter Basilium timor aliquis anxium reddebat, ne vi ad altiorem Ordinem promoveretur: et utcumque ipsi pia videretur cum Monachis Eustathianis conversatio, implere tamen non poterat in eo solitariæ vitæ desiderium, jam pridem Athenis conceptum, auctumque Macrinæ sororis adhortationibus, et Monachorum Ægyptiorum exemplis; sed anhelabat, abruptis omnibus impedimentis, in solitudinem se hominibus subducere; ubi curis humanis vacuus, totum se ad Christianam Philosophiam transferret. Verum in mora erat Gregorius; qui et ipse* jam inde ab Athenis, illiusque loci amicitia et animorum connexione, facturum se receperat, ut cum Basilio vitæ consuetudinem haberet, simulque philosopharetur. *Sed eum tum temporis* et pietas erga parentes, et senilis ætatis curatio, et incursantes calamitates, ab ipsius consortio abstractum tenebant; haud recte id quidem ac juste, *ut ipse queritur*, sed tamen tenebant.

cap. 29 — Orat. 20 — *solitariæ vitæ socium desiderat Nazianzenum* — G. Ep. 5 — B — Orat. 20

52 *Interea Basilius frequentibus eum litteris promissi memorem reddebat, et ad se invitans, orabat ne fidem falleret:* Fallebat *tamen Gregorius*, haud sponte ac libenter, *sed coactus;* quod lex legem superaret; ea nimirum quæ parentes colere jubet, sodalitatis et familiaritatis legem. *Ut ergo* nec parentes mœrore afficeret, et Basilio frueretur, *hunc vicissim ad se invitabat, ut apud Arianzum, in prædio quod ibidem parentes ejus, deinde ipse habuit, vitam solitariam non procul Nazianzo cum eo viveret. Ita, inquit Gregorius*, fidem non prorsus fallam, siquidem hoc gratum tibi futurum *est*. Partim enim nos tecum erimus, partim ipse nobiscum esse ne quæso graveris, ut omnia sint communia et æqualis amicitia. *Neque Basilio istud displicuit consilium: quippe qui jam eo se conferre decreverat: postmodum tamen mutatus animo causam nescio ob quam Tiberinæ regionis, in qua Arianzum erat, incommoditatem ob luti et glaciei multitudinem et hiemis acerbitatem, quasi familiariter jocando causatur: at Gregorius, qui tunc Arianzum forte excurrerat; inde per epistolam pariter jocosam, Basilio adhuc Cæsareæ commoranti exprobrat, quod malit inter urbanos tumultus, quam Arianzi tantisper degere.* Non fero, *inquit*, mihi Tiberinam objici, atque hujus loci glaciem et hiemes; o vir, luti admodum expers, summisque pedibus incedens, et tabulas calcans; ac pennate et pendule, simulque cum Abaridis sagitta delate, ut cum Cappadociam patriam habeas; Cappadociam fugias. An vero injuriam vobis facimus, quod cum ipsi palleatis, solemque ad certum modum accipiatis; nos contra pingues et nitidi sumus, et saturamur, nec ullius loci angustiis circumscribimur? At vero hæc vestra sunt. Deliciis enim indulgetis, et opibus polletis, et in foro versamini. Hoc minime probo. Quocirca vel lutum nobis exprobrare desine (nec enim tu urbem condidisti, nec nos hiemem) vel nos tibi pro luto caupones offeremus, et quidquid turpe et improbum urbes ferunt.

quem frustra ad se invitat. — G. Ep. 5 — B. Ep. 29 — C — G. Ep. 6

D

AUCTORE F. B.

CAPUT V.

Basilius cum Gregorio solitariam vitam in Ponto degit.

Matrem et sororem Monachas factas — Or. 2 in 4 Martyre — *invisens Basilius,* — B. EP. 9

Emmelia, Basilii *mater, per Syriam et Ægyptum peregrinante filio, anno* CCCLVI *aut sequentis initio, cum filia sua Macrina, in monasterium se receperat, quod haud longe a Neocæsarea, Iridi fluvio adjacens, septem aut octo ut summum stadiis distabat a* vico, *ut hic ipse ad Nyssenum; ait*, pertinente, in quo beatissimorum XL martyrum reliquiæ requiescebant: nec procul aberat parva civitas, quam Iboram vocitant, *Episcopalis in Ponto. Basilius igitur reversus ex Syria, interea dum invitat, monet, hortatur, et frustra expectat Nazianzo venturum Gregorium, quocum se in solitudinem reciperet; profectus est in Pontum, ad matrem sororemque invisendam;* utque vitæ consuleret, *forsan cœli mutatione contractam infirmitatem aliquam curaturus. Cumque pervenisset ad locum educationis suæ, in quo cum nutrice sua post mortem patris eum aliquamdiu habitasse diximus; reperit non procul ab ea locum, proposito suo apprime idoneum, qualemque jam dudum optaverat, et cogitando sibi effinxerat. Cum hic aliquantulum subsisteret, accidisse existimo, ut invitaret eum urbs Neocæsareensis ad erudiendam juventutem suam, exemplo patris sui Basilii senioris;* mittereturque ad eum legatio virorum, qui magistratu apud ipsos fungebantur: et omnis passim populus circumfusus, multa dabat, plura pollicebatur, *ut curam istam susciperet:* sed tamen obtinere eum non potuerunt: quippe ipsi magis studio erat, ut prorsus hominum memoriæ subduceretur, quam iis qui gloriæ student ut sint illustres.

E — *eremum in Ponto reperit.* — B. Ep. 64 — *Munus docendi juventutem Neocæsareæ recusat:*

54 *Itaque Cæsaream reversus, circa annum* CCCLVIII, *Gregoriumque non ultra expectandum ratus; festinavit, rebus omnibus compositis, in Pontum ad optatam solitudinem recurrere; præsertim cum ad discessum maturandum urgeret* necessitas *quædam, verosimiliter ea, ne alioquin Sacerdotium aut aliud Ecclesiæ ministerium admittere cogeretur. Verum cum esset in procinctu abeundi, adferuntur litteræ fratris Gregorii, quibus nuntiatur Nazianzenus quamprimum adfuturus. Sed moram non indulgebat prædicta necessitas, nec suadebat toties frustra promissus Gregorii adventus; quapropter se satis mutuæ amicitiæ facturum credidit, si fugam suam litteris excusaret, eumque ad se, amœna solitudinis suæ descriptione, in Pontum invitaret. At neque abs re erit solitarium istum locum nobis repræsentare Basilii verbis, et quæ jam retulimus iisdem confirmare.* Ego, *inquit*, scribente mihi fratre Gregorio, tibi pridem jam in votis fuisse, ut meo colloquio fruereris; imo addente, id tibi jam ipsi quoque certum esse; illud quidem ægre credo, propterea quod toties decipior; istud vero et negotiis distractus expectare non potui. In Pontum ut redeam aliquando, vel præsens cogit necessitas; cui loco redditus, Deo bene volente, vagari desinam. Vix namque desperatis spebus hisce vanis, quas de te mihi olim confinxeram, imo magis somniis, si verius quid dicendum est (laudo enim eum, qui spes vigilantium esse somnia dixit) ut vitæ consulerem in Pontum abivi; ubi locum mihi Deus, moribus meis apprime convenientem ostendit; ita ut, qualem sæpenumero per otium et jocum animo fingere solebamus, talem jam reipsa videre liceat.

revertitur ad eremum suam: — B. Ep. 19 — F — B. Ep. 19 — *et excusat se, de non expectato Gregorio.*

55 Mons enim est sublimis, grandi ac tenebricosa silva tectus, gelidis ac pellucidis undis Septemtrionem versus irriguus. Hujus ad radices, planicies resupina substrata est, quæ montanis humoribus jugiter fœcundatur; istam vero silva sponte sua, distinctis et omnifariis arboribus circumquaque complexa,

describit solitudinem suam,

AUCTORE F. B.

A complexa, prope valli ac septi loco cingit; ita ut illi collata etiam insula Calypsus, quam præ omnibus pulchritudinis gratia Homerus celebrasse videtur, modica sit. Etenim non multum illi deest ab hoc ut insula sit, propterea quod undique veluti munitionibus quibusdam conclusa est; profundæ siquidem valles duabus illam partibus circumscindunt: a latere vero de præcipitio fluvius decurrens, et ipse continui et haud facile superabilis muri vice est; ex altero vero latere mons apertus et expassus, per curvatos amfractus vallibus conjunctus, per vias infimas montis partes intercludit. Est autem ingressus illuc unus, quem in nostra potestate habemus. Ipsam habitationem alia quædam cervix; sublime quoddam extrema sui parte collum extendens, recipit; ita ut ipsa planicies conspectui sit aperta et exposita, et e sublimi subterlabentem fluvium despicere liceat; qui mihi videtur non minus delectationis exhibere, quam Amphipolitanis Strymonis cognitus amnis. Nam is quidem tranquilliore tractu circumstagnans, parum deest quin, propter silentium et tranquillitatem, fluvii nomen amiserit: hic vero fluviorum, qui mihi noti sunt, velocissimus, ad vicinam petram parumper asperior est; et ab illa refusus, in verticem quemdam profundum devolvitur. B omniumque jucundissimum mihi omnique intuenti spectaculum, et sufficientissimum incolis usum exhibet; simul etiam ineffabilem piscium multitudinem in verticibus alens.

56 Quid dicam de telluris exhalationibus, aut ex ipso fluvio ascendente aura? Florum copiam, aut etiam canentium avicularum alius quiquam forsan admiraretur; mihi vero animum istis advertere non vacat. Quod autem potissimum de hoc referre possumus, hoc est, quod, cum ad omne genus fructuum sit, propter commoditatem, appositus; omnium mihi jucundissimum fructum, quietem ac tranquillitatem, alit: non solum propterea, quod ab urbanis perturbationibus alienus est; sed quod ne viatorem quidem aliquem admittit, exceptis iis qui venationis gratia nobis subinde junguntur: nam præter ea quæ recensuimus, feros etiam, non ursos aut lupos, quales apud vos sunt (absit) sed cervorum et caprarum agrestium greges ac lepores, et si quæ aliæ sunt ejusmodi, nutrit. Num igitur cogitas quantum periculi demens accersere voluerim, qui talem locum cum Tiberina, quæ barathrum est orbis, commutare contenderim? Ad hunc jam properanti ignosces: C nam prorsus neque Alcmæon, posteaquam Echinadas reperit, errorem amplius ferre potuit. *Ita Basilius de eremo sua. Quam innocentem et ab omnibus terrenis rebus abstractam vitam duxerit in ista solitudine ille, colligere licet ex ipsius epistola, quam ad Nazianzenum scripsit, de vita in solitudine agenda: neque enim credendus est aliter fecisse. Adeoque, uti Baronius in Vita Nazianzeni, a nobis edita* IX *Maji, ipsius Gregorii verbis descripsit pias ipsorum et arduas anachoreticæ vitæ exercitationes; ita non abs re erit, idem hoc loco ex ipso Basilio discere.*

57 *Respondet autem, ut apparet, Gregorio quærenti, quo virtutem profectu, in pio isto recessu, quo cibo, potu, somno, quibusque piis exercitiis uteretur.* Sic tuam epistolam agnovi, *inquit*, ut ii facere solent, qui amicorum liberos ex similitudine in iis conspicuam agnoscunt. Nam quod existimare te ais, magnopere non referre, habitum structuramque loci, ad ciendum in animo tuo desiderium vitæ nobiscum agendæ, antequam compertum quidpiam habeas de modo et ratione vitæ nostræ; tuus hic est profecto animique tui sensus, qui hujus mundi bona prorsus nihili ducas, præ beatitudine quam reconditam in divinis pollicitationibus habemus. Equidem scribere ad te non sustineo præ pudore, qui in hoc extremorum

submisse de se sentit,

D finium recessu interdiu noctuque agito. Tametsi enim urbicas occupationes pro derelictis habui, ut sexcentorum malorum causas; me tamen nondum ipsum etiam habere pro derelicto quivi: similiterque illis affectus sum, qui navigandi insolentes, nausea perdite afflictantur. Namque illi, magnitudine navigii offensi, tamquam vehementer succutientis, in lembum aut naviculam cum transilierint; sic quoque non secius a nausea laborant: nimirum molestia ipsos ac bile, quocumque transierint, comitantibus. Hujusmodi igitur quiddam nobis contigit, qui domesticas perturbationes quoque circumferentes gentium, ubique locorum perinde versamur in tumultu: quare non magnopere adjuti sumus ab hac solitudine. *Hæc erat cogitatio, de seipso submisse sentientis.*

58 *Deinde ita prosequitur:* At vero quæ facta a nobis oportuit? et unde auspicandum fuit ei, qui vestigiis hærere voluit Christi, præeuntis nobis viam salutis? Si quis, inquit, post me venire vult, abneget semetipsum, et tollat suam ipse crucem, et sequatur me. Jam pridem mentem pacatam, habere conveniebat: ut enim oculis, continuo circumactu versatis, et nunc horsum illorsumque deflexus, non E sursum deorsumque erectus vicissim ac depressus, exacte cernere nequit; sed cum oportet, obtutu incumbere in rem visam, siquidem conspectum rei perspicuum facturus est; hunc in modum evenire vix potest, ut mens humana, sexcentis mundi curis distracta, evidenter cernat veritatem,...... hujus vero mali una demum, cautio est, si ab omni se mundo abdicaverit, qui hanc vitare molestiam instituerit. Est vero secessus a mundo, non extra mundum esse corpore, sed a consensu corporis mutuaque affectione animum abjungere; non civem esse, non domum possidere; non familiam, nihil proprium habere; non sodalitatis officia, non amicitiam colere; prædia nulla, nullas facultates habere; nullis negotiis vacare, jurisgentium contractus humanasque disciplinas non nosse; ita se comparare, ut cor humanum aptum sit admittere disciplinam, ex divinis monumentis informatam. Est autem hujuscemodi cordis comparatio, cum eæ doctrinæ dediscuntur, quæ prava consuetudine sedem in ipso occupaverunt. Nam neque in tabulis cereis scribere possis, nisi prius litteras induxeris, quæ ante scriptæ fuerunt neque animæ prius divina placita accommodatis, quam anticipatas opiniones ab ea exemeris. Ad id autem assequendum, solitudo grandis operæ pretium adfert: F utpote quæ perturbationes animi consopire solita sit, spatiumque deinde indulgere, ipsas vi ratiocinationis stirpitus ex anima elidendi. Ut autem feræ bestiæ, blanda manu permulsæ, leni certamine superantur; ita libidines, iræ, pavores, mærores animæ veneficia mala, consuetudine consopita, nec perpetuo irritamento efferata, eluctabiliora deinde vi rationis fiunt.

amat solitudinem

corporis et cordis,

utilem ad domandas passiones,

59 Esto igitur locus aliquis hujuscemodi, qualis hic noster, ita ab hominum congressu liber, ut a nullo extraneorum irrumpente assidua interpelletur meditatio: pietatis enim meditatio animam divinis cogitationibus alit. Ecquid igitur beatius, quam hominem in terra concentum Angelorum imitari; ineunte statim die in orationes ire; in hymnis et canticis Creatorem venerari; exinde sole jam dilucescente, converti ad opera, nusquam sine oratione; denique canticis, tanquam sale, condire actiones: siquidem hilarem alacremque animæ æquabilitatem hymnica cohortamenta conferunt. Quietus igitur status spiritualis expiationis bene auspicatus est; cum nec lingua loquitur quæ ad homines pertinent, nec oculi colorum nitores circumspiciunt in corporibus, nec concinne accommodatas membrorum proportiones; cum nec aures

orationes fundendas,

fugiendas delicias,

A aures animæ intentionem elanguescere faciunt, distentæ auscultandis modulamentis ad voluptatem ciendam accommodatis, nec facetorum hominum ridiculis aut scurrilibus dictis, quæ res maxime comparata est frangendæ animæ intentioni. Animus quippe, nec extrorsus dissipatus, nec in mundum per sensuum organa diffusus, ad sese ipse redit, moxque suopte nutu ad Dei notionem evadit: quo fit ut illo decore illustratus undique intellectus, atque superne illuminatus, naturæ quoque ipsius oblivione capiatur; nec ad cibi jam curam dimittat animum, nec ad amictus anxietatem: quippe qui a terrenarum rerum cura immunis et feriatus, omne suum studium ad ea bona traducat, quæ magno certamine quæruntur. Id enim assequi conatur, quo numeros omnes fortitudinis temperantiæque impleat; quo justitiam, prudentiam, ceterasque virtutes absolute excolat; aliasque insuper, quæ sub hæc genera distributæ virum studiosum commonefaciunt, ut cuncta officiose exequatur, ad vitam recte atque ordine instituendam.

exercendam temperantiam et alias virtutes,

60 Maxima porro viarum, ad veri investigationem ferentium, meditatio est Scripturarum divinitus inspiratarum: quandoquidem in his cum rerum agendarum præcepta reperiuntur, tum beatorum B hominum vitæ memoriæ proditæ ac perscriptæ, quæ tamquam simulacra quædam animata vitæ ad normam divinam institutæ, proposita sunt iis qui bonorum operum exemplaria imitari cupiunt. Proinde in qua re quisque nostrum senserit sibi aliquid necessarium deesse, in illud assidue incumbens, tamquam ab officina quadam medica, appositum suæ infirmitati medicamentum invenire poterit..... Quemadmodum autem pictores, cum imaginem ex imagine pingunt, exemplar identidem respectantes, lineamenta ejus transferre conantur magno studio ad suum opificium; ita qui sese meditatur omnibus numeris virtutis absolutum reddere, veluti simulacra quædam spirantia et actuosa Sanctorum vitas respicere oportet, probaque opera illorum sua imitando facere. Jam vero orationes lectionibus succedentes, recentiorem animam vegetioremque accipiunt, utpote desiderio Dei jam flagrantem. Atqui oratio illa bona est, quæ comperta a Dei notionem in animo ingenerat (est vero Dei inhabitatio, insidentem intus Deum memoria complecti) hacque nos ratione templum Dei efficimur, quando nec terrenis curis perpetuus tenor memoriæ interpellatur, nec improvisis perturbationibus intellectus tumultuatur. C Sed hæc omnia effugiens vir amore Dei præditus, ad Deum ipse secedit, tum affectus foras quatiens, qui ad intemperantiam provocant, tum in iis studiis libenter versans, quæ ad virtutem ducunt.

quæ discendæ sunt lectione Scripturarum:

commendatur oratio attenta,

61 Atque imprimis quidem magno studio id comparandum habemus, ut scite sermocinari possimus; ut nec contentiosius percunctemur, nec rixam affectantibus respondeamus; ut disserenti non obloquamur, nec interfari atque interpellare gestiamus, absurda ostentatione fastumque præ se ferente; denique ut modum teneamus et sermocinandi et auscultandi. Neque vero ad discendum verecundum esse oportet, nec ad docendum malignum; quod ab alio tute didiceris nequaquam clam habendo... auctorem vero ipsiusque scientiæ parentem prodere grata commemoratione decet. Vocis porro intentio mediocritate temperanda est, ut nec exilior fallat aures, nec contentior odioso feriat clamore. Expendendum prius quid dicturus sis, atque ita demum edendum et provulgandum. At vero in congressibus comiter appellare oportet, atque in consuetudine suavem esse, non tamen voluptatem facetiosis sermonibus aucupari. Adhortationum benignitate, clementiæ ac mansuetudinis opinio colligenda est; D nec usquam acerbum se præbere convenit, etiamsi objurgatione opus sit: plerumque vero conducibilior nobis erit ea increpandi ratio, quam Propheta secutus est; qui peccati reo Davidi non a semetipso impegit damnationis modum; sed accersita persona utens, judicem illum ipsum in proprio crimine æstimando constituit: unde præjudicio in sese facto, nihil ille deinde habuit quod succenseret increpanti.

modestia in loquendo,

mansuetudo;

AUCTORE F. B.

62 Et consentaneus quidem fuerit submissis atque abjectis animis tristis oculus atque deorsum vergens, habitus neglectus, squallida coma, vestis sordida; adeo, ut quæ lugentes consulto meditatoque faciunt, ea suapte animi sponte in nobis et veluti ex habitu ultro extitisse videantur. Tunica cingulo appressa sit corporis et adstricta: cinctus, neque muliebrem in modum, ilia exuperet; neque prælaxus, fluxam tunicam efficiat. Incessus nec segnis esto, nec animum dissolutum declaret; nec rursus vehemens insolenterque incitatus, neque consternatos impetus animi significet. Unum modo sit vestitus propositum, operimentum ut aptum et idoneum existat ab æstus frigorisque injuria corpus asserere. Colorum amœnitatis ne exquirantur, nec opificiorum deliciæ pertenues ab molliculæ. E Etenim in veste pigmentorum lautitias consectari, perinde est atque si muliebrem ornatum nobis accommodemus... Tunica sit eousque crassa, ut alio opus non sit integumento ad calefaciendum corpus ea contectum. Calciarium esto, pretio quidem illud vili, sed quod vicem suam implere possit. Et, ut semel omnia uno verbo complectar, ut in veste comparanda rationem imprimis constare oportet utilitatis; ita in cibo, panis usus expleat id quo opus est ad alimentum. Aquæ potus sedet sitim homini integræ valetudinis: quibus accedent ea pulmenta, quæ ex leguminibus ad usus tantum necessarios facta sunt tuendæ integræ corporis firmitati. Inter epulandum hoc cavere convenit, ne helluantium speciem præbeamus.

in habitu corporis humilitas,

in vestitu necessitas et paupertas:

in cibo et potu tenuitas,

63 Sed et constantiam et moderationem ubique retineamus, atque in percipiendis voluptatibus æqualem continentiam; ac ne tum quidem ita animis esse feriatis nos oportet, ut a commentatione rerum divinarum vacemus: quippe qui alimentorum naturam corporisque aliti opificium, argumentum habeamus ad divinas laudes exordiendas; utique cum in mentem nobis venit, quomodo varia cibi genera, corporum qualitati accommodata, ab eo sint inventa, qui omnia moderatur et regit. Porro autem orationes faciendæ sunt, antequam cibum sumimus, pro agnitione divinæ benignitatis in largitione cum earum F rerum quæ in præsenti nobis divinitus conferuntur, tum vero earum quæ imposterum reconditæ sunt. Jam vero a corporum curatione rursus orationes cum gratiarum actione fiant, propter jam accepta; et ea insuper flagitentur, quæ Deus nobis porro pollicitus est. Denique cibum sumendi hora, sit unica et constituta, eademque semper per ambitum revertens. Hæc ut curando corpori una sit, vix integra, e quatuor et viginti, quas per temporis intercapedinem complectitur diei noctisque vicissitudo: reliquis autem horis mens commentando occupata sit, hominis quidem certe, qui menti exercendæ in solitudine se addixerit. Somni leves sunto, ejusque modi qui facile discuti possint: ex naturæ utique præscripto, ad victusque rationem appositi. Id vero interim accurandum studioseque assequendum est, ut commentandis rebus arduis ipsi pascantur somni: nam altiore correptum esse sopore, talique veterno dissoluta esse hominis contemplativi membra, ut interim pateat aditus visis absurdis obrepentibus, id certe instar est quotidianæ mortis. Quod aliis diluculum, id nox iis dimidiata est, qui se colendæ

inter vescendum, mentis ad Deum elevatio,

somnus levis et brevis,

A AUCTORE F. B.

colendæ pietatis studio devoverint : tum enim præcipue otium animæ largitur nocturnum conticinium, cum neque oculi, aspectus importunos ; neque aures, auditus obturbatores intro ad cor admittunt.

denique matutina oratio.

64 Ceterum mens sola secum et cum Deo negotium habens, et peccatorum suorum recordatione sese corrigens, fines ipsa sibi præscribit ad vitia aversanda ; opem etiam divinitus implorans ad ea adipiscenda, ad quæ magno studio incitata est. *Ex his videre licet, quem modum vivendi in eremo sua Basilius tenuerit ; quo vestitu usus sit, qua ciborum somnique parcimonia, quomodo tempus omne lectioni sacræ, orationi, aut per commentationi impenderit. Porro hæc non solum sibi et Gregorio scripsit, sed aliis quoque discipulis a se colligendis. Non enim dubium est, quin a reditu suo ex Palæstina et Syria, in animo semper habuerit, Monachorum cœnobia, secundum eam formam quam ibidem perspexerat probaveratque, instituere.*

Ad Basilium in solitudine accedit Gregorius

65 *Accepta hac a Basilio epistola, compositisque domi rebus, Gregorius in Pontum ad illum profectus est, vitam monasticam apud eumdem auspicaturus, anno* CCCLVIII *nondum exacto. Vivebant autem simul, in eadem quidem Pontica solitudine, sed in diversis cellulis,*

B

G. Ep. 12 et 13

ut existimavit Baronius ; quamvis id non omnino liqueat ex epistola Nazianzeni ad Amphilochium, quam ipse ad probandam opinionem suam adfert. Nam hæc videtur alia spectare tempora, cum nempe Sancti in diversis, non tamen longe dissitis regionibus habitarent. Siquidem Nazianzenus laudat olera, quæ ferebat is, quem Amphilochius incolebat, locus vero suæ regionis, frumentum : quæ non satis apte videntur intelligi, de hominibus in eadem prorsus silva habitantibus. Sane si diversæ fuerint cellulæ, tam propinquas invicem oportet fuisse, ut noctu simul orationi et sacrarum litterarum commentationi, diu vero excolendo horto, aliisque laboriosis operibus vacare etiam simul potuerint : ejusmodi enim ipsorum occupationem fuisse, testatur ipse Nazianzenus.

G. Ep. 8 e 9 *et alii discipuli,*

66 *At neque ipsos diu solos illic habitasse credo : quandoquidem Nazianzenus* Gymnasii, *et* Monasterii, *et* Scholæ *mentionem faciat ; quamvis per jocum* murium cavernas *vocet. Quin et plures cum Basilio ibidem deguisse Fratres, affirmat dicens :* Quis dabit... Fratrum eorum, qui dii a te efficiebantur, atque in altum evehebantur, concordiam animorumque conjunctionem ? quis virtutis certamen ad eam incitationem quam scriptis legibus ac regulis obfirmavimus? *Ex hoc quoque discimus, Basilium, in scribendis Regulis monasticis, secum adhibuisse Gregorium ; eosque simul in iis considerandis constituendisque laborasse. Non tamen propterea existimo, durante hoc eorum recessu, conscriptas ab iis fuisse Regulas, seu prolixiores seu breviores, quæ extant inter opera Basilii : sed aliam quæ interciderit, pro paucis Eremitis, forsan non majorem quam sit epistola superius relata,* de vita in solitudine agenda. *Deinde, post discessum Gregorii, Basilius, tamquam omnium instructor, Regulas fusius disputatas, per interrogationes et responsiones discipulis suis tradiderit : nam in proœmio, nulla facta mentione Gregorii, de se, ut monasterii in solitudine constituti superiore, ita præfatur ad subditos suos :* Postquam Dei gratia, in nomine Domini nostri Jesu Christi, in unum convenimus, qui unum et eumdem secundum veram pietatem vivendi nobis finem proposuimus ; vosque haudquaquam obscure præ vobis fertis, eorum quæ ad salutem vestram pertineant, expetere aliquid discere ; mihique vicissim justificationes Dei annuntiandi necessitas incumbit (quippe Apostoli verba illa dies noctesque assidue mecum memoria versanti, quando ait, Per triennium nocte et die non cessavi, cum lacrymis monens unumquemque vestrum) cum egregie ad hoc ipsum accommodata hujus occasio temporis sit, tum non minus etiam idonea loci ipsius oportunitas est ; ut qui ab omni externo strepitu tumultuque longissime sit remotus ; et ut hoc facere possimus, pacatissimam nobis quietem largiatur.

G. Ep. 7 et 9

C

quibus ille Regulam scribit,

et fusius explicat.

D

67 *Tradidit igitur Monachis suis prædictas Regulas Basilius, in solitudine procul ab omni externo strepitu tumultuque ; quamvis verosimiliter, post susceptum Episcopatum, subinde in iis aliquid mutaverit vel adjunxerit, prout sibi expedire videbatur, Ceterum quomodo anachoreticam vitam cœnobiticæ conjunxerit in sua institutione, exponit Nazianzenus :* Cum igitur solitaria vita, et ea quæ societate gaudet, ut plurimum inter se dissiderent ac pugnarent ; neutraque omnino vel commoda vel incommoda sua pura et impermixta haberet ; verum illa, magis tranquilla et composita esset, ac Deo animos copularet ; ceterum ob eam causam fastu non careret, quod virtus non exploraretur, nec in comparationem veniret, hæc autem magis quidem actuosa et utilis esset, verum a tumultibus minus libera ; præclare eas inter se conciliavit ac permiscuit, pietatis nimirum gymnasia et monasteria extruens ; non tamen longo intervallo ab iis qui in sodalitio vivunt remota, nec velut muro quopiam interjecto ea distinguens, atque a se invicem separans ; verum prope conjungens ac dirimens ; ut ne contemplatio communicationis expers esset, nec actio contemplatione careret : sed, quemadmodum terra et mare, ita etiam hæ duæ vitæ, commoda sua inter se communicantes, ad unicam Dei gloriam concurrerent.

Orat. 20 *Pulchre contemplationem actioni jungit.*

E

Gregorius domi Presbyter ordinatur,

68 *Duravit autem hæc utriusque Sancti anachoresis per annos tres, usque ad finem* CCCLXI : *quo tempore cum pater instantissime filium revocaret, Nazianzenus domum rediit : et initio anni sequentis Gregorius pater,* ut fortioribus vitæ sanctioris vinculis *filium* constringeret, *festo Nativitatis aut Epiphaniæ seu Luminum, Presbyterum ordinavit, invitum et reluctantem.* Sed tam gravis *Theologo* tamque molesta illa tyrannis accidit, ut omnibus continuo relictis, amicis, parentibus, patria, et familia, fugam in Pontum arripuerit, mali et mœroris tanti remedium habiturus amicum suum *Basilium, adhuc in sua versantem eremo. Hujus* mollibus sermonibus cum animi ægritudinem curasset, cumque ipsa temporis longinquitas, multum de dolore ejus imminuisset ; *ad patrem,* annis et filii sui desiderio languentem, *revertitur ; instante Paschate,* ne debita ipsi honoris ac pietatis officia, ad vitæ finem properanti, denegaret. *Basilius autem ipse comitatus eum est, solatii et amicitiæ causa ; audivitque eum primam post reditum orationem coram patre pronuntiantem, in cujus principio de utroque sic profatur :* Nihil senectute fortius, nihil amicitia venerabilius. Ab his ego ad vos ductus sum, vinctus in Christo, non catenis ferreis, sed tenacissimis spiritus vinculis constrictus. Equidem ipse mihi antea invicto quodam animi robore pollere videbar, atque (o stoliditatem !) ne his quidem mei amantissimis fratribus sermones impertire sustinebam, utpote qui omnibus omnia reliquissem ; ut autem ab omni negotio feriatus, tranquille philosopharer, mecumque ipse et cum spiritu colloquium haberem, Eliæ Carmelum animo agitabam et Joannis desertum.

Carm. de vita sua,

et ad Basilium redit :

F

inde rursus ad patrem comite Basilio.

69 *Hinc Basilius rursus in Pontum revertitur : nisi forsan recta Cæsaream contenderit : nam eo evocatus est a Dianæo, ejusdem urbis Episcopo, morti jam vicino, quæ ultra annum* CCCLXII *differri non potest. Dianæum istum supra mirifice laudatum a Basilio vidimus : sed ut erat mansuetus et placidus, ita fallaciis Arianorum nimium credulus, et ad quidvis subscribendum facilis, non levem Basilio attulit molestiam ; sicut antea Athanasio et Episcopis orthodoxis fecerat in Concilio*

A *cilio Antiocheno et Sardicensi: non quia male de fide sentiebat; sed quia nimium timidus et languidus, male sentientibus resistere non audebat. Is ergo cum circa annum CCCLXI, fraude aut timore inductus, subscripsisset Constantinopolitanæ fidei, cujus eo tempore ab hæreticis formula ad subscribendum Episcopis missa est, ita volente imperatore Constantio; cum, inquam, subscripsisset Dianæus, omnes suos subditos, quibus in amoribus erat, vehementer commovit, et imprimis Basilium; qui illum quidem non excommunicavit palam (ut postea per calumniam sibi objectum queritur) sed quasi dissimulando a communione ejus abstinuit, quod facile fuit in Pontica solitudine versanti.*

Hic adest morienti Dianeo

70 *Ita rem narrat Basilius ipse:* Circa extrema quidem vitæ illius tempora (neque enim celabo veritatem) intolerabili mœrore propter ipsum *Dianæum* cum aliis in patria qui plurimi erant Dominum timentibus, afficiebar; propterea quod fidei illi, quam ex Constantinopoli reportaverant qui ad Georgium pertinebant, subscripserat. Ut vero erat ingenio mansueto et humano, omnibus ita satisfaciebat, ut paterno affectu toleraretur. Ubi vero decidit in ægrotationem, ex qua et mortuus est; accitis nobis dicebat, testem esse Dominum, quod simplici corde in scriptum Constantinopolitanæ fidei consenserit: verum nulla in re irritam voluerit eam fidem, quæ Niceæ a sanctis Patribus exposita est; neque aliud in corde habuerit, quam quod ab initio traditum accepisset. Imo precari se quoque, ut non separaretur a sorte beatorum illorum Episcoporum trecentorum decem et octo, qui piam illam fidei prædicationem promulgaverunt orbi: atque ista satisfactione nos ita permovit, ut soluta omni cordium nostrorum hæsitatione, ad communionem illius accesserimus, et a concepto mœrore quieverimus. Talia sunt quæ nobis cum hoc viro intercesserunt.

B Ep. 86

orthodoxiæ ipsius testis

CAPUT VI.

Basilius Presbyter ordinatus fugit in Pontum, ob simultates cum Eusebio Episcopo suo.

Basilius Presbyter ordinatur, Orat. 20

71 *Mortuo Dianæo successit Eusebius in Episcopatum Cæsareensem: iste vero factus Episcopus, cum præsentem haberet Basilium, festinavit eum ad Sacerdotium promovere: neque tam ipse, sed (ut Nazianzenus ait)* multiplex Dei benignitas, atque erga genus nostrum curatio et dispensatio, in multis ante muneribus exploratum, ac quotidie clariorem illustrioremque C compertum, in sacrum Presbyterorum Ordinem adscribit, ac splendidam et celebrem Ecclesiæ facem proponit, atque per unam Cæsareensem civitatem universo terrarum orbi prælucet. Quonam autem id modo? Sic nempe, ut eum non subito ad hunc gradum subveheret; nec simul eum et ablueret et sapientia instrueret, quemadmodum plerosque eorum, qui nunc Antistitum munus appetunt; verum ordine ac spiritualis progressionis lege, hoc eum honore afficeret. Nec enim mihi perturbatio illa temeritasque probatur, quæ apud nos nonnumquam et in nonnullis Ecclesiæ Præsidibus existit.... Quemadmodum scilicet Poetæ Gigantes fixerunt, uno die natos; sic sanctos fingimus, eosque sapientes et eruditos esse jubemus, qui nihil didicerunt; nec ad. Sacerdotium quidquam prius contulerunt præter velle... At non ita magnus et insignis Basilius: verum, ut aliarum omnium virtutum, sic etiam ordinis in his rebus et disciplinæ aliis exemplar se præbet. Nam cum prius sacros libros populo lectitasset, qui eos postea enarravit, nec hunc Sacerdotii gradum indignum se duxisset; ita demum in Presbyterorum, ac deinde in Episcoporum cathedra Dominum laudat; non hanc potestatem furatus, nec ea per vim potitus, nec honorem persecutus, sed ab honore quæsitus; nec humano favore, sed divinitus ac Dei gratia Sacerdotium consecutus. Verum sermo de Sedis principatu hoc loco nos expectet; atque in eo, qui ad inferiorem dignitatis locum pertinet nonnihil immoremur. D

non subito promotus ut alii,

sed in sacris muneribus prius probatus.

[illegible]

attamen Diaconus ordinatus non est

72 *Et quæstiuncula quidem una interserenda est, videlicet, cum Basilius proponatur in exemplum, eorum, qui non per saltum, ut loquuntur, sed per sacrorum Ordinum gradus ad Episcopalem thronum ascenderint; an etiam Diaconatum Antiochiæ susceperit a Meletio, ut refert Socrates; quamvis Nazianzenus solum Lectoris et Presbyteri Ordinem susceptum memoret; Diaconatum omnino non omissurus, si hunc revera Basilius suscepisset. Hinc Godefridus Hermantius existimat, Socrati errorem obrepsisse ex eo, quod Basilium nostrum confuderit cum Basilio quodam alio, qui notus fuit S. Chrysostomo. Et sane verisimile non est, Basilium, qui in Ponticam solitudinem fugere festinavit, ne ad Ordines sacros promoveretur; profectum Antiochiam ultro quæsivisse alibi, quod subterfugerat in patria, contra Canonem* XVI *Concilii Nicæni. Si quis vero mihi objiciat Canonem* X *Concilii Sardicensis, quo vetatur Episcopus ordinari, priusquam* Lectoris et Diaconi et Presbyteri ministrum peregerit; ut in unoquoque gradu, si dignus existimatus fuerit, ad Episcopatus fastigium, per progressionem possit ascendere; *respondebo, Canonem istum cum tanto rigore tunc receptum non fuisse, aut errorem irrepsisse in manuscriptum Herveti, corrigendum per interpretationem Dionysii Exigui; nempe ut, ubi legitur,* Lectoris et Diaconi et Presbyteri: *scribendum* sit, Lectoris et Diaconi aut Presbyteri.

l. 4 c. 26

A Meletio,

E

neque id colligitur ex Concilio Sardicensi.

Tristem ab ordinatione sua

73 *Basilius porro, postquam invitus sacris altaribus admotus est, palam quidem dolorem dissimulavit, sed Gregorium suum celare non potuit: cui per epistolam significavit ordinationem suam, et ex ordinatione conceptam animi ægritudinem. Atque ut anno præcedenti, ob similem ordinationem, Gregorium non leviter commotum ad animi tranquillitatem blandis et aptis sermonibus reduxerat; ita nunc vicissim per litteras consolationem atque animum ab eo recepit.* Epistolæ tuæ, *inquit Nazianzenus*, proœmium laudo. Quid autem tuorum non est laudandum? Ad eum quo tu captus es modum, nos quoque fuimus circumscripti: quandoquidem ad Presbyteri gradum pertracti, quod sane a nobis non expetebatur. Nam uterque alteri, si alii quiquam locupletes esse testes possumus, quam nobis cordi esset pedestris philosophia humique depressa. Verum hoc fieri fortasse quidem non præstitisset, aut quo alio verbo utar incertus sum, quoadusque Spiritus sancti consilium exploratum habuero? Quoniam autem factum est, ferre necesse est (ut mihi quidem videtur) ac præsertim ob tempus istud, quod multas nobis hæreticorum linguas invehit; neque aut spei eorum, qui fidem nobis habuerunt, aut superiori vitæ nostræ dedecori esse possumus. F

Epist. 11 *consolatur Nazianzenus:*

74 *His aliisque piis considerationibus, obedienter et divinæ dispositioni Basilius se conformans, cœpit Presbyteri officio strenue sancteque perfungi, et divinas Scripturas ex mandato Episcopi sui populo explicare, selecto ad hoc libro Proverbiorum, in cujus Exordio declarat ipse, quo animo et spiritu istud docendi munus susceperit.* Præclara est, *inquit*, obedientiæ merces. Obediamus igitur bono Patri, certaminum præmia nobis ex Spiritus oraculis proponenti, qui nos, instar venatorum in locis inviis, quasi catuli cujusdam venatici indicio, cursus nostri experimentum vult capere. Proposuit autem nobis ad enarrandum Proverbiorum principium. Quam sit autem dictionis hujus intellectus captu difficilis, cuivis vel modice illum aggresso notum est. Verumtamen nihil de illius tractatione hæsitandum est, spem in Domino collocatam

librum Proverb. populo explicat

Hom. 12

AUCTORE F. B.

A collocatam habentibus, qui nobis, propter Pastoris nostri preces, sermonem dabit in apertione oris nostri.

Monachos Cæsareæ instruit :

75 *At quamvis Basilius coactus fuerit deserere solitudinem suam, animo tamen ejus numquam excessit desiderium solitarie vivendi. Hinc inter tumultus frequentissimæ urbis, domi suæ solitudinem invenit ; ubi, non secus atque in eremo Pontica, cum collectis aliquot discipulis, exercitationibus monasticis vacabat : creditarque tum temporis Regulas suas, per breviores, ideoque sed plures periodos, tradidisse. Confirmatur hoc ex earum Proœmio, ubi dicit, sibi impositum munus docendi, tum publice in ecclesia, quod Sacerdotis est, tum privatim.* Benignus, *inquit,* Deus, qui docet hominum scientiam, iis quidem, quibus creditum est donum docendi, præcipit per Apostolum, ut maneant in doctrina; eos autem qui ædificatione indigent, quæ ex fonte cœlestis hauritur doctrinæ, per Moysen hortatur dicens ; Interroga patrem tuum, et annuntiabit tibi ; seniores tuos, et dicent tibi. Quocirca necesse est ut nos, quibus creditum est munus docendi, parati animo et prompti simus omni tempore, ad conciliandas Deo animas et instituendas ; B ut alia videlicet partim publice cunctæ ecclesiæ contestemur, alia privatim ; unicuique eorum qui ad nos accesserint, liberam potestatem facientes arbitratu suo seorsim exquirendi a nobis, ea quæ pertinent ad sanitatem fidei, et veritatem ejus vivendi ritus, qui est ex Evangelio Domini nostri Jesu Christi : ex quibus utrisque homo Dei constanter et usquequaque perfectus efficitur. Similiter item vos quoque nihil debetis prætermittere, unde fructum aliquem non capitis, aut ubi industriam vestram non exerceatis ; sed præter ea quæ communiter cum ceteris discetis, etiam seorsim de rebus ad utilitatem vestram spectantibus interrogare, atque omne vitæ otium ad hoc unum dirigere, ut utilitati vestræ consulatis. Si ergo in hoc congregavit nos Deus, et ab externis perturbationibus multa perfruimur tranquillitate ; nolimus quæso nos ad aliud ullum opus convertere, neque somno rursum tradamus corpora nostra ; sed in attenta meditatione et exquisitione rerum necessariarum, eam quæ reliqua est noctis partem traducamus ; illud facientes, quod dictum est a beato David, In lege Domini meditabitur die ac nocte.

eisque Regulas suas proponit.

Discordia orta

76 *Ea vivendi ratione Basilius, usque ad initium anni* CCCLXIII, *Sacerdotis, et (si ita loqui liceat) Abbatis munus implebat. Interea Julianus, post mortem Constantii rerum potitus, universam vexabat Ecclesiam.* C *Cæsareæ vero humani generis hostis, ad eam quoque dilacerandam Ecclesiam, seminavit aliquid discordiæ inter Basilium et Episcopum Eusebium : quod qua occasione factum sit, nemo explicuit : culpam tamen Theologus conjicit in Eusebium,* aliquid humani passum : *forte ex invidia, qua sibi decedere existimabat, quidquid Basilio ex eloquentia, sacra doctrina, et fama sanctitatis accedebat laudis et gloriæ.* Hinc cum Basilio simultatem quamdam is, qui ante ipsum Ecclesiæ præfuit, exercebat : quibus autem de causis aut quomodo, silentio dissimulare satius est : ceterum exercebat, vir in aliis quidem fortis ac mirabili pietate præditus, ut illius temporis persecutio et acris adversus eum suscepta contentio perspicue declaravit ; sed tamen in Basilio aliquid humani passus : neque enim vulgares tantum homines, sed etiam præstantissimos quosque viros Momus attingit ; ut solius Dei sit omni peccato vacare, atque ab animi perturbatione immunem esse. Ac propterea adversus eum Ecclesiæ pars selectior et sapientior concitatur; si modo sapientiores ii habendi sunt, quam plerique, qui seipso a mundo sejunxerunt, ac vitam suam Deo consecrarunt. Nazareos nostrates

Vit. Macr. Orat. 20

inter ipsum et Eusebium ;

dico, atque in hujusmodi rebus maximum studium D atque operam ponentes : qui cum grave atque indignum esse duxissent pati, ut is qui principatum inter eos obtinebat, contumelia et probro afficeretur et rejiceretur ; periculosissimum facinus aggrediuntur, atque a magno et seditiose non dividendo Ecclesiæ corpore deficere constituunt, haud exiguam secum plebis partem abstrahentes, tam eorum qui inferioris ordinis erant, quam qui dignitates gerebant. Id autem tribus de causis, iisque firmissimis, perfacile erat. Primum enim Basilius tanta apud omnes veneratione erat, quanta haud scio an quisquam nostræ ætatis Philosophorum ; eamque vim habebat, ut cohorti suæ, si voluisset, animos ac fiduciam afferre posset. Deinde qui molestiam ipsi exhibebat, ob eum tumultum qui in ipsius electione acciderat, civitati suspectus erat ; ut qui non tam legitime, atque ex Canonum præscripto, quam per vim præfecturam accepisset. Postremo aderant Episcopi quidam ex Occidente, qui orthodoxos omnes ad suas partes pertrahebant.

Monachi Basilio faventes, schisma moditantur, prætexendo non rite ordinatum Eusebium.

77 *Godefridus Hermantius putat, Episcopos istos fuisse SS. Luciferum Calaritanum et Eusebium Vercellensem ; posseteque roborare opinionem suam auctoritate Nicetæ, interpretantis Nazianzenum apud Billium in hunc locum :* Roma, *inquit,* duo Episcopi Cæsaream venerant, Lucifer et Eusebius, ad Cæsareensis Ecclesiæ motus componendos. *Ego vero ut concedere Hermantio, Episcopos Occidentales, quos dicit Nazianzenus tunc favisse Basilio, Luciferum fuisse et Eusebium ; assentiri tamen non possim Nicetæ, eos Roma missos ad motus Cæsareensis Ecclesiæ componendos. Quippe post ipsorum reditum ab exilio in Occidentem, nulla reperitur mentio apud Historicos de altera in Orientem suscepta ab ipsis legatione ; nec verisimile est, legatos Roma mittendos fuisse tam levi de causa, qualis hæc Romanis saltem videri poterat, simultas quædam inter Presbyterum unum et suum Episcopum. At neque satis intelligo, quomodo idem Hermantius pro sua sententia Ruffinum et Socratem afferat. Si enim istorum narrationi stare velit, dicendum erit, numquam Sanctos illos simul convenisse in Cappadociam. Quippe cum initio imperantis Juliani ab exilio ad suas Ecclesias revocarentur anno* CCCLXII, *invitavit Eusebius Luciferum, ut simul Alexandriam pergerent (nam in Ægyptum relegati fuerant) ad videndum Athanasium, communique tractata cum his qui superfuerant Sacerdotibus de statu Ecclesiæ decernendum, sicut narrat Ruffinus : sed Lucifer,* præsentiam sui abnegans, legatum pro se Diaconum suum mittit, atque ipse Antiochiam pergit ; ibique (dissidentibus adhuc partibus, sed in unum tamen revocari posse sperantibus, si ibi talis eligeretur Episcopus, erga quem non una plebs, sed utraque gauderet) catholicum quidem et sanctum virum, ac per omnia dignum Sacerdotio Paulinum, præpropere tamen, Episcopum collocavit, in quem acquiescere plebs utraque non posset.....

Inter fautores Basilii non fuit Lucifer Calaritanus, E

l. 10 c. 27

qui ob ordinationem Paulini, F

78 Eusebius vero post celebratum Alexandriæ Concilium, cum redisset Antiochiam, et invenisset ibi a Lucifero contra pollicitationem ordinatum Episcopum ; pudore simul et indignatione compulsus, abscessit, neutri parti communionem suam relaxans : quia digrediens inde promiserat se acturum in Concilio, ut is eis ordinaretur Episcopus, a quo pars neutra descisceret. Ille namque populus qui Meletium, dudum de Ecclesia pulsum quasi pro fide recta, fuerat secutus, non se junxerat ad priores Catholicos, id est eos qui cum Eustatio Episcopo fuerant, ex quibus etiam Paulinus erat ; sed suum principatum suumque conventiculum tenuit. Hos ergo cum in unum revocare voluisset Eusebius, nec tamen præventus a Lucifero potuisset, abscessit...

non probante Eusebio Vercellensi factam,

Interim

A Interim Lucifer, injuriam dolens, quod Episcopum a se ordinatum apud Antiochiam non recepisset Eusebius, nec ipse recipere cogitat Alexandrini decreta Concilii: sed constringebatur legati sui vinculo, qui in Concilio ipsius auctoritate subscripserat: abjicere namque eum non poterat, quia auctoritatem ejus tenebat: si vero recepisset, omne suum frustrandum videbat inceptum. Diu ergo de hoc multumque deliberans, cum ex utraque parte concluderetur, elegit ut legato suo recepto, erga ceteros sententiam disparem, sed sibi placitam custodiret. Ita regressus ad Sardiniæ partes, sive quia cita morte præventus tempus sententiæ mutandæ non habuit (*alias enim* temere cœpta corrigi spatio *temporis* solent) sive ad hoc animum immobiliter firmaverat; *vel potius (ut Socrates ait)* Fidei et Ecclesiæ assentiens; in Sardiniam ad propriam Sedem se recepit. *Hæc quoad rem desumpta sunt ex Ruffino et Socrate: quamvis enim in circumstantiis non nihil variet hujus narratio, ex utroque tamen satis certo colligimus, Luciferum et Eusebium, postquam discesserant Antiochia, sive ibidem simul aliquamdiu substiterint, sive unus discesserit ante alterius adventum,* B *numquam amplius tam corpore conjunctos fuisse, multo minus animo, ut credi possint simul Cæsaream venisse, ibique pro Ecclesiæ istius concordia laborasse.*

Antiochia ab eo discesserat Calarim,

nec amplius cum vidit:

79 *Credo itaque S. Luciferum Antiochia recta Calarim profectum, gubernandæ Ecclesiæ suæ vitam reliquam impendisse; Ruffinus enim non diu post mortem ejus subsecutam indicat.* Eusebius vero Vercellarum Episcopus, circumiens Orientem atque Italiam, Medici pariter et Sacerdotis fungebatur officio, ac singulas quasque Ecclesias abjurata infidelitate ad sanitatem rectæ fidei revocabat. *Hinc credibile mihi fit, S. Eusebium, unum, quin et præcipuum fuisse eorum Episcoporum Occidentalium, quos Nazianzenus ait Episcopi causam suscipere noluisse: cui si adjunxero S. Hilarium Pictaviensem, nihil fortasse aberrabo a vero: nam et ipse eodem tempore ab exilio revertebatur. Neque obest huic conjecturæ, quod dicatur S. Hilarius ante Vercellensem in Italiam pervenisse; dici enim poterit, sopita utcumque post Basilii discessum contentione, Vercellensis ad alias Cappadociæ urbes transiisse; Hilarius autem recta profectus in Italiam. Si tamen hæc conjectura displicet, non deerunt hoc tempore Episcopi alii ab exilio redeuntes, quorum unus saltem potuerit cum Vercellensi fuisse Cæsareæ.*

sed potius Eusebius Vercellen. l. 10 c. 10

et forsam Hilarius Pictaven.

80 Nunc *cum Nazianzeno* ad Basilium revertamur. C Quid igitur egregius ille vir, et pacifici discipulus? Nec enim iis qui contumeliis ipsum affecerant, aut qui ipsi studebant, obluctari poterat; nec illius erat dimicare, aut Ecclesiæ corpus lacerare, quæ etiam alioquin ab hæreticis, qui tum potentiam atque imperium obtinebant, oppugnabatur, ac periculose affecta erat. Simul etiam nobis hac in re consultoribus ac sinceris monitoribus usus, nobiscum hinc in Pontum profugit; ac pietatis gymnasia, quæ illic erant, moderabatur: cum Elia et Joanne, summis Philosophis, solitudinem amplexus; conducibiliusque id sibi esse existimans, quam in præsenti negotio cogitationem quamdam philosophia sua indignam suscipere; ac consilii et prudentiæ clavum, quem in tranquillitate tenuerat, in tempestate perdere. *Ita per hanc qualemcumque adversitatem provida Dei dispositione factum est, ut rursus Basilius et Gregorius, mutuo consortio et pia tranquillitate, in Pontica solitudine fruerentur; si modo ipsos non interturbasset impius Julianus, qui totum perturbabat Ecclesiam. Et sane tantus erat nominis ipsorum splendor, ut in quascumque latebras sese abderent, radios suos quaquaversum diffunderent, raperentque imprimis oculos Juliani, olim cum ipsis amicitia juncti: qui forsan occasionem aliquam captare voluit eloquentiæ*

Orat. 20 *Basilius vero in Pontum se recipit studio pacis*

ibique rursus cum Gregorio degit.

Juliani Apostatæ

suæ ostentandæ. Ergo amicissimis litteris Basilium ad se invitat; sed qua spe aut quo animo, divinare non possum: neque enim credibile existimo, concipere spem aliquam potuisse Apostatam, quod conversatione sua Basilium ad aliquam impietatem traduceret. Et hunc quidem Imperatoriis litteris respondisse, colligitur ex epistola secunda Juliani: quid tamen responderit, incertum: nisi responsi fragmentum aliquod sit epistola 205, *egregium (si verum sit) contra impium hunc, et novatores nostri temporis, pro Basilii et catholicorum religione, monumentum.* D

AUCTORE F. B.

81 Secundum immaculatam, *inquit*, fidem Christianorum, quam divinitus sumus sortiti, confiteor et polliceor credere in unum Deum Patrem, Deum Filium, Deum Spiritum sanctum: unum Deum, tres Personas adoro et glorifico. Confiteor etiam incarnati Filii dispensationem, et Dei genitricem sanctam Mariam, quæ illum secundum carnem peperit. Suscipio autem et sanctos Apostolos, Prophetas et Martyres, et per supplicationem quæ est ad Deum hos invoco, ut per eos, id est interventionem eorum, propitius mihi sit misericors Deus, et culparum mihi redemptio fiat et condonatio: unde et characteres sive imagines eorum honoro et adoro, præcipue cum hoc traditum a sanctis Apostolis, et non E prohibitum sit, quin et in omnibus ecclesiis nostris ostendatur depictum. *Verum ut hoc genuinum* Basilii *scriptum censeri possit, deberet credi Apostata, illi, non solum fidem veri et unius Dei ac SS. Trinitatis mysterium blasphemando exprobrasse, sed et cultum B. V. Mariæ et Sanctorum, atque sacrarum Imaginum, quod magis Iconoclastæ videtur convenire quam Apostatæ; si tamen huic impietas aliqua disconveniat. Ceterum videtur Basilius objecisse ei, quod Scripturas sacras, quas populo in ecclesia prælegerat, minime intellexerit: sicut Nazianzenus ei per sarcasmum exprobravit, dicens:* Quid ni hæc apprime nosset, qui divinorum oraculorum Lector quondam fuerat, magnique Bematis honore auctus et ornatus: de quo hoc primum miror, quonam pacto, cum in his libris diligenter et accurate versatus esset, illud tamen non legerit, aut consulto præterierit. *Simile, inquam, aliquid impio Juliano exprobraverit Basilius, nam hic ita concludit Epistolam suam secundam:* Quæ legi, intellexi, et post neglexi. *In hac autem postquam jactasset potentiam Imperii, et legitimam in istud successsionem; exigit a Basilio libras auri mille ad bellum Persicum.*

epistolis intrepide respondet:

Orat. 3

et 1000 libras ad bellum petenti

82 *Tum Sanctus, Christiana libertate usus, eam scribit epistolam, quæ hic merito interserenda est, ut perspectum sit, qua magnitudine animi sacrilego Imperatori restiterit, tum qua ipse in paupertate et jejuniorum austeritate vixerit.* Quæ legisti, *inquit*, certe non intellexisti: si enim intellexisses, minime damnasses. Modicæ tuæ sunt in præsentiarum res præclare gestæ, et nequiter multa in rebus fortiter gestis, non tam contra nos, quam tuo (quod aiunt) capiti. Horrore equidem concutior, cum in mentem venit tua qua es inditus Purpura, atque Corona qua vertex cingitur, quando sine pietate tibi attributæ, non honorandum, sed inhonorum tuum caput ostendunt. Ridiculum magis, quam te, hactenus vidi neminem. Emergens enim ac magnificus redditus, eo ascendisti, quo te impii et infesti dæmones pertraxerunt: hi enim nuper, ut tute ipse prædicare soles, ad capitis tui verticem apum specie advolantes, coronam efformarunt. Cœpisti itaque imperans, non solum magnos ostentare spiritus, sed et supra Deum efferri, omniumque matrem ac nutricem Ecclesiam contumelia afficere. Usus ergo apud me imperio, exigis a tenuissimo homine auri libras mille: quod pondus tamen auri mentem mihi non turbaret, licet valde magnum constituatur: sed indignor ego re- F

B. Ep. 207

impietatem exprobrat,

atque excusat paupertatem suam.

A memorans studium tuum, quo sacras et optimas artes una Athenis didicimus, et ad divinas litteras legendas una accessimus. Et tu quidem nihil ignorabas : nunc contra turpis et indecorus appares, tali mente militiam professus. Parcere interim nobis, o optime, placeat, tantum vix possidentibus, quantum si libeat absumere satis hodie non fuerit. Ars enim coquendi domi nostro jacet neglecta, et culter sanguinem non attingit : ciborum lautissimi, oleris folia nobis sunt, cum pane modico et vino flaccescente ; ut non stupeant nostri sensus ob ventris ingluviem, neque præ deliciis munia sua negligant.

AUCTORE P. B.

83 *Post hæc in Persas profectus Julianus, sagitta transfixus scelerum suorum pœnas luit, anno CCCLXIII, Junii XXVI. Casus ipsius varius per orbem terrarum Sanctis divina revelatione innotuit, quorum precibus impetratum est, ut non permitteretur pestis illa diutius sævire : an autem etiam Basilio ? Ita narratur in Chronico Alexandrino. Verum narrationem istam, ut fabulosam, in Appendice rejicio. In ea enim dicitur Basilius Episcopus, post transactam noctem, qua divinitus didicerat Julianum esse occisum, diluculo Canonicis suis ad orationem congregatis, eadem istam indicasse ; cum* B *tamen idem Basilius, moriente Juliano, nec Episcopus esset, nec Canonicos haberet. Etenim si alicui sibi factam indicasset de Apostatæ interitu revelationem, indicasset sane tum cohabitanti in Pontica solitudine Gregorio : et hic non omisisset eam referre, saltem in alterutra earum Orationum, quibus invehitur in Juliani impietatem, qua hic tam infelicem meruit interitum : has enim Orationes Basilius et Gregorius simul elaborarunt, in eadem anachoresi Pontica. Unde miror id animadversum non fuisse ab Hermantio, in omnibus tam accurato.*

Illius interitus an. 363

an revelatus Basilio ?

CAPUT VII.

Occupationes Basilii et Gregorii, durante inter illum et Eusebium simultate.

Sub Joviniani imperio, Cæsareenses cives summo Basilii desiderio tenebantur. Tædebat siquidem eos, ut existimo, in tanta Ecclesiæ pace, in tanta sanctorum Doctorum per Orientem copia, eo carere, quo posset nemo majori eloquentia, pietate, et spiritu, divina dogmata ipsis explanare. Missis itaque litteris hortantur, ut suos suamque patriam revisat : his vero ita rescribit Sanctus, ut Eusebium non vocet in invidiam ; moræ diuturnioris causam refundens in solitariæ vitæ amorem. C Sæpe numero, *inquit*, miratus sum, quidnam animos vestros erga nos affecerit, et unde sit quod tantopere a nostra mediocritate, tam modica et exili, nullaque in re amabili, superamini ; ut scriptis nos, per amicitiæ ac patriæ commemorationem, adhortemini, et, ut profugos filios assolent parentes, paternis ad vos visceribus revocare conemini. Ego quidem nos profugos esse factos fateor, neque negaverim : causam vero fugæ jam ipsi nostis, siquidem nosse cupitis ; ea vero potissima est, quod tum, cum essem apud vos, ex inopinato perculsus, quemadmodum si quisquam repentinis motibus consternatur, animi considerationes haud cohibui, sed procul aufugi, multumque temporis mansi separatus a vobis ; postea vero subiit animum meum desiderium quoddam divinorum dogmatum, et quæ circa illa versatur philosophiæ : quo enim alio pacto possem ; quo, inquam, alio pacto possem ego, una nobiscum inhabitantem domare malitiam ? O si mihi detur Laban quisquam, qui me liberet ab Esau, ducatque ad cœlestis vitæ philosophiam ! Nunc quoniam per gratiam Dei voti nostri pro viribus facti sumus compotes, organum benedictum puteumque profundum adepti (Gregorium, os illud Christi, dico) parumper

Cæsareenses Basilium revocant

B. Ep. 141

hic excusat se,

ob vitæ solitariæ desiderium

nobis obsecro, parumper hanc morulam indulgete : D quam non ad hoc petimus, ut urbium sectemur delicias (neque enim clam nobis est, quo pacto versutus ille hostis noster per illas imponat mortalibus) sed ut fruamur Sanctorum convictu, quem utilissimum esse judicamus. Dum enim frequenter de divinis dogmatis aliquid et dicitur et auditur, habitum quemdam divinarum contemplationum tenaciter inhærentem induimus. Et ad hunc quidem modum se habent res nostræ : vos autem, o divina et omnium mihi carissima capita, observate Philistinorum pastores, ne quisquam illorum fontes vestros clanculum obstruat, puritatemque cognitionis, quæ fidem Christi concernit, turbidam reddat. *Pergit deinde explicare sacrosanctum Trinitatis mysterium, et Christi divinitatem, quo vel absens suos in fide orthodoxa instruat et confirmet.*

85 *Non diu post alia rursus cura, eaque gravissima, Nazianzenum excepit, et domum redire compulit. Schisma scilicet inter Nazianzenos Monachos et Gregorium patrem. Hic enim, ut multi alii Episcopi, fraude ab hæreticis circumventus, Constantinopolitanæ fidei subscripserat ; id quod factum credo circa annum CCCLXI,* E *vivente adhuc Constantio : nam verosimile non est, tempore Juliani, quo omnes Episcopi in exilium pulsi revocabantur, Arianos aut eorum consectarios extorquere ab orthodoxis voluisse vel potuisse Ariminensis aut Constantinopolitani Symboli subscriptionem. Non tamen propterea statim in Nazianzena Ecclesia schisma exarsit ; ut colligitur ex Theologo.* Quamvis, *enim inquit*, eo morbo qui omnia occupabat, superiores non extitimus ; sed publicæ calamitatis partem ipsi quoque accepimus ; nec paternam hereditatem, hoc est, concordiæ bonum, ad extremum usque retinuimus : non parum tamen hic quoque alios superavimus, quod in hanc fraudem ultimi prolapsi, primi erecti sumus. *Ex his colligere liceat ; Nazianzenos Monachos contra Episcopum suum, non statim post lapsum tumultuari cœpisse (nam regnante Constantio parum id profuisset ; Imperante Juliano, alio conversi erant omnium Christianorum animi) verum Joviniano ad Imperium erecto, in spem adducti sunt orthodoxi, non minus idololatriæ, quam hæresis extirpandæ : ideoque novo fervore invehi cœpere in omne id, quod hæresim vel a longe redoleret. Hinc inter Nazianzenos nata discordia ; quæ eo usque progressa est, ut Monachi, acceptis sibi aliunde ad rem divinam Presbyteris, omnem cum Episcopo suo communionem interdictam sibi crediderint, ita* F *ut etiam plurimos ex fidelibus in suas partes traherent.* Hæc *Gregorii* animum premebant et conturbabant : quoniam qui Deum et Christum majorem in modum amabant, Christum diviserunt.

Orto schismate inter Gregorium Ep. seniorem et Monachos Nazianzenos

Orat. 12

Orat. 12

86 *Igitur pacis et concordiæ zelator, pro paterna Ecclesia, cujus ipse non minimam curam gerebat, e Ponto Nazianzum rediit circa initium anni* CCCLXIV ; *et reconciliatis feliciter animis, tres orationes de pace habuit. Dein festo Luminum, id est suscepti a Christo Baptismatis, quod initio Martii vel fine Februarii proxime sequentis celebratum est, eam orationem pronuntiavit, in qua sic loquitur :* Joannis instar faustum nuntium profero, non quidem ut ille Præcursor, ceterum a solitudine veniens. *Ad asserti hujus veritatem, sufficit, si tribus quatuorve ante mensibus ex eremo venerit Nazianzenus : imo nec magnopere asserto isti repugnaverit, si hæc oratio in sequentem annum differatur. Nam qui professione solitarius aut Monachus est, identidem in solitudinem recurrens, semper dici potest venire ex solitudine. Ceterum quod Basilium spectat, explicanda sunt hæc Nazianzeni verba ;* Ubi abundaverit iniquitas, superabundavit gratia. Quoniam cum granum amisissem, spicas recepi ; cum oves lugerem, Pastores insuper adeptus sum. Nec dubium, quin Pastorum præstantissimum assumpturus sim, tametsi

Filius Theologus domum redit et pacem conciliat,

Orat. 3?

publicaque oratione gratulatur ;

Orat.

qua Monachum quemdam Presbyterum laudat

A metsi spiritualibus quibusdam rationibus Pastoris munus adhuc suscipere detrectet. Siquidem, licet creditum sibi spiritum, ac talentorum negotiationem, atque ovilis curam commissam habeat, oleoque Sacerdotii et perfectionis delibutus sit; adhuc tamen pro sua sapientia regendo gregi præesse cunctatur, lucernamque sub modio retinet (brevi illam quidem super candelabrum collocandam, quo omnes ecclesiæ animas splendore afficiat, semitasque nostras illuminet) at mentes adhuc et saltus et fluenta circumspectat, lupisque animarum raptoribus laqueos excogitat, quo tempestive pedum quoque ipsum accipiat, et cum vero Pastore gregem hunc ratione præditum pascat; in loco pascuæ, hoc est perpetuo virentibus Dei sermonibus eum collocans; ac refectionis aqua, id est Spiritu sancto educans. Atque hoc quidem et speramus et optamus.

ac futurum esse Episcopum prædicit

87 *Elias Cretensis, commentans in hunc locum;* Basilium: *inquit,* Magnum intelligit, qui, posteaquam alius Cæsareæ Episcopus electus fuisset, in Pontum secesserat; ac sapienter, quo minus adhuc Ecclesiæ præesset, rem extrahebat. Quam secessionem, certo consilio institutam, ut multorum invidiæ
B cederet, sapientiam merito vocat Gregorius. *Episcopum tunc fuisse Basilium manifestæ convincitur falsitatis. At neque credo de Episcopo hic agi, sed tantum de Sacerdote secundi Ordinis, cui munus impositum est fideles sub Episcopo regendi, et divino verbo pascendi. Sane hæc Nazianzeni verba;* Cum oves lugerem, Pastores adeptus sum; *non nisi de Sacerdotibus secundi Ordinis dicuntur: cum inter Solitarios, quos patri reconciliaverat, nulli fuerint Episcopi: quidquid dicat Elias Cretensis, illorum aliquos postmodum ad Episcopatum promotos fuisse. Hoc enim scire non poterat Gregorius eo tempore quo perorabat; et si qui durante schismate ad Episcopatum feurint evecti, hi ad suas Ecclesias discesserant, neque de ipsorum reconciliatione hoc loco erat agendum. Atque hac ratione (si nempe de Presbytero solum agatur) dici ista de Basilio potuissent: non enim dubitandum est, quin ante suum e Ponto discessum, spem aliquam conceperit Gregorius, simultatis Eusebium inter et Basilium tollendæ; præsertim postquam litteras civium Cæsareensium viderat, ad Basilium revocandum datas. Malo tamen prædictum Theologi locum, de Nazianzeno quodam Monacho, simulque Presbytero, intelligi: qui præ ceteris eloquentia et virtute præclarus, tempore schismatis in desertum se subduxerat, ut deberet populo divina ministrare; et nondum, cum hæc di-*
C *cerentur, ad officium redierat. Si vero existimes, verba Gregorii, non solum Presbyterum, sed ut minimum electum Episcopum designare; cogita ideo hunc Solitarium ita laudari, quod sanctus Encomiasies eum Episcopatu dignum judicaret, et aliquando eligendum speraret.*

qui tamen non videtur fuisse Basilius

88 *Interim* XVII *Februarii moritur Jovinianus; succeditque ei Valentinianus,* XXV *ejusdem mensis: qui circa sequentis Aprilis initium socium Imperii adscissit fratrem suum Valentem, eique gubernandum Orientem commendat, aut potius hæresi dilacerandum relinquit. Theologus autem, pace inter patrem et Nazianzenos Monachos præclare firmata; adjecit animum, ut pariter Basilio reconciliaret Eusebium, de cujus negotii felici successu spem magnam, uti dixi, conceperat, antequam e Ponto Nazianzum discederet. Sed paucis perstringenda sunt quæ Gregorium magis quam Basilium spectant, quæque in ipsius Vita fusius narrata sunt. Occupationes ejus per hoc triennium, usque ad annum* CCCLXVII, *præcipuæ erant, regere Nazianzenam Ecclesiam pro patre, senectute et variis subinde morbis afflicto; credoque hoc tempore accidisse miraculum, ut Gregorio seniori, festo Paschatis decumbenti, subito et præter naturæ cursum fuerit restituta valetudo. Subinde etiam Nazianzenus excurrebat Cæsaream, vel eo*

Imperantibus Valentiniano et Valente

D *evocatus ab Eusebio, qui multum ejus consilio et opera utebatur; vel sua sponte, ut viam sterneret, ad reducendum Basilium. Neque tamen his rebus adeo alligatus erat, quin subinde Arianzum se reciperet, ad solitariæ vitæ delicias nonnihil degustandas; vel etiam in Pontum, ad mutuam cum Basilio conversationem, per quam invicem consolarentur, et conferrent consilia, in tanta utriusque Ecclesiæ necessitate. Si vero diutius abesset Gregorius, jocose ipsum ad se et solitudinem suam Basilius invitabat: joco, inquam, non serio: neque enim credibile est, Basilium serio voluisse Nazianzenæ Ecclesiæ ereptum Gregorium, quem ipsemet, paucis ante annis, sponte sua fugientem, ad munus Sacerdotii denuo reduxerat: cumque habeamus litteras Nazianzeni responsorias, joco certe non serio scriptas, tempus aptius earum scriptioni nequimus assignare.*

interdum etiam Basilio in Ponto;

89 *Sic igitur habe. Questus fuerat Basilius quasi contemni a Gregorio, qui relicta Pontica solitudine, solus domi aut Arianzi Christianæ Philosophiæ, id est piis Religiosorum exercitiis et sanctis meditationibus incumberet. Reponit Nazianzenus epistolam, laudibus* G. Ep. 10
E *Basilii refertam: quam si serio scripsisset, adulationis notam minime effugeret: attamen ridentem dicere verum, quid vetat?* Quomodo exiguæ nobis, *inquit,* et viles res tuæ sunt, o divinum et sacrum caput? quodnam hoc effugit verbum dentalia septa? aut quomodo hoc dicere ausus es? ut ipse quoque audacter aliquid dicam. Quomodo vel animus id proposuit, vel atramentum scripsit, vel charta excepit? O studia et Athenæ, et virtutes et litterarii sudores! Me litteris tuis pene tragicum facis. Utrum nos, an teipsum ignoras? tu, inquam, orbis lumen, magna vox et tuba, doctrinæ palatium. Tuane Gregorio parva sunt? Quid igitur aliud quispiam admiretur eorum quæ in terra sunt, nisi te Gregorius? Unum ver inter anni partes, unus sol inter sidera, unum cœlum omnia complexu suo coercens, una vox tua de omnibus triumphans; si modo satis meus sum, qui de hujusmodi rebus judicium feram, nec mihi amor imposturam facit; quod non existimo. Quod si nobis hoc nomine succenses, quod te minus quam tua virtus meretur, suspicimus et admiramur; omnibus quoque mortalibus succenseas oportet: neque enim alius quisquam satis digne te laudavit aut laudaturus est, præter te tuamque in dicendo sublimitatem; siquidem fieri posset, ut quispiam laudes ipse suas prædicaret, idque sermonum lex ferret. Quod contemptum tui nobis objicis; quin
F prius insaniam? At, quod philosophamur indignaris? Liceat mihi cum bona tua venia dicere, hoc unum doctrina quoque tua et eruditione sublimus est et præstantius.

cujus solitudinem jocose laudat,

90 *Cum rursus nescio quid familiariter vituperii Basilius de Tiberina scripsisset; Nazianzenus ridiculam pariter Ponticæ solitudinis descriptionem duabus epistolis remisit. Eas hic referre non erit incongruum; tum ut plenior habeatur Basilianæ solitudinis notitia; tum ut perspectum sit, Sanctos non semper tam severo et moroso fuisse animo, inter res maxime serias et gravissimas curas, quin subinde honestis quibusdam facetiis se mutuo oblectarint.* Tu quidem res nostra, *inquit,* cavillis meis ne te surgillari, sive joco sive serio hoc agens: nihil hoc rei est, subride solum, doctri- G. Ep.
naque ad satietatem fruere, ac de amicitia nostra fructum cape. Omnia, quæ a te proficiscuntur suavia nobis sunt, quæcumque tandem illa sint, et quoquo modo se habeant: nam res quoque hujus loci mihi exagitare et cavillis impetere videris, non ut cavilleris, sed ut me ad teipsum trahas (si quid tamen ego mentem tuam intelligo) quemadmodum qui flumina obstruunt, ut in aliam partem retrahant ac derivent: hoc enim modo semper nobiscum agis. Ego vero Pontum tuum admirabor, et Ponticam caliginem

AUCTORE Y B. ab umbrarum densitate,

A caliginem, ac dignam exilio sedem, et tumulos capiti imminentes, et feras fidem vestram explorantes, et subjectam solitudinem, immo murium cavernam, cum speciosis gymnasii, et monasterii, ac scholæ nominibus; et agrestium stirpium silvas et præruptorum montium coronam, qua non tam coronamini quam coercemini; aerem etiam ad certum modum dimensum, et desideratum solem, quo velut per caminum irradiamini, o Pontici Cimmerii, et sole carentes, nec semestri tantum nocte damnati, quod de quibusdam refertur; sed ne partem quidem ullam vitæ habentes umbræ expertem, verum noctem unam longam totum vitæ spatium, ac vere umbram mortis, ut cum Scriptura loquar.

91 Sed et angustam illam et pressam viam laudo (haud scio, in regnum, an in orcum ferentem, ceterum tui gratiam in regnum ferat) atque intermediam illam Eden, et in quatuor principia divisum fontem, ex quo orbis terrarum irrigatur, quid vis ut falso nominem? Hanc siccam et humore vacuam solitudinem, quis Moses mitigabit, ex petra ictu virgæ fontem eliciens? Nam qua parte rupibus confragosa non est, torrens est; qua parte rursus torrens non

B *et strepitu,* est, præceps est; atque in utramque partem librata, ingredientium mentem colligit, et ad securitatem exercet. Fluvius porro in una parte cum strepitu fertur (quem tu Amphipolitano et quieto Strymoni confers) non piscium magis, quam lapidum ferax; non in stagnum effusus, sed in voragines profluens, o vir nimium grandiloque, et novorum nominum architecte: est enim magnus et horribilis, atque eorum qui in superiori loco degunt, psalmodias strepitu suo superat et obruit. Nihil præ eo sunt cataractæ et catadupa, usque adeo vobis diu ac noctu obstrepit; atque ita asper est, ut vadosus interim non sit, ita rursum turbidus, ut potari nequeat: hoc tantum nomine humanus et benignus, quia sedem vestram non devolvit cum a torrentibus et tempestatibus in furorem agitur. Habes quid de istis fortunatorum insulis, vel de fortunatis vobis sentiamus. Nec vero est cur laudibus evehas lunatos

ac frequentia montium, illos anfractus, eas partes, quibus montis istius radices adiri possunt, non tam obvallantes ac velut muro cingentes, quam misere comprimentes, verticemque illum capiti vestro imminentem, qui Tantaliam vobis vitam efficit, et diffluentes auras terræque vapores, qui vos animi deliquio laborantes recreant; canoras etiam aves, garrientes quidem, sed tamen; circumvolitantes quidem, sed solitudi-

C nem. Nec quisquam eo nisi venationis ergo accedit, inquis. Quin addis? ut et mortuos vos visitet. Hæc prolixiora quidem fortasse sunt, quam epistolæ modus postulet; utique tamen comœdia minora. Tu autem, siquidem hos jocos æquo animo feras, recte feceris; sin secus, plura quoque adjungemus.

G Ep 8

92 *Epistola vero sequenti pari stilo prosequitur descriptionem Basilianæ solitudinis Nazianzenus:* Quoniam, *inquit*, quæ jocantes ad te scripsimus, æquo animo fers; age quæ sequuntur adjiciamus, ab Homero initium ducentes.

Nunc age progrediens internum concine porro
Ornatum — —

vilitate tuguri, tugurium videlicet, tecto et januis carens, focum, ignis et fumi expertem; parietes, igni exsiccatos, ne luti guttis impetamur, Tantalis similes, eademque pœna mulctati, nimirum in aquis sitientes; jejunas etiam illas et miseras epulas, ad quas e Cappadocia, non tamquam ad Lotophagorum inopiam, sed velut ad Alcinoi mensam venimus, novi et ærumnosi naufragi. Memini enim panis illius et jusculi (sic enim nominabantur) semperque meminero, dentibus circa fragmenta collabescentibus, ac postea sese erigentibus, ac velut ex cœno emergentibus (quæ tu scilicet sublimius exaggerabis; propriis nempe calamitatibus orationis magnitudinem D tibi suppeditantibus) quibus nisi magna illa vereque pauperum studiosa mater tua nos quam celerrime liberasset, nobisque tempestate jactatis velut portus extitisset, jam pridem apud vivos esse desiissemus, fidei Ponticæ nomine non majorem laudem consequentes, quam miserationem moventes. Quonam porro modo, steriles illos hortos oleribusque carentes præteribo; Augiæque fimum, e domo exporta- *hortorum sterilitate.* tum, quo eos opplevimus? cum montosum illud plaustrum, et ego vindemiator, et tu facetus homo, hac cervice manibusque his, quæ laborum vestigia etiamnum ferunt, traheremus (o terra et sol! o vir et virtus! paulum quiddam more tragico exclamabo), non ut Hellespontum jungeremus, sed ut præruptum et præcipitem locum exæquaremus. Harum rerum commemoratio si te offensura non est, utique nec nos: si autem offensionem ex ea concipies, quanto magis nos ex ipsis rebus? ac majorem partem prætermittemus multarum aliarum rerum, quibus nobis contigit pudore deterreri.

93 *Porro his successit alia de eodem argumento; serio magis, sed tamen jucunde scripta; qua desiderium ostendit animi, Ponticam solitudinem et Basilii* E *societatem cupide ambientis.* Quæ de Pontica, *inquit*, commemoratione prius scribebam, joco, non serio *omnis virtuti exercenda commoda:* scribebam; quæ autem nunc scribo, admodum serio scribo. Quis me secundum pristinorum illorum dierum statum constituet, in quibus ego tecum afflictionem pro deliciis habebam? quandoquidem molestia suscepta, voluptati minime voluntariæ præstat. Quis psalmodias illas et vigilias dabit, atque ad Deum per orationem peregrinationes, illamque velut materia vacantem et incorpoream vitam? Quis Fratrum eorum, qui dii a te efficiebantur, atque in altum evehebantur, concordiam animorumque conjunctionem? Quis virtutis certamen et ad eam incitationem, quam scriptis regulis ac legibus obfirmavimus? Quis divinorum oraculorum studium lucemque, in ipsis ductu atque auspicio Spiritus sancti inventam? aut, ut minora et leviora dicam, quis diurnas operum vices et labores, quis lignorum comportationes et lapicidinas, quis arborum consitiones et irrigationes, quis platanum illam auream et Xerxis platano præstantiorem, in qua non *ideoque ibi esse cum Basilio desiderat:* Rex luxu diffluens, sed Monachus afflictus sedebat? quam ego plantavi, Apollo rigavit, hoc est tua excellentia; Deus autem in honorem nostri auxit, ut F sedulis laboris nostri et industriæ monumentum apud vos conservetur; quemadmodum virga illa Aaronis, quæ floruerat, in Arca servata esse dicitur et creditur. Sed hæc optare quidem perfacile, consequi autem non perinde facile. At tu mihi adesto; virtutemque conspiratione tua atque opera mihi fove; eamque utilitatem, quam quondam collegimus, precibus tuis conserva; ne alioqui paulatim dilabamur, velut umbra advesperascente die. Equidem ipse te magis quam aerem spiro; idque solum vivo, quod tecum sum, vel coram vel absens per animi simulacrum. *Ita, per mutuas litteras subinde missas, Basilius et Gregorius piam inter se amicitiam, usque ad finem anni CCCLVI, coluerunt.*

94 *Eorum trium annorum spatio verisimiliter contigerunt ista, quæ narrat Basilius ad Eustathium Sebastenum; diluens impactam sibi calumniam, quasi Sabellii aut Apollinaris hæresi consentiret.* Percun- *quem ibidem visitat Eustathius* tare, *inquit*, teipsum. Sæpenumero nos in monaste- rio ad fluvium Iridem invisisti, cum mecum esset *I Ep 79* dilectissimus frater Gregorius, et ad eumdem vitæ scopum contenderet: *Gregorius nempe Nyssenus, qui tum, Theosebia uxore aut mortua, aut voto continentiæ Deo consecrata, se pariter totum ad vitam re-*

ligiosam

A *liquesam contulerat*? an audisti tale quidquam, vel significationem hujus aliquam sive modicam sive magnam accepisti? Aliquamdiu in villa, quæ ultra fluvii ripam est, apud matrem meam instar amicorum mutuo inter nos conversati sumus, ac noctes atque dies colloquia miscuimus; an hic deprehensi sumus cognatum aliquid cum hæresi habere in animo? Cum beatum Silvanum pariter inviseremus, an non illo itinere de his rebus commentabamur?...... Cum Fratrum contubernia inviserem, unaque cum illis in precationibus pernoctarem, absque ulla contentione, assidue dicens et audiens quæ ad Deum pertinent, an non evidentes illic animi cogitationumque mearum notas et indicia exhibui? Qui fit ergo quod tanti temporis experientia, marcida adeo et imbecilli suspicione minor esse videatur?

et cum hoc ille proficiscitur
l. Ep. 79

95 *At neque hoc toto triennio ita affixus fuit Basilius Ponticæ solitudini, quin subinde, urgentibus Ecclesiæ necessitatibus, itinera quædam susceperit: ita enim scribit de Synodo Lampsacena, quæ anno CCCLXV celebrata est, ad supradictum Eustathium.* Quando vero me Eusinoen, cum pluribus Episcopis Lampsacum profectum, advocastis, an non de fide erant nostri sermones? non per omne id tempus disputanti mihi contra hæresim, præsto erant actuarii tui? non mecum erant toto illo tempore carissimi tui discipuli?...... Quem vero oportebat me animi mei præter te testem habere? Quæ in Chalcedone nobis de fide dicta sunt, quæ et sæpenumero Heracleæ, et ante in suburbio Cæsareæ, an non omnia consentanea nobis et omnia inter se concordantia fuerunt? *Ex eo autem quod dicat etiam Chalcedone se fuisse, ubique circa idem tempus, existimo, tunc ipsi* visam multitudinem piscium, perinde ac torrentem, per Propontidem in Euxinum Pontum profluere. *Hoc se vidisse testatur ipse,* et in omnibus admirabundum suspexisse Dei sapientiam

Eusinoen atque Chalcedonem.

B

96 *Sed et eadem peregrinatione venisse ipsum Constantinopolim, dubium vix esse potest, eo tempore, quo anno CCCLXV dictum habitum fuit, Eudoxii, Acacii et aliorum Arianorum seu Anomæorum conventiculum. Colligimus hoc ex Nysseno, respondente ad calumnias Eunomii.* Quod convitia, *inquit*, sunt nuda verba, quæ ad ipsam veritatem non pertingant, demonstrare licet ex propriis Eunomii scriptis. Addit locum quemdam, in quo certamen pro doctrinæ veritate sit ingressus: sed neque locum nominat, neque ullo certo signo designat, ut necesse sit auditorem incertis conjecturis fluctuare et circumferri. In hoc, inquit, convenisse ex omnibus locis evocatos, et pueriliter in verbis luxuriatur; oculis videlicet subjiciens et repræsentans conventus illius apparatum, Deinde ait, judicibus quibusdam (neque etiam hos nominat) ultimum supplicium fuisse propositum, hic vero subscripsisse etiam nostrum Præceptorem et Patrem. Judicio autem adversariis potiores partes deferente, derepente illum fugisse, deserto ordine, patriæque fumum quemdam recta secutum esse; multusque est in traducendo et irridendo viro propter timiditatem...... At quis est ille sine nomine locus, in quo de dogmatum veritate habita est disquisitio? Quo tempore, quave occasione præstantissimi quique ad certamen evocati sunt?...... Illud solum dicat, quis sit invictus ille pugil, cum quo congredi Præceptor noster formidaverit. Si enim hoc confictum non est et mendaciter excogitatum, vincat iterum, palmamque vanitatis referat, nosque tacebimus.... Quod si de rebus Constantinopoli gestis loquitur, illudque concilabulum significat, et tragœdiis ibidem actis describendis immoratur, seque magnum et insuperabilem athletam nominat; fateor quod tempore illius pugnæ congressum adversariorum vitavimus, licet præsentes. Doceat, qui Basilio timiditatem exprobrat, utrum ipse in medium processerit, utrum vocem pro sui defensione doctrinaque sua ediderit, utrum juveniliter orationem amplificaverit, utrum generose cum adversa parte manus contulerit. At nihil, quod dicat, inveniet, nisi manifeste secum ipse pugnare velit. *Ita Nyssenus respondet Eunomio, qui hæreticorum more exultabundus timiditatem Basilio exprobrabat. Aliæ autem fuerunt omnino rationes, quibus iste persuasus, tali hæreticorum conventiculo nequaquam interesse voluerit: quippe cum ipse et Gregorius soli futuri essent orthodoxi inter Arianos plurimos; nec disputando nec hortando quidquam proficere potuissent, apud animos in hæresi obstinatos: adeoque ad hoc solum valuisset ipsorum præsentia, ut inter hæreticos numerari possent, et ut tales a malevolis calumniose proscindi.*

Constantinopolim quoque excurrit;

Lib. 1

C

ubi congressum cum Arianis declinatum

D

AUCTORE F. B.
excusat Nyssenus.

CAPUT VIII.

Reconciliati Eusebius et Basilius. Hic Arianis et Præfecto fortiter resistit. Liturgiam scribit.

Interea *favore Valentis, hæresis Ariana vires resumpserat: nam is Procopio et Marcello, qui Imperium* rebelles invaserant, interemptis; aliisque, qui ipsis *adhæserant vita, exilio, aliave pœna mulctatis, se ulcisci de Gothis statuit: quia, ut ait Ammianus Marcellinus,* Procopio, bellum legitimis Principibus inferenti, armorum dederant adminicula. *Deinde que bellum hoc parat, baptizatus ab Eudoxio perfidiæ uxoris, obstinavit, ut narrat Theodoretus, omnes qui doctrinæ* Orthodoxæ adhærescunt ecclesiis exigere. Itaque circa *finem anni CCCLXVI rumor increbuit, venturum brevi Cæsaream Arianum Imperatorem. Rumor, inquam; nam ante sequentis anni hiemem reipsa non venit: sed prius, prout Ammianus Marcellinus narrat, ejusdem anni* pubescente vere, Valens, coacto in unum exercitu, prope munimentum nomine Daphnen est castrametatus; et ponte contabulato et supra navium foros strato, Histrum nemine resistente transgressus, in magnam elatus fiduciam fuit, et quod ultro citroque discurrens, nullum inveniret quem superare posset vel terrere: omnes enim, formidine perculti, cum apparatu ambitioso propinquantis, petiverunt Serrorum montes, arduos et inaccessos nisi perquam gnaris. Ne igitur, æstate omni consumpta, sine ullo remearet effectu, Arinthæo Magistro-peditum misso cum prædatoriis globis, familiarum rapuit partem, quæ, antequam ad prærupta et flexuosa venirent, capi potuerunt, per plana camporum oberrantes. Hocque tantum, quod sors dederat, impetrato, rediit cum suis innoxius, nec illato gravi vulnere, nec accepto.

Valente, rebellium E

l. 17 c. 5

l. 4 c. 12

et barbarorum victore, F

98 *Rebus contra barbaros ita feliciter gestis per æstatem; contra orthodoxas Ecclesias bellum suscepit hieme: interea vero in in locis totum concesserat se e ad bellum se rum sistenerit, ut non imparati exciperent venientem Imperatorem, dispatam aliquod hæreticis Episcopis: et ad suas partes eam traducturum Ecclesiam, ab hæresi quidem hactenus illibatam, labefactatam tamen simultate Basilium inter et Eusebium. Tantum Ecclesiæ periculum, uti Theologo sollicitudinem, ita pariter desiderium auxit, Basilium, quam* posset citissime, Eusebio reconciliatum Cæsaream reducendi. *Erat autem Eusebius vir bonus et apprime catholicus, ut supra dictum est in cujus amicitiam se Nazianzenus insinuarat, quam ille non obscure declarabat.* Hinc arrepta occasione, per epistolam eum monens de redintegranda cum Basilio concordia; Quoniam mihi, *inquit*, cum eo viro sermo est, qui nec ipse mendacium amet, et ad istud in altero deprehendendum homines omnes acumine superet, quantumvis

venturo Cæsaream,

sollicitus Gregorius,

G. Ep. 20 scribit ad Eusebium

A vis, et a variis labyrinthis obvolvatur; atque nuper nec mihi quidem fucus et artificium placeat. [illegible] enim etsi molestus sit, tum a natura ita comparato, tum a Scriptura instituto atque informato, ideo quæ animo occurrunt scribo. Ac tu fidenter [illegible] in bonam partem accipias velim: aut certe imperans in me fueris, libertatem mihi adimere, cogensque me conceptum mœrorem, velut morbum quemdam malignum et suppuratum, intra pectore continere.

querens de injuria Basilio illata;

99 Honore quidem me abs te affici lætor (sum quidem homo, sicut [illegible] dixit quispiam) atque ad concilia et conventus spirituales vocari. Verum contumeliam carissimo Fratri Basilio a tua pietate illatam esse atque etiamnum inferri, [illegible] fero: utpote quem tum vitæ, tum studiorum [illegible] philosophiæ socium, et amicum elegi, et nunc habeo; nec quidquam mihi ob judicium de eo meum succenseo. Sic enim [illegible] præstat, ne aliquis ipsius virtutes prædicans, meipsum laudare videar. Tu vero, dum eo contempto nos honore afficis, perinde mihi facere videris, ac si quis unius viri caput altera manu demulceat, altera malam feriat; aut etiam convulsis domus fundamentis parietes pingat, atque externas partes exornet.

et orans ut reconcilietur.

B Proinde si quid mihi obtemperandum putas, hoc facito; id autem obtemperes, abs te peto atque contendo: æquum est enim. Nam si illum, ut par est, colueris, ipse quoque ab eo vicissim observaberis: nos autem sequemur, quemadmodum umbræ corpora, utpote parvi, et ad pacem propensiores. Neque enim in tam misero statu res nostræ sunt, ut aliis quidem in rebus philosophari, melioremque partem sequi velimus, directionem autem, quæ totius doctrinæ nostræ caput est, contemnamus et pro nihilo ducamus; præsertim erga virum Sacerdotem, tamque insignem, quem et vita et sermone et conversatione, omnium quos novimus, præstantissimum esse agnoscimus. Neque enim mœror, quo affecti fuimus, veritati tenebras offundet.

100 *Tanta scribentis libertate offensus videtur Eusebius, [illegible] dignitatis suæ [illegible]:* querebatur *enim Gregorium* contumeliose atque insolenter *ad se scripsisse: at contra respondit ille,* se spiritualiter ac

G. Ep. 169

philosophice, et ut consentaneum erat scripsisse. Etsi enim Eusebius dignitatis gradu superaret *Basilium atque Gregorium;* æquum tamen esse aliquid [illegible] libertatis et licentiæ ipsis dari; nec epistolam Gregorii habendam tamquam famuli, aut ejusmodi hominis, qui in eum ne [illegible] quidem deberet.

[illegible] placat.

C Nam si, *inquit,* etiam plagas acciperemus, ne lacrymas quidem emittam; an hoc quoque nobis crimini dabatur? *Denique, ut [illegible] nonnihil [illegible], monet esse hominis, [illegible] magnitudine* præditi, amicorum potius libertatem, quam inimicorum blanditias amplecti. *Hac [illegible] Gregorius [illegible] lenit Eusebium, ad eam [illegible] epistolam, qua [illegible],* quod numquam malevolo in eum fuisset animo (neque enim hoc homine, *inquit,* me [illegible]) verum, postquam

G. Ep. 170

nonnulla libertate usus esset, quo videlicet conceptum animo mœrorem leniret ac curaret, statim succubuisse, et regulæ [illegible] se subjecisse, eo quod ipsum et spiritus leges [illegible] haberet. Nunc autem, *inquit,* etiamsi malevolo et gravo animo essem, tamen ipsum tempus me hoc affectu liberare non patitur: nec feræ, quæ impetum in Ecclesiam fecerunt; nec denique generosus tuus strenuusque animus, ita sincere ac sine fuco pro Ecclesia pugnans. *[illegible] Ecclesiæ necessitate animo [illegible]. [illegible]* Veniemus igitur, *inquit,* si ita videtur, ut et preces nostras cum vestris conjungamus, et una pugnemus,

propter Ecclesiæ necessitatem.

et [illegible] navemus; atque, ut præstantissimum pugilem hortatores pueri, tacitis vocibus acuamus et [illegible]. D

101 *[illegible] Nazianzenus, Cæsaream profectus est, Eusebiumque pacatum invenit; [illegible], ita ut etiam vellet ad Basilium [illegible] litteras [illegible], quibus eum ad [illegible] Eusebium [illegible]. Tunc Gregorius quamprimum Basilium de rei successu certiorem facit; hortatusque ad concordiam [illegible] sua sponte propensum;* G. Ep. 19

Probi consilii, *ait,* et tolerantiæ tempus est, neque ita comparandi, ut nemo nobis animi magnitudine præstantior appareat, nec multi nostri labores et sudores temporis puncto collabantur. Cur hæc scribam quæris? Deo carissimus Episcopus noster Eusebius (sic enim de eo nobis deinceps sentiendum et scribendum est) animo erga nos est admodum amico, et ad simultates componendas propenso, ac tempore velut igni ferrum emollitur, putoque fore, ut deprecatrices etiam et evocatrices litteræ ad te veniant, quemadmodum et ipse mihi significavit, et multi qui res ipsius perspicue norunt, fidem nobis faciunt. Quem antevertamus, ad eum venientes vel

Basilium de eo certiorem facit,

E scribentes, ac deinde ad eum nos conferentes; ne postea nos pudeat, si victi fuerimus, cum vincere licuerit; præclare videlicet et philosophice cedendo id quod plerique a nobis exposcunt. Mihi itaque obsequere, ac veni, tum ob hanc causam, tum etiam ob tempus: quandoquidem hæretici conjuratis animis Ecclesiam percursant; partim jam præsentes ac turbas concitantes, partim (ut rumor est) brevi affuturi. Ac periculum est, ne veritatis doctrina convellatur, nisi primo quoque tempore Beseleelis spiritus excitetur, hoc est sapientis hujusmodi disputationum et dogmatum architecti. Quod si tibi operæ pretium esse videtur ut ipse adsim, atque hoc administrem, tibique itineris comitem me adjungam, ne hoc quidem munus detrectemus. *Hæc postquam scripsisset Nazianzenus, ipsemet in Pontum abiit, reverteniti Basilio comes futurus, uti fuerat discedentis.*

et hortatur ad subveniendum Ecclesiæ.

102 Quamvis autem Basilii secessio adeo philosophica et admirabilis fuerit: præstantiorem tamen et admirabiliorem reditum fuisse censet *Nazianzenus,* Orat. 20 *ita eumdem narrans atque exornans.* Cum in his studiis, *seu monasteriis ex relationibus,* versarentur *Basilius atque Gregorius,* ingruit subito nubes grandinis plena et exitiose stridens, quæ obtrivit Ecclesias omnes in quas cecidit, et quascumque invasit; F

imprimis Cæsareensi.

Imperator scilicet Valens auri amantissimus et Christi inimicissimus, ac duobus his gravissimis morbis laborans, inexplebili nimirum avaritia et blasphemia; post persecutorem persecutor, post apostatam non quidem apostata, sed nihilo tamen se præbens eo meliorem Christianis, vel (ut rectius loquar,) Christianorum pessimæ et purissimæ parti ac Trinitatis cultrici: quæ quidem sola pietas ac salutaris doctrina appellanda est. Non enim divinitatem velut ad libram expendimus, nec unam et inaccessibilem naturam per alienas disjunctiones a seipsa separamus; nec malum malo curamus, impiam Sabellii contractionem, per magis impiam divisionem et sectionem dissolventes, quo morbo correptus ille a furore nomen habens Arius, magnam Ecclesiæ partem concussit et labefactavit: quia nec patrem honoravit, et ea quæ ex ipso sunt dedecore affecit, dum inæquales Divinitatis gradus invexit. Verum unam quidem Patris gloriam esse agnoscimus, Unigeniti æqualitatem: unam autem Filii et Spiritus sancti adæquationem: ac si quid horum trium infra collocemus, ita existimamus, totam Trinitatem a nobis everti ac deleri: tria quidem quoad proprietates, unum autem quoad Divinitatem venerantes et agnoscentes. Horum cum ille nihil animadverteret,

A teret, nec sursum cernere posset, verum ab iis qui eum ducebant deprimeretur; secum etiam Divinitatis naturam deprimere non dubitavit, atque improbam creaturam se præbuit; dominationem nempe in servitutem detrahens, naturamque increatam et tempore sublimiorem inter res creatas constituens.

103 Atque hoc quidem ille animo et cum hujusmodi impietate adversum orthodoxos expeditionem suscepit: nec enim aliud quiddam ea res existimanda est, quam barbarica incursio, non muros evertens, non urbes, non domos, aut alia quædam parva et manufacta, et quæ rursum refici atque instaurari possunt; sed animas ipsas disturbans. Impetum quoque una cum eo fecit exercitus ipso dignus, improbi Ecclesiarum gubernatores, sævi atque immanes orbis illius, qui ipsius imperio et ditioni subjectus erat, tetrarchæ. Qui cum ex Ecclesiis alias jam tenerent, alias oppugnarent, alias Imperatoris studio et potentia, quæ partim adhibebatur, partim denuntiabatur, in potestatem venturas, sperarent; Cæsaream quoque, ut et istam in ditionem suam redigerent, venerunt; B nulla re perinde, ut eorum de quibus antea locuti fuimus simultate, atque illius, qui tum isti Ecclesiæ præsidebat imperitia, ac morbis qui apud nos grassabantur, freti et subnixi. Magnum ergo certamen propositum erat non ignavæ etiam multorum alacritati: sed infirma erat acies, utpote propugnatore carens ac perito defensore in sermonis et spiritus virtute. Quid igitur generosa illa et excelsa Basilii anima, Christique amore vere prædita? Non multis sermonibus ad hoc opus habuit, ut suus præsto esset, et suppetias ferret: verum simul atque Gregorium legationem obeuntem vidit (erat enim utrique commune hoc certamen, ut qui fidei propugnatores designati essent) statim legationi cessit, ac spiritualibus rationibus; secum optime sapientissimeque distinguens, aliud simultatis tempus esse (siquid etiam ejusmodi affectui indulgendum esset) nempe securitatis et tranquillitatis; aliud autem longanimitatis et patientiæ, tempus nempe necessitatis et periculorum.

Basilius concursus.

104 Hoc ergo ille secum reputans, confestim e Ponto cum Gregorio excedit; ac zelo propere laborante veritate fervens, ultro et sponte belli socium se præbet; totumque se matri Ecclesiæ tradit. At fortasse alacriter quidem hanc rem suscepit, verum nequaquam, ut illa animi alacritate dignum erat, dimicavit; aut strenue ille quidem dimicavit, sed non consulte ac prudenter; aut ita prudenter, ut C tamen sine periculo; aut hæc quidem omnia perfecte ac supra quam dici queat præstitit, ceterum in illius animo veteris simultatis reliquiæ quædam residebant. Minime gentium. Omnia quippe simul præstat, inimicitias deponit, consultat, aciem instruit, scandala et offendicula, quæ in medio erant submovet, cunctaque ea quorum fiducia illi nos bello lacessendos putaverant. Alios assumit, alios retinet, alios propulsat; aliis murus firmus et vallum efficitur, aliis securis petram scindens, aut ignis in spinis, ut divina Scriptura loquitur, sarmentitios homines et in divinitatem contumeliosos facile absumens. Atque illi sane sic infectis rebus discesserunt, multi male tum primum pudefacti et superati, atque edocti, etiamsi alios omnes homines, Cappadoces tamen non ita temere contemnere ac pro nihilo reputare: quorum nihil tam proprium est, quam fidei firmitas, atque erga Trinitatem fides animique sinceritas: cujus etiam beneficio hoc habent, quod animis conjuncti sunt atque concordes, viribusque pollent; eadem videlicet auxilia quæ Divinitati ferunt accipientes, multoque etiam præstantiora et firmiora.

alacriter et prudenter

conatus eorum irritos reddit.

105 *Hæc generatim Nazianzenus. Verum Nyssenus, respondens Eunomio, timiditatis Basilium arguenti, hoc ejus certamen distinctius describit: quem locum qui ad alteram Basilii jam Episcopi cum Valentis ministro congressum, perperam retulerunt: nam hoc loco, inter ceteras quibus Præfectus Basilium allicit pollicitationibus, ut cedat voluntati Imperatoris, promittit Episcopatum Cæsariensem; quo manifestum fit, Nyssenum agere de congressu hoc, qui contigit ante Basilii Episcopatum. Audiatur ille libro contra Eunomium sic scribens.* Quis nescit, *inquit*, quam magnus ille pugil, eo tempore quo Valens Imperator Ecclesiam Christi divexabat, invicto animo steterit pro domo Dei, omnibus illis turbis et terriculamentis superior, omnibus minis excogitatis mentis excelsitate major? Quis hominum ad Orientem, quis in extremis nostri orbis oris habitans, egregiam illam pro veritate dimicationem contra potentiorum conatus ignoravit? Quis non obstupuit, respiciens ad adversarium, qui non erat unus ex vulgo, aut qui victoriæ vim et spem suam haberet in sophismatis fucatisque sermonibus, in quibus excellere ingloriam, et victoriam amittere damno E caret, sed is erat, qui sub ditione sua tenebat totum Romanum Imperium, et cum tanto regno præesset, depravatus est calumniis contra doctrinam nostram; Eudoxio, Germaniceæ Episcopo, per fraudem ad suas partem eum traducente. Omnes autem qui alicujus erant dignitatis, et aulicos, et qui rebus gerendis præerant, opitulatores habuit propriæ libidinis: quorum alii, propter consensionem voluntatum, sponte se ad illum adjungebant, alii vero multi, timore Imperatoris, prompte et alacriter, id, quod illi jucundum erat, faciebant; et propter dissensionem ab orthodoxæ fidei professoribus, omni observantia illum colebant: tum scilicet, quando fugas, fortunarum publicationes, exilia, minas et exactiones pecuniæ, carceres, vincula, flagella, et gravissima quæque supplicia decernebat iis, qui suæ libidini et effrænatæ cupiditati non subscriberent: quando periculosius erat pios et catholicos in domo Dei, quam in turpissimis flagitiis deprehendi..... Erat igitur is, cum quo Basilio dimicandum erat, ipsemet Imperator; libidinis vero et impietatis ejus administer ille, qui post Imperatorem totum Imperium regebat: adjutores autem cupiditatis illius, omnes omnino aulici.

D

AUCTORE F. B. Nyssenus idem certamen clarius describit.

quomodo sollicitet a Valente venturo Cæsaream,

106 Accedat et his ipsum tempus, ut eo accuratius et planius demonstretur invictus et excelsus animus generosi illius athletæ. Quod autem tempus erat? Abierat Constantinopoli Imperator in Orientem, elatus mente rebus contra barbaros non ita pridem feliciter gestis, existimansque cupiditatibus suis nihil omnino adversari debere. Præcedebat eum Præfectus, specie quidem quasi necessaria Imperatoris adventui præparare deberet, revera autem ut orthodoxos propriis sedibus exterminaret, in ejectorumque locum alios non legitime vocatos et ordinatos, in contemptum et injuriam Ecclesiæ, substitueret. Hac igitur mente, velut nube quadam malorum, cum violentia et exagitatio contra Ecclesias in Propontide progressa esset, et Bithyniam ex improviso desolasset, Galatiamque sine labore vastasset, et omnia illis ad voluntatem fluxissent; jam serpenti malo objiciebatur nostra regio, ut proxima. Quid igitur Magnus Basilius, timidus ille (ut iste appellat) et pavidus, et in rebus arduis formidare solitus, et obscuræ cuidam domunculæ suam salutem credens? An animo concidit, ob calamitatis illius impetum? An ea quæ aliis evenerunt, exemplo et documento salutis esse sibi voluit? Num acquievit illorum monitis, qui putabant ad modicum tempus furori illorum cedendum esse; et ut se non conjiceret

præmissum præfectum,

F

intrepide adiit Basilius,

A conjiceret in apertum periculum, obsistendo hominibus ad cædem et sanguinem assuetis? Ast omnis orationis copia verborumque pondus hac in re longe minus est et inferius, quam rei gestæ veritas. Quis enim oratione explicaverit quis illam omnium periculorum despicientiam? Quomodo quis oculis subjiciat et repræsentet novam illam et insolitam pugnam, quam neque ab hominibus, neque contra homines susceptam merito quis affirmaverit; sed potius virtutem et libertatem hominis Christiani, contra Principis violentiam, cædis et sanguinis appetentem, certe se quilibet dixerit.

AUCTORE F. B.

107 Vocabat illum ad se Præfectus, antevertens Imperatoris præsentiam et adventum, Imperatorisque potentiam per se formidandam efficiebat formidabiliorem suppliciorum multitudine: et post illas in Bithynia tragœdias, devictosque sola levitate Galatas, nullius negotii existimabat etiam apud nos arbitratu suo insanire. Rebus vero futuris exordium dedit oratio, minis simul et promissis mixta: et siquidem obtemperaret Basilius, promittebat honores omnes ab Imperatore, et præterea Ecclesiæ gubernaculum et clavum; si reluctaretur, B proponebat omnia, quæ acerbitas animi, cum potestate quælibet ingenii conjuncta, excogitare potest. Et dixit quidem quæ visa ei egerat hujusmodi fuere: at noster tantum abfuit, ut, ob ea quæ videbat vel audiebat, timore percelleretur; ut, sicut aliquis medicus, vel fidus consiliarius accersitus, qui rebus deploratis et depositis operam dederit, monuerit etiam, ob ea quæ perpetraverant pœnitentiam agerent, et de cetero cessarent ad cædem quærere servos Dei: nihil enim efficere eos posse contra illos, qui solum regnum Dei appetunt, et immortalem illam vitam et potentiam colunt. Neque enim eos qui damnis hos affici volunt, quidpiam posse reperire seu dictum seu factum, quod Christianum lædat vel contristet. Publicatio, inquit, bonorum non obest ei qui solam fidem possidet: exilium non terrebat, qui totum terrarum orbem animo suo supergreditur, et qui omnem civitatem ut alienam reputat, propter tempus incolatus sui; et rursus omnem ut propriam, propter conditionem ejusdem naturæ et status, arbitratur. Illud autem, plagas, labores, mortem tolerare, quando id pro veritatis defensione exigitur, ne mulieribus quidem terrorem incutere solet, quod omnes Christiani summæ felicitatis loco ducant, intolerabilia etiam subire tormenta, pro spe illius vitæ. Tantum eos dolere dicebat, quod natura C unam tantum mortem singulis decrevisset, neque sæpius moriendo liceret pro veritate dimicare.

minis exsilii,

et tormentorum

108 Cum porro Basilius hunc in modum animum suum contra minas intenderet, et omnem fastum potentiæ et imperii nihili penderet; mox ut in scena, in repentinis personarum mutationibus, alia pro alia producitur; eodem modo et hic asperitas minacium in blanditias conversa est mutatoque oratione, is qui eo usque terrificus et minabundus fuerat, ad blandos et moderatos sermones sese transfert. Ne tu, inquit, nihili facias quod magnus Imperator tuo populo inseri cupit: quin potius patiare ipsius quoque magister nominari, neque repugna pertinaciter: vult vero hoc fieri sublato verbulo, quod in fidei Symbolo scriptum est, nempe Homousii seu Consubstantialis vocabulo. At Imperatorem in Ecclesiam recipi, respondebat Magister noster, rem esse omnium gravissimam. Magnum enim quiddam est animam salvare, non quia Imperatoris est, sed quia hominis. At vero tantum abesse, aiebat, ut aliquid vel demeret vel adderet fidei, ut ne ordinem quidem formulæ fidei mutare cogitaret. Hæc timidus ille, et imbellis, et ad ostii strepitum expavescens, ad illum qui tanta dignitate

ac blanditiis ejus,

itaque invictum Imperatorem fregerit.

imminebat: et quod verbis dixit, re ipsa postea D præstitit et firmavit: qui eversionem ecclesiarum, velut torrentem quemdam, magno impetu per provincias grassantem, objectu sui corporis cohibuit et avertit: solus calamitatis incursioni compescendæ sufficiens, instar magnæ cujusdam et immobilis petræ marinæ, quæ vastos maris fluctus mole sua frangit et elidit.

109 *Hæc omnia Sozomenus paucis complexus*; Valens, *inquit*, relicta Nicomedia, iter Antiochiam versus capessit. Quo quidem in itinere cum ad Cappadociam pervenissent, orthodoxos pro more suo gravibus afficere incommodis, et ecclesias eorum Arianis tradere laboravit: quod se facile ex sententia perfecturum propterea sperabat, quod inter Basilium et Eusebium, qui tum Cæsareensem gubernabat Ecclesiam, ex dissensione quadam susceptæ erant inimicitiæ: quam etiam ob causam Basilius in Pontum secesserat, et ibi cum Monachis, sanctam et severam vivendi disciplinam excolentibus, vivebat. Populus autem, et maxime hi qui et animi magnitudine præ ceteris et sapientia excellebant, Eusebium cœperant suspectum habere; et velut causam, cur Basilius, vir ob piam vitam et E eloquentiam singularem ab omnibus pleno ore laudatus, inde fugeret, penitus eumdem deserere, et conventus separatim agere constituerunt. At Basilius, non alia de causa in monasteriis Ponti vitæ quieti se dederat, quam ne Ecclesia, quæ cetero qui rebellione Arianorum graviter exagitabatur, etiam sua causa, aliquid damni acciperet. Itaque Basilii et absentia, et odium populi adversus Eusebium conceptum, effecere ut Imperator et Episcopi, quos circa se habebat (semper enim versabantur cum eo Ariani) multo majore animorum alacritate conata perficere aggrederentur. Verum res ipsis parum successit ex sententia. Nam Basilius, eorum in Cappadociam adventu nuntiato, relicto Ponto, sua sponte venit Cæsaream, rediitque in gratiam cum Eusebio: atque opportuno tempore sua doctrina Ecclesiæ subsidio fuit. Valens igitur conatu depulsus, una cum Episcopis, re tum infecta, inde discessit.

† C, c 95 Eadem brevius dantur ex Sozomeno.

110 Proximum autem Basilio negotium ac studium hoc fuit, Antistitem colere atque observare, suspicionem extinguere; mortalibus omnibus suadere, molestiam eam quam acceperat, tentationem quamdam et luctam pravi illius fuisse, honestæ ac laudabili concordiæ invidentis: ceterum non ignarum se esse, quid obedientiæ ordinisque rituales F leges postularent: ac proinde adesse, docere, dicto audientem se præbere, monere, quidvis denique illi esse, monitor probus, opitulator commodus, divinorum oraculorum enarrator, rerum agendarum præmonstrator, senectutis subsidium, fidei adminiculum, domesticorum fidelissimus, externorum ad res gerendas aptissimus; ut uno verbo dicam, tantus ad benevolentiam, quantus prius esse putabatur ad inimicitiam. Ex quo hoc consequebatur, ut etiamsi Cathedra inferior esset, Ecclesiæ tamen imperium obtineret. Etenim pro benevolentia quam afferebat, auctoritatem recipiebat: ac mirus quidem erat concentus nexusque potestatis. Ille plebem ducebat, hic ductorem; ac velut quidam leonum curator erat, eum qui principatum tenebat, arte demulcens. Quippe ut nuper in Cathedra collocatus, ac mundanæ materiæ aliquid adhuc spirans, nondumque in his quæ spiritus erant instructus, ac præterea ingenti tempestate undique æstuante, atque imminentibus Ecclesiæ hostibus, opus habebat homine, a quo velut porrecta manu duceretur et fulciretur: ac propterea ipsius opem atque auxilium amplectebatur, eoque dominante seipsum dominari judicabat. Jam vero ipsius erga Ecclesiam

Orat. 20. Basilius Episcopum suum observat

et juvat in omnibus

magno Ecclesiæ fructu

curæ

A curæ ac præsidii quamquam multa quoque alia indicia sunt, libertas ad Præsides, tum alios, tum potentissimos quosque civitatis; controversiarum diremptiones nequaquam suspectæ, sed ab ejus voce formatæ ac constitutæ, modoque tamquam lege utentes; egentium patrocinia, plura quidem spiritualia, sed tamen corporea non pauca (nam id quoque sæpe numero ad animum tendit, per benevolentiam subigens ac velut in servitutem trahens) pauperum alendorum, hospitum excipiendorum, virginum curandarum studium; monasticarum legum institutiones, partim scripto partim voce traditæ; precum descriptiones, sacrarii concinnitates; ea denique omnia, quibus quispiam vere Dei homo ac Deo adjunctus, plebi prodesse queat.

Liturgiam scripsit Basilius,

111 *De Regulis monasticis, a Basilio scriptis, supra egimus: nunc de Liturgia, ab eodem tradita, pauca dicemus, cum de ea hic mentionem faciat Nazianzenus. Proclus Archiepiscopus Constantinopolitanus, qui quinto seculo vixit, de traditione Divinæ Liturgiæ tomo* 5. *Bibliothecæ Patrum ait:* Permulti quidem et alii, ex eorum numero qui sanctis Apostolis successerunt, Pastores et Doctores Ecclesiæ pietate insignes, mysticæ Liturgiæ expositionem, in scriptis B relictam, Ecclesiæ tradiderunt. Inter hos vero facile primum locum obtinent, Beatus ille Clemens, qui Apostolorum Principis discipulus, et ejusdem successor ab ipsis sanctis Apostolis declaratus fuit; et Divus Jacobus, is cui Ecclesiæ Hierosymitanæ administratio sorte obvenit, ejusque primus Episcopus a summo et maximo Pontifice Christo Deo nostro constitutus est. Postea vero Basilius Magnus, cum hominum, liturgiæ prolixitatem fastidientium, oscitantiam et propensionem perspiceret (non quod longam et prolixam eam esse ipse arbitraretur; sed ut tam audientium, quam una orantium commodo consuleret, eorumque socordiam, ex longioris temporis mora promanantem, castigaret penitusque tolleret) redactam in compendium, Ecclesiæ recitandam exhibuit.

prioribus breviorem:

Postquam Servator noster in cœlum assumptus est, Apostoli, priusquam per orbem terrarum dispergerentur, conspirantibus animis ad toto die orandum convertebantur: et cum multam consolationem in mystico illo Dominici Corporis sacrificio positam invenissent, fusissime et longa oratione Liturgiam decantabant. Hæc enim Divina, una cum docendi ratione conjuncta, ceteris rebus anteponenda existimabant, atque majori et alacriori rerum divinarum et Sacrificii sacrosancti studio ac desiderio flagra- C bant, et illud prolixe amplectebantur; eo quod in memoria semper haberent illud verbum Domini, dicentis, Hoc est corpus meum; et, Hoc facite in meam commemorationem; et, Qui manducat meam carnem, et bibit meum sanguinem, in me manet, et ego in eo: quare contrito spiritu multas preces decantabant, divinum Numen impense orantes. Enimvero tam ex Judæis quam ex Gentibus, recens illuminatos, is assuefacientes quæ ad gratiam consequendam faciebant, quæque omittenda ante donum gratiæ docentes, cum ipsi essent umbra gratiæ, eosdem pie informarunt. Per has itaque preces Spiritus sancti adventum expectabant, ut ejus divina præsentia propositum in Sacrificium panem, et vinum aquæ permixtum, ipsum illud corpus et sanguinem Servatoris nostri Jesu Christi efficiat.

nam prolixior a Jacobo traditus

[illegible]

112 Qui quidem gloriosus ritus observatur ad usque tempus, et ad finem usque seculi manebit: sed qui postea, ardore et constantia fidei abjecta, actionibus et curis seculi hujus intenti, prolixitatem (ut dixi) Liturgiæ fastidire cœperunt, vix ac ne vix quidem potuerunt adduci, ut divinæ verborum Dominicorum recitationi interessent. Qua re quoque permotus Divus Basilius, ut huic malo medicinam

[illegible] cœperant

invenirct, rationem et methodum recitandi, quam D brevissime posset, tradidit. Paulo post beatus noster Pater Joannes, qui propter aureum eloquentiæ flumen auream dicitur habere linguam, de ovium salute ut pastorem decet unice solicitus, rationemque imbecillitatis naturæ humanæ habens, omnem excusationis ansam et satanicum prætextum radicitus evellere studuit. Multa itaque sustulit, brevioremque peragendi modum præscripsit: ne mox homines, libertatis et otii potissimum amantes, adversarii disputationibus circumventi, ab hac tali apostolica et divina traditione abducerentur, quemadmodum haud pauci in hodiernum diem multis in partibus hoc ipsum tentasse sæpissime deprehensi fuerunt. *Concilium Quinisextum, sub finem seculi VII celebratum, agens de aqua vino miscenda in sacro calice, ita loquitur:* Nam et Jacobus, Christi Domini nostri secundum carnem frater, cui Hierosolymitanæ Ecclesiæ thronus primum est creditus, et Basilius, Cæsareensium Ecclesiæ Archiepiscopus, cujus gloria omnem terrarum orbem pervasit; mystico nobis in scriptis tradito Sacrificio, ita consecrandum in divina Missa ex aqua et vino sacrum calicem ediderunt.

AUCTORE F. B.

Concilium Truellanum cap. 32

E

et liber contra Nestorium,

113 *Ejusdem Liturgiæ Basilianæ meminit Auctor libri* 2 *contra Nestorium et Eutychen, qui attribuitur Leontio Byzantino Tom.* 6 *Bibliothecæ Patrum, quemque conscriptum fuisse in fine seculi* V *aut* VI *initio, demonstrant hæc verba:* Solius impietatis Pauli, Marcelli, Photini, Nestorii et Theodori erat, sic sentire; qui aperte Christum, hominem tantum esse definierunt, quod quidem quisquisque privatæ, et in commune omnes divini Ecclesiæ Magistri, concordi sententia accusarunt et exploserunt: ac maxime postrema omnium Synodus Chalcedonensis, omnium sanctarum Synodorum antegressarum sigillum et obsignatio: quæ vestrum propugnaculum impietatis funditus evertit, et Symbolum fidei roboravit; atque vestræ impietatis eversorem illustribus præconiis prædicavit; vere Leonem, qui contra Eutychen dolosam vulpem juste surrexit, et abditam impietatem confutationibus dissipavit et extinxit; quem Synodus laudibus, eum condecentibus, celebravit. *Hujus, inquam, libri Auctor, inter Theodori Mopsuesteni crimina hoc quoque numerat, quod aliam* Missam effutivit, præter illam quæ a Patribus tradita est Ecclesiis; neque reveritus illam Apostolorum, nec illam Magni Basilii in eodem spiritu conscriptam; in qua sua Missa blasphemiis, non precationibus, τὴν τελετὴν, id est mysterium Eucharistiæ, opplevit. *At, quamvis sacrosancta ista Liturgia, ut ex jam prolatis est perspicere, omnibus laudata fuerit, et plurimis per Orientem Ecclesiis in usu; nullum tamen hactenus ejus exemplar repertum est, quod non mutilatum aut interpolatum sit, ut affirmat Jacobus Goar; qui in Euchologio Græcorum varia ejus profert exemplaria. Et hæc quidem de Liturgia Basilii dicta sunto.*

meminerunt Liturgiæ Basilianæ,

quæ nullibi tamen extat integra,

F

CAPUT IX.

Basilius subvenit pauperibus tempore famis.

A*t vero dum Basilius doctrina, religione, et erga Episcopum suum observantia, Sacerdotium suum honorabat; hoc inter illa* unum maximum, et perquam illustre atque insigne fuit, *quod occasionem providerit et Dominus, ut caritatis et misericordiæ in pauperes eodem tempore se præberet exemplar.* Lucino et Joviano Coss., *inquit Socrates,* sexto Nonas Julii, grando magnitudine inusitata, lapidibus similis, Constantinopoli decidit: estque multis in ore, illam grandinem, Deo irato, quod multi Sacerdotes, qui

Orat. 20

l. 4 c. 19

Post immanem grandinem

cum

AUCTORE F. B. A cum Eudoxio communicare recusaverant, essent ab Imperatore relegati, delapsam fuisse. *Tam valida petens non contritis terræ fructibus*; fames orta est, et quidem post hominum memoriam atrocissima.
Orat. 20 Languebat civitas, nec ulla ex parte auxilium afferebatur, nec ulla calamitatis medicina. Nam maritimæ quidem urbes ejusmodi rerum penurias facile perferunt, dantes nimirum ea quibus affluunt, ac
fames orta vicissim ea quibus carent a mari accipientes. At Cæsarea, et qui procul a mari degunt, nec ex iis quibus redundant, utilitatem capiunt; nec ea quibus egent, ulla arte comparare possunt: ut qui nec quæ habeant exportare, nec ea quibus carent, importare queant. Sed in hujusmodi malis nihil gravius atque acerbius, quam crudelitas cupiditasque inexplebilis eorum, qui frumentum habent. Observant enim temporum difficultates, et tamen negotiantur, atque ex aliorum calamitatibus messem faciunt; nec illud audientes, eum qui pauperum miseretur, Deo fœnerari, nec rursus illud, eum qui frumen-
augetur avaritia mercatorum: tum abscondit, plebi exsecrabilem esse; nec denique quidquam aliud eorum, quæ vel benignitate præditis hominibus pollicetur Scriptura, vel duris et in-
B humanis comminatur. Verum ad rem avidiores sunt, quam par sit, [illegible] sibi consulunt, ut aliis [illegible] ipsis Dei [illegible], cujus ope magis se indigere nesciunt quam alii ipsorum auxilio egeant. Atque hæc quidem frumenti emptores et caupones faciunt, qui nec cognationis jure commoventur, nec grati animi vicem rependunt Deo, cujus beneficio ipsi frumentum habent, cum alii fame opprimuntur.

115 Panem de cœlo per orationem fundere, ac
eam Basilius, non miraculis, fugitivum populum in deserto alere minime poterat Basilius; nec gratuitam alimoniam præbere, fontes instar scaturientem e vasculis, quæ (quod vix humani sensus capiunt) in nutricem ipsa replebantur ut nutricem suam in hospitalitatis præmium aleret; nec postremo quinque panibus multa hominum millia pascere, quorum reliquiæ quoque ipsæ fides erant, ut pluribus aliis mensis sufficerent. Hæc enim Moysis erant, et Eliæ, et Dei mei, a quo ad illos quoque hujusmodi potestas manaverat: fortasse etiam temporibus illis, atque illi rerum statui conveniebant, quandoquidem signa infidelibus, non fi-
sed oratione et adhortatione levat. delibus dantur. Quid igitur fecerit Basilius? Quæ præclaris consentanea sunt, et eodem tendunt, cum pari fide cogitavit atque perfecit. Apertis enim per
C orationem suam et cohortationem suas locupletium horreis, fecit quod est in Scriptura, cibum esurientibus frangit, pauperes saturat, atque eos in fame, atque esurientes animas implet [illegible]. Quo tandem modo? neque enim hoc ad laudis cumulum parvi momenti est. Cum eos quos fames al-
per se ipse ministrans pauperibus fligebat, in unum coegisset, nonnullos etiam prope tum ægre trahentes, viros, feminas, pueros, senes, miserabilemque omnem ætatem, omnis ciborum generis quibus fames depelli solet copiam, atque ollas, leguminum fabisque nostratis obsonii, et ad levandam pauperum famem accommodati, plenas proponens, ac deinde Christi, qui linteo præcinctus discipulorum pedes abluere minime grave ducebat, ministerium imitans; simulque puerorum sive conservorum ad eam rem opera utens; pauperum corpori et animis curabat, honorem necessariumque cum necessario alimento conjungens, atque ipsorum calamitatem utrinque leniens.

116 Talis erat novus noster præcurator et secun-
Pietate et iis misericordia. dus Joseph: nisi quod etiam aliquid amplius habemus, quod dicamus. Ille enim ex fame quæstum captavit, suaque erga miseros benignitate Ægyptum emit, ubertatis annos ad famis tempus disponendo, cum esset aliorum somniis ad eam rem ordinatus. Hic D autem gratis benignus erat, neque in hoc tribuendi frumenti auxilio lucrum ullum captabat, id unum spectans, ut misericordiam per misericordiam sibi compararet, ac per præsentem annonæ largitionem futura bona consequeretur. Accedebat insuper sermonis alimonia, et perfectius beneficium, ac largitio vere cœlestis et sublimis: siquidem Angelorum panis, sermo est, quo aluntur atque irrigantur animæ Deum esurientes; cibumque, non fluentem et abeuntem, sed perpetuo manentem expetentes; cujus ille ipse dispensator erat, et quidem perquam locuples; homo alioqui omnium quos novi pauperrimus et egentissimus, non panis famem aut sitim aquæ sanans; sed expetens desiderium verbi illius vere vitalis, ac vim alendi habentis, eumque qui recte nutritur, ad spiritualis ætatis incrementum ducentis.

117 *Tantam in saturandis famelicis caritatem* Or. G.
meritis encomiis extollat etiam Nyssenus, fratrem ideoque Eliæ
magno Eliæ comparans. Quam etiam, inquit, consola- assimilatur.
tionis et levaminis in fame, quod in una vidua magnus præstitit Elias, habet etiam nostra ætas aliquam similitudinem in Magistro. Nam cum fames aliquando gravis et sæva, tam ipsam urbem in qua
E habitabat, quam omnem ubique subditam regionem affligeret; venditis suis prædiis et possessionibus, atque pecuniis in alimenta conversis (cum etiam rarum esset, ut alii qui valde sibi providissent et instructi essent, ea quæ ad mensam et victum pertinent, sibi conficere et suppeditare possent) ille per omne tempus famis, non solum eos qui undique confluebant, sed etiam juventutem totius urbanæ plebis alere perseveravit; adeo ut etiam Judæorum liberos, hujus benignitatis et liberalitatis ex æquo participes faceret. Nihil autem prorsus interest, utrum per vas olearium quis, an per aliquam materiam et occasionem divinum mandatum exequatur, consolatio enim indigentium, non quærit unde sumas, sed ad id quod sit spectat.
Et rursus idem Nyssenus libro I *contra Eunomium,* defenditur contra Eunomii impudentiam
respondens ad calumnias ab Eunomio in jactas Basilio, quarum una erat impudentia, *sic ait;* Ipse dicat velim *Eunomius*, quis impudentiæ nomen mereatur: hiccine, qui paternas facultates, etiam antequam Sacerdotio initiaretur, liberaliter egenis distribuit; maxime tunc, quando magna annonæ penuria existebat? Nempe eo tempore Ecclesiæ sic præerat, ut adhuc in numero Presbyterorum censeretur;
F et post hæc nihil reliquum sibi fecit: ut ipse Gloriari posset cum Apostolo: Quoniam gratis panem non comedi. Quanto ille potius impudentiæ nomen subibit, qui doctrinæ suæ professionem pro quæstu habet; qui non vocatus in ædes alienas sese insinuat; insolentiam facti hujus suo vivendi modo minime tegens, neque considerans, quam ab hujusmodi hominibus naturaliter aversi sint; quibus mens et ratio sanior est? Nihil se licet tale cogitat ille (*Eunomius*) qui antiqua lege propter similitudinem significationis, ex hominum societate exterminatus est. *Ex his Nysseni testimoniis non solum docemur, ... [illegible] a Basilio [illegible]: verum etiam ... Nazianzenus, qui tam [illegible] sufficeret Basilio, paupertatem ... [illegible] annis ante ... profitetur. Verum, ... multa bona sua ... distribuisset in pauperes, et ... modum ... propter Christum paupertatem sectaretur; servaverat tamen ... [illegible] ... sublevandis pauperibus, quæ deinde ... majoris necessitatis ... [illegible].*

118 *Post grandinem et acerbissimam famem, nondum cessatis ... [illegible] ... peccatores, et ... [illegible], ad resipiscentiam: novas minas* L. 4 c. 1
tendo

A *tendo plagas, quæ bonis etiam prodessent ad virtutis augmentum. Anno igitur* CCCLXVIII, Valentiniano et Valente secundum Coss. quinto idus Octobris, terræ-motus *ut Socrates scribit,* in Bithynia factus afflixit Nicæam urbem : *cujus ruina Cæsarius, Nazianzeni frater, tantum non obrutus est, collabente tecto sub quo ipse morabatur. Hunc tam mirabiliter divina misericordia servatum, studuit tam Gregorius quam Basilius ab Imperatoris aula ad vitam monasticam adducere ; ideoque hic eum tali epistola hortatus est.*

in terræ motu servatum Cæsarium fratrem

F Ep 362

Deo sint gratiæ, qui in te mirabilia sua manifestavit, teque patriæ tuæ nobisque amicis incolumem de morte tam propinqua ereptum conservavit. Reliquum illud est unicum, ne ingrati inveniamur, aut tantis indigni beneficiis, sed pro viribus et facultate nostra Dei miracula deprædicemus ; illamque dilaudemus bonitatem, cujus facti participes sumus. Neque verbis tantum nudis nos decet gratias agere, verum et tales nos reipsa præstare, qualem in præsenti esse te arbitramur ; conjecturam, e miraculo in te edito, facientes. Quin ad Deo famulandum majorem in modum te exhortor, atque ut timorem illius velut cumulum adjicias ad grati- B tudinem, in eoque progressus semper facias, quo prudentes existamus dispensatores vitæ illius nostræ, ad quam Dei benignitas custodivit.

hortatur ita vivere deinceps,

119 Certe, si cunctis id mandatum est, Deo nosmet exhibere veluti a mortuis resuscitatos ; quomodo non multo magis illud debent præstare, qui a portis ipsius mortis elevati fuerunt ? Hoc, ut mea fert sententia, tum quam optime fiet, si eodem modo semper affecti esse velimus, quo sumus in articulo periculi nostri. Vanitas certe vitæ nostræ nusquam non apparet ; nec quidquam hominibus fidum est aut fixum, qui tam proclives sunt ad prolabendum. Et profecto verosimile sit, nos tum vera pœnitentia tactos ob præterita, promissorumque in futurum tenaces futuros, si liberati e periculis, exhibeamus nos Deo servos fideles, et accuratos viarum nostrarum custodes. Etenim si mortis impendentis periculum cogitationem aliquam utilem tibi subministrabat, vel ea ipsa te reor, vel istis quam simillima, tunc temporis reputasse apud animum tuum, ut necessarii cujusdam nominis debitores inveniamur. Hæc sunt quæ tuæ perfectioni suggerenda audacius putavi, dum simul ob Dei benignitatem lætor, et simul etiam de futuris solicitus sum. Tuum erit mea verba æqui bonique consulere, quod in familiari olim nostro congressu so- C lebas facere. *His aliisque Basilii, et præsertim Gregorii fratris sui adhortationibus inflammatus Cæsarius, statuerat se totum ad divinum obsequium transferre, quod et fecit : sed vitam solitariam aut cœnobiticam morte præventus amplecti non potuit : nam suscepto baptismate, non diu post terræ-motum, aut initio sequentis anni* CCCLXIX, *defunctus est. Eum autem non magno intervallo, ad vitam æternam subsecuta est soror ejus Gorgonia : cui morienti Basilius, pater ejus spiritualis, adstitit.*

ut desiderat in morte initiari

Illius et Gorgoniæ obitus

CAPUT X.

Basilius Episcopus eligitur et consecratur.

A*nno* CCCLXX *moritur Eusebius, Cæsareensis Episcopus ; et* insignis inter Sanctos Basilius Magnus, Cæsareæ declaratus est Antistes ; *cum enim dicat Nyssenus elusse fratrem in Episcopatu, annis octo* transactis, in ipso anno nono ; *nosque ostenderimus in Commentario prævio obiisse Sanctum, prima Januarii* CCCLXXIX ; *ultra præsentem annum neque mors Eusebii, neque Basilii Ordinatio differri potest. Undenam vero Latini, qui Ordinationem S. Basilii festivam colunt, mensem Junium et diem ejus decimum quartum* D *acceperint, tacentibus Græcis omnibus utcumque antiquis : aut ea quo calculo eum collegerint, fateor me ignorare. Seldenus de Synedriis, in secundo Kalendario Coptico, undecima mensis Thoth, quæ octavæ Septembris nostri respondet, refert festum aliquod S.* Basilii et Theodori Episcopi Nyssæ, *unde forsan aliquis suspicari potuerit illum diem Ordinationis esse : verum conjectura hæc, nullo satis gravi fundamento nititur. Quis enim mihi probaverit, Basilium istum, de quo ibi agitur, Cæsareensem Episcopum esse, quem idem Kalendarium refert prima Januarii ? et, ut idem esset ; quis me securum reddet, quod et Copti verum Ordinationis diem antiquitus acceperint? quis, propter Ordinationem eo die factam, festum istud celebrari ? cum alia ratio subesse possit. Hæc de tempore. Rem ipsam exponat narratio :* Cum *is igitur,* qui nomen a pietate apposite ducebat, *Eusebius* ex hac vita migrasset, atque in Basilii manibus animam libenter exhalasset ; ille ad excelsum Episcopatus thronum evehitur, *Vere excelsum, non tantum propter ordinis dignitatem, quod omnibus commune est Episcopis ; sed etiam propter ipsius Sedis ecclesiasticam prærogativam.* E *Quippe, ut ferunt,* Magnus Gregorius, qui fuit Magnæ Armeniæ Episcopus, cavit Armeniæ Episcopum a nullo esse alio ordinandum, quam ab illius temporis Cæsareæ Cappadociæ Archiepiscopo, ubi ipse quoque ordinatus est ; et horrendæ execrationis anathema in eos est intentatum, qui aliter faciunt. *Adeoque Metropolitani quodam jure usus est Episcopus Cæsareensis, non solum in Cappadoces, sed et in alias decem Provincias, quæ sub uno nomine Diœcesis Ponticæ comprehendebantur. Hinc in Conciliis Chalcedonensi et Ephesino sub Dioscoro, secundum post Patriarchas locum obtinebat, interposito dumtaxat Ephesino Episcopo, qui æqualis cum ipso erat dignitatis, ut ostendit Illustrissimus de Marca. Hoc sensu quamvis fieri potuerit, ut Cæsareensis Episcopus subjectos sibi habuerit quinquaginta Suffraganeos, nolim tamen cum quibusdam de iis intelligi. Nazianzenum, in Carmine de vita sua, cum totidem illi assignat Chorepiscopos : verosimilius est enim, eo loco non de Suffraganeis, sed de Chorepiscopis proprie dictis sermonem esse : cum videatur Gregorius amice exprobrare Basilio, quod quinquaginta habens Chorepiscopos, unum augere numerum voluerit, creando ipsum Episcopum Sasimorum, qui locus vix Chorepiscopo dignus erat. Cum ergo tam magnum esset Cæsareensis Episcopatus ambitiosis illicium, nil mirum si effecerit, ut non potuerit Basilius, ad tam excelsum thronum evehi* citra laborem, F ac citra invidiam et dimicationem, tum eorum qui patriæ præsidebant, tum perditissimorum quorumcumque urbis civium, qui ad eorum partes se adjunxerant. Verum fieri aliter non poterat quin Spiritus sanctus vinceret, atque adeo abunde vicit. *At rei gestæ seriem distinctius enarremus.*

ad præcellentem Episcopatum istum

Orat 20

D Nicon. Bibl PP Tom r.

et 50 Chorepiscopis instructum,

eligendus Basilius,

Orat 20

121 *Vix e vivis abierat Eusebius, cum Basilius, antequam mortis fama divulgaretur, Cæsaream evocavit Gregorium, et quo celerius advolaret scribit se gravi infirmitate, et magno ipsius alloquendi desiderio teneri. His non minus perculsus quam impulsus Gregorius, festinanter iter arripit, et tristis de amici ægritudine, et promptus ad obsequendum. Verum ut ad ipsius aures pervenit rumor de obitu Eusebii, tantum non luctus, in risum dicam potius, an indignationem conversus est : et eadem qua Cæsaream properabat festinatione, Nazianzum rediit : indeque hanc Basilio epistolam scripsit :* Noli mirari, si quid præter opinionem tuam dixero, nec prius a quoquam homine dictum. Videris tu quidem mihi viri constantis et solidi atque animi firmitate præditi existimationem habere : multa tamen simpliciter magis, quam caute et circumspecte consultare atque exequi. Nam qui a vitio liber est,

Nazianzenum advocat,

A is quoque ad suspicionem vitii segnior esse consuevit, cujusmodi quiddam nunc quoque contigit. Ad metropolitanam urbem nos accivisti, cum de Episcopo creando consultatio proposita esset. At, quam specioso et ad persuadendum apposito prætextu usus es! Ægrotare te finxisti, atque extremos spiritus ducere, cupereque nos videre, atque extremum alloqui: quod quo consilio feceris, assequi nescio, nec quid præsentia nostra ad eam rem utilitatis allatura sit. Ego vero ad iter me accinxi, rem hanc ægerrime ferens (Quid enim mihi vita tua sublimius, aut discessu tristius et acerbius?) ac fontem lacrymarum profudi, et ingemui, nuncque primum me aliter affectum sensi quam philosophi ratio postularet, denique quid epitaphiis non implevi? Posteaquam autem Episcopos ad urbem convenire intellexi, profectionis consilium abrupi; demirarique cœpi primum, si, quid deceret atque honestum esset, non perspiciebas; nec improborum linguis occurrendum putabas, quæ simplicissimis quibusque celerrime calumnias struunt: deinde, si non eadem tibi ac nobis convenire existimas, quibus et vita, et doctrina, et reliqua omnia communia sunt, nimirum, B a Deo ita jam inde a prima ætate consociatis: tertio (liceat enim hoc quoque dicere) si piorum Deique metu præditorum hominum hujusmodi electiones esse judicasti, non autem potentium et apud vulgus gratiosorum. Atque ego his de causis navigii proram, ut dici solet, converti, ac proficisci detrectavi: tibi autem si videtur, hoc quoque fixum constitutumque sit, inter medios tumultus pravasque suspiciones fugere. Tuam vero pietatem tum demum videbo, cum et negotia constituta fuerint, et per tempus licuerit; ac plura etiam et graviora exprobrabo.

122 *In hoc proposito Gregorius persistit, neque Cæsaream venit priusquam Basilius creatus est Episcopus; imo ne tum quidem, sed aliquanto post peractam consecrationem, ut infra videbimus. Ratio autem, ob quam istic venire subterfugerit, hanc fuisse merito suspicamur, ne ipsemet Episcopus eligeretur, quamvis aliam omnino prætexeret, nempe ne improbis calumniandi ansam præberet, quasi ipse pro se vel pro Basilio Episcopatum ambiret. Atque ita Basilio quoque in votis propositum fuisse, pro electione Gregorii laborare, quem idcirco præsentem cupiebat. Quam autem ad eum accersendum causatus est infirmitatem, tantam credo fuisse homini pene semper ægrotanti, ut id citra mendacium scribere potuerit. Nascebatur interim inter Cæsareenses* C *discordia super electione novi Episcopi, ut equidem Clerus et inter alios Basilius, ne dissidentibus inter se factionibus, potentia Arianorum faventes Episcopum intruderet, jam propter missis epistolis ad suffraganeos Episcopos, hortati sunt omnes, ut quam citissime advenirent et tanti mali periculum Episcopi celeriter electione consecratione depellerent. His intellectis Gregorius, Theologi pater, Nazianzenus Episcopus,* cum probe sciret vir spiritualis quæ spiritus erant, ob idque demissos omnes et abjectos animi sensus abjiciendos esse judicaret, nec cognationibus et anticipatis opinionibus certandum, nec plus hominum gratiæ quam Deo tribuendum, sed unam tantum Ecclesiæ utilitatem ac communem omnium salutem ob oculos ponendam, *hortante, ut credere par est, etiam filio, ad eam animum ad promovendum omnino de Basilio electionem.* Ac proinde, inter omnes Suffraganeos ipse senior Episcopus, litteras scribebat, monebat populum, conciliabat Sacerdotes, cum alios tum eos qui altaris sunt obtestabatur, decernebat, ordinabat etiam adhuc absens, canitiei suæ hoc dabat, ut apud alienos tamquam apud suos auctoritate uteretur.

123 *Misit ergo ad Clerum, Populum et Senatum Cæsareensem litteras, exaratas a filio, ut videtur; enim Athenas, Basilium impense commendans:* Sum quidem, *inquit*, Pastor exiguus, exiguique gregis Antistes, atque inter postremos spiritus ministros: at gratia nequaquam angusta est, nec locis circumscripta. Quocirca parvis quoque libere loquendi potestas concedatur, præsertim de communibus maximisque rebus orationem habentibus, et tantam canitiem ad consultationem allaturis, quæ aliquid fortasse majoris prudentiæ et solertiæ habet, quam plerique e vulgo. Non de parvis et levibus rebus deliberatis; verum de iis, quibus vel recte, vel secus habentibus, rempublicam quoque vel hoc vel illo modo se habere necesse est. De Ecclesia enim nobis sermo est, pro qua Christus mortem oppetiit, ac de eo qui hanc Deo sistat et conciliet. Lucerna enim corporis, ut Scriptura docet, est oculus: non hic tantum qui corporeo modo cernit ac cernitur, sed is etiam qui spiritualiter spectat et spectatur. Lucerna autem Ecclesiæ est, Episcopus; quemadmodum ipsi perspicue nostis, etiam non scribentibus nobis. Itaque, quemadmodum cum ille pure et integre se habet, corpus quoque recte ducitur; cum autem impurus est, non recte; consimili quoque ratione, utrolibet modo sese Ecclesiæ Antistes habuerit, omnes etiam eo partes vel periculi vel salutis participes esse necesse est. Porro cum omnibus Ecclesiis, tamquam Christi corpori, summa cura et solicitudine prospiciendum sit, tum maxime vestræ, quæ omnium fere Ecclesiarum mater et antiquitus fuit, et nunc est, atque censetur; et in quam tota respublica Christiana oculos conjicit, haud secus ac circulus centro circumscriptus; non modo propter fidei integritatem, jam olim omnibus prædicatam; sed etiam ob concordiæ gratiam, divino haud dubie beneficio ipsi concessam.

124 Quoniam igitur ad deliberationem, quam de hac re habetis, nos quoque, ut par erat, atque ut ecclesiastica regula postulabat, accivistis, senectute autem et morbo detinemur; siquidem ipsi quoque, Spiritu sancto vires nostras confirmante, adesse queamus (neque enim quidquam fide præditis incredibile est) hoc sane et publicæ utilitati melius, et nobis jucundius fuerit; ut et vobis aliquid conferamus, et ipsi benedictionis participes efficiamur. Si autem per corporis infirmitatem adesse non licuerit, id certe quod absentes possunt, conferimus. Et quidem alios quoque apud vos principatu dignos esse confido, utpote in urbe amplissima, atque ita præclare et ab hujusmodi Præsulibus jam olim gubernata; ceterum ex omnibus, qui apud vos in honore sunt, neminem filio nostro Basilio Presbytero divinæ majestati carissimo, anteferre possum: hæc autem quasi Deo teste dico, viro et vita et sermone purgato, quique vel omnium solus, vel certe quam maxime utraque re adversus temporis turbinem, ac vigentem hæreticorum linguæ pruritum, velut in procinctu stare possit. Hæc et iis scribo qui Sacerdotii munere funguntur, et Monachis, et iis qui dignitates gerunt ac Senatoriis ordinis sunt, plebi denique universæ. Si igitur huic sententiæ assensum fuerit, suffragiumque nostrum, adeo sanum et integrum, divinæque voluntati conforme vicerit; et spiritualiter adsum et adero; immo etiam sic electo manus impono, Spiritus fiducia nixus. Sin autem aliud quidpiam potius quam hoc placeat, et per sodalitia et cognationes hujusmodi res expendantur, ac promiscua turba judicii sinceritatem rursum convulserit et distraxerit, *ut in electione Eusebii factum fuerat*, seorsum sane id quod placet facite; nos autem intra nosmetipsos colligemur.

125 *Hæc epistola non aliorum quorum tum temporis videtur sortita effectum, quam ut ii qui alterius electioni studebant, sibi adhærentes firmarent, et sibi prospicerent,*

A *prospicerent, quibus Basilium obstaculis a throno Episcopali excluderent: et hoc imprimis effecerunt, ut ad electionem, sed quasi clam et alio prætextu, convenientibus ceteris Episcopis, Nazianzenus Episcopus non vocaretur: contra quam par erat, ut qui Episcopatus et ætatis annis reliquos præcederet. Verum is minime otiosus audiebat, sed in suas partes attraxit S. Eusebium Samosatenum, Episcopum doctrina et prudentia insignem, et fidei orthodoxæ confessione illustrem: nam et hunc electioni interesse licebat, quamvis non esset provinciæ Cæsareensis, juxta Canonem sextum Concilii Sardicensis (si le(g)itimi sunt Canones, Græce editi a Labbeo) quo præcipitur ad Metropolitani electionem finitimos provinciæ Episcopos etiam convocandos. Ad hunc, inquam, Eusebium epistolam scripsit Gregorius, perperam antehac Basilio attributam, ut patebit consideranti.* Quis dabit mihi alas, *inquit,* tamquam columbæ, aut quo pacto senium meum juvenescet: ut me ad vestram dilectionem queam recipere, et flagrans meum erga vos desiderium explere, animique mei tristes curas apud vos deponere, et a vobis tribulationum solatium aliquod consequi? Siquidem propter beati Eusebii Episcopi obitum, timor nos invasit haud mediocris, ne forsan, qui olim Metro-

B politanæ nostræ Ecclesiæ prætenderunt, velint ipsam nunc accepta occasione zizaniis hæreticorum inficere; et pietatem, magno labore in hominum mentibus seminatam, pravis suis disciplinis eradicare, ejusque unitatem in diversa dividere, quod etiam in plerisque Ecclesiis factitarunt. Postquam vero Cleri litteræ ad nos venerunt, rogantes ne hoc tempore a nobis destituantur, circumspicienti undequaque imprimis in mentem mihi venit vestra dilectio, tum rectæ fidei, tum zeli quo erga Dei Ecclesias affecti estis, memoriam recolenti. Atque hac de causa misi dilectum meum, verbi comministrum Eustachium, qui gravitatem vestram incitet, ut ceteris vestris pro Ecclesia strenue susceptis laboribus hunc etiam addatis, meumque senium tua societate refocilletis, et veræ Ecclesiæ decantatam ubique pietatem instauretis; dantes ipsi nobiscum, si bonum opus una capessere dignati fueritis, Pastorem ex voluntate Dei eum, qui populum ipsius recte queat gubernare. Habemus enim ante oculos virum, vobis non incognitum: quem si obtinere possimus, magnam apud Deum fiduciam acquiremus, et populo qui nos interpellat summum beneficium largiemur. Sed adhortor iterum et sæpe, ut omni mentis segnitie deposita, tempestatis periculum antevertamus et

C anticipemus.

126 *Eusebius his litteris permotus, itineris longinqui laborem pro Ecclesia non recusavit, sed alacri animo Cæsaream versus iter suscepit. Episcopi vicinieres, qui interea istuc convenerant, ne viderentur suo numero excludere senicrem Gregorium, per litteras ipsum ad conventum suum invitarunt; existimantes verosimiliter fore, ut se propter senium excusaret, et forte ne responderet quidem: interim ipsi viderentur suo erga illum functi officio, et satisfecisse Canonibus, qui præcipiunt suffragia absentium Episcoporum per litteras exquiri. Eamdem occasionem videtur significatam et in Gregorio Basilii adversarios infirmam ejus valetudinem prætexere. Quo animo hæc omnia acceperit* novus iste Abraham *et senex optimus, ex responsione facile est percipere.* Quam suaves estis, *inquit,* et humani ac singulari caritate præditi! Ad Metropolitanam urbem nos vocastis, de Episcopo (non fallor) consilium aliquod inituri (hoc enim vos in animo habuisse sentio), quin quidem nec quid adesse oporteret, nec quam ob causam, nec quo tempore denuntiantes, repente nobis quod facere estis aggressi declarastis; tamquam videlicet non nos honore afficere constituissetis, sed præsentiam nostram sedulo voluissetis impedire, ne in nos invitos et repugnantes incideretis. Ac tale quidem vestrum facinus est: contumeliam tamen hanc feremus, exponemus autem quid ipsi sentiamus. Alii quidem alios eligent, atque in medium proponent, nimirum pro suis quisque moribus aut commodis, quemadmodum in hujusmodi rebus accidere consuevit: nos vero neminem carissimo filio nostro Basilio Compresbytero præferre possumus. Ecquem enim ex omnibus, quos

D

novimus, vel vita probatiorem, vel sermone ac doctrina valentiorem, magisque ad virtutis elegantiam undique perpolitum, reperiemus? Quod si quis illius infirmitatem obtendit; non scilicet athletam, sed doctorem creabitis; ac simul in hoc virtus illius lucet, qui infirmos, siquidem tales sint, fulcit et corroborat. Si huic suffragio calculum vestrum adjeceritis, et adero, et me vobis vel spirituali vel corporali modo adjutorem profitebor. Si autem certis conditionibus via capessenda est, factionesque et dissidia contra jus et æquum vicitura sunt, sola exemptos nos esse gaudemus. Vestrum sit opus. Pro nobis autem orate.

ac Basilium commendat

127 *Tanto ob electionem Episcopi certis laborabat seditionem, qua, ut Theologus loquitur,* quanto acrior et ferventior, tanto etiam stultior et absurdior erat. Non enim obscurum erat quis præcelleret (quemadmodum nec sol inter sidera) sed perquam etiam clarum et conspicuum; cum aliis omnibus, tum selectissimæ præsertim ac purissimæ populi parti, hoc est iis qui altari circumstant, et nostri temporis Nazaræis, quibus solis vel certe potissimum electiones hujusmodi committi oportebat (sic enim numquam Ecclesiis male esset) ac non iis qui opibus ac potentia pollent, aut plebis impetui ac temeritati, atque etiam plebeiorum vilissimo et contemptissimo cuique. Nunc vero parum abest, quin popularia imperia meliori ordine ac disciplina constare existimem, quam nostra, quibus divina gratia omnium voce attribuitur; ac res hujusmodi timore magis, quam ratione administrari. Nam nisi ita esset, quisnam sanæ mentis te relicto, Basili, divinum et sacrum caput, ad alium se contulisset? Te, inquam, relicto, qui in manibus Domini depictus es, qui connubii jugum nescis, qui nihil possides, qui carne propemodum et sanguine cares, qui in verbis post Verbum es, inter philosophos sapiens, inter mundanos mundo sublimior? Verum ut ad institutum sermonem redeam; Spiritus quidem norat qui suus esset, at invidia obsistebat; quorum autem, dicere pudet: atque utinam nec ex aliorum sermone, qui res nostras studiose proscindunt, id audire liceret. Sed hæc ut fluvii petras, quæ in medio cursu offendunt, prætereamus; atque ea quæ oblivione digna sunt, silentio premamus. *Dissidiis ergo Cæsarea laborabat, Clero cum Solitariis pro Basilio urgentibus, Populo cum Magistratu adversante; ad hoc forsan incitatis ab Episcopis quibusdam, quorum nominibus Nazianzenus silendo parcere voluit; donec eo advenit Eusebius Samosatenus,* vir pietate clarus ac zelo flagrans, ab exteris regionibus excitatus a Spiritu sancto. *Advenit autem verosimiliter post celebratum XII Aprilis in ecclesia sua festum Paschale: cujus zelo et prudenti persuasione factum est, ut omnes, aut saltem plerique, in Basilium consensisse viderentur.*

cognita autem Cæsareensium dissensione

et persuasione ... Samosateni

128 Verum quoniam electionem canonicam esse oportebat, ne vel unus ex eorum numero, qui Episcopum proclamaturi erant, desideraretur, e lectulo se abstraxit Gregorius pater, homo jam et senectute et morbo fractus, atque ad urbem juvenili vigore contendit; vel potius corpore mortuo ac paulum spirante fertur, præclari funeris loco studium istud ac diligentiam sibi fore persuadens, etiam si quid humanitus ipsi accidisset. *Operæ pretium erit hic tantisper*

AUCTORE F. B.

tantisper inquirere, quid ad canonicam electionem aut ordinationem esset præscriptum; quamvis frustra disputari existimem, an ad electionem Basilii desideraretur præsentia Gregorii senioris, an vero ad ordinationem: nam idiomate Græco verba quibus utitur Theologus, tam electionem significant quam ordinationem: et sicut plures requirebantur Episcopi ad ordinationem, ita etiam ad approbandam perficiendamque electionem. Satis clare hæc eruuntur ex Canonibus Nicæno et Sardicensi. Nicænus quartus sic habet. Episcopum

juxta Canonem Nicænum

convenit maxime quidem, ab omnibus qui sunt in provincia Episcopis, ordinari. si autem hoc difficile fuerit; aut propter instantem necessitatem, aut propter itineris longitudinem; tribus tamen omnimodis in idipsum convenientibus, et absentibus quoque pari modo decernentibus, et per scripta consentientibus, ordinatio celebretur. Firmitas autem eorum quæ geruntur, per unamquamque Provinciam Metropolitano tribuatur Episcopo. *Sardicensis Canon sextus, ex interpretatione Herveti, sic præscribit*: Si contigerit in una Provincia, in qua sunt plurimi Episcopi, unum Episcopum conventui non interesse, et ille per quamdam negligentiam nolit convenire, et Episcoporum institutioni et electioni assentiri;

et Sardicensem

congregata autem populi multitudo instet, ut fiat institutio Episcopi qui ab eis postulatur; oportet illum Episcopum prius, qui non adfuerit, admoneri per litteras Primatis Provinciæ, nempe Episcopi Metropolitani, quod rogat populus sibi Pastorem dari: et existimo recte habere, hunc quoque expectare ut adsit. Si autem litteris rogatus non adfuerit, ac ne rescripserit quidem, populi voluntati satisfiat. Oportet autem ex vicina quoque Provincia accersi Episcopos, ad Metropolitani Episcopi institutionem.

129 *Primum ergo Episcopum postulabat Clerus et Populus, dein præsentes Episcopi ut minimum tres, requisitis per litteras absentium judiciis, si omnes, vel saltem plures, suffragiis inter se convenirent, Populi et Cleri postulationem approbabant: quo facto legitima electio censebatur, atque ad ordinationem a præsentibus Episcopis procedebatur; nulla ratione habita eorum qui convenire nollent, vel per litteras suffragari. Quum ergo electionem necessaria erat Episcopi Nazianzeni præsentia? Tres Episcopos fuisse Cæsareæ nemo negaverit; aderat enim Samosatenus, aderant et alii saltem duo, nam ad plures scripta est epistola senioris Gregorii superius allata; in qua etiam fatetur ipse, electionem se absente, et contra suffragium suum, perfici posse: adeoque altius omnino intelligendus videtur Theologus, cum ait*

electionem legitimam facturus,

timuisse patrem suum ne vel unus desideraretur e numero eorum, qui Episcopum proclamaturi erant; nempe, non ad legitimam electionem duntaxat, sed ad solemnem et omnibus ceremoniis absolutam, qualem non præscribunt quidem Canones, sed optant: nam Episcopum, etc., convenit maxime ab omnibus, qui sunt in Provincia Episcopis ordinari. Cum vero, uno excepto Nazianzeno Episcopo, omnes adessent reliqui; et requireretur, pro Basilii exaltatione satagenti Samosateno, recte provideretur, jamque de felici successu sentiret optime spes certa affulgeret; ut firmaret suo præsentia vacillantes, qui dubii erant non pauci, tantoque celebrior esset electio et consecratio, non est passus deesse, ut se, ad quem, tanquam priorem tempore Episcopum, si præsens foret, consecrationis dignitatem deferendam videbatur. His ergo causis Gregorius, quamvis non solum senectute confectus, sed etiam morbo tractus ac debilitatus esset, animamque ageret; iter tamen aggredi non dubitavit, Spiritus videlicet ope atque auxilio fretus, atque (ut rem in pauca conferam) vehiculo, non secus ac mortuus feretro, impositus.

omnibus præsentibus celebrem

Orat. 20

130 *Theologus potuisset patri, aut alias cum*

Theologus per litteras,

mutanti alteras tradit ad Eusebium Samosatenum, quibus ipsum sic alloquitur; Unde tuarum laudum ex ordine ducam, et quo nomine proprie te appellabo? An te columnam et firmamentum Ecclesiæ vocabo, aut luminare in mundo, iisdem verbis cum Apostolo utens? aut gloriationis coronam incolumi Christianorum parti, aut Dei donum, aut patriæ subsidium, aut fidei regulam, aut veritatis legatum, aut hæc omnia simul, et his plura? Atque has pene incredibiles laudes, per ea quæ videmus, confirmabo. Quæ enim pluvia, æque matura et tempestiva, sitienti terræ illapsa est? quæ aqua ex petra, iis qui in deserto morabantur, exundans? quem talem Angelorum panem homo manducavit? quibus Jesus, communis omnium Dominus, discipulis suis pessum euntibus ita opportune adstitit, ut et fluctus sedaret, et periclitantibus salutem afferret; ut tu laborantibus nobis ac mœrentibus, et jam velut naufragium facientibus apparuisti? Et quidem de aliis quid loqui necesse est, quanta nimirum lætitia et voluptate orthodoxorum animos perfudisti, quamque multos homines in desperationem lapsos erexisti? At Mater nostra, Ecclesiam Cæsareensem dico, nunc profecto ob tui aspectum viduitatis vestes exuit, et stolam jucunditatis assumit; magisque etiam explendesceret, cum Pastorem, et se, et antecessoribus Episcopis, et manu vestra dignum, consecuta fuerit. Nam quis sit rerum nostrarum status ipse quoque perspicis, quantumque miraculum patrarit zelus tuus, et sudores, ac grata Deo fiducia, et libertas. Senectus renovatur, morbus superatur, lecto affecti exiliunt, infirmi potentia accinguntur. Quæ res mihi conjecturam afferunt, negotia nostra ex animi sententia successura esse. Ac patrem quidem, tum suo, tum nostro nomine habes, pulchrum universæ vitæ et venerandæ canitiei finem impositurum, nimirum præsentem hanc pro Ecclesia dimicationem. At certum habeo fore, ut precibus vestris, quibus fretus nemo non sibi quidvis polliceri debet, firmiorem eum valentioremque recipiamus. Quod si in hac quoque cura extremo vitæ die perfungatur, minime illud in damno ponendum est, talem, et ob res tales vitæ finem consequi. Mihi vero ignoscite, obsecro, si improborum linguis paulisper cedens, aliquanto post ad complexum vestrum accurram, et ea quæ nunc in laudatione prætermissa sunt, coram ipse adjiciam.

G. Ep. 29

Samosateno gratias habet,

et patris sui magnanimitatem laudat

131 *Cæsaream cum pervenisset Gregorius*, hic quoque signum quoddam editur, cui fides minime abrogatur: ex labore robur comparat, alacritate vigescit, negotium administrat, ad conflictum se parat, in throno collocat. *Itaque post adventum ejus brevi effectum videtur, ut in Basilii ordinationem saltem plurimi consentirent: atque ita consecratus is fuerit ab ipso seniore Gregorio, inter alios assistentes Samosateno. Hoc innuunt verba Theologi, dicentis;* ad eum ungendum vires pietate præclaros ac zelo flagrantes, ab exteris regionibus excitavit Spiritus sanctus, in iisque novum Abraham et patriarcham nostrum, parentem, inquam, meum. *Et rursus, redeuntem patrem suum describens;* Juvenis, *inquit*, redit, firmus ac valens, oculos erectos habens: a manuum impositione et unctione, addo, etiam et ab illius qui ungebatur capite, roboratus. Hoc igitur ad priscas narrationes accedat, quod labor sanitatem affert, et animi alacritas mortuos excitat, et exilit senectus Spiritu delibuta. *Ita ergo peracta consecratione* domum reducitur *Gregorius*, vehiculo, non jam ut tumulo, sed ut arca divina usus. *Verumtamen (ut sæpius in simili occasione iis temporibus factum reperitur) digressi qui electioni et consecrationi interfuerant, et ut credibile est assenserant, saltem tum cum se numero victos viderent; cœperunt quodammodo duci pœnitentia*

Orat. 19

Basilio electo et consecrato,

Orat. 20

Gregorius vegetior domum revertitur.

Orat. 20

Orat. 19

tentia dati suffragii, eoque patientiæ exercendæ optimo Patri multam materiam dedere. Tulit tamen, et lenitatem animi hic quoque amplius demonstravit. Nam cum ipsius Collegæ, contentionis illius in qua victi fuerant ignominiam, eamque quam senex ille omnibus in rebus obtinebat auctoritatem et potentiam iniquo animo ferrent, ob idque ipsi infensi essent, ac conviciis eum incesserent; eos quoque patientia sua superavit, maximum subsidium nactus mansuetudinem et morum facilitatem, et quod maledictis lacessitus maledicta non regereret: neque enim grave esse judicabat, si cum rebus vicisset, lingua se vinci pateretur. Quam ob rem sic eos quoque lenitate sua et patientia cepit, ascito præsertim ad sententiæ suæ auxilium tempore, ut indignationem in admirationem convertentes, sese ipsi excusarent, genibus advolverentur, pudore ob ea quæ prius egerant suffunderentur, abjectisque odiis eo patriarcha, legislatore, judice uterentur.

Ep. 19

obloquente electioni fert patienter,

132 *Neque tantum inter Episcopos contra seniorem Gregorium, sed etiam Cæsareæ contra Basilium turbatum aliquid fuisse ab invidis, indicat Theologus ea epistola, qua illi novam dignitatem gratulatur.* Posteaquam, *inquit*, te in sublimi throno collocatum, ac lucernam, prius haud obscure lucentem, a Spiritu victore supra candelabrum oculis omnium expositam esse intellexi: lætatus sum, fateor, (quidni enim? cum Ecclesiæ corpus male affectum esse, atque hujusmodi ductu et auxilio opus habere conspicerem. Non tamen ad te statim advolavi, nec advolabo; nec ipse id a me exposcas velim. Primum, ut auctoritatem et venerationem tibi sanctam tutamque custodiam, ac ne præ ineptia quadam et animi fervore, quemadmodum obtrectatores dicere possent, tui studiosos colligere videaris, deinde, ut mihi ipsi stabilitatem comparem, invidiæque occurram. Quando igitur venies? fortasse dixeris; et quamdiu cunctaberis? Quoad Deus jusserit, atque eorum qui nunc insidiantur et invidia laborant, prætererint umbræ: non enim diutius, sat scio, leprosi resistent, Davidem Hierosolymis excludentes.

I. Ep. 24

Theologus Basilio gratulatus,

excusat quod ad ipsum non veniat.

CAPUT XI.

Basilius Suffraganeos Episcopos, et patruum suum Gregorium sibi reconciliare conatur.

Cum *Basilius*, ad primariæ Sedis honorem evectus esset, ut dignum erat vita quam duxerat, gratia quam consecutus fuerat, eaque quam apud homines obtinebat existimatione; minime commisit, ut ulla in re postea vel philosophiæ suæ, vel eorum qui hoc munus ipsi crediderant spei, dedecori esset: quin potius, quantum alios prius, tantum quotidie seipsum vincebat, optime utique ac sapientissime de his rebus sentiens. Sic enim existimabat; privati quidem hominis virtutem in eo consistere, ut vitio careat, aut quoquomodo probitatem colat. Principem autem et Antistitem, ac præsertim hujusmodi imperium gerentem, improbitatis notam effugere non posse, nisi multum antecellat, ac melior indies existat, paremque dignitati suæ ac throno virtutem afferat: vix enim esse, ut quis nisi per summum assequatur id quod medium est; aut aliter quam per exuberantem virtutis amplitudinem, vulgus ad mediocritatem pertrahat. Imo vero, ut rectius de his rebus disseram, quod ego in Salvatore prospicio, atque etiam (ut opinor) sapientiorum quilibet, quanto tempore nobiscum extitit, id quod supra nos est existens, et quod nostrum erat formatus; hoc quoque hic contigisse animadverto: Proficiebat enim, inquit sacer textus, sicut ætate, ita etiam sapientia: non quod hæc in illo incrementum caperent (quid enim eo quod a principio perfectum erat, perfectius esse possit?) sed quod hæc paulatim detegerentur et elucerent. Eodem modo Basilii virtutem eo tempore non incrementum, sed majorem operationem, accepisse arbitror: uberiorem virtuti materiam suppeditante potestate: unde primum omnibus perspicuum evasit, munus id quod adeptus fuerat, non humano favore, sed divino beneficio ipsi contigisse.

Basilii in throno erecti,

Orat. 20

virtus Episcopo digna

virtute magis elucescit

134 *Basilius igitur, ingenti spiritus fervore Episcopale officium aggressus, varia designabat animo, non tantum Ecclesiæ suæ, sed universo Christiano orbi profutura: imprimis autem Theologum, in societatem laboris et honoris, assumere decreverat, tribuendo ei locum primarium inter Cæsarienses Presbyteros, sua forsan electione vacantem.* Verum Gregorius, cum aliis omnibus dubium non esset, quin post electionem Basilii statim accurreret, maximaque animi voluptate perfunderetur (id quod fortasse alius quispiam fecisset) cum eoque imperium potius partiretur, quam supparem auctoritatem ac potentiam haberet, idque ex amicitia eorum conjectarent, ipse tamen, in omnibus rebus arrogantiæ suspicionem fugiens, si quis alius, ac simul temporis illius invidiam vitans, præsertim cum Basilii negotia adhuc tumerent ac turbarentur, cupiditati suæ, *qua Cæsaream ferebatur*, frænum injecit, domique se continuit. *Epistolam tamen ad Basilium dedit sui excusandi gratia, quam supra num. centesimo septimo retulimus. Ast hic multo quidem ea super re cum illo expostulavit*: verum ubi in proposito firmum perspexit, veniam dedit, *et aggredi animum, ut Suffraganeos suos Episcopos, exaltationi suæ obmurmurantes, sibi conciliaret. Nonnulli enim, post egressum Eusebii Samosateni Episcopi*, statim confluentes, tristia quidem multa locuti sunt et deploranda, nec minus luctuose multa patrarunt; postremo ita discessum est ab omnibus, ut schisma potius et contentio invaluerit. *Scripsit hæc Basilius in fine hujus anni CCCLXX, quo Demophilus ordinatus est Episcopus Constantinopolitanus, vel sequentis initio, et tum quidem nulla adhuc spes ipsi erat schismatis cito tollendi, ita enim subjungit*: Num vero meliori res nostræ futuræ sint statu aliquando, et num velint hi desistere ab improbitate sua, cuivis credo Deum si exceperis solum) esse incognitissimum.

Nazianzenum in partem laboris assumere decernit,

Orat. 20

eo renuente mutat consilium,

B. Ep. 254

et suffraganeos sibi conciliare studet:

135 *Hoc rerum statu et tempore, videtur Cæsaream advenisse Gregorius, quem forte consilii ineundi causa sollicitius invitaverat Basilius: nam ille suum cum hoc congressum interponere videtur reconciliationi Suffraganeorum, super his ita disserens.* Ac postea cum ad Basilium venissem, atque eadem de causa *(ne scilicet aliorum invidiam sibi aut illi concitaret)* cathedræ honorem insignioremque inter Presbyteros honoris locum recusassem, non modo meum hoc factum non incusavit, sed etiam, ut debuit, comprobavit; atque a nonnullis, qui rationum ipsius ignari erant, fastus insimulari maluit, quam aliquid facere, quod rationi consilioque suis adversaretur. Quonam porro modo luculentius specimen edere potuisset animi, ab omni adulatione et assentatione alieni, solamque honesti legem intuentis, quam ita constituendo de nobis, quos in præcipuorum amicorum et familiarium loco numeroque habuit? Deinde autem ab ipso dissidentes emollivit, ac sublimis et excelsæ medicinæ rationibus curavit, non enim adulatorie ac serviliter, sed perquam fortiter et magnifice hoc fecit; ut qui non præsentis solum temporis rationem haberet, sed etiam futuram obedientiam procuraret. Nam cum id quod molle ac tenerum est, dissolutum et languidum esse; ac rursum id quod austerum est, asperum et contumax esse perspiceret; utrique malo per alterum medetur,

Orat. 20

ob id laudatus a Theologo

AUCTORE F. B.

A tur, duritiam nimirum mansuetudine et facilitate, mollitiem vero gravitate atque animi firmitate temperans : sermone autem ad animarum curationem haud multum indigens, opere quam plurima perficiebat : non callido artificio homines subigens, sed benevolentia sibi concilians; nec imperii potestate utens, sed per indulgentiam, quam in potestate adhibebat, eos alliciens : et quod maximi momenti erat, quia omnes mentis acumine ipsi cedebant, eamque ipsius virtutem esse norant, ut ad eam nemo aspirare posset; unam hunc domum sibi salutem esse arbitrabantur, si cum ipso et sub ipso sese collocarent; unum autem et certissimum periculum, si in ipsius offensionem incurrerent; ab eoque disjungi nihil aliud esse judicabant, quam a Deo alienari. Sic ultro cesserunt, ac manus dederunt, et quasi ad tonitrui sonum sese submiserunt; alius alium ad ipsi satisfaciendum antevertentes, conceptamque prius adversus ipsum odii vim in non minorem benevolentiam ac virtutis incrementum commutantes : hanc siquidem unam firmissimam ipsi satisfaciendi rationem invenerant; nisi quis, ob deploratam improbitatem, neglectus atque projectus esset.

B

Dissidium istud multum Ecclesiis nocuit,

136 *Veruntamen antequam hæc omnia Basilius sua prudentia et virtute perficeret, multum temporis insumptum est : perstitit enim diu in quorumdam Episcoporum animis ista dissensio, quæ multum universis Ecclesiis nocuit. Est enim hoc dissidio Ariani, in unam alteramve Ecclesiam, aut etiam plures, suæ factionis Episcopos intruserunt. Quid enim fecisset Basilius, reliquis a se dissidentibus? cum Canones vetent Episcopum ab uno solo constitui. Ea res ipsum ad mortem pæne afflixit, ut queritur scribens S. Eusebio Samosatensi; cui se excusat, quod invitatus ab eo ad privatum quemdam conventum, minime venisset, impeditus morbo ex mœrore animi contracto.* Ac primo, *inquit*, quod spectat ad absentiam, verissima est quam scribo excusatio mea : arbitror autem hujus ipsius famam, ad tuam usque sanctitatem pervenisse : morbo nimirum decubuisse retentum, qui me adusque ipsas mortis januas deduxerat, cujus quidem reliquias, etiamnum dum hæc scribo, penes me retineo; atque illas tales, ut aliorum valetudini censeri possint intolerabiles. Ad aliud autem caput litterarum quod attinet, quod nostra ignavia minime fiat, ut Ecclesiarum status hostibus prodantur; tuam pietatem intelligere volo, Episcopos nobis communicantes, vel per socordiam vel eo quod nos

B. Ep. 26,

C suspectos haberent, nec bene ac sincere essent erga nos affecti, vel saltem per oppositionem diaboli, qui bonis operibus solet adversari, nequaquam voluisse nobiscum conspirare. Prætextu quidem et specie tenus, plures simul conspiravimus, accedente ad partes bono illo viro Bospotio : isti tamen omnes in nulla plane re necessaria nobiscum volunt consentire, adeo ut propter mœstitiam inde contractam, plurimum mihi temporis sit impendendum ad vires recolligendas, quod præcipuo est impedimento mihi, recurrentibus subinde infirmitatibus ex mœrore animi vehementiore. Enimvero quodnam ministerii genus non obivi ego? cujus tandem judicii non commemini, partim per litteras ad illos missas, partim coram et congressus? Nam ad urbem usque procurrerunt, divulgato de meo obitu rumore. Sed cum per Dei gratiam in vivis me agentem deprehendissent, disserui apud eos quæ convenientia opinabar. Præsentis certe status eos pudet : pollicentur omnia facturos quæ oportet : at reversi domum, redeunt ad antiquum. Hæc est certe in præsenti rerum nostrarum, quibus utimur conditio : Domino nos aperte derelinquente, et caritate in multis refrigescente, propterea quod iniquitas abundaverit. Tua autem potentissima et validissima apud Dominum

et Basilium pene ad mortem afflixit.

intercessio, ad omnia hæc abunde nobis satisfecerit. D Fortassis nostram minime inanem opellam præsenti rerum statui impendemus : aut, si frustra et in vacuum laborabimus, judicii certe rigorem effugiemus et condemnationem.

137 *Hoc eodem tempore afflicto afflictionem auxit simultas aliqua, suborta Basilium inter et Gregorium avunculum : quem quidem* Basilii *epistolarum interpres Patruum nominat, quod nomen* θεῖος *Patruum aut Avunculum promiscue significet : inducor tamen ut credam, potius fratrem Emmeliæ quam senioris Basilii fuisse : quia is si nunc viveret centesimum ætatis annum aut attingeret aut prætergressus esset, et Gregorius octogesimum saltem utique gratis concesso quod Macrina viginti annos fœcunda fuerit. Si vero Emmeliæ fratrem dixerimus, potuit initio hujus seculi natus cum eo adolevisse, et septuagesimum ætatis annum numerasse cum hæc discordia contigit. Nam tempus videtur recte statui initium suscepti Episcopatus, ob hæc Basilii verba tali occasione scripta :* Posteaquam vitam ingressi sumus, quæ corpus nostrum affligat pariter et animum, supra quam vires nostræ ferre valeant. *Causa et origo quamvis nullibi expressa sit, conjectura tamen verisimili teneri potest; Gregorium avunculum, ab aliis Suffraganeis Episcopis in partes eorum attractum, aversionem quamdam animi a Basilio concepisse, ita ut extra civitatem suam Episcopalem se reciperet, ne deberet Basilium Metropolitanum suum publico aliquo actu agnoscere. Hic quippe in epistolis, ad leniendum ejus animum scriptis, instanter rogat, ut cum aliis Episcopis mutuo consensu congregatis, eum convenire possit; rationem redditurus eorum quæ illi adversus eum adferebant, forsan ad schismatis sui qualiscumque justificationem. Undecumque tamen orta sit ista animorum abalienatio, gravi profecto Basilium dolore, et dissidentes ab eo Episcopos gaudio affecit, quod etiam in suo schismate reddidit pertinaciores : cum palam jactarent, proximos Basilii consanguineos minime cum eo convenire. Optabat ergo vir sanctus, malo huic finem imponi; optabat id etiam Nyssenus frater, qui verisimiliter, exploraturus Basilii animum, an in reconciliationem propenderet, et quo pacto eam inire vellet; epistolam unam contexuit, et Basilio attulit,* tamquam a venerando et communi avunculo scriptam.

Inter dissidentes videtur fuisse Gregorius Sancti avunculus

B. Ep. 44

E

quem reconciliare studens Nyssenus,

B. Ep. 44

138 Accepit is eam, ut per erat tamquam ab Episcopo communique avunculo per fratrem allatam; ostendit quam plurimis amicorum præ gaudio, egit Deo gratias, *desiderium suum magna ex parte (ut putabat) assecutus : discedenti autem fratri responsum ad avunculum tradidit, quo imprimis gaudium suum significat, ob conceptam spem de brevi redintegranda amicitia, amorem deinde erga avunculum suamque et observantiam luculenter ostendit.* Et prius, *inquit*, cupide vidi fratrem meum (quid enim non facerem, cum et frater meus sit, et talis?) et nunc quoque eodem illum affectu complexus sum, peregre cum advenisset, nihil quod ad amorem attinet immutatus. Absit enim ut tale quid in mentem veniat, quod me et naturæ oblitum, et domesticis inimicum faciat : imo magis præsentiam viri, et corporalium ægrotationum et aliarum animi mœstitiarum solamen esse putavi. Simul et dignitatis tuæ litteris, quas secum attulit, supra modum delectatus sum; quas etiam jam ex multo tempore cupide expectavi, nulla alia ratione, quam ne nos ipsi vitam nostram tristi hac fama oneraremus, quasi etiam familiarissimi inter se mutuo dissideant; unde inimicis quidem gaudium, amicis vero calamitas adferatur, irrideturque Deus, qui in perfecta dilectione discipulorum suorum characterem esse voluit. Quocirca et necessario rescribo, obsecrans, ut pro nobis ores; et quæ reliqua nos concernunt, tamquam propria cures. Rationem vero eorum quæ facta sunt, quoniam propter ruditatem intelligere

F

B. Ep. 45

litteris confictis ad Basilium, eodemque ad has respondente.

A intelligere nequimus, eum decrevimus veracem instructorem æstimare, quem ipse nobis designare dignatus fueris. Necessarium vero erit, ut et reliqua per prudentiam tuam determinentur; puta congressus noster, tempus accommodum, ac locus idoneus. Itaque si omnino hoc molestiæ subibit dignitas tua, ut ad humilitatem nostram descendat, nostrique aliquam rationem habeat, sive cum aliis, sive seorsum per teipsum convenire nos volueris, obtemperabimus: quandoquidem hoc consilii semel apud nos statuimus, ut serviamus tibi in caritate; faciamusque quovis modo, quæ nobis ad gloriam Dei facientia pietas tua præscripserit. Venerandissimum fratrem non coegimus ut aliquid oretenus nobis indicaret: quoniam prius nihil habuit de iis quæ agenda sunt satis determinatum quod diceret.

B. Ep. 44
rem pejorem facit detecta fraude

139 *Post discessum fratris Gregorii*, deprehensum est figmentum, ipso Episcopo, *avunculo nempe suo*, epistolam a se scriptam propria voce pernegante. *Fraudem ergo hanc permoleste tulit Basilius: et* Erubui, *inquit*, super hac epistola: optavimus terram nobis dehiscere, quod fallaciæ, mendacii, ac seductionis probro expositi essemus. *At Nyssenus, cum detectam fraudem adhuc nesciret*, alteram denuo *fratri* B epistolam, tamquam ab ipso Episcopo missam, per Domesticum suum Asterium reddidit: neque tamen illum vere miserat Episcopus, ut venerabilis Anthimus Basilio indicavit, *quem Hermantius Episcopum Tyanensem fuisse existimat. Cum vero Adamantius attulisset tertiam a Nysseno confictam epistolam; quo animi sensu eam acceperit Basilius, ipse declarat*, Optabam *inquiens* mihi cor esse lapideum, ne vel præteritorum recordarer, vel præsentia sentirem; ut possemus, more pecudum ad terram decussi, omnem hanc perferre plagam. *Deinde fratrem compellans, cum eo peramanter expostulat.* Sed quid facerem, *inquit*, contra meum ipsius animum, qui, post unam et alteram experientiam, nihil potest non examinatum admittere? Ista scripsi ut simplicitatem hanc tuam reprehenderem, (quam, nec alioqui Christianis congruam, præsenti tempore video non competere) ut posthac et teipsum custodias, et mihi parcas: quandoquidem harum rerum (est enim mihi ad te fiducialiter loquendum) non admodum fide dignus administer es. Attamen quicumque fuerint qui scripserunt, respondimus ipsis ut conveniebat. Sive igitur ipse experimentum mei per insidias capere volueris, sive revera ab Episcopis acceptam epistolam miseris, habes C responsa. Te vero decebat alia in præsenti tempore curare; cum et frater sis, et naturæ nondum oblitus, nosque haud videas quæ inimici sunt agere, posteaquam vitam ingressi sumus, quæ corpus nostrum affligat pariter et animum, supra quam vires nostræ ferre valeant. Verumtamen, quoniam ita me ad bellum paravi, oportet te jam hujus gratia adesse, inque disponendis negotiis communem operam adferre: Fratres enim, inquit parœmia, in necessitatibus usui sint. Si autem congressum nostrum admissuri sunt maxime venerandi Episcopi, et locum nobis determinatum et tempus constituant, perque designatos homines accersant. Quemadmodum enim ipse patruo meo occurrere non dedignabor; ita, si non cum decenti forma vocatus fuero, non veniam.

B. Ep. 45

de qua Basilius cum eo expostulat:

et tandem ad patruum scribens,

140 *Hæc ad fratrem, et altera ad avunculum epistola, cum nihil admodum profecisset Basilius, nec litteras ab eis ullas nec colloquium impetrasset, quo sublata quacumque demum simultate, invicem omnimode reconciliarentur; tandem, ne nihil intentatum relinqueret, ipsemet ad Gregorium avunculum litteras scribit: omnique qua potest submissione, rogat obtestaturque, interposita prudentiæ et mansuetudinis ejus mutuique amoris commemoratione, ut solita erga ipsum benevolentia uta-*

tur; Silui, *inquit*: num et semper silebo? et feram D ut intolerabilissimum istud silentii damnum contra meipsum amplius dominetur et obtineat, dum nec ipse scribo, nec alloquentem audio? Ego quidem hactenus in tristi isto proposito meipsum continui; sed id arbitror mihi quoque cum Propheta non immerito dicendum, Quoniam silui, sicut parturiens toleravi. Semper quidem vel congressum, vel causæ tractationem desideravi: semper vero, ita promerentibus peccatis meis, voto frustratus sum: non enim possum aliam factorum excogitare rationem, quam quod persuasus sum veterum delictorum me, in ista dilectionis tuæ separatione, luere pœnas: si tamen jure vocari in te debeat separatio, a quocumque tandem te segreges, nedum a nobis, quibus ab initio patris loco fuisti. Sed peccatum meum, quasi densa quædam nubes, occupato mihi omnium illorum ignorantiam indidit. Quando enim considero, nullum alium mihi ex ista separatione allatum esse fructum, præter dolorem quem peperit; quomodo præsentia non merito peccatis meis adscribam? Verum sive peccata causæ sunt eorum, quæ acciderunt, hic mihi molestiarum finis esto; sive dispensatione divina id factum est, adimpletum esto prorsus E quod quærebatur: non enim modici temporis damnum perpessi sumus. Quocirca amplius non ferens, primus in vocem prorupi, obsecrans ut et nostri rationem habeas, et tui ipsius, qui majorem per omnem vitam ostendisti curam nostri, quam ipsa cognatio exigebat; et civitatem jam nostri gratia diligas, nec propter eos te ab ea alienes. Si qua igitur consolatio est in Christo, siqua communio Spiritus, si qua viscera commiserationis, comple votum meum: dissolve hic quæ molesta sunt: initium quoddam fac hilariori rerum conditioni in futurum, qui et in aliis ab optima præceptor es, et ad illicita neminem sequeris. Neque enim cujusquam corporis proprius character quisquam sic reputatus est, ut animo tuo illud pacis et placiditatis studium comperit; utpote tali viro, qui reliquos ad te pertrahas, ac quosvis appropinquantes tibi, veluti pretiosi cujusdam unguenti fragrantia, morum tuorum comitate adimpleas. Nam etiamsi jam contrarium aliquid in medio est, brevi tamen post et ipsum pacis bonum agnoscetur: donec enim quæ ex dissidio sunt calumniæ locum habent, necessario suspiciones in pejus augentur. Neque sane illis decorum est, quod nos negligunt, multo vero minus dignitati tuæ: etsi enim non nihil deliquimus, meliores tamen erimus F si fuerimus admoniti (hoc vero sine mutuo congressu et alloquio fieri non potest) si vero nihil injuriæ vobis inferimus, quam ob rem odio habemur?

AUCTORE P. B.
B. Ep. 46

molestiam illam suis peccatis imputat,

in eoque conformans se divinæ voluntati

obtestatur per priorem benevolentiam,

per studium pacis,

141 Istam igitur meam ipsius quidem tamquam bicornem rationem prætendo: quæ vero ab Ecclesiis ipsis dici possent, quæ nihil utilitatis ex nostro dissidio tulerunt, silere præstat. Non enim ad hoc te alloquor, ut mœrore afficiam; sed ut res tristes consopiam. At prudentiam tuam prorsus nihil fugit, sed multo majora ac perfectiora, quam nos cogitamus, ipse intellectus acumine assequeris, aliisque declaras: qui et ante nos quæ Ecclesiis damno fuere vidisti; et doles etiam plus quam nos, jam olim edoctus a Domino etiam eorum qui minimi sunt contemnere neminem. Jam vero damnum istud non unum et alterum occupat, sed integræ urbes ac populi calamitatum nostrarum participes sunt. De fama namque rerum nostrarum apud exteras nationes non attinet dicere, quid de nobis illi dicturi sint. Decet itaque istam animi tui dexteritatem, contentionem quidem aliis permittere (imo et illorum animis eam quoad fieri poterit eximere) ipsa vero quæ tristia sunt per patientiam vincere. Nam ulcisci velle,

per Ecclesiæ utilitatem,

per famam propriam et suorum,

AUCTORE F. B.

A velle, cujusvis est animi excandescentis: vincere vero hoc demum tuum est solius, et si quis alius tibi virtute similis fuerit. Hoc autem non dicam, quod qui nobis molestus est, iram suam effundit in eos qui nullam injuriam intulerunt. Sive igitur apud nos coram, sive per litteras, sive ad te vocemur, aut quovis alio modo placuerit, animum nostrum aliqua consolatione dignare. Optaremus quidem ut coram Ecclesia pietas tua compareret, et nos pariter et populum cum ipso conspectu tum gratiæ tuæ sermonibus curaret. Hoc igitur si istuc fieri poterit, erit optimum; si vero aliud quid videbitur, et illud amplectemur; dumtaxat solide nobis significetur, quod prudentiæ tuæ ad consolandum nos, visum fuerit opportunum. *Hac tanta submissione et amoris testificatione quid consecutus fuerit Basilius, ignoratur. Hermantius existimavit tunc ad eum profectum Gregorium Nyssenum, eique litteras ab avunculo attulisse, quibus responderit Basilius Epistola quadragesima quinta superius prolata. Ego tamen, consideratis variis circumstantiis, verisimilius judico Epistolam istam responsionem esse ad litteras priores Nysseni, nomine avunculi sui confictas: quippe in fine Epistolæ quadragesimæ quartæ affirmat, habere ipsum responsa ad litteras*

ut inter se conveniant:

quod videtur impetrasse.

B *avunculi, seu veras seu fictas: adeoque quid post ultimas Basilii actum sit prorsus censeo ignorari. Est tamen omnino credibile, priorem benevolentiam rursus inter eos coaluisse, cum nulla cujusvis simultatis posteriae reperiatur memoria.*

CAPUT XII.

Pro extirpatione Arianæ hæresis et Ecclesiarum pace, Basilius per litteras apud Athanasium et Damasum satagit.

Ita res ipsius *(Basilii)* domesticæ ex animi sententia constitutæ sunt, *inquit Nazianzenus, quem ita hic intelligendum existimo, ut affirmare intendat, præcipuos Episcopos et Suffraganeos ejus, atque inter istos Græcorum patruum, Basilio reconciliatos fuisse, offensione omni sublata, quam ex electione ejus conceperant: quamvis nonnulli in sua pervicacia, ad annum unum aut alterum, perstiterint, ut supra ostensum est. His vero reducendis dum privatim insudat,* majus et sublimius animo agitare incepit. Nam cum alii omnes id tantummodo, quod ante pedes est, videant, suaque ut in tuto sint laborent (si tamen id satis tutum esse potest) nec ulterius progrediantur, nec magni aliquid et strenui vel cogitatione complecti vel efficere queant, ipse

Domesticis utcumque compositis, Orat. 20

statum circumspiciens Ecclesiæ universæ, Orat. 20

C contra, utcumque ceteris in rebus moderatus esset, hic tamen modum haudquaquam tenuit. Verum sublato in altum capite, mentisque oculis quoquoversum jactatis, omnes eas orbis partes, quas salutifera Christi doctrina pervagata est, comprehendit. Cumque videret magnam illam Dei hereditatem, ipsius doctrina et legibus, atque cruciatibus acquisitam; gentem illam sanctam, regium illud Sacerdotium, male se habere atque in sexcentas opiniones et errores distractum esse; ac vineam illam, quæ ex Ægypto, hoc est ex impia et caliginosa ignorantia, translata et transplantata fuerat, atque ad tam immensam pulchritudinem et magnitudinem pervenerat ut terram universam operiret, ac supra montes et cedros assurgeret; hanc, inquam, cum videret a pravo et agresti apro, id est a diabolo labefactatam et pervastatam; haudquaquam satis esse judicavit, si calamitatem istam tacite deploraret, manus ad Deum dumtaxat tolleret, ab eoque urgentia mala depelli precaretur, ipse interea altum dormiens: verum faciendum sibi quoque putavit, ut opem quamdam afferret, ac de suo aliquid erogaret. Quid enim hac calamitate tristius, aut pro

hæresi dilaceratu,

qua tandem re magis elaborandum ei, qui sursum D spectat? Uno etenim homine recte aut male se gerente, nihil hinc Reipublicæ portendi; at Republica hoc aut illo modo se habente, singulos etiam eodem modo affici necesse esse.

143 Hæc igitur ille publici commodi procurator et antistes secum reputans atque perpendens; quandoquidem tinea ossium est, cor sensu præditum, ut Salomoni et veritati placet: atque ut dolore carere lætum et jucundum; ita commiseratione tangi triste et acerbum, pectusque conficit diuturna cogitatio. Idcirco mœrebat, angebatur, convulnerabatur: idem ipsi, quod Jonæ, quod Davidi, usu veniebat; animum despondebat, nec aut somnum oculis, aut dormitationem palpebris concedebat: quidquid carnium supererat, curis absumebatur, quoad huic malo remedium invenisset: divinam et humanam opem, quæ publicum incendium comprimeret, offusamque nobis caliginem discuteret, implorabat; atque interim unum quid valde salutiferum excogitat. Nempe, cum seipsum quantum fieri poterat collegisset, et cum spiritu conclusisset, atque omnes humanos sensus excitasset, et altissima atque obscurissima quæque Scripturæ loca pervolvisset; piam doctrinam litteris consignat: itaque instructus, colluctationibus et præliis crebris ingentem hæreticorum audaciam frangit atque propulsat; eos quidem qui manus conferre ausi fuerant, armis linguæ cominus contundens; eos autem qui procul ab eo dissiti erant, sagittis ex atramento confectis feriens, nihilo inferioribus iis litteris, quæ olim in tabulis insculptæ sunt. Nec uni tantum et exiguæ Judæorum nationi de cibis et potionibus, et caducis sacrificiis, carnisque purgationibus; sed omnibus hominibus, atque omnibus orbis partibus, de veritatis doctrina, ex qua salus comparatur leges statuit Deinde, quoniam æque imperfecta res est actio sermone destituta, et sermo ab actione remotus; idcirco actionis subsidium sermoni adjungebat; alios videlicet adiens, ad alios legationem mittens, alios accersens, admonens, arguens, increpans, minis infectans, probris incessens; pro gentibus, pro urbibus, pro singulis etiam hominibus certamen suscipiens; omne salutis genus excogitans; undecumque medicinam morbo adhibens: Beseleel ille, ille inquam Arcæ divinæ fabricator, materiam omnem et artem ad opificium accommodat, atque omnia contexit ad eximiam quamdam unius operis pulchritudinem et concinnitatem.

commiseratione tabescit,

opem a Deo implorat,

E

scriptis hæreticos confundit,

et diversimode conversionem eorum promovet

F

144 *Hæc generatim de Basilii pro Ecclesia sollicitudine Nazianzenus: peculiaria quædam elucidationis ergo subjungimus. Cum sibi persuaderet vir sanctus, plurimum ad Ecclesiarum pacem promovendam conferre posse, si Valentis Imperatoris favor orthodoxis conciliaretur, aut saltem infringeretur furor in ipsos sævientis: quo ejecti fidei causa Episcopi, ad suas Ecclesias reverterentur; eo sibi imprimis connitendum putavit. Erant in aula Imperatoris non nulli Duces orthodoxi, magnæ apud ipsum auctoritatis; inter quos numerabantur, Trajanus, Terentius, Victor et Arinthæus: tentavit eorum animos, an ipsi pro ejectis apud Imperatorem satagere vellent. Verum* intellexit, eos, quamvis apud rerum dominos potentes essent, nihil neque velle illis, neque posse de causa ejectorum suggerere, sed hoc lucro deputare, si nihil in Ecclesiis pejus geri videatur. *Alio igitur cogitationes suas convertit.* Olim noverat, *inquit ipse*, secundum admensuratam sibi rerum gerendarum cognitionem, sciebatque unam acquirendi auxilii viam esse, si cum Orientalibus Ecclesiis Occidentales Episcopi conspirarent et convenirent. Etenim si voluerint hi eumdem zelum, quo contra unum et alterum *(Auxentium nempe et Saturninum aliosque per Illyricum hæreticos)* qui in Occidente

Ad Valentem Imp. conciliandum orthodoxis

implorat auxilium Principum, B. Ep. 58

et Occidentalium Episcoporum

A Occidente diffamabantur, usi sunt, etiam pro Orientalium partium parœcia soliciti demonstrare : forte faciendum aliquid quod prodesset communiter omnibus ; unde et qui rerum potiuntur multitudinis auctoritate permoverentur, et populi quaquaversum illos sine contradictione sequerentur. *Propterea censebat, per Occidentales Episcopos, præsertim Romanum Pontificem, miserandum Ecclesiæ Orientalis statum exponendum Valentiniano Imperatori orthodoxo, et cui Valens debebat Imperium, ut is fratrem suum cogeret orthodoxis esse placatiorem.*

Ibid.

145 *Porro* neminem putabat de præsenti Ecclesiarum statu vel confusione ita dolere, *atque S. Athanasium Alexandrinum,* sæpe enim expendebat cogitabatque, quod si sibi miserabilis appareret Ecclesiarum corruptio, quomodo credibile esset affici istis in rebus eum, qui veteris Ecclesiarum Dei circa fidem constantiæ et concordiæ experimentum ceperat : adeoque, quemadmodum multa Athanasium mœstitia occupabat, ita arbitrabatur Basilius prudentiæ illius competere, ut excellentem de conservandis Ecclesiis solicitudinem ei adjunctam haberet : præsertim cum nemo esset, ad ista quæ in Occidente B perficienda erant, valentior ; nemo qui acutius, quid faciendum esset, expenderet ; nemo ad ea quæ utilia essent agenda efficacior, nemo ad considerandum Fratrum necessitatem condolentis affectu magis præditus, nemo universo Occidenti honorabili canitie sua venerabilior : *grandævus quippe erat, et Episcopatus annum* XLIV *expleverat. Hunc ergo per litteras sic adhortatur.* Relinque monumentum aliquod ista conversationis tuæ vita dignum, colendissime Pater : innumeros illos quos pro pietate tulisti labores, uno isto opere confirma. Viros aliquos Ecclesiæ tuæ, potentes in doctrina sana, ad Occidentales Episcopos mitte ; qui, quibus calamitatibus occupemur ac premamur, illis exponant. Instrue illos, qua forma istæc narrandi debeant uti. Esto Samuel Ecclesiis : particeps esto afflictionis laborantium populorum : offer pacificas preces ; pete gratiam a Domino : monumentum aliquod pacis infer ac relinque Ecclesiis. Scio quam langueant Epistolæ, ad conferendam operam tanto negotio : verum neque ipse aliorum solatio et adjumento opus habes, non magis quam athletarum dexterrimi acclamatione puerorum ; neque nos ignorantem docemus, sed sedulo ac satagenti impetum conandi intendimus.

Ibid. — *per S. Athanasium,* — Ibid.

146 *Hanc epistolam Basilius Athanasio misit,* per C Dorotheum, Ecclesiæ Antiochenæ, quæ Meletio suberat, Diaconum : *siquidem ea miserando schismate laborabat. Non enim solum Orthodoxi et Ariani diversum habebant Episcopum, sed et ipsi Orthodoxi inter se divisi, partim Paulino, partim Meletio adhærebant. Est autem de schismatis hujus origine et progressu pluribus actum vigesima Maji, ubi de S. Lucifero Calaritano, Capite quinto. Atque hæc altera Basilii cura erat, ut Orthodoxi inter se sublato schismate conciliarentur, Quia vero qui cum Meletio erant, numero superabant reliquos, nequidem satis inter se unitos ; convenientius judicabat, ut Meletio omnes unirentur ; tum quia virtuti ejus id congruum videbatur, tum quia existimabat id etiam Occidentalibus Episcopis (quamvis eorum communione Paulinus frueretur) non displicitu-rum. Itaque per eumdem Dorotheum missa epistola, hortatur Athanasium, ut per se rem componere festinet, non expectatis ab Occidente legatis.* Antiochenæ, *inquit,* Ecclesiæ status manifeste a tua pietate pendet, ut alios quidem ædifices, alios vero compescas ac quietos reddas, atque Ecclesiæ vires per unanimem consensum restituas. Quod enim, juxta eos qui medicorum sapientissimi sunt, initium curandi ab illis sumere debeas qui periculosissime laborant, nemo est qui te melius intelligat. Jam vero totius orbis Ecclesiis, quæ tandem magis opportuna est, D quam Antiochena? quam si contigerit ad concordiam redire, nihil prohibebit quo minus universo corpori, tamquam corroboratum caput, sanitatem suppeditet. Revera autem sapientia tua et evangelica commiseratione urbis illius ægritudines opus habent ; quæ non ab hæreticis solum scissa est, sed et ab illis qui idem sentire dicuntur, discerpitur. Ista vero componere, et in unius corporis harmoniam reducere, illius est qui et siccis ossibus, ut ad nervos et carnem iterum restituerentur, ineffabili sua virtute largitus est. Magna enimvero et omnino grandia Dominus per Sanctos suos operatur : et hic rursus excellentiam tuam talium administrationem decere speramus, ut turbatio quidem populi prosternatur ac tollatur, factiosæ vero ac sectariæ prælaturæ cessent : atque omnes invicem alter alteri in mutua dilectione subjiciantur, vetusque robur Ecclesiæ restituatur.

B. Ep. 50 et 51 — *schisma Antiochenum* — B. Ep. 48 *tollendum studet,*

AUCTORE F. B.

147 *Post discessum Dorothei alia Epistola mentem suam clarius etiam explicavit Basilius, addito insigni Meletii elogio :* Mihi quidem, *ait,* superioribus ad dignitatem tuam litteris sufficere videbatur, si tantum ostenderem, quod populi Sanctæ Antiochenæ E Ecclesiæ circa fidem robur ad unam oporteat concordiam et unitatem conciliari, ut declaretur, quod pientissimo Episcopo Meletio opus sit, ad ea quæ jam in plures partes dissecta sunt coadunanda. Quoniam vero is ipse dilectus Syndiaconus noster Dorotheus, dilucidiorem de rebus istis sibi memoriam quæsivit, necessario subscribimus : quoniam et universo Orienti in votis hic sit, nobisque imprimis, qui quovis modo illi conjuncti sumus, ut desiderabilem hunc virum Ecclesia videat, adhærentem Domino, et fide irreprehensibilem et vita; cui et reliqui nulla ratione comparari queant, dignum qui universo (ut ita dicam) corpori Ecclesiæ præsit, et cujus respectu ceteri sint tamquam resectæ particulæ : igitur undique et necessarium et utile est, ut isti viro reliqui, perinde atque magnis fluviis minores, concilientur. De aliis vero instituenda est œconomia quædam, quæ et illis conveniat, et populum pacatum reddat, prudentiæque tuæ ac illustri solertiæ et diligentiæ competat. Prorsus autem immensa prudentia tua novit, quod concordibus in Occidente eadem placuerint, sicut indicant litteræ, quæ nobis per beatum Silvanum allatæ sunt.

B. Ep. 50 *et Meletium in Episcopatu confirmandum,* — *sic ut aliorum paci prospiciatur.*

148 *Non diu post hæc, cum judicaret auctoritatem* F *Athanasii plurimum conferre posse ad redintegrandam Ecclesiarum pacem, cui ipse unice studebat :* cumque tamquam ex evidentissimo argumento concluderet, in maximis fidei capitibus recte sentire eum, qui cum illo communicaret; *missis iterum litteris rogat, ut Episcopis quibusdam, ad Ecclesiæ unionem redire volentibus, prior communionis epistolas scribere dignaretur. Quinam isti fuerint, felicius forsan indagabimus, cum ipsam epistolam proposuerimus.* Quando, *ait,* ad res ipsas quidem respicimus, et difficultates expendimus, a quibus omnis boni efficax operatio, quasi quodam retinaculo, impedita detinetur ; eo relabimur, ut prorsus de nobis ipsis desperemus . quando vero ad honestam illam gravitatem tuam convertimur, ac cogitamus, quod te Ecclesiasticarum infirmitatum Dominus noster medicum constituerit ; animos resumimus, et ex desperationis lapsu ad spem rerum meliorum erigimur. Dissoluta est omnis Ecclesia, quemadmodum neque prudentia tua ignorat : vides enim omnino, quasi ex quadam mentis et contemplationis tuæ specula, quæ ubique gerantur ; perinde atque in mari, cum multis simul navigantibus pariter omnes naviculæ inter se collidun-tur violentia procellarum ; fitque naufragium, partim quia externa aliqua causa mare violenter perturbat,

Eumdem rogat, ut Episcopis quibusdam, ad Ecclesiam redire volentibus, — B. Ep. 37 — B. Ep. 51 — *Ipse velut infirmitatum ecclesiasticarum medicus,*

A AUCTORE F. B. turbat, partim quia ipsi navigantes confuse inter se invicem concurrunt, et in se ipsos impelluntur. Satis fuerit in ista imagine contueri depictam Ecclesiæ calamitatem, ut in illa liceat terminare sermonem, cum et sapientia tua non requirat plura, neque præsens status eam indulgeat nobis loquendi libertatem. Et ad ista quis sufficiens gubernator? quis tantæ fidei, ut credatur excitaturus Dominum, qui et ventum increpet et mare? Quis autem alius, quam qui a puero in pietatis agonibus decertavit? Quoniam igitur quicumque inter nos sani sunt circa fidem, ad eorum qui ejusdem doctrinæ sunt concordiam et unitatem dextre accedunt; bona cum fiducia ad consolationem tuæ clementiæ venimus, ut omnibus nobis unam scribas Epistolam, quæ quid agendum sit admoneat: nam volunt, ut abs te initium ipsis fiat, cognoscendi quid communiter dicendum tenendumque sit. Quoniam vero tibi, propter memoriam præteritorum; suspecti forsan et inimici videntur; hoc facito, pientissime Pater; epistolas, ad Episcopos scriptas, mihi transmitte, sive per aliquem eorum quos illic habes fideles, sive etiam per Fratrem nostrum et Syndiaconum Dorotheum; *prior per litteras offerat communionem suam:* quas acceptas non prius ad eos dabo, quam responsa B ab ipsis accepero: quod si ita non fecero, peccator ero in te omnibus diebus vitæ meæ. Omnino autem non est majori timori obnoxium istud ei, qui ab initio ad Patrem locutus est, quam mihi nunc est, quod ad te spiritualem Patrem loquor. Si vero hoc apud te plane desperatum est; permitte nobis ut hanc causam sustineamus; qui sine dolo ac simplici animo, desiderio pacis et mutuæ unionis inter nos, idem in iis quæ Domini sunt sentientes, ad istam legationem et meditationem accedemus.

149 *Plures quidem erant Episcopi, qui a Basilio et Athanasio dissidebant, non tamen omnino liquet quinam ii fuerint, de quorum reconciliatione hic agitur. Ii enim qui Basilii ordinationem iniquo ferebant animo, quamvis etiamnum aliqui in sua pervicacia durarent, non tamen separaverant se a communione Athanasii, imo neque Basilii. Præterea ipsis non convenit quod asserit Basilius, eos nempe desiderare ab Athanasio doceri, quid communiter dicendum tenendumque sit:* *erant forsan hi Eustathius et socii.* ***hoc enim non obscure indicat, eos de fide instrui ab** Athanasio voluisse, qui cum ipso redire volebant in concordiam. Neque tamen ideo hæc de Arianis intelligi possunt: hi enim sub Valentis imperio, potius de sua stabilienda hæresi, quam deserenda cogitabant. Eapropter non invenio,* C *de quibus cum verisimiliore conjectura hæc epistola intelligi possit, quam de Eustathio Sebasteno ejusque sociis, qui jam ante annos circiter sex in Concilio Tyanensi, exhibitis Liberii Pontificis litteris, tantum non in communionem fuerant recepti; certe recipiendi erant in Tarsensi, ad hunc finem congregando, nisi Valens ab Arianis inductus vetuisset Synodum convenire. Cumque illi tum temporis pœnitentiam præ se ferrent, et omnimodam cum orthodoxis reconciliationem; adeo ut Liberium Pontificem, et ipsum Basilium deceperint; nil mirum si hic, desiderio pacis et mutuæ unionis, Athanasium rogaverit, ut illos in communionem reciperet: quamvis judicaret eos,* propter præteritorum memoriam, ipsi merito suspectos esse.

150 *Athanasius, eo quo par erat animo, Basilii litteras accepit: et quo ejus votis satisfaceret, remisit Dorotheum Diaconum, qui (ut credere fas est) epistolam illi tradiderat, de qua alibi ita meminit:* *B. Ep. 75 Respondet Athanasius recipiendos, si fidem Nicænam profiteantur.* Ego cum accepissem beatissimi Patris Athanasii Alexandrini Episcopi litteras, quas etiamnum in manibus habeo, et requirentibus legendas objicio; quibus ille manifeste edixit, quod si quisquam ex Arianorum hæresi ad nos transire voluerit, admittendus esset; nec quidquam in illo assumendo hæsitandum, si Nicæni D Concilii fidem confiteatur: et dogmatis hujus consortes ille mihi omnes, cum Macedoniæ, tum Achaiæ Episcopos allegasset; necessarium arbitratus sum, ut tanto viro, propter fide dignam auctoritatem eorum qui id decreverant, obsequerer: simulque præmium, pacis studiosis destinatum, adipisci cupiens, eos qui fidem istam confitebantur communicantium parti adscripsi. *Post discessum vero Dorothei, profectus est etiam jussu Athanasii, e sacro Cleri sui cœtu, Petrus reverendissimus Presbyter: non iste quidem qui ejus in Episcopatu successor fuit, numquam oculis corporeis a Basilio agnitus; sed alius, quem ille, post septimanas aliquas venientem ad se,* *Ab eodem ad illos mittitur Petrus Presbyter* multo cum gaudio excepit, bonumque peregrinationis ipsius laborem probavit: B. Ep. 320 quem mandata Episcopi sui executum ostendit, B. Ep. 52 conciliatis quæ erant contraria, ad conjunctis quæ erant divulsa. *Quo datur intelligi, Petrum, non recto itinere ad Basilium venisse; sed prius accessisse ad eos Episcopos, pro quibus in communionem recipiendis Athanasium Basilius rogaverat. Nam ille, quamvis ejus zelum probaret, longa tamen experientia edoctus, quam parum hæreticis pœnitentiam simulantibus sit fidendum, non omnino Basilii consilium sibi sequendum duxit, ut ipse prior ad eos communicationis* E *litteras mitteret; sed maluit per Petrum Presbyterum ipsorum animos explorare. Verum hic quoque in aliquam ab ipsis fraudem videtur inductus, cum crediderit et Basilio asseruerit* conciliata esse quæ erant contraria, et conjuncta quæ erant divulsa: *adeoque forsan non satis cautus, in errorem lapsus est, quem sibi etiam obrepsisse narrat Basilius:* *sed hunc illi mentita conversione fallunt,* Si nonnullos, *inquit*, aliquando Arii discipulos ad communionem as- B Ep. 75 sumpsimus, ita illos admisimus, ut morbum suum intime celantes pietatis verba loquerentur, vel certe doctrinæ nostræ nihil obluctarentur. *ut et Basilium.* Et hac in re non nostro ipsorum erga tales usi sumus judicio; sed magis decreta Patrum nostrorum, quibus illi de talibus jam olim quid faciendum sit statuerunt, sectati sumus.

151 *Dum ista aguntur, considerans Basilius, quam multa ad Ecclesiarum pacem proponerentur, quam pauca perficerentur, cum difficile foret legatos Occidentalium Episcoporum nomine impetrare, atque eos tamen expectandos censeret Athanasius, antequam Antiocheno schismati mederi posset: rursus ad eum mittit Dorotheum Diaconum, in istum quem litteris significat finem.* *Hic rursus ad Athanasium scribit* Accommodatissimum, *inquit*, arbitrati sumus, si, veluti ad omnium nostrum verticem, ad tuam integritatem refugiamus; teque et consultore, et F rerum gerendarum duce ac principe utamur. B Ep 52 Hac de causa et Fratrem nostrum Dorotheum, *per Dorotheum Diaconum,* ejus Ecclesiæ quæ sub colendissimo Episcopo Meletio est Diaconum, bono circa rectam fidem zelo usum, cupientemque et ipsum Ecclesiarum videre pacem, ad pietatem tuam remisi; ut consiliis tuis obsequentem (quæ in illo et tempore et rerum experientia, et spiritu consilii quo reliquos præcellis, certiora reddere potest) rebus agendis ac prosequendis admoveas. Eum tu suscipies absque dubio, oculisque pacificis aspicies; confortans ipsum precum tuarum auxilio, instruensque litteris; imo et quibusdam illic tuorum studiosis, ad injunctum propositum duces.

152 Visum est autem mihi consentaneum, ut scribatur Episcopo Romæ, ut quæ hic geruntur consideret, et sententiam suam expromat. *proponens quid a Rom. Pontifice petendum,* Et quoniam difficile est ut communi ac synodico decreto aliqui illinc mittantur; ipse sua auctoritate in ista causa usus, viros eligat, non tantum ad ferendas itineris molestias idoneos, sed ad hoc quoque accommodos, ut mansuetudine et facilitate ingenii, eos qui distorti et obliqui apud nos sunt corrigant; apte ac dispensatorie sermonem attemperantes; omniaque

A niaque secum habentes necessaria, ad ea rescindenda quæ Arimini per vim et violentiam gesta sunt. Illi vero, nemine id sciente, absque strepitu, veniant per mare ad eos qui hic sunt; ne qui pacis inimici adventum ipsorum præsentiscant. Quæritur autem et hoc a nonnullis illic, quod et nobis ipsis videtur necessarium, ut Marcelli hæresim, cum illuc venerint, tamquam malam ac noxiam et a sana fide alienam exterminent: quoniam ad hunc usque diem, in omnibus quas scribunt litteris, Arium quidem pessime audientem sursum ac deorsum versantes, anathematizare atque ab Ecclesiis eliminare non cessant; Marcellum vero, qui attulit impietatem, Arianæ ex diametro respondentem, atque contra eamdem Unigeniti Divinitatisque essentiam impie egit, Verbique appellationem male usurpavit, ne semel quidem accusare videntur: qui Verbum quidem, Unigenitum vocari tradit, ratione ministerii ac dispensationis, et quatenus in tempore natus prodiit; ceterum ad eum unde egressus erat reversum, nec ante egressum fuisse, nec post regressum, subsistere. Et hujus quidem experimentum ac demonstrationem reconditi apud me iniquæ illius B syngraphæ libri continent; ipsi tamen istum nequaquam visi sunt reprobare, et propterea culpandi veniunt; ut qui ab initio illum, per ignorantiam veritatis, in ecclesiasticam etiam communionem receperint. Igitur et illius decenter fieri mentionem præsentia negotia exposcunt. Itaque ne occasionem habeant, qui occasionem quærunt ex eo, quod sanctitati tuæ conjunguntur qui fide sani sunt, manifestandi sunt omnibus qui ad veram fidem claudicant; et ut posthac agnoscamus nobis consentientes; et non, perinde atque in nocturna pugna, inter amicos et inimicos nullum discrimen faciamus.

quale. ab hoc in Orientem mittendi,

in causa Marcelli Ancyrani,

de cujus hæresi constare sibi dicit;

153 Tandem admonemus, ut mox cum prima navigatione prædictus Diaconus mittatur, quatenus sequenti anno fieri queat aliquid eorum, quæ tantopere cupimus. Sed et illud etiam præ ceteris sermonibus, quos attigimus, considerabis et accurabis; scilicet, ut cum illi, qui mittendi sunt, volente Deo advenerint, non inferant Ecclesiis schismata: sed potius idem sentientes, quovis modo ad unionem pertrahant, etiamsi quosdam invenerint, qui peculiaria quædam dissidii inter se argumenta præferant; ne populum orthodoxum a Præpositis suis separent, inque multas partes dividant. Curandum est C enim, ut paci posthabeantur omnia, et cum primis Antiochenæ Ecclesiæ adferatur medela: ne quæ in illa est sincera pars, imbecillis facta, personarum respectu scindatur. Tu vero hæc omnia tandem magis ipse quam nos curabis: quandoquidem, quod et auxiliante Deo precor, intelligis, omnes tibi, ea quæ Ecclesiarum statum concernunt, permittere ac commendare. *Ita cum Basilius sententiam suam exposuisset Athanasio; ne Dorotheum dimitteret inscio Meletio, cujus Diaconus erat, litteras quoque ipsi commisit ad illum deferendas, quibus eidem quæ acta sunt, quæque adhuc agenda exponit;* Imprimis, quod hactenus religiosissimum Fratrem Dorotheum apud se detinere voluerit, ut sub finem negotiorum dimissus, singulas res gestas ipsi significare posset.

quid denique curandum legatis cum Romam advenerint,

Meletio significat,

F Ep 57

154 Quoniam, *inquit*, dum diem ex die ducimus, in longum tempus et simul ab ipsis rebus propositis differimur: tum vero, quia (ut in negotiis difficillimis fieri solet) sub manu nobis consilium natum fuerat; misimus prædictum hunc virum, ut et sanctitatem vestram conveniat, et per ipsum singula referantur, et quid nos suggeramus ostendat; ut si cogitationes nostræ commodæ et utiles videantur, ab integritate vestra hoc studii impendatur, ut opere perficiantur. *Denique significat, decretum esse*, ipsum Dorotheum Romam usque *profecturum, qui permoveat* D *quosdam ex Italia, ut Orientales invisant; idque per mare, quos eos effugiant a quibus possent impediri: quandoquidem ii qui apud rerum Dominos potentes sunt, nihil* neque vellent neque possent de causa ejectorum illic suggerere; sed hoc lucro deputare, si nihil in Ecclesiis pejus geri videatur. Igitur si, *inquit*, prudentiæ tuæ consilium nostrum utile visum fuerit, dignabere et epistolas formare, et monita dare, de quibus oporteat ipsum tractare; et ad quos, et quando. Ut autem majorem fidem et auctoritatem habeant litteræ, assumes plane socios, nobis concordes, etiamsi modo nobis non adsint. *Dorotheo autem, post septimanas aliquot Cæsaream reverso, cum intelligeret Basilius consilium suum ab Athanasio et Meletio probari; statim illum in Occidentem ablegavit, mandatis; quæ superioribus litteris continentur, scripto traditis. Adjunxit quoque epistolam ad S. Damasum Pontificem, quæ sine inscriptione reperitur ducentesima vigesima: istam quippe scriptam esse apparet, ad præcipuum quemdam Episcopum, longis terrarum spatiis disjunctum, qui Orientis necessitatem minus haberet perspectam, et tamen posset per se vel legatos suos remedium implorantibus afferre. Hæc enim omnia cum Romano Pontifici, magis quam ulli alteri conveniant, dubium nullum relinquitur, quin hæc ipsa sit epistola, quam Basilius per Dorotheum ad Damasum misit.* E

Romam mittendum Dorotheum

ALCIONE F. B *quem cupit ab eo litteris instrui,*

ipse proficiscenti tradit suas ad Damasum

155 Antiquæ, *inquit*, dilectionis leges revocare, et parentum nostrorum pacem (cœleste illud donum Christi et salvificum, sed tempore evanidum et defloridum) ad vigorem pristinum restituere, necessarium quidem nobis est; utilissimum autem et jucundum (sat scio) tuæ Christianissimæ videbitur dispositioni. Nam quid potest esse jucundius visu, quam videre illos, tot terrarum interjectis spatiis ab invicem separatos, per amoris unionem, veluti membra, in quamdam harmoniam, in Christi corpore conjunctos et compactos? Universus quidem propemodum Oriens, Pater colendissime, hoc est quidquid ab Illyrico ad Ægyptum usque protenditur, vehementi tempestate et fluctuum exagitatione percellitur, per hæresim, olim ab Ario veritatis hoste disseminatam, his vero diebus repullulantem, impudenterque iterato se exerentem, et tamquam ab radice amarissima fructum letiferum proferentem, jam- F que ad vim quidem nonnullam aspirantem: propterea quod ubique per omnes Episcoporum diœceses, illi qui primi sunt et principes tuendæ doctrinæ sanæ atque orthodoxæ, per falsas calumnias et injuriosas contumelias ab Ecclesiis pelluntur; rerum vero agendarum potestas conferatur in eos, qui simpliciorum animas captivas ducunt. Horum certe malorum remedium esse unicum arbitramur, miserationis tuæ visitationem solicitudinemque. Animas nostras præteritis temporibus solatio affecit dilectionis tuæ magnitudo; recreati sumus, etiamsi ad modicum tempus, et animis nostris confirmati, serenissimo illo rumore, quo dictum est, vos aliquam nobis curam et visitationem impertituros. At postquam spe ista excideramus, cum ulterius continere nos nequiremus, eo descendimus, ut per litteras nostras aliquantulum solatii nobis faceremus, si vos iis excitati tandem, nostri susciperetis curam; et quosdam ejusdem nobiscum confessionis huc mitteretis, qui discordantes inter se partes vel conciliare, vel Dei Ecclesias revocare ad amicitiam et unionem possent: vel saltem eos propalam vobis manifestos reddere, qui fluctuationis istius causæ erant, ut de cetero vobis omnibus liquere queat, ad quorum demum communionem

P Ep 220 *quibus, caritatis commemoratione,*

et exposito Orientis miserrimo statu;

implorat ejus auxilium,

A munionem accedere debeatis. Prorsus tamen nihil intempestivum cupimus, sed quod beatis olim viris et Deo carissimis in more positum fuit, et omnibus, imprimisque vobis ipsis, familiare est. Novimus enim, partim beneficio memoriæ, per successionem rerum a Patribus ad nos deductarum, partim per litteras edocti, quæ etiamnum apud nos custodiuntur, Dionysium illum beatissimum Episcopum, qui olim apud vos cum ob fidem sinceram tum ob virtutes reliquas egregias celeberrimus erat, per litteras suas Ecclesiam nostram Cæsareensem curasse, misisseque huc de suis qui Fratres liberaret a captivitate. At vero præsens nostrarum rerum status multo est quam ille fuit depressior et calamitosior, et majorem multo flagitat solicitudinem : neque enim tectorum terrestrium deflemus nunc demolitionem, sed captivitatem lugemus ecclesiarum : nec corporum nunc timemus servitutem, sed videmus nostrarum animarum captivitatem, singulis diebus ab iis procuratam, qui se duces huic hæresi præbent : adeo ut nisi vos quam maturato ad nos refocillandos excitemini, vix paulo quidem post invenietis eos, quibus possitis, quantumvis velletis libentissime, manus dare auxiliatrices ; nimirum sub hæreticorum potestate B rebus omnibus redactis.

[illegible] F. B.

exemplo S. Dionysii antecessoris sui,

præsertim cum periculum sit in mora ;

156 Dionysius ille beatissimus Episcopus, *cujus hic Basilius meminit, post Sixtum II in Cathedram Apostolicam evectus est, Æmiliano et Basso Coss. anno* CCLIX ; *eodem scilicet quo Valerianus Augustus,* qui quamvis brevi tempore multum Christiani sanguinis fudit, captus a Persis, non modo imperium quo fuerat insolenter usus, sed etiam libertatem quam Ecclesiis ademerat perdidit, et vivens in servitute turpissima, *fines Romanorum, barbaris ; Christianos, Provinciarum Præsidibus divexandos reliquit, uti scribit Lactantius in libro de mortibus Persecutorum) donec filius ejus Galienus, non diu post patris infortunio territus, persecutionis furorem stitit. Hoc ergo rerum statu præclaram occasionem Dionysius habere potuit, qua* per litteras Ecclesiam Cæsareensem curaret, mitteretque illuc de suis qui Fratres liberaret de captivitate. *Atque hanc fuisse piam Romanorum Pontificum consuetudinem, testatur Eusebius in Historia sua Ecclesiastica ; quam illa tenuerit usque ad persecutionem sua ætate grassantem ; idque confirmat* C *auctoritate Dionysii Alexandrini, ita ad Romanos scribentis :* Apud vos is mos jam inveteravit, ut omnes Fratres variis afficeretis beneficiis, et Ecclesiis permultis, quæ in quaque civitate sunt, vitæ mitteretis subsidia. Sic plane, quod non solum egentium sublevatis inopiam, verum etiam Fratribus, qui sunt ad metalla damnati, opem fertis : sicque per ea beneficentiæ subsidia, quæ jam a primis Ecclesiæ vestræ jactis fundamentis passim mittere consuevistis, cum sitis Romani, Romanorum consuetudinem a Patribus traditam sedulo observatis : quam quidem certe beatus Soter vester Episcopus, et hactenus custodivit diligenter, et mirum in modum suo propenso studio adauxit : idque non modo opes in Sanctos reficiendos delegatas benigne subministrando, verum etiam Fratres ad ipsum adventantes, tamquam pater indulgens et clemens in liberos, beato ac pio sermone ad virtutem cohortando.

idque exemplo Dionysii Rom. Pontificis,

qui subvenit Cappadociæ tempore Gallieni Imperat.

l. 4 c. 22

sicut alias quoque fecisse laudatur Ecclesiæ Rom.

CAPUT XIII.

Basilius Hæresis Macedonianæ suspicionem incurrit : defenditur ab Athanasio et Nazianzeno.

Desiderio pacis actus Basilius.

P*rofecto in Occidentem Dorothæo, alia Basilium molestia excepit. Causam præbuit desiderium pacis, pro qua tantopere laborabat. Cum enim videret Macedonia-* D *nos, Semiarianos, Arianos, aliosque hæreticos inter se digladiantes, in hoc tamen convenire contra Orthodoxos, quod Divinitatem Spiritui sancto abnegarent ; putavit singulos seorsim facilius, quam omnes simul expugnari posse : itaque Divinitatem Spiritui sancto sic asserendam existimabat, ut tamen ipsum nusquam aperte Deum appellaret, ne aliquid ad Nicænum Symbolum addidisse videretur. Hoc suum propositum indicat et sequendum suadet Presbyteris Tarsensibus, qui ea super re consilium ejus exquisierant :* Magna est, *inquit,* inclinatio temporis ad Ecclesiarum eversionem. Atque id quidem jamdudum intelleximus. Ædificatio Ecclesiæ nulla, erratorum correctio nulla, erga Fratres si infirmiores sint, humanitatis commiseratio nulla ; sin recte valeant, propugnatio salutis ipsorum plane nulla, ac ne præsidium quidem, quod aut præsentem morbum curare queat, aut impendentem propulsare. Omninoque similis jam est Ecclesiæ status (ut similitudine utar, quamvis vilior videri possit, evidenti tamen) veteri vestimento, quod vel levi de causa facile discinditur, pristinam vero soliditatem recuperare nullo pacto potest. Igi- E tur in tali tempore, magnum studium, magnaque diligentia opus est in quibusdam Ecclesiis juvandis : juvabuntur autem, si quæ non divulsa sunt conjungantur ; conjungentur autem, si quibus in rebus nullum animabus detrimentum afferimus, voluerimus nos infirmioribus accommodare et obsequi. Quoniam igitur multorum ora sese adversus Spiritum sanctum aperuerunt, multorumque linguæ ad jaciendas in illum blasphemias se acuerunt ; optimum factu esse ducimus, ut quantum in vobis est, blasphemorum numerum minuatis, et ad paucos redigatis : atque eos qui Spiritum sanctum creaturam esse negant, in communionem recipiatis ; ut soli relinquantur blasphemi, atque ita vel pudore ad veritatem adducantur, vel si in peccato maneant, ob paucitatem indigni putentur, quibus fides habeatur. Ergo nihil ultra quæramus, sed Fratribus qui nobiscum coire societatem volunt, fidem quæ Nicææ sancita est, proponamus ; ac si in ea conveniant, illud quoque exigamus, Spiritum sanctum neque creaturam dici oportere, neque eos qui dicunt in communionem ipsis esse recipiendos. Nihil aliud est quod præterea nobis inquirendum censeam. Persuasi enim mihi, si F quid etiam est quo ad ampliorem evidentiam addito opus sit, id frequenti collationi, minimæque contentiosæ inter nos exercitationi daturum esse Dominum, quia ipsum diligentibus omnia cooperantur in bonum. *Deinde Hæreticis ad Ecclesiæ unionem redire volentibus ista præscribit.* Quæ autem et vobis quantum mihi persuadeo, minime adversantur, et Patribus quos commemoravi apta sunt quæ animum expleant hæc ut fateamini recipi a vobis fidem a Patribus nostris, qui Nicææ quondam convenerunt expositam nullamque earum quæ in Symbolo sunt dictionum rejiciatis, sed exploratissimum habeatis, tercentos decem octo Patres, qui minime contentionis cupidi convenerunt, non sine Spiritus sancti actu et operatione locutos esse ; hoc etiam addentes fidei illi, Spiritum sanctum minime dicendum esse creaturam, neque cum iis qui dicunt communicandum, ut pura sit Ecclesia Dei, nullum zizanium secum admixtum habens. *Pro orthodoxis vero ita spondet :* Hac de re, si vestra illis intima dilectio satis fecerit, ipsi quoque parati sunt eam vobis quam par est subjectionem præstare. Ego enim pro Fratribus spondeo, nulla illos in re contradicturos, sed animo majorem in modum erga vos propenso, omnem modestiam adhibituros, si hoc unum quod a vobis expetunt vestra ipsis perfectio libenter dederit.

suadet Presbyteris Tarsensibus

B. Ep. 203

infirmioribus se accommodare

quoad profitendam divinitatem Spiritus sancti

B Ep 204 *et ita præscribit Hæreticos recipiendos*

modo ne dicatur esse creatura.

Ibid

158 *Altera ratio quæ permovebatur Basilius, ne Spiritum*

A *Spiritum sanctum palam et aperte Deum nominaret, fuit, ne se pariter et Ecclesiam objiceret omnium hæreticorum furori. Et de se quidem parum solicitus erat : Ecclesiam sed suam Cæsareensem in pace quantum salva orthodoxa fide fieri poterat, conservatam volebat. At ne interim fides ex silentio suo detrimentum caperet, hortabatur privatim Theologum, ut tanto fortius Divinitatem Spiritus sancti in suis ad populum sermonibus prædicaret. Hoc consilium quamvis a Christiana caritate et prudentia inspiratum videretur, non tamen omnibus æque probatum est. Abalienavit enim ab ipso animos Religiosorum, quos sibi semper habuerat conjunctissimos : nunc vero eorum quidam ipsum, ut nimis timidum, accusabant; quasi non auderet veritatem fidei propter, multo minus ut Episcopum decebat defendere : alii vero eum silentio suo favere hæreticis arguebant ; ita enim ad Basilium Nazianzenus :* Multi *inquit,* nos ut in fide parum fortes accusant, ii nempe qui, et recte quidem, communia omnia inter nos esse statuunt : atque alii plane nos impietatis insimulant, alii timiditatis : impietatis nimirum ii, qui nos ne pie quidem loqui sibi persuadent ; timiditatis autem qui nobis dissimulationis crimen impingunt. Ac sermones B aliorum quid referre attinet? Quod vero nuper accidit, ex me audies. *Atque hinc pergit ad quod contigerat narrare.*

pia quieti Ecclesiæ consulens,

proditæ fidei accusatur a Monacho

Ep 26

159 Epulum quoddiam erat, in quo permulti clarissimi viri, Gregorioque et Basilio amicitia conjuncti, accumbebant ; atque inter eos vir quidam, pietatis nomen habitumque præ se ferens. Nondum ad pocula ventum erat, cum ut in conviviis fere fit, de nobis sermo excitatur, instar alterius cujusdam adventitiæ rei in medium propositæ. Omnibus porro virtutes Basilii qui aberat amplissima laude efferentibus, et Gregorium, ipsi ut iisdem vitæ studiis deditum adjungentibus, amicitiamque eorum et Athenas commemorantibus, inque rebus omnibus concordiam animorumque conspirationem ; indigne tulit hic philosophus ; Et quidnam hoc est, inquit, admodum furiose exclamans, o viri? quam valde mendaces et adulatores estis? Cetera quidem laudentur sane viri illi, si ita lubet, nihil repugno : verum quod maximum est, non illis concedam. Orthodoxiæ nomine frustra laudatur Basilius, frustra Gregorius : ille quia sermonibus suis veritatem prodit, hic quia patientia sua eidem proditioni participat. Hic Gregorius qui aderat ; Unde hoc, o homo vane, inquit, C atque arrogantiæ nomine nove Dathan et Abiron ; Unde nobis dogmatum arbiter venis ? Siccine tantarum rerum judicem teipsum statues? Tum ille ; Ex Eupsychii Martyris synaxi nunc venio, eamque dicti mei testem habeo (sic enim res se habebat) atque illic Basilium magnum audivi, de Patre quidem et Filio, optime et perfectissime, atque ut vix quisquam alius facile queat, disserentem ; Spiritum sanctum autem convellentem ac distorquentem. At similitudinem adhibebat tamquam fluvii, qui prætereundo petras et arenam excavet. Alioqui enim, cur tu, vir admirande, inquiebat Gregorium intuens, tam perspicuis verbis Spiritum sanctum Deum esse asseris (simulque vocem quamdam Gregorii commemoravit) cum ipse in frequentissimo cœtu de Divinitate verba faciens, pervulgatum illud de Spiritu sancto interfatus esses ; Quousque lucernam sub modio abscondemus ? Basilius autem fidei doctrinam obscure ostendit ac velut adumbrat, nec veritatem libere profitetur, politice magis quam pie aurem obruens, dicendique facultate versutiam tegens?

Inter epulandum :

ubi frustra eum defendente Greg. Theologo.

160 Respondit Gregorius : Ego, quoniam in obscuro positus, ac plerisque incognitus, sic, ut nec quæ loquar nec an loquar ferme homines sciant, sine periculo philosophor : illius autem major habetur ratio, utpote cujus nomen, tum ob ipsius virtutem, tum ob Ecclesiæ splendorem multo sit illustrius ; D palam autem est quidquid de eo dicitur ; ingensque circa eum bellum est, cupientibus nimirum hæreticis nudam et apertam vocem ex ipsiusmet Basilii ore arripere, ut ipse quidem ex Ecclesia expellatur, qui solus pene restat veritatis igniculus, ac vitalis facultas, vicinis omnibus captis ac subjugatis ; hæresis autem in civitate radices agat, atque ex hac Ecclesia non secus atque ex aggere quodam et propugnaculo, terrarum orbem populetur. Præstat itaque œconomiam quamdam veritati additam fuisse, nobis videlicet tempori quasi nebulæ cuidam nonnihil cedentibus, quam ut ea ob prædicationis perspicuitatem opprimeretur. Nos enim ex ea re nihil damni facimus, si ex aliis quoque dictionibus, quibus id certo colligitur, Spiritum sanctum Deum agnoscamus : neque enim in verborum sono, potius quam in mente et sententia, veritas sita est : Ecclesia autem grave vulnus acceptura est, si ob unius hominis ejectionem veritas profligetur. Excusabat quidem Theologus rationibus ejusmodi Basilii silentium : verum hanc œconomiam, ii qui aderant, tamquam vanam et insulsam ipsosque ludificantem, E non modo non comprobarunt ; sed etiam ambos clamoribus insectabantur, ut, ignaviæ suæ potius, quam orthodoxiæ consulentes ; longe enim præstantius esse dicebant, suos per veritatem tueri et conservare, quam per hujusmodi scilicet œconomiam eos labefactare, nec interim alienos lucrari. *Post hæc narrata Basilium alloquens, epistolam sic concludit Gregorius :* Enimvero quæ et dixi et audivi ; et quam valde, ac præter modum consuetudinemque meam adversus eos qui contra nitebantur indignatus sum, sigillatim exponere prolixum nunc fuerit, minimeque fortassis necessarium : ut autem finem dicendi faciam, sic eos amandavi. *Acta sunt, ut patet, ista post festum S. Eupsychii, Martyris Cæsareensis, quod celebratur, tam apud Græcos quam Latinos,* VII *Septembris. Verum non in uno solum Monacho, neque in una tantum super mensam altercatione, stetit hoc perversum de Basilii silentio judicium : videtur enim Solitarius ille plures in partes suas traxisse, qui Nazianzeno familiares erant.*

AUCTORE F. B.

et convivis Monacho assentientibus,

161 *Litteris acceptis ita Basilius respondit, ut dolorem quidem non omnino dissimularet (gravissimum enim est Episcopo de hæresi palam accusari) contempsit tamen generose temerarium aliorum de se judicium, ratus brevi futurum, ut præclaro pro fide certamine* F *palam omnibus ostenderet, quam procul ab omni timiditate et hæresi abesset.* Quod vero ille de quo scripsisti, *inquit,* (qui nuper vitam Christianorum tantopere inspicere contendebat, denique nonnihil auctoritatis ex eo sperabat, si nobiscum versaretur) et quæ non audivit asserit, et quæ non intellexit disputat, nihil est cur mireris ; quin hoc admiratu dignum et paradoxum fuerit, quod ad ista auditores habet, germanissimos mihi, eorum qui apud vos sunt Fratres ; et non solum auditores, sed etiam (ut apparet) discipulos quoque. Quamquam et hoc præsertim paradoxum sit, quod talis docendi munus usurpat, et quod tales auditores illum sustinent, quodque ego convellor ac discerpor. Verumtamen ipsa temporum istorum catastrophe nos ita instituit, ut nihil eorum quæ accidunt moleste feramus : jam olim enim ignominiosiora nobis, promerentibus ita peccatis nostris, accidere consueverunt. Ego igitur, siquidem nullum adhuc Fratribus istius sententiæ meæ de Deo experimentum dedi, ne nunc quidem habeo quod respondeam. Quibus enim prolixitas temporis non persuasit, quomodo brevis aliqua epistola persuadebit? Si vero illa ad satisfactionem satis erit, pro nugis habenda sunt quæ calumniatores effingunt. Verumtamen si permiserimus

transit ad hæresis calumniam

A Ep 33

Hanc Basilius parvipendens,

A mus, ut ora infrænata cordaque rudia, de quibuscumque volunt loquantur, et aures ad suscipiendum quidvis paratas habuerimus; fiet, ut non solum quæ aliorum sunt nos, sed et alii quæ nostra sunt suscipiant.

Gregorium a quo monitus erat, ad se invitat :

162 Horum autem ea causa est, quam olim deprecabar, ne fieret, nunc vero defatigatus sileo; videlicet, quod una non convenimus. Si namque, ut olim inter nos pacti eramus, secundum eam quam jam Ecclesiis debemus curam et solicitudinem, sæpius per annum convenissemus; januam certe calumniatoribus non aperuissemus. Tu vero, si videtur, vale istis dicto, huc te provocari sinas, ut in præsenti mecum certamine labores, mecumque sis adversus eum qui nos impugnat. Si enim vel visus dumtaxat fueris, confestim impetum illius, et qui cum eo ad pervertendas res patriæ conspirant, dissolves ac pessumdabis; ostendesque illis, quod ipse auctor conventus nostri per gratiam Dei sis, obturaturus omne os iniquum eorum, qui loquuntur adversus Deum iniquitatem. Id si feceris, res ipsa declarabit, quis te ad ea quæ recta sunt subsequatur, et quis claudicet, atque per metum doctrinam B veritatis prodat. Si autem res ecclesiasticæ proditæ sint, parum mihi curæ erit, ut instruam et promoveam eos, qui me tanti æstimant, quanti poterunt æstimare, qui nondum suo se modulo metiri didicerunt: propediem enim Deo favente, ipsa rerum gestarum demonstratio sycophantias istas evidenter coarguet, atque in lucem producet. Quapropter exspectamus etiam, futurum forsan, ut pro veritatis doctrina plus aliquid tribulationis ferendum sit: sin minus, vel hoc omnino, ut et ecclesiis et paternis sedibus ejiciamur. Si vero nihil eorum quæ speramus evenerit, non procul abest tribunal Christi. Ita si propter Ecclesias convenire nos voles, paratus sum quocumque vocaveris accurrere: si vero ut sycophantias dissolvam ac refutem, jam de illis respondere non vacat.

et innocentiam suam probandam aut ferendis pro fide tribulationibus,

aut declarandam in extremo judicio.

Ep. 27

C 163 *Invitatus Gregorius, ut præsens cum Basilio contra Arianos, mox Cæsaream venturos, decertaret; promisit* se, Deo juvante, adfuturum, simulque dimicaturum, virilemque operam impensurum esse: *unde verisimile est, eum excurrisse Cæsaream, antequam Valens cum Arianis eo adveniret; et cum Basilio, de Divinitate Spiritus sancto asserenda, aliisque Ecclesiarum calamitatibus, contulisse. Verum quantumcumque pro Basilio hac in causa egerit Nazianzenus, vix eximere omnibus potuit temerariam de illo præconceptam opinionem: itaque gravi suo incommodo S. Basilius didicit, et exemplo aliis fuit, quam periculosum sit cum hæreticis, spe pacis et conversionis ipsorum, dissimulare vel minimum: nam neque hæreticos Ecclesiæ lucratus est, nisi ad tempus (quamdiu scilicet ipsis licuit callide et impune hæresim occultare) et tam graviter orthodoxos offendit, ut ipse S. Athanasius debuerit calamum pro Basilio stringere, quo Ecclesiam Cæsareensem in pace conservaret, et sanctum Episcopum hæreseos labe eximeret. Scripsit igitur ad Palladium Presbyterum, qui cum Innocentio quodam primum sub Basilio vitam monasticam inchoarat, deinde in montem Olivarum sese subduxerat, ibique opere manuali una cum eodem vitam sustentabat. Illum Athanasius inter alia sic compellat :* Sed quod de Monachis Cæsareensibus significasti, hoc ipsum quoque didici e dilecto nostro Dianio, quod graventur et resistant dilecto nostro Episcopo Basilio. Tibi certe, quod mihi rem indicasti, gratias ago; illis vero quæ decuit scripsi, ut veluti filii obsequantur patri, nec iis quæ ille probat contradicant. Nam si suspectus esset in negotio veritatis, recte pugnarent: sin autem confidunt, ut omnes confidimus, eum esse gloriam Ecclesiæ, dum ita decertat pro veritate, et docet eos qui indigent doctrina; non est fas cum tali homine D pugnas conserere, sed amandus potius est ob pium animum. Nam ex iis quæ cognovi ex dilecto nostro Dianio, nulla de causa eum gravate ferunt: ipse enim, ut plane mihi persuadeo, infirmus efficitur apud infirmos, ut infirmos lucretur. Dilecti autem Fratres nostri, respicientes ad scopum ejus quo ad veritatem tendit, glorificent Dominum, quod talem Episcopum Cappadociæ dederit, qualem singulæ provinciæ sibi optant. Tu autem, dilecte, velis iis indicare, ut credant me hæc scripsisse. Id enim vos erga Patrem benevolentes reddet, et pacem in Ecclesiis conservabit. *Similiter reprehendit graviter Athanasius Joannem et Antiochum Presbyteros, qui tum temporis Hierosolymis commorabantur :* Vos, *inquiens,* cum habeatis..... Patrum de veritate confessionem, *in Nicæno symbolo,* aversamini illos qui plus minusve quam in confessione est loqui velint, et majorem operam Fratrum utilitati impendite in metuendo numine et servandis præceptis; ut doctrina Patrum et observatione præceptorum, grati Domino in die judicii apparere possitis. Valde autem admiror audaciam eorum, qui non reformidant oblatrare dilecto nostro, et vere Dei famulo Episcopo E Basilio: cum ex hujusmodi oblatratione deprehendi et convinci possint, quod ne Patrum quidem confessionem aut ament aut amplectantur.

Pro Basilio calamum stringit S. Athanasius scribens Palladio

Tom. I

Joanni item et Antiocho :

164 *Tam irrefragabile S. Athanasii testimonium, pro doctrina S. Basilii, debuisset omnem mali suspicionem penitus evellere: sed tanta quorumdam fuit in suis præconceptis opinionibus obstinatio, tamque firmæ quæ semel vulgus male imbuerat tenacitas, ut etiam diu post mortem Sancti, conveniens crediderit Nazianzenus, totam hanc rem, ut gesta est, in oratione funebri exponere; et ostendere, id neque profectum esse ex pusillanimitate aliqua, ob quam minime auderet Fidem palam profiteri; aut ex aliqua erga hæresim benigna inclinatione animi, prout non nulli eo tempore sibi persuadebant.* Quoniam autem, *inquit,* Theologiæ mentionem feci, ejus in dicendo sublimitatis, qua ille in eo potissimum argumenti genere usus est, hoc adhuc superioribus adjungam: simplicibus enim et imperitis utilissimum est providere, ne damno afficiantur, male et sinistre de ipso existimantes. Mihi vero ad improbos et malignos oratio est, qui ex eo quod alios calumniis incessunt, vitiis suis opem ferre moliuntur. Ille etenim pro recta doctrina, sanctæque Trinitatis conjunctione et condeitate, aut si quo magis proprio et perspicuo verbo res ea notari potest, non modo de throno, ad quem ne ab F initio quidem cupide prosiliit, exturbari ac dejici, sed etiam exilio et morte, atque ante variis cruciatibus affici, prompto alacrique animo tulisset, ac lucro potius quam periculo deputasset. Hoc vero ita esse aperte declarant ea, quæ et fecit et passus est: ut qui etiam ob veritatis defensionem exilio mulctatus, nihil aliud negotii susceperit, quam uni ex asseclis, ut se acceptis pugillaribus sequeretur, imperaret. Ceterum sermones cum judicio disponere, de Davidis consilio et sententia necessarium esse judicabat; ac belli tempus et hæreticorum principatum aliquantisper tolerare, quoad libertatis tempus successisset, linguæque libertatem ac licentiam attulisset. Illi enim nudam et apertam vocem de Spiritu sancto, quod Deus esset, arripere studebant (quod quidem tametsi verum erat, impium tamen illis, atque improbo impietatis antistiti videbatur) ut eum quidem cum Theologica lingua civitate pellerent, ipsi autem ecclesiam occuparent, eamque sceleris sui propugnaculum efficerent; atque hinc deinde, velut ex arce quadam, id omne quod reliquum erat popularentur.

Orat. 20 Nazianzenus quoque vita functum defendit,

allatoque ejus pro divinitate Spiritus S. constantia,

prudenter dissimulasse ostendit :

165 At ille aliis quidem vocibus e Scriptura petitis

A titis, testimoniisque minime dubiis, eamdem vim habentibus, necessariisque argumentis, adversarios ita comprimebat, ut nullo modo repugnare ac contra niti possent; sed (quæ maxima sermonis virtus et prudentia est) propriis vocibus constringerentur: quemadmodum perspicue ostendet liber, quem de hoc argumento edidit: in quo calamum quasi ex Spiritus pyxide movet. Propriam tamen vocem interim usurpare differebat, tum ab ipsomet Spiritu, tum a sinceris ipsius propugnatoribus, gratiæ loco petens, ne hoc suo consilio offenderentur; neve committerent, ut dum unam voculam mordicus tenere conarentur, propter inexplebilem cupiditatem omnia perderent. Convulsa nimirum turbulento tempore ac distracta pietate, nihil ipsos incommodi ac detrimenti accepturos, si vocabula paulum immutarentur, modo aliis verbis eadem docerentur: neque enim salutem nostram in verbis potius quam in rebus consistere: quippe cum ne Judæi quidem rejiciendi sint, si ad aliquod tempus pro Christo vocem Uncti sibi concedi postulantes, in nostrum numerum atque ordinem adscribi velint: at Reipublicæ non posse majorem perniciem ac pestem afferri, quam si ecclesia ab hæreticis occuparetur. Nam B quod alioqui, melius quam quivis alii, Spiritum sanctum Deum agnosceret, cum ex eo perspicue constat, quod et hoc sæpe de loco superiore, quoad per tempus licebat, prædicavit; et privatim apud eos a quibus interrogabatur, haud cunctanter confessus est. In suis vero ad me sermonibus apertius id demonstravit (neque enim quidquam unquam, cum de his rebus mecum colloqueretur, animo tectum occultumque habuit) non simpliciter hoc affirmans; sed, quod antea ipsi perraro acciderat, sibi rem omnem maxime horrendam imprecatus; nempe ut ab ipso Spiritu excideret, nisi cum Patre et Filio Spiritum, ut consubstantialem et honore parem, veneraretur.

cum interea idem dogma defenderet tam scriptis libris,

quam sermonibus publicis et privatis,

166 Quod si quis me, tantis quoque rebus illius socium admiserit, aliquid quod plerisque incognitum ante fuit, evulgabo: videlicet, quod, cum tempus in summas angustias nos redigeret, hanc ipse rationem inibat, ut sibi quidem verbi dispensationem; nobis autem, quos ob nominis obscuritatem nemo in judicium adducturus patriaque ejecturus esset, loquendi libertatem committeret: atque ita Evangelium nostrum firmum et validum erat, utriusque præsidio suffultum. Nec vero hæc eo a C me commemorata sunt, ut illius existimationem oratione mea defendam (præstantior enim est, quam ut accusatoribus; si qui tamen sunt; in ipsius famam quidquam liceat) sed ne quidam, pietatis normam ac regulam solas eas voces, quæ in illius libris reperiuntur, esse existimantes, imbecilliorem fidem habeant; eamque de divinitate disserendi rationem, quam ei tempus illud non sine Spiritus numine afferebat, in pravitatis suæ confirmationem trahant: verum eorum quæ ab eo scripta sunt sensum ac scopum, quem sibi, dum hæc scriberet, proponebat, expendentes; tum ad veritatem magis accedant, tum iis qui in impietate versantur, os obstruant. Utinam mihi, omnibusque quibus carus sum, adsit illius Theologia! Profecto præclari hujusce viri, quantum ad eam rem attinet, puritati usque adeo confido, ut præter alia omnia hoc quoque cum eo commune habere non recusem: ita ut illi mea, mihi vicissim illius omnia, et apud Deum et apud candidissimos quosque homines, adscribantur.

tum maxime Gregorium monendo, ut eam fidem populo inculcaret,

D

AUCTORE F. B.

CAPUT XIV.

Virtutes et gesta ad Episcopatum, et vitam reliquam spectantia.

E*rigere videtur historiæ prosequendæ ordo, ut hoc loco agamus de virtutibus* S. Basilii, *quas omni vitæ tempore, et præsertim in Episcopatu, sic exercuit, ut ad nullum singulare factum vel determinatum tempus referri possint aut debeant. Voluntariam pro Christo paupertatem, quam ante Episcopatum coluerat, non deseruit. Nullam, honoris aut commodi gratia, familiam alebat; aliquot tantum secum habens amanuenses et notarios, quibus ad describendas destinandasque suas litteras utebatur: nec dedignabatur vir tantus eos monere, ut recte, concinne, et diligenter characteres formarent.* B. Ep 178
Sermones, *inquit*, naturam habent volucrem. Quapropter litterarum notis utuntur homines, ut sermonum avolantium velocitatem, qui scribit, prehendat. Tu igitur, puer, notas litterarum perfectas ducito, formasque recto ordine collocato: modicus namque error scribentis, plurimum de sermone deterit: diligentia vero scribentis, quod dictum est, integre perficitur et absolvitur. *Et alibi:* Recte, *inquit*, scribito, versusque rectos ducito; et neque sursum manus, neque infra feratur ad præceps: neque cogas calamum per obliquum, instar cancri Æsopici, ingredi; sed recta incedat, tamquam ad amussim artificum. Sane ubique æqualitatem serves, et quidquid inæquale est amputes: quod enim obliquum est, indecorum est; rectum vero, jucundum est videntibus, non sinens legentium oculos sus deque ferri, quemadmodum ligna ex quibus urnæ haustoriæ puteorum dependent, quod mihi usuvenit scripta tua legenti. Versuum enim gradus, ubi de alio ad alium transeundum est ad finem subsequentis, rectus esse debebat.

Basilius Ep. famulos non habet, præter amanuenses,

quos docet recte characteres formare,

E

B Ep. 180

168 *Porro eos, quos ad recte scribendum erudiebat, non minus etiam ad omnem virtutem, ut par erat, formabat: sed multi ex iis arctam ejus vivendi rationem ferre non poterant. Hinc factum, ut cum litteras ad Parnium Presbyterum mittendas haberet,* scriba nullus ipsi præsto ad manum fuerit, non notarius ullus, aut notis describendis assuetus: nam aufugerant illi, quos ad utrumque assuefecerat, ad prioris vitæ institutum, alii morbis diuturnioribus afflicti vehementius, non erant suffecturi ad laborem. *Alios præterea domesticos si quos habuerit, habuit paucissimos.* Coquo certe non indigebat, quia domi suæ ars coquendi neglecta erat, et culter sanguinem non attingebat. Ciborum lautissima oleris folia ipsis erant, cum pane modico et vino flaccescente; ut nihil stuperent sensus ob ventris ingluviem, neque præ deliciis munia sua negligerent. *Eo vivendi modo Basilius præceptum Apostoli implebat, qui Episcopum requirit*, domui suæ bene præpositum. *Tanta jejunii austeritate Eliæ jejunium imitabatur: cujus, inquit Nyssenus*, si profers quadraginta dierum inediam; et nos contra servatam omni Magistri vita in cibo parsimoniam in medium afferemus: vicina enim quodam modo est inediæ cibi exiguitas et parcimonia victus; maxime cum illud quidem exiguo tempore factum sit, hoc vero per omnem vitam Magistro nostro duraverit. Præterea etiam illic quidem hordeaceus iste ac subcinericeus panis Prophetæ vigorem et vires conservabat, eo quod aliquid ejusmodi in sese haberet, quo quicumque cibum hunc sumpsisset, vires ejus conservarentur: cujus rei argumentum est, quod popularium nemo ei panem confectum pro cibo apposuerat, sed ab Angelis parato cibo satiatus est: unde etiam plenæ atque integræ manebant, et non effluebant atque expirabant

et instruit ad virtutem,

B Ep. 341

F

B Ep 206

1 Tim 3

Or F.

ipse jejunio Eliam imitatur.

A eæ vires, quæ per illum cibum corpori ingenerabantur. Hic vero, cum nihil de consuetis innovaretur et immutaretur, ratio cibum moderabatur, corpori præbens, non quantum vellet, sed quantum temperantiæ lex juberet.

AUCTORE F. B

Oves sibi commissas pascit verbo Dei.

169 *Quantam pro Ecclesia Dei diligentiam habuerit, scripta ejus abunde testantur. Pascebat eam, ut verus Pater et Pastor, divinis sermonibus, publicis precibus, frequenti Sacramentorum participatione. Sermones ad populum habebat pene dixerim quotidie, quin imo subinde, in auditorum gratiam, et* matutinam alimoniam animabus, et vespertinam conciliabat lætitiam. *Tanto Pastoris sui zelo respondebat auditorum frequentia, non solum sacrorum hominum aut nobilium, quos aliis negotiis sæpe vacuos, admirabibis viri disertissimi eloquentia allicere potuisset; sed etiam* vulgares artes exercentium opificum, qui pro more in diem quæritant, suisque diurnis operis sibi victum parant. His, ut vellent aliquantulum distrahi ab opificio suoque quæstu; persuadebat, neutiquam ipsis deperire eam temporis portionem, quam commodarint Deo, sed magna cum accessione solere ab eo rependi. Dicebat enim quod, quantumcumque his negotium facesserent casus fortuiti, eorum difficul-

B. Hexam. Homil. 3 *ad quod audiendum conveniunt opifices diebus etiam profestis*

B tatem omnem amoliretur Dominus, nervosas corpori vires suggerendo, inserendo animæ promptam ad opus alacritatem, permutandis mercibus facilem et commodam dexteritatem suppeditando: denique, quod idem Dominus rerum ex animi sententia cadentium successus lætos, in omnem vitam largiretur iis, qui spiritualia dona istis temporariis duxerint esse longe præstantiora. Quod si fors studia ipsorum si operæ gnaviter insumptæ, haudquaquam sortirentur hic exitum, qualem præsumpserant; at certe per hanc spiritualem doctrinam ipsis congereretur interim bonorum thesaurus ingens ac luculentus in mox secuturam vitam. *Talibus plebeios adhortabatur, ut etiam profestis diebus ad audiendum Dei verbum concurrerent: quo factum est, ut audiendo sic cresceret desiderium audiendi, quod etiam debilitatum viribus, post diuturnum morbum, ad dicendum pro concione tantum non cogerent: et Sanctus piæ ipsorum aviditati satisfaciendum judicaret, ita tamen ut se multis excusaret:* Ego, *inquit*, Fratres, cum vestram ad audiendum alacritatem intueor, meamque ipsius vim ad dicendum expendo, exilem et infirmam; subit animum similitudo pusionis cujuspiam, qui per ætatulam aliquousque promoverit, nondum tamen ablactatus

in Ps. 19 *Prædicat ipse, licet infirmus*

C est, sed matris mamillam, ex morbo siccam, divexat ac distrahit turbulenter; mater autem, etiamsi sciat exaruisse sibi lactis fontes, distracta tamen et manibus puerilibus vellicata ubera qualiacumque ei præbet, non ut infantem nutriat, sed ut puerilem ejulatum sedet. Itaque, etsi per diutinam hanc corpusculi ægrotationem nostræ inaruerint venulæ, expromptæ nihilominus sunt ac vobis expositæ; non quidem ut digno vos aut pretii ullius edulio lautiore refoveant, sed ut vestris erga me votis quadamtenus satisfiat: huic enim eximiæ caritati vestræ factum satis putavero, si vestrum in me desiderium dabitur vel voce sola mitigare.

Ritus publicarum precum in ipsius Ecclesia

170 *Publicarum precum seu divinorum Officiorum ritum in Ecclesiam suam indixit, qui servabatur per Ægyptum, utramque Libyam, Thebaidem, Palæstinam, Arabiam, Phœniciam, Syriam, et per regiones ad Euphraten; cumque ita describit:* De nocte populus consurgens antelucano tempore domum precationis petit, inque labore et tribulatione ac lacrymis indesinentibus, facta ad Deum confessione, tandem ab oratione surgentes, ad psalmodiam traducuntur. Et nunc quidem in duas partes divisi, alternis succinentes psallunt, atque ex eo simul et eloquiorum Dei exercitationem ac meditationem corroborant, et cordibus suis attentionem ac mentis soliditatem D suppeditant, rejectis vanis cogitationibus; deinde uni ex ipsis hoc muneris dato, ut quod canendum est prior ordiatur, reliqui succinunt; atque ita psalmodiæ varietate, precibusque subinde intersertis, noctem superant. Illucescente jam die pariter omnes, velut ut ore uno ac corde uno, confessionis Psalmum Domino offerunt, ac suis quisque verbis pœnitentiam profitentur. *Intuens autem Basilius Ecclesiæ suæ sanctum precandi studium, et exultans spiritu, prorumpebat in hæc verba:* Si mare bonum est apud Deum, si pulchrum, si laudabile; quonam pacto non longe pulchrius est hoc talis Ecclesiæ concilium, in qua permixtus sonus, quasi cujusdam ad littus accedentis undæ, virorum mulierum ac infantium, ex orationibus ad Deum nostrum resultat et mittitur? Hanc tranquillitas profunda stabilem et inconcussam conservat, malignis fugatis spiritibus, qui illam doctrinis hæreticis conturbare minime potuerunt. In hoc igitur incumbite, ut observata tandem disciplina ordinis istius decentissimi, a Domino condignam laudem reportetis.

B Ep. 63 *intuentes spiritualiter recreat,*

Hom. 4 in hexam.

171 *Quis vero non admiretur talem in orationibus perseverantiam, tantumque divini verbi desiderium,* E *quantum in fidelibus sibi subditis fuisse testatur idem Basilius, quo non solum opificia sua interrumpebant, sed reficiendorum etiam corporum videbantur obliti: explicat id ipse alloquens eos, in ecclesia S. Eupsychii et sociorum congregatos.* Jam inde, *inquit*, ab usque nocte media, cum hoc dicatum Martyribus templum subieritis, ipsorum Martyrum Deum hymnidicis laudibus placabilem vobis reddentes ac propitium, interim tamen non destitistis, ad hanc usque meridiei horam, nostrum operiri ad vos adventum. Parata ergo vobis merces est, quod honorem erga Martyres atque cultum divinum somno prætuleritis et requieti; quod nobis item opus fuerit verbis, ut causam afferamus, moræ istius nectendæ excusatricem, nostræquæ absentiæ diuturnioris. Hanc vero unam fuisse dicemus, quod, pro dispensatione nobis concredita, ecclesiam alteram Dei, huic nihilo disparem, sedulo curavimus, non mediocri a vobis disjunctam spatio: in hoc enim obeundo munere bonam partem insumpsimus hujusce diei. Quoniam itaque dedit Dominus ut debitum illis ministerium impleverim, nec proinde vestræ desim caritati, mecum una et vos rependite tam beneficio largitori gratiarum actionem, qui hanc, quam ipsi non obscure videtis, nostri corporis fragilitatem, invisibili F suæ manus virtute erexit et constabilivit. Quocirca ut ne animos vestros discruciem prolixiori tædio, transmittentes partem multo maximam, mox ubi pauca, ex eo quem vobis concini deprehendimus Psalmo, disseruerimus, proque virium tenuitate famelicas animas vestras verbo paverimus consolatorio; ita ad agendam alendi corporis curam quemlibet vestrum missum faciemus. *De frequenti quoque in ecclesia sua sacrorum Mysteriorum participatione Cæsareæ Patriciæ scribens ita testatur:* Singulis diebus communicare et participare sancto corpori et sanguini Christi, bonum et fructuosum est; cum dixerit ipse perspicuis verbis; Qui comederit meam carnem et biberit meum sanguinem, habet æternam vitam. Jam vero quis dubitat, quin vitæ frequentius participare, non sit aliud omnino quam frequenter vivere? Quater igitur nos singulis septimanis communicamus; Dominico die, feria quarta, in parasceve, et in sabbato: sed et per dies etiam alios, si Martyris alicujus memoria celebretur. *Neque intra urbem unam continuit se pastoralis zelus Basilii, sed frequenter totam diœcesim suam visitabat, etiam inter continuas pene infirmitates. Denique omnibus omnia factus, ut omnes Christo lucrifaceret, plurimas scripsit*

B. Homil. in Ps. 114 *ab aurora usque ad meridiem in ecclesia perseverantes*

Brevi prædicatione recreat

Frequens usus Eucharistiæ. B Ep 289

pastoralis sollicitudo de omnibus B Ep 261 et 348

A *psit epistolas, non eruditione minus quam pietate refertas; partim ad instructionem consulentium, partim ad commendationem indigentium et consolationem mæstorum; ut ita omnibus paternum exhiberet affectum, quibus agnoscebat* se parentis loco collocatum, propter *Episcopalem* habitum, quem *ipsi* circumdederat Dominus.

B Ep 248

172 *Tempore Episcopatus ejus, quamvis annus assignari nequeat, altera vice civitas Cæsareensis fame vexata est; de qua Sanctus sic loquitur:* Nondum nos fames dereliquit: quocirca nobis prorsus est necesse diutius in urbe commorari, vel dispensationis gratia, vel propter eorum compassionem, qui illa coarctantur. *Durante calamitate ista sermonem ad populum habuit, quo non sine commiserationis affectu illam sic describit:* Vidi campos steriles, et arentia rura dudum sine fructibus; lacrymansque mœstas edidi querelas, quod pluvia nobis nulla data est. Quædam semina, priusquam germinarunt, exsiccata sunt; eodemque modo, quo ea aratrum occultavit, permanserunt; aut si forte nata, tenera adhuc, absumpta sunt æstu; adeo ut pulchre illud Evangelicum converti possit, Operarii quidem multi, B messis vero pauca. Coloni per campos sedent manibus genua complexi, qui habitus lugentis est; et arvorum tristi aspectu conterriti, suos boumque labores perditum iri vehementer dolent ac lacrymantur; et ad natos infantes respicientes ac lamentantes, ad uxores oculos intendentes ac flentes, contingentes et attrectantes siccos germinum calamos, miseros edunt ululatus, haud aliter ac patres, qui filios in ætatis flore amiserint. *Causam porro tanti mali peccatis imputans, ait.* Aspicite quæso nunc, quemadmodum nostrorum pondus peccatorum anni temporumque naturas mutaverit, statutasque semel rerum formas in aliena temperamenta novasque mixturas deduxerit. Hiems solitum humorem cum sicco non retinuit, sed in glaciem tota abiit, nivis et imbris penitus expers. Vernum tempus, alteram quidem sui officii partem ostendit, calorem dico, humiditatem vero nullam illi conjunxit. Æstus vero immensus, et frigora naturæ leges prætereuntia, ac in nos damnumque nostrum conjurata, mortales simul trahunt ad victus vitæque discrimina.

Ep 207

Famem, ex siccitate ortum,

Basilius peccatis attribuit,

173 *Deinde ad emendationem morum omnes hortatur, et imprimis ad orationem devotam et assiduam; avaros ad liberalitatem, divites ad eleemosynas distri-* C *buendas pauperibus: et credibile est tunc quoque Sanctum plebem miserabilem, elargitis cibariis, quod antea Presbyter in simili calamitate fecerat, sustentasse;* benigno Domino *(ut Nyssenus indicat)* mirabiliter cooperante, et misericorditer illi suppeditante unde misericordiam exhiberet. *Siquidem ipsemet, quamvis Episcopus, pæne omnibus egebat: neque enim tunc temporis aut bona propria possidebat, aut copiosi erant Ecclesiæ suæ reditus. Dignus profecto aliorum famem satiare, qui jejuniis pæne continuis carnem spiritui subjiciens, Deum placaret: quin imo tam potens ejus intercessio apud Dominum fuerit, ut plagam istam imminentem a populo suo meruerit avertere. Propter hoc Nyssenus eum magno Eliæ assimilans;* Uredinem, *inquit*, atque siccitatem terræ Magister neque sustulit, neque induxit. Ille autem magnus Propheta, cum imbrium penuriæ flagello terram verberasset, ipse quoque medicus vulneris extitit, cruciatui flagelli par et æquipollens, largiensque curationis levamen atque mitigationem. Quod si etiam adversus hoc aliquod nostri Eliæ miraculum adferre oportet; cum divina voluntate ejusmodi calamitas aliquando cœli minis significata immineret (quippe totum tempus hibernum per siccitatem præterierat) et nulla spes frugum appareret; tunc Magister, Deo supplicans, ultra minas terrorem progredi passus non est; cum precibus divinum Numen placasset, et D per orationes mœrorem, qui propter imbrium penuriam homines invaserat, sustulisset.

hortatur ad pænitentiam:

ur F

pauperibus subvenit, ipse pauper:

alios flagellum famis orando avertit

AUCTORE F. B.

174 *Præcipua ipsius solicitudo et Episcopo dignissima, erat exacta observatio Ecclesiasticæ disciplinæ, præsertim in Clero: in quo primarium locum obtinebant Chorepiscopi numero quinquaginta, quos congregabat quandoque* ad Conventum B. Eupsychii Martyris, *ut de rebus ad Ecclesiæ regimen spectantibus inter se conferrent. Cumque eorum incuria plurimi essent in Clerum adoptati, qui eo ministerio omnino indigni erant; hanc ad Chorepiscopos epistolam scripsit; ex qua dicere liceat, quam accurata in vitam et mores ipsorum inquisitione, Clerici essent tum temporis eligendi.* Valde male me habet, *inquit*, quod Patrum de cetero defecerunt Canones, et omnis accurata disciplina ex Ecclesiis exacta est; et timeo, ne per incuriam et despicientiam, hac via procedentem, in omne confusionis genus res ecclesiasticæ redigantur. Eos qui Ecclesiæ ministrabant, consuetudo, quæ in Ecclesiis olim servabatur, non nisi diligentissime et accuratissime probatos admittebat, et omnis eorum vitæ anteactæ ratio curiose inquirebatur; an non essent E maledici, an non ebriosi, an non prompti ad pugnas, an suam juventutem recte erudirent ac castigarent, ut possent sanctificationem recte gerere, sine qua nemo Deum videbit. Et hæc quidem examinabant Presbyteri et Diaconi qui cum eis versabantur; referebant autem ad Chorepiscopos, qui vere testificantium susceptis suffragiis, et monitis Episcopis, Ministrum in Ecclesiasticorum numerum cooptabant. Nunc autem, nobis primum extrusis, ad nos referre de illis non curantes, omnem in vosmetipsos auctoritatem transtulistis. Deinde, rem per summam socordiam tractata, Presbyteris et Diaconis permisistis, quos voluerint inducere in ecclesiam, ex affectione vel cognationis vel alicujus amicitiæ, vita eorum non examinata: et ideo multi quidem numerantur Ministri in unoquoque pago, sed nemo est dignus ministerio Altaris, ut vos ipsi testificamini, qui hominibus indigetis in electionibus. Quia ergo res deinceps eo processit, ut curari non possit; maxime cum nunc plurimi, metu ne in militiam referantur, seipsos ministerio ingerant; necessario me contuli ad renovandos Patrum canones: et scribo ad vos, ut ad me mittatis indicem Ministrorum uniuscujusque pagi, et a quo unusquisque introductus F sit, et quænam ipsius vivendi sit ratio. Habete autem et ipsi apud vos indicem, ut vestræ litteræ cum iis quæ apud nos repositæ sunt conferantur, et nemini liceat seipsum quando velit inscribere. Sic itaque post primam indictionem, si qui a Presbytero inducti sunt, ad laicos rejiciantur: de integro autem fiat eorum a nobis examinatio: et si sint quidem nostro digni suffragio, suscipiantur. Purgate etiam ecclesiam, indignos ab ea expellentes; et deinceps quidem dignos examinate et suscipite, in numerum autem ne referte, priusquam ad nos retuleritis: vel scitote quod erit laicus, qui sine nostra sententia in ministerium admissus est.

synodos diœcesanas celebrat,

Naz carm. de vit. sua.

B. Ep 418

B Ep. 181

queritur non inquiri in mores ordinandorum,

et hinc multos intrusos indignos,

acer medium decernit.

175 *Hæc Basilius de Clericis inferioribus: in majoribus vero Ordinibus conferendis, tam circumspecte se habebat, ut nihil humano affectui indulgendum putaret, eosque vellet magis divina quam humana electione promoveri. Itaque rescribens Nectario, amicissimo suo, qui verosimiliter petierat Prælatum aliquem ordinari;* Porro de electione, *inquit*, eorum, qui sunt præficiendi contubernio, si quid vel in gratiam hominum vel precibus inflexus, vel metu fractus aliquando determinarem; dispensator non fuerim, sed caupo potius, Dei Donum ad humanam quorumcumque amicitiam permutans. *Inter illos vero quos solius virtutis*

Inter ordinatos ab eo

B. Ep 323

AUCTORE F. B. Vit. Macr

A *virtutis intuitu, et divino quodammodo instinctu, ordinavit;* Petrum fratrem suum mysticis sacrificiis consecrans, ad sacram Presbyterii dignitatem provexit: atque hinc ei vitæ cursus ad graviora sanctioraque dirigebatur, cum Sacerdotii dignitas, sapientiæ conjuncta, studio virtutis cumularetur. *Evagrium etiam, de quo Palladius in Lausiacis cap.* 113, *Lectorem ordinavit; quem deinde Nazianzenus provexit ad Diaconatus officium: cum autem hic esset instructissimus in divinis Scripturis, vigebat contra omnes hæreses; factus deinde Monachus in magna austeritate vixit: sed in fine magno omnium dolore in Origenistarum hæresim lapsus est. Numeratur etiam inter Presbyteros Basilii* Meletius, *quem vocat ipsemet* Religiosissimum ac dilectissimum Fratrem suum, cooperatorem in Evangelio et compresbyterum; qui infirmam valetudinem sponte sibimet acquisivit, propter Christi Evangelium, carnem suam redigens in servitutem.

eminent Petrus frater,

Evagrius Lector,

B. Ep 73 *et* 322 *Presbyteri Meletius*

176 Magnam *præterea* curam gerebat B. Basilius, *ut inquit Palladius ubi supra* insignis viri, religiosissimi Presbyteri, Deique amantissimi Philoromi; cujus ille delectabatur austeritate, constan- B tia, et in opere diligentia: qui adhuc a calamo et charta non recesserat, cum esset natus annum octogesimum: *et quamvis videatur is in monasterio potius, quam inter Clericos in urbe aut in pago aliquo vixisse; juvat tamen ejus virtutes præcipuas hic perstringere.* Is ortus quidem est ex matre serva, patre vero libero, tantam tamen virtutum nobilitatem ostendit in vitæ Christianæ institutione, ut etiam ipsi qui sunt in eo genere insuperabiles ejus vitam Angelis æqualem revererentur, et exercitationis efficaciam. Is mundo renuntiavit in diebus Juliani execrandi Imperatoris, et libere cum hoc impio est locutus, generosus Christi athleta: ille autem eum jussit radi, stantique a pueris alapas impingi: quod ipse fortiter et patienter tulit, eique egit gratias, sicut suomet ore nobis narravit. Hunc præclarum virum, ut dicebat, in principio adortum est bellum fornicationis et gulæ, quod tyrannidem exercens exagitat plerumque multitudinem: at is, veluti immensum incendium multa aqua extinxit, summa cura continentiam servando, ferrum gestando, et se concludendo, atque abstinendo a cibis; et, ut semel dicam, ab omnibus coctis; in omnibus denique fortiter se gerendo, multaque tolerando ad domandam C ingluviem. Quam cum vicisset, potuit hymnum victoriæ canere dicens; Exaltabo te, Domine, quoniam suscepisti me, et non lætificasti inimicos meos super me. Similiter a spiritu fornicationis varie oppugnatus, perseveravit quadraginta annos in monasterio: atque de se narrabat dicens: Triginta et duos annos nullum fructum tetigi. Cum autem, inquit, pavor quidam me summopere oppugnasset, adeo ut vel interdiu pertimescerem; inclusi me sex annos in monumento, et ea ratione evasi superior, ex impatibilitate bellum gerens cum spiritu, qui mihi hanc imponebat servitutem.... Dixit hic Beatus; Ex quo sum initiatus et regeneratus ex Spiritu et aqua, usque in hodiernum diem, alienum panem gratis non comedi, sed eum qui ex propriis laboribus ad nos venit divinitus. Ducentos quinquaginta nummos ex opere manuum mearum dedi iis, qui erant manci et mutili, neque ulli unquam feci injuriam. Is pedestri itinere venit Romam usque, ad orandum in martyrio sanctorum Petri et Pauli: pervenit autem etiam usque ad Alexandriam, cum vovisset adire martyrium venerandi athletæ Marci. Dignus porro, inquit, sum habitus, qui voti gratia, bis propriis pedibus venirem Hierosolymam, ad honoranda loca sancta; et ipse mihi suppeditavi impensas. Dicebat autem nobis, ut utilitatem ex eo cape- D remus; Non memini me unquam animo a Deo meo recessisse. Hujus B. Philoromi talia sunt certamina, et inest his invicta victoria, et beatorum laborum ei redditur finis, atque corona gloriæ immarcescibilis. *Hactenus de Philoromo Palladius, cum eodem locutus in Galatia; sub quo testimonio non fuisse relatum inter Sanctos, præ tot aliis obscurius relatis in Menæa ac Synaxaria hactenus visa, vehementer miror.*

et Philoromus

vir admirandæ virtutis,

et contumeliam a Juliano passus,

jejunio castitatem servans,

formidolositatem vincens,

opere manum vivens,

Romam

et Hierosolymam peregrinatus.

177 *Erat et* Timotheus *quidam, forsan idem qui a Palladio ibidem vocatur* Chorepiscopus Cappadociæ, vir sufficientissimus: *in quo demonstratum habemus, quantam in suis comministris virtutem exigeret Basilius. Siquidem ipsum, ut de præcipuo quodam delicto, reprehendit, quod plus æquo negotiis secularibus se immisceret amicorum causa.* Omnia, *inquit,* perscribere quæcumque mente recolo, neque consentaneum est salutationis hujus formulæ, neque facile unius epistolæ limitibus circumscribere; et rursus silentio præterire omnia, imbecillis cujusdam et impotentis videtur esse hominis; cum justa quadam iracundia in te pectus meum flagret. Mediam ergo viam incessurus sum, prætermissis nonnullis ut alia perscribam. Perstringere te est animus, quantum fas et E jus est, in æquali amicorum dicendi libertate: siquidem ille et non alius ipsis Timotheus, quem a prima cognitum pueritia habui, tam contento studio tendentem, cum ad fidem orthodoxam profitendam, tum ad vitam asceticam ineundam, ut immoderatæ propensionis causa incusarere. Quis unquam crederet, quod tu ipse in præsenti, abjecta omni prorsus cura, qua omnino et ab omni parte Deo conjungaris; ad illa respiceres, quæ huic vel illi arriderent, et vitæ tuæ transigendæ rationes ad aliorum voluntatem componeres; ne scilicet amicis inutilis, inimicis autem ridiculus existeres: infamiam apud homines tamquam rem formidabilem exhorrens, nec quidquam pensi habens vel recordans, quod quanto plus in istis studii et curæ posueris, tanto majorem vitæ anteactæ et ante alia eligendæ neglectum præ te tuleris.

Timothæus Chorepisc.

B. Ep. 340

Basilii olim discipulus ab eo reprehenditur.

quod neglecta cura priori spiritus

178 Plena sunt divina eloquia testimoniis affirmantibus, non posse quemvis hominem ad utrumque complectendum sufficere, istius scilicet mundi negotia, et politiam illam quæ est secundum Deum. Quin et ipsa rerum natura, hujuscemodi exemplis refertissima est: nam mente et cogitatione nostra diversa eodem temporis momento recolere, prorsus est impossibile. Sed et in iis similiter quæ per sen- F sus capiuntur, idem licet intueri. Auribus duos simul sonos vel non percipimus vel distinguere non possumus: quamvis meatus auditorii gemini nobis sint adaperti. Oculi quin etiam, nisi sint utrique in unum visibile objectum intenti, exacte suum munus obire nequeunt: atque ita est in rebus omnibus naturalibus. Jam citare tibi velle Scripturarum testimonia, perinde est absurdum, quam Athenas velle noctuas mittere. Quid igitur miscemus impermiscibilia? civiles tumultus cum ascetica vita? Ideo quidni a tumultibus hisce expediti, cessamus negotia nobis invicem facescere, ut non simus in nostra ipsorum potestate? Quidni illum pietatis scopum ipso opere satagimus attingere, ad quem olim collimabamus? Quidni maledicentibus et calumniis nos afficere volentibus manifestum facimus, non esse in ipsorum potestate situm nos ut afficiant tristitia? Fiet autem istud, si quidem nosmetipsos expediverimus, nec ullam præbuerimus occasionem. Atque hæc quidem hactenus. Concedat vero Dominus aliquando nobis, ut simul congressi, exactiori quodam modo de statu et commodis nostrarum animarum consultemus; ne tunc, cum hinc erit necessario emigrandum, deprehendamur occupati cura et cogitationibus circa res vanissimas.

sæcularibus negotiis sese implicuerit.

et ad pristinum fervorem revocatur

CAPUT

A

CAPUT XV.

Gesta quædam Basilii ad Ecclesiarum utilitatem et delinquentium emendationem.

Ex Clero S. Basilii ob sanctitatis famam

Tantæ sanctitatis famam Clerus Cæsareensis sub Basilio *acquisivit, ut Innocentius, præclarus cujusdam primariæ urbis per Orientem Episcopus,* Basilium *flagitaverit, unum de Presbyteris ejus sibi deligi successorem. Rem gestam, et Sancti in ejusmodi casibus piam prudentiam, ob oculos ponit ipsa ab eo rescripta epistola hæc.* Quantopere lætatus sim tuæ dilectionis litteris acceptis, tanto vehementius contristabar, eo quod mihi opus a te impositum persentiscerem majoris sollicitudinis, quam egomet ferendo eram. Nam qui quæso possim, tantis terrarum spatiis disparatus, tali tantæque sufficere dispensationi? Quamdiu certe vosmet Ecclesia possederit, in suis ipsa fulcris requiescet: quod si quid de vita vestra Deus disposuerit, ecqui erunt vobis pares dignitate, quos exinde ad curam gerendam et inspectionem Fratrum emittat Deus? Id quod tute tuis litteris desiderabas intelligere, recte quidem eo ipso et prudenter quæsivisti, volens illum virum cognoscere, qui te defuncto selectum illum Domini gregem susciperet dirigendum; id quod beatus Moses non desideravit solum, sed vidit etiam. Verum cum locus sit celebritate sua magnus, et opus tuum apud multos nominatissimum; temporum autem status difficilis, et periculum illustri indigens gubernatore, propter æstus repetitos, et fluctuum in Ecclesiam ingruentium alluviones; consistere neutiquam cum animulæ meæ incolumitate arbitratus sum, negligenter defungi hoc negotio; præsertim cum illorum memor essem, quæ a te scribebantur: velle te nimirum coram Domino in judicio contra me comparere, et de neglectis Ecclesiis reum peragere.

B Ep. 319

B

postulanti successorem Innocentio,

180 Ne ergo in judicium tecum ego descendam, sed meæ potius defensionis socium ad Christi tribunal adipiscar, considerato Presbyterorum, qui per hanc urbem sunt constituti concessu, honorandum cum primis selegi vas beati Hermogenis, genuinam sobolem illius Hermogenis, qui in magna illa Synodo, illam fidei formulam maximi momenti roborisque conscripsit; Presbyterum jam a multis retro annis in Ecclesia ordinatum, moribus constantem, peritum Canonum, fide solidum, in ascetica et continenti vita ad hunc usque diem versatum: adeo ut contentus ille sceleratæ gulæ tenor carnes ejus plane depastus sit; pauperem præterea, neque redditus aliquos in hoc seculo possidentem; imo adeo indigentem, ut ne panis ipsi copia suppetat: sed manuum labore, una cum Fratribus qui cum illo sunt, victum sibi extundat necessarium. Hunc visum est mihi ad te mittere, quod viro tali hujusmodi indigeres, ac non potius alio minus provectæ ætatis, veluti magis ad rem istam accommodato, tali nempe qui itinera subire, et vitæ quotidianæ necessarias obire functiones possit. Oblata primo quoque tempore occasione rescribito quam celerrime; ut illum virum ad te transmittam, electum a Deo et negotio idoneum, venerabilem futurum omnibus cum ipso congressuris, et in lenitate animi ex opposito informaturum adversantes. Facile mihi fuerat hunc continuo dedisse in viam. sed cum tute me præveniens illum virum flagitaveris, qui quidem bonus est et mihimet ipsi carus, sed multis partibus præsignato inferior; volebam tibi liquido patefacere sententiam animæ meæ; ut, si opus tibi fuerit ejusmodi viro, unum aliquem e Fratribus ableges, qui circa jejuniorum tempora illum suscipiat; aut nos hic facias certiores, utrumne aliquem habeas, qui sufficiet ad viarum difficultates, ad nos usque venturo tolerandas.

ipse unum designat,

C

multis virtutibus ornatum.

D

181 *Ex hac epistola præterea discimus,* Basilium *plerumque solitum litteras suas per Clericos mittere, præsertim si istæ ad Episcopos ferendæ essent: deinde quam paternam de suis subditis gereret sollicitudinem: tertium, Clericos ipsius voluntariam paupertatem similiter coluisse, et juxta præceptum Apostoli labore manuum victum sibi comparasse. Propterea autem excusat se Eusebio Samosateno, quod rarius ad eum scripserit, quia neminem haberet qui litteras ferret, omnibus laborando impeditis.* Ignoscas, *inquit*, rogo te, si rarius epistolas scribam. Erat quidem e re nostra, ut aliquem e nobis ad te amandaremus, neque id tamen fecimus: ideoque recte expostulat nobiscum prudentia tua, nec injuria corripuisti nos: scias tamen velim, illam hiemis fuisse apud nos inclementiam, ut itinera omnia obstructa permanserint ad Pascha usque; nec quisquam se obtulerit tanta præditus audacia, qui viarum comtemneret difficultates. Nam utcumque numerosum satis habeamus gregem, sunt tamen homines ad peregrinandum incompositi; propterea quod non exerceant mercaturam, nec peregre velint libenter agere: artes autem colant maximam partem sedentarias, unde victum sibi suisque acquirunt quotidianum. Quin Fratrem hunc ipsum, quem nunc ad tuam mittimus pietatem, ab agro evocatum ablegamus, qui ad tuam Sanctitatem epistolas meas perferret: ut et rerum nostrarum statum te edoceat, et quo in loco vestræ ibi versentur accurate nobis exponat; idque quam celerrime potest fieri, divina ei gratia opitulante.

Non nisi per Clericos litteras mittens,

excusat se quod rarius scribat,
B Ep. 263

E

omnibus laborando impeditis litteras ferre.

182 *Cum igitur tanta fuerit Clericorum Cæsareensium paupertas, nemo mirabitur quod toties ad Provinciæ Præfectos et tributorum exactores scripserit, ut a tributis haberentur liberi, præsertim ad Modestum Præfectum prætorii:* Ad virum tam illustrem, *inquit*, vel scripsisse, licet nulla præterea scribendi suberit causa vel occasio, maximum tamen est, et momenti præcipui ad honorem illis conciliandum, qui sensu aliquo præditi sunt; propterea quod rationes contulisse suas, aut familiariter versari cum iis qui præ ceteris sunt loco eminentiori constituti, dignitatem vel maximam conciliare illis solet, qui ad sublimiora aspirant. At mihi, qui, de patriæ meæ casu et periculo, et quidem universali, laboranti, necessarium fuit apud tuam magnitudinem animi intercedere. Hanc ergo meam intercessionem rogo, ut secundum tuam consuetudinem comiter admittere velis, manumque exporrigere auxiliatricem patriæ nostræ, ad tua genua provolutæ. Illud autem cujus gratia te nunc appellamus, ad istum modum sese habet. Qui Deo consecrati per ministerium erant, Presbyteros nempe et Diaconos, tributorum et census exactores prisci patiebantur immunes esse: at qui descriptioni faciendæ in præsenti præsunt, quasi nulla ipsis indulta foret in hoc negotio venia, per illustrem tuam potestatem, omnes illos etiam in tabulas censuales retulerunt, nisi forte per ætatem nonnulli excusati fuerint. Rogamus igitur, ut tuæ erga nos beneficentiæ monumentum hoc apud nos deponas, quo in omnem deinceps posteritatem, tui memoriam præclaram custodiamus; utque, juxta consuetudines et leges antiquas, qui Deo in sacris ministeriis inserviunt, liberi relinquantur a solutionibus: ne propter eorum gratiam nunc constringuntur solvendi necessitate, tantum immunitas hæc illis concedi videatur. Ita enim et ad successores horum gratia derivabitur, licet usque adeo non sint sacris Ordinibus digni: sed juxta morem observatum antiquitus in ejusmodi descriptione, communis indulgentia et exemptio ad Clericos universos extendetur: quos ubique terrarum rebus sacris inservientes,

Clericis immunitatem a tributis concessam
B. Ep. 279

F

conservandam curat

licet alias forte indignis

A vientes, illi quibus commissa est Ecclesiarum administratio et regimen, immunes habendos exemptosque annuntiabunt. Hoc certe quidem tuæ magnificentiæ immortalem apud bonos gloriam conciliabit, et Regiæ familiæ atque comitatui quam plurimos apud Deum intercessores procurabit : sed et rei etiam publicæ et pecuniarum rationibus non leve adjumentum accerset ; dum non Clericis tantummodo, sed afflicto rerum statu utentibus quibuscumque, per immunitatem solatium affertis, quomodo (ut cuivis notissimum est) in asserta libertate affecti sumus.

AUCTORE F. B.

Fures item puniendos, qui Sacerdotem spoliaverant B. Ep. 390

183 *Ad hoc tam illustre testimonium antiquæ consuetudinis, immunes servandi Clericos a tributis, accedat alterum, quo pateat zelus sancti Episcopi, in Clericis suis ab omni injuria vindicandis. Cum quidam, cujus nomen nullibi exprimitur, qui impedire debuerat, permisisset bona sua eripi Presbytero cuidam, hunc in modum illum increpavit.* Mirabar, *inquit,* qui fieret, ut te mediatore, tantum iniquitatis ausi fuerint nonnulli contra Compresbyterum, ut quam unicam habebat vitæ sustentandæ rationem, hanc ipsam diriperent : et, quod est gravissimum, quod qui hoc

B ipsum ausi sunt perpetrare, in te culpam universam transferrent ; quem oportebat hæc et hujusmodi ita minime permittere, ut omni potius ratione impedire deberes contra quosvis perpetrata, nedum vero contra Presbyteros, eosque præsertim qui concordes nobiscum sunt, et eamdem religionis viam nobiscum ineunt Si qua ergo tibi cura est non in aliquo refocillandi, fac ut quam celerrime corrigantur hæc perpetrata : potes enim tu, per Dei gratiam, et hæc et his graviora emendare, si volueris. Scripsi etiam ad Præfectum patriæ meæ, ut, si sponte voluerint justitiam observare, per judicum tribunalia, ad faciendum quod rectum est, compellantur.

Sacrilegos mo(net) ad Episcopi jus spectare

184 *Ita Basilius firmo et intrepido animo Ecclesiasticorum jura tuebatur : sed et jurisdictionem illæsam omnino volebat a potestate seculari: ideoque in hunc modum ad Commentariensem quemdam scripsit.* Quandoquidem deprehensi sunt in hac præsenti synodo nonnulli, qui impia facinora perpetrarunt, et contra Dei mandatum suffurati sunt vilia quædam pauperum vestimenta, quos par potius erat ut iis amictos, quam exutos vellent, eosdem vero fures deprehenderunt ii qui moribus et eutaxiæ ecclesiasticæ præ-

B Ep 417

C erant : tu vero ad te tuamque cognitionem spectare arbitraberis, veluti qui cum quodam publico imperio esses, istarum rerum receptionem; scripsi ad te litteras, quibus reddo certiorem, perpetrata in ecclesiis facinora, ad nostram spectare correctionem emendationemque; neque judicibus ea propter esse molestiam facescendam. Quocirca sacrilege subductas vestes, quas continet inventarium apud te depositum, et de omnibus præsentibus inita in scriptis ratione, denuo recipi mandavi: et illa quidem custodienda in posterum venturis deinceps, ista autem præsentibus in manus tradi; hominesque ipsos reducere, quos conversos ad informationem et institutionem Domini, in Dei nomine spero in posterum me redditurum meliores. Nam quæ tribunalium supplicia non potuerunt efficere, ea scimus ipsa tremenda Dei judicia sæpenumero effecisse, et ad rectam deduxisse rationem. Si libuerit de istis ad Comitem referre, tantam certe confidentiam, cum in rei ipsius æquitate, tum etiam in hominis illius justitia ponimus, ut tuo ipsius arbitrio permittamus, quidquid volueris agere

res ecclesiis ablatus ipsosque fures, meliores reddendos

185 *Nec minori fortitudine observanda curabat, quæ ad Ecclesiæ spirituale bonum, et Ecclesiasticorum disciplinam sancita erant. Hac in re zelum ejus sensit Paregorius Presbyter, qui contra Canonem Nicænum subintroductam habens mulierem, cum cogeretur* D *a Chorepiscopo illam dimittere, ad Basilium per litteras causam detulerat, multis se excusans, et inter cetera, quod ob senectutem (erat enim septuaginta annorum) ipsius ministerio egeret; Chorepiscopum autem accusans, quasi is tantillum commodum subtractum ipsi vellet, propter memoriam veteris cujusdam inimicitiæ. Potuisset hoc forsan apud alium valere : sed Basilius, publicæ honestati et sacris Canonibus omnia posthabens, suaviter quidem at simul fortiter, hunc in modum respondit.* Legi litteras tuas magna cum animi lenitate, admiratusque sum, quomodo coneris rebus incurabilibus mederi sermonibus longis; cum breviter nobis et facile reipsa satisfacere valens, in illis de quibus accusaris permanere constitueris. Nec primi, nec soli sancivimus, Paregori, non debere mulierculas cohabitare viris. Lege Canonem a sanctis Patribus nostris in Nicæna Synodo constitutum, qui manifeste interdixit, ne quis mulierculam subintroductam habeat : cœlibatus autem in eo habet honestatem suam, si quis a nexu mulieris secesserit. Itaque, si quis, cœlibatum nomine tenus professus, reipsa faciat ea quæ a conjugatis fiunt; manifestum

Canonum observationem urget,

B. Ep. *contra quos Presbyter subinductam habens mulierem,*

E est quod virginitatis honestatem nuncupatione quidem illius præstet, verum interea ab inconvenienti voluptate non desistat. Tanto facilius admonitioni nostræ acquiescere poteras, quanto magis liberum esse te a corporalibus affectionibus affirmas : neque enim credo, virum septuaginta annos natum, cum ejusmodi affectionibus cohabitare mulierculæ; neque propterea ista determinavi, quod aliquid absurdi designaveris ; sed quod ab Apostolo edocti sumus, non esse fratri ponendum offendiculum vel scandalum. Scimus autem usuvenire, ut quod a nonnullis recte geritur, aliis in occasionem peccati cedat. Ob hanc causam, constitutionem sanctorum Patrum secuti, præcepimus, ut a muliercula separeris. Ut quid igitur Chorepiscopum accusas, et veteris inimicitiæ mentionem facis ? Imo quid nos quoque, quasi aures habeamus delationibus admittendis proclives; et non magis teipsum reprehendis, quod a consuetudine mulierculæ abstinere detrectas ? Ejice igitur illam ex ædibus tuis, et trade in monasterium : sit illa cum virginibus, et tu inter viros ministra, ne nomen Dei propter vos blasphemetur. Donec ista feceris, etiamsi innumera per epistolas causeris, nihil efficies; sed

jubetur eam dimittere,

sub pœna excommunicationis

F otiosus morieris, dabisque Domino otii tui rationem. Si vero sine correctione tui ipsius ausus fueris Sacerdotii retinere functionem, anathema eris omni plebi : et si qui te receperint, per omnem Ecclesiam excommunicabuntur.

186 *Credibile est Paregorium, his acceptis litteris, sacrosanctis Canonibus se conformasse. Difficilior perturbatio, cum majori scandalo, excitata est a Glycerio quodam Diacono, quæ sancti Antistitis longanimitatem multum exercuit. Ille, cum multorum indignationem suis ineptiis commovisset, coactus est ad Gregorium quemdam, magnæ auctoritatis virum et Basilii amicum, confugere. Fuerit is forsan Nyssenus aut Nazianzenus, qui ut communis boni intuitu patrocinium miseri istius susciperet, per litteras exorare est conatus Basilium : hic vero ad ejus intercessionem rescripsit Epistolam, qua rem pessime gestam narrat.* Negotium certe, *inquit,* subiisti moderatum, suave, et humanitatis plenum, qui Glycerii illius refractarii (sic enim adhuc illum nominamus) captivitatem collegisti; et commune nostrum dedecus et opprobrium, quoad ejus fieri potuit; operuisti. Nihilominus operæ pretium fuerit, ut pietas tua non solum hanc infamiæ labeculam abstergat, sed et rei ab ipso gestæ seriem et historiam edoceatur. Iste igitur, tanta gravitate et fastu conspicuus Glycerius vester, Venensis Ecclesiæ Diaconus a me ordinatus in eum finem fuerat, ut

B .Ep. 412

Glycerium Diaconum

A ut cum Presbytero ei serviret, et ad curandam rem ecclesiasticam admoveretur : est enim vir moribus utcumque insuavibus et absurdis, non tamen male comparatus a natura ad negotia quæ præ manibus sunt. Postquam vero Diaconus ordinatus fuerat, in tantum neglexit officium facere, acsi nullum ei penitus incumberet. Coactis autem privata sua auctoritate et potestate Virginibus misellis nonnullis, partim sponte sua accurrentibus (sunt enim, quod te minime fugit, juvenculæ ad hujusmodi proclives) partim invitis etiam et reluctantibus abductis, gregi huic præesse statim voluit; assumptoque titulo et habitu Patriarchali, admodum cœpit insolescere : non eo provectus per directam aliquam successionem, aut pietatis studio inductus ; verum hanc sibi dignitatem, ut quivis alius aliam quamvis artem, ad vitæ victusque rationem advocans. Parum certe is abfuit quin Ecclesiam omnem pessumdaret, conculcato Presbytero suo, cui erat addictus, viro tam vitæ suæ transactæ proposito, quam ætate ipsa venerando; contemptoque Chorepiscopo, ac me etiam ipso, quasi viris titivillitio non æstimandis, tumultibus, turbis, seditionibus, urbem ipsam et ordinem sacrum universum implevit.

[*qui se dementatis aliquot virginibus patriarcham præfecerat,*]

[*urbem implens tumultibus,*]

B 187 Vis breviter expediam universa? Ut nec aliqua vel levissima objurgatione a me et Chorepiscopo corriperetur, nec penitus in nostri contemptum descenderet (nam et adolescentes ad eamdem contumaciam inductos exercebat) facinus admodum audax et inhumanum excogitavit. Virgines enim quotquot potuit sacrilege deprædatus, et noctis arrepta opportunitate, capescit fugam. Hæc satis scio tibi summe intoleranda videntur : sed et tempus quoque ipsum animadverte. Conventus tunc temporis Episcoporum eo loci peragebatur, atque ingens hominum multitudo, ut fieri solet, undecumque confluxerat : quam lo suum hic ex adverso chorum ducebat, anteambulones sequens adolescentes, et alacriter tripudiis circum saltans, eoque inverecundo spectaculo pit omnibus tristitiam magnam, lascivis autem et procacibus risum excitans sane profusum. Neque hisce contentus tam atrocibus, Virginum ipsarum parentes, qui moleste (ut audio) suam ferentes orbitatem, et dispersas recolligere et reducere filias volebant, earumque pedibus cum luctu gemituque, ut par est credere, affumdebantur; adolescens iste admirandus, una cum prædatoria latronum manu, con-

[*accitisque ad hoc adolescentibus*]

[*publice choreas ducens,*]

C tumeliis affecit, et ignominia intoleranda. Hæc pietas tua existimet velim : est enim commune nostrum omnium ludibrium. Imprimis autem illi imperes, ut revertatur cum Virginibus suis : futurum est enim ut benignius cum illo agatur, si litteras a te secum adduxerit : sin minus ipsum remiseris, at Virgines saltem ipsarum matri, hoc est Ecclesiæ, restitue. Quod si ne hoc quidem omni ex parte impetremus, saltem quibus est animus revertendi, ne illas per vim retineri et quasi tyrannide adhibita patiaris opprimi, sed cura ut ac nos reducantur : alioqui Deum testor atque homines, hæc pessimo consilio administrari, nec secundum leges Ecclesiæ et consuetudines. At Glycerius, si cum tuis litteris redierit, et cum illa qua par est modestia, recte quidem istud ; sin secus faxit, esto submotus a ministerio.

[*compesci et moveri officio jubet,*]

188 *Si ad Nazianzenum aut Nyssenum hæc epistola revera missa est, ideirco credo graviori stylo scriptam, ut posset ipsi Glycerio exhiberi, ad quem etiam antea scripserat, serio monens ut insanire tam scandalose desineret : quibus cum nihil adhuc impetrasset, scripsit et alteram ad amicum, hortatus eum ut omni modo Glycerium ad saniora consilia reducat.* Jam ante ad te scripseram, *inquit,* de Glycerio et Virginibus illis. At isti ne adhuc quidem sunt reversi, sed moras nectunt : qua fiducia aut quam ob causam, ignoro :

[B. Ep. 313 *deinde spondet conversum recipere.*]

neque enim possum in animum inducere, hoc a te eo D fine admitti, ut in meam redundet contumeliam, vel propter offensam aliquam nostram, vel in gratiam aliorum quorumcumque. Deposito igitur omni metu veniant : illis tu te sponsorem præbeto : angimur enim tristamurque membris aliquibus debilitati, etiamsi alioqui propter malum admissum sunt præcisa : quod si adhuc refragentur, aliorum tunc esto culpa, nos manus nostras abluimus. *Quem exitum hæc omnia sortita sint, nusquam indicatur : liquet tamen quanta longanimitate et patientia cum insano hoc et scelerato homine egerit Sanctus, ne ipsum in perniciem adigeret, sed potius Deo et Ecclesiæ lucrifaceret.*

[AUCTORE F. B.]

189 *Zelum quo ipse pro Dei Ecclesia æstuabat, in aliis quoque provinciæ suæ Episcopis accendere studens; pro tradita sibi auctoritate officii sui eos commonefaciebat. Documento imprimis sit nobis ejus Epistola, qua perstringit eos qui simoniace sacros Ordines conferebant.* Absurditas rei, de qua scribo, *inquit,* animum quidem meum mœstitia replevit, propterea quod omnino in suspicionem abiit et rumore percrebuit ; hactenus tamen res mihi neutiquam credibilis visa est. Quod igitur de illa scribo, medicinæ loco sit, si quisquam sibi male conscius est : qui sibi vero nihil hujus est conscius, ei sit vice amuleti, quo se E præmuniat a vitio : si quis autem hanc rem susque deque fert, id quod in vobis deprehendi nolim, illi sit pro contestatione. Quid est autem quod dico? Feruntur quidam ex vobis ab illis qui ordinantur accipere pecuniam, idque (quod pejus est) pietatis nomine palliare. Duplo namque puniendus venit, qui prætextu boni quod malum est facit, tum quia operatur, quod bonum non est; tum quod, ad perficiendum peccatum, bono, ut dicitur, utitur cooperario. Hæc si ita habent, post hac non fiant, sed emendentur : alioqui necessario dicetur ad accipientem pecunias, quod ab Apostolis ad eum dictum est qui pecuniam dare volebat, ut communionem emeret Spiritus sancti, videlicet, Argentum tuum tecum sit ad perditionem. Levius enim deliquit, qui propter experientiam emere volebat; quam qui jam donum Dei vendit. Venditio enim facta est : et si, quod gratis accepisti, vendideris ; tamquam satanæ venumdatus, Dei gratia privaberis. Cauponis enim ritu quæstum rebus spiritualibus infers et Ecclesiæ, ubi corpus nobis et sanguinem Christi concreditum habemus. Ista ad hunc modum fieri non debent. Quæ vero sit hic impostura dicam. Putant se nihil delinquere, quod non ante, sed post manuum impositionem pecuniam accipiunt. At pecuniam accipere est, quandocumque fiat. Hortor itaque, ut quæstum hunc, imo transitum ad gehennam, declinetis : nec manus tali lucro polluentes, indignos vosmetipsos ad tractandum sancta mysteria constituatis. Ignoscite autem mihi. Primum quidem rumori isti fidem non dedi : postea vero tamquam persuasus interminor. Si quis post hanc epistolam meam tale quid designaverit, cum nostris hic altaribus nihil habebit commune, sed quæret ubi donum Dei coemptum denuo vendere queat : nos enim et Ecclesiæ Dei talem consuetudinem non habemus. Cessabo, si adhuc unum adjecero. Propter avaritiam ista fiunt : avarita vero malorum omnium radix est, et idololatria vocatur. Ne velitis igitur modicæ pecuniæ gratia idola Christo præferre; neque Judam sectantes, quæstus gratia secundo illum prodere, qui semel pro nobis cruci est affixus : alioqui et ipsi agri, et manus eorum qui hosce fructus metunt, Aceldama vocabuntur.

[*Episcopos simoniace ordinantes* B. Ep. 76]

[*arguit exponens peccati enormitatem,*]

F

[*et inepta de simonia sententia rejiciens*]

[*delinquentibus minatur depositionem,*]

190 *Altera epistola torporem Episcopi cujusdam increpat Basilius, et raptum virginis jubet excommunicatione puniri.* Valde quidem doleo, *inquit,* quod intelligam te nequaquam indigne ferre illicita, neque

[B. Ep. 244 *Episcopum officii commonefacit.*]

repetere

A repetere, et recolere quod hæc ipsa rapina et in liberæ conditionis homines contumelia, in vitam et conditionem humanam delinquit, et præter jus ac fas est tyrannica quædam grassatio. Nam certo scio, quod si omnes hoc animo essetis et ad hunc modum affecti, nihil prohibuisset, quin jam olim istius improbitatis consuetudo de patria nostra exularet. Zelum ergo in præsenti Christianum demonstres, et prout flagitat injuria commoveare; atque puellam, quocumque tandem loco deprehendatur, raptori ereptam restituas parentibus suis : illum vero excludas ab orationibus tuis, ac veluti præconia voce proclama rejectum : et qui participes eidem sociique fuerunt, juxta quod jam pridem denuntiavimus, una cum familiis suis omnibus per triennium a precibus ejicias et excludas : villam vero quæ hominem illum susceperit, aut etiam tuita fuerit contra reposcentes illam, prorsus a precibus suspensam habeas et orationis communione; ut discant omnes, non secus quam serpentem aut bestiam quamvis aliam venenatam, odisse raptorem, et persequi communem illum omnium hostem, atque injuria affectis opitulari.

ut raptam Virginem restituendam curet parentibus

et raptorem eique adhærentes censuris Ecclesiasticis compescat,

191 *Alias interrogatus ab Episcopo quodam, quid*
B *faciendum homine versatili et versipelli, et in judiciis pejerante, sic tamen ut convinci non posset, in hunc modum respondet* . Difficillimum est et periculi plenum cum hoc homine habere negotii quidquam : neque enim usui potest esse versatilis et versipellis hujus dispositio, et de qua (ut ex iis quæ palam cernuntur, deprehendimus) conclamatum est omnino. Citatus accurrit in judicium, et cum in rem præsentem advolarit, tanta dicendi copia pollet, tam sunt illi in proclivi juramenta, ut bene putemus nobiscum agi, si quam celerrime ab illo liberemur. Quin et illum non raro animadverti accusatores retorquentem. Ut verbo dicam, non est inter rerum naturas omnes quotquot terram istam obtinent, ulla credo adeo varia et versatilis et ad improbitatem agilis, quam est ille homo; idque vel leviter expertus quisque intelliget. Quid autem meam rogatis sententiam, et non potius vosmetipsos eo inducitis, ut injurias illius experiamini, non aliter quam divinam iram vobis immissam. Ut autem vos ex impietatum ipsius societate non conspurcemini, cum familia sua omni separetur a precibus et sacrarum rerum omnium communione, usque dum ab omnibus decli-
C natus ad meliorem frugem revertatur.

B Ep 245 *pejerantem in judicio*

suadet excommunicandum

192 *Ceterum non tantum suffraganei Episcopi, sed etiam alii, ab ejus sapientia eruditionem, a prudentia consilium, requirebant. Testantur id epistolæ ad Amphilochium Episcopum Iconiensem, ad Optimum Antiochenum in Pisidia, ad Ecclesiam Neocæsariensem, aliosque quamplurimos; a quibus, non aliter quam oraculum aliquod sui temporis, audiebatur. Porro virtutes ejus, quæ tantam ipsi apud omnes conciliabant auctoritatem et æstimationem, a Nysseno enumerantur hoc ordine;* Amor et studium vehemens erga fidem, odium adversus eam aspernantes et reprobantes, dilectio erga Deum; studium et desiderium ejus qui vere atque reipsa est, ad nullam rem materialem effluens atque deflectens; vita per omnia exacta atque exquisita, victus aridus, acies oculorum et obtutus vigori animæ par, gravitas non affectata, silentium sermone efficacius, cura atque contemplatio rerum earum quæ sperantur, contemptus earum quæ videntur; æqualitas erga omnes, sive enim in excellenti quis dignitate forte constitutus esset, sive ex humilibus et abjectis esse appareret, eadem illum dignatione accipiebat, et in eodem honore habebat.

Synopsis virtutum ejus.

Or F.

D

CAPUT XVI.

Caritas erga Religiosos, Xenodochium extructum.

Hoc inter reliqua præcipue ad laudem Basilii facit, quod ad Episcopatum evectus, inter multiplices curas amorem vitæ Religiosæ minime dimisit; quem ante, Presbyteri fungens munere, quotidianis exercitationibus foverat : atque hac de causa Religiosos omnes seu Monachos tenerrimo amore complectebatur; ut quorum Fundator ante Episcopatum extiterat, eorum se in Episcopatu Patrem præberet. Hac de re, tamquam de crimine, ab adversariis palam accusabatur; permittente id Deo, ut ex ipsius Sancti ad hanc calumniam responsione, posteris testimonium relinqueretur, quanto desiderio religiosam vitam desideraret ipse, et quo affectu eam colentes prosequeretur : Accusamur, *inquit,* quod homines habeamus Monachos, pietatis studiosos, qui mundo renuntiarint, et universis seculi istius curis; quas Dominus comparat spinis, fertilitatem verbi impedientibus. Qui hujusmodi sunt, mortificationem Jesu in corpore circumferunt; ac cruce quisque sua accepta, Deum sequuntur. Ego vero E omnem vitam meam impenderem, ut mihi possent ista impingi delicta; haberemque apud me viros, qui me doctore hoc pietatis studium amplexi hactenus fuissent. Nunc autem in Ægypto quidem audio talem esse virorum quorumdam virtutem; et forsan in Palæstina quoque sunt, qui ad Evangelii normam vitæ suæ conversationem perfectam reddant. Audio et in Mesopotamia viros esse perfectos ac beatos. Nos vero perfectis collati, pueri sumus. Sunt autem et feminæ, evangelicam vitam amplexæ; quæ virginitatem quidem nuptiis præferunt, sensum vero carnis servituti subjiciunt; et beato luctui immorantes, beatæ sunt ex proposito, ubicumque terrarum degant : apud nos vero ista, qui primis adhuc elementis ad pietatem instituimur et initiamur, minuta sunt ac rudia : quod si quid dedecoris et indignitatis aliqui mulierum vitæ ac statui inferunt, non est quod ego illos defendere velim : illud vero vobis assero et confirmo, quod quæ hactenus pater mendacii Satanas non est ausus dicere, ea temeraria corda et nullo retenta moderationis fræno ora, indesinenter et cum summa licentia, loquuntur. Scire autem vos volo, quod optamus nobis et virorum et mu- F lierum cœtus dari, quorum conversatio in cœlis sit, qui carnem suam cum affectionibus ac concupiscentiis crucifixerint, quique nec de cibis nec de indumentis soliciti sint, sed immobiles et assidui apud Dominum noctes ac dies precationibus immorentur; quorum os non loquatur opera hominum, sed hymnum concinat Deo nostro; quique sedulo propriis manibus operentur, quo possint impertiri illis qui opus habent.

Basilium ob affectum erga Religiosos accusatus

B. Ep. 63

id sibi laudi ducit.

194 *Inter eos quos habebat Monachos, Heraclides fuit; cujus nomine ad Amphilochium scripsit, quocum ille solitudinem petere decreverat : sed cum ad Sanctum pro re quapiam communicanda venisset, detentus ab eo est, ut in vita monastica instrueretur. Numerari præterea inter Monachos Basilii possunt Festus et Magnus, de quibus quam paternam curam habuerit, ad eos scribens ipse declarat :* Parentes quidem, *inquit,* suorum decet cura liberorum, et agricolas plantarum seminumque studia; magistros quoque discipulorum solicitudo, maxime quando per ingenii dexteritatem, de se optimam spem præbent. Ipse enim agricola in laboribus, turgescentibus spicis et stirpibus nascentibus, gaudet : discipuli vero magistros, liberique genitores suos exhilarant; hi quidem virtute, illi vero doctrina increscentes. Nos vero de vobis tanto majorem

B Ep 392

B Ep 210 *Festum et Magnum Monachos*

ad virtutem animat:

A majorem curam habemus, tantoque meliorem spem, quanto pietas omni ex parte præstantior est cunctis animantibus simul et fructibus : quam pietatem, in teneris adhuc purisque vestris mentibus insitam radicitus a me et eductam, videre optamus progressam ad ætatem perfectam maturosque fructus; vestra interim discendi cupiditate precibus votisque nostris adjuta. Optime enim et nostram in vos benevolentiam cognovistis, Deique auxilium ingeniis vestris inesse, quibus ubi necesse est dirigendis Deus in auxilium vocatus, et non vocatus adest; omnis autem qui Deum amat, ad litterarum disciplinam per se propensus est : insatiabile vero est desiderium eorum, qui utile quidpiam docere possunt, modo discentium mentes omni contradicendi vitio careant. Non igitur corporis sejunctio impedit, quin ad excellentiam sapientiæ et humanitatis vos effingat, mentem ipsis corporis finibus non circumscribens, neque lingua sermocinandi facultatem terminans; dat vero quid amplius quam qui ex tempore prodesse possunt, cum non solum longo intervallo disjunctis, sed postea quoque in lucem edendis scientiam transmittere valeat. Nobis autem rei hujus veritatem experimentum confirmat, quando
B jam ætate provecti, juvenes in litteris sana doctrina instituunt. Nos tanto spatio corporibus separati : animo semper vobiscum sumus, facileque de doctrina, quæ neque terra, neque mari contineri potest, conferimus, si vobis propriarum animarum cura sit.

195 *Sed quandoquidem hæc tamquam ad absentes scribat, necesse est Festum et Magnum, tum saltem cum hæc epistola scriberetur, in Ponto aut alibi extra Cæsaream vitam monasticam duxisse. Nam etsi in urbe sua secum haberet Monachorum consortium, nihilominus et aliis circumquaque monasteriis invigilabat; et illud quamvis pium contubernium, nimis angustum tamen satiare ejus desiderium ita non poterat, quin ingenti ardore animi Ponticam invisere solitudinem desideraret, et Monachorum illic degentum societate sese*

B Ep 73
absentibus cupit adesse;

oblectare. Potest Deus, *inquit Sanctus*, etiam eam animi jucunditatem, quæ fit ex mutuo congressu et convictu, largiri nobis, qui semper et videre vos, et de rebus vestris audire cupimus; propterea quod nulla alia in re animi recreationem habemus, quam in vestro profectu et absoluta præceptorum Christi observantia. Interea vero, dum hoc negatur, ne-
C cessarium arbitramur, ut per carissimos Deumque timentes Fratres vos invisamus, atque per litteras dilectionem vestram alloquamur...... Nam noctes atque dies Dominum precamur, ut probati habeamini : quo et nobis fiducia sit in die Domini nostri Jesu Christi per vestram salutem, et vos clari sitis in splendore Sanctorum, opusque nostrum justo Dei judicio probetur.

Solitarios in cœnobia congregat,

196 *Alterum erat benevolentiæ ergo Religiosos indicium, quod Solitarios quotquot poterat in unum congregaret, eisque suaderet vitam cœnobiticam colere : hanc enim longe, nec immerito, anteferens solitariæ, ad illos ait.* Arbitror, non alia vobis opus esse per Dei

B. Ep 295

gratiam consolatione admonitioneve, post illos sermones quos egomet coram vobiscum habui, quibus illud imprimis suggerebam, ut vitam communem, in eumdem finem tendentem institueretis, ad imitationem instituti Apostolici : quod ipsum tamquam optimam doctrinam amplexi, idcirco Deo gratias habuistis. Quocirca cum non essent mera verba prolata, sed præcepta in opus exitura, ad vestram quidem utilitatem, qui essetis suscepturi, comparata; ad nostram vero consolationem, qui consilium vobis idem suggesseramus; ac porro ad Christi laudem atque gloriam, cujus nomen invocatur super nos; Fratrem nostrum expectatissimum misi, ut spiritu

et pro singulorum profectu satagit.

AUCTORE F. B.

ferventes exploret, nobisque notos faciat, tardos D autem extimulet, at reluctantes nobis designet; itaque de vobis certiores reddamur, quod vitam sine testibus non ametis; sed potius singuli desideretis tum custodes alii alienæ diligentiæ fieri, tum testes rerum præclare gestarum. Ita enim fiet, ut mercedem suam propriam omnes recipiant numeris omnibus consummatam, atque illam præterea propter Fratrum progressus debitam, ex verbis et factis, quæ alii aliis debemus, exhibere in congressu et consolatione quotidiana.

197 *Ex eodem affectu proveniebat, ut exultaret animo, si quis relicto seculo monasterium ingrederetur; ut testatur ipse ad Superiorem monasterii cujusdam, forsitan Petrum fratrem suum, in hæc verba scribens.*

B. Ep 238
gratulatur etiam illuc receptis,

Fratri quidem huic ego congratulor felicitatem suam, qui et turbis hisce nostris liberatus existit, et tuam pietatem patronam adeptus est. Selegit certe sibi conversationem honestam cum iis qui timent Dominum, optimum viaticum ad futurum illud seculum. Commendo autem illum tuæ dignitati. *Suum quoque desiderium vitæ quietioris indicans Basilius, ita prosequitur.* Rogo etiam per illum te et obsecro, ut miseram vitam meam tuis precibus adjuves : ut exemptus de hisce tentationibus, dignus fiam qui Domino E serviam juxta præscriptum Evangelii. *Omni etiam cura prospiciebat Basilius, ut immunitates Monachis concessæ permanerent inviolatæ. Hinc ad Censitorem scribens :* Apud tuam dignitatem, *inquit*, etiamnum reor constitutionem obtinere in gratiam Monachorum editam, ut non sit mihi opus privatam iis gratiam, mea causa indulgendam, postulare; sed jubeam fruantur et contenti sunt communi, et in omnes diffusa benignitate. Cum tamen ad mei officii rationem putem attinere, ut quantum in me situm est, horum hominum curæ invigilem; ad tuam prudentiam litteras hasce mitto, supplicaturas, velis, jubeas immunes esse a contributione omni, eos, qui mundo quidem olim renuntiarunt, corpus vero suum mortificarunt; ut jam non possint aliquid vel de re sua familiari, vel de ministeriis et laboribus corporalibus, publicis adjicere vectigalibus, aut in fiscum inferre. Siquidem enim secundum suam professionem vixerint, nec opes possident, neque corpora : cum illas a se ad indigentium et pauperum usus ablegaverint, hæc vero vigiliis et jugi oratione penitus confecerint. Scio autem qua reverentia pro- F sequaris eos, qui vitam suam instituant ad hunc modum, auxiliatores tibi acquisiturus, qui per suam evangelicam conversationem Dominum tibi propitium et benignum reddant.

B Ep 304
et immunitates eorum tuetur :

198 *Ex eodem laudabili erga religiosam vitam affectu, paternam suam sollicitudinem ad Virginum quoque monasteria extendebat.* Cujus sunt, *inquit, Nazianzenus*, Virginum cœnobia? cujus præcepta illa litteris mandata? His ille tum omnes sensus coercebat, tum membra omnia componebat, ac virginitatem vere colere admonebat; pulchritudinem ab iis rebus, quæ aspectu sentiuntur, ad ea quæ oculorum obtutum fugiunt, convertens : atque id quidem quod externum est debilitans, flammæque materiam subtrahens; quod autem internum et occultum est offerens spectandum Deo, qui solus purarum animarum sponsus est, atque insomnes animas introducit secum, si modo cum claris lampadibus et copiosa olei alimonia obviam ipsi prodierimus. *Deinde etiam eas erudiebat, quæ virginitatem suam extra monasteria Deo consecraverant; quarum una fuisse videtur Theodora Canonica, quam de virtutibus status suo convenientibus paucis multa docet :* Unum illud, *inquiens*, penitus meo animo insidet, memoriam tuæ reverentiæ custodire, et votis omnibus a Deo exposcere cursus tui consummationem, et propositi illius

Orat. 20
curam quoque gerit sacrarum Virginum

B Ep 302
quarum una Theodora,

 boni

AUCTORE P. B.

A boni ad quod anhelas. Est enim concertationis non exiguæ, opere perficere quod quis inceperit, et professum aliquid actu respondere suis pollicitationibus. Cujusvis non est eligere vivendi institutum secundum regulam evangelicam, et in minimis ac minutissimis rigide illam observare, nec quidquam eorum præterire quæ scripta ibi sunt. Hoc paucissimi, quantum ego quidem possum memoria recolere, ipso effectu præstiterunt: ut et lingua loqui erudita, et oculis videre informatis ex Evangelio, secundum Dei voluntatem possint; et ita suis manibus operari, ut propositum placendi Deo flagitat: pedes etiam ita movere, et quodlibet membrum ita componere, ut Creator ab initio disposuerat; modestiam quoque in vestitu observare, in congressibus vivorum caute et custodite versari; in victu quod sufficit appetere tantum; in rerum possessarum ratione, quod superfluum est et vacuum, insuper habere. Hæc omnia, simpliciter, et in se considerata, sunt exigua; at magno opus est certamine, ut gradum excellentem in hisce observandis assequare, in quod revera sum expertus. Sed et humilitatis etiam perfectio est, non meminisse claritatis

exponit virtutes status ejus congruas.

B majorum, non efferri si quod nobis egregium donum obtigerit, secundum corpus vel animam; non hominum de nobis opinionem arripere, ad inflandæ anxietatis aut superbientis elationis occasionem. Evangelicæ vitæ professionem spectant ista omnia; nec non etiam continentiæ vigor, orationis fervor et sedulitas, compassio fraternæ charitatis, utilium communicatio rerum egentibus, animi spiritusque dejectio, cordis compunctio et tribulatio, fidei sanitas orthodoxæ; in austeritate æquabilitas, perpetua tremendi et ineluctabilis tribunalis illius memoria, ad quod omnes festinamus, sistendi aliquando: pauci autem serio de illo cogitant et laborant de successu, quem sunt coram illo inventuri.

Pauperibus Xenodochium exstruit

194 *A Religiosis, qui voluntariam paupertatem sectantur, transeo ad eos qui necessitate tales sunt: quorum Basilius caritate et solicitudine, ut Episcopum imprimis decebat, pater et tutor fuit. Præter misericordiam, tempore famis iterato exhibitam, de qua ante egimus; reliquit non tantum liberalitatis suæ in pauperes, sed etiam munificentiæ præclarum monumentum, domum scilicet excipiendis peregrinis, infirmis, leprosis, aliisque subsidio indigentibus destinatam. Hanc Nazianzenus describit, et summopere laudat, ostendens*

Orat. 20

C *pariter quam provide de omnibus necessariis illi prospexerit Basilius, et quam amanter complecteretur eo divertentes, præsertim leprosos, posthabita omni nausea et horrore, quibus ejusmodi morbo laborantes gravare solent secum versantes.* Pulchra res est, *inquit Nazianzenus*, benignitas et pauperum alendorum studium, atque humanæ infirmitati opem ferre. Paulum extra civitatem pedem effer, ac novam civitatem conspice; illud, inquam, pietatis promptuarium, commune locupletum ærarium; in quod non modo redundantes ac superfluæ opes, sed necessariæ quoque facultates propter illius cohortationes reconduntur, quæ nec tineas pascant, neque fures oblectent, invidiæ certamen et temporis corruptionem effugientes. Istic morbus æquo animo toleratur, ibi calamitas beata censetur, et misericordia exploratur. Quid huic operi Thebas comparem, sive Græcas septem, sive Ægyptias centum portis instructas? Quid commemorem muros illos Babylonicos et Caricis Mausoli sepulchrum, et pyramidas, et Colossi æs immensum, et delubra miræ magnitudinis atque elegantiæ, jam eversa et prostrata, ceteraque omnia, quæ homines admirantur, atque historiis prodiderunt; et unde præter inanem quamdam et exiguam gloriam, nulla prorsus utilitas ad suos conditores rediit? Mihi nulla res perinde admirabilis

septem mundi miraculis præferendum,

videtur, atque compendiaria hæc ad salutem via, D facilisque in cœlum ascensus. Proponitur oculis nostris triste et miserandum spectaculum, homines ante obitum vita functi, ac pluribus corporis membris præmortui; expulsi civitatibus, domibus, foro, aquis, per homines etiam sibi carissimos; nominibus potius quam corporum lineamentis agnoscendi; qui neque in publicis cœtibus et conventibus, per sodalitia et contubernia feruntur, quia jam non misericordiam ob morbum, sed odium sui excitant, miserabilium næniarum editores, si quibus tamen vox quoque ipsa superest: quæ omnia quid tragicis verbis prosequar, cum nulla oratio huic calamitati par inveniri queat?

ubi etiam leprosi excipiantur,

200 At ille omnium maxime nobis persuasit, ut cum homines simus, homines ne contemnamus; nec per nostram in illos crudelitatem, Christum unum omnium caput ignominia afficiamus: sed in alienis calamitatibus, nobis ipsis optime consulamus, Deoque fœneremur misericordiam, qua ipsimet egemus. Quocirca ne labra quidem vir nobilis, et nobilibus ortus glorique clarissimis, ægrotis admovere gravabatur, verum ut fratres amplectebatur; non, ut quispiam forte existimaverit inanem gloriam captans E (quis enim ab hoc affectu remotior?) verum per philosophiam suam hoc suis præscribens, ut ad ægrorum corporum curationem accedere non vereantur. Ita, non modo loquendo, sed etiam tacendo, monitoris partes obibat. Ast forte in civitate quidem ad hunc modum agebatur, per diœcesim vero atque externa loca non item. Imo omnibus populi Antistitibus certamen commune proposuit benignitatis et munificentiæ erga pauperes. Aliis curæ erant coqui, et lautæ mensæ, et cupediariorum lenocinia, et elegantes currus, et vestes molles ac diffluentes; Basilio autem, ægroti et vulnerati, Christique circa hæc imitatio: non sermone, sed opere lepram purgantis. Quid ad hæc nobis dicturi sunt, qui homini fastum superciliumque objiciunt, iniqui sane et acerbi hujusmodi rerum judices, eosque qui regulæ non subsunt regulæ admoventes? An fieri potest, ut qui leprosos deosculatur et huc usque se demittat, adversus sanos et valentes supercilium attollat? qui carnes continentia et inedia conficiat, inani animi fastu infletur? qui Pharisæum damnet, atque illius ex arrogantia depressionem commemoret, Christumque ad formam usque servilem sese demisisse, et cum publicanis comedisse, et discipulorum pedes F abluisse, nec crucem recusasse sciat, ut peccatum meum affigeret; idem tamen supra nubes se efferat, atque omnibus anteponat?

quibus ipsemet ministrans

cum summa humilitate;

201 *Non immerito autem Nazianzenus, ædificium istud urbi comparavit, cum ipsum ea omnia comprehenderit, quæ Basilius enumerat;* Receptacula, *inquiens*, ponimus peregrinis, qui huc ut forte accidet advenerint; et præter istos in eorum usum, quibus opus est curatione propter infirmitates suas, necessarium his solatium procurantes. Nosocomos, medicos, bajulos, ductores, et ceteros operarios in promptu nos habere oportet, cum qui absolute ad vitam, tum etiam qui ad honestiorem vivendi rationem desiderantur; quin et ædes præterea alias, operibus faciendis requisitas. *Tanta Basilii caritas, non in solis misericordiæ corporalis operibus sese continebat; sed hoc maxime ipsi curæ erat, ut sæpius in ea domo degentes visitaret, corporibus impensa commoda dirigeret in medelam et spirituale nutrimentum animarum, ut Nyssenus præclare advertit, ædificium istud comparans Tabernaculo, a Moyse olim divina jussione erecto.* Quale, *inquit*, Tabernaculum testimonii, et quidem corporaliter in suburbio fabricatus sit, pauperes corpore, pauperes spiritu ut essent, per bonam doctrinam efficiens; adeo ut eorum

cetera quoque necessaria curat

B. Ep. 372

etiam spiritualia.

Or. F

A rum egestas ob beatitudinem memorabilis existeret, utpote veri regni donum gratiamque concilians.

202 *Quo tempore tam magnum opus inchoarit perfeceritque Basilius, et quorum impensis, difficile est dicere. De tempore quidem affirmari posset, anno* CCCLXX *cœptum fuisse ædificari : videtur enim incepisse statim post susceptum Episcopatum : et Evippius, cum aliis Arianis Episcopis in Cappadociam eodem anno veniens, ab exstructione talium ædificiorum materiam desumpsit accusandi eum coram Præfecto provinciæ. Deinde Heraclides, cujus supra meminimus, anno* CCCLXXII, *ut infra videbimus, Cæsaream venit, in vita religiosa a Basilio instruendus, et hospitium accepit in ejusdem Xenodochio.* Vicinus factus, *inquit*, Cæsareæ, ut rerum ibi statum intelligerem, urbi non ausus appropinquare, ad proximum memet contuli Ptochotrophium, ut saltem certior fierem de rebus, quas avebam intelligere. *Ut vero sufficeret jam pauper tantis sumptibus faciendis Basilius, credibile est, divites et ecclesiasticos excitatos piis exhortationibus, quibus satagebat eos stimulare, ad eleemosynas largiendas in subsidium pauperum. Hos enim omnes, maxime vero eos qui decreverant Christum sequi, dicentem, Vade,* B *vende omnia quæ habes, et da pauperibus, ad perfectiora exhortans*, insuper adjiciebat ; non esse par, ut sibi quis suarum facultatum distributionem reservet ; sed ut illi hæ partes demandentur, cui pauperum cura et dispensatio concreditur. Hoc ipsum confirmabat ex Apostolicis Actibus, ubi Christiani, venditis quæ possidebant, pretium omnium deponebant ad pedes Apostolorum, a quibus cuique, prout opus ipsi fuerat, distribuebatur. Dicebat enim, opus esse experientia magna, ad discernendum vere indigentes, et ex avaritia mendicantes. Qui afflicto et angustato dederit, Domino dat, et a Domino mercedem est recepturus : at qui foras oberranti largitus fuerit, canibus prorsus projicit beneficium, intolerandis propter impudentiam suam, neque ob paupertatem misericordia dignandis. *Allaborabat etiam Basilio divina providentia, inquirentibus Dominum nihil deesse patiens : cujus dispositione factum videtur, ut ipse Imperator Valens non modicos agros ipsi concesserit, quos isti operi applicuit, magnificentiam et paupertatis studium pulchre conjungens. Cum enim in publicis ædificiis, ecclesiis nempe et nosocomiis extruendis fundandisque, tam profusus videretur, ut nihil illis sive ad ornatum sive ad commodum deesse pateretur :* C *a privatis tamen commodis opibusque conquirendis tam erat alienus*, ut ita de voluntaria paupertate statueret, illius rationem summam in eo versari, ut ad ultimam tunicellam unusquisque suam redigat possessionem. *Ceterum domus hæc, tam pio usui destinata, ab ipso fundatore suo nomen sortita est, affirmante Sozomeno, qui circa medium sequentis seculi ita de Prapidio, notæ sanctitatis Chorepiscopo, scripsit :* Prapidius, qui jam, licet valde grandævus, in multis pagis munere fungitur Episcopali, præest etiam pauperum domicilio, cui nomen Basilias, celeberrimo illo, a Basilio Episcopo Cæsareæ Cappadociæ exædificato, a quo et initio nomen accepit, et adhuc retinet.

ad Eleemosynas conferendas omnes cohortans,

B Ep. 392

B Ep. 392

ipso etiam Valente agros conferente ad Nosocomium,

a Basilio fundatum et nuncupatum

B Ep. 392

L C. c. 31

CAPUT XVII.

Evippi Arianorumque Episcoporum, et Modesti, contra Basilium molimina.

Interea dum Basilius in thronum Episcopalem evehitur, in eoque residens Episcopatum fideliter administrat, satagens pro Ecclesiarum pace, hæreticorum reductione, ecclesiastica disciplina, et pia fidelium instructione, quo mercedem servo bono et fideli promissam adipisceretur; præclaram eodem tempore occasionem nactus est, ut persecutionem patiendo D propter justitiam, suum faceret regnum cœlorum. Dum enim hortatur Damasum, Athanasium, aliosque præcipuos Præsules, ut turbatis Orientalium Ecclesiarum rebus succurrant ; Ariani omnem movebant lapidem, ut in ipsius Ecclesiam, proprio ejecto Episcopo, suæ hæreseos sectatorem inducerent. Erat inter eos Evippius, Episcopus provectæ ætatis*, qui magna pollebat dicendi facultate, *et multos annos cum Basilio amicitiam coluerat : sed posteaquam ad Arianorum dogma defecit et cum ipsis in Synodo Constantinopolitana Semiarianos damnavit, ab his vicissim anathemate percussus ; Basilius ab ejus communione recesserat. Ille ergo anno* CCCLXX *Cæsaream venit, tamquam Arianorum prodromus, invasurus forsan Sedem Episcopalem, opera quorumdam Episcoporum ex Armenia, Tetrapoli, et Cilicia, sibi consentientium. Verum hi omnes nihil aperte contra Basilium moliti sunt : ipsum dumtaxat accusasse videntur apud Elium provinciæ Præfectum, specie boni publici : quasi vero huic ille contraveniret extruendis ædificiis, Ecclesiæ et Nosocomio suo necessariis. Hanc calumniam Sanctus, qui morbo detentus* E *Præfectum adire non poterat, conatus est per litteras diluere, quibus etiam rei gestæ seriem narrat.*

AUCTORE F. B.

Evippius aliique Episcopi Ariani,

B. Ep. 57. 72, 256

Basilium apud Præfectum accusant.

B. Ep. 371

204 Egressus sum, *inquit*, ut tuam Dignitatem salutarem : ne si forte non assequerer, accusatoribus succumberem. At ubi me infirma valetudo corporis, solito ingruens vehementius, non patiebatur adesse ; coactus sum ad epistolam confugere. Ego igitur cum dudum, Vir eximie, apud tuam versarer Dignitatem, volebam certe totius meæ vitæ rationes exponere tuæ sapientiæ : volebam etiam et de Ecclesiarum conditione agere, ne campus imposterum calumniis aperiretur. Reprimebam tamen memetipsum, et superfluum omnino putabam esse, et supra quam par erat ambitiosum, hominem, tot negotiis oneratum plus satis, novis subinde curis, et non prorsus necessariis exponere : quin ulterius etiam verebar (dicam etenim quod res est) ne forte vel inviti adigeremur, ad animas mutuo vulnerandas, altercationum contradictionibus ; cum in pura et sincera secundum Deum pietate, perfecta tuæ religionis merces tribuenda tibi esset. Ita enim est : si te totum nostrarum partium reddiderimus, vix est ut spatium tibi relinquamus ad publica negotia obeunda : et rem profecto non dissimilem peragemus, quam si navem onerariam nuper F compactam, quam vix per tempestatem violentiorem nauclerus, ad clavum sedens, recta dirigit, novis insuper sarcinis adoneret ; cum de vectura multum potius detrahendum, et omni ratione navigium alleviandum esset. Hinc factum reor, quod magnus ille Rex, perspectis illis nostris curis, patiatur nos Ecclesias, quo modo velimus ipsi, administrare.

qui per litteras ei excusat se,

205 Interrogarem autem illos libentissime, qui sinceras tuas aures obtundere solent, quid a nobis reipublicæ creetur detrimenti ? Qua in re magna, minima tandem nostra in Ecclesiis dispensatio, rempublicam affecit damno? Nisi forsan dicatur, e re minime esse publica, orationis domum quam magnificentissime a fundamentis extruere Deo nostro, et in proximo deinde habitationem liberam et privatam Episcopo, servientibus autem Deo ædes suas inferiores dispertitas, prout ratio atque ordo postulat, ædificare, quarum usus atque utilitas vobis Præfectis et familiæ vestræ communis sit. Quid perpetramus mali, dum receptacula ponimus peregrinis, qui hic (ut forte accidet) advenerint ; et præter istos, in eorum usum quibus opus est curatione propter infirmitates suas? Qui necessarium his solatium procurant, nosocomi, medici, bajuli, ductores, et ceteri ministri in promptu habere debent, cum quæ ad vitam ducendam, tum etiam quæ ad honestius ducendam

nihil damni causantem Reipublicæ

extruendo pie ædificia,

A ducendam desiderantur; quin et ædes præterea alias, operibus faciendis requisitas. Hæc omnia futura sunt ipsi loco ornatui, et Præfecto loci cohonestamento: utpote cui laus inde promanans adscribenda est. Nec tu in eum finem adductus esse videris ad nostram istam urbem administrandam, quasi qui per tui animi celsitudinem solus posses opera vetustate collapsa restaurare, et deserta loca colonis replere, aut solitudines transformare in civitates. Ecquid igitur illum, qui manus admoverit auxiliatrices, par erat abigere et conviтiis afficere? ac non potius honorare et complecti? Neque mera me verba dare putes, vir optime. Fervet opus, materia comportatur. Atque hæc ad defensionem, tibi, tamquam Præfecto, suffecerint. Quæ vero tamquam Christiano et amico, mei curam et rationem habenti, contra inimicorum suspiciones et reprehensiones regerenda erant, necesse habeo in præsenti silentio tegere, eo quod epistolæ mensuram jam excesserim, nec tuto possint illa litteris committi inanimatis. Ne tamen per illud tempus, quo nondum te convenerim, a calumniis inimicorum in transversum fortasse rapiaris, et cogaris de
B mea in te benevolentia remittere non nihil; quod fecisse narrant Alexandrum, facito. Cum enim ex amicis quidam apud illum deferretur; aurem alteram præbuisse accusatori fertur, alteram digito admoto diligenter occlusisse. Id nimirum voluit ille indicare, justum judicem debere, non ab accusatione præventum in partes rapi, sed dimidiam suæ auditionis partem, illibatam et integram reservare, accipiendæ absentis, sed accusati apologiæ. *Hæc Basilius cum ad Præfectum scripsisset, et forsan ex occasione cum eo præsens egisset, satisfecisse visus est, nec ultra quidquam incommodi tulit.*

AUCTORE P. B. Præfecto ad laudem, urbi ad utilitatem futura: monet ut accusatore audito, accusato alteram aurem servet.

206 *Verum parva hæc, et secutorum dumtaxat præludia fuerunt. Nam antequam Empпius veniret Cæsaream, Arianus Imperator Valens, pace cum barbaris post triennale bellum firmata, cum nihil sibi amplius obsistere posse existimaret; et suo furore et Arianorum instinctu inflammatus, Episcopos omnes aut Sedibus suis expellere, aut ad Arianam impietatem traducere constituit. Tanto igitur concepto scelere, discedit Constantinopoli anno* CCCLXX, *post peractam dedicationem Martyrii Apostolorum, quæ nona mensis Aprilis facta est, profecturus Antiochiam. Nicomediam tamen cum pervenisset, coactus est subsistere, propter*
C *motus Contantinopoli excitatos post mortem Eudoxii, per Ordinationem duorum Episcoporum, Demophili Ariani et Evagrii Orthodoxi. Hunc quippe ut intellexit ordinatum ab Eustathio, milites Constantinopolim advolare jussit, qui urbem in officio continerent: Evagrium vero et Eustathium, qui eum ordinaverat, in exilium ejici mandavit. Hæc pluribus Socrates: deinde reliquam anni partem in Oriente traduxit Valens, lugubrem movens Ecclesiis persecutionem, quam pathetice descriptam hic verbis exhibet Nazianzenus.* Verum enimvero Christi hostis Imperator et fidei tyrannus, cum majori impietate, ac ferventiore acie, velut cum valentiori adversario rem habiturus, ad nos iterum venit *(venerat enim prius sub Episcopatu Eusebii, Basilio adhuc in Ordine Presbyterorum consistente)* impuri ac pravi illius spiritus in modum, qui ex hominis corpore pulsus, diuque vagatus, ad eumdem rursus cum majori spirituum agmine habitaturus redit, quemadmodum in Evangelio habetur. Hujus scilicet ille discipulum se præbuit, tum ut cladem prius acceptam sarciret, tum ut prioribus palæstris aliquid adderet. Indignum enim et miserum esse existimabat, cum multas gentes imperio teneret, magnamque gloriam consecutus esset, ac finitimos omnes impietatis robore atque potentia domuisset, ditionique suæ quidquid obvium habuerat

Valens Imp. Constantinopoli venit Nicomediam, Ammian. Marc. lib. 27, c. p. 5

Idatius.

inde Antiochiam, l. 4, c. 13

Orat. 20

iterumque Cæsaream cum multo ad terrorem apparatu,

subjecisset; ab uno homine unaque civitate superari; nec solum impietatis patronis, a quibus ducebatur; sed etiam omnibus mortalibus, ut ipsius opinio ferebat, risui esse. D

207 Persarum quidem Regem narrant, cum infinitam quondam hominum multitudinem secum ducens, atque iracundia et audacia fervens, in Græciam expeditionem faceret, non eo tantum nomine superbia elatum, et in minis immodicum fuisse; sed, ut majorem cunctis terrorem incuteret, per ea etiam quæ novo et inusitato modo adversus elementa designabat, formidabilem sese reddidisse. Nova quædam terra, et novum mare audiebatur novi illius opificis, et exercitus in continenti navigans, ac rursum pedibus mare peragrans: abreptæ item insulæ, et mare verberibus cæsum, ceteraque omnia, quæ væsani exercitus ducisque haud dubia argumenta erant; ignavioribus quidem formidabilia, fortioribus autem ac firmiori animo præditis stulta et ridicula. Hic vero nihil quidem ulla hujusmodi re opus habebat, cum bellum adversum nos compararet; verum quod his pejus et perniciosius erat, hoc et facere et dicere ferebatur. Posuit in cœlum os suum, blasphemiam in Excelsum loquens, et lingua ejus transivit in terra. E
Pulchre enim David eum ante nos confixit, illum inquam, qui cœlum in terram inclinare, ac naturam mundo sublimiorem in creatarum rerum numerum cogere nitebatur: quam ne capere quidem res ulla creata potest, tametsi ob nostri amorem aliquantisper nobiscum versata sit, ut nos humi jacentes ad seipsam attraheret. Porro cum illustria prima illius facinora fuerint, tum vero illustriora ea certamina fuerunt, quæ postrema adversum nos habuit. Quænam autem prima dico? Exilia, fugæ, bonorum proscriptiones, insidiæ tam apertæ quam obscuræ; sermonum illecebræ, ubi occasio se offerebat; vis, ubi verborum blanditiis locus non erat. Alii ab Ecclesiis extrudebantur, qui scilicet fidem orthodoxam ac nostram profitebantur: alii introducebantur, nempe qui pestiferam et exitialem Imperatoris doctrinam tenebant, qui impietatis chirographa exigebant, qui his adhuc graviora præscribebant, et marina Presbyterorum exustiones exercebant; impii belli duces, qui non Persas superabant, non Scythas in potestatem redigebant, non aliam quamdam barbaram gentem repurgabant; verum Ecclesiis bellum F
inferebant, saltitantes in altaribus, et incruenta sacrificia contaminantes hominum et victimarum sanguine, ac virginum pudorem probro afficientes. Idque quam tandem ob causam? Nimirum ut Jacob Patriarcha expelleretur, ipsique subrogaretur Esau ille, etiam antequam in lucem prodiisset odio habitus. Habetis primorum ipsius facinorum historiam, quorum nuda quoque commemoratio et auditio multis etiamnum lacrymas movet.

instar alterius Xerxis; et blasphemus in Deum varie sævit in Orthodoxos

208 *Movit sane Basilio, qui nondum Episcopus erat, cum Valens discederet Constantinopoli; sed dum hic in Oriente subsisteret, eam dignitatem adiit: movit item lacrymas Cæsareensibus, ut Basilius testatur, aliquanto post hæc tempore elapso respondens litteris Chalcidensium, qui ab Arianis multa perpessi, fortes tamen in fide persliterunt, et ad eamdem constantiam Ecclesiam Cæsareensem hortabantur. Ipsis autem Basilius partim condolet, partim gratulatur, et virtutem extollit.* Pietatis vestræ litteræ, *inquit*, non aliter mihi acciderunt, durissimis meis temporibus oblatæ, quam solet aliquoties affusa oribus aqua equis cursoribus refrigerium afferre, dum per meridianos æstus pulverem frequenti anhelitu attrahunt in stadii medio. Nam de tentatione continuata respiravi, et cum verbis vestris fui confirmatus, tum memoria vestrarum concertationum alacrior redditus

B. Ep. 297 *Basilius laudat constantiam Chalcidensium ex quorum litteris magnam consolationem acceperit*

A tus sum ad certamen propositum, sine ulla fatigatione subeundum. Incendium certe illud, quod plerasque Orientes partes deformavit, ad nostras regiones etiamnum serpit; et postquam cuncta in circuitu depavit, Ecclesias involvere satagit per Cappadociam, quas ad hunc usque diem, non nisi e vicinis allatus fumus ad lacrymas commovit. Reliquum est, ut nos quoque apprehendere deinceps tentet is quem spiritu sui oris avertat Dominus, et improbi hujus incendii flammam dividat. Nam quis excors est adeo et pusillanimus? quis ad athleticos labores adeo ignavus, qui non vestris acclamationibus ad certamen accendatur, et vobiscum non summopere optet coronandus declarari? Nam certe quasi in antecessum patientes, ad certamen pietatis parati, et in procinctu statis, assultusque luctatorum hæreticorum non paucos elusistis, ardoresque tentationum multos subiistis, non tantummodo vos Ecclesiæ coryphæi, quibus cura concredita est altaris; sed etiam e populo sigillatim præcipui quique. Etenim hoc cumprimis in vobis est admirabile, et obviis ulnis amplexandum, quod omnes in Domino unus estis; hi quidem ad bonum antesignani et ductores, isti vero unanimi consensu consectantes. Hanc obcausam, vestrorum adversariorum conatibus extitistis superiores, nullam ullatenus ab ulla parte hostibus vestris ansam exhibentes. Quapropter preces fundimus noctes atque dies Regi illi seculorum, ut Populum in fidei integritate custodiat, Clerum tueatur sibi ipsi, tamquam caput integrum, quod in summitate corporis constitutum, suam membris subjectis providentiam communicat.

et reliqui ad imitationem animati fuerint,

B

Valente Cæsareensibus imminente,

209 Ceterum cum Valens, peragratis omnibus oppidis, ad hanc firmam et inoffensam Ecclesiarum matrem Cæsaream se contulisset, ut vitalem quoque illum veritatis igniculum, qui solus reliquus erat, extingueret, tum primum malum se consilium iniisse sensit. Nam ut sagitta, in durius ac solidius corpus incidens, repellitur et frangitur; sic ille in talem Ecclesiæ Antistitem quasi in scopulum impactus, sese infregit ac dissolvit. Atque alia quidem ex eorum, qui tunc periculum fecerunt, sermone ac commemoratione accipere licet: nemo autem est, qui non hæc saltem memoriter teneat. Verum ii præ ceteris admiratione afficiuntur, quibus propius cognita sunt temporis illius certamina, insultus, pollicitationes, minæ; illi qui ex judicum classe ad eum mittebantur, eumque flectere ac permovere conabantur; illi qui ex militari ordine; illi ex gynecæo, inter feminas viri, et inter viros feminæ, nec virile quidquam præter impietatem habentes, qui cum naturali modo libidini operam dare nequeant, quod unum possunt lingua scortantur. *De hac sua tentatione ipse Basilius ita ad Eustathium Sebastenum scribit, priusquam versipellis hæretici fraudes haberet perspectas:* Intelligat, *inquit*, tua admirabilis pietas, ad hunc usque diem magnas mihi molestasque concertationes fuisse, cum præcipuis eorum qui sunt cum imperio: interque eos Præfectum Prætorio et Cubiculi regii, ex suis affectibus privatis mecum egisse, pro adversariis. Etenim per divinam miserationem immotum me scito insultus omnes pertulisse, Deo mihi suppeditante auxilium Spiritus sui, et meam infirmitatem per eumdem Spiritum roborante.

Orat. 20 per aulicos tentatur Basilii constantia

C

Ep. 308

et per Modestum Præfectum Prætorii

210 *Præfectum Prætorii, de quo hic agitur, Modestum vocat S. Ephrem cum Nysseno, de magno Basilio dicens,* Modesti Præfecti insaniam fregit. *Putatur is in Præfecturam Prætorii successisse Auxonio circa annum* CCCLXX. *Fuerat autem imperante Constantio Comes per Orientem,* homo ferocis ingenii, et aptus ad carnificis munia; *dein a Juliano Apostata Præfectus urbis Constantinopolitanæ creatus est: qua in dignitate constitutus, priorem Basilio nondum Episcopo persecutionem movit. Nec mireris, Modestum, qui Juliano consiliis suis non parum nocuerat apud Constantium, ab illo ita fuisse exaltatum: nam abnegato aut saltem dissimulato sacræ Religionis cultu, mala sua in Apostatam demerita facile abolevit aut contexit, vel ob id gratiam ejus et amicitiam meritus, quod Christianam Religionem deseruisset, aut saltem idololatriam simularet:* cum apud impium istum unum suffragium esset, ad honorem et dignitatem aliquam obtinendam, a Fide defectio; ab eoque dona consequerentur, qui aliis male, sibi vero pessime consulerent, *ut ait Nazianzenus. Deinde, perempto Juliano, mortuo Joviano, quando Valens Oriente potitus palam Arianum se et Orthodoxorum persecutorem declarabat; Modestus, Religionem suam potentiorum sectæ accommodans, sicut ex Christiano factus fuerat idololatra, ita ex idololatra factus est Arianus, ab iis baptizatus, imo forsan rebaptizatus, ut innuit Nazianzenus dicens, quod* ab illis quoque (*Arianis*) initiatus, vel potius confectus fuerat. *Cum enim baptismus ab hæreticis collatus validus haberetur, quidquid impietatis in eo, de quo hic agit baptismate, agnoscit Theologus, aut de reiteratione ejus explicandum est, aut quod ab Arianis baptizatus simul hæresim eorum amplecteretur, ac proinde submergi potius aquis baptismatis quam salubriter ablui diceretur. Credibile quoque videtur, Arianos sub Valentis Imperio cœpisse palam et publice Baptismum iterare, quamvis eos sine novo Baptismate in communionem reciperet Ecclesia. Neque Modestus sectator fuit Principum quoad religionem solum; sed etiam adulator tam ineptus, ut educationis aut indolis vitia in ipsis quoque laudaret. Hinc factum,* ut prodigiosa Valentis feritas, in modum ardentissimæ facis fusius vagaretur, elata turpi adulatione multorum, maximeque Præfecti Prætorio tunc Modesti; qui dum formidine successoris agitaretur indies, obumbratis blanditiarum concinnitatibus cavillando Valentem, sub rusticum hominem sibi varie commulcebat; horridula ejus verba et rudia, flosculos Tullianos appellans, et ad extollendam ejus vanitatem, sidera quoque si jussisset exhiberi posse promittens.

Orat. in Basilium.

Gothofred Cod. tom. [illegible]

D

AUCTORE F. B.

Ammian Marc lib. 19 cap 12

Religionis versatilis hominem,

Orat. 4

ab Arianis baptizatum aut rebaptizatum

Orat. 20

E

adulatorem Principum ineptum

Ammian Marc lib. ... cap 1

Orat. 20

211 *Paucis hæc complexus Nazianzenus:* Ecce tandem, *inquit*, incognitus ille est, qui tum apud nos Præfecti munere fungebatur, cum suapte audacia adversus nos præsertim inflammatus, tum etiam amplius quam necesse esset Imperatori subserviens, atque ex eo quod illi omnibus in rebus obsequeretur diuturnius imperium sibi conservans. *Deinde rem ipsam narrare aggreditur.* Ad hunc adversus Ecclesiam frementem, leonisque speciem præ se ferentem, ac leonino more rugientem, atque ejusmodi ut a multis ne adiri quidem posset, vir fortis adducitur; imo vero ingreditur, perinde acsi non ad judicium, sed ad festum vocaretur. Quonam autem modo vel Præfecti audaciam, vel Basilii virtutem et sapientiam qua ei restitit, satis digna oratione complectar? Quæ tua est, inquit, ratio, heus tu, nomine illum compellans (nondum enim eum Episcopum vocare dignabatur) ut tanto Imperatori obsistere audeas, solusque omnium contumaciter te geras? Quorsum respondit Basilius hæc oratio spectat, et quænam hæc contumacia et arrogantia? nondum enim id satis intelligo. Quoniam, inquit ille, Imperatoris Religionem minime colis, omnibus aliis jam inclinatis ac superatis. Non enim, inquit Basilius, hæc vult Imperator meus, nec rem ullam creatam adorare sustineo, cum et ipse a Deo creatus sim et Deus esse jubear. Nos vero, inquit ille, quid tandem tibi videmur? Nihil sane, inquit Basilius, dum hæc jubetis. Age vero, inquit ille, num-quid

F

Ad hunc adductus Basilius,

libere et sapienter respondet,

AUCTORE P. B.

A quid magnum et honorificum existimas ad nostras partes adjungi, sociosque nos habere? Ad hæc Basilius, Vos quidem Præfecti estis, et valde illustres, non inficias eo: minime tamen Deo præstantiores. Socios autem vos habere mihi quidem amplum et honorificum fuerit (quidni enim, cum ipsi quoque Dei creaturæ sitis sed ut alios quosdam ex his qui nobis subjecti sunt: non enim personarum dignitate sed fide, Christianismus insignitur.

minas irati contemnit,

212 Hac oratione commotus Præfectus, ac majori ira succensus, de subsellio surrexit, atque asperioribus verbis cum eo agere perrexit. Quid? Potestatem hanc non pertimescis? Cur vero pertimescerem? inquit Basilius: quid fiet? quid patiar? Quid patieris? intulit ille. Unum e tam multis, quæ meæ sunt potestatis. Quænam hæc? subjunxit Basilius, fac enim intelligamus. Bonorum, inquit ille, proscriptio, exilium, cruciatus, mors. Tum Basilius; Si quid alius habes, id nobis minitare: horum enim, quæ adhuc commemorasti, nihil nos attingit. Quonam modo, inquit ille? Quoniam, inquit Basilius, bonorum proscriptioni obnoxius non est qui nihil habet, nisi forte laceris et detritis hisce B pannis indiges ac paucis libellis, in quibus omnes mihi facultates et copiæ sunt. Exilium autem haud cognosco, qui nullo loco circumscriptus sum; ac neque terram hanc, quam nunc incolo, meam habeo: et eam omnem, in quam projectus fuero, pro mea duco; imo, ut rectius loquar, universam terram Dei esse scio, cujus advena ego sum et peregrinus. Jam tormenta quid accipere queant, cum corpus desit, nisi forte primam plagam dixeris? hujus enim solius penes te arbitrium et potestas est. Mors porro beneficii mihi loco erit: citius enim me ad Deum transmittet, cui vivo et munere meo fungor, maximaque ex parte mortem obiit, et ad quem jam pridem propero. Hoc sermone obstupefactus Præfectus, Nemo, inquit, me (nomenque suum adjunxit) in hunc usque diem ita est allocutus, nec pari verborum libertate. Neque enim, ait Basilius, fortasse in Episcopum incidisti; alioqui hoc prorsus modo disseruisset, pro hujusmodi rebus in certamen veniens. Nam ceteris quidem in rebus, o Præfecte, mansueti et placidi sumus, atque omnium abjectissimi, quemadmodum hoc nobis lege præscriptum est; atque non dicam, adversus tantum Imperatorem, sed ne adversus plebeium quidem quemquam et infimi ordinis hominem supercilium attollimus. Verum ubi Deus nobis periclitatur ac proponitur, tum demum C alia omnia pro nihilo putantes, ipsum solum intuemur. Ignis autem et gladius, et bestiæ et ungulæ carnem lacerantes, voluptati nobis potius sunt, quam terrori. Proinde contumeliis nos affice, comminare, fac quidquid collibuerit, potestate tua fruere, audiat hæc etiam Imperator; nequaquam profecto nos vinces, nec efficies ut impiæ doctrinæ assentiamur: ne si his quidem atrociora miniteris.

et modestæ rationem reddit libertatis suæ.

213 Hæc postquam Præfectus dixit atque audit, ipsiusque animi firmitatem eam esse cognovit, ut nulla vis eum perterrefacere ac superare posset; eum quidem foras misit atque ablegavit, non jam cum iisdem minis, sed cum quadam reverentia et submissione; ipse autem quam celerrime potuit Imperatorem adiens; Imperator, inquit, ab hujus Ecclesiæ Antistite victi sumus: minis superior est, sermonibus firmior, verborum blanditiis fortior. Ignaviorum alius quispiam tentandus est: huic autem aut vis aperte inferenda, aut non expectandum ut minis cedat. Qua de causa factum suum improbans Imperator, atque in Basilii laudes effusus (virtus enim hostis quoque admirationi est) vim ipsi adhiberi vetuit; idemque interim illi accidit, quod ferro solet; ut quamvis igne emolliatur, ferri tamen naturam retineat. Minis ergo in admirationem D conversis, illius quidem societatem haudquaquam amplexus est, quod mutationem erubesceret, ceterum rationem quæsivit qua honestissime ipsi satisfaceret.

Sic acta ex Præfecto audiens Valens.

Sancti virtutem miratur.

idem narrat Nyssenus,

214 *Eumdem Basilii cum Modesto congressum, et præclarum fortitudinis Christianæ robur Nyssenus contra Eunomium etiam exhibet, additis nonnullis circumstantiis a Theologo prætermissis, inter quas* Modesti *Præfecti nomen.* Ipse Imperator, *inquit*, fortunam experitur, ira inflammatus, quod primum conatum ex voto non successisse videret. Et quemadmodum olim Rex Assyriorum, opera coci cujusdam Nabuzardan templum Hierosolymitanum evertit, ita et iste Demostheni cuidam, promocondo et cocis præfecto, aliisque impudentiori, hac provincia demandata, sperabat se consecuturum victoriam. Omnia igitur illo miscente, et impio quodam ex Illyrico, qui tabellas manu ferebat *(de hoc impio nihil aliunde mihi innotuit, per conjecturam tamen existimo Eippium Episcopum fuisse)* Impio, *inquam*, illo omnes Proceres ad opus hoc convocante, Modestoque multo vehementiori ira quam in prima impressione accenso; omnes hi quidem commovebantur ob iram Imperatoris, cum irato irati, ejusque indignationi E subservientes ac gratificantes, expectatione tamen futurorum suspensi erant omnium animi. Rursus ergo adest Præfectus; rursus terrores incutiuntur, et prioribus quidem graviores: iterum minæ intentantur, et ira sævit acerbior: adest forense ministerium, præcones, apparitores, lictores, cancelli, cortinæ, quibus omnibus facile animi percelli possunt, etiam eorum qui ad omnia valde parati accedunt. Sed et iterum generosus noster athleta in certamine conspicitur, gloriam prioris pugnæ longe exuperans. Hujus rei si petis testes, res ipsas intuere.

Christianam Basilii fortitudinem extollens,

215 Quem enim locum intactum reliquit temporis illius calamitas? Quænam gens hæreticæ vastationis et grassationis expers mansit? Quis eorum qui in Ecclesia florebant, non dejectus est a cœptis et laboribus suis? Quæ provincia insultationem illa effugit? Non Syria universa, non Mesopotamia usque ad fines Barbarorum; non Phœnicia, non Palæstina, non Arabia, non Ægyptus, non incolæ Libyæ usque ad terminos nostri orbis; neque alii qui in eo degunt, Pontici, Cilices, Lycii, Lydi, Pisidii, Pamphylii, Cares, Hellespontii, Insulani usque ad ipsam Propontidem; non gentes Thraciæ quacumque patentis, et finitimi quique usque ad ipsum Danubium. Quæ ex his F omnibus provinciis calamitatis hujus expers fuit, nisi forta illa, quæ antea hoc malo tenebatur? Solus ex omnibus populus Cappadox communem cladem et ærumnam non sensit, quem magnus noster propugnator ex omnibus tentationibus eripuit. Hæc scilicet timiditatis documenta edidit Magister noster, hæc sunt paventis et trepidantis ad labores arduos præclara facinora: qui non in cœtu miserarum anicularum sicut Eunomius gloriam sibi peperit, neque mulierculas omni fraudi et deceptioni obnoxias circumvenire studuit, neque a desperatis et corruptæ mentis hominibus magni fieri valde expetendum duxit; sed reipsa demonstravit vim animi sui, et imperterritum invictumque ac generosum illum spiritum, cujus præclarum factum salus fuit universæ patriæ, pax nostræ Ecclesiæ, exemplar omnis honesti iis qui secundum virtutem vivunt; eversio adversariorum, patrocinium fidei, securitas imbecilliorum, stabilimentum robustiorum; et, ut uno verbo expediam, quidquid boni excogitari potest, id in hoc facto comprehenditur.

per quam Cappadocia inconcussa stetit.

216 *De hoc ultimo Basilii et Modesti congressu, alia quædam alii scripserunt, quæ quidem omnino falsa esse*

Ejusdem congressus Paralipomena

A *esse demonstrari non potest, tamen quia prætermittuntur ab utroque Gregorio, tantam fidem non merentur, quantam iis passim adhibent alii; multa quoad ordinem temporis confundentes, tamquam si omnia uno colloquio dicta fuissent : cum tamen ex dictis constet, quod Modestus Basilium bis pollicitationibus et minis tentaverit, triennii spatio inter unam et alteram congressionem interjecto. Dissimulatis nihilominus nunc ipsorum erroribus; qui facile innotescent eorum textus cum Nazianzeni oratione prolixa conferendo; ea dumtaxat hoc loco referam, quæ tamquam Paralipomena ad utriusque Gregorii narrationem haberi possint. Socrates hæc addit :* Cumque Præses illi mortem minaretur, Utinam, inquit Basilius, hoc mihi vere accidat, ut pro veritate ex his corporis vinculis eripiar. Ubi iterum atque iterum repetebat Præses, ut secum accurate consideraret; fertur dixisse Basilius : Ego quidem hodie et cras idem sum, atque utinam tu non mutes sententiam.

ex Socrate, l. 4 c. 21

217 *Theodoretus vero ita rem narrat.* Cum autem Præfectus Cæsaream venisset, Basilium Magnum accersitum honorifice excipit, leni et blanda oratione compellat, hortatur ut cedat tempori, et ne B propter nimis curiosam dogmatum observationem, eamque parvi æstimandam, tot tantasque Ecclesias prodat. Pollicetur se Imperatoris amicitiam ei conciliaturum, beneficiaque multis aliis inde eventura prædicat. Cui divinus ille vir : Pueris, inquit, hæc quidem oratio convenit; illi siquidem ac sui similes ejusmodi verba avide arripiunt : at qui sunt in sacris litteris educati, ne unam quidem syllabam divinorum dogmatum prodi sinunt; sed pro istorum defensione, si opus sit, nullum non mortis genus libenter amplectuntur. Quod autem ad Imperatoris amicitiam attinet, eam cum pietate junctam magni æstimo : sed si ea careat, perniciosam esse dico. Cum autem Præfectus graviter commotus diceret, eum amentem esse; tum divus Basilius; Hanc, inquit, amentiam semper habere opto. Postea vero quam egredi jussus erat, et quid sibi agendum sit secum deliberare, posteroque die suam declarare sententiam, et huic orationi etiam minæ adjungerentur; fertur vir ille, omni laude cumulandus, respondisse : Ego quidem certe, idem qui jam sum, cras ad te redibo : tu vero ne mutes sententiam; sed minas in opus deducas velim.

ex Theodoreto, lib. 4 cap. 1

218 *Sozomenus libro. 6 cap. 15.* Porro, *inquit,* ubi Imperator venit Cæsaream, Præfectus accersi- C tum Basilium jubet opinioni Imperatoris accedere, et contradicenti mortem minatur : Basilium autem tum dixisse ferunt, se illud facturum maximi, et summi beneficii loco habiturum, si quamprimum ex corporis vinculis eximeretur. Ubi vero Præfectus jusserat, ut tum eo die tum nocte sequenti consilium caperet, et ne inconsiderate se in apertum conjiceret periculum, sed postridie ejus diei adesset denuo, suamque sententiam declararet; Mihi, inquit, consilio non est opus : nam idem qui jam sum, cras etiam ero : cum enim sim creatura, neque animum inducere, ut vel mei similem adorem Deumque confitear, vel tibi et Imperatori me in Religione socium jungam. Etenim, quamquam estis viri comprimis illustres, et non exiguæ orbis terrarum parti imperatis; non tamen propterea vestræ voluntati (homines enim estis) obsequi oportet, et fidem in Deum negligere : quam numquam vel publicatione bonorum, vel exilio, vel ipsa denique mulctatus morte proditurus sum : siquidem horum nihil me excruciare poterit. Etenim opes non habeo, præterquam vestem laceram et paucos libros : sicque terram incolo, quasi semper ex ea migraturus : corpus autem præ imbecillitate, una sola plaga accepta, et sensum doloris et tormenta superabit.

ex Sozomeno.

219 *Ruffinus, non nihil diversa ab aliis narrans, lib. 11 cap. 9,* Non multo post, *inquit,* Basilius, Cæsareæ Cappadociæ Episcopus, cum a Valente in D exilium pro fide cogeretur, exhibitus est ad tribunal Præfecti; terroribusque, ut illi moris est potestati, et minis maximis agi cœpit, ut, nisi præceptis Principis obediret, interitum sibi jam jamque speraret impendi. Tum ille, intrepidus et absque ulla animi perturbatione, hoc sibi minanti Præfecto respondisse fertur; Utinam aliquid mihi esset digni muneris, quod offerrem huic, qui maturius Basilium de nodo follis hujus absolveret. Cumque daretur ei nox, quæ erat media, ad spatium deliberandi, respondisse denuo perhibetur : Ego crastino ipse ero qui nunc : tu te utinam non mutares! *Advertendum porro, Basilium, cum optat de nodo follis hujus absolvi, alludere ad difficultatem respirandi, qua laborabat vitio pulmonum; responsum autem istud, et alteri judici datum fuisse, et in altera causa, infra patebit ex utroque Gregorio : interim historiam hanc prosequamur.*

AUCTORE F. B. Ex Rufino

CAPUT XVIII.

Basilii cum Valente Imperatore aliisque ejus Præfectis certamen.

E

Habito cum Basilio sermone, Præfectus factus obviam Imperatori, nuntiat ei quæ dixerat Basilius, docet ejus virtutem, et quam virili et excelso animo sit exponit. Quo quidem tempore Imperator tacitus in palatium ingreditur. Verum non diu post hæc, dum Natalis dies festus Christi celebrabatur, cum Principibus viris et stipatoribus ad ecclesiam accedit, ac munera sacræ mensæ offert. *Natalis Domini eodem quo Epiphaniæ die celebrabatur in Oriente, ut mox ex Nazianzeno sequitur sic loquente* Nam cum, universa satellitum manu stipatus *(Imperator* in templum ingressus fuisset (erat autem Epiphaniæ dies cœtusque amplissimus) ac laicorum numerum auxisset, eo modo justum honorem communitati exhibens; postquam intus fuit (Etenim hoc omnino prætermittendum non est) atque ipsius aures Psalmorum cantu, non secus ac tonitruo quodam personuerunt, et plebis pelagus vidit, omnemque ordinem et concinnitatem, quæ tam in Sacrario quam prope Sacrarium erat, angelicam potius quam humanam; et ipsum quidem *Basilium* ante populum recto corpore stantem, qualem Scriptura Samuelem F exhibet; nec corpore, nec oculis, nec animo (perinde ac si nihil novi contigisset) ullam in partem se moventem, sed Deo (ut ita dicam) et altari affixum; eos autem a quibus cingebatur, cum timore quodam ac reverentia stantes; hæc, inquam, simul atque perspexit (nec enim simile quidquam unquam viderat) humanum quiddam passus est, atque oculorum vertigine ac tenebris totus impletur. Hoc autem plerisque tunc obscurum et incognitum erat : verum cum dona, quæ ipsemet confecerat, divinæ mensæ offerenda essent, nec quisquam (ut mos ferebat) simul ea caperet, eo quod non satis liqueret an ea Basilius accepturus esset, tum vero manifeste se affectus prodidit : ita enim titubare cœpit, ut nisi quispiam ex Sacrarii ministris vacillantem supposita manu retinuisset, misere utique et luctuose prolapsurus fuerit.

Theod lib 4 cap 17

Festo Nativitatis

Soz lib 4 cap 15

Orat 20

ecclesiam ingressus Valens,

majestate Basilii sacrificantis percellitur,

et ad offerendum admittitur

221 *Qualia dona obtulerit Imperator, alibi non legitur, neque unde elucidari id possit invenitur. Interim parum credibile est, quod interpres Nazianzeni Nicetas ait, vasa aurea fuisse, quæ ipse Imperator fabricaverat; neque enim aurifaber erat Valens. Si tamen per τὸ αὐτουργὸς intelligi possit Imperator, non ipse opere proprio ea fabricasse, sed conficienda jussisse,*

Qualis ejus oblatio fuerit?

facile

AUCTORE F. B.

facile crediderim fuisse ornamenta pretiosa quædam ad altaris usum. Nihilo distinctius rem explicat Theodoretus, dicens, consueta dona altari offert : *cum nullibi explicetur qualia dona Imperatores solebant offerre. In Pontificali Romano jubetur Rex in coronatione sua aurum offerre : sed in Græcis ritualibus altum est silentium de munerum oblatione. Nec magis liquet quo tempore ea offerenda fuerint, an circa initium, medium, aut finem sacræ Liturgiæ. In Latina quidem Ecclesia dona a circumstantibus, tam clericis quam laicis, si offerenda sunt, offeruntur statim post dictum a celebrante Offertorium. Ast a Græcis, quamvis duplex habeant Offertorium, ad neutrum tamen fit mentio de aliis donis offerendis, ne quidem in Consecrationibus Episcoporum aut Imperatorum Coronatione. Lucis tamen forsan aliquid afferet Theodorus Balsamon, qui circa initium seculi* XIII *scribens in Canonem* III *Apostolorum, ait ;* Patriarchæ quoque uvas offerunt in altari sacræ ædis Blachernarum, peracto Sacro in festo Dormitionis sanctissimæ Deiparæ. *Videtur ergo ex similitudine facti colligi posse, Valentem, finita Liturgia, dona sua offerre voluisse. nam prius narratur passus oculorum vertiginem, cum S. Basilium conspiceret* Deo et altari affixum, *quod sacratiorem Liturgiæ partem innuit. Si ergo ad Offertorium facta non est munerum oblatio, ut facta fuisse non videtur ; usque ad Sacrificii finem differenda est, quando Græci Antidora, id est dona reciproca, panis nempe benedicti particulas distribuunt, quasi compensantes dona a præsentibus allata, in signum Ecclesiasticæ communionis : et quia munerum oblatio similiter signum erat talis communionis, jure merito dubitabunt omnes, an hæc ab hæretico et Catholicorum persecutore accepturus esset Basilius : hic tamen solita benignitate erga errantem usus est, sperans eum sibi ac devincere posse.*

et quando facta ?

colligitur ex simili

Orat. 20
Basilius Imperatorem

222 Jam vero quæ ad ipsum Imperatorem Basilius, *ut loquitur Nazianzenus*, et quanta cum sapientia prolocutus est (cum ille nescio quo modo rursus nobiscum in ecclesiam contulisset, et intra velum extitisset, atque in illius conspectum colloquiumque, quod jam pridem expetebat, venisset) quid aliud dicendum est, nisi Dei voces eas fuisse, quas et qui cum Imperatore erant, et nos qui simul ingressi fueramus, audivimus? *Velum intra quod ingressus est Valens, non videtur intelligi posse illud, quod altum sacrum, in quo altare constitutum erat, sub minori concha, seu fornice quatuor columnis innixo, a reliquo templo dirimebat. Etenim in istum locum memini, præterquam Sacerdotibus et Diaconis, in ordine suo ministrantibus, dabatur accessus ; Imperatori dumtaxat tempore sacræ Communionis, si divinis mysteriis participare vellet : adeoque in sacro isto adyto, orationibus tantum et sacra Liturgiæ destinato, loqui noluisset Basilius ad Imperatorem, etiam de fidei mysteriis ; multo minus ausus fuisset Demosthenes, coquorum Præfectus, sermonem interrumpere, et minis Basilium lacescere. Quapropter locum intra velum, quem Valens ingressus dicitur, eum esse existimo ; qui Sacerdotibus aliisque Clericis, ad Psalmos et orationes decantandas attributus est (Latini Chorum dicunt) velo aut cratibus, quod Græci portam speciosam vocabant, a loco laicis deputato separatum : in illo enim thronus erat Episcopalis, et pulpitum Lectorum.*

alias in Presbyterium admissum,

Theod. L. 4 c.
de fide alloquitur.

223 *In hunc ergo locum* Basilius Valentem, intra sacra aulæa ubi ipse sedebat, venire jubet : ad eumque longam orationem de dogmatis divinis instituit, cui etiam Valens auscultavit. Aderat vero quidam nomine Demosthenes, *quem Nyssenus atque Theologus* Nabuzardam *appellant* coquorum Præfectum, artis suæ gladios minitantem, aliis omnibus impudentiorem, per omnia similem antiquo Nabuzardan, in aula Regis Assyriorum coquorum Præfecto ; *nempe juxta Græcam versionem* LXX : *nam in vulgata Latina* Princeps exercitus *vel* Militiæ, *et* Magister militum *appellatur, per quem templum Hierosolymitanum subversum est.* Hic ergo culinæ imperatoriæ præfectus, more plane barbaro orbis terræ magistrum Basilium reprehendit. At Divus Basilius subridens ; Demosthenem, inquit, illitteratum vidimus. Ubi vero ille majori exardescens iracundia, minari cœpit ; Tuum est, inquit Basilius ille magnus, jusculorum curare condimenta : nam cum aures habeas oppletas sordibus, sacro-sancta dogmata audire non potes. Atque ita ei a Basilio responsum est : Imperator autem sic Basilium admirari cœpit, ut agros quos ibi habuit pulcherrimos, donaret pauperibus, quorum curam ille susceperat, quique corpore toto labefactati maxima egebant curatione. *Ad hunc modum Magnus Basilius primum Valentis impetum devitavit, juxta Nyssenum : cui consentiens Nazianzenus ;* Hinc Imperatoriæ, *inquit,* erga nos humanitatis et clementiæ principium natum et constitutum est : hæc occasio maximam impressionis illius, qua tum vexabamur partem, non secus ac fluctus quosdam, fregit ac dissolvit.

Præfecti coquorum audaciam reprimit,

et ita Valentis impetum frangit.

Orat. 20

224 *Verum non diu hæc tranquillitas tenuit : nam quo magis Valens qualemcumque benevolentiam erga Basilium exhiberet, tanto etiam magis solicitos reddebat Arianos, ne tandem ab hæresi eorum discederet. Id ut averterent, non desierunt Imperatori revocare in memoriam jusjurandum, quo se obstrinxerat baptismum suscepturus, ad Arianismum quoad viveret protegendum, eoque orthodoxos violenter etiam attrahendos.* Hinc *(ut loquitur Theologus)* in Basilium rursus orta persecutio, superioribus haudquaquam inferior. Vincebant impii, atque adversus Basilium exilium decernitur ; nec quidquam eorum, quæ ad eam rem attinebant, desiderabatur. Nox aderat, in promptu currus, in plausu hostes, in luctu pii : nos, parati atque alacris viatoris latus cingebamus ; nihil denique, quod ad præclaram ignominiam spectaret, requirebatur. Sed quid accidit? Exilii decretum Deus rescindit. Nam qui Ægypti adversus Israelitas sævientis primogenitos percussit, idem Imperatoris quoque filium morbi plaga affecit. Hoc autem qua celeritate? Illinc exilii tabulæ, hinc morbi decretum ; ac scelerati scriptoris inhibetur manus, et Sanctus periculo liberatur ; febrisque, Imperatoris audaciam coercentis, vir pius donum existit. Quid hoc Dei judicio vel æquius vel celerius fingi atque excogitari potest? *Ita Nazianzenus rethorica quadam transitione absolvit historiam, inter omnia Basilii acta relatu dignissimam ; forte quod ad Cappadoces loqueretur, qui rei gestæ seriem satis habebant prospectam. Nunc vero illa, auctorum inter se discordantium diversa narratione, ita confusa est, ut vix elucidari possit; quamvis, quoad rem ipsam et miraculorum veritatem, optimis testimoniis fulciatur. Ego ordinem, qui mihi, consideratis omnibus, verosimilior est, et Nazianzeno conformior, sequendum putavi. Cum persuasum esset Imperatori Basilium relegare in exilium ;* ea ipsa nocte vidit in familiam suam plagas cœlitus demissas : nam et filius gravi morbo afflictatus, jamjam erat e vita migraturus ; et conjux variis calamitatibus oppugnata fuit, et volut tortoribus tradita cruciatur. *Vidit, inquam, plagas illas Valens, sed parum movebatur :* quippe mens ejus a quibusdam veteratoribus expugnata fuit. Hortatur ergo Basilium ut ad partem adversariam se transferat : deinde, cum ei persuadere non posset, jubet edictum de eo in exilium mittendo conscribi : quod cum sua manu ratum facere conaretur, ne apicem quidem unum alicujus litteræ facere potuit. Siquidem ruptus est calamus : neque id semel, sed iterum, ac tertio accidit. Cum tamen impium illud edictum confirmare impensius laboraret, concussa est dextera, tremorque eam occupavit, quare, animo præ

Agentibus Arianis

in Basilium exilium decernitur frustra :
Orat. 20

nam territus Valens morbo filii et vexatione uxoris

Ruff. lib. 11 cap. 9
Theodor. lib. 4 c. 17

A præ metu prope attonito, chartam manibus dilaceravit.

nec potens manu trementé subscribere decreto

225 *Ephrem in Encomio nulla de filii Imperatoris morbo, nulla de matris vexatione, facta mentione, solos confractos calamos memorat. Nam,* cum omnem moverent lapidem, *inquit*, genimina viperarum, quo justum e medio tollerent; illius verbis simul ac miraculis, tamquam telis quibusdam, assidue vulnerati accesserunt, postulantes e medio eum tolli atque exterminari. Gravis enim, inquiunt, ille nobis est, etiam aspectu : siquidem valde nostris adversatur sermonibus ; propterea impossibile est, o Imperator, nostram fidem progressum capere, isto superstite. Imperator autem illorum adductus sermonibus : incubuit ad voluntatem ejiciendi Basilium in exilium : ceterum calamus, nolens iniquo subservire consilio, ultro statim confractus est, insipientem illum erudiens, quam enorme facinus patrare niteretur in servum Christi, unam Divinitatem Patris et Filii et Spiritus sancti prædicantem, easque qui secus sentirent aut dicerent, tamquam canes radidos, sapienter reprehendentem. Cum autem non intelligeret tyrannus (ut qui inanimato calamo insensibilior erat, ac filius erroris) secundum quoque arripuit, ad

et fracto calamo semel,

B subscribendum sententiæ exilii, et ad voluntatem suam iniquam perficiendam. Sed et hunc vidit confringi, quasi nollet communicare malo, quod ipse facere nitebatur. Quid studes, o Imperator, in peregrinam ejicere regionem eum, qui inhabitatorem continet universa implentem? Cur circumvenire atque opprimere tentas eum, qui a nemine capi expugnarive potest? Quam ob rem civitate pellis civem cœlestem et domesticum Dei? Nam si et tertium calamum sumpseris, etiam confringi eum videbis, nolentemque parere ac cooperari tibi. Ita autem re ipsa compertum est. Tunc perspicue coram omnibus, et quasi præcenis voce pronuntiata est victoria, et illustre trophæum invicto militi Christi erectum. Tres calami. consubstantialitatem Trinitatis prædicanti, patrocinati sunt. Manus ad sententiam proferendam accelerabat, et calami illam injustam demonstrabant : manus ad improbum exilii decretum scribendum festinabat, et calami inanem festinationem ac studium retardabant : et sicut virga Moysis confudit omnes incantatores et reliquos veneficos Ægypti ; ita et calami subito destruxerunt consilium, ab impiis ac filiis tenebrarum suggestum.

iterum,

et tertio cœpto desistere fuit coactus.

C 226 *Porro ne quis miretur tam obduratum in perversis consiliis Valentis animum, ut tot exhibitis a Deo prodigiis flecti nequaquam potuerit; juvabit indolis ipsius vitium etiam ex Ammiano Marcellino, scriptore ethnico, cognoscendum dare ; etenim facile in ea delicta trahimur dæmone instigante, ad quæ animus sua sponte inclinat.* In Valente, *inquit ille,* inexpiabile istud erat. quod regaliter turgidus, pari eodemque jure nihil inter se distantibus meritis nocentes innocentesque maligna insectatione volucriter perurgebat : ut dum adhuc dubitaretur de crimine, Imperatore non dubitante de pœna, damnatos se quidam prius discerent quam suspectos : Adolescebat autem obstinatum ejus propositum admovente stimulos avaritia, et sua et eorum qui tunc in regia versabantur, novos hiatus aperientium, et siqua humanitatis fuisset mentio rara, hanc appellantium tarditatem : qui cruentis adulationibus institutum hominis, mortem in acie linguæ portantis ad partem pessimam depravantes, omnia turbine intempestivo perflabant, eversum ire funditus domus opulentissimas festinantes. Erat enim expositus accessui insidiantium et reclusus, vitio gemino perniciose implicitus, quod intoleranter irascebatur, tunc magis, cum eum puderet irasci : et quæ facilitate privati opertis susurris audierat, an vera essent excutere rumore Principis supersedens, pro veris accipiebat et certis. Inde factum est, ut clementiæ specie penatibus multi protruderentur insontes, præceps in exilium acti, quorum in ærarium bona coacta et ipse ad quæstus proprios redigebat, ut damnati, cibo præcario victitarent, angustiis formidandæ paupertatis attriti ; cujus metu vel in mare nos ire præcipites suadet Theognis, Poeta vetus et prudens. Quæ etiamsi recta fuisse concesserit quisquam, erat tamen ipsa nimietas odiosa. Unde animadversum est, recte hoc definitum, nullam esse crudeliorem sententiam ea, quæ est cum parcere videtur asperior. *Hæc de Valentis indole Ammianus.*

Vitiosa illius indoles,

1. 29 c. 2

D

AUCTORE F. B.

227 *Historiam prosequens Nazianzenus* ; Postea, *inquit*, Imperatoris filius ægrotabat *manifeste indicans, non tantum semel, sed iterum Basilii causa morbo percussum fuisse)* afflictoque erat corpore ; pater vero utpote pater, simul etiam infirmabatur, remedium undecumque morbo conquirens, atque optimos quosque medicos seligens, precibusque si alias unquam incumbens et humi provolutus : nam Reges quoque humiles et abjectos reddit calamitas. Nec mirum : cum Davidem etiam prius ob filii morbum, eodem modo affectum fuisse Scriptura testetur. Cum autem huic malo medicinam nullam inveniret, ad Basilii fidem confugit : et quoniam, ob contumeliam recens ipsi illatam, eum suo nomine accersere præ pudore non audebat ; aliis, quos arctissima familiaritate et benevolentia devinctos habebat, legationem hanc committit. Ille vero nihil cunctatus, nec quod fortasse alius fecisset adversus tempus insultans, confestim affuit : atque ad ejus adventum statim levior fit morbus, paterque meliorem spem animo concipit : qui nisi salsam aquam dulci admiscuisset, simul videlicet et ipsum advocans, et hæreticis credens, sanum quoque et incolumem filium fortasse recepisset : atque id pro certo et indubitato habebant, qui tunc aderant, calamitatisque participes erant. *Socrates magis aperte asseverat, Principem sanandum fuisse, si pater Arianam impietatem deserere voluisset :* Non diu post, *inquit*, filius Valentis, nomine Galates, qui tenera admodum ætate fuit, forte adeo graviter ægrotare cœpit, ut medici de ejus vita penitus desperarent. Cujus mater Dominica Imperatrix retulit ad Imperatorem, se per quietem ab horrendis visis valde divexatam fuisse ; puerumque, propter contumeliam, quam Basilius Episcopus fuisset ab eo perpessus, morbo affictari. Quæ Imperator animo diligenter complectens, accersit Basilium ; et, quo illius faceret periculum, sic illum alloquitur : Si vera sunt tua de fide dogmata, precare ut filius meus non moriatur. Tum Basilius : Si, inquit, credes, o Imperator, quemadmodum ego, et efficies ut Ecclesia ad concordiam reducatur, vivet puer. Cui cum Imperator minime consentiret : Idcirco, inquit Basilius, de puero fiat voluntas Dei. Basilium ergo cum hæc dixisset, dimitti jubet : puer vero statim post exit e vita. *Errat tamen in eo Socrates, quod scribat ista contigisse Antiochiæ ; et Basilium Valentis jussu detentum fuisse in carcere.*

filius ejus in morbum relapsus,

E

ad Basilii præsentiam levius habet

l. 4 c. 21

sed mori permittitur ob pervicaciam patris,

F

228 *De puero autem ab Arianis baptizato, solus Theodoretus meminit :* Valens, *inquit*, miseriarum immissarum causam agnoscens, divinum hominem, quem minatus fuerat se supplicio affecturum, orat, ut domum ad se veniat : duces autem Imperatoris mandata conficiunt. Magnus igitur Basilius tum profectus ad regiam, et filium Imperatoris morti vicinum conspicatus, pollicetur eum ad vitam reversurum, modo sacro-sancto baptismate a piis hominibus donaretur : quæ cum dixisset, exivit. Imperator vero obstrictus jurejurando, instar dementis Herodis, quibusdam sectæ Arianæ qui aderant, pueri baptizandi

l. 4 c. 17

A

AUCTORE F. B.

eum ab Arianis baptizari patientis,

Ruff lib. 1 cap. 9

baptizandi negotium dat : puer autem extemplo obiit mortem; itaque et Valentem pœnituit, utique mente complexum, quantum ex jurisjurandi sui observatione accepisset incommodi ; et extinctus filius, qui erat ei unicus, paternæ impietatis creditur exolvisse supplicia : proinde ante lucem missi sunt qui rogarent Basilium, ut precibus suis intercederet pro parentibus ne etiam ipsi, et quidem multo justius, similiter interirent. Sic accidit, ut cum omnes Catholicos expulerit Valens, Basilius usque ad vitæ exitum intemerato Communionis sacramento in Ecclesia perduraret. Unde rerum omnium moderator Deus satis perspicue ostendit, tum quod aliis ejus permissu eadem ipsa obtigerunt, tum quod Basilius illius ope insidiis ereptus fuit ; atque ut in isto Basilii negotio potentiam suam monstravit, sic in illo altero suæ providentiæ genere fortitudinem præstantissimorum hominum curavit palam prædicandam. Valentem igitur, hunc in modum impetum facientem, spes frustrata est.

Theodor. l. 4, c. 17

Orat. 50

Modestus pœnitens, a Basilio sanatur.

B

229 *Ita divino auxilio debellatis Basilii inimicis, supererat Modestus Præfectus prætorio, in quo Dominus specimen aliquod misericordiæ suæ per Sanctum exhibere volebat.* Nam illum quoque morbus quispiam obortus, viri sancti manibus substernit: Et profecto plaga cordatis hominibus doctrina efficitur, ac plerumque prospero rerum successu potior ac præstabilior est afflictio. Ægro corpore erat, illacrymabat, distorquebatur, Basilium accersebat, obsecrabat; Satisfactionem habes, clamabat ; da salutem. Et quidem hanc consecutus est, ut et ipse fatebatur, et multis hujus rei ignaris persuadebat : neque enim illius virtutes admirari ac prædicare desinebat. *Testantur sane epistolæ, a Basilio ad Modestum scriptæ, singularem quamdam amicitiam, et ex amicitia mutuam sine adulatione fiduciam, sed maxime impletum illud quod antea Basilius Modesto dixerat :* Nam ceteris quibusque in rebus mansueti et placidi sumus atque omnium abjectissimi, quemadmodum lege præscriptum est ; verum ubi Deus nobis periclitatur ac proponitur, tum demum alia omnia pro nihilo putantes, ipsum solum intuemur. *Ita præclarus ille Fidei et Ecclesiæ defensor, qui tanta fortitudine Modesto Præfecto restiterat, ubi de Fide agebatur ; post contractam cum eo amicitiam, scripsit et supra relatam epistolam, ut immunitatem a vectigalibus, quam Magnus Constantinus Ecclesiis concesserat, conservatam vellet.*

Orat. 20

atque ei amicus :

C

quiescit Valentis in Basilium persecutio,

230 *Ea vero quæ de Valentis in Basilium persecutione narrata sunt, contigisse videntur ante Pascha anni* CCCLXXI, *quod* XVII *Aprilis celebratum fuit : istud tamen certo affirmari non potest : quippe nihil obest quo minus hæc fieri potuerint hoc toto anno et sequenti, quo Valens Antiochiæ aut in vicinis urbibus versatus est, adeoque ei commodum fuerit Cæsaream sæpius excurrere. Verum enimvero cum secunda Maji hujus anni* Alexandriæ victor Athanasius, post multa confecta certamina, post totidem etiam reportatas coronas, ex hujus vitæ laboribus ereptus esset, et ad vitam vacuam a molestiis translatus ; et Petrus, vir facile optimus, Præsulatum illum obtinuisset ; *satis negotii videntur Ariani habuisse, si auctoritatem suam apud Valentem, et impiorum sibi consentientium potentiam turbandæ Ecclesiæ Alexandrinæ impenderent, ideoque Basilium ejusque Ecclesiam qualicumque pace gaudere permiserint. Non tamen ea pax diuturna fuit si hoc tempore (quod credibile est) Ponti Præfectus in Basilium insurrexit : quam, persecutionem dicam potius, an tumultum? Valentis persecutioni annectere visum est cum Nazianzeno, ut sub unum aspectum proponantur omnia quæ Sanctus a Magistratu politico, ob fidem et virtutem Christianam perpessus est.*

Theodor, l. 4 c 18

post mortem S. Athanasii.

231 *Digresso itaque Imperatore, aut saltem in Cappadocia minime commorante,* is qui nefarium illum adversus Israelem olim excitavit, idem contra hunc quoque Ponticæ provinciæ Præfectum commovit ; hoc quidem prætextu, quasi mulierculæ cujusdam causa stomacharetur, sed revera impietatis defensionem suscipiens, ac pietatem oppugnans. Mitto alias omnes contumelias, quibus Basilium vexavit ; quod perinde est acsi Deum dicerem, adversus quem et cujus causa bellum gerebatur ; quod et eum qui contumeliam inferebat maxima ignominia affecit, et pugilem nostrum summopere extulit (si modo magnum quidam et excelsum existimandum est, philosophia, et hinc nata laude vulgus anteire) quomodo vero id actum sit, oratione nunc persequar. Mulieri cuidam, amplissimo loco natæ, cujus maritus haud pridem extremo vitæ die functus erat, judicis assessor vim afferebat, invitamque ad nuptias pertrahebat. Illa autem, cum nulla ratione hanc vim effugere posset, consilium capit non majorie audaciæ quam prudentiæ plenum. *Mulierem hanc existimat Baronius celebrem illam* Vestianam *fuisse, de qua sic Nyssenus :* Erat in monasterio quædam femina nobilissima, divitiis et genere et corporis forma atque aliis nominibus illustris, in ipsa adolescentia constituta. Hæc vero cuidam honestissimo in matrimonio collocata fuerat, sed brevi tempore cum illo vixerat : quare conjugio liberata, viduitatis suæ custodem ac magistram magnam Macrinam elegerat, et cum virginibus plurimum versabatur, ut ab eis rationem disceret recte et ex virtute vivendi. Vestiana illi erat nomen, pater Araxius vocabatur, unus e numero Senatorum magni Consilii.

D

Orat 20

Vit Macr

forsan Vestianam, sociam Macrinæ

E

Hæc ad altare confugiens

232 *Hæc, inquam,* consilium capit non majoris audaciæ quam prudentiæ plenum. Ad sacram enim mensam confugit, Deumque propugnatorem adversus injuriam adoptat. Quid igitur, per Trinitatem ipsam (ut forensi quoque dicendi genere non nihil inter laudes utar) faciendum fuit, non dico Magno Basilio, ac de his rebus aliis leges statuenti ; sed alii cuipiam longe illo inferiori, dum tamen Sacerdoti? Quid aliud nisi ut eam assereret, retineret, omni cura tueretur ; Dei clementiæ et legi, quæ altaribus honorem haberi jubet, manum porrigeret ; omnia denique prius faceret et pateretur, quam ut inhumanius ullum adversus eam consilium iniret ; sicque et mensam sacro-sanctam, et fidem etiam illam cum qua supplex erat, contumelia afficeret? Nequaquam, inquit novus judex ; sed omnes imperio meo cedere, ac Christianos leges suas prodere oportet. Ille igitur supplicem deposcebat ; hic omni vi retinebat. Ille rursum furore concitatur, ac Magistratus quosdam mittit, qui sancti Basilii cubiculum perscrutarentur, ignominiæ causa potius id faciens, quam quod ejusmodi quidquam necesse esset. Quid ais? Domumne Basilii, ab omni libidinis motu liberi, quem Angeli complectuntur, quem vel solum intueri feminæ reformidant? Nec eo contentus, ipsum insuper adesse et causam dicere jubet ; neque id placide et humane, sed quasi unum ex iis qui capitis damnati sunt. Atque ipse quidem aderat : ille autem ira et arrogantia plenus, pro tribunali sedebat. Stabat Basilius, quemadmodum Jesus meus Pilato judicante : cunctabantur porro fulmina, Deique gladius adhuc exacuebatur et differebatur, arcusque ita contendebatur, ut tamen retineretur, pœnitentiæ videlicet tempus ac locum operiens : hoc enim apud Deum in more atque usu positum est. Atque hic mihi quæso alterum persecutoris et athletæ certamen specta. Pallium detrahi et lacerari jubebat : at ille, Exuam præterea, si ita lubet, etiam tunicam. Eum qui carnis expers erat, verberaturum se minabatur ; corpus submittebat, ungulis laceraturum; at ille, Hujusmodi, inquit, laniatione

F

a Basilio servatur intacta:

qui ideo affectus contumelia

A tione medicinam hepati afferes, magnopere (ut vides) me prementi.

plebem pro se commotam sedat,

233 Et ipsi quidem in his erant : civitas autem, simul atque hujusmodi malum ac commune periculum rescivit (periculum enim suum quisque Basilii contumeliam esse existimabat) tota furore corripitur atque incenditur ; ac, velut fumo apum examen movente, certatim omnes cujuslibet generis atque ætatis excitantur et exurgunt, præsertim armorum opifices, imperatoriique textores ; nam hi in ejusmodi rebus ferventiores sunt, atque ob libertatem ac licentiam, qua fruuntur, ad audendum paratiores. Unicuique porro teli loco erat, vel quod ars offerebat, vel quod in re præsenti tumultuarie confecerat. Faces in manibus ; saxa, fustes in promptu ; unus omnium cursus, unus clamor, communis animorum alacritas ; furor, miles vehemens, imo belli dux. Ne mulieres quidem tunc temporis inermes erant, hac nimirum occasione animos earum exacuente (radii autem ipsis hastarum loco erant) imo nec mulieres jam manebant, quippe quas zelus roborasset, atque ad virilem fortitudinem animique magnitudinem traduxisset. Quid multa ? Pietatis omnes ita demum se participes fore censebant, si Præfectum laniarent B ac discerperent ; isque majorem apud eos pietatis laudem habiturus videbatur, qui primus in eum, qui tantum facinus aggressus erat, manum injecisset. Quid igitur audax ille et insolens Judex ? Supplex erat, miserabilis, calamitosus, quovis homine dejectior : quoad in conspectum prodiens Basilius, ille martyr et sine plagis victor, ac populum ob pudendum scelus furore correptum per vim retinens, supplicem suum et vexatorem a periculo vindicavit.

mortique eripit sacrilegum.

Or. F. Nyssenus fratris fortitudinem laudat

224 *Accedat his Nyssenus qui magni fratris, tum in hac tum in aliis persecutionibus constantiam vere Christianam et fervens martyrii desiderium sic paucis exponit* : Basilius, cum veluti fax noctu errantibus per mare, Ecclesiæ bono apparuisset, omnes ad rectam viam convertit ; cum Præfectis et Præsidibus confligens, cum Ductoribus copiarum congrediens, apud Imperatores libere loquens, in concionibus et ecclesiis clamans, eos qui procul abessent exemplo Pauli per epistolas concilians atque adjungens sibi, effugiensque et evitans confligentium reprehensiones, cum nihil in se haberet, quo teneretur et vinceretur ab adversariis. Fortior enim et firmior erat, quam ut ab iis qui bona ejus publicarent, vinci ac subigi posset : cum ipse se bonis, C propter spem futuri regni mulctasset. Ab exilii metu liber erat, quod unam patriam hominum censeret esse paradisum, atque omnem terram quasi commune naturæ exilium spectaret. Qui autem quotidie moreretur, ac per mortificationem semper lubens absumeretur, quando tandem mortem, quam inimici minabantur, metuere potuisset? Etenim clades ei ac calamitas erat, quod non sæpe posset Martyrum pro veritate certamina imitari, cum uni morti dumtaxat natura obnoxia sit. Qui Præfecto cuidam, aliquando se jecur ejus de visceribus rapturum terrendi causa minanti, subridendo deludens insulsas atque protervas minas, Gratiam tibi, inquit, hujus voluntatis atque propositi nomine habebo : etenim haud mediocriter molestum est jecur, visceribus incumbens : si ejeceris ergo illud, ut minaris, me molesta atque odiosa corpus liberaveris. *His omnibus epiphonematis loco subjungamus.* Hæc operatur Sanctorum Deus, qui omnia facit atque in melius commutat, qui superbis resistit et humilibus gratiam tribuit. Quidni autem is qui mare scidit, et fluminis cursum inhibuit, et elementis vim attulit, et per manuum extensionem trophæum erexit, ut fugitivo populo saluti esset ; Basilium etiam a periculis extraheret? Atque hic mundanum externumque bellum finem accepit, exitumque habuit Deo favente D lætum atque felicem, qualemque fides illius merebatur...

et martyrii desiderium,

Orat. 20 paratamque semper ei Dei opem.

AUCTORE F. B.

CAPUT XIX.

Basilius Occidentalium Episcoporum auxilium rursus implorat: S. Meletium et Antiochenos in persecutione consolatur.

Post discessum Valentis e Cappadocia hoc anno CCCLXXI, *ante Pascha* XVII *Aprilis celebratum, adeoque ante mensis Maji initium et mortem S. Athanasii ; reversus est ab Occidente Dorotheus Diaconus, quem anno præterito a Basilio aliisque Orientalibus Episcopis in Occidentem ablegatum vidimus. Is transacta ibidem hieme ad suos rediit, secum deferens exiguum legationis suæ fructum, in solatium eorum a quibus missus fuerat : videlicet litteras ad S. Athanasium Alexandrinum, quas ipse aliis Episcopis et Basilio transmisit.* Referebant *hæ litteræ*, Nicænæ Fidei testimonium, et inoffensæ unanimitatis et conspirationis demonstrationem ; ut et Pastores ostenderent Patrum se insistere vestigiis, populum Dei cum E scientia pascentes. Hæc omnia Orientales tantum exhilararunt, ut mœrorem quodammodo discusserint, et risum quemdam exiguum animis ipsorum infuderint etiam in hoc tristi rerum statu, in quo tunc agebant. Sed imprimis auctum est ipsis solatium, per apprime religiosum Diaconum Sabinum, qui relatione eorum quæ apud Occidentales honeste agebantur, animos illorum pavit *Videtur ergo statim post reditum Dorothei, in Orientem quoque pervenisse Sabinus, ab Occidentalibus vicissim ad eos ablegatus : erat autem Diaconus Ecclesiæ Mediolanensis. Hic Synodicam Concilii Romani ad Illyricos, Episcopis Orientalibus ex authentico tradidit : deinde anno* CCCLXXXI *interfuit Concilio Aquileiensi Episcopus Placentinus, coliturque inter Sanctos* XI *Decembris.*

Dorotheo ab Occidente regresso cum litteris

B. Ep. 61

et Sabino in Orientem appulso, Tom. 2 Concil.

Martyrol. Roman.

236 *At Basilius, quamvis non impetrasset id auxilii ab Occidentalibus Episcopis, quod et ipse petierat et aliis postulandum suaserat ; nempe ut illi conjunctis viribus apud Imperatores satagerent pro pace Ecclesiarum, et legatos in Orientem mitterent qui dissensiones inter Episcopos componerent ; (quorum neutrum fecerunt, sed epistolam dumtaxat Synodicam ipsis tradendam curarunt, quam prius ad Illyricos miserant.) Sic, inquam, sua spe frustratus Basilius, gau-* F *debat tamen adesse Sabinum Diaconum, eo quod speraret fore, ut ipse calamitosum statum Orientalium experimento perceptum, Occidentalibus evidenter nuntiaret, permoveretque* ut primum assidua studiosaque oratione ad Deum cum illis certarent ; deinde etiam solatium quod præstare possent laborantibus Ecclesiis afferre non recusarent.

recreatus Basilius,

B. Ep. 61

hujus calamitates exponit,

237 *Istam vero calamitatem Ecclesiarum idem Basilius ita describit :* Laborat hic, Fratres reverendissimi, et defatigata est frequenti adversariorum insultu Ecclesia, quemadmodum navigium in medio mari aliis post alios undarum fluctibus agitatur, nisi cito Dominus pro sua bonitate nos respexerit. Sicut igitur nos proprium bonum ducimus vestram inter vos conspirationem unanimitatemque ; ita male afficimur dissensionibus. Verum non quia situ locorum dissiti sumus, discordes esse nos convenit : sed cum spiritus communione uniamur, in unius corporis conspirationem nos recipere debemus. Porro tribulationes nostræ vel nobis tacentibus vobis sunt cognitæ, ut quæ in totum orbem sunt evulgatæ. Patrum dogmata contemnuntur, Apostolicæ traditiones nullo in numero habentur, recentiorum hominum inventa in Ecclesiis dominantur ; homines artificiose non theologice disputant ; Mundi sapientia

AUCTORE P. B.

A tia primas tenet, Crucis gloriam abominans; Pastores abiguntur, lupi graves introducuntur, qui Christi gregem decerpunt; domus oratoriæ deseruntur ab ecclesiastico cœtu, solitudines refertæ sunt plorantibus; seniores ingemiscunt, dum vetera præsentibus comparant; juvenes miserabiliores sunt, eo quod non videant qualibus privati sint. Hæc sane movere eos, qui Christi dilectionem docti sunt, ad compassionem poterunt. Ceterum si oratio conferatur rerum veritati, multum ab ipsius dignitate abest. Quare si aliqua dilectionis consolatio, si quædam spiritus communio, si qua viscerum miseratio, commoveamini ad nostrum auxilium, arripite pietatis zelum, eripite nos ex hac tempestate,

B Ep. 273

et per remissum in Occidentem Sabinum omnium nomine scribens,

238 *In tanta hac Ecclesiarum desolatione congruum præterea censebat Basilius, ut nomine Synodi sive omnium orthodoxorum Episcoporum nomine, quispiam rursus in Occidentem ablegaretur, qui secundas ad illos deferret litteras: neminemque ad hoc munus magis idoneum Dorotheo Diacono existimabat. Quapropter rogat S. Meletium, ut omnia per eumdem Dorotheum ordinare velit, litterasque dictare quæ ad Occidentales essent deferendæ, tum denique ipsum, statim, completo Paschatis festo, dimittere Cæsaream;* B *ut, si suum consilium S. Eusebio Samosateno etiam probaretur, cujus sententiam per litteras exquisierat, præfatus Dorotheus statim in Occidentem discederet. Verum cum deinceps Dorotheus nullibi memoretur in Occidentem profectus, credo reliquos Episcopos censuisse, satisfactum iri officio suo et temporum necessitati, si litteræ ad Occidentales Sabino Diacono deferendæ traderentur: quod factum est. Epistola communi nomine scripta servatur inter Basilianas* LXIX. *quæ vel ex eo a S. Meletio dictata probatur, quod inter calamitates sub quibus gemebant Ecclesiæ eas præcipue enumeret, quæ circa Antiochiam conspiciebantur: nempe quod sub aperto aere extra Ecclesiam Orthodoxi conventus suos agerent.*

dat etiam privatim sua scripta,

239 *Præter has communi nomine scriptas, Basilius, usus opera ejusdem Sabini, privatas suas adjunxit, ex quibus supra nonnulla retulimus. Sed et ad nonnullos alios Episcopos privatim scripsit, qui et ipsi litteras ad illum privatim dederant. inter quos si numeretur Valerianus aliquis, cui inscribitur epistola* CCCXXIV, *oportet ipsum non Illyriorum, sed Aquileiæ*

B. Ep 324

Episcopum fuisse: nam inter Illyricos hujus temporis Episcopos nullus reperitur istius nominis. Cuicumque autem Episcopo scripserit, Orientis necessitatem vehe- C *menter illi commendat; et* Deo gratias, *inquit*, qui videre mihi dederit veteris illius dilectionis fructum in tua puritate: qui cum corpore tam semotus existas, te tamen per literas mihi copulaveris, meque tuo desiderio sancto et spirituali fueris amplexatus; quo facto inexplicabilem meo animo amorem concitasti. Revera enim illud quod vetus habet verbum, edoctus didici, quod ut animæ sitienti aqua frigida, ita et nuntium bonum de longinqua regione

ad Valerianum Ep.

allatum. Fames siquidem caritatis ingens est in istis regionibus: in proclivi vero causa est, colendissime Frater; illa nimirum, quod quia iniquitas abundet, multorum caritas refrixit. Hanc ob causam tuæ litteræ magni videbantur æstimandæ: vices autem idcirco tibi rependimus, per eumdem virum religiosissimum Syndiaconum et Fratrem

preces pro Orientis pace efflagitat,

Sabinum. Per illum tibi nosmet notos facimus, obsecramusque ut fundendis pro nobis orationibus velis invigilare, ut rebus nostris ita tandem aliquando Deus pacem et tranquillitatem largiatur; ventos autem istos et mare increpet, ut conquiescamus ab ista tempestate fluctuumque agitatione, et subversione in qua sumus constituti, dum singulis momentis absorbendos nos fluctibus expectamus. Sed magnus Deus nobis in præsenti largitur,

D ut de vobis fando accipiamus, per omnia concordes vos atque unanimes inter vos esse, et sine ulla contradictione annuntiari pietatis doctrinam apud vos. Etenim aliquando necessarium erit (nisi prius mundi tempora concludantur, nec humanæ vitæ dies amplius prorogentur) ut fides, opera vestra per Orientem redintegretur, et bonorum quæ vos inde derivastis retributionem eidem communicetis. Sana apud nos portio, et majorum pietatem vindicatura, vehementem in modum laborat, diabolo illam affligente multis variisque admotis machinis, et omni adhibito artificio illam concutiente. Sed per vestras qui Deum amatis orationes, extingui forsan poterit atque aboleri impia illa, et ad populum decipiendum adinventa Ariana hæresis; majorumque de novo effulgere doctrina, qui Nicææ in synodum convenerunt; ut sanctæ Trinitati doxologiam, salutari Baptismati congruam, reddamus. *Istud vero quod hic ait Basilius, de Fide orthodoxa per Occidentales aliquando in Oriente restituenda, vim quamdam occultioris prophetiæ habuisse videri potest; quandoquidem, Sancto ad vitæ exitum appropinquante, Gratianus Occidentis Imperator, et Theodosius in Hispaniis natus, orthodoxam Fidem, tam diuturna persecutione oppressam, tandem respirare fecerunt.*

et ut Occidentalium opera fides fulciatur,

haud frustra optat:

E

afflictos consolatur,

240 *Fervente igitur Valentis persecutione, et quaquaversum devastante Ecclesias, per Syriam, Palæstinam, Ægyptum; Basilius, tantisper in pace relictus, videbatur Divina providentia conservatus, ut posset consolari eos qui in omni pressura erant. Ideoque per litteras suas mulcendo, hortando, erudiendo, solicitudinem omnium Ecclesiarum sibi quodammodo assumpsit.*

B. Ep. 187

imprimis S. Meletium:

Illos inter numerandus venit S. Meletius, qui hoc tempore in minorem Armeniam expulsus, tertium suum exsilium fortiter perferebat; videturque habitasse in Getasibus, agro suo prope Nicopolim. Quam magnam et quam piam amicitiam Basilius cum illo coluerit, abunde in ipsius passim epistolis legitur, tum vel maxime in hac quam subjungo: Si quo pacto Pietati tuæ notum fuisset, quam magno nos, quotiescumque scribis, gaudio afficias; numquam sane, scio, oblatam scribendi occasionem neglexisses; sed studio quoque multas semper ad nos epistolas dedisses; ut quia scias afflictorum recreationi apud divinam benignitatem reconditam esse mercedem. Nam omnia hic dolore plena sunt, et sola nobis malorum aversio est Sanctitatis tuæ cogitatio, quam nobis evidentiorem indit rerum tuarum, quæ omni sapientia et gratia abundant, commemoratio. Itaque si quando epistolam tuam in manus sumimus, primum qua sit mensura inspicimus; illamque tantum diligimus, quantum versuum multitudine abundat. Deinde dum illam legendo percurrimus, perpetuo quidem, donec sermone illius immoramur, gaudemus; ubi vero fini epistolæ appropinquare cœpimus, dolemus. Ita scilicet quodcumque bonum dixeris litteris tuis continetur: quod enim ex corde bono promanat, bonum est. Si vero precum tuarum interventu, donec in terra ista sumus, et præsenti ad ipsum conspectum alloquio digni haberemur, et ab ipsa viva voce salutarem doctrinam, veluti commeatum in præsens et futurum seculum, accipere promereremur; istuc utique maximum bonum judicaremus, et principium nobis ipsis divinæ benevolentiæ arbitraremur.

B. Ep. 56

ejus litteris multum oblectatus

F

et alloquium desiderans,

241 *Meletio Antiochia absente, Ecclesiæ ipsius curam susceperunt duo Presbyteri, Flavianus et Diodorus. De quibus ita loquitur Theodoretus:* Hi duo curam Gregis suscipiunt, et tum lupis sua fortitudine et sapientia resistunt, tum ovibus convenientem curationem adhibent: itaque a radicibus montis depulsas oves, ad ripas vicini fluminis pascebant. Non enim more eorum, qui Babylone olim captivi tenebantur

l. 4. c. 23

dum Antiochenis pro ipso invigilans

A tenebantur, organa suspenderunt; sed conditorem et patronum suum in omni loco dominationis ejus hymnis celebrarunt. Ceterum ne isto quidem in loco conventum piorum Pastorum, Christum Dominum divinis laudibus efferentium, agi hostis ille passus est. Proinde duo illi Pastores admirabiles, divinis ovibus velut in gymnasium bellicum coactis, spirituales herbas demonstrabant: atque Diodorus, vir sapientissimus fortissimusque, tamquam fluvius limpidus et ingens, tum suorum animos fortitudinis rivulis irrigavit, tum adversariorum blasphemias sinceræ doctrinæ undis penitus obruit: qui ut generis splendorem pro nihilo putavit, sic ærumnas pro fidei defensione lubens perpessus est. Flavianus autem, optimus vir, etsi ex Patriciis ortus, tamen solam pietatem nobilitatis loco numeravit, et tamquam palæstræ magister, magnum Diodorum, velut athletam in omni certaminis genere exercitatissimum, perunxit. Nam id temporis, quamquam ipse in conventibus ecclesiasticis minime concionatus est, illis tamen qui illud munus obibant, magnam copiam argumentorum et sententiarum, e sacris litteris petitarum, suppeditavit. Atque ut illi arcus contra Arianam blasphemiam tendebant, ita hic ex B mente, tamquam ex pharetra, tela eis subministrabat. Quin etiam hæreticorum retia, privatim et publice disputando, facile disrupit; et argumenta ab illis proposita, aranearum telis similia esse demonstravit.

Diodorus

et Flavianus Presbyteri;

242 *Diodorus postmodum Tarsensem in Cilicia Archiepiscopalem Cathedram, allaborante verisimiliter S. Meletio, adeptus est; sed* Presbyter *Antiochenus*, magis quam *Tarsensis* Episcopus claruit. Illum, tamquam B. Silvani alumnum, primum suscepit Basilius, deinde dilexit et complexus est, propter sermonis gratiam, per quam multi eorum qui virum audiebant meliores reddebantur; *quamvis ob eam quam cum illo habebat consuetudinem, a quibusdam accusaretur. Diodorus enim apud multos, etiam post mortem, in suspicionem hæresis venit. Attamen, si hæretica labe contaminatus reipsa fuit, ejus amicitia S. Basilio ad crimen imputari non debet; sed inter eos ille numerandus est, qui pietatem mentiti, in sui admirationem et dilectionem traxerint Sanctum: eo enim tempore, quo Antiochenam pro S Meletio administravit Ecclesiam, nulla deteriori fama videtur laborasse.*

quorum iste postea Episc. Tarsensis fuit;

Hieron de Script B. Ep 82

alter postea, fortassis falso, suspectus in fide,

C 243 *Extant ad ipsum binæ a Basilio datæ epistolæ, quarum prioris initium, cum sit historicum, hic apponendum censui.* Allatæ sunt nobis litteræ, *inquit*, epigrapham habentes Diodori; reliqua vero illarum alteri cuipiam magis quam Diodoro competere videbantur. Etenim mihi quisquam ex artificiosis personam tuam ad hoc induisse videtur, ut hoc pacto fide dignum se reddat auditoribus, quasi interrogatus a quoquam, liceatne demortuæ uxoris sororem matrimonio ducere, ab ea quæstione non abhorruerit, sed aurem placide accommodaverit, atque obscœnam concupiscentiam una cum illo admodum fortiter excusaverit. Misissem ego hoc scriptum ad te, si ad manum fuisset, suffecissetque ut et te ipse et veritatem vindicares. Quoniam vero qui illud ostenderat mox abstulit, et trophæi cujusdam loco adversum nos circumtulit, quod rem hanc initio prohibuerimus, et scriptam se potestatem habere dixit; jam ad te scripsi, quo ambabus manibus adulterinum hoc scriptum deprehendamus, nec aliquid illi roboris relinquamus, ne facile possit nocumentum inferre legentibus. Principio igitur, quod in hujusmodi rebus maximi momenti est, morem qui apud nos est objicere possumus, quod is legis vim habeat: propterea quod sanctiones istæ a sanctis nobis sint viris traditæ. Est autem hic mos talis, si quis affectu immunditiæ correptus, ad illicitam duarum sororum communicationem exorbitaverit, id neque conjugium esse censendum, neque tales ad ecclesiasticum cœtum admittendos, priusquam a se invicem dirimantur. Quare etiamsi nihil aliud dici posset, sufficeret mos iste ad cavendum hoc malum. Quoniam vero, qui epistolam hanc scripsit, adulterina argumentatione tantum malum in vitam humanam inducere conatus est; necesse est, ut nec nos cessemus, quo minus rectæ ratiocinationis subsidium adferamus; quamquam in illis rebus quæ admodum sunt perspicuæ, major est apud unumquemque prænotio, quam ulla sit sermonis argumentatio. *Pergit deinde Sanctus pluribus argumentis ostendere, incestuosum esse tale matrimonium, refutatis iis quæ ab auctore epistolæ, Diodori nomine vulgatæ, ex divinis Scripturis pro tali matrimonio allata fuerant. An vero scriptum istud, quod Basilius hic reprehendit, revera Diodori fuerit, an ejus nomini suppositum ab hæreticis, aut ipsomet adultero (quod credibilius videtur) ut Basilio conflarent invidiam, ejusque famam traducerent, acsi perniciosam quamdam quoad mores doctrinam in Ecclesiam induceret, aut a secum in fide recte sentientibus tradi permitteret;* E *utrum, inquam, Diodori fuerit; haud omnino liquet: cum nesciatur, quid hic ad hanc Basilii epistolam responderit. Si tamen ejus fuerit; ostendit sufficienter Basilius, se hominem quidem, non ejus errores amare.*

B. Ep 82

et accusatus approbasse conjugia,

cum sorore uxoris dejunctæ,

D

AUCTORE F. B.

monetur incesta illa omnino esse,

244 *Altera epistola Basilius Diodorum amice instruit et reprehendit. Miserat hic ad illum libros duos, quos contra hæreticos conscripserat, ejus judicium de iis exquirens. Priorem libellum Basilius laudat, eoque se* summopere delectatum *affirmat*, non solum propter illius brevitatem, ut par erat usuvenire ei qui jam ad omnia segniter et ægre affectus est; sed et propterea quod densus est simul et refertus sententiis, ac contrariorum objectiones et responsiones illis subjectas, haud confuse, sed recto ordine digestas habet. Dictionis præterea inaffectatæ incomposita simplicitas, decora ipsi videbatur, et conveniens professioni Christiani hominis, cujus non est ad ostentationem magis scribere quam ad publicam utilitatem. *Et hunc quidem librum apud se detinuit*, curare cupiens ut transcriberetur. *Verum difficile erat invenire quemquam*, qui scribendi facultate valeret: ad tantam enim penuriam invidiosæ res Cappadocum devenerant.

eumdem de uno libello bene scripto laudans,

B. Ep 167

F 245 *In altero volumine, quod majus erat, varia Sanctus reprehendit. Nam*, eamdem quidem ut primum, *inquit*, in rebus facultatem habens, dictione vero instructiore et figuris dicendi variis ac dialogica festivitate ornatius, multum mihi videbatur cum temporis ad perlegendum, tum laboris ad intelligendum poscere, ad hoc ut sensus et colligantur, et memoriæ mandentur. Calumniæ namque adversariorum et contentiones nostrorum intersertæ, licet dialecticam quamdam suavitatem commentario adferre videantur, eo tamen quod tantum generant morarum, mentis intentionem confundunt ac convellunt, et sermonis quoque strenui vigorem remissum reddunt..... Qua propter et nobis, qui non inanis gloriæ gratia, sed ob id ad scribendum accingimur, ut Fratribus utilium ac salubrium sermonum monimenta relinquamus; si personam quamdam quæ propter morum pervicaciam omnibus jam antea et nota sit et proclamata, induxerimus, et de qualitate illius quædam sunt attexenda, omnino nobis convenit, relictis ipsis rebus, tales perstringere homines: si vero indefinitum sit de quo loquimur, contentiones illæ personales connexionem quidem sermonis interrumpunt, nihil vero utilitatis tandem adferunt. Ista scribo, ut declaretur, quam non in adulatoris manum labores tuos miseris, sed Fratri carissimo

in altero quædam corrigenda indicat Sanctus,

amica, ut solebat, libertate,

AUCTORE F. B.

A carissimo communicaveris. Et hæc quidem dixi, non ad correctionem eorum quæ scripta sunt, sed ad custodiam et cautionem futurorum. Prorsus enim qui tantum habitus et studii ad scribendum impendit, is imposterum nec desinet scribere; quandoquidem nec illi desinent, qui argumenta scribendi exhibeant. *Hæc idcirco dicta sunt, ut appareat, quem sibi Sanctus modum et finem in scribendo proposuerit, aliisque, etiam contra hæreticos scribentibus, tenendum judicaverit; et quam non immerito scripserit de Diodoro S. Hieronymus, quod* Eusebii Emiseni sensum secutus sit, sed eloquentiam imitari non potuerit, propter ignorantiam secularium litterarum: *quod tamen non necessario ita intelligendum est, ut in illius et Arianorum errores inciderit factus Episcopus, quos Presbyter existens tam fortiter impugnaverat.*

de Script.

Antiochenis in persecutione scribens,

246 *Interea cum indies persecutio magna incrementa caperet, persecutore ipso Antiochiæ commorante, præsertim contra orthodoxos, qui S. Meletio communicabant (nam Paulinum, vel quia paucos habebat secum communicantes, aut quia ejus sanctitatem verebatur, Valentis furor præteriit) ingravescente, inquam, persecutione, SS. Aphraates et Julianus Sabas Flaviano* B *sese et Diodoro junxerunt. Quanto autem animi dolore Basilius hanc persecutionis flammam a longe conspexerit, et quanto desiderio teneretur ut Fratribus præsens succurreret, ipse explicat sic scribens.* Quis dabit mihi alas instar columbæ, et volabo ad vos, expleboque desiderium quo ad Dilectionis vestræ congressum aspiro? Nunc vero non solum alis destituor, sed ipso quoque corpore, quod et longa jam dudum ægrotatione confectum, et nunc continuis tribulationibus prorsus attritum est. Quis enim usque adeo animo est adamantino? quis ita plane omnis commiserationis expers et immitis? qui cum audiat, quomodo undique nos gemitus ac luctus, veluti ex tristi quodam choro communi quadam et consona lamentatione applorante, impetat; non condoleat animo, inque terram præ luctu deflectatur, et immensis istis curis omnino tabefiat? Sed potest sanctus Deus aliquam ab immensis ac deploratis curis dare relaxationem, et a diuturnis laboribus quamdam largiri respirationem. Itaque et vos oro, ut eamdem consolationem amplectamini, ac spe consolationis toleremus cum gaudio præsentis tribulationis luctum. Sive namque peccatorum pœnas damus, valebunt ad hoc flagella, ut posthac iram Dei, quæ C imminebat, avertant; sive in certaminibus, quibus pietatis gratia decertamus, per tribulationes corroboramur, justus est is qui nos ad tolerandos agones præmiis invitat, ut non sinat nos tentari supra id quod ferre possumus: sed pro toleratis jam laboribus patientiæ nobis et spei in ipsum coronam reddat. Ne igitur ad decertandos pietatis agones defatigemur, neque per desperationem quæ jam decertata sunt amittamus. Non enim uno actu fortitudinis, neque modico quodam labore constantis animi specimen datur; sed qui corda nostra probat, longo nos ac prorogata probatione vult declaratos victores justitiæ coronam adipisci. Constans dumtaxat ac fidelis servetur animus noster, fidei nostræ in Christum robur custodiatur immotum, et brevi ac velociter veniet auxiliator, veniet et non tardabit. Amplectenda enim tribulatio super tribulationem, spem super spem: adhuc modicum, adhuc modicum: ad istum enim modum alumnos suos Spiritus sanctus futurorum promissione recreare novit. Post tribulationes enim sequitur spes: quæ vero sperantur e vicino subsequuntur. Nam etiamsi universam hominum vitam quis objecerit, brevissimum tamen est illius spatium, respectu infiniti seculi quod in spe nostra reconditum est. *His Antiochenos quidem consolatus et adhortatus Basilius, nobis internorum animi sui affectuum imaginem meliorem reliquit.*

B. Ep. 60

eos solatur spe futuræ pacis.

D

CAPUT XX.

Consolatur in persecutione Chalcidenses, Beræenses, Barsum Edissenum Episcopum exulem, Petrum item Alexandrinum ejusque Ecclesiam

Basilius Chalcidensium litteris respondet,

T*ranseamus a Syriæ metropoli ad vicinas Ecclesias, in quibus similis persecutio, fidelibus multam patientiæ, Basilio commiserationis materiam præbuit. Laodicensi Ecclesia expulsus est in exilium S. Pelagius Episcopus, qui hoc anno epistolæ ad Occidentales mittendæ subscripserat. Chalcidensem multa passam ex epistola Basilii ostendimus supra, idque confirmari potest ex epistola ejusdem ad Clerum data, qui præter litteras suas Acacium Presbyterum miserant, ut Basilium de omnibus edoceret. Hic ergo post actas gratias, quod* magnam Deus consolationem sibi impertivisset *per ipsorum litteras*, quæ nequaquam corpoream figuram repræsentarent, sed intimam ipsam animi dispositionem: Desideratissimus, *inquit*, Frater et religiosissimus Compresbyter noster Acacius, qui plura retulit quam scriptis erant vestris consignata, dum quasi sub oculis conspiciendum proposuit quotidianam vestram concertationem, et pro religione ac pietate intensissimam contentionem vestram. Hic in tantam me admirationem perduxit, et tantum succendit desiderium vestris illis bonis perfruendi, ut precibus a Domino contenderem, largiretur aliquando opportunum mihi tempus, ut ipsamet experientia possem vestrarum rerum statum cognoscere. Non enim ille vestram tantum mihi retulit exactissimam sedulitatem, quibus est altaris concredita ministratio; sed populi totius conspirantis concordiam: Magistratuum Præfectorumque urbis mores magnificos et egregios prædicavit, quamque essent genuino affectu in Deum præditi; adeo ut felicem prædicarem ego illam Ecclesiam, quæ constabat e talibus et tantis viris; et Deum in præsenti vehementius deprecer, concedat vobis illam, quæ secundum spiritum est tranquillitatem; ut virtutis, quam per vestri certaminis tempus declaratis fructum referatis, fruitionemque in tempore quietis et remissionis malorum. Ita item natura comparatum est, ut experti res adversas ex ipsarum deinceps recordatione voluptatem capiant. Quod præsentia spectat, adhortamur vos, ne dejiciamini ignavia, nec animum velitis despondere propter multiplicatas res adversas quibus urgemini. Sunt enim in proximo coronæ; appropinquat Domini retributio. Nolite ea profundere, quæ laboribus exantlatis comparastis: nolite vanas reddere et inanes passiones, quæ ubique terrarum sunt omnium præconiis celebratæ. Rerum humanarum est brevissima conditio. Omnis caro fœnum, et omnis gloria hominis ut flos fœni: exaruit fœnum et decidit flos, verbum autem Domini manet in æternum. Præcepti illius semper perstudiose memores, prætervolaturæ phantasiæ nullam habeamus rationem curamve. Vestrum certe exemplum quamplurimas erexit etiamnum Ecclesias: ingentem, nec tamen opinantes; vobis ipsis mercedem accumulastis; eo quod inexpertos, ad similem zeli ardorem excitastis. Locuples est remunerator, qui dignissima vobis certaminum vestrorum præmia potis est retribuere.

B. Ep. 299

laudans ipsorum pro fide certamina

E

et concordiam animorum,

atque ad perseverandum hortatur,

F

1 Petri 1

248 *Ad Beræensem Ecclesiam, pariter sub persecutione gementem, cujus postmodum Acacius ille Episcopatum tenuit, in eamdem pene sententiam scripsit:* Cognitos jam pridem vos habuimus, o Desideratissimi, *inquiens*, ex illa vestra decantata adeo pietate, sicut et coronas etiam vestræ confessionis secundum Christum. At dixerit forsan e vobis aliquis.

B. Ep. 298

sicut etiam Beræenses,

A quis. Et quis est ille, qui hæc ipsa in regiones tam remotas deportavit! Dominus profecto, qui suæ religionis cultores, tamquam lucernas constitutos in candelabris, per orbem universum lumen suum diffundere facit. An non qui præclarissime decertarunt, victoriæ bravium decantatos facere et illustres solet? An non operum præstantia et artificium exquisitum, artifices solet illustrare? Quod si propter hæc istos æterna memoria consequatur; eos qui sancte et religiose secundum Christum vixerunt, de quibus dixit ipse Dominus, Glorificantes me glorificabo, quomodo cognitos universis et nominatissimos non efficiet. ipsorum claritatis splendorem, parem faciens solaribus radiis, longe lateque coruscantibus? Nos certe majori desiderio vestri inflammastis, dum litteras ad nos dare dignati estis; et litteras ejusmodi, per quas, illa nobis antea præcognita, vestra pro pietate vera certamina, pleniori ac vivida magis laude vestræ, pro fide orthodoxa magnanimitatis cumulastis. Hanc ob causam vobis congratulamur, et congaudemus, et votis unitis contendimus, ut ille Deus universorum, cujus est certamen hoc, pro quo luctatio, per quem co-
B ronæ distribuuntur, alacritatem ingeneret animorum, confirmet absolutam fortitudinem, et ad consummatam pro seipso gloriam hujus operis vestri finem perducat.

scribit Barso Edesseno Ep exuli,

249 *Præ omnibus tamen hoc tempore eluxit fortitudo Edessenorum, quibus præerat S. Barsus Episcopus, illustratus a nobis XXX Januarii. Ad hunc, versantem in exilio, duas Basilius epistolas scripsit; utraque ardens desiderium testatus, quo coram videre ipsum optabat, si non Ecclesiæ suæ urgens necessitas et adversa valetudo detineret. Priori, per Domninum missa, orationes ejus flagitat, ut persecutio finiatur:* Profecturis, *inquit*, ad tuam Pietatem germanissimis Fratribus, Domnino et comitibus, libenter oblatam occasionem arripui litteras perscribendi, teque per illos salutandi, suppliciter a Sancto Deo contendens, ut tantisper in hac vita superstes fiam, usque dum dignus haberi possim vultum tuum coram intueri, et frui gratiis quæ in te sunt. Deprecator autem illud unicum, ne tradat nos Dominus in æternum inimicis Crucis Christi, sed Ecclesias suas in tempus pacificum dignetur custodire, quod justissimus judex novit omnium optime quando largietur. Certe largietur, neque nos derelinquet in perpetuum: sed,
C quemadmodum in ipsorum peccatorum ultionem septuaginta annos captivitatis super Israelitas determinaverat, ita forsitan Omnipotens, qui nos ad tempus tradidit apud se statutum, revocaturus est olim, et ad illam qua quandoque fruebamur, pacem ac tranquillitatem reducturus: nisi forsan nunc in proximo sit apostasia, et quæ fiunt sint procemia ad ingressum Antichristi. Id si ita sit, Deum exorato, ut vel tribulationes transferat, aut per suam bonitatem indemnes et illæsos per tribulationes istas nos custodiat. Conventum qui tecum est in præsenti omnem meo nomine salutato, vir religiose.

quem videre plurimum desiderat,

Pietatem tuam, qui mecum sunt singuli salutant. Vivas, gaudeas, pro me Domino supplex factus, custodiaris simul cum Ecclesiis Dei, per ipsius gratiam et benignitatem. *Verum hæc epistola ad sancti exulis manus non videtur pervenisse: quapropter altera ejusdem pæne argumenti scribenda fuit, sed in qua magis ostendit, quantam de sanctitate ejus et meritis apud Deum concepisset opinionem.*

B. Ep 327

250 Qua sum, *inquit*, in tuam Pietatem propensione, vehementer equidem desiderassem, ut advenirem ipse, et coram salutarem genuinam tuam dilectionem, ac celebrarem Dominum in te magnificatum, qui tuam illustrissimam senectutem, apud universos toto orbe terrarum metuentes Deum, in

D se venerandam constituerat. Verum tamen cum et corporis afflicta valetudo me conficiat, et immensa mole curarum pro Ecclesiis susceptarum obruar, nec mei sim juris aut potestatis, ita ut quocumque ferat animus peregriner, et quoscumque optaverim conveniam; desiderium illud quo deflagro bonis illis quæ in te sunt perfruendi, per litteras aliquousque relevo; tuamque præcellentem Pietatem obtestor, ut cum me, tum Ecclesias orationibus tuis habeas commendatos; ut dies qui supersunt, vel forsan horas hujus vitæ, sine offensione ulla et prolapsu transigam: largiatur nobis insuper ut pacem in Ecclesiis ejus intueamur; deque tuis comministris et concertatoribus non alia quam quæ vellemus fando audiamus, deque ipso te non alia quam quæ populus tibi subditus a Domino justitiæ dies noctesque desiderat. Scias autem me non frequenter scripsisse, imo nec tantum quantum par et congruum fuerat: nunc autem scribo nactus nonnullos e nostris, qui ad tuam pergerent reverentiam: per alios enim si scripsissem, fortassis non tenuissent memoria quo nomine vocarer qui litteras dederam. Nostris autem Fratribus alacriter admodum episto-
E las tradidi, et simul quædam munuscula, quæ dignare quæso a nostra humilitate minime fastuose suscipere, nosque tua benedictione impertire, ad exemplum Isaaci Patriarchæ. Siquid, parum memor decori et convenientiæ, admisero, veluti minime omnium otiosus, sed curarum multitudine animum immersum penitus habens; noli quæso illud vitio imputare, neque ulla tristitia affici exinde; quin tuam potius perfectionem in omnibus ubique imitare, ut tua ipsius virtute ego perfruar, qua fruuntur ceteri omnes. Vivus lætusque in Domino, meque precibus tuis commendatum habens, mihi et Ecclesiæ Dei custodiaris.

AUCTORE F. B.

et preces ejus pro Ecclesiis flagitat

ac munuscula mittit

Edessenorum in fide constantia

251 *Quam non immerito Basilius tanta sanctum hunc Episcopum prosequeretur veneratione et amore, tantamque in sanctitate ejus collocatam haberet fiduciam, abunde probavit Edessenorum in hac persecutione fortitudo, et zelus pro orthodoxa Fide. Magnum quippe oportet ejus animo insedisse ardorem fidei, qui talem ac tantum in subditis suis accenderat, quorum constantia tam illustris et præclara fuit, ut ab omnibus pæne scriptoribus laudari meruerit. Eam ex Theodoreto pluribus descriptam dedimus V Maji ad vitam S. Eulogii: sed ne illuc lectorem remittam, paucis descriptam dabo*
F *ex Rufino:* Edissa, Mesopotamiæ urbs fidelium populorum, Thomæ Apostoli reliquiis est decorata. Ibi cum Imperator populos vidisset ecclesiis ejectos in campo habere conventiculum; tanta dicitur iracundia accensus, ut Præfectum suum pugno percuteret; cur non fuissent inde quoque, sicut jusserat, deturbati. At ille, licet esset paganus et injuriis ab Imperatore fuisset affectus, tamen consideratione humanitatis altera die ad vastandum populum processurus, facit hoc ipsum civibus per occulta indicia clarescere, quo scilicet cavere possent, ne invenirentur in loco. Mane ergo processurus terrorem solito majorem per Officium movet, agitque omnia quo quam paucissimi, vel si fieri posset nulli periclitarentur. Videt tamen frequentiorem solito populum tendere ad locum, currere præcipites et festinare, tamquam vererentur ne quis deesset ad mortem. Videt etiam quamdam mulierculam, ita festinam et properam domo sua prorumpere, ut nec clauderet ostium, nec curaret muliebrem habitum decentius componere; infantem quoque parvulum secum trahentem, cursuque rapido, irrupto etiam Officii agmine, festinantem. Tum ille, ultra non ferens; Apprehendite, inquit, mulierem, et huc deducite. Cumque fuisset adducta; Quo, inquit, infelix mulier properas tam festina? Ad campum, ait

l. 11. c. 5

et mulieris cujusdam fervor ac passio,

AUCTORE F. B.

A ait, quo Catholicorum populus convenit. Et, non audisti, inquit, quia Præfectus illuc pergit, ut omnes interficiat quos invenerit! Audivi, inquit, et ideo festino ut ibi inveniar. Et quo, inquit, parvulum istum trahis? Ut et ipse, ait, martyrium consequi mereatur. Quæ cum audisset vir moderatissimus, redire Officium et converti vehiculum ad palatium jubet. Et ingressus ait Imperatori: Subire mortem si jubeas, paratus sum, opus vero quod præcipis implere non possum. Cumque edocuisset cuncta de muliere, repressit Imperatoris insaniam. *Modestus Præfectus, qui vir moderatissimus hoc loco nuncupatur, talis sane non erat cum Basilium persequeretur: sed morbus divinitus inflictus et sanitas per illum miraculose restituta, non nihil forsan moderationis furori ejus immiscuit. Hinc tamen apparet, cum non simul cum sanitate corporis animi quoque accepisse rectitudinem: neque enim recessit ab hæresi, neque ausus est fidem Catholicam palam profiteri, neque Imperatoris insaniam, nisi forsan ad tempus breve, repressit.*

252 *Per Palæstinam quoque non minus quam per Syriam persecutionis furor desævit: sed quoniam nihil*

B *respectu eorum a Basilio gestum reperi, ad Ecclesiam Alexandrinam transeo. Hanc quidem S. Athanasius, quamdiu in vivis fuit, auctoritate sua in pace conservavit, quemadmodum Basilius Cæsariensem; postquam autem ille ad cælum transiit, et in ejus locum Petrus, ab Athanasio Ecclesiæ commendatus, omnium laborum socius et virtutum hæres, substitutus est, videri poterat serenior quædam aura affulgere; nisi statim ingens persecutionis tempestas omnia turbasset. Sed antequam hæc oriretur, statim post illius exaltationem, Basilius, quamvis eum numquam vidisset, ob virtutem tamen, quam ex fama didicerat, diligebat. Nam ut* amicitiæ corporalis proxenetæ sunt oculi et conciliatores, sic eam firmat consuetudo diuturna: sed verum et minime fucatum amorem, spiritus donatio compaginat, qui quidem locis quam longissime dissita copulat et compingit, amantesque sibi invicem cognitos reddit, non per corporeos aliquos characteres, sed per virtutum proprietates. Id ipsum cum inter eos operata esset divina gratia, quæ largita Basilio ansam erat oportunam, oculis animæ Petrum usurpandi et amore germano complectendi, *scripsit*, optare se coalescendo unum cum eo fieri, atque per Fidei communionem in unam devenire unionem. Te

Mortuo S Athanasio

ad successorem ejus Petrum

B Ep. 321

scribit Basilius,

C enim, *inquit*, confido tanti viri alumnum, cum quo jam olim usum et consuetudinem habueras, eodem et cum illo spiritu incedere, et iisdem pietatis et doctrinæ vestigiis inhærere. Hanc ob causam tuam alloquor reverentiam, obtestorque, ut viri illius eminentissimi affectum in me ipsum, sicut et in alios susceptum fovere velis; meque crebris tuis litteris certiorem reddere, quo in statu res tuæ versentur; atque subire curam Fraternitatis quaquaversum diffusæ, iisdem visceribus, eademque alacritate, qua ille vir beatissimus deprehenditur usus erga illos omnes, qui in veritate Deum amarent.

253 *Amicum istud et pium litterarum commercium, hac occasione Basilium inter et Petrum inchoatum, tam fideliter deinceps continuatum est; ut hic reperiatur cum illo amice expostulasse, quod de omnibus sive parvis sive magnis quæ apud eos evenissent, per litteras non fecisset certiorem. Basilius autem respondit, prout congruebat spirituali Fratri, veram dilectionem in Domino edocto, excusans nihil se scripsisse de quadam sibi illata molestia, quia propter majorum calamitatum multitudinem calamo dignam non duxisset.* Afflictionum, *inquit*, nostrarum non intercisa tempestas, multiplexque præsens æstus quo Ecclesia concutitur, id efficiunt, ne ad quævis contingentia fiam hospes. Nam ut ii quorum aures in ærariis officinis assueverunt ita

et arctam amicitiam contrahit,

B. Ep. 320

D continuatis ictibus, ut sonis illis perpetuo exaudiendis non percellantur; ita nos quoque, propter frequentes rerum adversarum nuntios, assuefacti adeo sumus, ut imposterum ad quævis vel maxime incredibilia imperturbatum animum, nec timore dejectum ullo possideamus. Quæ contra Ecclesiæ statum sunt, ab Arianis jam pridem comparata, licet multa et magna sint, et per orbem terræ sermonibus omnium disseminata; nihilominus erant sufferenda, quia ab hostibus manifestariis, et contra verbum veritatis infesto animo pugnantibus, proficiscebantur. Illos admiramur, si contigerit quandoque, ut antiquum suum non obtineant, subinde quod audacius et facinorosius contra pietatem non attentant. *Hæc porro scripta videntur, postquam Petrus regressus ab exilio Sedi suæ restitutus est. Tempore autem exilii ejus, quæ et quanta Alexandrina Ecclesia passa sit, omnibus istius ævi scriptoribus decantata sunt, et hic prætermittenda forent, nisi erga Ecclesiam istam, sua quoque eo tempore Basilius caritatis viscera dilatasset; consolationem aliquam et spirituale subsidium adferre conatus, et tanto ardore desiderans communicare Alexandrinorum fidelium passionibus, ut continuo illuc accursurus fuisset, si non ipsum corporis morbus et Ecclesiæ suæ necessitas detinuissent domi.*

eumque docet, se persecutionibus assuefactum eas facilius sustinere.

Illo in exilium relegato,

E 254 De persecutionibus, *inquit*, apud Alexandriam et reliquam Ægyptum jam dudum ad nos fama pervenit, animosque nostros affecit ut par erat. Expendimus enim astutiam belli diabolici; quomodo is, ubi Ecclesiam, ex persecutione ab inimicis illata, multiplicari magisque florere vidit; insidias suas mutaverit, ut jam nos non ex aperto oppugnet, sed occultas insidias struat; consilium suum per nomen Christianum, quod hæretici prætexunt, obtegens, ut et eadem cum patribus nostris, et tamen haud videamur pro Christo pati: propterea, quod et ipsi persecutores nostri Christianorum nomine censentur. Ista considerantes, ex relatu eorum quæ apud vos gesta nuntiabantur, diu multumque hæsimus animis consternati. Revera namque tinniebant ambæ nostræ aures, ubi cognovimus impudentem et humano generi inimicam hæresim eorum, qui vos persecuti sunt; quomodo nec aliquam venerati sint ætatem, nec labores caniciei, nec plebis dilectionem: sed corpora verberarunt et dehonestarunt, inque exilia ejecerunt, ac bona diripuerunt, quæcumque acquirere potuerunt: neque humanam veriti condemnationem, neque terribilem

B. Ep 71

scribit Alexandrinis,

F justi judicis retributionem prævidentes: ista nos stupefecerunt, et ipso prope sensu destituerunt. Accessit autem ad hasce animi mei disceptationes et ista cogitatio, An Ecclesias suas prorsus reliquit Dominus? An novissima hora est, et hoc pacto initium sumit defectio, ut jam deinceps reveletur iniquus ille, filius perditionis, qui adversatur et extollitur supra omnem qui dicitur Deus aut Numen?

attonitus nuntio persecutionis ipsis illatæ,

255 Attamen sive temporaria est ista tentatio, ferte eam ut boni Christi athletæ; sive omnimode res nostræ traditæ sunt corruptioni, ne socordes simus ob ea quæ accidunt; sed revelationem e cœlis et apparitionem magni Dei et salvatoris nostri Jesu Christi expectemus. Si namque universa creatura solvetur, et transmutabitur figura hujus mundi: quid mirum est, si et nos, qui creaturæ portio quædam sumus, communes afflictiones tulerimus, tribulationibusque traditi fuerimus; quas pro mensura virium nostrarum super nos justus inducit judex, qni nos tentari non sinet supra quam ferre poterimus, sed et cum tentatione exitum dabit, ut ferre queamus? Expectant vos, Fratres, Martyrum coronæ: parati sunt Confessorum chori, ut manus vobis porrigant, inque numerum suum vos recipiant.

ad quam tamen fortiter tolerandam hortatur

Memores

A Memores estote veterum Sanctorum, quam nemo illorum, per delicias et assentationes, dignus effectus sit patientiæ coronis ; sed omnes per magnas tribulationes ingressi, experimentem sui dederint. Alii enim illusionibus et flagellis explorati sunt, alii tentati sunt, dissecti sunt, in occisione gladii occubuerent. Hæc sunt unde gloriantur Sancti. Beatus est qui dignus habetur, ut pro Christo patiatur : beati oris est, qui abundantiores afflictiones tulit ; quia afflictiones præsentes pares non sunt ad gloriam futuram, quæ revelabitur in nobis. Quod si ipse ad vos venire potuissem, congressu vestro nihil fuisset carius, ut et athletas Christi viderem et complecterer, ac precum donorumque spiritualium, quæ vobis data sunt, consortio potirer. Quoniam vero corpus habeo diuturno morbo confectum, ita ut ne lecto quidem descendere queam, et multi sunt qui instar luporum rapacium nobis insidiantur, occasionem venantes, an quo pacto Christi oviculas aliquando rapere possint, necessario per litteras invisere vos institui ; obsecrans cum primis quidem, ut continue pro nobis precemini, quo reliquos dies, aut etiam horas, Domino secundum Evangelium regni servire B merear ; deinde vero ut imperitiæ meæ et litterarum tarditati ignoscatis : nam ægre nobis ejus hominis copia facta est, qui desiderio nostro servire queat. Dico autem de Eugenio Monacho, filio nostro, per quem vos obsecro, ut pro nobis et universa Ecclesia oretis, deque rebus vestris rescribatis, ut cognitis illis alacriores reddamur.

exemplo Sanctorum,

doletque quod eorum solari eos non possit.

CAPUT XXI.

Cappadocia in duas provincias divisa Contentio cum Anthimo Episcopo Tyanensi : Nyssenus Ordinatus Episcopus, et Theologus Sasimorum.

Cappadocia, bifariam dividenda,

T*ot tantosque inter tumultus, quibus universus pæne concussus est Oriens, poterat felix videri Cappadociæ provincia, a qua Basilii virtus et doctrina depulerat persecutionis tempestatem, quæ plures Ecclesias (ut jam vidimus) pene oppressisset. Poterat, inquam, sibi felix videri, nisi alia calamitas eam excepisset : quæ quidem præteritis comparata multo levior videri poterat, sed ipsi Basilio multo molestior : utpote cui incumbebat non tantum solicitudo Ecclesiarum, sed et ea quam Christiana caritas ipsi imposuerat paterna cura de singulo-* C *rum fere subditorum commodis. Prima tempestatis illius origo fuit politica Provinciæ Cappadociæ in duas divisio, quæ nata erat totam urbis Cæsareensis fortunam et splendorem evertere. Causam ob quam hæc Provinciæ divisio excogitata fuerit, non licet nisi conjectando assequi. Videtur vero magnam partem in eo consilio habuisse avaritia eorum, qui Valenti aderant, aut præerant ærario Imperii. Hujus quippe augendos proventus aut credebant ipsi, aut aliis persuadebant privatæ utilitatis ergo ; quasi toto divisa in duas Provincias utramque tantum ærario inferre posset, quantum integra una prius intulerat : quod eorum consilium refutat Basilius.* Nolite arbitrari, *inquit,* vos duas pro unica habituros Provincias : neque enim de incognito nobis orbe alteram istarum adducent ; sed non multum dissimile quid perpetrabunt, ac siquis equum vel bovem possidens, ubi illum dissecuerit, existimaret se duos possidere : certe unum illum sustulit, nec duos constituit. *Permittebat etenim divina providentia, ut Valens ille impius, qui æqualem Diocletiano et Maximiano in orthodoxos Christianos furorem conceperat, simili quoque dementia politicum vexaret Imperium ; quam Lactantius Firmianus libro de mortibus persecutorum, inter damna Imperii his verbis exponit.* Et ut omnia terrore complerentur. Provinciæ quoque infrusta concisæ ; multi Præsides et plura Officia singulis regionibus ac pæne jam civitatibus incubant, item Rationales multi et Magistri et Vicarii Præfectorum, quibus omnibus civiles actus admodum rari, sed condemnationes tantum et proscriptiones frequentes ; exactiones rerum innumerabilium non dicam crebræ, sed perpetuæ, et in exactionibus injuriæ non ferendæ. D

ob Præfectorum avaritiam,

B Ep. 379

AUCTORE F. B. exemplo per Diocletianum inducto,

257 *Ceterum ut executioni mandaretur ista Cappadociæ divisio, decretum erat ut Tyana esset Metropolis secundæ Cappadociæ ; ideoque pars Senatus præcipuorumque civium Podandum transferretur : qui, quantum conjectura assequor, locus quidam erat Tyanæ, qualis Areopagus fuerat Athenis. Cum hoc ab aula delatum vulgatumque esset per Cappadociam, varios animorum excitavit motus : sed præ ceteris Cæsaream perturbatione luctuque complevit. Auxit hunc quoque census pecuniarius, eadem occasione a singulis exigendus : ejusmodi enim pecuniarum exactio inter ea numeratur, quæ olim Galerii Maximiani sævitia ad vexandam rempublicam adinvenit, quando, ut supra citatus Lactantius Firmianus ait, causa* publicæ calamitatis et communis luctus omnium fuit, census in provincias et civitates semel missus ; *atque* Censitoribus ubique diffusis, et omnia E exagitantibus, hostilis tumultus et captivitatis horrendæ species erant. *Talia dum agitantur Cæsareæ, urbe aberat Basilius, invisurus nobilem quemdam Martinianum sibi amicum ; verum ex itinere revocarunt suum Episcopum Cæsareenses : magnam enim disturbandi istius consilii spem, in prudentia ejus et auctoritate habebant repositam. Rediit ergo, et ad Martinianum pro se epistolam misit, qua ab ejus apud Principes auctoritate, civibus suis auxilium flagitat ; variaque rem hanc quoquo modo spectantia exponit, neque extat alia ex qua plus lucis quoad hanc historiam hauriri possit.* Quæ vero causa, *inquit,* litterarum in præsenti fuit? Æquum est coram adessem, cum me male affecta mea patria ad se vocet. Quomodo sit affecta te non latet, virorum optime. Mænades revera dæmones illam ad modum Penthei discerpserunt : distrahunt et dissecant illam, quemadmodum medici minus periti vulnera reddunt per imperitiam graviora. Quæ cum dissecta ita laboret, reliquum est, ut tamquam ægræ medicas manus admoveamus. Ad me ergo miserunt, et me solicitarunt cives mei : necesse est autem ut accurram ; non quod auxilio esse alicui queam ; sed ne justam derelictionis reprehensionem incurram : nosti enim quam creduli sint difficultatibus pressi : quam facile descendunt F ad accusandum, accusatione conversa in auxilium neglectum, nec præstitum.

implorat auxilium Basilii:

B Ep. 379

hic Martiniani Principis :

258 Hanc ipsam ob causam, rogo te Principem convenias, et sententiam expromas : imo potius audacius quiddam excogitato, et quod animi tuæ conveniat magnitudini, nec ingenua prolapsam destitue patriam ; sed in aulam profectus, ac libertate tua solita utens, dicito : Nolite arbitrari, vos duas pro unica habituros Provincias... Quin et iis oggere qui abutuntur potestate, non hac via proventus Imperii augendos ; cum non numero, sed viribus et rebus potestas æstimetur. Profecto arbitramur, nonnullos ob ignoratam veritatem, alios ne verbis suis offendant, alios quod rerum curam nullam habeant, susque deque habere quæ aguntur. Si Imperatorem ergo ipsemet coram adeas, esset hoc rerum statui convenientissimum, et totius tuæ vitæ instituto congruens. Sin molestum hoc, cum ob alias causas, tum vel propter anni tempestatem aut ætatem tuam, quam excusas ipse, quæ adjunctam semper habet gravedinem quamdam ; per epistolam tamen deprecari ecquis labor ? Subsidium hoc epistolare, si patriæ indulseris, primum conscius eris tibi, nihil penitus omissum a te fuisse, quod in tua situm erat potestate:

quem orat ut Imperatori persuadeat

divisionem non solum inutilem,

sed etiam calamitosam patriæ futuram,

AUCTORE F. B.

A potestate : deinde et afflictis solamen afferres, eo ipso quod condolere malis ipsorum præ te tuleris. Enimvero si fas foret, ut in rem præsentem oculatus testis adveniens, calamitates nostras oculis tuis intuereris; fortassis visu ipso efficaciter motus, vocem aliquam emitteres, quæ tua animi magnitudine et civitatis afflictione digna foret.

quæ jam deserta a viris eruditis,

259 Tu tamen ne narrationi nostræ fidem deroges, vellem Simonidem aut similem aliquem Poetam conduxissemus, qui calamitates hasce nostras efficaciter deploraret. Sed quid ego Simonidem narro? Dixissem Æschylum, vel si quis alius est ei similis, qui calamitatis ingentem molem ad vivum tibi repræsentans, magnifica oratione lamentaretur. Congressus enim illi, et per conventus sermones, et eruditorum hominum in foro colloquia, et quæ ante hac reddebant civitatem hanc illustrem, jam dudum nos omnia destituerunt; adeo ut eruditione et sermone illustris quispiam rarius nunc per forum conspiciatur, quam Athenis olim visebantur qui judicium subierant infamiæ, aut qui manibus fuerant pollutis. Subintroducta est Scytharum vel Massagetarum inerudita barbaries : vox una postulantium judicio, et postulatorum, et flagris cædentium : utrimque porticus lugubre quid personant, B quæ videntur suam propriam edere vocem, ingemiscentes ad ea quæ geruntur. Occlusa sunt Gymnasia, illunes noctes ; nec quidquam nos patitur cogitare propria de vita nostra solicitudo. Periculum certe non levissimum impendet fore, ut principibus civitatis ablatis, cum iisdem una, tamquam sufflaminibus collapsis, moles universa corruat. Quæ autem oratio satis exprimat nostra ista mala? In fugam se quidam conjecerunt, non postrema pars Senatus nostri, exiliumque perpetuum Podando prætulerunt. Cum Podandum dixero, puta me Ceadam Laconicum intelligere, aut sicubi terrarum barathrum sit aliquod naturale (cujusmodi loca Charonia solent nonnulli appellare) pestilentem et perniciosam auram exhalans. Hujusmodi ergastulo quam simillimum arbitrare illud Podandi malum. Divisis igitur in tres partes civibus, una cum conjugibus hinc profugis, et laribus etiam ipsis ; altera velut captiva abducitur; et sunt quidem hi, civitatis principes longe plurimi, amicis miserandum, hostibus spectaculum jucundum exhibentes; si modo quis hostili adeo animo existat, ut tantum nobis malum imprecetur. Tertia quidem relicta est portio : isti autem amicorum desolationem non ferentes, et ad usum et necessitatem non sufficientes, de vita qui- C dem ipsa desperant. Hoc te obtestor omnibus manifestum facias, voce tua et libertate illa justa, quæ per vitæ tuæ rationes tibi accrevit. Denuntiato, futurum esse, ut nisi quam citissime sententiam mutaverint, non sint habituri in quo possint misericordiam exhibere. Certe rebus communibus vel auxilio eris vel saltem illud tu efficies, quod Solon ille olim fecisse narratur : qui cum civibus et urbe relictis libertatem non posset sartam tectam præstare, occupata jam arce et insessa, armatus consedit ante januam suam, ipso habitu testatus se præsentem rerum conditionem non probare. Hoc pro certo scio, utcumque in præsenti sententiam tuam pauci comprobaverint, futurum, ut non ita multo post, ob benevolentiam et prudentiam, laudem non exiguam mereare, cum rerum eventus tuæ per omnia prædictioni congruere videbuntur.

Senatuque et principibus Podandum traductis,

penitus sit desolanda

B. Ep. 159 et 361.

260 *Neque Martinianum solum, sed et alios pro patria sua interpellavit, inter quos erat Abyrtius, quem alibi vocat* splendidum in regio comitatu Ministrum. *Hunc litteris suis sic compellat Basilius.* Illa ipsa ergo patria, quæ te progenuit et enutrivit, eo jam devenit conditionis, ut antiquorum illæ fabulosæ narrationes non sint amplius repetendæ. Siquis nostram D adiret civitatem, ex iis qui habebant illam olim notissimam, vix aut ne vix agniturus esset, adeo subito desolata et deserta evasit. Complurimi antehac municipes inde erant abstracti : at nunc pæne omnes Podandum transmigrarunt. Hinc qui relicti sunt quasi mutilati, cum in desperationem abierunt, tum dejectos adeo omnes reddiderunt, ut vacua sit pæne habitatoribus civitas, et ingens hic visatur solitudo : miserandum certe amicis spectaculum, gaudium vero et lætitiam allaturum iis qui casum hunc nobis olim machinabantur. Quis erit igitur qui manum nobis porrigat? aut quis lacrymas compatiendo nobis profundet? Nonne illa tua mansuetudo, qui et urbi peregrinæ compaterere, ita misere afflictæ, nedum illi quæ te in vitam produxit. Si qua polles potentia, illam fac in præsenti hac necessitate videamus. Profecto apud Deum initurus es gratiam ; qui nulla tempestate te dereliquit, quin complures benignitatis erga te suæ demonstrationes tibi exhibuit; velis modo in auxilium nostrum excitari, et præsenti tua potestate auctoritateque curis hisce nostris succurrere.

Idem quoque rogat Abyrtium,

261 *Similem quoque epistolam ad Sophronium mittens;* Magnitudo calamitatum, *inquit,* quæ patriam E meam concusserunt, coegisset me in castra profectum, tibi aliisque præditis illustri dignitate et rerum gerendarum præfectis coram exponere, vir magnifice, quæ sunt et qualia, quæ vehementer affligunt urbem nostram. At cum corporis me mei valetudo adversa, tum etiam incumbens Ecclesiarum cura prohibeant profectionem instituere ; per litteras elegi apud tuam Magnificentiam illorum deplorare conditionem; et certiorem simul facere, quod nulla unquam navicula, per altum aliquando mare ventis undisque vehementioribus immersa atque obruta, sic ex oculis disparuerit; urbs nulla, quassa terrarum motibus aut aquarum inundationibus, ita pessum iverit, quomodo nostra nunc, nova ista rerum administrandarum facie absorpta, subito simul omnis in ruinam inclinavit, eoque devenit ut fabula fiat. Civilis forma Reipublicæ, omnisque ordo et consessus abiit, dejectis nimirum, propter eos qui cum imperio præsunt, animis : per agros et rura vagantur, desertis ædibus urbanis : desitum est ulterius necessario rerum statui provideri : spectaculum plane informe fit, quæ quondam civibus virisque eruditione præstantibus floruit, et ceteris omnibus erat F sufficienter instructa, quibus urbes felices et beatæ solent prædicari. Unicam tantummodo in his tantis malis reliquam consolationem arbitramur, quod nostras nobis liceat calamitates apud tuam Clementiam deplorare ; et opem, si quomodo tamen possis, ut ferre velis obtestari, manumque extendere civitati nostræ in genua provolutæ. Rationem porro illam, qua servator rebus perditis affulgere queas, certe ego nequaquam tibi possum insinuare. Tibi scilicet, quæ tua est prudentia, facile rationem est invenire, et inventa feliciter uti, propter illam quam tibi Dominus concessit potestatem.

B. Ep. 331 et Sophronium

262 *Porro quandoquidem hic mentionem fecerim Sophronii, non est prætereunda silentio alia Basilii ad eumdem epistola, qua Expræfectum quemdam Cappadociæ illi commendat; multis quidem virtutibus tali dignitati congruentibus ornatum, sed falso accusatum ob æmulis. Non est autem inverisimile, hunc ipsum esse* magnum et admirabilem Therasium, qui exiguo tempore Cappadociæ præfecturam gessit, *cujus virtutes a Basilio laudatas, et in iis qui reipublicæ præsunt requisitas, operæ pretium fuerit sub tali testimonio legere.* Et quis adeo, *inquit ille ad Sophronium,* civitatem dilexit unquam suam? quis patriam in qua natus atque altus fuit, non aliter honoravit quam parentes

cui antea commendaverat Therasium.

B. Ep. 226

B. Ep. 332

A parentes æque atque tu, qui et urbi universæ generatim, et civium cuique speciatim, optima quæque precatus sis; nec precatus tantummodo, sed preces tuas opere ipso et revera adimplesti. Tantum tibi scilicet, Dei benignitate, concessum est potestatis, et quam diutissime concedatur. Sed profecto quasi per somnium beata facta est patria nostra, quæ virum erat nacta ejusmodi, cum imperio illuc missum, qualem nullum unquam noverant hic Magistratum gessisse: quemadmodum ipsi testati sunt, qui res præteritas nostræ patriæ quam antiquissimas memorare et meminisse poterant. Ast eo privata brevi est iterum, *per calumniam accusatum,* per calumnias nonnullorum, qui liberos hominis illius mores et ab omni palpatione assentatorum alienos arripuerunt in occasionem belli contra eum suscipiendi, eidemque per insidias accusationes struxerunt apud tuas aures. Quam ob causam omnes universim tristitia afficimur, illo privati Magistratu, qui solus poterat civitatem nostram, dejectam et in genua devolutam, erigere denuo. Erat enim justitiæ rigidissimus observator, injuria affectis adeundo facilis, terribilis delinquentibus, divitibus ex æquo et pauperibus B vacuus; et quod ante omnia est, res Christianas ad veterem illam antiquorum dignitatem reducebat. Prætermitto commemorare quod omnium hominum maxime abhorruerit a muneribus accipiendis, et nullius unquam gratiæ justitiam condonarit; sunt enim hæ veluti partes exiguæ ceterarum virtutum, quibus ille adornatus fuerat. Atque ista quidem illi testimonia perhibemus, sed elapsa temporis opportunitate; veluti qui privatim sibi canunt, suas ipsorum aures oblectando: *insignem ejus justitiam laudans,* non enim rebus nostris quidquam hinc accrescit utilitatis. Verumtamen aliquid fortassis et hoc profuerit, reposuisse nos in tuo generoso pectore istius hominis recordationem aliquam; ut inde commonefias ipsi gratias habere, qui patriam, quæ te produxit, tanto beneficio cumulavit; et ut ipsi possis adesse paratus propugnator, atque in rem præsentem advocatus, si qui forte surrexerint ad eum calumniandum, eo quod justitiæ observandæ eorum gratiam postposuerit: ut possit etiam cuicumque reddere testatissimum, te habere ipsum imprimis carum; egregiumque tuum de illius integritate testimonium, argumentum sufficiens sit ad persuadendum, quod numeres hunc virum inter domestice tibi conjunctissimos: cui si adjunxeris ipsam a rebus gestis experientiam, bene erit. Multa C certe, pro temporis spatio non diuturno, egregia gessit; et quæ vix plurium annorum decursu ab alio quovis fuissent perfecta, ille exigui admodum curriculo temporis præclarissime consummavit. Abunde *eique auxilium Sophronii deposcens* nobis certe gratificatus fueris, et eventus rerum consolaberis, si illum etiam apud Imperatores habeas commendatum, et criminationes falso ipsi imputatas diluas. Hæc patriam universam tecum agere existima, per unius meæ vocis ministerium; et communibus votis omnes et singulos poscere, ut tua dexteritas velit huic homini non nihil commodi et utilitatis procurare.

Tributum exigendum cum avertere non posset,

263 *Nunc ad Cappadociam afflictam revertamur, cujus divisionem Basilius, quidquid per se aut amicos suos molitus sit, impedire non potuit. Quo ad Censum vero singulis impositum, alterum calamitatis caput, hoc videtur effecisse, ut non æqualiter a singulis, sed juxta æquitatem et cujusque conditionem exigeretur. Cum itaque exactio ejus demandata esset suo amico, viro justitiæ æque ac mansuetudinis amanti, isque ideo huic se oneri subducere vellet; Basilius, cupiens tributum saltem ab homine probo colligi, quando impedire non posset quo minus exigeretur, ad eumdem scribens hortatur, ut officium istud juxta æquitatem administrandum suscipiat.* Non ignorantem, *inquit,* per litteras D certiorem me fecisti, te molestius ferre rerum publicarum curam tibi impositam: vetus enim verbum est, virtutis studiosos homines, invitos esse cum magistratu. *AUCTORE F. B. — B. Ep. 352* Eamdem enim esse per omnia, cum medicorum, tum et magistratuum rationem video. *nota æquitatis viro suadet* Gravia intuentur, insuavibus assuefiunt, et in calamitatibus alienis proprios suos dolores colligunt. Magistratus certe sic se habent, ut illi qui vitam sectantur quæstuosam, et divitiis congerendis intentum habent animum, aut ad hanc quæ videtur gloriolam anhelant, in bonis vel maxime desiderandis numerent, cum aliquo imperio esse; quo et amicis benefacere queant, et ulcisci inimicos, et omnia sua explere desideria. At non est inter istos tu. Quinam enim esses, nisi temet a civili, et quidem *ut officium istud suscipiat.* tanta potentia exercenda subduxisses? qui cum civitati non aliter quam privatis ædibus posses dominari, quietam potius et minime negotiosam elegisti vitam: antiquius multo ducens nemini facescere, vel a quoquam creatam experiri molestiam, quam alii solent æstimare se, ob mores difficiles et intractabiles. Quandoquidem tamen Domino visum est, non permittere Iboritarum gentem cauponibus raptandam, nec Census descriptionem fieri non secus quam mancipiorum in foro, sed quemque secun- E dum æquitatem describi; onus suscipe impositum, molestum quidem, approbationem tamen tibi conciliaturum apud Deum. Noli vel potentes formidare, vel pauperiores proculcare: sed mentis tuæ æquitatem rebus gerendis ita impende, ut bilancis æquilibrio æquatior fias. Ita justi bonique a te habita ratio, manifesta reddetur iis qui tibi hoc muneris crediderunt, et alii omnes te admirabuntur; aut illos si lateat, Deum nostrum non latebit, qui eximia nobis præmia bonorum operum proposuit.

Ex divisa Cappadocia

264 *Et ista quidem fecit scripsitque Basilius, ut a sua civitate politicæ hujus tempestatis calamitatem averteret: verum ex eadem causa longe major ipsi suæque Ecclesiæ incubuit procella, quando inter ipsum et Anthimum Episcopum Tyanensem, de Ecclesiastica* Orat. 20 *jurisdictione orta est controversia; per quam aut initium aut magnum incrementum cepit* Episcoporum dissensio, et eorum qui se socios ipsis adjunxerant *augetur dissensio inter Episcopos,* bellum, cum per se admodum turpe et ignominiosum, tum subditis ipsis magis perniciosum. Quis enim alios ad modestiam inducere queat, sic affectis Præsulibus? Ac tres quidem erant causæ cur multi, etiam ante, parum leni et candido erga eum animo essent. Prima, quod in fidei negotio cum eo minime consentiebant, nisi quantum id ipsis cogente F multitudine necessario faciendum erat: altera, quod dolorem, ex ipsius electione conceptum, nondum omnino ex animis ejecerant: postrema, quod se longe multumque ab eo gloria superari acerbissime ferrent, tametsi id confiteri turpissimum esset. Hæc omnia, inquam, orta inter Basilium et Anthimum simultas redintegravit. *Tyanensi partem Cæsareensis invadente,* Nam cum Cappadocia in duas Provincias et Metropoles divisa esset, ac multa ex priori novæ Metropoli adjungeretur, dissidium inter illos ea de causa excitatum est. Anthimus enim æquum esse dicebat, ut cum publicis diœcesibus nostræ quoque simul dividerentur: ob eamque causam eas parœcias, quæ novæ provinciæ nuper adjunctæ fuerant, ut jam ad se attinentes, atque a Basilio abstractas, vendicabat: Basilius contra veteri consuetudini, atque huic divisioni quæ olim a Patribus facta fuerat, inhærebat: ex hac autem contentione permulta mala partim jam accidebant, partim impendebant. Subtrahebantur conventus a novo Metropolita, proventus diripiebantur; Ecclesiarum B Ep 259 Presbyteri, partim sermonum blanditiis alliciebantur, partim immutabantur: ex quo illud contingebat, ut Ecclesiarum negotia deterius se haberent, subditis in

A AUCTORE F. B.

in partes ac studia scissis; et Episcopi, postquam dicebantur ad Anthimi provinciam pertinere, continuo, tamquam si alienigenæ et extranei a Basilio esse censerentur, non minus ipsum videbantur ignorasse, quam qui nullam prorsus ab initio cognitionem ipsius vel experientiam, nec sermones cum eo aliquando habuissent.

et proventus sibi vendicante,

265 Quod autem Anthimum magis in furorem agebat, Taurici reditus erant : qui cum ab ipso quidem in transitu cernerentur, verum ad Cæsareensem per montem Taurum deveherentur, Sancti Orestis proventus colligere magni æstimabat : adeo ut Basilii iter facientis mulos aliquando corripuerit, ac ne ultra progrederentur cum prædatoria manu prohibuerit. *Illuc alludit Nazianzenus, in Epistola quam scripsit consecratus Sasimorum Episcopus, invitus quidem, sed tamen a Basilio consecratus, idque ut ipsi faveret contra Anthimum, contendentem Sasimos ad suam spectare provinciam. Sic itaque, huc alludens, jocatur :* Ego vero quid animi habeam explicabo : nec mihi propterea irascaris. Dicam enim quæ

G. Ep. 31

flagranti etiam dolore prolocutus sum, non usque adeo vel ira æstuans, vel rei eventu perculsus et at-

B

tonitus, ut ratio se subduceret, ac quid dicerem ignorarem. Non arma comparabo, nec rei militaris artem discam, quam prius non didici, cum hujus rei commodius tempus esse videbatur, omnibus videlicet arma induentibus et furiose inter se congredientibus..... nec martium Anthimum certamine excipiam, quamvis alioquin immaturum bellatorem, nimirum ipse rei bellicæ ignarus vulneribusque magis expositus. Quin tu potius cum eo, si ita videbitur, bellum gere (nam infirmos quoque sæpe necessitas ipsa pugnaces efficit) aut qui bellum gerat quære; cum ille mulas tuas arripuerit, locorum angustias observans, quemadmodum Amalec, cum transitu Israelem arceret : nobis autem, aliarum omnium rerum loco, quietem concede. Quid enim opus est pro pecoribus atque avibus, et quidem alienis, non secus ac pro animabus et canonibus, digladiari?

Orat 20
idque honesto prætextu spiritualis boni :

266 *Porro, ne actis tam absonis ignominiam aliquam etiam apud suos incurreret Anthimus,* speciosus his rebus prætextus adhibebatur; filii spirituales, et animæ, et fidei doctrina, ceteraque hujusmodi, cupiditatis inexplebilis integumenta (res inventu perfacilis) itemque illud, tributum hæreticis pendendum non esse : quisquis enim molestiam exhi-

C

bebat, in hæreticorum numero habebatur. Nec tamen Basilius, ille Dei Sanctus ac supernæ Hierusalem vere Metropolites, aut cum iis qui errabant abductus est, aut hoc dissimulare ac negligere sustinuit, aut parvum hujus mali remedium excogitavit. Sed perspiciamus quæso quam magnum et admirandum, et illius, (quid enim aliud dicam?) anima dignum. Etenim dissidium hoc in Ecclesiæ commodum et incrementum convertit, atque hac calamitate quam pulcherrime usus est; patria nimirum pluribus Episcopis communita : ex quo tres præclarissimæ res secutæ sunt : nam et animarum cura major suscepta est, et quælibet civitas proventus suos habuit, et bellum hac ratione compressum et extinctum est.

malo medetur Basilius augendo numerum Episcoporum,

in quibus et frater fuit, factus Nyssenus,

267 *Inter ordinatos hac occasione Episcopos, præter Theologum, procul dubio fuerit Gregorius, frater Basilii, quem Nyssenæ Ecclesiæ primum præfecit Episcopum, quamvis ea esset parva et obscuri nominis civitas. Inducebatur scilicet iisdem rationibus, ob quas Gregorio Theologo Sasimorum, exigui oppiduli et contemptibilis, Episcopatum imposuerat : admirationem tamen facto illo plurimis movit, atque inter ceteros Eusebio Samosateno; cui factum suum excusans sic scribit.* Fratrem quoque meum Gregorium vellem et ipse

D

Ecclesiæ alicujus gubernationem obire, ipsius ingenio convenientem; hoc est, omnibus ubique Ecclesiis quæ sub sole sunt in unum coalescentibus præesse : ast hoc quandoquidem sit impossibile, ideo Episcopus ordinatur, non qui a Sede sua gloriam sibi derivet, sed qui Sedem cohonestet Episcopalem. Vir enim vere magnificus is est; non qui magnis tantummodo gerendis rebus idoneus comparatur; sed qui illa pollet et præditus est facultate, ut parvis rebus pondus et magnitudinem queat addere. *Etenim cum provincia Cæsareensis non minus ab Arianis vexaretur, quam a schismaticis Episcopis discinderetur; Ecclesiarum utilitati consultum iri sibi persuadebat, si provinciæ suæ Episcopos haberet virtute et orthodoxa fide præclaros, sibique consanguinitate aut longa amicitia devinctos : atque hanc ob causam non tam considerabat, quam præclara esset civitas cui Episcopum de novo daret; sed quam virtutibus insignis, quem consecraret Episcopum. Basilius enim, ut inquit Nazianzenus,* in eo sublimiora quam pro hominis conditione sentiens, atque hinc prius etiam quam vita excederet digressus, omnia ad spiritum referebat; atque amicitiæ officia, quæ alioqui sancte colebat, hic solum aspernabatur, ubi Deum anteponi oportebat; atque antiquiores habere res in spe positas, quam fragiles et caducas. *Hujus quoque consilii velut appendicem quamdam se fuisse idem deplorat Theologus, qui quam invitus Sasimorum Episcopatum susceperit, in ejus Actis narratum est.*

B Ep. 259
dignus majori Episcopatu;

Orat 20

et Theologus, Episcopus Sasimorum

E

268 *Postridie vero quam iste Cæsareæ ordinatus esset a Basilio, advenit eo Nyssenus, et ipse recenter, creatus Episcopus, rediens a visitatione cujusdam Episcopi amici sui, videlicet S. Meletii aut Eusebii Samosateni : cumque tum festum quorumdam sanctorum Martyrum ibidem celebraretur, novus Sasimensis Episcopus orationem habuit, præsentibus Basilio, Nysseno, et Gregorio patre. His peractis cum patre Nazianzum revertitur Theologus, inde Sasimos profecturus. Vix autem Nazianzi aliquantisper substiterat, quando contigit eo venire Anthimum, cum aliis suæ factionis Episcopis : de cujus adventu ceterisque ab eo gestis ita ad Basilium Theologus.* Mihi vero omnia quæ Episcopi fecerunt exponere, quidque epistola illa qua discruciaris contineat, atque unde orsi et quo progressi simus, et ubi scribendi finem fecerimus, prolixius esse videtur, quam epistolæ modus postulet; nec tam epistolæ opus, quam apologiæ. Ut autem rem brevi exponam, fortissimus Anthimus ad nos cum Episcopis quibusdam venit, sive ut patrem meum inviseret (nam id quoque præ se ferebat) sive ut quæ egit ageret. Cumque multis modis animum nostrum tentasset, parœcias commemorans, et Sasimenses paludes, et nostram electionem; nunc blande alloquens, nunc preces, nunc minas adhibens, nunc expostulans, nunc laudans, nunc vituperans; variis denique orationis circulis, strophis et ambagibus utens, tamquam ipse solus nobis ob oculos proponendus esset, novaque Metropolis, utpote major ac præstantior; Quid, inquam, civitatem nostram circumscribis, cum ipsi Ecclesiam quoque faciamus, utpote Ecclesiarum revera matrem, et quidem antiquitus? Ad extremum ille infectis rebus abscessit, multum anhelans, ac Basilium nobis quasi Philippismum quemdam objiciens. Num hic tibi injurii esse videmur? Minime, ut opinor.

G. Ep. 33
quem Anthimus, sibi subjicere frustra conatus,

F

269 Jam quonam etiam pacto nostra illa, hoc est hominis insolentis et contumeliosi, epistola se habuerit, expende. Synodalem vocationem ad nos cuderunt : me vero contra pugnante, contumeliamque nobis fieri contendente; secundo loco postularunt, ut hortatu meo et rogatu de his rebus consultationem haberetis : id quod ego (ne, quod prius moliebantur,

A bantur, fieret) me recepi facturum, rem omnem arbitrii vestri faciens, an eos congregari velitis, et ubi, et quando: quod quidem hominis erat, non contumelia, sed honore vos afficientis. Quoniam autem ne hic quidem injuriæ quidquam tibi a me ortum est, quod reliquum est commemorabo. Hoc ne vos ex me discere oporteat, ipsam Anthimi epistolam vobis perlegam; quam, cum paludes, nobis prohibentibus et comminantibus, invasisset, ad nos misit, contumeliis et probris nos conscindens, ac velut triumphum quemdam adversus nos, quasi victos canens. Quam autem rationem habet, ut cum tua causa in illius offensionem incurramus, tibi rursus displiceamus, velut illi faventes? Hæc porro cognita tibi prius esse oportuit, vir admirande; ac ne tum quidem contumelia nos afficere, si nihil aliud, certe ut Presbyteros. Quod si ostentationis gloriæque nimio studio teneris, atque e loco superiore nos alloqueris, velut Metropolitanus parvæ civitatis incolas, vel etiam civitatis expertes; nobis quoque supercilium est, quod opponamus. Hoc enim cuivis facillimum est, ac fortasse æquius.

ad vim etiam contumeliam reddit.

270 *Litteris quippe suis Basilius Gregorium ignaviæ accusaverat, quod non fortius pro Sasimensi Episcopatu Anthimo restitisset, ut illum Cæsareensi Metropolitæ conciliaret. Præterea de injuria sibi quodammodo facta expostulaverat, quod Gregorius congressum quemdam, in quo res pacifice transfigeretur, condixisset; cum id ad Basilium potius spectaret, de cujus jure agebatur. At Gregorius hoc concesserat paci publicæ et quieti privatæ, quam Basilium quoque summopere necessariam non ignorabat, cujus ad illam omnia cedenda relinquebat. Interim animadvertendum venit, quod quamvis in epistolis utriusque Sancti, durante hac controversia aliisque occasionibus, subinde de invicem scriptis, occurrant frequentis formulæ commoti eis animi; non tamen propterea censendi sunt Sancti mutuam violasse amicitiam, sed potius tali scribendi libertate, et eloquentiæ quam simul Athenis hauserant exercitatione, invicem oblectasse potius quam offendisse. Adde, pleraque ejusmodi, joco magis quam serio scripta videri, quale saltem initium est supra memoratæ epistolæ, ubi ait.* Quam ferociter et equinorum pullorum ritu exilis in tuis litteris! Nec mirum te, ad gloriam nuper evectum, ostentare nobis velle, quam gloriam nactus sis, ut hac ratione teipsum augustiorem reddas; quemadmodum pictores, qui eximias formas depingunt. *Sane haud serio scribere sic poterat Gregorius, qui satis cognitum habebat, quanta Basilius esset demissione animi, et quanta tergiversatione ad Episcopatum pertractus esset. Ceterum Gregorius, cum videret se Sasimensi Ecclesia potiri non posse, nisi aut vinceretur, aut Anthimum Metropolitanum agnosceret; Episcopatum, quem invitus susceperat, libens dimisit, et ad dilectam sibi solitudinem se recepit: donec inde paternis precibus evocatus, cum induci non posset ut Sasimos proficisceretur, persuaderi sibi permisit, ut patrem, præ senio regendæ Ecclesiæ Nazianzenæ imparem, sublevaret; oneris parte maxima, quoad ille viveret, in se suscepta. Hæc omnia cum fusius in Actis ejus explicata sint, ad Basilium, cujus causa hæc memorata, revertamur.*

Huic quod minus illi restiterit querenti Basilio,

se excusat Theologus.

ac demum se litigioso Episcopatus abdicat.

CAPUT XXII.

Basilius hypocrisi Eustathii decipitur, simultate Theodoti affligitur, Ecclesias Armeniæ curat, hortante Terentio Comite.

Post Anthimum in scenam prodit Eustathius Sebastenus, de quo jam sæpius ex occasione actum est: inter præcipuos numerandus, qui Basilium, prætextu pietatis et fidei, persecuti sunt. De eo, sic scribit Sozomenus: Apud Armenios, Paphlagones, et Ponti incolas fertur, Eustathium Episcopum Ecclesiæ Sebastes, quæ est urbs Armeniæ, primum fuisse qui cœperit vitam monasticam, et austeram illius institutionem colere: a cibis ad vivendum necessariis, et a vestibus quibus utendum est, abstinere; talemque morum et vitæ accurate traducendæ auctorem extitisse, ut nonnulli constanter affirment, librum Basilii magni Cappadocis, qui ἀσκητικός, id est, de vita ac disciplina monastica inscribitur, ab eo editum fuisse. *At Baronius erroris hoc loco arguens Sozomenum;* Tantum abest, *inquit,* ut Eustathius Sebastenus auctor dici possit monasticæ vitæ, quæ in Armenia, Paphlagonia, atque Ponto coaluit, ut nec quod ipse Monachus fuerit, aliquo digno teste probari possit. *Assertum hoc suum probat Baronius, silentio Basilii et Epiphanii.* Basilius, *inquit,* Eustathii vitam a cunabulis prope retexens, cum ejus institutionem Alexandriæ sub Ario magistro recenseat, reditum quoque in patriam referat, et quas passus est abdicationes ob Arianam hæresim, antequam Episcopus esset, vel cum factus Episcopus; nullam unquam habuit mentionem de suscepto ab eo monastico instituto: quod certe minime prætermittendum fuisset. Quin insuper, scribens ad eumdem Eustathium ipse Basilius, et opportuna occasione recensens diversarum Provinciarum quos noverit Monachos, necessaria quadam illatione de ipso Eustathio, quod Monachus fuerit, mentionem facere debuisset. At cum ne verbum quidem, vel saltem nutum expresserit, omnis plane de Eustathii monachismo existimatio et conjectura penitus deficit. Rursus vero S. Epiphanius, qui eodem tempore vixit, dum de Aerio hæresiarcha agit, quem condiscipulum fuisse tradit Eustathii, utpote qui simul Arianam hæresim didicerint; nullam prorsus de Eustathii monachismo habuit mentionem. *Ita Baronius.*

Auctore F. B. l. 3 c. 13

an 361 ut contra Baronium ostenditur

272 *Ego quidem ei assentior, hallucinatos eos omnes fuisse, qui Eustathio adscripserunt Constitutiones monasticas, a Basilio voce et scripto traditas: verum Eustathium nec Monachum fuisse, nec disciplulos ullos habuisse, in hoc recedere cogor ab Eminentissimi historici sententia. Quod enim Basilii silentium spectat; ubi hic Eustathium et vitæ ejus quadam acta describit, hoc solum intendit docere, quoties in hæresim relapsus sit, ad quod monachatus ejus nihil spectabat: cum autem ad Eustathium scribens recenset diversarum provinciarum quos noverat Monachos; Eustathianos certe non prætermittit, statim enim subjungit, quod eorum hypocrisi fuerit deceptus. Prætermittit quidem Eustathianorum nomen, sed satis intelligitur de discipulis Eustathii sermonem esse. At S. Epiphanium quod attinet, ubi de Aerio hæresiarcha agit, expresse meminit de utriusque monachatu; et,* Fuit, *Aerius, inquit,* sodalis Eustathii, Sebastes Episcopi (quæ est in Ponti regione sive minoris Armeniæ) ambo enim monasticum vitæ genus amplexi sunt. *Erat igitur Eustathius primum Monachus, dein Episcopus Sebastenus: cujus versutiam et impietatem nondum perspectam habens Basilius, hominem diligebat plurimum et æstimabat, interque illos habebat, de quibus ita loquitur:* Quibus fidem in maximis omnium negotiis habebamus, quos versantes cum hominibus ita suspiciebamus, tanquam quiddam ultra sortem humanam haberent.

B. Ep. 79

B. Ep. 79

Hær. 75

primum Monachus,

dein Episcopus Sebastenus,

B. Ep. 379

273 *Hinc factum ut Basilius, ad Episcopatum evectus, discipulos quosdam Eustathii, tamquam pari amicitiæ vinculo conjunctos, in domesticos et socios acceperit: retenta tamen suarum opinionum sibi etiam pios interpretes; qui arrepta postmodum occasione,* sine Dei, *inquit Sanctus,* metu, et contra communem hominum opinionem, contumeliis me exagitant. *Præcipuus*

B. Ep. 367 eos ... per discipulos suos Monachos

A AUCTORE F. B. *cipuus inter istos videbatur quidam nomine Basilius, de quo ita Sanctus ad Eustathium :* Quæ et qualia eximius ille tuus machinatus est Basilius, quem tamquam vitæ meæ custodem commendatum a tua Pietate susceperam, ego certe recitare præ pudore nequeo. Neque hoc ut ulciscar eum commemoro (rogo enim Deum ne imputetur illi) sed in eum finem, ut tuum in me amorem immotum possim conservare, quem vereor ne concusserint illi per innumeras accusationum calumnias, quas ipsos contexere probabile est, ut suomet errori suisque lapsibus patrocinentur. *afflicit Basilium molestiis* *Et tum quidem nondum deprehenderat Sanctus, hæc instinctu ipsius Eustathii agi; adeoque orat eum, ut prudenter de delatorum calumniis judicet, quibus queritur majus vitæ asceticæ professionem quam se lædi; aut quia Monachi erant illi Eustathii discipuli, aut quia exercitationes ejus asceticas invidiose traducebant.*

B. Ep. 307

274 Quæcumque, *inquit*, apud te suggesserint, exquirat ab iis diligenter tua prudentia, num ea mihi coram objecerint; num delicti illius, cujus me insimulant, correctionem flagitaverint; num suum nostri causa dolorem testatum fecerint, qui nunc B vultu læto et arridenti, et fictis dilectionis vocibus, immensam quamdam fraudum et amarissimis animis contectam profunditatem gestantes, per silentium nihilominus illiberale propalant. Hoc suo facto quantum mihi mœrorem procuraverunt, quos risus iis omnibus excitaverunt eorum, qui in misera hac urbe vitam semper execrati sunt religiosam, quique artificium quoddam illam esse affirmant ad fidem inveniendam; *cum status Religiosi dedecore.* qui etiam humilitatis personam assumptam constanter pronuntiant, ut hoc prætextu fucus fiat et insidiæ struantur! Talia, utcumque ego silentium tenuerim, tuæ tamen prudentiæ sunt perspectissima : adeo ut nulla vitæ ratio nostris hic hominibus improbitate fit tam suspecta, quam est vitæ asceticæ professio. *qui fraudis ignarus, illum rogat, ut de remedio prospiciat.* Hæc qua via sint jam persananda, tuæ erit prudentiæ cogitare. Quæ contexuit et consarcinavit in me crimina Sophronius, non sunt boni cujusquam prooemia, sed divisionis separationisque initia; eoque tendunt, ut caritas illa, quæ in nobis est, refrigescat. Eum ut tua miseratio coercere velit, et ab isto impetu valde noxio reprimere, admoneo; utque potius des operam, pro tua dilectione, illa quæ sunt divulsa colligare, quam illis eam elocare ad majorem distractionem, qui nihil non C movent, ut dissipationem et distractionem inducant. G. Ep. 25 *Sophronius ergo pariter ex Eustathianis erat, et forsan eorum aliquis de quibus Nazianzenus ait;* Ex iis qui latus tuum cingunt, complures sunt, qui commoda sua per te procurent, ac pusillanimitatis fomitem accendant.

275 *Et Basilius quidem, ut indicat superiori epistola, non carebat suspicione omni, quin hæc saltem dissimulante Eustathio fierent; nihilominus pro sua sapientia,* improborum hominum injurias et impressiones superabat, velutque in altissimis fluctibus immotus manebat, aliis in perturbatione ac tumultu versantibus. G. Ep. 25 *Hypocrisis Eustathii* *Neque propterea refrigescebat charitas qua Eustathium prosequebatur, quamque infamis iste hypocrita conservatum volebat,* toto tempore blandiuscule sese *Basilio* insinuans, nec sine stupore quodam recogitabat *postmodum Sanctus* profunditatem hypocriseos *istius, quam alibi pluribus describit :* B. Ep. 196 B. Ep. 74 Eustathius, *ait,* ex Sebaste minoris Armeniæ, olim institutus ab Ario, cum is Alexandriæ florens impias *hæresim sæpius ejurantis,* adversus Unigenitum Dei blasphemias strueret, sectator illius et inter selectissimos discipulos connumeratus fuit. Posteaquam vero ad suos reversus, a beatissimo Hermogene, Cæsareæ Episcopo, propter impiam opinionem condemnatum se vidit; confessionem illi obtulit sanæ fidei, atque ita manus impositionem ab ipso obtinuit. Ubi vero dormitionem D accepit Hermogenes, mox ad Eusebium Constantinopolitanum sese contulit : qui et ipse nihilominus impium Arii dogma tuetur. Inde postea quibusdam de causis pulsus, ad patriam sese recepit, ibique denuo erroris purgationem obtulit; sed ita, ut celata et obtecta mentis impietate, quamdam exhiberet verborum rectitudinem. *sed semper retinentis animo* Mox vero ubi fortuito adeptus esset Episcopatum, anathematismum contra Homoousion, in Synodo Ancyræ habita, scripsisse deprehenditur. Exinde Seleuciam profectus, cum illis quos ejusdem habet opinionis ea gessit quæ omnes norunt. Constantinopoli vero iterum ad ea quæ ab hæreticis proposita sunt, consensit : atque ita Episcopatu ejectus, propterea quod Melitinæ depositus esset, viam sibi ipsi per quam restitueretur excogitavit, eam videlicet, ut Romam proficisceretur. Quæ vero sint illi a beatissimo Episcopo Liberio proposita, et ad quæ consenserit, nobis clam est; nisi quod epistolam attulit per quam restitueretur : quam ubi Synodo Tyanensi exhibuit, in suum locum restitutus est. Iste itaque jam fidem eam, in quam receptus est, depopulatur : cumque illis facit, qui E Homoousion anathemate percellunt : deinde et hæresi patrocinatur eorum, qui Spiritum sanctum spoliant Divinitate.

276 *Sed antequam hæc Basilius perspiceret, aliis multis hæreseos suspectum se reddiderat Eustathius.* *diu Basilio illusit,* *Inter hos erat Theodotus, Episcopus Nicopoleos in minori Armenia, quem* venerandissimum et revera desideratissimum Fratrem B. Ep. 196 *Basilius appellat Tantam iste ab Eustathio demonstrabat aversionem animi, ob hæresim quam occulte sequebatur, ut aperte se ab ejus communione segregaret : et tamen Basilius sibi persuadere non poterat,* *sed aliis citius innotuit.* B. p. 187 ex reliqua Eustathii constantia, conjectura recte *(ut putabat)* sumpta, ita leviter virum illum in contraria mutari, ut jam confiteretur, jam quæ dixerat negaret; *quemque existimabat*, etiam in vulgaribus rebus, mendacium perinde atque rem horrendam aversari; *credere non poterat, eumdem*, in rebus tanti momenti et sic apud quosvis celebratis, veritati ullo pacto adversari. *Hinc*, propter unius hominis amicitiam, B. Ep. 82 *quem tamquam de hæresi falso accusatum communione sua privare noluerat,* innumerorum inimicitiam suscepit *Orthodoxorum, etiam Episcoporum.* *qui propterea etiam Basilium aversabantur;* *Hujus autem consilii rationem sibi videbatur reddere irrefragabilem :* B. Ep. 75 F Si nonnullos aliquando, *inquit*, Arii discipulos ad communionem assumpsimus, ita illos admisimus, ut, morbum suum quam intime celantes, pietatis verba loquerentur; vel certe doctrinæ nostræ nihil obluctarentur. Et hac in re non nostro ipsorum erga tales usi sumus judicio; sed magis sectati sumus decreta Patrum nostrorum, quibus illi, de talibus jam olim, quid faciendum sit, statuerunt. Ego enim cum accepissem beatissimi Patris Athanasii Alexandrini Episcopi litteras (quas etiam nunc in manibus habeo, et requirentibus legendas objicio) quibus ille manifeste edixit, si quisquam ex Arianorum hæresi ad nos transire voluerit, admittendum esse; nec quidquam in illo assumendo hæsitari debere, si Nicæni Concilii fidem confiteatur; *hic judicio S. Athanasii se excusat.* et dogmatis hujus consortes ille mihi omnes cum Macedoniæ tum Achaiæ Episcopos allegasset; necessarium arbitratus sum ut tanto viro obsequerer, propter fide dignam auctoritatem eorum, qui id decreverant; simulque præmium, pacis studiosis destinatum, adipisci cupiens, eos qui fidem istam confitebantur communicantium parti adscripsi. *Etenim Eustathius Sebastenus primum Romæ Nicænam fidem scripto fuerat confessus,* B. Ep. 82 indeque acceptum Consubstantiale, in charta usque ad Tyanenses attulerat. *Timebat itaque vir pacis et concordiæ, ne falsa intra se suspiciones aleret; existimabatque,* B. Ep. 79 multa cura et solicitudine

A solicitudine opus esse, multarumque noctium perferendas vigilias, ac multis lacrymis quoque quærendam a Deo veritatem, qui fratris velit amicitiam abjicere.

Scribit ad Eusebium Samosatenum. B. Ep. 154

277 *Ea vero quæ Eustathii causa inter Basilium et alios orthodoxos Episcopos orta est dissensio, initium sumpsisse videtur circa annum* CCCLXXI, *cujus anni hieme Basilius ad Eusebium Samosatenum scripsit, eum invitans, ut vere redeunte visitaret Ecclesiam suam :* Deum porro, *inquit,* omnes orant obnixius, ut vere proximo te liceat in hisce regionibus coram denuo intueri et affari, utque recreentur Ecclesiæ per tuam illam optimam et saluberrimam doctrinam.

B Ep. 261

Dedit præterea ad eumdem aliquoties litteras, tum ob alia quæ intercidebant negotia, tum etiam ut in unum convenirent. Sed spe ista sua dejectus est; *eo quod ejus litteræ in manus S. Eusebii non venerint.* Beatus enim Diaconus Theophrastus, cui illas tradiderat, necessario cogebatur aliorsum peregrinando aberrare : litteras vero non misit ad Eusebium, propterea quod letali morbo, unde et excessit, corripiebatur. *Hanc ob causam Basilius, morbi et mortis illius ignarus,* post elapsam fere occasionem, ad scribendum denuo accessit, litterasque per temporis angustias

se invitatum ad Provinciale quoddam Concilium :

B angustissimas exaravit. *Significabat autem, quod* Meletius, carissimus Deo Episcopus, nec non Theodotus, vellent et juberent, ut ad ipsos Basilius proficisceretur : id enim, et ad declarandum amorem pertinere, et ad illa in melius redigenda, quæ mœrorem luctumque in præsentia adferebant. Tempus vero præscripserant conveniendi, medium adventantis Junii mensis : locum congressui destinarant Phargamum, celebrem illum et illustrem propter Martyrum apparitiones, nec non annuos conventus et panegyricos cœtus, infinita multitudine eo confluente *Intellexit autem priorem epistolam suam, de qua hic mentionem facit, missam non fuisse ad Eusebium circa duodecimum mensis Maji, adeoque triginta tribus diebus antequam conventus iste ad Phargamum habendus esset.*

interea profectus Sebasten, B. Ep. 187

278 *Interea vero, a discessu Diaconi usque ad diem illum, Cæsarea abfuerat Basilius, profectus Sebasten, quæ fere transeunda est euntibus Nicopolim, quo invitatus fuerat ad istud quasi Provinciale Concilium a Theodoto. Quid autem Sebastiæ egerit, quæve causa festini reditus fuerit, ita ipsemet narrat :* Cum

C ad Synodum, quæ a Fratre Theodoto celebrabatur, vocati illoque profecti essemus, ut vocationi propter caritatem obtemperaremus; ne ignavi illic et otiosi videremur, studiose curavimus, ut colloquium cum prædicto Fratre Eustathio misceremus : proposuimusque illi quæ in causa fidei a Theodoto illi objiciebantur; ac simul ab eo petivimus, ut manifestum nobis faceret, rectamne fidem sequeretur, quo consortes ei esse possimus; si vero alienatus esset, ut perspicue sciret nos quoque a se fore abalienatos. Igitur cum inter nos ea de re contulissemus, totumque diem illum causam hanc inquirendo consumpsissemus, appetente vespera alius ab alio avellimur, nulladum certa colloquii nostri conclusione posita. Sequenti die rursus mane considentes, iisdem de rebus disserere cœpimus. Cum autem et Pœmenius Frater, Sebastenæ Ecclesiæ Presbyter, accessisset, et adversariam nobis doctrinam vehementer urgeret; paulatim nos et ea diluimus, quæ nobis objicere videbatur; et illos ad consensionem eorum quæ a nobis quærebantur, induximus; sicut, per gratiam Domini, ne in minimo quidem a nobis invicem dissidere deprehenderemur. Igitur circa nonam horam ad precandum surreximus, ac Domino gratias egimus, qui dedisset nobis idem et sentire et loqui. Præterea, sicuti oportebat me scriptam quamdam ab eo viro confessionem accipere, quo et

multis agit cum Eustathio, quem orthodoxum putabat :

adversariis illius manifestaretur consensus, et reliquis sufficienter viri hujus propositum monstraretur; ita volebam, multa diligentia cum Fratribus Theodoto adhærentibus conversando, simile scriptum fidei ab illis elicere, dicto Eustathio proponendum, ut utraque ista fierent; ipse videlicet rectam fidem confiteretur, et illi de veritate hac persuasi, nullam retinerent contradictionis occasionem, si ab ipsis proposita fuissent accepta. At Theodotus, priusquam cognovisset quam ob causam convenissemus, et quidnam eo colloquio effecissemus, dedignatus est nos amplius vocare ad Synodum : itaque e medio itinere reversi sumus, tristes quod labores nostros, pro pacandis Ecclesiis susceptos, inefficaces reddidisset. D

AUCTORE F. B.! hinc offenso Theodoto domum reversus Basilius,

279 *Domum igitur reversus Basilius, cum intellexisset ut supra narratum est beatum illum Theophrastum Diaconum obiisse, et litteras ad Eusebium Samosatenum a se missas, inanes extitisse; nequaquam acquievit, eo quod superessent triginta et tres dies ad prædictam conventionem; sed* ad venerabilem Fratrem Eustathium, comministrum suum, *verosimiliter Diaconum quemdam istius nominis,* litteras transmisit, *ut curaret ad S. Eusebium Samosatenum* devehendas, et quanta maxima posset fieri celeritate responsum ad illas expediendum. *Iis significabat Eusebio,* ut simul Phargamum convenirent, si possibile esset : sique ipsi arrideret, certissime se adfuturum; sin aliter ipsi videretur, Samosatam se venturum (modo ita Domino placeret, nullumque de novo impedimentum accideret) et debitum illud antiquum *Eusebium invisendi* persoluturum, quod anno præcedenti pollicendo contraxerat. *Verum postquam redditæ sunt ipsi ab Eusebio litteræ, quibus illuc se perrecturum abnegabat,* Basilius animi mœrore elanguit penitus. Quippe illo comite et sodali in arenam descendere non recusabat, contra tentationes vel urgentissimas; solum vero illoque destitutum, aiebat se nequaquam vel levissimas et de fæce afflictiones ausurum provocare. Recordato itaque Sancto universæ infirmitatis suæ, venit adhuc in mentem illorum, qui ipsum evocaverant, simulatio : nam cum quasi in transcursu *Basilium* ad conventum vocassent, per venerabilem Fratrem Hellenium Nazianzi Exæquatorem; haud curarunt deinde in secundis submittere vel itineris ducem aut etiam commonitorem. *Quocirca cum videret se illis suspectum esse,* veritus est magnopere, ne conventus ipsorum pulcherrima facies sua præsentia veluti conspurcaretur : ideoque solennioris illius conventus tempus effluere passus est, congressumque eo usque distulit, quoad liceret tranquille et pacifice consociari; quandoquidem ad res Ecclesiæ procurandas in concilio, cum illis esset conveniendum.

B Ep 261 ad colloquium invitat Samosatenum

E

B. Ep. 259

quo negato dolet Sanctus,

F

280 *Deinde ad Deo dilectissimum Meletium scripsit,* ut veniret, Nicopolim saltem, si Samosatam proficisci gravaretur : sin vero Samosatam venturus esset, ipse quoque advolaret illico; *postquam scilicet de Meletii adventu et Eusebii præsentia sibi constitisset. Quæ ad hæc responsa vel ab Eusebio vel a Meletio acceperit Basilius, non reperio : videtur tamen hoc eodem anno, post mensem Junium, alterum in Armeniam iter suscepisse; si non, ut cum Meletio de rebus Ecclesiasticis conferret, saltem ut ex parte regio mandato obtemperaret, et daret Episcopos Armeniæ, nam in pluribus civitatibus defecerant. Tantam scilicet Basilius apud Imperatorem, etiam Arianum, ob virtutem sui æstimationem acquisierat, ut ei constituendorum Episcoporum curam demandarit; aut, si id aliunde ad ipsum spectabat, quod jure quodam Ecclesiastico Armenia ipsi subesset, non parvi tamen faciendum, quod Arianus Imperator orthodoxo Episcopo, non tantum permiserit, sed etiam præceperit ut officium suum exequeretur*

eodemque tempore invitat Meletium Nicopolim :

deinde alterum iter suscepit in Armeniam B Ep 187

ad ordinandos Episcopos.

AUCTORE F. B.

A *exequeretur. Id ipsum per litteras Basilium rogaverat Comes Terentius; quem Sanctus alibi* virum optimum, et probissimum, et venerandissimum *appellat. Nullibi tamen magis præclaram de ipso mentionem facit, quam in epistola ad eumdem data, postquam hic rebus publicis curandis rursus coactus est sese implicare, qui dimissis iis ad vitam privatam, ut soli sibi et Deo vacaret, se contulerat: ita enim suam orditur epistolam.*

B Ep. 272 *sicut Comes Terentius,*

B Ep. 349 *Basilii amicus,*

281 Postquam tuam audiveram Gravitatem, ad res publice administrandas, jam denuo protrahi, continuo (verum enim fatebor) sum conturbatus, apud animum reputans, quomodo præter voluntatem tibi contigerat, ut qui semel a publica solicitudine cessaveras, et ad animæ tuæ curam privatim te contuleras, cogere ad illa ipsa rursus redire. At cum subiret statim cogitatio, Dominum fortassis statuisse infinitos dolores, qui Ecclesias apud nos universas constringunt, unico hoc solatio confovere, tuam excitando demum Gravitatem, et ad res gerendas iterum admovendo; hoc ipsum nos animo confirmatiori esse fecit, quod priusquam hinc de vita exeamus, tuam altera vice Dignitatem simus B invisuri. *Erat hic idem ille Terentius, de quo Theodoretus ita narrat*: Cum Terentius, Dux longe præstantissimus, et pietatis insignibus egregie exornatus, ab Armenia erectis victoriæ trophæis revertisset; Valensque ei imperasset, ut donum aliquod pro laboribus peteret; ipseque unum quod cupiebat, dignum homine inter pietatis instituta educato, Valenti indicasset (petebat enim, non aurum, non argentum, non agros, non domum, sed ut una ecclesia, illis qui pro doctrina Apostolica se in discrimen obtulissent, concederetur) Valens, accepto libello supplici, et cognitis rebus quæ in eo continebantur, admodum stomachatus, illum dilaceravit, jussitque ut alias res peteret. Terentius vero, collectis laceri libelli particulis; Accepi jam abs te, o Imperator, donum, habeoque, neque aliud petam. Nam quid ego animo instituerim, judicet ille, qui hujus universitatis judex est.

l. 4 c. 28

et Orthodoxæ fidei zelator

forsan persuaserat Imperatori jubere.

282 *Talis igitur tantusque zelator orthodoxæ fidei Terentius, verosimiliter mandatum ab Imperatore ad Basilium impetraverit et transmiserit, de constituendis per Armeniam Episcopis, quippe a quo sciebat orthodoxos tantum assumendos: illudque Sanctum compulerit alterum hoc anno in eam provinciam iter aggredi.* C *Verum cum ob iter versus Sebasten, et collationem cum Eustathio, male erga se affectum expertus fuisset Theodotum, qui tamen* curarum debebat esse consors et particeps. et apud quem se viros aptos et commodos inventurum sperabat, quod essent in ipsius Parœcia religiosi et prudentes, ac simul linguæ regionis experti, et qui reliqua gentis istius idiomata scirent; nosceretque viri hujus mores ac ingenium, ac propterea vellet ipsi satisfacere, eique sub fide digno teste gestorum reddere rationem; venit Getasa, in agrum Deo dilectissimi Episcopi Meletii, *ubi et ipse dictus Theodotus comparebat. Ibi ergo Basilius, quoniam ab illo fuerat propter Eustathii conjunctionem accusatus, quid eo congressu fecisset exposuit; quod videlicet deprehendisset illum secum sentire per omnia. Cum autem Theodotus affirmaret.* Eustathium, post discessum Basilii, consensum hunc negasse, et suis discipulis affirmasse, quod haudquaquam ipsis in causa fidei consensisset; *respondit ad ista Basilius*: Ego hoc mihi persuadeo, conjectura ex reliqua viri hujus constantia sumpta, haud ita leviter virum illum in contrarium mutari, ut jam confiteatur, jam quæ dixerit neget, qui etiam in vulgaribus rebus mendacium perinde atque rem horrendam aversatur: tam abest ut in rebus tanti momenti, et sic apud quosvis celebratis, veritati ullo pacto adversari velit. Esto tamen, vera sint quæ a D vobis sparguntur: oportet illi scriptum proponere, quod cunctam rectæ fidei apodixim contineat. Quod si eum dato scripto consentientem reperero, manebo in illius communione; si vero recusantem deprehendero, deficiam ab illius consortio. Cum ista probaret Meletius Episcopus, et Diodorus Presbyter (nam et ille aderat) consentiret; venerandissimus Theodotus hortabatur Basilium ut Nicopolim descenderet, et Ecclesiam ipsius inviseret, ac Satalos usque ipsum comitem itineris reciperet, itaque ille hunc Getasis reliquit. Ubi vero Basilius Nicopolim venit; Theodotus oblitus eorum quæ a Basilio audierat, et quæ ipsi pactus fuerat; probris illis ac contumeliis, quibus priori vice eum exceperat, iterum affecit et a se dimisit.

B. Ep 187 *Sed Sanctus idoneos non invenit, propter dissensionem Theodoti;*

cui satisfacere conatus,

sed frustra;

283 *At Sanctus, Theodoto ita erga se affecto, quamvis non posset, juxta Imperatoris mandatum et postulationem Terentii, Episcopos Armeniæ dare; voluit tamen quantum poterat eidem prodesse.* Itaque Satalis, *urbe Armeniæ*, constitutus, infirmo licet corpore, alia quædam perfecit atque constituit. Pacificatis enim cum Dei gratia Armeniæ Episcopis, quæ convenire judicabat ipsis proposuit, quo E consuetam negligentiam abjicerent, et sinceram pro Domini Ecclesiis curam in se susciperent; simul et exempla illis proposuit, de iis quæ ex negligentia illegitime fuerant per Armeniam gesta, et quomodo ipsis eorum curam gerere conveniret. Illud quoque ipsi curæ fuit, ut in blasphemiam, Cyrillo Episcopo Armeniæ objectam, inquireret: et per gratiam Domini deprehendit, calumniam illam falso ab inimicis illius esse motam, quam et manifesto coram ipso sunt confessi. Populum quoque Satalensem, mediocriter erga illum ac placide se gerere probavit, sic ut communionem illius non fugeret amplius. Hic quoque suffragia ab Ecclesia Satalorum accepit, obsecrationem continentia, ut detur illis ab eo Episcopus: *nam forte ab anno* CCCLX, *quo Elpidius Satalorum Episcopus ab Arrianis depositus fuerat in Concilio Constantinopolitano, nullum alium Episcopum habuerant; adeo ut merito affirmare potuerit Basilius,* Ecclesiam Satalorum, post diuturnam illam desertionem, ad genua usque depressam, plurimo et valido adjumento ut erigatur opus habere. Ideoque ipse, totius populi Satalensis precibus motus, Ecclesiæ istius curam suscepit; F ipsisque pollicitus est in conspectu Domini, nihil se non facturum eorum quæ viribus suis præstari possent. Quapropter ubi domum rediit, coactus est, juxta quod scriptum est, quasi oculi sui pupillam attrectare, concedendo ipsis Episcopum Pœmenium, cognatum suum, ab eis postulatum, *Presbyterum tunc Cæsareensem, aut in monasterio ad Iridem Monachum.*

quædam tamen utilia ibi ordinat;

Soz. lib. 4 cap 23

B Ep. 183

Satalensium precibus motus

concedit ipsis Episcopum Pœmenium, cognatum suum,

284 Ita excellentia illa honoris, quo Satalenses Basilius prosequebatur, nullius ipsum recordari permisit, non cognationis, non consuetudinis, ipsi inde a puero cum hoc viro, antequam eorum petitiones intercederent, contractæ; sed oblitus eorum omnium, quæ ipsi familiaritatis ratione in hoc viro propria existebant; nec ulla habita ratione multorum gemituum, quibus plebs ingemiscebat, patrocinio ac cura viri illius privata; neque lacrymarum universæ illius cognationis, imo ne matris quidem jam senis, et quia illius quam habebat unicam providentia privabatur, fluctuantis mœstitiam, commiserationis affectu expendens; sed simul hæc omnia, licet ejusmodi ac tanti momenti contemnens, in id unum incubuit, ut Satalensem Ecclesiam talis viri cura et gubernatione ornaret. *Proinde litteris suis, quibus Satalensibus ista significat, hæc subjungit*: A vobis quæ reliqua sunt expetimus poscimusque, ne minora

eumque commendat.

A minora inveniantur quam speramus, et quam sunt ea quæ viro huic promisimus, cum ad familiares illum et amicos mitteremus; sic ut quisque vestrum, studio et dilectione erga eum, alios excellere satagat. Ut igitur honestam hanc honorificentiam ostendatis, per officii excellentiam cordi illius consolationem adferte, quo et patriæ, et cognatorum, ac simul populi obliviscatur; qui, perinde atque infans recens natus maternis uberibus, sic ipsius est gubernatione privatus.

B. Ep. 256

Acceptis ab Eusebio Samos. litteris recreatur

285 *Circa hoc idem tempus, adhuc in proxima Armeniorum regione constitutus, litteras ab Eusebio Samosateno accepit, quas* non aliter *se vidisse scribit,* quam solent a longe lumen accensum de turre intueri, qui navigiis deferuntur; præcipue si ventorum flatibus exasperatum mare intumuerit. Cæsaream porro reversum destituerat prorsus valetudo corporis, adeo ut vel levissimas agitationes motusque sine dolore sufferre nequaquam posset. Difficultatem præterea non levissimam ipsi peregrinatio procreaverat, neglectis interea et sus deque habitis Ecclesiæ suæ negotiis universis: *quapropter Eusebium iterum iterumque ad se amicissimis verbis invitat.* Quod si Deus, *inquit*, largiri dignetur nobis, B ut, dum vita fruimur hac terrena, tuam Pietatem videamus in Ecclesiis nostris, profecto bono animo deinceps erimus, neque tamquam indigni et rejectitii a divina benignitate censebimur. Obtestamur ut hoc ipsum, si sit possibile, tum contingat, cum in anniversariam memoriam beatissimi Martyris Eupsychii conventus peragentur. Ad diem nempe jam in propinquo septimum Septembris mensis, illa nobis impendent et circumstant negotia, quæ tuam vehementer operam desiderant, cum Episcopos ordinando, tum etiam illa diligentius attentiusque considerando, quæ contra nos excogitantur, a bono illo viro Nysseno Gregorio, qui conventus nunc Ancyræ peragit, et omni modo nobis insidiatur. *Quænam fuerit hæc Nysseni a Basilio dissensio, nullibi clarius exprimitur. Illam fortassis Sanctus respicit, quæ (ut narratum superius) occasione Gregorii avunculi inter eos orta est; quæque ejusmodi fuit, ut mutuam inter ipsos caritatem si leviter læserit, fortius redintegraverit. Eusebium quod spectat, sæpius eum invitavit, sæpius adire proposuit, imo et pollicitus est: omnis tamen conatus successu caruit, valetudine aut negotiis aliis obstantibus; si vicem unam exceperis, de qua scribit,* C *se* summo digito *Samosatenæ* Ecclesiæ mel degustasse.

...umque ad se invitat,

sed frustra.

B. Ep. 8

CAPUT XXIII.

Faustus ordinatus ab Anthimo contra Canones: Atarbius accusatus de crimine et hæresi: Eustathius subscribit professioni fidei.

B. Ep. 195

Sanctesimus colligit subscriptiones Orientalium

H*iems, quæ annum* CCCLXXII *inchoavit,* diuturna fuit et longissime extenta, sic ut nec litteraria quidem consolatio Basilium inter et amicos expediri posset. *Unde quamvis cum Theodoto, temerario ejus pro pietate zelo non obstante, servaret litterarum commercium; fatetur tamen* se raro scripsisse, et litteras ab eo accepisse. *Cum vero* Sanctesimus Presbyter Nicopolim proficisci statuisset, epistolam eidem ad Theodotum tradidit, qua et salutem impertitur, et ut pro se oret obsecrat, ac dicto Fratri Sanctesimo aurem accommodet, et ut ab illo quo nunc in statu sint Ecclesiæ discat, atque studium pro viribus ad ea quæ proponentur curanda impendat. *Cum enim ad* Occidentales Episcopos rursus scribendum esset de quibusdam rebus ecclesiasticis; ut epistolæ a Meletio Episcopo conscriptæ ab omnibus consentien-D tibus subscriberetur, obibat Sanctesimus Presbyter Orientem, subscriptiones et epistolas ab Episcopis conquirens; ut iis habitis proficisceretur, avolaturus ad Episcopos Occidentales.

...dimus in Occidentem,

B. Ep. 58

AUCTORE P. B. J.

Basilius propter ordinatum contra canones Faustum,

287 *Inter has curas et sollicitudines alia vexatio Basilium excepit.* Venit quippe ad ipsum Faustus, ab Episcopo quodam, Papa nomine, missus cum litteris, quibus petebatur ut ordinaretur Episcopus. *Quamvis enim Basilius paulo ante Cyrillum Episcopum Satalensibus aliisque reconciliasset, et per calumniam accusatum absolvisset; nihilominus, rursus contentione inter eos orta, electus Faustus est, ut in locum Cyrilli ordinaretur: sed cum hunc in finem venisset ad Basilium, et hic ante ordinationem* posceret testimonia Theodoti et aliorum Armeniæ Episcoporum; ipso contempto abiit ad Anthimum, a quo, contemptis justis suffragiis venerandissimi Cyrilli, ordinatione accepta reversus est, ita ut Armeniam seditionibus impleverit. *Hic effectus erat divisæ Cappadociæ, et controversiæ Basilium inter et Anthimum, qui gaudebat hac ordinatione, citra ejus consensum peracta, potestatem suam ostentare.*

ob ordinatum ab Anthimo Faustum

B. Ep. 195

288 *Quid postea egerit Basilius, ex ipsomet cognosces, ita scribente ad Pœmenium Sataloru Episcopum, cujus supra meminimus.* Bonus ille vir, *inquit*, Anthimus, qui per multum jam temporis pacem mecum coluit et amicitiam; cum adeptus fuisset idoneam satis suæ ambitionis manifestandæ occasionem, et doloris mihi nonnullius angorisque creandi; Faustum suis manibus et auctoritate propria ordinavit Episcopum; cum vestrum nullius suffragium expectasset, et derisui habens meam illam accuratam canonum observantiam. Quocirca, postquam ordinem antiquitus institutum proculcavit, neque vestrum habuit ullam omnino rationem, quorum egomet exambivi testimonium: rem autem perfecit, nescio quam Deo ipsi acceptam. Hanc ob causam animo contristatus ego, ad neminem omnino ex Armenia litteras ullas exaravi, nequidem ad tuammet Pietatem; nec Faustum volui ad communionem admittere: quin et ipsi præterea comminatus sum, quod nisi mihi vestram detulisset epistolam, omnino in illum omni tempore animo futurus essem alienatiori, et procuraturus ut essent in eum pari modo affecti quotquot mihi alii conjunguntur, necessitudine. Quod si ferant medicinam, et curari possint quæ gesta sunt; da quæso operam ut ad me scribas, testimonium ipsi perhibendo, si honestam viri vitam intellexeris esse, et ad idem faciendum ceteros una tecum omnes impelle: si vero res est conclamata, certiorem vel sic etiam me facito, ut ne omnino deinceps iisdem fidem habeam. Nam si ita vere, uti narratum fuerat, id egerint, et ut solius Anthimi communionem amplexentur, nulla mei, nulla Ecclesiæ habita ratione, inepti prorsus ad amicitiam æstimandi sunt.

E

B. Ep. 313

de Anthimo queritur,

F

et isti se communicaturum negat,

donec defectus suppleatur.

289 *Controversiam de Fausti ordinatione videtur excepisse auxisseque alia, quæ ex accusatione Atarbii cujus, amicissimi licet Episcopi, orta est, quaque excitus hoc anno cogit Basilium* Nicopolim usque excurrere, spe illa fretum, posse se tumultum sedare, et pro statu præsenti solatium adferre atque auxilium rebus, plane contra leges ecclesiasticas istic administratis. Illic autem Atarbium minime deprehendens, dejiciebatur animo; eoque magis, quod certior factus esset, eum cum omni festinatione profectum esse, idque etiam de media Synodo, quæ tum Nicopoli agebatur: quam ob causam Basilius necessario ad scribendum accessit. Rogabat autem Atarbium per litteras, ut vellet obviam sibi venire, et illam solari ægritudinem, qua esset usque ad mortem affectus, dum fando acceperat, in ecclesia media perpetrata fuisse ejusmodi flagitia, qualia numquam

B. Ep. 264

Nicopolim iterum profectus Sanctus,

A ad hunc diem alias audivisset. Et hæc, quamvis per se gravia et tristissima essent, nihilominus ferenda multo minus erant, propterea quod in illum perpetrata, qui vindictam Deo permittens, paci procurandæ totus incumbit, et id agit ne damni et detrimenti quidquam sua causa inferatur populo Dei. *Basilium de se loqui, putat Hermantius; et recte: nisi forte quis malit credere, de Cyrillo Episcopo hic sermonem esse, cujus causa Atarbius propter Faustum turbas excitasset.*

AUCTORE F. B.

etiam de hæresi,

290 *De hæresi quoque Atarbius accusabatur:* Reverendi enim quidam Fratres, et omni omnino fide digni, Basilio notum fecerant, in quibusdam circa fidem capitibus ab Atarbio nonnullisque aliis innovatum aliquid, et sanæ doctrinæ contraventum fuisse; qui etiam eo magis commovebantur, et certamen subibant vehementius, metuentes ne ad illa vulnera, quæ sexcenta Ecclesia tolerat, ab iis inflicta qui in Evangelii veritatem peccaverunt; aliud de novo enasceretur, renovata hæresi antiqui illius Ecclesiæ hostis Sabellii: nam cognata huic hæresi esse dicebantur illa, quæ narraverant dicti Fratres. Hanc ob causam Basilius misit ad Atarbium, ne gravatim B ferre vellet, et ad se Nicopolim non adeo remotam venire; atque fidem de istis rebus abundantissimam faciendo, suos dolores mitigare, atque consolari dignaretur Ecclesias Christi, quæ mirifice erant in præsenti tristitia afflictæ, et moleste ferebant, cum illa quæ gesta, tum etiam quæ dicta narrabantur esse ab illo; *Hinc colligit Hermantius, quiddam supremi juris Basilium obtinuisse in Armeniam, quandoquidem Atarbium ad dicendam causam citaverit. Sed videtur hæc potius solicita quadam invitatio fuisse senioris inter congregatos Episcopi, quam juridica citatio ad causam dicendam.*

ad se venire rogat,

et absolvisse videtur,

B. Ep. 363

291 *Paruerit ne Atarbius, seu citanti, seu invitanti non reperio, neque quem exitum hæc sortita sit: omni tamen crimine videtur, seu præsens, seu absens fuisse absolutus: si altera ad ipsum Basilii epistola post hanc scripta fuerit. Ea enim illum, tam quam adhuc ob præterita subinfensum, ad amicitiam suam, Ecclesiæ unionem, caritatemque mutuam cohortatur;* Ut deinceps, *inquit,* primum et maximum Spiritus sancti fructum ostendas caritatem, et tristitiam illam vultus, iratis inesse solitam, abjicias, quam prætulisse per silentium hoc nobis videris; gaudium porro in corde tuo recipias, et pacem erga Fratres concordes tecum, studiumque ac solicitudinem declares erga Dei Ecclesiam ejusque stabilitatem. Nam si pro re Ecclesiastica tuenda C pari studio non contendamus, quo qui sanæ doctrinæ resistunt enituntur ad ruinam et interitum procurandum eidem; quid impediet quo minus veritas loco mota, per hostes veritatis, prorsus intercidat; et nos judicio divino postulemur, quod non omni studio et diligentia, concordia mutua, et conspiratione secundum Deum, solicitudinem et curam nostram, quacumque demum ratione patefaciamus, ut coalescant Ecclesiæ et coadunentur? Eximas igitur, oro, de tuo animo sententiam illam, non esse cujusquam alterius communione nobis opus. Neque enim est viri, secundum caritatem ambulantis vel Dei mandata adimplentis, a conjunctione fraterna semetipsum abscindere. *Etenim Nicopoli aliquorum saltem secum redintegratam fuisse amicitiam, significat S. Eusebio Samosateno Basilius; recusans eidem scripto exponere, quæ istic acta fuerant,* ne illos aliquo modo videretur traducere velle et infamare, refricata erroris eorum memoria, qui facta animorum mutatione ipsi erant perquam bene conjuncti. *Ad istam ineundam concordiam peropportuno tempore supervenit* Jobinus, Deo carissimus Episcopus, *ad Basilium missus ab Eusebio cujus discipulus fuerat,* et gravitatis ejus expressam imaginem et

redintegrata cum eo,

et cum aliis Nicopolis amicitia,

B. Ep. 253

characterem ubique vivum repræsentabat. D *Ceterum in variis istis Nicopolitanis Synodis ad easque itineribus, varia se perpessum non adeo queritur, quin potius laude* misericordissimum Deum, qui perpessionibus suis et ærumnis proportionatas annectit consolationes; humiliatosque refocillat, ne luctu absorbeantur immoderatiore. *Jam enim dixerat, quod* Deus æqualem undique consolationem suppeditavit iis quæ Nicopoli obtigerunt afflictionibus.

292 *Dum hæc aguntur, cœpit magis magisque innotescere, et tandem in apertam hæresim erumpere Eustathii Sebasteni hypocrisis, qua etiam S. Amphilochius deceptus fuisse credi potest; si hæc ad ipsum Nazianzeni verba* (Armenius, de quo gloriaris, barbarus plane est, ac longe a nostra laude et gloriatione remotus) *de Eustathio (ut videtur) intelligenda sunt. Hic initio anni* CCCLXXII *perseverabat etiamnum in sua hypocrisi,* Basilio *quidem* blandiuscule sese insinuans, *sed eodem tempore alios hæresim suam minus minusque celans; quibus et sinistram de se suspicionem injecit, et Basilio multorum concitavit inimicitiam.* Sed et homines illi qui Sanctum odio persequebantur (quam ob causam noverunt ipsi) hinc assumpta criminandi materia, assiduis ipsum calumniis gravarunt. Purgavit se quidem semel atque E iterum, viditque tandem causam hanc evasuram in infinitum, nec aliquid profuturum si perpetuo se defenderet, propterea quod, ipso procul dissito, mendacibus detractoribus in promptu esset e vicino suis vulnerare delationibus cor facile et conviliis credendis expositum, neque edoctum alteram auriculam absenti illibatam servandam esse. Cum igitur esset Basilius Nicopoli; et Nicopolitani, quibus maxime suspectus erat, quamdam peterent fidei suæ professionem; visum est ipsi suspiciendum litterarum obsequium, et scripto offerendam Eustathio fidei professionem, quam Basilius prædicabat, ut Eustathius subscriberet. Putabat enim se per illud duo consecuturum commoda, ut et Nicopolitanis suaderet ne sinistri quidquam de Eustathio sentirent, et obtrectantium sibi ora obturaret, dum per fidei consonantiam calumniæ utrimque excluderentur. Continuo itaque conscripta est Fides, *approbante Theodoto Nicopolitano Episcopo aliisque præsentibus.*

Eustachii Sebasteni hypocrisi deceptus,

G. Ep. 162

B. Ep. 196

B. Ep. 82

ideoque multis suspectus etiam ipse,

formulam fidei scribi jubet,

293 *Conscripta Fidei professione, discessit a Theodoto Basilius, exemplar illius Sebasten secum ferens, Eusthathio exhibendum. Illa vero, quoniam non solum dogmata continet, verum etiam quædam hæreticorum fraudes concernentia, hic annectenda* F *videtur, ita se habens.* Tam illi, qui alia hactenus fidei confessione præoccupati, ad Orthodoxorum jam unitatem transire nolunt, quam qui nunc primum ad veritatis doctrinam et instructionem assumi desiderant, eam fidem docendi sunt, quæ in Synodo, Nicææ olim collecta, a beatis Patribus conscripta est. Fuerit enim hoc utile, adversus eos quoque, de quibus suspicio est, quod adversus sanam doctrinam contrario sensu afficiantur, et tamen malæ opinionis sensum speciosis effugiis occultent: nam et istis sufficiet si ad hanc fidem urgeantur. Aut enim emendabunt morbum, quem in occulto habent; aut si profundius ipsum celaverint, ipsi quidem fraudis judicium portabunt, nobis vero facilem in diem judicii parabunt defensionem, quando revelabit Dominus abscondita tenebrarum, et manifestabit consilia cordium. Convenit igitur ut suscipiantur, si se juxta verba quæ a Patribus nostris Nicææ sunt exposita, et juxta intellectum qui sane per verba illa significatur, credere confiteantur.

B. Ep. 90

B. Ep. 78

quæ occultantibus se hæreticis

294 Sunt enim quidam, qui in hac Fide sermonem veritatis dolose invertant, et ad suam ipsorum sententiam notionem ac sensum verborum torqueant: quandoquidem

effugium ad varios dogmatum sensus præcluditur.

A quandoquidem et Marcellus, impie sentiens contra personam Domini nostri Jesu Christi, ac nudum illum esse Verbum exponens, prætexere ausus est, illinc se impietatis hujus causas sumpsisse, male videlicet exposito τοῦ ὁμοουσίου, Coessentialis, intellectu. Et nonnulli ex illis qui Sabellii Libyci impietatem sectantur, Hypostasin sive Subsistentiam et Essentiam idem esse arbitrati, illinc argumenta ad tuendam blasphemiam suam trahunt, quod in ea fide ita scriptum est; Si vero quisquam ex alia essentia vel subsistentia Filium esse dixerit, hunc anathemate rejicit Catholica et Apostolica Ecclesia. Non enim idem esse dixerunt Patres illi Essentiam et Subsistentiam. Si enim voces istæ unam ac eamdem significationem haberent, quid utramque ponere opus fuisset? Sed liquet ideo positas, quod cum alii quidem Filium esse ex Patris essentia negarent, alii vero et ipsi esse ex Patris essentia Filium dicerent, ex alia tamen subsistentia quadam; ipsi utramque opinionem, tamquam alienam a sensu ecclesiastico, rejecerunt; ubi autem mentem suam simpliciter declararant, ex Patris essentia Filium esse dixerunt, nec adjecerunt; Et ex illius hypostasi. Itaque illud quidem ad reprobandum B malum sensum positum est; hoc vero declarationem habet salutaris dogmatis. Confitendum igitur est, consubstantialem esse Patri Filium, quemadmodum in Symbolo scriptum est: juxta tamen et hoc confitendum est, quod in propria hypostasi, id est persona, sit Pater; in propria, Filius; in propria Spiritus sanctus; quemadmodum et ipsi Patres manifeste exposuerunt. Satis enim hos et clare ostenderunt, ubi dixerunt; Lumen de Lumine. Nam aliud est Lumen gignens, aliud quod gignitur: Lumen tamen et Lumen utrimque, ita ut unum sit et idem Essentiæ verbum.

et explicatur verbum Consubstantialis,

295 Inseramus vero hic Fidem ipsam quæ Nicææ conscripta est: Credimus in unum Deum, Patrem omnipotentem, omnium tam visibilium quam invisibilium factorem; et in unum Dominum Jesum Christum, Filium Dei unigenitum, genitum ex Patre, hoc est ex substantia Patris, Deum ex Deo, Lumen de Lumine, Deum verum ex Deo vero; Genitum, non factum; Consubstantialem Patri, per quem omnia facta sunt, tum quæ in cœlo tum quæ in terra. Qui propter nos homines et propter nostram salutem descendit de cœlis; et incarnatus, homo factus, et passus est, et resurrexit tertia die, et ascendit ad cœlos; venturus ad judicandum vivos et C mortuos: et in Spiritum sanctum. Eos vero qui dicunt, Erat aliquando quando non erat; et, Antequam nasceretur non erat; et, Quoniam ex non existentibus factus est, aut ex alia hypostasi aut substantia esse dicunt, vel mutabilem aut alterabilem Filium Dei, tales anathemate percutit Catholica et Apostolica Ecclesia. Quoniam igitur in hac fide reliqua quidem satis diligenter determinata sunt, alia ad correctionem noxiorum, alia ad præmunitionem contra ea quæ in futuro suboriri possunt; sententia vero de Spiritu sancto, velut in transcursu, sine peculiari ulla diligentia, posita est; propterea quod nondum mota esset ista quæstio, sed adhuc credentium mentibus securus ac nullis objectus insidiis inesset de Spiritu sancto intellectus; paulatim vero perversa impietatis semina sese exeruerunt, quæ primum quidem ab Ario hæresis auctore seminata, postea vero ab illis, qui impia Arii commenta susceperunt, ad perniciem Ecclesiarum nutrita sunt; et ipsa impietatis series ac ratio ad blasphemiam contra Spiritum sanctum respexit; necessarium est ut adversum eos qui sibi ipsis non parcunt, nec inevitabiles minas prospiciunt, quas in blasphematores Spiritus sancti Dominus vibravit, hoc cautionis protendatur, ut anathematizent ipsi D eos qui Spiritum sanctum creaturam esse dicunt, nec non eos qui id cogitant, et qui non confitentur illum natura sanctum esse, sicut natura sanctus est Pater, et natura sanctus est Filius; sed alienum illum a divina et beata natura faciunt.

totumque symbolum Nicænum proponitur tenendum,

AUCTORE F. B. atque anathematizantur, qui Spiritum statuunt alienum a divinitate

296 Est autem declaratio recti sensus in eo, si a Patre et Filio non separetur; oportet enim baptizari nos, juxta quod a Domino accepimus, et credere sicut baptizamur, glorificare vero Patrem et Filium et Spiritum sanctum, quemadmodum credidimus. Et posteaquam hac in re convenit, oportet simul communionem eorum fugere, qui Spiritum sanctum creaturam esse dicunt, tamquam aperte illum blasphemantium. Est etiam necessaria subsignatio propter calumniatores, quæ hoc habeat, quod neque ingenitum Spiritum sanctum, (unum enim novimus Ingenitum, et unum principium eorum quæ sunt, Patrem Domini nostri Jesu Christi) neque genitum dicamus (unum enim esse Unigenitum in fidei traditione accepimus) Spiritum autem veritatis ex Patre procedere edocti, ex Deo sine creatione esse confitemur. Anathematizare vero E oportet eos, qui Spiritum sanctum administratorium et servilem spiritum esse dicunt, ita ut per eam vocem illum in ordinem creaturarum dejiciant. Administratorios namque spiritus, creaturas esse, Scriptura nobis tradidit, dicens, quod omnes sunt administratorii spiritus, in ministerium missi. Propter eos autem qui omnia confundunt, nec doctrinam Evangelii custodiunt, necessarium est hoc insuper explicare, ut fugiantur et ii qui ordinem a Domino datum invertunt, tamquam aperte veritati repugnantes, et ii qui filium Patri, et Spiritum sanctum Filio præponunt. Immotum enim et intactum conservare convenit Personarum ordinem, quem ex ipsa Domini voce accepimus, qui dixit: Profecti docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti. Fidei hæc confessio cum Eustathio proposita esset, continuo a Basilio subscripta est, et ille quoque nihil cunctatus subscripsit his verbis; Ego Eustathius Episcopus, tibi Basilio legi, agnovi, et probavi hæc præscripta: subscripsi autem cum his qui mihi aderant Fratribus, Frontone nostro, et Chorepiscopo Severo, atque aliis nonnullis Clericis. Ubi vero ab utroque subscripta est, designatus quoque fuit communi consensu alteri Synodo locus, et tempus aliud, F ut per Provinciam, Cappadociam videlicet et Armeniam, dispersi Fratres convenire unirique inter se possent, et germana deinceps esset ac sincera communio.

et ordinem S. Trinitatis evertunt,

C. Ep. 78 et 8?. Hanc fidei subscribit Eustathius

CAPUT XXIV.

Eustathius Sebastenus Basilium excommunicat; hic quoque ab illius communione se segregat. S. Ephrem invisit Basilium.

Eustathium subscriptionis suæ cito pœnituit; atque fuerat de ipso multis suspicio, quod adversus sanam doctrinam contrario sensu afficeretur, et tamen malæ opinionis sensum apud Basilium saltem speciosis effugiis, imo et mendaciis occultaret; ita nec morbum emendavit, quem in occulto habebat, nec profundius celare eum potuit. Videbat quippe egregius iste homo, *commodis suis et ambitioni tantum serviens, atque eo intuitu* solitus perpetuo ad prævalentem deficere partem, et imbecillibus proculcatis amicis colere potentes; *videbat, inquam,* impedimento sibi ad acquirendum potentatum, Basilii communionem fore. Sperans itaque gratificaturum se Euzoio, Antiocheno pro Arianis Episcopo, si sese a Basilio abalienaret,

C. Ep. 7? 73 Eustathius subscriptionis suæ pœnitens,

A abalienaret, et hoc sibi apud Antiochenos profuturum, ab ipso defecit: et quoniam fidei subscriptione præoccupatus erat, quam Basilius (ut jam dictum est) ei proposuerat, (non quod ipse de illius sententia tum hæsitaret, sed quod suspicionibus, quibus apud complures Orthodoxos laborabat, mederi cuperet) quoniam, *inquam*, præoccupatus sua subscriptione tenebatur *Eustathius*; ne quid sibi suisque ex ea impedimenti videretur occurrere, tunc dominantibus quo minus a susciperentur; communionem Basilio denegarunt, et quantum in ipsis fuit ab omnibus totius orbis Ecclesiis excommunicari fecerunt, sed aliam omnino separationis hujus causas finxerunt, *quas in subsequentibus videbimus.*

AUCTORE F. B.

B Ep 82 *neque comparens ad præsignatum diem,*

298 *Cum igitur dies ad conveniendum constitutus instaret: Basilius* juxta præscriptum accurrit: locus enim ad susceptionem advenientium designatus in ipsius diœcesi erat; cum ipso autem etiam Fratres (*per quos intelligere videtur Episcopos sibi subditos, et Chorepiscopos, et Clericos suos atque Monachos*) alii aderant, alii advolabant; læti omnes atque alacres, tamquam ad pacem properantes; et litteræ a Basilio ac tabellarii missi sunt, qui eos adesse significarent. B Ex altera vero parte nemo erat, qui vel præcurreret, vel adventum eorum qui expectabantur annuntiaret. Ergo qui a Basilio missi fuerant, revertebantur, commemorantes plurimum tristitiæ ac murmuris apud adversarios esse, ob id quod nova quædam esset ab illo ad ipsos missa et exhibita Fides; dicebanturque decrevisse, prorsus ne liceret ipsorum Episcopo ad condictum locum proficisci. Venit autem quidam ab ipsis missus, et litteras afferens congressum recusantes sine ulla mentione eorum de quibus antea inter ipsos convenerat. Ita primum Eustathius se a Basilii communione avulsit, cum nec ad locum determinatum convenire cum ipso sustinuit; nec discipulos suos, quod pollicitus fuerat, illuc adduxit. Theophilus *autem Episcopus, quem Sanctus* venerandissimum et colendissimum Fratrem compellat, misso eorum quos secum habebat aliquo, nonnulla patefecit, quæ putabat, et sibi ut diceret, et ipsi (ita Sanctus loquitur) ut audiret, competere: scribere namque Theophilus dedignatus est, non tantum quod reprehensionem ex litteris metueret, sed quod caveret ne illum Episcopi vocabulo salutare et appellare necesse esset. Attamen quoniam vehementia erant verba; quibus Basilium alloquebatur missus a Theophilo, et ex pectore admodum calido prolata; ille animo ita excussus confususque et dejectus concidit, ut non haberet quod interrogantibus responderet Eustathius præterea, veluti metuens, ne paucos haberet sententiæ suæ testes ac conscios, ad quosvis confines epistolas suas contra Basilium scriptas emisit, eumdemque in frequentissimis Synodis perstrinxit, una cum Theophilo Cilice, nuda et manifesta blasphemia, quasi dogmata aliena a doctrina sana animis plebis insinuasset. *Theophilus ille, de quo hic agitur, Episcopus erat Castabalensis in Cilicia; quem Basilius, quamvis sibi tristitiæ et mœroris quam plurimas, easdemque non minimas dedisset occasiones, tamen* Reverendissimum et desideratissimum Fratrem *compellat; testaturque nullum diem a se prætermissum, in quo ipsius memoriam non recoleret.*

a Basilii communione separat sese,

C

multisque eum proscindit,

A Ep. 196

B. Ep. 309

299 *Mutato interim rerum statu unde minime operuerat; non potuit Sanctus non gravissimo dolore affici, tam turpiter se deceptum considerans per hypocrisim Eustathii, ab eo et per eum excommunicatus a multis,* qui nunc tandem manifesti transfugæ abierant in castra adversariorum, quorum communionem semper magni fecerant. Ut tamen a mœrore animum avocaret; statuit, prosperis suis rebus, eas ex adverso ponendo veluti in bilance contra acerbiores casus, animum applicare ita, ut meliores, *per imperium voluntatis*, præponderarent. D *Ast Eustathiani, cum parum se proficere vident suis contra Sanctum calumniis et conviciis, ad alterum hæreticorum subsidium confugiunt, simulantque se pacem et concordiam velle; nempe, ut, si ad eam admitterentur, inirent ejusmodi, qua stante liceret sibi hæreticis esse; sin rejicerentur, omnem culpam Basilio darent, quod ob superbiam ejus et intractabilem contumaciam, in nihilo aliis cedere volentis, sedari non potuisset Ecclesiarum perturbatio. Recurrent itaque ad S. Eusebium Samosatenum, quem plurimum apud Basilium posse sciebant; rogantque ut ipse intercessor, pro communi Ecclesiarum tranquillitate, interveniat. Eusebius quod rogabatur præstitit, et Basilius respondit, se eos ad communionem admissurum, si anathema dicerent illis qui Nicænam fidem non admittunt, et Spiritum sanctum creaturam nominare non verentur. Hoc Basilii responsum cum Eustathius per Eusebium accepisset, directe et simpliciter respondere noluit. Si enim negaret, videbat futurum ut populo exinde innotesceret hæresis ejus; si vero admitteret, tum excideret omni mediocritate, quam sibi in fide tenendam censebat, ac hæreticis displiceret.* E *Itaque ad Eusebium scripta prolixiora misit, quibus explicaret seu potius involveret obscurioribus terminis, quid de fide Nicæna et Spiritu sancto sentiret: et quo sensu ea admittere vellet, quæ a Basilio sibi erant proposita. Remisit hæc ad illum Eusebius, etiam atque etiam rogans, ut humilitatem demonstraret, dissimularetque nonnulla, spe pacis et concordiæ, ne suâ causa Ecclesiæ multa paterentur mala.*

dein simulans iterum pacem velle,

utitur Samosateno intercessore:

300 *At Basilius, jam satis expertus hypocrisim Eustathii, nihil a priori proposito recedendum statuit; atque ita et constantiæ suæ testem, et eorum quæ supra narrata sunt, ad Eusebium (quem venerationis ergo* Dominum *suum vocat) hanc rescripsit Epistolam:* Ego studium et industriam Domini mei, ad pacem Ecclesiis conciliandam, cum reipsa non possim pro dignitate satis collaudare, in cordo meo tantum illius desiderium accensum esse affirmo, ut vitæ meæ impendio libentissime velim illud incendium odii et invidiæ, quod nequam ille spiritus concitavit, extinctum penitus consopitumque reddere: nisi autem ex tali affectu et desiderio pacis velim haud gravate appropinquare Coloniæ, tranquillitate omni careat vita mea. Pacem igitur efflictim desidero; sed pacem, quam reliquit nobis Dominus, veram: cumque mihimet ego apprecatus sum pacem abundantissimam, nihil aliud eo verbo propositum habui (aliter licet nonnemo subversa veritate F interpretetur) quam veram illam pacem intelligere. Utantur porro illi linguis suis ut volunt: erit olim cum pœnitebit ipsos hæc dixisse. Tuam autem Sanctitatem commonefacio, ut propositi tui primi memineris, nec alienas excuses responsiones, a quæstionibus propositis deducentes; nec sophismata eorem rata facias, qui licet nulla præditi sint dicendi facultate, ab ipsomet animi sui proposito instructi, omnium hominum solertissime veritatem impugnant. Certe verba simplicissima, et vel maxime perspicua, eaque quæ facile memoriæ queant inhærere, illis ego proposui hominibus. Qui fidem Nicænam non admittunt, eorum communionem renuimus; cum illis etiam portionem recusamus habere, qui Spiritum sanctum creaturam nominare non verentur. Ille autem, cum ad verbum quæstionibus propositis respondere debuisset, illa nobis ipsa consarcinavit, quæ tu misisti; haud sane propter mentis suæ simplicitatem, ut videtur, nec ob eam causam, quod consequentia non potuerat animadvertere; sed quod ita statuerit apud animum suum; si quæstionem nostram neget, futurum ut populo exinde innotescat; sin vero nobis assensum præbeat,

B. Ep 265 *cui respondet Basilius,*

nihil se quoque magis desiderare,

si ille Nicænam fidem sine ambagibus receperit:

A præbeat, futurum ut omni excidat mediocritate, qua nihil ei potius vel antiquius ad hunc usque diem extitit. Quocirca videamus, ne fuco nobis facto illudere possit; nec qui ceteros in fraudem induxit, et te, vir prudentissime, fallat : sed remittat appositum et breve responsum ad propositam quæstionem, et vel agnoscat se communionem amplecti hostium fidei, vel eamdem ejuret.

301 Hæc si tu homini huic persuaseris, et directas mihi miseris quales desidero responsiones; non recuso quo minus sim omnium reus quæ retro sunt scelerate admissa. Quidquid criminis admissum est, in me libenter ego recipio. Tum demum humilitatis meæ demonstrationem exigas. At quamdiu nihil horum fieri videro, ignoscas, Deo dilectissime Pater, si nequeam cum hypocrisi et dissimulatione divino altari me præsentare. Nisi enim hoc ego metuissem, quid causæ erat ut ab Euippio communione recederem, qui tanta pollebat dicendi facultate, qui tamdiu præcipuo loco vixit; qui tot et tanta idque merito insignia possidebat amicitiæ erga me suæ? Quod si bene, itaque ut decuit, istud feci pro veritate; profecto ridiculum videri possit, me communione cum illis jungi, qui eadem sentiunt cum B Euippio, propter mediocritatem et ambiguos animos hominum ingeniosorum horum et elegantulorum. Sed tamen non continuo sum in ea sententia, ut putem nos penitus aversos esse et alienos debere ab hominibus iis, qui fidem illam non recipiunt; sed juxta antiquissimas caritatis leges, aliquam illorum rationem curamque exercere, et ad illos mittere, unanimique consensu omnem quam possumus consolationem ex visceribus misericordiæ subministrare; nec non Patrum nostrorum fide repræsentata, ad societatem confessionis invitare; et si quidem effecerimus ut assensum præbeant, communiter ipsis uniri; sin spe exciderimus, nec persuaserimus, mutuo atque invicem contentos esse; istam vero inter utrumque fluctuationem a moribus nostris amovere, ad simplicem et Evangelicam politiam dispositos, quam usurpabant illi qui nomina sua Christianismo ab initio dederunt. Erat enim, inquit Scriptura sacra, credentium cor unum et anima una. Si tibi voluerint auscultare, id quidem longe præstantissimum est : sin secus, designate et notos facite contentionum et bellorum auctores, nec deinceps de reconciliatione cum istis ulla me interpelles. *His litteris acceptis, nil dubitandum, quin Eusebius totus abierit in sententiam Basilii.* C Quin et Sebasteni, qui orthodoxam fidem profitebantur, retegentes Eustathii improbatæ doctrinæ ulcus purulentum, petierunt a Basilio quamdam ecclesiasticam procurationem, *sive ut Ecclesiæ istius curam susciperet : ideoque rogat ipse Eusebium, ut significet,* qualem oporteat dare Sebastenis responsionem. *Ceterum colligimus ex peculiari epistola, quam ad Eusebium Basilius dedit, Sebastiæ diu schisma ecclesiasticum perdurasse, multis cum Basilio fidem orthodoxam confitentibus, aliis Eustathio ejusque hæresi adhærentibus.*

302 *Mœstis his rebus misericors Deus quidam etiam jucunda permiscuit : quia Sanctos suos neque tribulationes, neque jucunditates sinit habere continuas; sed, tum ex adversis, tum ex prosperis, justorum vitam quasi admirabili varietate contexit. Ut enim Basilius certaminum suorum pro Ecclesia Dei contra hæreticos præclarum præter alios testem haberet, adduxit S. Ephrem Syrum, qui et ea quæ ipse conspexerat, et ex ore sancti Antistitis audierat, æterna memoriæ consignaret; atque id præsertim quod in causa Eustathii contigit paucis complecteretur, dicens :* Pelle rursus ovina tegebantur lupi, et protinus illorum redarguebat hypocrisim : festinabat iniquus ipsum turbare spiritus, et subito justitia viri sancti vincebatur : D contendebant fide imitari infideles fidem atque doctrinam illius, et illico perfida atque iniqua eorum sententia detecta est : captabant ejus libertatem, statimque apparebat illorum stultitia. *Videtur omnino sanctus iste Diaconus, instinctu divino circa hæc tempora Cæsaream venisse, ad visendum S. Basilium, ut ipse de se, et Gregorius Nyssenus, et alius Anonymus Vitæ ejus auctor testatur : hunc audiamus.* Venit, *inquit*, Cæsaream Cappadociæ S. Ephrem, ubi ingressus templum reperit S. Basilium Archiepiscopum, concionantem ad populum : et cœpit Beatissimus Ephrem magna voce prædicare eum. Dicebant autem quidam de turba : Quis est iste peregrinus, qui sic laudat Episcopum? quippe adulatur ipsi potius, ut aliquid ei largiatur, Peracta autem jam concione, ait Basilius : Accersite ad me hominem, qui insistebat laudando me : et accersito eo dicit ipsi, Quid ita instanter vociferabaris laudando me, Domine Ephrem? Respondens autem sanctus senex dixit : Ideo perseverabam clamando et laudando te, qui aspiciebam immaculatam columbam, stantem in humero tuo dextero, et ad aures tibi suggerentem quæ populo concionabaris. Magnus E autem Basilius, Spiritu sancto plenus, ipsum agnovit, et ad eum : Tune Ephrem es Syrus? Vere, quemadmodum intellexi, sic et in te comperi, quietis amator. Scriptum habetur in Propheta David, Ephrem fortitudo capitis mei : nam mansuetudo tua atque clementia et simplicitas clara est, verum tamen apparens omnibus.

303 *Similiter Nyssenus in Vita Ephrem.* Cæsaream Cappadociæ divino ductus spiritu senex, ibi ipsum os Ecclesiæ, auream scilicet illam doctrinæ lusciniam, Basilium, vidit atque cognovit, eumque faustis acclamationibus cœpit venerari. Siquidem perspicaci mentis oculo conspexit fulgentem columbam, humero ipsius dextero insidere. Verba quæ sapientiæ subministrare, atque ipsum ea populo depromere : ipse vero ex eadem veneranda columba sancti hujus Patris cognoverat peregrinationem, eumque esse Ephrem illum Syrum. Peropportune igitur ambo, mutua inter se fruebantur consuetudine; ita ut laboriosa illa peregrinatio ipsi Ephrem inutilis non extiterit.

304 *Dubiis istis junctus est, qui præcedit, locus ipsius S. Ephrem, de se et Basilio ita narrans :* Ubi ergo Dominus, miserendi occasione se F offerente, in quadam civitate misericordia motus fuit super me, illic vocem ad me dicentem audivi, Surge, o Ephrem, et comede cogitationes atque sententias. Cui respondens, dixi in magna anxietate : Unde ego Domine comedam? Et ait ad me, Ecce in domo mea vas splendidum est ac magnificum, quod tibi suppeditabit cibum. Super dictis autem multum admiratus, exurgens perveni ad templum Altissimi : et cum sensim ad vestibulum ascendissem, et præ desiderio in introitum prospexissem; vidi in Sanctis Sanctorum vas electionis, coram armento ovim præclare extensum, verbisque majestate plenis exornatum atque distinctum, omniumque oculos in illud defixos. Vidi templum ab eo spiritu vegetatum, ejusque in viduas ac orphanos potissimum commiserationes. Vidi ibi apud eum fluminis instar lacrymarum fluenta; et vellus vitæ cunctis quasi aureos radios diffundens; ipsum autem Pastorem pennis spiritus sursum pro nobis preces tollentem, filumque orationis deducentem. Vidi ab ipso Ecclesiam ornatam et dilectam, aptissime compositam. Prospexi ab ipso manare doctrinam Pauli, legem Evangeliorum, et timorem Mysteriorum. Prospexi ibi utilem ac salutarem sermonem, ad ipsum usque cœlum fideliter se attollentem; atque (ut

alius non pejus ei quam Euippio consessurum se,

soli in theologiam ... ministrant ...

qui Eustathium Sebasteni qui tam sequuntur.

Ep. 8

Ep. 204

Ephrem Syrus, veniens ad Basilium

Enc. Bas

AUCTORE P. B.

teste Anonymo,

ad quem ejus videt Spiritum S. in specie columbæ.

idem testatur Nyssenus,

et ipse Ephrem,

Enc. Eph.

dicens, se divinitus Cæsaream missum

venisse populo prædicantem,

A (ut rem paucis complectar) universum illum cœtum, splendoribus gratiæ renidentem. His vero cunctis ita religiose ex electo vase regni efflorescentibus, laudavi sapientem et benignum Dominum, qui sic ipsum glorificantes glorificat.

AUCTORE F. B.

305 Peracto autem auditorio, Spiritu sancto revelante, me adesse cognovit : qui meam vilitatem accersendam curans, per interpretem interrogabat me, dicens : Tune es Ephrem, qui præclare collum inclinatum jugo salutaris verbi subjecisti? Et respondens dixi : Ego sum Ephrem, qui meipsum a cœlesti cursu sequestravi. Cumque me apprehendisset, sancto suo osculo consalutavit ; instruxitque mensam epulis sapientis ac sanctæ et fidelis animæ ipsius, non quidem corruptibilibus conditam ferculis, sed immortalibus refertam sententiis. Dicebat enim, quibus recte factis possimus nobis conciliare Dominum, quo pacto peccatorum prohibeamus insultus, quo pacto etiam passionum occludamus ingressum, quo pacto apostolicæ virtutis possessionem capiamus, et quo pacto incorruptum placabimus judicem. Lugensque exclamavi ac dixi : Tu Pater, remissum ac segnem custodi : tu me in rectam semitam dirige : tu cor meum lapideum

deque sua præscientia edoctum, a Spiritu S.

B compunge. Ad te enim spirituum Deus abjecit me, ut animam meam cures. Tu animæ meæ navem expedi, atque perduc ad aquam requietis. Hic mihi præclari magistri studium diligenter attende, unde meam virtutem comprehendit, formam complexus est et (ut eo verbo utar) virgam corporis ; evellensque indolem irrationabilium passionum, detraxit siliquas meas, ac tabem oculorum ; subtrahensque mihi viriditatem ac immaturitatem, sermonis æmulatione me cepit, demersitque me in pocula doctrinæ suæ. Tunc sensum ac cogitationem concepit venter meus pariendi quadraginta Martyrum laudes : omnem enim rationem ac modum tolerantiæ ipsorum meis infudit auribus vir ille egregius, quemadmodum scilicet mortem sibi pro Christo delegerint, quantaque pericula despexerint, ut ipsum lucrifacerent ; tum quot numero Sancti fuerint, reliquaque pietatis eorum commemorabat certamina. Quod ergo ad ejusmodi insignem effectum, nos dignos censuerit fidelis Pontifex, ut triumphantium istorum virorum de tam illustri martyrii sui reportata victoria, in alia Oratione, laudes descriptas relinqueremus est, quod Sanctum hunc Christi, ejusdem cum illis admirationis parisque honoris virum, beatum prædicemus atque felicem.

sibique gratulatur de iis quæ audivit ;

C 306 *Contulerunt hi quoque Sancti inter se de divinarum Scripturarum intelligentia : hac enim opportunitate Basilius avide usus est, ut obscuriores quasdam sacræ Scripturæ sententias ex Syriaca interpretatione elucidatas acciperet. Hinc passim creditur de S. Ephrem loqui, cum exponens inter alia illud Genesis,* Spiritus Dei ferebatur super aquas, *ita scribit* : Quonam pacto, dixeris, super aquas hic ferebatur ? Equidem non meam tibi, sed viri cujusdam Syri sententiam recensebo, qui tantum a sapientia mundi distabat, quanto verarum scientiæ rerum propinquior erat. Aiebat igitur ille, Syrorum vocem significantiorem atque evidentiorem esse, et, ob affinitatem quam habet cum Hebraica lingua, sententias Scripturarum aliquo modo propius attingere : itaque talem hujusce dicti sententiam esse dicebat : Verbum hoc, FEREBATUR, pro CONFOVEBAT, vitalemque fœcunditatem aquarum naturæ præbebat, sumunt atque interpretantur, ad similitudinem aviculæ incubantis, vimque vitalem quamdam imprimentis in ova, quæ ab ipsa foventur : talem ille prædicabat ea voce sensum signari.

uti et Basilius vicissim quædam ab illo doctus.
Hexam Homil 2

D

CAPUT XXV.

Basilii ægritudo : mors Emmeliæ matris ejus : item Athanasii Ancyrani Episcopi, et Musonii Neocæsareensis.

T*oto hoc tempore optabat Basilius invisere aut hospitem apud se excipere S. Eusebium Samosatenum, ut ejus consilio uti posset in tanta rerum perturbatione : impedimentum tamen, quo minus optatis frueretur, attulerunt frequentes ejus morbi.* Ea enim erat deploratæ valetudinis immensa miseria, ut cum videretur meliuscule habere, magis esset prostrata valetudo, quam quorum salus plane deplorabatur. Atque hunc facillime iniri ratio potest ex conjectura, qualis esset cum afflictim ægrotaret et morbo retentus decumberet, qui eum usque ad ipsas mortis januas deduxerat. *De eadem hac sua infirmitate forsan etiam alibi loquitur, ad eumdem Eusebium :* Quo tandem, *inquiens*, animo fuisse me putas, cum tuas, o vir pie, accepi litteras? Si enim sensum illarum respiciebam, cum impetu volui recta ad vos volare : si vero ad corporis imbecillitatem qua ligatus decumbebam, non solum sensi me non volare, sed ne in

Samosatenum cupiens visitare Basilius,

B. Ep 262

B. Epist 8

longa impeditur infirmitate ;

E lecto quidem convolvi posse. Nam quinquaginta his diebus æger decubui; quibus mihi sedulo adfuit dilectus et omnium studiosissimus Frater noster et comminister Elpidius. Multum enim febre sum consumptus, quæ ob penuriam nutrientis materiæ, arida hac carne, ceu lucernaria papyro circumdata, tabidam longamque ægritudinem induxit. Antiquum vulnus huic accedens, a cibis me abstraxit, oculis somnum ademit, tandem morti et vitæ confinem me effecit, tantum vivere permittens quantum ad dolorem sentiendum opus est. Itaque et aquis usus sum natura calidis, et quasdam medicorum curationes amplexus sum : omnia vero superavit robustum pertinaxque hoc malum, quod consuetudine præsente alius fortasse ferre potuisset : ex improviso autem invadens, nullus adeo adamantinus est, ut ferre possit; a quo diu vexatus numquam sic afflictus sum, ut nunc, impeditus ab ipso, quo minus ad congressum complexumque tuæ sinceræ dilectionis venerim. *Neque tantum Basilii infirmitas, ne Eusebium conveniret, impedimento fuit; sed etiam* Eustathii Diaconi, qui morbo gravissimo conflictatus, usque ad duos menses Basilium detinuit, de die in diem dum convalesceret expectantem : deinde omnes qui cum eo erant infirma fuerunt valetudine, *donec et ipsemet, ut supra dictum, in morbum incidit.*

tum sua,

B Ep 257
tum Diaconi sui :

F

308 *Decumbente Sancto, aut potius paulatim convalescente,* periit orthodoxis Tarsus *civitas, accipiens Episcopum Arianum, defuncto Episcopo suo Silvano Basilius* ad hujus rei nuntium, silentium tenere non potuit, quæsivitque orationem quamdam dignam factis, ut vox sua non assimilaretur suspirio sed fletui, qui mali gravitatem abunde exprimeret : tantam civitatem, tam feliciter agentem ut Isauros, Cilicas, Cappadocas, et Syros sua opera in concordiam perduxerit, unius aut duorum hominum exitiali socordia pessum ire ; dum nos cunctamur, *inquit*, consultamusque, et nos mutuo respicimus, propriæque incolumitati prospicientes proximorum res habemus sus deque ; parum scilicet intelligentes, quod omnino sit necesse singulorum conditionem conclamatam haberi, ubi male successerit Reipublicæ. Itaque propter contractam inde mœstitiam, plurimum ipsi temporis fuit impendendum ad vires recolligendas, recurrentibus subinde infirmitatibus ob mœrorem animi vehementiorem, quamvis sua culpa minime factum esse sciret ut Ecclesia hostibus proderetur. *At neque Samosatenus aliquid intermiserat,*

affligitur etiam perditione Tarsensis Ecclesiæ,

B Ep 5

B Ep 257

B Ep 5

B. Ep 262

A *rat, quo tantum malum præveniendo averteret* : ut enim hæc omnia jam longe ante præviderat proclamaratque; ita steterat in procinctu expectans, aliosque per litteras et internuntios concitaverat, ipse in rem præsentem occursans, quid non perpetrans? quam vocem non emittens? Verum mali eventus causa fuit, *ut alibi dictum est*, quod Episcopi *Basilio communicantes*, vel per socordiam, vel eapropter quod ipsum suspectum haberent, nec bene et sincere essent erga eum affecti; vel saltem per diaboli oppositionem, qui bonis operibus solet adversari, nequaquam voluerint cum illo conspirare.

frustra contra nitente Samosateno ab Arianis occupatæ

B. Ep. 237

309 *Quemadmodum vero dubitandum non est, quin Basilii infirmitas opportunitatem longe commodiorem fecerit Arianis Ecclesiam Tarsensem invadendi; sic etiam impedimento fuit, quo minus alia caritatis officia amicis suis præstaret. Ita non potuit Antipatro provinciæ Præfecto commendare coram causam Palladiæ, matris gravissimæ, quam non solum generis propinquitas ipsi adjunxerat, verum morum suavitas loco parentis ei constituerat. Quocirca cum de ædibus illius turbæ nonnullæ et motus concitarentur, cum per litteras excitatum volebat, ut disquisitionem controversiæ istius aliquantulam differret, et suam expectaret præsentiam, ut coram* B *exponeret quæ scriptis mandare non erat conveniens* : Nunc vel maxime, *inquit*, valetudinem meam infirmam accuso, et damnum persentisco inde illatum, cum viro tam illustri, res patriæ meæ administrante, ipse necessario abesse cogar, corporis curandi solicitudini intentus : integrum enim mensem me oportet assidere, curationi ab aquis calidis faciendæ, acsi aliquid mihi inde opis vel auxilii accessurum esset. Videbor autem multis lab rem frustra insumpsisse, imo vero non paucis risu dignus, cum neque proverbium illud satis curem, quo nihil ad mortuos accedere emolumenti dici solet, si calidis aquis perfundantur. *Nemo quidem certo affirmaverit, hæc omnia referenda esse ad eamdem Basilii infirmitatem, qui testatur* se natura ipsa fuisse valetudinarium : *verosimile tamen videtur, ob argumenti similitudinem.*

Eodem aut simili morbo impeditur

pro amicis apud Præfectum agere :

B. Ep. 366

310 *Quid quid sit, quod Sanctum magis spectat et sanctitatem demonstrat, virtutes ei eas discimus, quarum exercitium infirmis omnibus commendemus. Nam imprimis, ut modo ostendimus, quantum vires patiebantur, et adhibenda medicamina permittebant, curam Ecclesiæ non prætermisit, nihilo segnius pro ea laborans. Inter graves autem dolores, urbano pioque subinde lepore se aliosque oblectabat; quæque præcipua infirmorum virtus est, agnoscebat sibi morbum immissum* C *a manu Domini, suscipiebatque eum, omnino conformans se divinæ dispositioni.* Cum, *inquit*, Domini flagellum sit ipse morbus, cruciatus et dolores (et quidem meritissimo) novis insuper cumulis adaugens; infirmitatem acquisivi ad infirmitatem; ita ut vel pueri deinceps intelligant facillime, fieri omnino non posse, quin pellicula defluxa evanescat : nisi forsan divina misericordia et erga omnes longanimitas, pœnitentiæ nobis tempora ampliando, malorum (ut et alias) relaxamentum dederit, atque omni ex parte præpeditos et miseriis inextricabiliter involutos expediverit. Verum ista ut visum est Deo, sic evenient, et ut nostræ utilitati conduxerit.

interim faciens quod poterat,

B. Ep. 237

seque divinæ voluntati conformans,

311 *Sic morbis afflictum Basilium, luctantemque cum Sebasteno Eustathio, excepere insidiæ Arianorum: qui iterum exorsi ipsum aperte persequi, fraudibus suis et calumniis tantum effecerunt apud Imperatorem, ut decretum obtinuerint, quo Basilius accusatorum suorum dispositioni relinqueretur. Hæc forsan respiciunt ejus ad Meletium verba hæc :* E vicino spes est, futurum, ut quæ Ariani minitantur, tandem exitum sortiantur. *Verumtamen cor Regum in manu Domini. non enim multo post executio decreti istius contrario Imperatoris mandato suspensa est, ut scribit Sanctus ipse ad* D *præfatum Meletium :* Venit, *inquit*, nuntius quidam ex comitatu, sub primam Imperatoris motionem, ad quam illum impulerunt, qui calumnias adversum nos effuderant; retulitque, alterum quoddam captum esse consilium, ita ut accusatoribus non demur expositi, neque voluntati illorum tradamur, quod ab initio decretum erat; sed ut interea quædam causæ prorogatio ac dilatio fiat. Sive igitur ista ita maneant, sive aliud quid istis humanius decernetur, Pietati tuæ significabimus : si vero priora obtinebunt, ne hoc quidem celaberis. *Aliquid ultra decretum esse, nos reperitur; videntur tamen Ariani, falsi spe sua, ad alias artes confugisse; et petiisse, ut prætextu pacis Basilius ad Palatium evocaretur, quod Sanctus Episcopo cuidam, Eusebio forsan aut Meletio, ita significat :* Scias autem me per calumnias hæreticorum in expectatione esse citationis, ad Palatium Imperatoris, sub velamento et prætextu faciendæ pacis. Hæc ad me fama delata est.

Mutato quo Arianis erat tradendus decreto,

B. Ep. 58

AUCTORE F. B.

alteroque de eo ad Palatium evocando,

B. Ep. 242

312 *Eodem tempore* Episcopus quidam, in Mesopotamia constitutus, nuntium misit ad Basilium et dedit operam, ut ipse conveniret se, in iis partibus hærentem; convocatisque sententiæ suæ locis qui E Ecclesiis dominantur, illis comitatus ad Regem festinaret. Verum consilium istud Basilio minime probabatur : nam sibi corpusculum hoc non erat suffecturum ad hiemalem peregrinationem subeundam. Aderat quippe in foribus hiemis inclementia, domi ipsum cohibens, et ne loco quidem moveri permittens. Nam etiamsi illa solito contingeret tolerabilior, infirmo tamen satis impedimenti allatura erat, ut non solum per seipsum iter ingredi, sed ex ipso quoque domicilio prospicere nequiret. Ast neque iter istud necessario agendum videbatur : consilium tamen *ejus, ad quem scribebat Episcopi*, ea super re requirebat.

excusat iter ad aliud colloquium morbo prohibitus.

B. Ep. 6

B. Ep. 242

313 *In hæc quoque tempora incidisse creditur obitus S. Emmeliæ, matris S. Basilii, de qua pluribus actum* XXX *Maji; cum ipse, ob persecutiones Arianorum, morienti adesse non posset*, Ecclesiis fere ut corpus suum affectis, nulla quidem spe bona affulgente, verum in deteriora rebus semper delabentibus; quamvis ii qui ipsi insidiabantur facere aliquid, ira eorum et sævitia dignum, nondum permitterentur. *Mors illa matris suæ quam gravis Basilio acciderit, dicat ipse.* Nunc autem, *inquit*, quod unicum habebam vitæ solatium, matrem ipsam propter peccata mea amisi. Ne me derideas, qui in hac ætate orbitatem deflere soleam : sed hoc scias, me animæ excessum nequaquam ægre ferre, cui quid in reliquis dignitate respondeat non invenio. Rursus igitur in morbum F incidi, iterumque in lecto decumbo, exiguis omnino viribus fluctuans, et propemodum in unaquaque hora necessarium vitæ finem expectans.

B. Ep. 7

Moritur et mater S. Emmelia

B. Ep. 7

314 *Anno* CCCLXXII, *quo Emmelia obiit*, Neocæsarea et Ancyra visæ sunt habere successores eorum qui abierant. *Horum primus Athanasius Ancyranus Episcopus, patrem habuerat* Athanasium, virum qui scientiarum disciplinæ plurimum operæ navaverat, gentiumque et urbium principatus gubernaverat, et ad magnam progenitorum virtutem zelo quodam ferebatur, etiam in exemplum probitatis proponendus. *Filius vero Ancyranus Episcopus*, magna et præclara pro tuenda fidei rectitudine certamina exantlavit. *Ob hujus obitum Basilius*, tactus pelicano solitudinem incolenti similis, *ingemuit* : utque dolorem cordis lugubri voce significaret, opus se habere *dicebat* Hieremiæ lamentationibus. Mortuus est enim, *inquit*, vir, qui vere columna erat et stabilimentum Ecclesiæ; imo magis ad beatam vitam sublatus, a nobis abscessit. Haud parvum vero periculum est, ne subtracto hoc fundamento, simul cum illo multi decidant, et quæ in nonnullis sunt putrida ac marcida.

item Athanasius Ancyr. Ep.

B. Ep. 29

altera Ecclesiæ columna.

B. Ep. 67

AUCTORE F. B.

A cida, manifesta fiant. Clausum est os, quod hactenus et competenti fiducia et sermonibus gratiæ ad Fraternitatis ædificationem scaturivit. Ablata sunt consilia mentis, quæ revera divinitus agitabatur. O quoties animum meum (accusabo enim me ipsum) nonnihil contra hunc virum indignationis subiit, quod totus hoc desiderio tenebatur, ut dissolveretur et esset cum Christo; nec hoc pluris faciebat, ut diutius propter nos in carne maneret. Cuinam deinceps Ecclesiarum curam imponemus? quem in rebus hisce tristibus accipiemus consortem? quem habebimus modestiæ ac temperantiæ dispensatorem? O grandem prorsus ac tristem desolationem!

magno cum sensu Basilii,

315 *At quis non miretur Episcopum, Basilio usque adeo dilectum æstimatumque, ab Eustathianis decipi potuisse, ut temere Sanctum hæreticæ doctrinæ reum dijudicaret, in eumque vehementius inveheretur ac comminaretur.* Ita *ad Basilium* detulerunt, qui audierant. Et hic ad minas quidem admodum risit, neque enim ut puer ejusmodi terriculamenta metuebat: hoc tamen formidabile multaque cura dignum visum est, quod integerrimus ille vir, quem et rectitudinis fulcimentum, et veteris veræque caritatis seminarium, B ad consolationem Ecclesiarum conservare se crediderat, usque adeo præsentis status corruptelæ particeps esset, ut quorumvis vel vulgarium calumnias pluris faceret, quam longam Sancti experientiam; et ad pravas suspiciones sine certis indiciis permoveretur; nec ad suspiciones tantum, sed et indignationes et minas; nec suspicantis jam, sed manifeste ac indubitatio persuasi iram ostendisset. *At Basilius malitiæ temporum istorum causam hujus rei deputans, amice cum illo expostulat: et errorem detegens;* Quinti quæso, *ait*, laboris erat, o præclare, brevi epistola, de quibus voluisses, tamquam solum cum solo colloqui? aut, si litteris res ejusmodi committere noluisses, vel ad te ipsum nos vocasses: si vero prorsus et istud faciendum non erat, et præ indignationis indomito æstu tempus opportunum expectare noluisti; at vel aliquo tuorum, qui ad obtegendas res arcanas idonei assuetique sint, poteras uti administro ad ea quæ significare voluisses. Nunc vero cujusnam auribus non obstrepunt illi, qui negotiorum quorumdam gratia quandoque vos accedunt, quasi noxia quædam scripserimus aut scribentibus aliis subscripserimus? Nam isto te verbo usum esse ferunt. Me sane, ad multa mente et cogitatione conversum, nihil liberat incertitudine consilii. Itaque C et tale quid suspicari cœpi, ne forsan hæreticorum quisquam nomen meum commentationibus suis subdole adscripserit, atque ita rectitudinem tuam contristarit, et ad istam vocem emittendam induxerit. Non enim scriptis nostris, quibus eos impugnamus, qui Filium ac Deum ausi sunt asserere non esse, quod ad essentiam attinet, Deo et Patri similem; aut eos qui blaspheme docuerunt, Spiritum sanctum esse creaturam; istam contumeliam inferre sustinuisses, qui magna illa et præclara pro tuenda fidei rectitudine certamina decertasti. Liberabis autem nos perplexo labore animi, si quibus de causis permotus sis, ut tam acerbe in nos invehereris, aperte significare volueris. *Hoc autem fecisse Athanasium, et Basilii litteris acquievisse, verisimile evadit ex mœrore, quo hunc illius mors affecit.*

B. Ep. 53

licet aliquando ab eo de hæresi accusati,

ideoque apud eum solicite questi

de judicio tam temerario.

316 *Alter, cujus obitum hoc quoque anno Basilius luxit, Musonius fuit, Neocæsareensis Episcopus; quamvis et beatum istum, ad conservandam Ecclesiarum pacem, conjunctum sibi Basilius non habuerit, propter quasdam, ut ipse decribit, anticipatas suspiciones. At ille propterea numquam desiit eumdem socium certaminum adversus hæreticos susceptorum advocare, nec defunctum omisit præclaro elogio posteris commendare.* Mortuus est, *inquit*, vir omnium sui temporis omni- D bus simul humanis bonis præstantissimus, columen patriæ, Ecclesiarum decus, columna et firmamentum veritatis, robur ejus quæ in Christum est fidei, suorum munimentum, nullis adversariorum machinis expugnabilis, custos rituum paternorum, inimicus novandarum rerum studiosis: qui in seipso visendam præbuit priscam Ecclesiam formam, et veluti ad sacram quamdam veteris status imaginem, Ecclesiæ sibi commissæ faciem effingens; ita ut qui fruerentur ejus consuetudine, cum illis vixisse viderentur, qui ante ducentos annos et ultra instar luminarium resplenduerunt: ita nihil de suo, nihil quod novæ alicujus cogitationis inventum saperet, in medium hic vir attulit: sed, juxta benedictionem Moysi, ex ipsis arcanis cordis sui ac bonis thesauris, vetera veterum, et quæ ante faciem juniorum vetera essent, proferre noverat. Hac sane ratione, et in ipsis consortium ac coæqualium consiliis, primo honore potitus est: non enim propter ætatis prærogativam, sed quoniam omnes sapientiæ vetustate superabat, communi consensu et condonatione primas obtinuit. Quantum vero lucri dederit talis institutio, nemo quæsierit, qui modo ad vos respexerit, o Neocæsareenses; nam soli inter eos E quos novimus, vel admodum cum paucis; in tanta rerum tempestate ac turbine, tranquillam vitam per illius gubernationem egistis. Non enim apprehendit vos hæreticorum ventorum procella, quæ mentibus leviusculis et seductioni facile expositis subversiones pepererat et naufragia..... Quamquam, etiamsi ad extremam senectam vir iste non pervenit; at certe, quod ad tempus attinet, ad præsidendum vobis satis vitæ habuit: et corporis viribus tantum potitus est, quantum ad declarandam animi tolerantiam in rebus mœstis opus habuit.

Similiter afficitur Sanctus obitu Musonii Neocæsareen.

B. Ep. 62

sanæ ac veteris doctrinæ tenacissimi,

licet non plane senis;

317 Dicet forsan aliquis vestrum, quod temporis diuturnitas apud eos, qui ipsum experimento cognoverint, accessionem potius dolori et amori quam satietatem sit allatura; ita ut quanto prolixiore tempore bonum istud experti estis, tanto amplius amissionem illius sentiatis; corporis vero justi vel umbra apud pios honore quovis digna est. Esto id sane, cum etiam ex nobis quamplurimi simul ad hunc modum affecti (neque enim ego ipse dixerim, virum istum esse contemnendum) sed, ut quod triste accidit humano more feratur, suadeo. Quandoquidem et meipsum haud fugit, quænam ab illis dici possint, qui damnum acceptum deplorant. Silet quidem lingua, alias fluviorum instar aures alluens; F cordis vero profundum nemini comprehensibile, somniis imbecillius (quantum ad homines attinet) avolavit. Quis acutius illo futura prævidit? Quis tam stabili ac solido ingenio, ac fulgure citius, ad occurrendum imminentibus causis sufficit? O Civitas, multis quidem jam occupata perturbationibus, a nulla tamen illarum tam letali unquam damno affecta! Occidit nunc quidem pulcherrima tibi venustas: Ecclesia vero lamentatur, solemnes conventus lugent, sacer seniorum consessus coryphæum desiderat, sermones mystici interpretem suum expectant; filii patrem, senes æqualem, qui in magistratu sunt principem, populus præsidentem, alimonia destituti nutritorem, omnes eum familiariter usurpatis: nominibus invocant, et accommodis juxta propriam uniuscujusque affectionem vocabulis deplorant amissum. Sed quo mihi sermo præ lacrymarum voluptate rapitur? An. sobrietati non restituemur! Non reddemur nobis ipsis? Non respiciemus ad communem Dominum, qui postquam unumquemque Sanctorum suæ ætati servire permisit, competenti tempore illos iterum ad se revocavit!

et Neocæsareenses solatur

jacturæ tantæ compatiendo:

318 *Hinc digreditur Basilius ad fideles monendos, ut, Deo confisi et unanimes, vigilantem ac orthodoxum*

A *dorum Pastorem quamprimum eligere satagant.* Jam in illa, *inquit*, tempestate, quæ Musonius dixit in memoriam revocate : qui cum vobis concionaretur, perpetuo commonebat ac denuntiabat, dicens. Cavete canes, cavete malos operatios. Multi sunt canes. Quid dico canes? Imo lupi graves, qui sub specie ovicularum fraudem tegentes, ubique terrarum gregem Christi dissipant ; qui vobis præsidio vigilantis cujusdam Pastoris cavendi sunt. Hunc animis, ab omni contentione et ambitione repurgatis, petere vestrum est ; Domini vero designare, qui a tempore magni Præsidis Ecclesiæ vestræ Gregorii, usque ad Beatum istum, alium post alium semper, quasi ex quadam pretiosorum lapidum serie, depromptos adjiciens et adaptans, admirabilem Ecclesiæ vestræ pulcritudinem largitus est. Itaque neque deinceps de futuris desperandum est : novit enim Dominus suos, et in medium eos procul dubio adducet apud vos, de quibus fortasse nihil tale expectabatur. Jam dudum volentem me sermoni finem imponere, dolor cordis non permittit quin obstester vos, per Patres, per rectam Fidem, per Beatum istum, ut vigili mente expendat quisque vestrum, B quid sibi ipse quærat ; et quocumque res, sive bene sive male cadant, se cum primis illarum participem fore putet : neque publicarum rerum curam, quod multi assolent, in proximum rejiciat : ne postea, dum eodem singuli animo res agendas negligitis, antequam animadvertatis, proprium vobis singuli malum per incuriam accersatis. Ista, sive tamquam ex vicinorum commiseratione, sive ex eadem sentientium communicatione dicta ; aut etiam, quod verius est, tamquam ab iis qui legi dilectionis obediunt, et periculum quod scientibus timendum esse fugiunt, cum omni benevolentia accipietis ; persuasi quod gloriatio nostra sitis, quemadmodum et nos vestra, in diem Domini ; et quod, propter Pastorem qui vobis dabitur, futurum sit, ut vel amplius et arctius dilectionis vinculo uniamur, vel prorsus disjungamur ; quod absit, oro ; nec fiet, per gratiam Dei. *Hæc quidem Basilius ad Neocæsareenses, quo Ecclesiam istam in fide conservaret, et orthodoxos Episcopos unius accessione tamquam novo præsidio firmaret. Verumtamen successu caruit solicitudo ista, nam quisquis fuerit ad Episcopatum hunc assumptus, et non nocuerit, nihil saltem præclari pro Ecclesia gessit.*

et hortatur ad concordem successoris electionem,

citra respectum privati cujusquam commodi :

nequis forte Arianus irrepat

CAPUT XXVI.

C *Gregorii Nysseni exilium. Reliquiæ S. Sabæ Martyris in Cappadociam delatæ ad Basilium.*

An. 372 Demosthenes Vicarius,

Prædicto anno CCCLXXII, *qui septimus est ante obitum Basilii, octavus ante mortem Macrinæ junioris, accessit ad Basilii afflictiones persecutio Arianorum in fratrem suum Gregorium Nissenum, ejusque ab Episcopatu suo et patria exilium. Tunc Demosthenes, Vicarius Præfecti Prætorii, in Cappadociam venit, malorum omnium caput et origo ; idem forsan, qui anno* CCCLXXI *Imperatoriæ culinæ præfectus, cum Basilium coram Valente perorantem interpellaret, suavi sarcasmo obmutescere ab eo jussus est, etenim corporis moles, ob quam ipsum Basilius* cete obesissimum et grandissimum vocat, *satis declarat, eum non multum a culinæ ministerius abhorruisse : laudatur vero a Basilio ad ipsum scribente,* ut Christianus imprimis et Orthodoxus accuratus legum observator illarum quibus res hominum ordinatæ leguntur, *non quod esset, sed quod esse deberet. Talem certe non probant, tum quæ contra Orthodoxos, tum quæ contra Gregorium Nyssenum gessit : unde Basilius, ad Eusebium Samosatenum scribens multo aliter, suam de eo opinionem sic explicat :*

B. Ep. 405

B. Ep. 385

Advenit huc Vicarius, malorum caput nostrorum D et origo, an hæretica pravitate imbutus, haud scio ; reor potius, eum omnis doctrinæ expertem, nec pensi quidquam facere, nec solicite curare hæreticane credat, an orthodoxa dogmata : alia sunt enim illius studia ; aliis ille, cum nocte, tum etiam interdiu corpore vacat et animo exercitiis. At certe hæreticorum fautor existit, qui quanto erga illos studio fertur, tanta nos persequitur inimicitia. Dedit enim nobis justus Judex, juxta operum exigentiam, angelum Satanæ qui nos satis superque colaphizaret, hæresim quidem vehementius defendens, bellum vero usque adeo nobis inferens, ut ne sanguini quidem sit parcitum multorum in Dominum credentium.

AUCTORE P. B.

B. Ep. 264

hæreticorum fautor et minister,

B. Ep. 405

320 *Is itaque*, per brumæ medium et valentissima frigora, reproborum concilium celebravit in Galatia ; *scilicet Ancyræ*, ubi Eustathius *Sebastenus* cum suis per singulas domos societatem hæreticorum amplexus est, et ad consortium ab ipsis in hunc modum susceptus. *In eodem conciliabulo Demosthenes, opera ejusdem Eustathii Sebastheni*, ejecto Hypsio, *Episcopo Ancyrano orthodoxo, et successore Athanasii item Ancyrani*, Ecdicium substituit, *cognomento* Parnassenum, *forsan quia sic dictæ civitatis in Cappadocia Episcopus fuerat, quem Episcopatum reliquerit ut Acyranum invaderet. Quidquid sit*, malum futuræ vitæ viaticum sibi ipsi adscivit is, qui Ecclesiæ ipsum præfecit, *inquit Basilius : nam in Episcopatum intrusus*, Basilidis, *Gangrorum in Paphlagonia Episcopi, Arianismo infamis, factus est* consors et conscius. *Neque hic stetit Demosthenis impietas :* fratrem *præterea Basilii Gregorium*, abduci imperavit : ab uno dumtaxat Philochare, et quidem terræ filio, *seu vilis conditionis homine, accusatum.* Et ille quidem jubenti obtemperavit : at cum pleuritide laboraret, et propter accedentem frigiditatem renum infirmitate subinde sæpius afflictaretur ; coactus est, rigidiuscule et inflexibiliter a militibus habitus, ad corpus suum curandum, et solamen in tolerandis molestiis acquirendum, in locum requietis refocillandi sui causa transferri. *Hinc per conjecturam non inverosimilem colligitur, Gregorium, e manibus ducentium se militum dilapsum, in locum tutum et secretum, aut in latebras aliquas se transtulisse. Videntur vero Ariani accusationis capita duo apud Vicarium ipsi objecisse. Prima questio de pecuniis erat, tamquam male impendisset eas, quæ ad usum Ecclesiæ erant reservandæ. Sed sacrarum pecuniarum custodes, seu Ecclesiæ thesaurarii, parati erant ad reddendam* F *rationem cuivis flagitanti, et convincendas illorum calumnias, qui ausi fuerant eum accusare. Nec erat difficile ex ipsis beati Episcopi epistolis manifestam reddere veritatem, cuivis desideranti expositam. Alterum accusationis caput erat, Ordinatio contra Canones facta. Sed si quid in ea admissum erat, illi erant in causa qui manus imposuerunt ; non, qui vi et coactus illud in se susceperat ministerium.*

in conciliabulo Ancyrano Hypsium Ancyranum,

B. Ep. 73

E

B. Ep. 10

et Gregorium Nyssenum exilio mulctat,

B. Ep. 385

falso accusatos :

321 *Et Basilius, in hac fratris sui et Ecclesiæ calamitate, sibi minime quiescendum putavit : sed primum scripsit ad Abyrtium, nobilem quemdam et veterem suum amicum,* qui virtutem suscipere, et afflictis nosset condolere. *Quocirqua, inquit,* cum dilectissimum Deo Fratrem Gregorium Episcopum molestiæ apprehenderint, neque per se alias tolerandæ, et ipsius quam adversissimæ dispositioni ; visum est nobis optimum factu, ad tuum auxilium implorandum confugere, et mali istius a te relevamen poscere : est enim malum non minimum molestias illi facere, qui non est aptus ad molestias tolerandas ; pecunias quoque a paupere extorqueri, in medium protrahi, et tumultibus obtundi, qui olim tranquillitatis studio quietam vitæ rationem inierat.

B. Ep. 338

fratrem Basilius commendat Abyrtio,

A inIverat. Tuæ autem prudentiæ erit illud dignoscere, utrum Comiti thesaurorum, an quibuslibet aliis commendatum velis. *Scripsit quoque Basilius ad ipsum Demosthenem, plurium Episcoporum nomine idque summa cum observantia, quamvis erga pessime meritum, utpote publico judicis munere fungentem; fortiter tamen pro æquitate causæ: qua paucis demonstrata,* orat ut *accusatus* in patria audiatur, nec abstrahatur in externas regiones, nec cogatur expectare Episcoporum conventum.

AUCTORE F. B. — ipsique Demostheni. — B. Ep 385

322 *Interim idem annus consolationis quamdam materiam S. Basilio subministravit. Equimus VII Aprilis de S. Saba Gottho, qui sub Rege Athanarico sustinuit illustre martyrium. Acta Græco latine dedimus ex epistola ab Ecclesia Gotthiæ ad Ecclesiam Cappadociæ scripta; horum in fine, ubi narratum est quomodo Martyr aquis submersus fuerit, de Reliquiis ejus sic refertur:* Deinde extraxerunt illum homicidæ ex aqua, et insepultum reliquerunt. Verum nec feræ, nec volucres ejus Reliquias attigere; sed a piis Fratribus servatæ sunt, easque clarissimus Dux Scythiæ Junius Soranus, Deum colens, missis viris fide dignis, e loco barbaro in Romaniam transtulit; et gratificari volens patriæ suæ, pretiosum munus, B fructum fidei gloriosum, misit in Cappadociam ad vestram religionem, ex voluntate Presbyterorum; sic ordinante Domino, qui gratiam suam largitur sustinentibus et timentibus ipsum. Quam ob rem, qua die Martyr coronatus est, sacrificantes, hoc reliquis Fratribus nuntiate, ut in omni Catholica atque Apostolica Ecclesia, exultantes collaudent Dominum.

Persecutione in Gothia fervente, — Pag. 88 num. 8 — corpus S. Sabæ istic passi — defertur in Cappadociam,

323 *Junius Soranus, Dux Scythiæ, natione Cappadox, creditur verisimiliter is esse, quem laudat Basilius, quod Christianis sub persecutione gementibus, subvenire conatus sit.* Tu certe, *inquit*, quidquid boni feceris, privatim tibi thesaurus restat: at in quantum refocillas et foves illos, qui ob nomen Domini patiuntur persecutionem, hoc quantum est, tibi repositum thesaurizas in diem illam retributionis. *Deinde ab eodem Reliquias istic passorum petens, sic prosequitur.* Recte autem feceris, si et Martyrum Reliquias ad patriam tuam mittendas cures; si modo, id quod ad me perscripsisti, illa quæ viget in iis locis persecutio etiamnum Martyres Domino consignat. *Videtur autem Soranus implevisse Basilii desiderium, misso in Cappadociam corpore sancti Martyris* C *hujus Sabæ. Cum enim Basilius, Ascholio Episcopo Thessalonicensi scribens, celebrem mentionem faciat accepti corporis sancti cujusdam Martyris, de alio nullo aptius intelligi potest. Ascholius vero videtur tum temporis inter Gotthos versatus, ad Christianos in fide confirmandos, ne propter persecutionem deficerent. Contraxit is quoque singularem cum Basilio amicitiam, et per litterarum commercium fovit: cujus caritate sincera et constantia in orthodoxa fide, Basilius quoque sic delectatus est,* ut solent in densissima nocte constituti, repente exorto lumine recreari. Næ autem mihil vestra, *inquit*, nunc conditio persimillima videtur esse sideribus, per noctem nebulosam hac illac derepente effulgentibus, quorum quidem splendor per se est gratiosus, multo tamen magis ex eo quod derepente resplendescunt. Hujusmodi vos estis, o Ecclesiæ lumina, paucissimi omnino et facile numerandi, in hoc difficile rerum statu et conditione, per nocturnas tenebras coruscantes.

B. Ep 241 — curante Julio Sorano Scythiæ Duce, — et Ascholio Gothiæ episcopo, Cappadocibus; — B. Ep. 331

324 *Itaque Ascholius, inter persecutionis tenebras velut sidus coruscans Gotthis Christianis, videtur curasse simul cum Duce Sorano translationem S. Sabæ in Cappadociam, deque Actis præfati Martyris scripsisse epistolam, nomine Ecclesiæ Gotthicæ ad Ecclesiam Cappadociæ, suasque particulares ad Basilium litteras junxisse, qui hæc omnia indicat in suis ad illas, aliasque subspsN.sodare soracnmusinli nrsilu,a it iaq,* D tota est de athleticis certaminibus; de corporibus, pietatis ergo decarminatis; Barbarorum furoribus, conculcatis per homines impavidos nec ullo terrore tremefaciendos; de variis tormentorum generibus, quibus usi persecutores; continuis concertationibus, depugnantium aqua aut ligno, per quæ omnia Martyres consummabantur. Lætitia porro multiplicata sum affectus, propterea quod non is tantum tunc extabas, quem multorum perhibebant testimonia; sed illustres in te virtutum actiones, nostræ sunt gentis ornamenta. Sicut enim quasi surculus læte frondescens, a radice diffusus generosiore, fructibus tuis spiritualibus exteras nationes adimplesti, ita patria nostra, haud sane injuria, de propriis germinibus exultat. Et cum fidei causa obita certamina recenseres, Deum illa glorificabat, quod audierat, illam optimam parentum hereditatem in te ipso custoditam. Quæ et quanta sint tibi in præsenti præstita, eadem quæ novitio Athletæ testimonium perhibet patria. Apud gentes barbaras in vicino positas, gentem quæ te produxit honorasti; velut probus et honestus agricola, fructuum tuorum primitias ad illos transmittendo, qui semina tibi suppeditaverant. Digna sunt Christo ista munera. Veritatis istius testis est ille ipse Martyr, qui nuper justitiæ corona redimitus est: quem gavisi suscepimus; Deumque simul venerati sumus, qui per omnes denuo nationes cursum adimplevit Evangelii Christi sui. E

qui rerum hic martyris Acta scripsit. — B Ep 338 — his delectatus Basilius, — B Ep. 339

325 Enimvero quanta lætitia *Basilium litteræ Ascholii* affecerint, explicare, *inquit*, in promptu non est nobis. Etenim continebant illud de Martyribus narratum miraculum, quod expresse formam et effigiem naturæ referebat, ut res gestas ob oculos Basilio repræsentaret. Itaque cum ipse in manus epistolam istam sumeret, eamque legendo lustraret aliquoties, animadvertens Spiritus multa redundantem gratiam apud secula priora se versari arbitrabatur, cum florerent adhuc Ecclesiæ Dei, fide radicatæ, conjunctæ caritate; ita ut in unico corpore diversa membra et multiplicia unitam redderent respirationem; cum persecutores et passi persecutionem, in aperta luce designari possent; populus bello impetitus magis adaugeretur, et sanguis ille Martyrum Ecclesias irrigaret, Athletasque veritatis multiplicatos produceret, parantibus se ad certamen secuturis, a præcedentium [illegible] exemplis. *Huc Sanctus oculos animumque convertens, et ad præsentem Ecclesiæ statum [illegible], [illegible].* Tum Christianam inter nos colebamus pacem illam, quam reliquit nobis F Christus; cujus nunc ne vestigium manet reliquum, adeo infestis animis illam ab invicem abegimus. *Nihilominus* redibat cor *ejus* aliquatenus ad priscam illam beatitudinem, *cum ex remotis regionibus advenissent Ascholii litteræ, de amoris pulcritudine reflorescente:* Martyr, *inquit*, nobis adest ab illis usque barbaris qui ultra-Danubianas regiones colunt, fidei ibi in professione positæ perfectionem deprædicans. Quis lætitiam, qua ob istud ipsum animæ nostræ perfunduntur, percensere poterit? Quæ tanta dicendi vis aut facultas suppeditari, quæ valeat ad vivum depingere, quo affectu intimis animæ nostræ in occulto exultent? Cum Athletam intueremur, prædicabamus felicem illius aliptam, qui et ipse proculdubio coronam justitiæ a justo judice percepturus est olim, propterea quod quamplurimos ad certamen pietatis animaverit. *Ista quidem Basilius, exultans spiritu, ob missas sibi magnoque honore susceptas Martyris Reliquias;* et ob factam in litteris *Ascholii* mentionem beati illius viri Eutychis, qui fuerat ex Cappadocia oriundus, et ex primis gentem Gotthicam, barbaram et ferocem, ad suave Christi jugum adduxerat.

B Ep. repræsentat sibi priora tempora ecclesiastica sub tyrannis unionis, — [illegible] explicans animi sui gaudium. — ipsique Ascholio [illegible] B Ep. [illegible]

326

A 326 *Verum ut delectabatur Basilius commemoratione præteritorum, ita tristitia affectus e contrario per rerum præsentium commiserationem;* Nemo nostrum proculdubio, *inquit*, præ illo Eutyche virtutis ergo est nominandus; qui tantum absumus ut barbaros pacatos reddamus, per vim Spiritus et operationem charismatum spiritualium; ut potius pacatissimos, peccatorum nostrorum immensa mole, feroces reddamus. Nobis enim ipsis et peccatis nostris imputamus illud, quod potentia hæreticorum adeo creverit, et sese diffuderit in immensum. Vix enim ullus angulus totius orbis ab hæreticis ortam effugit conflagrationem..... refrixit caritas, Patrum prodita est disciplina, frequentata naufragia circa fidem, religiosorum ora conticescunt; populus abigitur a domibus orationis, et sub dio ac jove frigido, ad Dominum Deum in cœlis extendunt manus: gravissimæ passim afflictiones; nusquam tamen locorum martyrium; eo quod qui nos his afficiunt malis, ejusdem nomi nis nobiscum appellatione gaudent. *Ad hunc modum Basilius divina consolatione suos pro Ecclesia labores doloresque leniebat; obsecrans Dominum, postulatis etiam aliorum precibus, ut Ecclesias reconciliatus ad antiquam illam pacem eas reduceret.* B

tam utiliter inter barbaros laboranti.

CAPUT XXVII.

Consultationes novæ de mittendo iterum in Occidentem Legato.

Agitur de remittendo in Occidentem Dorotheo,

B. Ep. 70

P*ræcedenti anno* CCCLXXI *Episcopi Orthodoxi Orientis, per Sabinum Diaconum, litteras ad Occidentales miserant, ut Ecclesiis suis subsidium implorarent, ne penitus ab hæreticis absorberentur: sed cum sperati auxilii nihil inde accepissent, hoc anno rursus Dorotheum Presbyterum mittendum decreverunt.* Quamvis *enim*, ob persecutionis acerbitatem, oportuisset quamplures ex ipsis ad Occidentales accurrere, et unumquemque rerum suarum expositorem fieri; non dabatur tamen eo viam capessere et proficisci. Nam si quisquam eorum Ecclesiam suam vel brevissimo momento deseruisset, plebem insidiatoribus expositam reliquisset; et hoc ipsum erat documentum afflictionis ejus, in qua vitam vivebant plane miserabilem. Igitur per gratiam Dei unum miserunt pro multis, pientissimum hunc et dilectum Fratrem suum Dorotheum; qui et quæcumque litteris sibi creditis non satis exprimerentur, sua ipsius posset narratione adimplere; quippe diligenter cuncta assecutus, et zelo rectæ fidei ductus. *Hoc autem potissimum ab Occidentalibus Episcopis requirebant,* ut Imperatori Occidentis Valentiniano per eos innotesceret Orientalium Ecclesiarum perturbatio confusioque, *vel*, si hoc factu difficile foret, ut saltem eorum aliqui in Orientem, ad visendum et consolandum afflictos, venirent; qui ipsis oculis conspicerent calamitatem Orientis, auditu non satis perceptibilem, propterea quod nullo sermone res suas dilucide exprimere possent. C

cum litteris opem postulaturis

328 *Auctor hujus consilii, ut iterum Occidentalibus de rebus ecclesiasticis scriberetur, erat pientissimus Episcopus Eusebius Samosatenus, et quidem ut a Basilio scriberetur. Verum hic, quoniam non inveniret quomodo de quibus ille præceperat scriberet; commentarium misit Meletio Antiocheno, ut ipse illum nactus, prout animus suggereret, dignaretur scribere; adderetque subscriptiones Episcoporum, quæ a Sanctissimo Presbytero referrentur: nam hic eodem tempore, ut ante diximus, circuibat Orientem ad eas requirendas. Interea, antequam responsi quidquam a Meletio acciperet, forte etiam antequam designatus esset Dorotheus ad proficiscendum in Occidentem; iterum Basilio ad Meletium scribendum fuit; qua occasione rogat, ut,* D *postquam epistolam ad Occidentales efformaverit, ad se eamdem mittere dignetur, quo curet ipse ab omnibus consentientibus subscribendam; moneatque chartam ita ordinari, ut locum habeat subscriptionibus accommodum, quibus jungi posset epistola ea, quæ prius quidem scripta, tum tamen pariter per Orientem ad subscribendum circumferebatur. Subjungit denique alterum, quod ipsi inciderat, scribendi argumentum, hactenus intactum; nempe*, admonendos Occidentales, ne sine discrimine quorumvis ex Oriente venientium communionem accipiant; sed una semel electa parte, reliquos ex consentientium testimonio admittant, et non cuivis adstipulentur sub prætextu orthodoxæ doctrinæ, fidei formulam scribenti. Nam isto pacto deprehenderentur adversariis favere, qui eadem sæpenumero verba prætexunt quidem, inter se vero pugnant, ut qui plurimum divisi dissidentesque fuere. Ne igitur amplius hæresis eorum, qui inter se mutuo dissident, per sua scripta, quæ prætexere et objicere solent, incautos seducat; admonendi sunt, ut cum judicio accedentium communiones, et eas quæ cum scriptis fiunt, juxta formam ecclesiasticam faciant.

B. Ep. ... Eusebius ut Samosatenus scribat petit Basilius.

B. Ep. ...

AUCTORE P. B.

moneatque cautius agere cum venientibus ad eos Orientalibus,

B. Ep. 59

et ad communionem recipi petentibus,

329 *Non videtur dubitandum, quin S. Meletius epistolam quam Basilius rogarat conceperit, quæ tamen ad manus nostras non devenerit, nisi forte ea sit, quæ extat inter Basilii epistolas centesima octogesima secunda, inscripta Occidentalibus Episcopis, ut Ecclesiis Arianismo infectis opem ferant. Ibi tamen nulla fit mentio de recursu ad Imperatorem Valentinianum: sed ad commiserationem expositis calamitatibus Orientis, rogantur Episcopi Occidentis*, qui cunctis mortalibus prædicabantur, quod in fide illibati permanerent, et Apostolicum depositum illæsum servarent; ut vel nunc tandem manum Orientalibus Ecclesiis porrigant, quæ jam velut in genua depressæ inclinant; ac viros aliquos mittant, qui illas de præmiis admoneant, quæ patientiæ ac passionibus pro Christo toleratis reservantur. *Huic aut alteri epistolæ, communi Episcoporum nomine scriptæ, suam particularem Basilius jungit, et tradit deferendam Dorotheo ad Episcopos Italiæ et Galliæ, in qua recurrendum ad Valentinianum suadet, et persecutionis atrocitatem ita ponit ob oculos*: Persecutio nos apprehendit, Fratres colendissimi, persecutionem omnium gravissima. Abiguntur enim Pastores, ut greges dispergantur: et, quod omnium est durissimum, neque qui affliguntur, cum martyrii spe atque confidentia illatas passiones tolerant; neque plebs Martyrum loco athletas habet ac veneratur; propterea quod Christianorum nomine tecti sunt persecutores. Unum jam crimen est quod vehementer punitur, si paternas quis traditiones diligenter observet. Ob hanc causam avitis sedibus abiguntur pii, et ad solitudines migrare coguntur. Nulla est apud judices iniquos cani capitis reverentia, nulla religiosæ piæque exercitationis, nulla habetur ratio conversationis, ad Evangelii normam ab adolescentia ad senectam usque legitime traductæ: sed cum nemo sceleratus sine certis indiciis condemnetur, Episcopi sola intercedente calumnia damnantur et plectuntur, nulla evidenti probatione asserti criminis præcedente. Nonnulli ne noverunt quidem accusatores suos, neque tribunalia viderunt, neque delati sunt primum; sed nocte intempesta abrepti in exilium, fugati sunt, solitudinis calamitates ad mortem usque perpessuri.

E

quales forte inter Epistolas Basilii inveniuntur,

B. Ep. 70

ipse certo unas sic nomine scripsit,

F

330 Quæ vero ista concomitentur nemini latet, etiamsi nos sileamus; exilia Presbyterorum, proscriptiones Diaconorum, totiusque Cleri deprædationes. Necesse enim est vel adorare imaginem bestiæ, vel sævæ suppliciorum flammæ tradi. His accedunt gemitus plebis, lacrymæ continuæ, omnibus

quibus declarat miserum statum Orientis.

A bus et per singulas domos et publice, quæ patiuntur

AUCTORE I. B

inter se complorantibus : nemo enim corde est adeousque lapideo, ut patre privatus facile ferat orbitatem. Sonitus audiuntur lamentantium in civitate, sonitus in agris, in viis, in solitudinibus ; vox una loquentium miseranda ac tristis : sublatum est gaudium et lætitia spiritualis, in luctum mutatæ sunt festivitates nostræ : domus precationum clausæ sunt altaria cultu spirituali vacant : nulli amplius Christianorum cœtus, nulla amplius doctorum præsidentia : cessarunt doctrinæ salutares, cessarunt panegyres ac festivi publicique conventus : hymnodiæ nocturnæ non habentur, neque superest beata illa exultatio, qua Domino credentium animæ in synaxi ac communione spiritualium charismatum exhilarantur. Nobis jam dicere licet, quod in hoc tempore neque Princeps sit, neque Propheta, neque oblatio, neque incensum, neque locus ubi coram Domino possit offerri sacrificium ac misericordia acquiri. Hæc scientibus scribimus, propterea quod nulla orbis pars sit, quæ calamitates nostras ignoret. Quare nolite existimare, quod ista vobis vel docendi vel excitandæ diligentiæ vestræ gratia, loquamur. Novimus quod nostri numquam sitis obliti, B non minus quam mater filiorum uteri sui. Sed quemadmodum, qui dolore aliquo occupantur, per gemitus solent relevare mœrorem : ita et nos facimus, atque ut mœstitiæ gravitatem nonnihil excutiamus, multiformes nostras calamitates vestræ Dilectioni narramus, si quo pacto ad precandum pro nobis aliquanto ferventius permoti, impetretis a Domino, ut nobis placatus concilietur.

ubi depressis orthodoxis omnia sunt in potestate hæreticorum ;

331 *Deinde, tot tantisque malis auxilium implorans, prosequitur :* Quod si hæ tribulationes nos solos pressissent, visum nobis utique fuisset, et silentio illas obtegere, et de afflictionibus pro Christo illatis gloriari : quoniam præsentis temporis afflictiones, non sunt pares ad gloriam quæ revelabitur in nobis. Nunc autem metuimus, ne quandoque malum hoc acceptis viribus instar flammæ, per accensam et ardentem materiam serpentis sesequo effundentis, postquam ea quæ vicina sunt corripuerit et absumpserit, corripiat et remotiora. Hoc enim hæreseos malum cuncta depascitur, ad sanam quoque vestræ paroeciæ et habitationis partem serpet. Nos enim, forsan primi quidem propter exuberantia peccata nostra, crudelis istis hostium Christi dentibus absumendi, sumus objecti. Fortassis autem (quod vero C propius est) quoniam a nostris locis exortum Evangelium regni in totum orbem egressum est ; communis animarum nostrarum hostis, defectionis quoque seminaria, quæ in iisdem nostris locis initium ceperunt, in universum orbem transmittere contendit. Nam quibus illuxit cognitionis Christi lumen, super eosdem et impietatis tenebras inducere cogitat. Afflictiones itaque nostras, vestras reputate, tamquam germani Domini discipuli. Non impugnamur propter pecunias, non propter gloriæ splendorem, non propter aliquid aliud rerum temporalium : sed propter communem thesaurum, propter hereditatem paternam, propter sanam fidem in certaminis procinctu consistimus arrecti. Lugete nobiscum, o Fratrum amantes : occlusa namque sunt apud nos piorum ora, reseratæ vero audaces blasphemæque linguæ eorum qui adversus Deum loquuntur iniquitatem. Columnæ et stabilimentum veritatis in exilio et dispersione sunt : nos, qui tenuitatis causa despicimur, fiducia loquendi destituti sumus : ipsi quæso et pro hisce populis decertatote : et non tantum vestra spectate, quoniam appulistis ad portus tranquillos, per gratiam Dei, quæ vos a turbine malorum spirituum protegit; sed et Ecclesiis illis, quæ per tempestatem jactantur, manus porrigite; nequando, omni prorsus destitutæ auxilio, fidei D naufragium patiantur.

qui nisi illi reprimantur, etiam in Occidente prævalituri sint

ideo petit ut eos misereat Ecclesiæ Orientalis,

332 Ingemiscite nostri gratia : nam Unigenitus blasphematur, et nemo est qui contradicat : Spiritus sanctus dehonestatur, et qui reprehendere posset fugatur. Error multorum deorum obtinuit. Magnus apud illos Deus est; et parvus Filius, non naturæ nomen, sed honoris appellatio reputatur : Spiritus sanctus nec ad sanctæ Trinitatis complementum pertinere, nec divinæ beatæque naturæ consors, sed ex creaturarum numero, temere Patri et Filio adjectus esse, docetur. Quis dabit capiti meo aquam, et palpebris meis fontem lacrymarum, et deplorabo complures dies populum, perversis istis doctrinis ad perditionem adactum? In transversum rapiuntur simpliciorum aures, ac deinceps in consuetudinem transeunt hæreticæ impietates. In istiusmodi sermonibus doctrinæ plus quam impiæ, educantur Ecclesiæ infantes. Nam quid aliud etiam facient? Baptismata sunt apud hæreticos ; illi deducunt peregre quovis progredientes, invisunt infirmos, solantur mœstos, adjuvant laborantes, et pressis omnis generis opem adferunt, mysteriorumque communionem administrant. Hoc quod omnia per illos E dispensantur ac perficiuntur, quasi retinaculum quoddam est plebi, quo ad illos consentiendum astringuntur; ita ut brevi temporis decursu, etiamsi restituatur aliqua libertas, nulla tamen spes reliqua futura sit reducendi ad veritatis agnitionem eos, qui diuturnæ fallaciæ vinculo hæreticis obstricti sunt.

constitutæ in præsenti periculo fidei amittendæ.

333 *Dum jam pene in procinctu proficiscendi in Occidentem staret Dorotheus, aliud intervenit quod iter istud diutius differri persuasit. Nam* Presbyter Evagrius, filius Pompeiani Antiochensis, qui quondam migraverat versus Occasum, cum beato Eusebio Vercellensi Episcopo, rediit Roma petens a Basilio aliisque illic Episcopis litteras, eadem a Romanis scripta ad verbum continentes ; vicissim autem retulit quæ a Basilio aliisque erant scripta, tamquam minus placerent doctioribus qui illic sunt ; et legationem quamdam per viros fide dignos jam mitti petebat, ut honesta occasio daretur coram inspiciendi singula. *Optandum sane esset, ad historiæ elucidationem, ut sciretur quænam scripta illa fuerint, quorum unum ab Orientalibus in Occidentem missum, doctioribus qui illic erant non placuit; alterum, ab Occidentalibus fuit dictatum, tamquam exemplar epistolæ ad se mittendæ. Evagrius venit in Orientem,* F *Basilio adhuc infirmitate detento, ut supra narratum est; cumque non mediocri affecit lætitia : cumque inter se negotia Ecclesiæ Antiochenæ tractarent, pollicitus est Evagrius se cum Meletio communicaturum. Verum promissa quæ dederat non servavit : nam statim post adventum ejus Antiochiam, renuntiavit Dorotheus Diaconus Basilio, quod Evagrius concilio eorum interesse recusaret, et revera Paulino se junxerat, cui et successit. Etenim ille sibi persuadebat, Meletium, obfirmatum in suo cum Paulino schismate, duriorem esse ad ineundam concordiam; eidemque, ob privatas cum Paulino contentiones, nimium adhærere Basilium. Proinde rea* [illegible] *prolixam satis epistolam scripsit, hortatus ad pacis et concordiæ studium; utque Antiochiam veniens,* [illegible] *Meletium inviseret, et alteram legationem Romam versus procuraret; excusavit denique litterarum suarum prolixitatem, veritus ne ea Basilius offenderetur. Verumtamen* tantum id adfuit, ut perbrevis ei visa fuerit epistola, præ sua inter legendum voluptate; *etenim tale responsum urbanitas excusantis se cruebat.* Ecquod enim, *inquit,* acroama poterat dulcius esse, quam est nomen pacis ? aut quid Sacerdoti congruentius, quam de re ejusmodi consuli? quid Christo magis gratum accidere? *Optat tamen,* ut

B. Ep. 8. Evagrius in Orientem reversus,

refert litteras aliis quam speraverat Basilius ;

qui tamen gratissimas habet. B. Ep. 3..

A ut Christus pacis procuratæ mercedem Evagrio largiatur, qui rem tam præclaram sit aggressus, et tam studiose incubuerit negotio tam utili; spondetque se nulli mortalium concessurum de primis ad hanc curam et solicitudinem partibus; ut videre possit aliquando, id quod summe optaverit, et precibus contenderit; nempe videre diem, in quo qui non sunt a se invicem divulsi et separati sententiis, in unum conventuri consilium sint.

et suspicionem schismatis protracti amolitus;

334 *Ut autem omnem a se amoveat suspicionem, quasi ob privatas contentiones schisma foveret, subdit;* Essemus sane omnium mortalium absurdissimi, si schismate et distractione Ecclesiarum oblectaremur, nec membrorum christiani corporis coalitionem ante omnia alia bona reputaremus: at, quanto vehementiori ad id flagramus desiderio, tantum nobis deesse facultatis cognosce. Scias ergo, reverendissime revera et desideratissime nobis Frater, me privatim nullas cum quoquam fovere per Dei gratiam contentiones: sicut enim delicta non notavi, quibus quisque vel revera subjacet vel dicitur vulgo subjacere, curiosus alienæ rei explorator; ita convenit vobis nostram quoque sententiam considerare, ut
B qui nihil facere possimus tamquam advocati, ex præsumpta in quemvis accusatione suspicioneve: tantummodo Domini beneplacitum existat, ut omnia secundum formam Ecclesiasticam. et prout par est, administrentur. *Ad alterum quod rogabatur, ut Antiochiam veniret, respondit:* Propter incumbentis acerbitatem brumæ nobis non licet, quin nullomodo, licet velimus, possumus eo usque excurrere; non modo quod corpusculum, morbo infractum diuturno, id recuset; sed quoniam Armeniacorum montium transitus paulo post futuri sint impervii penitus, etiam validis et virentibus ætate. *Ad tertium, de legatione in Occidentem, subdit:* Ad Occidentales mitti me prorsus videtur impossibile; quippe qui nullo modo sum ad hoc ministerium comparatus. Quod si inter Fratres qui ibi sunt, quispiam sit qui Ecclesiarum causa labores obire velit; cognoscat oportet, ad quos proficiscatur, in quem finem, quibus etiam litteris instructus et qualibus. Ego, omnibus quidem circumspectis apud me, nullum prorsus animadverto.

excusat se a suscipienda legatione,

et hanc inutilem futuram censet

B. Ep. 10

335 *Quid ulterius circa legationem Romanam factum sit, haud reperio; præterquam quod conclusum fuerit, Dorotheum et Santesimum mittendos in Occidentem, pæne contra Basilii judicium, qui nullum inde*
C *sperabat auxilium.* Dorotheo, *inquit,* discedenti qualescumque dandæ sunt rursus epistolæ. Fortasse communicabit viam cum probo Sanctesimo, qui magno studio Orientem obambulat, et a singulis viris illustribus subscriptiones et epistolas apportat..... Etenim, si Dominus sit nobis propitius, quonam alio adminiculo indigemus? sin autem ira Dei permanserit, quale nobis auxilium ab Occidentalium supercilio et fastu aderit; qui veritatem neque norunt, neque discere sustinent; verum falsis opinionibus præpediti, illa nunc faciunt, quæ prius in Marcello patrarunt? nempe cum iis qui veritatem ipsis annuntiant, contendunt, hæresim autem per se ipsos stabiliunt. *Ejusmodi et graviores querelas de Occidentalibus expressit viro sancto zelus contra hæresim, et studium pacis Ecclesiarum; quæ procul dubio dicturus non fuisset, uti nec ea quæ alibi contra Damasum scripsit, si hujus sanctitatem habuisset perspectam. Deliberatum præterea, an Dorotheus cum Gregorio Nysseno ab Ecclesia sua exulante profecturus esset: de quo sententiam suam ita Basilius declarat Dorotheo:* Romanam profectionem haud scio qui factum, ut nemo tuæ prudentiæ indicaverit, esse illam penitus insuperabilem; cum quidquid terrarum Constantinopolim inter et nos protenditur, hostibus illas in-

apud aliter offectos Romanos;

cursantibus regiones sit infestum. Quod si mari D
instituatur illud iter, erit deinceps opportunum tempus, modo velit dilectissimus Deo Episcopus Gregorius navigationem subire, et legationem ad negotia momenti tanti pertractanda obire. Ego certe neque ullos qui possint cum illo legari cognosco, eumque ipsum scio esse imperitissimum et inexercitatissimum in negotiis Ecclesiarum. Præsentiam porro ejus et congressionem, scio viro æquanimo venerandam futuram et quovis æstimandam pretio; despicabilem autem elato homini et intumescenti, et in alto quodam solio constituto, atque ideo non sustinenti veritatem audire ab aliquo, qui reptans humi audeat eam docere; quapropter nullo modo video, quibus in rebus possit ejus congressus et negotiatio, qui moribus ita comparatus est, ut abhorreat vel maxime et detestetur illiberale illud adulandi studium, rei nostræ communi prodesse.

AUCTORE F. B.
B. Ep. 250
Nyssenum vero ad eam esse ineptum.

CAPUT XXVIII.

Amphilochio, electo Iconiensi Episcopo, gratulatur Basilius; Eusebium Samosatenum exulem solatur; ejus cives reducit ad concordiam: Ponti Episcopis reconciliatur. E

I*neunte anno* CCCLXXIII, Iconium, civitas in Pisidia est, olim post maximam prima, tunc vero et ipsa præsidebat parti, quæ, tamquam ex diversis segmentis collecta, propriæ Provinciæ dispensationem susceperat: ipsa Basilium vocavit, ut eam inviseret, Episcopum creandi gratia: nam Faustinus fato functus erat. *At ille, dubitans* an non oporteret detrectare peregrinas ordinationes, *Eusebium Samosatenum consulat: hic autem quid responderit incompertum est. Constat tamen non interfuisse Basilium ordinationi ejus, qui in Episcopalem thronum elevatus est, Amphilochii: pro quo tamen, ut intellexit, benedixit Dominum,* qui per omnes hominum generationes sibi placentes eligit, et electionis vasa discernens, iis utitur ad Sanctorum ministerium: *qui etiam Amphilochium* fugitivum, et propterea declinantem *Basilii præsentiam, seu potius eam vocatione*m, quam per illum futuram autumabat, ineluctabilis suæ gratiæ plagis irretitum, adductumque in Pisidiæ meditullium, constituit ad capiendos homines Deoque venandos, eosdemque pertrahendos a profundis tenebris in lucem, quos diabolus ad faciendam voluntatem suam captivavit. *Quiritanti autem onus impositum ultra vires, respondet Basilius:* Noli quiritari: si tu sis ille, quem portare hoc onus oportet, non erit tibi grave sed perferendum certe: si autem Dominus est, qui id una tecum gestabit; in Dominum abjicito solicitudinem tuam, et ipse efficiet.

B. Ep. 3
Basilius excusata Iconiensi excursione,

gaudet electum Amphilochium,
B. Ep. 392

F
eumque ad onus ferendum animat.

337 *Basilius porro, cui ut ante dictum est ad Eusebium Samosatenum proficisci non licuerat, eo quod civitatem suam Cæsariensem* nondum fames dereliquisset, ideoque prorsus necesse esset eum diutius in urbe commorari, vel dispensationis gratia, vel propter eorum compassionem qui illa coarctabantur; *accepto nuntio de obitu Gregorii senioris, Episcopi Nazianzeni qui hoc anno sub veris initium, plenus dierum et meritorum obiit Nazianzum profectus, interfuit exequiis et orationi funebri, quam Gregorius filius habuit. Obiit quoque, verisimiliter hujus anni aut sequentis mense Augusto, S. Nonna, Gregorii Nazianzeni mater.*

interest funeri Gregorii Nazianzeni Episcopi.
B. Ep. 2..7

338 A Paschali tempore, *quod hoc anno* CCCLXXIII *celebratum est* XXXI *Martii*, Basilium continuæ febres excruciarunt, distillationes præterea et viscerum intestinorumque tormina ac tumultus, quibus non aliter quam marinis fluctibus immersus et supertu-
sus

B. Ep. 258
graviter ægrotans.

AUCTORE E. B.
B. Ep 394

A sus emergere vix quivit: *ac propterea rursus differenda fuit Samosatena profectio ad Eusebium. Consolationem tamen non exiguam habuit ex adventu Amphilochii, recens consecrati Episcopi: quem deinde hoc eodem anno rursus rogavit*, ut adesset urbi Cæsareensi, quo illustrior redderetur conventus, quem quotannis, in honorem Sanctorum Martyrum, consuetudo obtinuerat peragendum. Fideles enim Cæsareenses, qui Amphilochii notitiam habuerant, nullius alterius præsentiam tam efflictim, quam ipsius desiderabant. Talem ipse, ab illo suo usu non admodum diuturno, amoris sui aculeum in iis reliquerat. Quocirca, *inquit*, ad Dei ipsius gloriam, ad populi consolationem et lætitiam, ad honorem Martyrum, et nostrum ipsorum, jam senio confectorum, debitam a filio genuino venerationem, noli quæso gravari huc usque proficisci, et præstitutum Concilio tempus antevertere: quo per otium nos inter nos conveniamus, et per charismatum spiritualium participationem mutuam consolationem percipiamus: præstitutus porro dies est Septembris quintus: triduo, rogo te, hunc diem anticipato, ut per præsentiam tuam Ptochotrophii memoriam, magnam efficias et solennem. B

Amphilochium ad se venire rogat,

339 *Basilii desiderio satisfecisse videtur Amphilochius, et mense Septembri ad festum S. Eupsychii convenisse; quando contigit id, quod occasionem præbuit scribendi librum de Spiritu sancto, quod ita narrat Basilius ipse.* Orante me apud populum, et utroque modo glorificationem absolvente Deo ac Patri, interdum cum Filio ipsius et cum Spiritu sancto, interdum per Filium in Spiritu sancto; alii quidam ex his qui tum aderant in nos irruerunt; dicentes nos, non modo peregrinis ac novis usos vocibus, verum etiam inter se pugnantibus: Tum Amphilochius præcipue (nimirum consulens illorum utilitati; aut, si prorsus essent ipsi insanabiles, tamen propter eorum, qui eos adire solent securitatem) postulavit quampiam dilucidam doctrinam de vi harum syllabarum vulgari. *Ceterum fatetur se Basilius*, interrogationibus Amphilochii scientiorem et prudentiorem seipso reddi, et multa quæ nesciebat doceri; ita ut respondendi studium doctrina ipsi efficeretur. Certe, *inquit*, cum quærentis interrogata numquam nobis in mentem venissent, cogimur et accurate considerare, et si quid a senioribus audivimus in memoriam revocare, et iis quæ docti sumus cognata animo apud nos cogitare.

ejusque interrogationibus instructior

Tom 2 pag 144

scribit librum de Spiritu S

Ep. Can. 1 initio,

C 340 *Hoc eodem tempore Eusebius, Samosatenus Episcopus*, suis pro Christi causa afflictionibus, nec non pro veritate sudoribus, *Valentis mandato in exilium pulsus*, præclaram coronidem imposuit. *Locus exilio destinatus Thracia erat. Eo proficiscentem, transeuntemque per Cappadociam, verosimiliter Basilius invenit (Gregorio per infirmitatem domi detento) aut saltem Antiochum, Eusebii nepotem et exilii comitem. Cum vero Eusebius pervenisset in Thraciam, sæpius ad Basilium litteras dedit, de statu suo et loco exilii eum edocens; atque is vicissim beato Confessori et egregio pro Christo exuli optatam sortem congratulatus per litteras, sic inquit;* Virtutem illam tuam exploratam satis certe propalasti: nec, dum lenis a puppi ventus aspiraret, tantummodo recto cursu delatus ferebare, aut animas aliorum gubernabas; sed et tentationum procellas illustris tulisti, et factus es superior persequentibus te, tum cum de patrio solo non illibenter, sed magno plane animo secederes exul. Natale solum alii quilibet suum incolant, nos supernam civitatem illam obtinemus. Episcopale fortassis solium nostrum occuparunt alii, nos Christum ipsum possidemus. O quæ et qualis negotiatio! quanta reportabimus pro qualibus despectis! Per ignem et aquam transivimus: speramus quod exibimus et in refrigerium. Neque enim derelinquet nos in finem Deus, nec veritatem persecutione prostratam intuebitur et patietur; sed secundum multitudinem dolorum nostrorum, consolationes ipsius refocillabunt nos.

B. Ep 251
Eusebium Samosat. in Thracia exulantem

B. Ep 28

B. Ep 209

per litteras solatur,

341 *Ceterum non poterat separatio et excessus Deo dilectissimi Eusebii non vehementer affligere Basilium, et sollicitum reddere pro grege orthodoxo, a suo Pastore derelicto: idcirco Otreium Melitenes Episcopum, quem non minus Eusebii discessus afflixerat, rogavit, ut se omnium certiorem faceret, quæ Samosatis ab Arianis aut Orthodoxis gererentur; ipse vicissim spondens significare, quidquid de Eusebio ex Thracia intelligeret. Etenim Basilii cura et adhortatoriis epistolis factum est, ut quamvis duos in thronum Episcopos Arianos intrusos habuerint, Eunomium scilicet et Lucium; ab utroque tamen tantam aversionem et hæresis odium ostenderint; ut illi Episcopatum deserere maluerint, quam inter populum, cui adeo exosi erant, diutius vivere; ita ordinante Deo*, nec patiente ab inimicis tam ingentes concitari persecutiones, ut possent nonnulli subverti et excuti ab illa fide, quam habebant in Christum: nam futilibus quibusdam hostibus et facile superandis contra Orthodoxos in aciem productis, victoriæ ipsis præmium per patientiam facile expeditumque reddidit. Sed vitæ nostræ hostis ille communis, qui per artes suas varias præstigiasque contra Dei depugnat bonitatem; postquam animadverterat, Samosatenses, non secus quam aheneum quemdam murum, oppugnationem quamvis externam facile contemnere; rationem inivit ut molestiæ quædam ipsis et offensiones invicem crearentur, quæ principio quidem parvæ et nullo negotio curandæ essent, tempore vero progrediente auctæ per ambitiosas rixas, prorsus redderentur insanabiles.

Otreio Meliten. commendat Samosatenos,

B. Ep 316

sub duobus intrusis constantissimos,

B. Ep. 250

E

sed inter se dissidentes:

342 *Hæc ratio Basilium permovit*, ut ad commonefactionem per litteras deveniret. Præsente *enim* religiosissimo Subdiacono Theodoro, et Ecclesiam Samosatenam mœrore affectam esse affirmante, et variis tumultibus agitatam, magna commiseratione tactus, et profunda tristitia cor compunctus, continere se non potuit, quin adhortaretur, ut, sopitis invicem altercationibus rixisque, pacem inter se ferruminarent; ita ut neque hostibus voluptatem afferrent, neque gloriationem proderent Ecclesiarum, qua per omnem orbem terrarum diffusa laudabantur vitam agere tamquam unum quoddam corpus, una anima et corde uno gubernatum. Quod si, *inquit*, fieri ullo pacto potuisset, ipse quidem in rem præsentem adveniens, coram vobis supplex fierem: sed cum temporum conditio non patiatur istud, hasce litteras supplices vobis futuras destinavi; ut meas reveriti admonitiones, contentionem omnem mutuam abrumpatis; et optatum quam celerrime mittatis ad me nuntium, vos invicem remisisse offensiones. Illud enim vestram prudentiam intelligere cupio, illum esse apud Deum in magno pretio, qui humiliter se proximo suo submiserit, et sine pudore in se crimen translatum susceperit, utcumque confictum non verum extiterit, ut sic pax et tranquillitas compareat, emolumentum illud ingens Ecclesiæ Dei. Certamen itaque bonum inter vos existat, quis imprimis ante alios filius Dei dici censebitur, per pacis procurationem acquirens sibi hoc excellens nomen et dignitatem. *Hanc Basilii epistolam pondus apud Samosatenos habuisse, probat eorum in fide constantia, et erga Episcopum suum Eusebium observantia inconcussa; quæ sine mutua caritate inter discordias stare diutius non potuissent.*

quare eos ipse ad reconciliationem etiam hortatur,

F

nec frustra

343 *Ea deinde fuit per Cappadociam anno* CCCLXXIV *hiemis inclementia, ut itinera omnia obstructa permanserint ad Pascha usque*, XIII *Aprilis celebratum*. Basilium

A lium interea morbi ex morbis subinde suscipiebant, negotiis quin etiam ecclesiasticis impeditum, et ab iis vexatum, qui Ecclesiis insidiabantur. Quocirca per totam prorsus hiemem integram et omnino non fuit aliquem ad Amphilochium cum litteris transmittere, nec ad ipsum ullo pacto respicere : *quod tamen maxime in votis erat.* Ast ubi transacta hieme Meletius quidam, noviter electos milites dimissurus, obsequium suum ad ferendas litteras Basilio obtulisset ; hic libenter amplexatus est istam scribendi occasionem, et ministro litterarum, tamquam de loco superiore, subito incursavit ; viro, qui litterarum vicem ipse obire posset, propter veritatis summum studium, et exquisitam rerum cognitionem. Per hunc ergo datis litteris rogavit Basilius Amphilochium, ut precibus ad Deum contenderet, daretur sibi eandem ab hoc molesto corpore liberari, Ecclesiis vero pace et concordia frui. Inde eumdem invitat, ut postquam res ordinaverit per Lycaoniam, ad morem et institutum Apostolorum, uti occeperat facere ; Cæsaream veniens, istius Ecclesiæ negotia ibidem procuraret, ut, sive in carne adhuc Basilius subsisteret, seu ad Dominum juberetur commigrare, Amphilochius curam Cæsareensium susciperet, tamquam locorum ad se spectan- B tium ; luxata confirmaret, languentia restitueret, atque per Spiritus gratiam ad Domini voluntatem res ordinaret universas. *Nec sine causa scribebat, tamquam sibi mors instaret : quippe* ex gravissima febre ægrotabat, et prope ad ipsas portas mortis devenerat. Cum tamen bonitate Dei revocatus esset, ægre ferebat quodammodo illam sui restitutionem, expendens ad quæ mala iterum reversus esset ; cogitabatque apud semetipsum, quidnam esset in profunda Dei sapientia reconditum, cujus gratia sibi iterum datum esset dies istos in carne agere.

B. Ep. 397 Transfacta anni 374 hieme rigidissima,

iterum ad se invitat Amphilochium,

graviter æger,

B. Ep. 82

et anhelans ad mortem,

344 *Antequam vero in morbum incideret, respondere voluerat ad propositas ab Amphilochio quæstiones ; sed litteras non miserat,* partim quidem a longa et periculosa infirmitate detentus, partim vero propter ministrorum inopiam : pauces enim habebat viæ peritos, et ad hujusmodi ministeria paratos. *Ceterum Amphilochii interrogationes occasionem præbuerunt Basilio Epistolas Canonicas scribendi, quibus animum adjicere potuisse virum, multis calamitatibus oppressum, dignum omni admiratione videtur. Qualia enim et quanta hoc tempore perpessus sit, ipse te tatur, scribens ad Eusebium Samosatenum.* Scias autem, colendissi- C mum caput, me, cum ista ipsa ad te exararem, ita male affectum extitisse, ut vivendi pæne spem omnem abjecerim : neque enim potest numerus facillime iniri earum quæ mihi ingruerunt calamitatum ; corporis imbecillitas, febrium invalescentium accessus, et quæ non indispositio malaque habitudo? omnia in illum finem unice tendentia, ut mei demum incolatus, hujusque miseræ et calamitosæ vitæ terminus consummetur. *Cum autem convalesceret, voluit, si posset, curru vehi ad Martyrum conventum et celebritatem. Verum sensit* reliquias morbi esse ejusmodi, ut ne levissimam quidem paterentur commotionem : parumque abfuit, quin in ipsam infirmitatem recideret.

B. Ep. Can. 29 post scriptas epistolas canonicas.

B. Ep. 216

B. Ep. 336

345 *Sed cum negotium aliquod magnum inter orthodoxos Episcopos esset præ manibus, dandi forsan Ecclesiæ Isauriensi orthodoxum Episcopum ; maruit ut ad paucos saltem dies, si fieri posset, negotium differretur, ita adjuvante divina gratia adfuturus, et curarum simul futurus particeps. Exauditum autem fuit desiderium Sancti, et integre restitutus sibi,* Pisidiam usque pervenit, ut una cum ejusdem gentis Episcopis Fratribus per Isauriam, res eorum ordinaret. Hinc reversus profectus est in Pontum, quod mirifice Dazimonitidem turbaret Eustathius, et complures ibidem induxisset, ut secederent a communione D Cæsareensis Ecclesiæ. *Videtur Dazimonitis fuisse tractus ad Irim fluvium, inter urbes Amaseam et Zela ; eoque referuntur Basilii verba de Eustathio et Eustathianis,* Quorsum etiamnum ecclesias Amaseæ et Zelorum invadunt, suaque ipsorum auctoritate constituunt Presbyteros et Diaconos? *Eustathius quippe, sub pietatis larva schisma meditans, Arianos qui in iis partibus erant in speciem persequebatur, ut etiam* Elpidium, pientissimum Fratrem *Basilio nominatum,* propterea quod Amasenis conjunctus esset, excommunicavit ; *ita Orthodoxis placere studens, ut incautos pertraheret in schisma. Turbæ, ab Eustathio in Dazimonitide excitatæ, forsan occasionem etiam dederunt Episcopis, circa mare Ponticum degentibus, Basilium, tamquam excommunicatum aut hæreticum, fugiendi. Quocirca etiam Basilius in multa tristitia et mæstitia degebat, sciens quod ope eorum destitueretur ; ut autem pacem inter se ipsosque revocaret,* magno desiderio congressum ipsorum expetebat ; *sed id expetenti semper impedimenti aliquid accidit, quo prohibitus est ne voti compos evaderet : aut enim corporis imbecillitate impeditus est, aut solicitudo ipsum Ecclesiarum, vel certamina, quibus resistendum erat veritatis sermonem impugnantibus, remorata sunt.* E

Profectus in Isauriam.

B. Ep. 27.

ad Episcoporum conventum,

AUCTORE F. B. B. Ep. 73 propter turbas contra ipsum excitatas ab Eustathio,

etiam Pontificis Episcopis cogitur fidem suam purgare B. Ep. 77

346 Expectavit itaque multum temporis, donec ab illis ex more visitaretur. Quippe cum ipse, velut eminentes in mari scopuli, furias hæreticorum fluctuum exciperet, qui ubi ad eos infringuntur, quæ post ipsos sunt haudquaquam inundant aut alluunt ; *cum, inquam, ipse hæreticis esset expositus, illi vero Ecclesiarum pace fruerentur :* æquum videbatur ex dilectis Fratribus mitti aliquos, qui afflictos et oppressos inviserent, et multo crebrius amicas ad se eorum litteras destinari. Verum hæc ipsi debita obsequia exhibita non sunt, quia quorumdam malitia factum est, ut calumniis quibus traducebatur abrepti et præoccupati Episcopi illi, indignum eum amica visitatione judicaverint. At Sanctus, qui quantum in se erat paci erga omnes studebat, statuit illos prior provocare litteris, paratus ab ipsis in arenam deduci. Hoc tantum oramus, *inquit,* ut si quos admiseritis qui nos traducant ac vituperent, in conspectum nostrum cor in vestra pietate constituantur. Nos enim, si convincamur, peccatum nostrum agnoscemus : et vobis, post eam reprehensionem, a Domino non imputabitur. si communionem nostram, tamquam peccatoris, declinaveritis : et deinde præmium habebunt, qui nos convicerint ; ut qui occultam nostram malitiam patefecerint. Si vero, ante- F quam convincamur, nos condemnaveritis ; nos quidem nihil inde dispendii accipiemus, propterea quod omnium pretiosissimum bonum nostrum, caritas videlicet qua erga vos prædıti sumus, lædi nequit ; vos autem et hoc ipsum nobis amissis patiemini, et Evangelio repugnare videbimini, dicenti Num lex nostra judicat hominem, nisi primum audierit cognoveritque quid faciat? Qui vero calumnias nobis offundit, non autem quæ dicit certo probat, videbitur sibi ipsi ejus nominis appellationem accersere.

per litteras, quas prior ad eos ipse dedit,

omnem eis satisfactionem offerens,

347 *Deinde cum ostendisset quam necessaria sit Ecclesiis concordia, viam qua ea redintegrari possit aperit, ita prosequens :* Propter præcedentia nos litteris pacificis consolamini ; et amicis salutationibus, veluti miti quadam ac blanda contrectatione, pectoris nostri mitigate vulnus, quod ipsi nobis præterita nostri negligentia inflixistis. Tum, sive volueritis ad nos proficisci, et per vos ipsos infirma nostra scrutari, an vere ita habeant ut audistis, vel an ex falsis adjectionibus graviora de nobis ad vos relata sint delicta, fiat et hoc. Parati namque sumus obviis manibus vestrum excipere ad ventum, nosque ipsos

et paratus eorum judicio se submittere

A *AUCTORE F. B.*

ipsos diligenti sistere examini; dumtaxat in iis quæ fient, præeat caritas. Si vestro judicio locum quemdam designare placuerit, in quo et quod nos concernit visitationis debitum implebimus, et quantum fieri potest nostri experientiam offeremus, ut præterita curentur, et nullus deinceps calumniæ locus relinquatur; per nos licebit ut et hoc fiat. Nam omnino, licet infirmam circumferamus carnem, tamen donec spirare datur, nostri est officii, ut nihil omittamus eorum quæ ad Ecclesiarum Christi ædificationem pertinent. Ne velitis igitur astutis rationibus hac quam petimus consolatione nos fraudare; ne in eam nos necessitatem conjiciatis, ut et aliis nostrum revelare dolorem cogamur. Nam hactenus, ut scitis, Fratres, mœstitiam nostram in nobis ipsis contegimus; pudore prohibiti, quo minus consortibus nostris procul dissitis vestram erga nos abalienationem significemus; ne et illos tribulemus, et iis qui nos odio persequuntur gaudendi occasionem demus.

illasque Petro Presb. ferendas committit:

348 *Hæc solus quidem Basilius, sed ex omnium Cappadociæ Fratrum sententia scripserat: qui hoc quoque rogarunt, ne quovis tabellario uteretur, sed* B *virum mitteret, qui quæcumque per epistolam assecuti non essent, sua prudentia ipse sufficienter exequi valeret. Misit autem* desideratissimum ac religiosissimum Fratrem et Compresbyterum Petrum, *orans ut eum in caritate complecterentur cum pace, ac rerum secundarum nuntium ante suum adventum remitterent. Et Basilius quidem desiderata videtur fuisse consecutus:*

B. Ep. 322 *itaque impetravit ut Comanis convenire decernant:*

siquidem non diu post Elpidium Episcopum, ex maritimis istis unum, et forsan seniorem aut Metropolitanum, per Meletium Presbyterum cum summa amoris testificatione compellans; rogat ut Episcopos ad conveniendum moneat, locumque et tempus designet; ut ad præstitutum, *inquit*, tempus atque locum, negotiis quæ præ manibus habebant intermissis, ad Ecclesias ædificandas conferamus aliquid; tollamus autem mœroris et tristitiæ causas, quas mutuæ nostræ suspiciones progenuerunt: caritatem porro faciamus ratam, qua sine imperfectam esse et sine fructu

B. Ep. 348

cujuscumque præcepti observationem, ipse nobis Dominus contestatur. *Locus autem ad conveniendum electus est in territorio Comanico, adeoque in Ponto.*

349 *Acta sunt hæc dum Basilius infirmitate ea detineretur, qua fuerat afflictus ab anni hujus initio. Ut*

quo profectus concordiam redintegrat

autem convaluit, Iconium profectus est: reliquo tempore per totam Cappadociam diœceses visitavit, et ecclesias rurales. Interea bene secum agi putabat, si tumultus C *patriæ suæ sustineret, qui per eum visitationem necessario in se concitabantur. Deinde ad condictum diem in Pontum profectus, cum Episcopis illis redintegrata pace et concordia, optatum fructum collegisse visus est. Reversus namque ad propria, eosdem Ponticæ diœcesis*

B. Ep. 291

Episcopos nomine Ecclesiæ suæ datis litteris invitavit, ad celebrandum simul festum S. Eupsychii, ut ante consueverant. Martyrum certe honos, *inquit*, qui ab omnibus in Dominum sperantibus summo studio et

et omnes invitat ad S. Eupsychii Synaxim,

cura procuratur, a vobis ante omnes frequentari debet, qui virtutem præ vobis ipsis fertis, ad eamque contenditis; dum per animorum vestrorum propensam affectionem erga vestros conservos, benevolentiam summam erga Dominum communem declaratis; eoque magis, quod vitæ exactius institutæ professio quamdam habeat cognationem cum iis, qui per patientem fortitudinem sunt consummati. Quocirca cum Eupsychius et Damas inter Martyres emineant excellenter, et ceteri eorumdem socii, quorum anniversariæ memoriæ in urbe nostra et

ex more secum celebrandam.

circumjacente quaquaversum territorio celebrantur; in memoriam revocat Ecclesia vobis, qui communis quidam estis illius ornatus, et meæ vocis ministerio commonefacit, ut quo solebatis more antiquam

D renovetis visitationis consuetudinem. Quocirca, non aliter quam magno incumbente vobis negotio, apud illam plebem, quæ a vobis expectat ædificationem, et non aliter quam spe mercedis, repositæ propter honorem Martyribus habitum, ita nostram suscipite invitationem, et annuite gratiam hancce mihi præstandam, ut labore suscepto, sane non magno, magnum vobis beneficium emolumentumque comparetis.

CAPUT XXIX.

Neocæsareensium alienatio et secessio a Basilio, aliorum ad eumdem accessio.

Antequam Basilius ad propria rediret, et epistolam istam scriberet, excurrit a Dazimonitide usque ad Petri germani sui habitationem. Erat hoc monasterium in B Ep. 272 *solitudine, non procul Neocæsarea. Igitur* brevem aliquam a negotiis, quibus distinebatur, respirationem adeptus: cum gaudio ad solitudinem istam accessit, tum ut fratris desiderio satisfaceret, tum propter loci hujus consuetudinem qua illi a puero assueverat; hic enim apud nutricem suam educatus, et postea ut plurimum ibidem versatus erat, urbanos tumultus fugiens, et propter solitudinis silentium, commodum illum ad Philosophiæ studium expertus, ideoque compluribus continuis annis ipsum incoluerat; et maxime propter Fratres ibidem commorantes, *et quia Macrinæ sanctarumque sub ea Virginum non procul inde cœnobium erat. Verum* quod Neocæsareæ propinquus esset locus, multarum turbarum causa extitit Neocæsareensibus; nec minimæ in ipsum quoque *Basilium* redundaturæ calumniæ argumentum suppeditavit; *quamvis rationes essent multæ et magnæ, propter quas inter se statim initio summa amicitia et unitate conjungi debuissent.* Quod si quid aliud, *inquit*, certe et hoc ad concordiam plurimum confert, si datur iisdem uti doctoribus. Sunt autem iidem et nobis et vobis Doctores mysteriorum Dei et spiritales Patres, qui vestram ab initio fundarunt Ecclesiam: Gregorium dico, priscum illum, et quotquot post ipsum Episcopalem apud vos Sedem susceperunt, qui ordine succedaneo instar astrorum exorti, iisdem ingressi sunt vestigiis, ita ut haud facile sit volentibus conversationis ipsorum indicia deserere. Si vero et corporalis familiaritas haud aspernanda est (nam ipsa quoque multum ad solidam amicitiam vitæque communionem conducit) ea vobis erga nos non deest. Cujus itaque gratia, o urbium F ornatissima (per vos enim universæ civitati loquor) non istinc veniunt litteræ vestræ? non vox quæ amicitiam erga nos vestram declaret? sed apertæ sunt aures vestræ, et expositæ calumniari conantibus? Itaque tanto altius ingemiscere debeo, quanto magis quod illi sategerunt effectum esse video. Etenim delationis opus manifestum habet magistrum ac doctorem, qui cum ex multis sit malefactis notus, ab ista tamen deferendi malitia designatur, ita ut ex hoc peccato nomen invenerit. Vos vero mihi permittite ut libere loquar. Utrasque aures delatoribus nostris reserastis; et quidquid illi ad vos deferunt, sine omni examinatione admittis; nemine existente qui falsum a vero discernat. *Hinc ergo* Neocæsareensium aures falsæ delationes occupatas tenebant; deferebaturque et calumniis impetebatur tum vita Basilii, tum fides quam habebat erga Deum; *verosimiliter non aliam ob causam, quam quod cum Eustathio communicasset.*

B. Ep. 64 *Visitat Pontificum fratris sui monasterium* E *vicinum, Neocæsareæ,*

B. Ep. 75

cujus cives, quibus esse debuerat carissimus,

queritur a se alienatos falsis delationibus;

351 *Cœperat ista Neocæsareensium abalienatio, orta a primoribus civitatis, vivente adhuc Musonio Episcopo: at sub successore ejus in apertum bellum erupit; de quo ita Sanctus.* An non puero cuivis manifestum est,

B Ep. 64 *tandemque hostes sibi factos,*

A est, quod vitio eorum hæc ita habent, qui in populo primores sunt : quorum me quidem crimina proferre non decet, vobis autem intelligere perfacile est? Quando enim amarulentia et dissensiones eo usque provectæ fuerint, ut nihil prorsus sit quod ad sævitiam addi possit ; causæ vero expositio incerta fuerit, et nullo nixa fundamento et ridicula ; conspicuum est, magnam esse animi ægritudinem, quæ alienis quidem bonis procuratur, domesticum vero cumprimis malum illi est qui eo tenetur. *Causas, ob quas Sancti communionem et congressum fugiendum sibi putarent, varias illi quidem comminiscebantur ; certissimam tamen ipse declarat, dicens :* Hoc studiose agitur apud vos, ut fides subvertatur, idque subversione Apostolicis et Evangelicis doctrinis inimica, inimica quoque traditioni magni revera Gregorii, et eorum qui illum ex ordine subsecuti sunt, ad Beatum usque Musonium : cujus dogmatum recentem esse etiamnum apud vos memoriam, manifestum est. Sabellii namque pestem, olim quidem motam, traditione vero magni Gregorii consopitam, renovare conantur ; qui ne deprehendantur et convincantur, contra nos somnia confinxerunt.

contra ipsum prætexere,

352 *Comminiscebantur autem primo, quod tam*
B *prope ad Neocæsaream venisset, ad habitationem scilicet fratris sui Petri, ut factionem quamdam suam in ea urbe firmaret, et expulso Episcopo eam sibi Sedem vendicaret. Colligitur id ex verbis Sancti, quibus talem calumniam videtur refutare :* Mihi, *inquit*, magis hactenus studio fuit ut prorsus hominum memoriæ subducar, quam iis qui gloriæ student, ut sint illustres... Quid igitur opus est ad inania somnia confugere, et somniorum conjectores istos conducere, nosque publicis conviviis temulentorum inter pocula fabulam facere? Ego vero, etiamsi apud nonnullos alios locum habuissent istæ calumniæ, vos tamen animi ac sententiæ meæ testes advocassem. Nunc igitur quemque vestrum oro, ut veterum actorum illorum recordemini quæ gesta sunt, cum nos urbs vestra vocaret, mittereturque legatio virorum, qui magistratu apud vos funguntur ; deinde, quomodo passim nobis populus omnis circumfusus sit. Hic quid non dabant omnes, quid non pollicebantur? Et tamen obtinere nos non potuerunt. Quomodo igitur, qui tum cum vocabar non obedivi, nunc citra vocationem meipsum intrudere conatus essem? Quomodo consectarer et ambirem jam ca-
C lumniantes, cum aliquando laudantes me et celebrantes fugerim. Ne credatis hoc, optimi viri : non usque adeo viles sunt res nostræ. Neque enim prudens quisquam navigium gubernatore destitutum ingreditur : neque ad Ecclesiam temere accedet, in qua qui ad clavum sedent tempestatem ac turbinem ipsi excitant. Unde namque tumultu referta est urbs? Ex eo videlicet, quod aliis, cum nemo persequeretur, fugientibus ; aliis, cum nemo immineret, urbem clanculum egredientibus, divinatores ac somniatores neminem non perterrefecerunt.

quod urbis ipsorum ambiat Episcopatum,

353 *Objiciebatur secundo ritus Psalmodiæ in Ecclesia Cæsareensi peculiaris, et a communi aliarum usu alienus. Accusationem istam sic exponit Sanctus :* Si quandoque adversarii nostri causam implacabilis istius et irreconciliabilis belli rogantur, psalmos causantur et modum melodiæ, quo sit vetus apud nos immutata canendi consuetudo, et hujusmodi quædam alia, de quorum illos prætextu pudere debebat. *Deinde respondet :* Ad id vero quod propter psalmodiam accusamur, ob quam potissimum simpliciores perterrefaciunt qui nos traducunt ; hoc habeo quod dicam ; quod videlicet qui jam obtinuerunt ritus, omnibus Ecclesiis Dei concordes sunt et consoni. De nocte siquidem populus consurgens, antelucano tempore domum precationis petit ; inque labore et

B Ep 63 Psalmodiam novam inducat,

D tribulatione ac lacrymis indesinensibus facta ad Deum confessione, tandem ab oratione surgentes ad psalmodiam traducuntur. Et nunc quidem in duas partes divisi alternis succinentes psallunt, atque ex eo simul eloquiorum Dei exercitationem ac meditationem corroborant, et cordibus suis attentionem rejectisque cogitationibus vanis mentis soliditatem suppeditant ; deinde uni ex ipsis hoc muneris dato, ut quod canendum est prior ordiatur, reliqui succinunt ; atque ita psalmodiæ varietate, precibus subinde intersertis, noctem transigunt. Illucescente jam die pariter omnes, velut ore uno ac corde uno, confessionis Psalmum Domino offerunt, ac suis quisque verbis pœnitentiam profitentur. Horum gratia si nos fugitis, fugietis simul et Ægyptios, fugietis Lybiam utramque, Thebæos, Palæstinos, Arabes, Phœnicas, Syros et qui ad Euphratem habitant, atque (ut semel dicam) omnes, apud quos vigiliæ ac preces communesque psalmodiæ in pretio sunt. Sed ista dicitis tempore Gregorii Magni non fuisse : verum neque Litaniæ, quas vos jam in usu habetis, illius tempore fuerunt. Quod non reprehendendi gratia dixerim : optarim enim vos omnes in lacry-
E mis et jugi pœnitentia vivere ; quandoquidem et nos nihil aliud facimus, quam quod pro peccatorum nostrorum remissione supplicamus, dempto eo quod non humanis verbis, quemadmodum vos soletis, sed oraculis Spiritus Deum nostrum placamus.

AUCTORE F. B.

et novum publice orandi modum :

354 *Deinde rursus assumens eam accusationis partem, qua dicebant, ritum orandi, quo Basilius ejusque fideles utebantur, tempore Gregorii Thaumaturgi Neocæsareensis Episcopi in usu non fuisse, acrius eos perstringit ; ostendens, quantum a fide et moribus Magni Gregorii degenerassent.* Quod autem *ea, inquit,* quæ facimus sub admirando Gregorio in usu non fuerint, quibus testimoniis evincere poteritis? Nihil eorum quæ ille in usu habuit, ad hunc usque diem illibatum servastis. Gregorius, in oratione constitutus, tecto capite non fuit ; in eoque germanus erat discipulus Apostoli, dicentis : Omnis vir orans aut prophetans tecto capite, dehonestat caput suum ; et vir non debet velare caput suum, cum sit imago et gloria Dei. A juramentis abstinuit munda illa anima, ac digna Spiritus sancti communione ; cui, propter mandata Domini, dicentis, Ego vero dico vobis ne juretis omnino, satis erat, Etiam, et, Non. Non est ausus ille Fratrem suum vocare fatuum, comminationem Domini veritus. Tumor et ira et amarulentia F
ex ore illius non processerunt. Convitium odio prosecutus est, ut quod in regnum cœlorum haud inducat. Invidia et arrogantia a sincero illo animo et doli experte procul abfuerunt. Ad altare non accessit, nisi Fratri reconciliatus. Falsum sermonem, et artificiosum, et ad detractionem concinnatum ita abominatus est, ut qui sciret mendacium ex diabolo prognatum esse, Dominumque perditurum omnes eos qui mendacium loquuntur. Horum si nihil in vobis est, sed mundi estis ab his omnibus, vere discipuli estis ejus, qui præceptorum Domini discipulus fuit. Si vero secus, videte ne culicem excoletis, dum in psalmodiis de sonitu vocis disceptantes, quæ maxima sunt præceptorum Dei dissolvitis. Ad hæc me verba defensionis adegit necessitas, ut discatis trabem primum ex vestris oculis ejicere, et tum demum stipulas evellere alienas. Verumtamen omnia condonamus, licet nihil sit quod non examinet Deus ; dumtaxat quæ principalia sunt salva sint, et novationes istas circa fidem compescatis : hypostases divinas ne reprobetis, nomen Christi non abnegetis, Gregorii voces sinistre non interpretemini : quod si secus egeritis, donec spirandi loquendique facultas erit, ad tantam animarum perniciem numquam silere poterimus.

cum ipsimet a veteri disciplina deficiant,

et caritatem fraternam violent.

A

AUCTORE F. B.
B Ep 63
item quod Monachos familiares habeat,

355 *Accusabatur tertio Basilius*, quod homines haberet Monachos, pietatis studiosos, qui mundo renuntiarint et universis seculi istius curis ..... qui mortificationem Jesu corpore circumferrent, et cruce quisque sua accepta Deum sequerentur. *Atque ne nihil roboris haberet accusatio, traducebatur publice vita Monachorum illorum, tamquam minus verecunda et pudica : et forsan fuerat peccatum aliquid quorumdam imprudentia, quod calumniæ occasionem dederat. Primam accusationis partem*, quod Monachos secum haberet, *non tantum sibi non indecoram æstimabat, ut multum etiam ea gloriaretur :* Ego vero, *inquit*, omnem vitam meam impenderem, ut mihi possent ista impingi delicta ; haberemque apud me viros, qui me doctore hoc pietatis studium amplexi hactenus fuissent. *Deinde ad delicta Monachis objecta digressus, a se suisque ea amolitur, et in horum laudes excurrit, inquiens :* quod si quid dedecoris, et indignitatis aliquid mulierum vitæ ac statui inferunt, non est quod ego illos defendere velim. Illud vero vobis assero et confirmo, quod quæ hactenus pater mendacii satanas non est ausus dicere, ea temeraria corda, et nullo retenta moderationis fræno ora indesinenter et cum summa licentia loquuntur. Scire autem vos volo, quod optamus nobis et virorum et mulierum cœtus dari, quorum conversatio in cœlis sit ; qui carnem suam cum affectionibus ac concupiscentiis crucifixerint ; quique nec de indumentis soliciti sint, sed immobiles et assidui apud Dominum noctes et dies precationibus immorentur ; quorum os non loquatur opera hominum, sed hymnum concinat Deo nostro ; quique sedulo propriis manibus operentur, quo possint impertiri illis qui opus habent.

quos ipsi aversabantur,

B

Sabelliani smo infecti,

356 *Talia erant quæ, latenter hæresim et schisma suum iis obtegentes, spargebant in vulgus . Basilius autem hortabatur Neocæsareenses, ut valedicto* temulentis hisce capitibus, quibus suffumigatio illa crapulæ sursum inæstuans phantasmata gignit, suum damnum ab iis discerent qui vigilarent, et propter timorem Dei tacere nequirent. *Deinde exponens hæresim Sabellii, in quam fere inadvertenter Neocæsareenses inducebantur, addebat ; istius factionis homines, qui sapientiores habebantur, asseverare ac dicere*, nomen Unigeniti non esse traditione acceptum, esse vero nomen Adversarii seu Antichristi, atque in isto, tamquam in proprio ipsorum invento, plurimum gloriari ac superbire. *At illi, cum tantæ arguerentur insaniæ, solita hæreticorum fraude negabant, se quidquam simile dixisse.* At, si negant, *inquit Basilius*, se ista dicere, aut ad hunc modum docere, id quod volumus sumus assecuti : quamquam difficilem illis negationem video ; propterea quod complures habemus sermonum istorum testes..... imo jam libris suis has nugas consignarunt ; quas illi primum Meletio Episcopo homini Dei miserunt ; et ab illo condigno accepto responso, perinde atque propter naturæ mutilationem pudefieri solent matres quæ monstra pepererunt, ita et ipsi turpes suos fœtus competentibus abditos tenebris lactant et nutriunt. *Exposita hæresi et hereticæ factionis hypocrisi, ad solitam suam erga resipiscentes ab errore clementiam rediens, spondet*, se nullam præteritorum rationem habiturum, modo præsentia sanentur : *si vero in istis perseveraverint*, cogemur, *inquit*, et ad alias Ecclesias acceptum damnum proclamare, efficereque ut a pluribus ad vos Episcopis mittantur litteræ, quibus impii hujus figmenti magnitudo destruatur. Aut enim ad diligentiam et cautionem nonnihil proderit præsens illa contestatio ; aut nos in judicio a culpa liberos reddet. *Ita Neocæsareenses, ab hæreticis decepti, multam Basilio patientiæ materiam præbuere et occasionem meriti. Quamvis autem nesciatur, quem tandem finem ista hereticorum machinatio habuerit ; fecit tamen ut nobis innotesceret illorum ad calumniandum impudentia, dum præclaros et omni laude dignos ritus, et ad pietatem fovendam aptos, Psalmodiam dico et Fidelium in ecclesia comprecationes, tamquam novum quid et a religione alienum sinistra interpretatione objiciunt, et fere tamquam superstitiosas observationes traducunt. Pater præterea hæreticorum in Religiosos et Monachos odium, antiquum esse et inveteratum malum, quod a patre suo diabolo animis insitum semper servavere ; ac denique minime novum esse hoc etiam hæreticorum inventum, quo orthodoxos Doctores a fide defendenda deterreant, proscindendo nempe famam ipsorum libellis injuriosis, cantilenis, et versibus ; poetastris etiam ad hoc mercede conductis.*

B. Ep 64

C

a quo ut resipiscant hortatur :

D

et hæreticorum in Monachos odium declarat.

Locum loquendi cum Amphilochio designat,

357 *Hoc eodem anno* CCCLXXV *Basilius*, ex longa hac et difficili peregrinatione reversus, cum debilitatum corpus et animam non modice afflictam reduxisset domum, litteras a S. Amphilochio accepit : quas ubi primum in manus sumpsit, omnium malorum derepente sibi visus est oblivisci, cum omnium sibi jucundissimæ vocis atque amicissimæ manus symbola suscepisset. *Quærebat autem Amphilochius, ubi inter se convenire possent ; Basilius vero designavit ædes*, quæ erant Euphemiadis, *in via Nazianzum versus, et nonnihil extra hominum strepitum;* cum et ea, *inquiens*, quæ mihi negotium facessunt evitem, et ad sinceram tuam dilectionem festinem. *Sed et alia de causa locum hunc designabat ; nam eodem hoc tempore Gregorius Nazianzenus, mortuis parentibus suis, quorum gravis senectus ipsum Nazianzi invitum tantisper detinuerat, Seleuciam se repente subduxit. Atque hinc suspicabatur Basilius fore*, ut necessitatem sibi afferret Nazianzum usque proficiscendi, repentina ista religiosissimi Episcopi Gregorii secessio, quæ quibus de causis facta esset, hactenus ignoraretur. *Credibile tamen est voluisse Gregorium secessione ista subducere se Nazianzenæ Ecclesiæ administrationi. Non videtur autem ad Euphemiadis ædes aut Nazianzum profectus Basilius, forsan ob morbum, quem ex itineris molestia non diu post reditum contraxit : scribit enim eidem Amphilochio*, corpusculum suum, itinere illo Pontico concussum, intolerabili discruciari valetudine ; *quamvis nec ideo vellet curandæ ecclesiasticæ pacis et firmandæ orthodoxæ fidei occasionem ullam prætermittere. Eapropter* cum vir quidam pius et religiosus ex Lycia, in Cappadociæ partes peregrinatus, retulisset ipsi, quod Episcopi plures et Presbyteri vellent ad ipsorum communionem accedere, gratias Domino perquam magnas habuit, quod vel quisquam per Arianorum illum tractum restat extra noxam hæreseos constitutus. *Inter illos præcipui nominabantur*, Alexander, de Monacho factus Episcopus Corydalensis ; Eudemius, Episcopus Patarensis ; Hilarius, Telmessensis ; et Lycianus, Episcopus itidem in Phelo ; Presbyteri vero, Diatimus in Limyra, Tatianus, Polemon, Macarius in Cyris, *forsan legendum* Myris, *propter Tatianum Episcopum Myrensem in concilio Constantinopolitano.* Hos et plures alios designaverat Basilio quispiam, ut in fide Orthodoxos. *At ne quidquam ea in re præpropere ageret, rogavit S. Amphilochium*, vellet diligentem quemdam et gnavum virum in Lyciam amandare, qui inspiceret orthodoxam fidem consectantes, *et de omnibus ad se referret : quod si, ita ut acceperat, se haberent omnia ;* volebat ipse per litteras cum eis communicare, et inde ex ipsis aliquem ad suum congressum evocare.

B. Ep. Can 3

E

Nazianzo vicinum,

B Ep 403
sed morbo prohibetur,

F

Extanter intelligit aliquos Lyciæ Episcopos secum facere.

358 *Credendum omnino est, Amphilochium non defuisse officio suo, missumque ab eo aliquem qui coram Episcoporum illorum exploraret animum : per quem etiam fuerit unus ex istis ad Amphilochium, et* ab

et per Amphilochium respondet litteris inde acceptis

A *ab hoc ad Basilium transmissa epistola; cui Sanctus responsurus, litteras ad Amphilochium misit, qui illi cui inscriptæ erant ulterius destinaret. His imprimis laudat promptum ejus ad concordiam animum; et concedens quidquid rogabatur, subjungit :* Ne idcirco in hac sancta æmulatione extremi occupemur, tuam ecce Gravitatem ex adverso resaluto, meamque voluntatem revelo illam, qua per Dei gratiam confirmata nostra in fide concordia, nihil aliud futurum impedimento arbitror, quo minus unum corpus, et spiritu uno simus copulati, qui vocati sumus in una spe per nostram vocationem. Tuæ ergo Caritatis partes erunt, felici hoc principio consequentia attexere; adsciscere tibi animo voluntateque concordes, tempus locumque conveniendi designare; ut per divinam gratiam hoc modo refocillantes nos invicem, ad priscam illam amoris speciem et figuram Ecclesias administremus : Fratres illos, qui utrimque divisi incedunt, tamquam nostra ipsorum membra, et tamquam ad domesticos deducendos, et velut a domesticis denuo reversos suscipiendos. *Ita omnia moderantis Dei providentia factum est, ut eodem tempore, quo Neocæsareenses, tot titulis Basilio obB stricti, ejus communionem respuerent, ignoti pæne et longe dissiti eum studiosius ambirent.*

B Ep. 398

CAPUT XXX.

Occidentalium in causa Meletii dissensio a Basilio, Eustathii Sebasteni defectio, Ecclesiarum ab Arianis vexatio.

At non defuit inter jucunda ista etiam aliunde nova afflictionis materia. De schismate Antiocheno Meletium inter et Paulinum actum est duodecima Februarii, ad Acta S. Meletii Episcopi Antiocheni. Huic Basilius, cum aliis orthodoxis per Orientem Episcopis, impense favebat. At Damasus Pontifex cum Occidentalibus, falsis quibusdam relationibus deceptus, *ut ait Baronius, in Paulinum propensior erat. Venerunt ergo hoc tempore litteræ Damasi ad Paulinum, allatæ per Vitalem Paulini Presbyterum,* quibus mirum in modum Pauliniani efferebantur et tripudiabant, et fidei edebant confessionem; in qua suscipienda paratissimi erant *Orientalibus* Ecclesiis coadunari. Quin etiam Basilio narrabatur, Paulinianos ad partes suas traduxisse optimum et probissimum virum Terentium. Ad hunc ergo e vestigio dedit litteras, C ipsius propensionem retardantes, et hominum illorum fraudem et fallaciam edocentes. *In his, præter dogmatica quædam hæresim Sabellii concernentia, cujus immerito suspectum habebat Paulinum; explicat pluribus schismatis hujus eo tempore statum, et affectum amoris erga Meletium; sic tamen ut Paulinum cum suis a sua caritate non excludat. Terentium ergo sic alloquitur :*

Affligitur propter schisma Antiochenum,

in Notitia ad Mart.

B Ep. 272
Ipse Meletio adhærens, dum Roma Paulino favebat,

B Ep. 349

scriptis pro hoc litteris,

360 Rumor nos diversus occupavit, quo versari dicebaris Antiochiæ, et adjutor summis Magistratibus adscitus, res ibi obvias administrare. Una cum isto rumore ferebatur alius : dicebantur enim Fratres qui Paulino favebant, in colloquium cum tua Rectitudine descendere de sua nobiscum unione (nobiscum, inquam, qui a partibus stamus Meletii, viri Dei, Episcopi Antiocheni) quos audio circumferre Occidentalium litteras, quibus Sedes Antiochiæ Episcopalis ipsorum parti addicitur, vir autem admirabilis Meletius ab Episcopatu veræ Dei Ecclesiæ abdicatur. Neque sane miror. Illi enim penitus ignorant nostrarum rerum conditionem : et illi qui videri volunt cognoscere, contentiose magis quam ex veritate referunt. Nihil equidem magis verosimile est, quam veritatem illos ignorare, vel occultare contrarium; unde etiam inductus est Athanasius, beatissimus Episcopus, litteras ad Paulinum dare. D Tuam autem rogamus Perfectionem, ut, quandoquidem eo loco convenire queas homines, probe gnaros eorum quæ sub Joviniano Principe inter Episcopos agebantur, velis ab illis accurate veritatem edoceri. *Hic innuit Basilius, Paulinianos studiose subticuisse aliquid, quod Meletio faveret, aut Athanasium excusaret.* Etenim cum neminem accusemus, dilectionem vero erga omnes servare cupiamus, imprimis erga domesticos fidei; gratulamur iis qui Roma illas litteras attulerunt; et si quod illustre et eximium testimonium contineant, vellem equidem illud verum reperiri, et opere ipso confirmatum. Non tamen ob hæc ipsa memet possum inducere, ut vel Meletium ignorem et Ecclesiæ illius obliviscar cui ille præest; vel contemnendas arbitrari quæstiones illas, quæ schismati dederunt ab initio occasionem, vel uti parum aut nihil potius referentes ad scopum et finem pietatis. Nolim ego certe, si quis epistolam adeptus ab hominum quovis, ingentes ob illam spiritus gerat, eam ipsam ob causam me submissius abjectiusque gerere; imo nec si de cœlo missa descenderit, ad fidem autem non E incedat via recta, illum ad Sanctorum communionem admisero, qui attulerit.

AUCTORE P. B.

quibus negat se posse moveri.

361 *Redierunt item hoc tempore de Occidente Dorotheus Presbyter et Sanctesimus, qui ab Orientalibus missi fuerant anno præcedente : retulerunt autem,* Occidentales illorum calamitatibus, tamquam viscera misericordiæ indutos, condolere, et paratos esse velocem ac maturam (si daretur opportunitas) eorum doloribus afferre medelam. *Exiguam admodum Basilio dedere consolationem hujusmodi nuntia, eo quod sæpius similia accepissent promissa, nullo effectu secuto : præsens autem aderat afflictio, ex ea quam frater suus, Nyssenus Episcopus patiebatur persecutione. Cum ergo circa hæc eadem tempora rescriberet Amphilochio, qui ad festa Natalitiorum cum litteris officiosis bellaria quædam miserat; postquam ab his edendis excusasset se jocose, quod jam pridem, partim ob ætatem, partim propter morbos excussi essent dentes; fratrem suum, tanta patientem ejus precibus commendat.* Tumultus quidam nos hic conturbarunt, *inquit*, nec sine dejectione animorum sumus, eo quod dilectus admodum Deo Frater noster in exilium existat relegatus. Sed tu Deum pro illo exora, ut largiatur ei iterum Ecclesiam suam invisere, a vulneribus per hæreticos inflictis curatam.

Reversis ab Occidente legatis,

B. Ep. 74

B Ep. 404
et Gregorio exulante,

362 *Verumtamen quamdiu Imperator Valens et Basilius vixerunt, ab Ecclesia sua exul fuit Nyssenus, eo quod nollet hominum nimis quam impudentium molestias tolerare. Episcopi vero, iidem qui Gregorium expulerant, in ejus locum virum introduxerunt,* imo potius mancipium triobolare, et ad fidei perniciem incumbentem, consimilem iis qui ipsum præfecerant. *Hoc tamen non statim, sed post condiabulum Nyssenum factum est.* F

B Ep. 395
B Ep. 10
Nysseno obtruditur Episcopus Arianus.

363 *Demosthenes autem Vicarius,* postquam rebus militaribus et castrensibus negotiis paulisper intentus fuerat, reversus est denuo Cæsaream, iram et invidiam spirans, et quotquot ibi erant Sacerdotalis Ordinis unico edicto Senatui permisit. Inde profectus Sebastiæ desedit per dies aliquot, tributim judicia exercens, et distinguens ordines. Cumque catholicæ communionis Senatores nominasset, publicarum operarum ministerio eos addixit; at qui stabant a partibus Eustathii, eos summis honoribus affecit. Et tunc contigit Asclepium quemdam, eo quod recusaret cum Doego, id est Eustathio, communionem, verberibus contusum interiisse, vel per plagas ad vitam potius esse translatum. Nec ab isto discrepabat ceterorum conditio : Presbyterorumque atque Doctorum persecutio, quæque alia facere poterant

B Ep. 264

Vexantur Cæsarea Orthodoxi a Viceprefecto.

B. Ep. 405

AUCTORE F. B.
B Ep. 264

A tuerant Ariani Episcopi, impotenter abusi Magistratuum auctoritate ad suam ipsorum voluntatem. *Etenim nacti Demosthenem Vicarium, omnium quæ illi contra Orthodoxos designabant ministrum; qui, postquam Sebastiæ fecisset quidquid voluerat;* Synodum Arianorum Episcoporum, Galatarum videlicet et Ponticorum, indixit celebrandam Nyssæ. Hi vero illius edicto obsecundati, concurrerunt; et hominem quemdam ad Ecclesias visitandas ablegaverunt: qui qualis fuerit facile est conjectare cogitanti, qualem illum fuisse par fuerit, qui horum hominum voluntatibus supparasitaret, *et sub specie visitandarum Ecclesiarum easdem destrueret.*

CAPUT XXXI.

Eustathius Sebastenus ad Arianos deficit: Coloniensi Euphronio ad Nicopolitanam metropolim translato religioni consulitur, probante Basilio. Doaris Arianus intruditur.

B Ep 264
Eustathius Sebast. palam communionem Arianam profitetur,

B. Ep. 82, 85

in eorumdem Synodo

B Rumor quoque de synodo quadam Arianorum expectanda ferebatur: in qua decernerent Basilium, prius accersitum, vel ad communionem suam perducere, vel antiquum suum obtinere, *id est tunc ejicere Episcopatu, et alterum ejus loco ordinare. A Nyssa ergo totum istud Arianorum* Episcoporum agmen Sebastiam venit, eo fine, ut cum Eustathio possent consociari: honesta ac fida legatione eo vocati, ubi et ecclesiam acceperunt: et altaris ministerium erexerunt, deque suo pane populo dederunt, et magnifice cum auctoritate concionati sunt; Episcopi appellati ab Ecclesiæ illius Clero, perque omnem eam regionem ab ipsis, tamquam sancti et ejusdem communionis, cum honore deducti; atque ita, multo stipati satellitio, suisque symmystis comitati, totam ipsorum regionem transiverunt. *Sic tandem Eustathius aperte et palam ad Arianorum communionem defecit; manifestumque fuit omnibus, ut vel a quovis puero intelligeretur, quod non ob aliam causam a Basilii communione defecisset, quam quod se gratificaturum Euzoio et Arianis sperasset.* Hic enim erat ipsius ludus, *quo Ecclesiis Dei pro suo commodo illudebat, ante annos septemdecim nondum integre exactos, ab Episcopis illis qui Constantinopolim venerant* C *numero quingenti, communi decreto dejectus Episcopali gradu.*

quos olim damnaverat ut hæreticos,

365 *Horum ille tunc sententiam exploserat,* Synodum istam appellans Synodum prævaricatorum, nec passus quidem eos vocari Episcopos, ne contra se prolatam sententiam firmaret; et causam adjecerat, ob quam illi non essent Episcopi; quoniam, *ut inquiebat,* pravæ hæresi præessent, nec Spiritus sancti essent participes, nec per gratiam Dei Ecclesias gubernarent; sed per humanam potentiam, inanis gloriæ desiderio, Ecclesiarum gubernationem rapuissent. *Erant autem principes eorum a quibus ipse depositus fuerat, Eudoxius, Evippius, Georgius, Acacius; quorum successores æque Arianos, et alios ab iisdem ordinatos nunc Eustathius legitimos agnoscebat Episcopos.* Basilidis, Ariani Gangrorum in Paphlagonia Episcopi, cum e Dardania rediret, Eustathius altaria subvertit *olim, tamquam hæretici et excommunicati,* mensasque suas substituit, ut in propriis mensis *Missæ officium celebraret:* et nunc Basilidi supplex factus est, rogans ut se in communionem accipiat. Elpidium pientissimum, propterea quod Amasenis conjunctus esset, excommunicavit: et nunc Amasenis quoque supplex factus est, petens illis conjungi. Horrenda sunt quæ contra Evippium, tamquam hæreticum, prædicavit; et nunc eos qui cum Evippio sentiunt, tamquam recte docentes commen-

B. Ep. 82, 73

ipsis supplex factus

dat ac celebrat, si modo studium et conatum restitutioni ejus impendant, *quales erant* Anysius, Evippii alumnus, *et* Ecdicius Parnassenus, homines infelices et vernarum vernæ. D

B. Ep. 10

365 *Detecta tandem, quæ Basilium multum exercuerat, Eustathii hypocrisi, videns is in illo fidei inconstantiam, cui parem in aliis ipse numquam viderat;* cogitabat ita voluisse Dominum videre ipsum quietas Ecclesias ab ea perturbatione, quam hactenus passæ erant per separationem eorum, qui propter confictam honestatis gravitatem omnia sua auctoritate obtinebant. Aut forsan voluisse Dominum, per intelligentiæ accessionem, animum suum deinceps diligentiorem et attentiorem reddere, ne moraretur hominum judicia, sed per Evangelica præcepta absolute institueretur, quæ neque cum temporibus neque cum humanarum rerum circumstantiis mutantur, sed eadem permanent, ut a veraci ac beato ore prolata sunt. Quomodo tunc corpore affectus esset, præstat, *inquit ad Eusebium scribens,* silere, quam perscribere: nam si quod res est illud dixero, mœrore te afficiam, et mentiri non est voluntatis aut instituti mei.

B Ep. 82
Basilius exinde cautior redditur.

B. Ep. 264

366 *Neque levius res Catholica periclitabatur Nicopoli. Ibi obierat aliquot abhinc tempore Beatissimus Theodotus, Episcopus istius civitatis, ut sæpe diximus; et Vicarius Demosthenes persuadere volebat Clero ac Populo Eustathium ut susciperent, et Episcopum ab eo consecratum.* At illi primos Vicarii insultus generose et constanter repulerunt, ut decebat eos qui filii Confessorum erant et Martyrum, qui ad sanguinem usque peccato restitissent. *Postquam vero Vicarius vidit, nequaquam illos sponte hoc facturos, per vim et violentiam conatus est nominatum Episcopum introducere: et cum ipso venit Nicopolim agmen illud Arianorum Episcoporum, qui Nyssa venerant Sebasten, ut cum Eustathio consociati, una cum illo Nicopolitanorum causam et negotia pessumdarent. Hi postquam Nicopolim usque progressi, nihil eorum quæ sibi polliciti fuerant potuerunt ad effectum perducere,* quomodo reversi sint, *inquit Basilius,* et quales in reversione visi sint, sciunt qui præsentes fuerunt. *Verum enimvero hæreticorum pater diabolus, qui fidem subvertere Nicopoli nequiverat per Demosthenis vel astutiam vel violentiam, alium invenit modum quo perderet* Ecclesiam, pietatis altricem et rectæ doctrinæ metropolim. *Fronto Ecclesiæ istius Presbyter, qui cum Eustathio Fidei symbolo a Basilio proposito subscripserat, illius hypocrisin imitatus, ad Arianos quoque defecit; dubium vero relinquitur, an primum ante Ordinationem lapsus sit, an vero post Ordinationem susceptam, quam tamen vel pacis causa vel ex affectu hæretico ab Arianis suscepit.*

E
Nicopolitani Arianis resistunt,

B Ep 192
B. Ep. 264

B. Ep. 72

seque a Frontone, ab illis ordinato Episcopo,

F

367 *Rem totam Basilius explicat, non sine lacrymis, ad Samosatenum ita scribens:* Quis autem res Nicopolitanorum miserique Frontonis dignis suspiriis queat prosequi? qui prius veritatis patrocinium quoddam se suscipere simulabat, tandem vero et fidem et seipsum turpiter prodidit: proditionis autem mercedem, nempe ignominiæ nomen, est adeptus. Nam ad Episcopatus fastigium, ut putat, per ipsos evectus est; sed Dei gratia, communis totius Armeniæ execratio factus est: dum fama omnem hanc viciniam pervagata est, et turpitudinem ejus qui lapsus est divulgavit. Motus ille inanis gloriæ cupidine, fœdissimam sibi ipse contraxit ignominiam: et præterquam quod præmiis fidei propter sui amorem excidit, ipsam quoque infelicem gloriolam, pro cujus desiderio impietati venumdatus fuit, propter justum odium eorum, qui Dominum timent, non est consecutus. Verum ille hoc suo proposito evidentissimum totius vitæ suæ specimen protulit, declaravitque quod numquam spe repositorum ac promissurum a Domino bonorum vixerit; sed si quid sibi

B Ep. 10
et ideo tota Armenia infamato,

B. Ep. 191

generose abjungunt:

A sibi rerum humanarum consecutus est, utpote verba fidei et figmenta religionis, omnia illa ad hoc contulit et accommodavit, ut accedentes ad se falleret. *At Nicopolitani, zelo conservandæ fidei, ab ejus se communione separarunt: cumque ille domum orationis occupasset, ipsi sub dio Dominum cœli et terræ adorabant; extra muros quidem ejecti, at in protectione Dei cœli commorantes; quia et Angelus ille, præses Ecclesiarum, cum ipsis fuerat egressus.

ideo autem ecclesia sua privatos,

B. Ep. 102

368 *Similibus hortatus est eos Basilius ad constantiam, proposito etiam Apostolorum exemplo, qui in cœnaculo conclusi erant; cum interea qui Dominum crucifixerant, in templo celebri Judaicum cultum perficerent. Consolabatur etiam afflictos, calamitatum præsentium comparatione facta ad priora tempora:* Nemo vestrum, *inquit*, plagis affectus est; nullius ædes publicatæ sunt, nondum in exilio vixistis, nec carceres experti estis. Quidnam autem mali pertulistis? nisi id forsan triste est, quod nihildum perpessi estis, nec digni habiti qui pro Christo pateremini. *Deinde spe ipsos erigens adfuturi brevi divini auxilii;* Tempestas illa, *inquit*, quæ nos jam apprehendit, paulo post non erit; modo sustineamus non inspicere præsentia, sed spem in ea extendere quæ paulo

coactosque foris ad orandum convenire,

B sunt ulteriora. Quare, etiamsi gravis sit tempestas, toleremus ea quæ sunt molesta: nemo enim coronatur, qui nec percussus est in certamine, nec luctatus. *Inter calamitates tamen præcipuam numerat Sanctus Frontonis lapsum, ut appareat etiam erga impios commiseratio;* Etenim hoc unum, *ait*, tantum dolore dignum est, quod periit ille, qui temporariæ gloriæ gratia (si tamen gloria vocari debet quod publico cum dedecore geritur) sempiterno se ipse privavit honore.

consolatur et animat Basilius,

369 *Verum quamvis initio levis persecutio videretur, et esset, nec diuturna fore speraretur; aucta tamen est. Placuit enim divinæ providentiæ, et Nicopolitanorum constantiam, et Basilii patientiam gravioribus experimentis probare; supervenientibus eis malis istis, quibus cum antea carerent, alia persecutionis incommoda,* levia diaboli ludibria, *vocabat; et persecutores,* molestos quidem, quod talis hostis ministri existerent; contemptibiles tamen, quod Dominus illorum malitiæ impotentiam conjunxisset. *Sævuit ergo Nicopoli atrocius persecutio, sed quousque et in quos sævierit, et quid Basilius ad ipsis subveniendum egerit, ex Sancti ipsius litteris, quibus ad se confugientibus Nicopolitanis re-*

utpote necdum passos gravissima :

B. Ep. 192

his autem etiam advenientibus.

B. Ep. 191

C *spondet, facile colligitur:* Cum, *inquit*, Sanctitatis vestræ litteras consecutus essem, admodum ingemui ac lamentatus sum, eam ob causam, quod mala ista meis ipsius percepissem auribus: utpote verbera et probra vobis illata, populationem ædium, desolationem civitatis, totius patriæ subversionem, persecutionem Ecclesiæ, fugam Sacerdotum, insolentiam luporum ac dispersionem gregum. Verum ubi a gemitibus ac lacrymis quievi, et ad Dominum in cœlos suspexi; cognovi persuasusque sum, quod et vobis notum esse volo, quod cito aderit auxilium, nec in finem usque deserendi sumus. Quod enim passi sumus, propter peccata nostra passi sumus: auxilium vero suum benignus Deus, propter dilectionem et misericordiam, qua erga Ecclesias afficitur, declarabit. Haud tamen neglexímus, quo minus simul et supplicaremus præsentes illis, qui rerum potiuntur, et iis qui nos diligunt in castra scriberemus, quo iram insanientis *(Demosthenis scilicet)* cohibeant. Et arbitror illum a multis fore reprehendendum; nisi forsan impletum tumultuationis tempus tantum otii non permittat illis, qui publicis ministeriis occupantur, ut de hisce rebus agant.

solatur ipsos spe propinqui auxilii ;

370 *Dum ita sub persecutione gemeret Nicopolis,* Pœmenius Episcopus Satalorum, secundum Deum motus ad succurrendum Nicopolitanis, istud invenit

B. Ep. 193

quod fit translato Sebasten. Coloniensi Euphronio,

D consilium; ut Euphronius, qui tum Ecclesiam Coloniensem regebat in finibus Armeniæ, ad Metropolim transferretur; et hunc modum consolandi eos aggressus est, in quo *Basilius* non solum adinventionem utilitatis laudavit, sed et animi dexteritatem ac fortitudinem celebrandam putavit, quo causam hanc nulla dilatione protraxit (qua etsi inquisitorum studium dissolvisset, simul tamen et adversariis cautionis occasionem dedisset, et observatorum insidias excitasset) sed confestim quod bene cœperat consilium ad effectum perduxit. *Videbatur quidem hæc translatio, repugnare sacris Canonibus, quibus cautum est, ne Episcopus de una Ecclesia transeat ad aliam: approbata nihilominus fuit communi Episcoporum, Magistratuum et plebis consensu, multum etiam laudata Basilio,* quod ab uno alterove, *inquit*, pio factum est opus, certo nobis persuadet factum esse consilio Spiritus sancti. Etenim ubi nihil quod humanum sit præ oculis est, neque proprii oblectamenti gratia ad operandum moventur Sancti, sed quod Deo probatur spectant: manifestum est, Dominum esse qui corda eorum dirigat. Ubi vero spirituales viri auctores sunt consiliorum, et hosce plebs

AUCTORE F. B.

in quo Pœmenii Satalensi consilium,

E Domini concordi sententia consequitur, quis ambiget consilium ejusmodi communicatione factum esse Domini nostri Jesu Christi, qui sanguinem suum pro Ecclesiis effudit. Unde et ipsi recte judicastis, Deo dilectissimum Fratrem nostrum et comministrum Pœmenium, secundum Deum fuisse motum; qui et in tempore vobis succurrit, et hunc modum consolandi vos aggressus est.

ut divinitus suggestum laudat

371 *Nec tantum laudavit Basilius Pœmenii consilium, sed et promovit. Nam postquam translatio ista facta erat per Episcopos,* quibus cura Ecclesiasticarum dispensationum erat concredita; *instituit ut a populo confirmaretur, ad quem ita loquitur:* quod Deo dilectissimos Episcopos concernebat, impletum est: quod reliquum est, ad vos spectat: ut videlicet datum vobis Episcopum ex animo complecti dignemini, et pericula extrinsecus imminentia fortiter repellatis. Nihil enim sic absterret, tam Principes quam reliquos, pacatum hunc vobis statum invidentes, atque concors erga traditum vobis Episcopum dilectio et inconcussa constantia: incutit enim illis omnium malorum conatuum desperationem, si nec Clerum nec Plebem adinventiones ipsorum amplecti viderint. Igitur quem habetis animum erga bonum

B. Ep. 191

ipsumque Euphronium Nicopolitanis commendat,

F illum, civitati communem efficite; et quæ decora sunt populis ac cunctis in ea regione habitantibus, proponite, et bona illorum proposita confirmate, quo sincera vestra in Deum cunctis innotescat dilectio. *Certum omnino est, consentaneum omnino Sanctum quodpiam optaverat, et Nicopoli servitam pacem, concordiam animorum, et fidem, ad quas eos hortabatur. Verum difficultatem majorem Colonienses movebant, ægre admodum ferentes eripi sibi Episcopum et Pastorem sanctum. Offensi præterea duriori quodam Nicopolitanorum responso, quasi, cum parvi esset ipsorum civitas, nec digna tali Episcopo haberetur; minabanturque Ecclesiam se suam Arianis tradituros. Ea de re cum Basilius litteras a Senatu et Clericis Coloniensibus accepisset, omni mansuetudine et prudentia agendum sibi putavit. Paterno itaque affectu monet Nicopolitanos, quod* Coloniensium dispositionem magis probare deberent, quam eos quasi propter tenuitatem contemptibiles irritare, et contemptu ad contentionem provocare. Solent enim, *inquit*, qui contendunt, inconsultius pleraque agere, et suis malis impensius affici, quo adversarios turbent. Nemo autem usque adeo tenuis est, qui jam magnorum malorum occasionem, his qui ipsam volunt subministrare nequeat. Et hoc non ex conjecturis, sed nostrorum malorum experientia edocti loquimur.

et monet ne Colonenses exasperent,

B. Ep. 193

372

A AUCTORE F. B. *horum vero Magistratui*

372 *Coloniensi vero Senatui significat, se, acceptis eorum litteris*, gratias Deo ter sancto habuisse, quod cum rerum communium curis et sollicitudinibus multum torquerentur, Ecclesiarum nihilominus negotia nequaquam parvi penderent. *Deinde, ad leniendos ipsorum animos, ita prosequitur:* Scripsistis etiam vos non leviter angi, propter vestri Episcopi separationem a vobis, Deo scilicet dilectissimi Euphronii:

B Ep. 291

quem non abstulit vobis violenter Nicopolis, sed ne ipsa contenderet causam suam agens, civem suum deposcit. blande autem a vobis compellata, vocem vobis emittet, talem omnino quæ matri conveniat indulgentissimæ; nimirum, se parentem communem vobiscum habituram esse, qui utrisque gratiarum suarum partem alternis vicibus communicabit; neque illis passurus molestiam creari ab adversariis, nec consuetæ tutelæ vos et providentiæ parte aliqua privaturus. Quocirca, horum temporum difficultatem vos apud animum vestrum reputantes, et istius dispensationis rationem consiliique necessitatem prudenter cognoscentes, ignoscere debetis Episcopis illis, qui constituendarum Ecclesiarum hanc potissimum rationem inierunt; et vobismet ipsis ea procul dubio suggeretis, quæ par est homines mente B sana consilioque perfecto cogitare simulque quam optime intelligentes quo modo diligentium se obligationes demereantur.

B. Ep. 292 *et Clero scribens,*

374 *Ejusdem etiam sententiæ litteras misit ad Clerum prædictæ civitatis, in quarum parte aliqua hic annectenda, exhibeo Sancti nostri in tractandis turbatis animis prudentiam, et pium judicium de hujus Episcopi ad aliam Ecclesiam translatione, ut a Spiritu sancto facta.* Quid vero tandem, *inquit*, tam speciosum reperitur, quid Deo pariter hominibusque tam laudabile, quam dilectio....? Quocirca voluntatis

laudat eorum affectum erga suum Episcopum,

vestræ animique fervorem vehementer amplector, quo Pastorem vos vestrum prosequimini. Neque enim filius, qui patrem diligit, parente carissimo velit orbus esse; nec Christi Ecclesia latura est patienter, Pastorem et Doctorem a se abduci suum. Quocirca vos honesti et laudandi vestri affectus demonstrationem nobis exhibuistis, in illa qua Episcopum prosecuti estis dilectione vestra vehementi. Sed propensior hæc voluntas et affectus optimus erga Patrem spiritualem, ratione modoque circumscripta laudari debet: nam ubi mensuram supergressa fuerit, non est ad eumdem modum acceptaC bilis. Dispensatum est quam optime de Fratre nostro, Deo dilectissimo Euphronio, per eos quibus

quem tamen debeant moderari,

rerum Ecclesiasticarum concredita est dispensatio, prout tempora exigebant, pro illius Ecclesiæ, quo transferebatur, utilitate non mediocri, et vestra etiam non levi, a quibus est ablatus. Nolite hoc humano consilio factum arbitrari, nec consiliis institutum et perfectum esse hominum, qui terrena sapiunt; sed eos quibus solicitudo Ecclesiarum Dei et cura incumbit, Spiritu ipsis sancto cooperante, hoc procurasse arbitremini. Hujus cooperationis persuasionem vestris animis infigite, et date operam ut perducatis ad perfectionem. Patienter id-

patienterque ferre illius translationem,

circo, et quidem cum actione gratiarum, quod factum est, suscipite; ita apud animos vestros persuasi, eos qui resistunt, nec admittere volunt, quæ Ecclesiis præscribunt, qui sunt a Deo electi, divinæ repugnare ordinationi.

ipsorum quoque bono factum

375 Nolite litigare cum Nicopolitana vestrum omnium metropoli Ecclesia, neve durius in eos animati sitis, qui vestrarum animarum curam susceperunt. Certe cum Nicopolitana res probe ordinatur, et vestra etiam portio conservabitur: quod si illam tempestas apprehenderit, utcumque sexcentos qui vos custodient obtineatis, tamen partem necesse est pessumdari, et cum suo capite interire...... Illud autem me magnopere contristavit, et certe videtur D excessisse modum, quod dicebatis, Si votorum nostrorum non fiamus compotes, ad tribunalia Judicum provocabimus, et rebus nostris illos præficiemus, quibus omnium votorum caput est pestis et subversio Ecclesiarum.

nec velint propterea litigare.

Nec ergo quæso furore insano quodam perciti nonnulli, vos unquam eo adigant persuasionibus suis, ut hæc ad publica subsellia deferatis; esto hinc secutura sit mutatio quædam, at in caput auctorum et machinatorum, velut onus quoddam grave, negotii totius pondus convertendum. Nostrum de paternis visceribus suggestum consilium amplectimini, et Deo dilectorum Episcoporum ordinationem secundum Dei voluntatem factam admittite. *Paruerunt haud dubie prudentissimo Sancti consilio tam Colonienses quam Nicopolitani: ipse vero utriusque se aliquando adfuturum promittit, et coram solatium subsidiumque laturum.*

Ep 10 *Pro Eulalio Orthodoxo*

376 *Porro non tantum Nyssæ et Nicopoli ab Arianis tumultuatum est, sed etiam ad Doariorum Cappadociæ oppidum, ubi Eulalius fuerat ordinatus Episcopus, consecrationem ejus Gregorio Nazianzeno habita*

Orat. 30

oratione cohonestante. Quid autem ibi actum sit, paucis et obscuris verbis Basilius Eusebio Samosateno sic narrat: Ariani cum Demosthene Vicario ad Doariorum oppidum pestilentem hominem, orphanorum famu-

Doariis Ariani obtrudunt hæreticum. E

lum scilicet, qui antea a propriis Dominis aufugerit, sed per assentationem impiæ mulierculæ (quæ prius ad animi libidinem Georgio abusa est, nunc autem hunc habet) successorem illius miserunt, miserandum Episcopatus nomen contumelia afficientes. *Obscura omnino verba, quibus nec nomen pseudo Episcopi, istic ab Arianis contra orthodoxum Eulalium ordinati exprimitur; neque intelligitur quæ fuerit impia istæc muliercula, cujus ille commendatione promotus seu potius protrusus fuit. Cum tamen* Georgium *nominant cui ipse successerit, quoque muliercula illa abusa sit; satis indicant, ipsum Georgium non solum Arianæ factionis Episcopum fuisse, quo defuncto orthodoxum Eulalium Doarienses elegerint sibique fecerint rite ordinari; sed etiam concubinatus aut adulterii nota infamem, dignum cui talis successor obtingeret, contra sacros Canones, per quos irregularis habetur is, qui viduæ, nedum qui meretrici, fuit aut est copulatus.*

CAPUT XXXII.

F

Monachos ab Arianis vexatos solatur Basilius; Eustathii Sebasteni calumnias refutat.

M*emorabilis quoque fuit annus* CCCLXXV, *persecutione, mota sub Valente contra Solitarios orthodoxos.* Nam confestim post Pascham, *inquit Basilius*, qui ad judicia et pugnas jejunarant, in Monachorum

B Ep 200

Solitarios in Syria, ab Arianis multa passos,

tabernacula irruentes, labores eorum igni tradiderunt: ast per hoc quidem ipsis, domum in cœlis sine manibus constructam; sibi, thesaurum pararunt ignis, quo ad nocendum usi sunt. *Præcipui inter illos Solitarios erant Acacius, Aetius, et Paulus Presbyteri; Silvanus et Lucius, Diaconi; Acacius quoque et Paulus Abbates erant monasteriorum in Syria, versus Berœam et Chalcidem, secundum opinionem Baronii; et hic forsan idem est Acacius, qui postmodum factus Berœensis Episcopus memoratur in Vita S. Joannis Chrysostomi.*

an. 375

Ingemuit quidem Basilius super eo quod accidit, non ut persecutionem patientibus, sed ut persequentibus condoleret, qui usque adeo absorpti essent a malitia, ut in tantum usque facinus nequitiam suam extenderint. Verum ipse expectabat futurum, ut Solitarii isti confestim ad se, tamquam ad paratum semper refugium, universi

A versi accurrerent; sperabatque daturum Dominum indesinentium dolorum suorum refocillationem, ex eorum complexu; et sudore illo, quem propter veritatem distillabant, in corpus suum excepto, habiturum se consortium præmiorum illorum, quæ ipsis a judice veritatis essent recondita. Postquam autem id ipsis in mentem non venisse vidit, continuo optavit, sibi ad eos scribendi occasionem dari, ut, quemadmodum aliqui decertantibus acclamant, ita ipse et bono eorum certamini adhortatione aliqua per litteras acclamaret. Fuit autem ne hoc quidem factu facile, idque duabus de causis: una, quod ignoraret ubinam locorum agerent; altera, quod non adeo multi essent qui ad eos proficiscebantur. Sed obtulit tandem Dominus Sanctissimum Presbyterum, per quem eos salutaret, obsecraretque ut pro se orarent, lætantes et exultantes quod merces eorum multa esset in cœlis. Quoniam, *inquit*, fiduciam habetis in Domino, ne cessetis noctes et dies clamare ad illum, ut certamen hoc Ecclesiarum compescat, plebibus Pastores restituat, et Ecclesiam ad pristinam suam dignitatem redire faciat. Persuasus sum enim, si vox aliqua reperiatur quæ optimum

Basilius solatur per epistolam.

B Deum flectat, non elongaturum eum miserationes suas, sed daturum nobis posthac una cum tentatione proventum, ut ferre possimus.

378 *Extat et alia ejus epistola ad Monachos, similiter pro orthodoxa fide persecutionem sustinentes; sed incertum, an ad eosdem, an ad alios. Nam Valens, non solum per Imperium, sed etiam per Syriam et Ægyptum Solitarios persequebatur. Digna vero est epistola quæ hic pariter legatur, quoniam meritum istius martyrii extollit, quod revera propter fidem aut virtutem patimur, sed ita ut palam id minime pateat, dum infertur a Christianis, fidem rectam et virtutem præ se ferentibus, prætextu in speciem honesto.* Quæ quidem, *inquit*, mihi tacitus succinebam, accepto de tribulatione vestra nuntio, quam fidei vobis hostes procuraverant, hæc eadem et per epistolam ad vos perscribenda rectissime arbitrabar; eo quod, cum tranquillitatem expectaretis, beatitudinem vobis ipsis acquisivistis illam, quæ reposita est illis, qui propter nomen Christi patiuntur afflictionem. Non enim propterea quod qui impie agunt, nomine appellantur mansueto et leni, res ab iis perpetratæ existimari debent non esse ab hostili animo profectæ. Bellum enim ego judico truculentius illud

Ep. 303 docetque, non minus esse Martyres, qui a Christiani sint qui eos affligunt;

C esse, quod a contribulibus infertur, et ejusdem gentis hominibus. Nam indictos et declaratos hostes non magno labore declinare possumus, at non potest fieri, quin ad omnem injuriam et calamitatem expositi tradamur hostibus, qui nobiscum immixti vivunt: atqui rerum vestrarum hic status est. Passi sunt et patres vestri persecutionem, verumtamen ab idololatris passi. Direptæ sunt eorum facultates, subversæ ædes, acti ipsimet in exilium; sed ab hostibus manifestariis, idque propter nomen Christi. At qui nunc persecutores comparuerunt, nos odio certe non minori quam illi eos persequuntur; et ad fraudem quam pluribus faciendam, Christi sibi nomen induerunt, ut ne illam habeant e confessionis gloria consolationem, quibus infertur persecutio; non paucis iisdemque simplicioribus, injuria quidem nos affici confitentibus, non tamen mortem pro veritate susceptam martyrium reputantibus. Quocirca, ut mea fert sententia, major vobis merces et præmium potius apud justum judicem reponitur, quam veteribus illis Martyribus: cum illi in confesso positam reportarent martyrii apud homines existimationem, et laureolas a Deo exciperent suas; vobis autem desint in certamine pari a populo collati honores: ut credibile fuerit expectare vos in futuro seculo, pro laboribus in causa pietatis susceptis, retributionem abundantiorem.

sed vel ideo magis quia vulgo non æstimantur tales esse.

379 Hortamur vos idcirco, ne deficiatis tribulati, D sed in Dei dilectione renovemini, et studio vestro contentionique quotidie semper aliquid adjiciatis; illud recolentes, oportere inter vos reliquias pietatis conservari, quas cum venerit Dominus super terram inveniet. Sive autem ab Ecclesiis suis sint fugati Episcopi, hoc nequaquam vos concutiat; sive inter Clericos nonnulli extiterint proditores, ne hoc confidentiam vestram, quam in Domino habetis, marcescere faciat. Non enim nos servant nomina et tituli, sed voluntas animique propositum sanum, et germana in Deum conditorem nostrum dilectio. Recolite, quod in illa contra Dominum nostrum conspiratione, Pontifices et Scribæ et Seniores, doli totius artifices et machinatores erant; quin etiam e plebe perpauci erant, qui vere et sincere verbum susceperant; quodque ad salutem neutiquam multitudo hominum, sed a Deo electi adspirant. Numquam vobis igitur terrorem incutiat conferta multitudo hominum, qui non aliter quam marini fluctus vento levissime impelluntur. Quod si vix unus servetur, tamquam Lot nimirum in Sodomis, de judicii tamen recti statu non est abeundum, sed spes in E Deum immota collocanda; eo quod Sanctos suos Deus non est derelicturus.

AUCTORE F. B.

eosque hortatur ad constantiam,

utque non terreantur multitudine adversariorum

380 *Tertius jam annus effluxerat, ex quo Basilius nihil publice responderat ad Eustathii Sebasteni calumnias:* nam crebros et varios hostium suorum adversum se conatus respiciens, silendum esse, et quæ inferebantur crimina animo quieto toleranda rebatur; nec resistendum illis qui mendacio muniti erant, pessima scilicet armatura, sæpe per calcatam veritatem aciem suam impellente. *Hinc factum est, ut Eustathiani*, insignem præ se ferentes animorum humilitatem, sed qui hominibus cuperent et non Deo placere, quædam scripta, tamquam ipsius, sed quæ ipsius non erant, quaquaversum distribuerent; eumque apud Fratres ita traducerent, ut deinceps nihil magis quam ejus nomen detestarentur illi qui religiosi videbantur; et Basilius, qui ab initio latere et ignorari optaverat, ut nemo hominum magis qui humanam imbecillitatem consideraverint; nunc, tamquam qui mutata sententia diversam sectaretur vivendi rationem, et notum se cunctis facere cuperet, per mare per terras ubique sermonibus omnium diffundebatur, et onerabatur quantis adversarii poterant convitiorum plaustris; multi vero silentium ejus eo rapuerunt, ut ex illo intentatas calumnias confirmarent; ipsumque, non lenitatis et patientiæ gratia, sed quod ad expromendam veritatem os aperire neutiquam auderet, silere arbitrabantur.

B Ep 80

Ad Eustathii calumnias toto triennio tacitus Basilius,

B Ep 315

B Ep 330

B Ep. 73

381 *Cum autem Eustathius hoc tempore se palam Arianis conjunxisset, communionem eorum amplexus, et simul cum ipsis Ecclesiam persequeretur; rumpendum sibi silentium putavit Basilius, ne veritatem proderet, id ipsum suadente Eustathio medico, amico suo, sed redarguendos calumniatores; ne, dum adversum veritatem successu potiretur mendacium, quam plurimi perderentur, qui orthodoxæ fidei et illi etiamnum adhærebant. Juverit itaque ipsummet audire Sanctum, de adversariorum suorum fraudibus disserentem, diluentemque sibi objectas hæreses.* Videntur mihi, *inquit*, qui odium hoc inexcusabile contra nos induerunt, haud dissimile ab eo facere, quod habet Æsopica fabula. Quemadmodum enim illa lupum facit, culpas quasdam adversus agnum producere, quasi is turpe sibi ac indecorum fore putet, si præter justam rationem interimat agnum, a quo nihil sit læsus; ita tamen ut cum agnus omnem contra se ex adornata calumnia accusationem placide diluisset, nihilominus ab impetu lupus sibi non temperaret, sed justis rationibus victus, dentibus victorem vinceret: ita

eidem jam palam apostatæ tandem respondet

assimilans inimicos suos lupo calumnianti agnum,

AUCTORE F. B.

A ita et qui odio nostri non secus atque rei honestæ student, turpe forsan putantes si absque ratione nos odio persequi videantur, causas odii contra nos et crimina fingunt; nihil autem eorum quæ contra nos feruntur, constanter tuentur; sed nunc hanc, paulo post aliam, et rursus quoque aliam inimicitiæ causam assignant: atque ita nulla in re malitia illorum solide consistit: sed mox atque ab hac intentata culpa resiluerint, alii incumbunt; et rursus illa neglecta, aliam apprehendunt: et cum omnia de quibus me accusant diluero, ab odio tamen haud recedunt.

frustra objecta diluentem:

382 Tres Deos prædicari a nobis causantur, istoque figmento multorum aures circumsonant, nec cessant donec calumniam hanc credibilem faciant. At pugnat pro nobis ipsa veritas, cum in genere adversus omnes, tum separatim contra eos, qui nos privatim adoriuntur, dum ostendimus anathemate a nobis damnatum, quisquis tres Deos dixerit, nec pro Christiano habendum esse judicari. Sed ubi hoc audiunt, ad manum illis est contra nos Sabellius, et hujus morbus in nostro jactatur deprehendi sermone. Sed adversum hanc iterum calumniam, consuetum clypeum, nempe veritatem, objicimus, ostendentes nos talem hæresim nihil minus atque Judaismum aversari. Quid ergo? An post tantos conatus defatigati quiescunt? Nequaquam: sed novandi studium nobis objiciunt, accusationem contra nos texentes, ex eo quod tres confitemur Hypostases. Hic causantur nos dicere, unam esse bonitatem, et unam potentiam, et unam divinitatem; atque hoc extra veritatem non dicunt; nam id reipsa dicimus. Verum culpandi gratia hoc dicunt, quod hoc sit contra ipsorum consuetudinem, et Scriptura non adstipuletur. Quid ergo ad hoc dicimus? Non putamus æquum esse, ut quæ apud ipsos obtinuit loquendi consuetudo, pro lege ac canone habeatur rectæ doctrinæ. Si enim ad probandam doctrinam valet consuetudo, licet et nobis omnino prævalentem apud nos consuetudinem ex adverso opponere. Quod si nostram hanc consuetudinem ipsi non admittant, nobis plane licet illos imitari. Stemus itaque decisioni inspiratæ a Deo Scripturæ, et apud quos inveniuntur dogmata divinis oraculis consona, illis omnino veritatis adjudicetur sententia. *Ad primum igitur quod divideret Hypostases, respondet Basilius, argumento a fortiori in adversarios retorto; ipses, ab Hypostaseon divisione non debere esse alienos:* Non enim, *inquit*, verisimile est, quod qui tres Substantias esse dicunt, non etiam tres dicant esse Hypostases. *Ad alterum, quod diceret in divinis unam esse bonitatem, unam potentiam, unam divinitatem; respondet, hunc loquendi modum Scripturæ esse conformem:* quoniam in ipso habitat omnis plenitudo Divinitatis. Numerum autem Divinitatum ad multitudinem extendere eorum tantum esse, qui errore Deorum multorum tamquam morbo laborant. Verum, *inquit*, manifestius aperiunt sermonis hujus scopum. Nam in Patre quidem ferendum ut Deus esse dicatur, et Filium similiter Divinitatis nomine honorandum esse consentiunt; Spiritum vero, et Patri et Filio connumeratum per Divinitatis vocabulum, una cum Patre et Filio intelligendum et complectendum, nolunt: sed a Patre ad Filium usque Divinitatis potentiam terminandam, naturamque Spiritus a gloria divina segregandam esse contendunt. *Hinc prosequitur pluribus argumentis Spiritus sancti Divinitatem demonstrans, tandemque concludens;* sive igitur, *inquit*, Divinitas operationis nomen est, ut unam dicimus esse Patris et Filii et Spiritus sancti operationem, ita unam quoque dicimus esse Divinitatem; sive, juxta multorum opinionem, naturam ipsam exprimit Divinitatis nomen, quoniam nulla

ipsum scilicet accusantes nunc tritheismi,

nunc Sabellianismi,

B

nunc novitatis, quia tres hypostases tenebat,

C

Coloss. 2, 9

et Spiritus S. divinitatem.

in natura deprehenditur diversitas, non immerito D unius et ejusdem Divinitatis sanctam definimus esse Trinitatem.

CAPUT XXXIII.

Apologiam publicam pro fide et doctrina sua scribit Basilius.

Quemadmodum adversarii sparsis in vulgus libellis Basilium diffamaverant; ita et Basilius publicam pro se Apologiam edidit, quam Eustathio Sebastes Episcopo inscripsit, de qua ille ita ad Genethlium Presbyterum scribit: Apologiam in causa nostra conteximus, quæ abunde satisfactura est iis omnibus, qui accuratius ista ipsa tractari vellent. *Hac Apologia duas sibi impactas calumnias refutat, quæ non ab Eustathio tantum, sed etiam ab aliis objiciebantur. Primam, quod cum Eustathii discipulis et cum ipso Eustathio communicasset, ipsorum hæresim ignorans, ut supra a nobis narratum est numero 48: secundam, quod Athenis ipse existens a viginti et amplius annis, ad Apollinarium scripsisset, ut dictum numero 42. Utramque vero refu-* E *tat, explicans, quam bona fide in omnibus egisset; et ostendens, quam multo majori jure talia possent dici de Eustathio, qui et discipulus fuisset Arii, et præceptor Aetii: nisi quis legere malit Aerii. Nam* Aetius *et* Aerius *ambo hæresiarchæ fuerunt, memorati Epiphanio: ex quo constat, Aetium potuisse quidem discipulum esse Eustathii, Aerium vero reipsa fuisse. Ex ea Apologia quamvis multa in hac Basilii Vita suis quæque locis retulerimus; audiamus tamen Sanctum, pro se respondentem adversariis suis.* Tempus, *inquit*, esse tacendi et tempus loquendi, sermo est Ecclesiastæ. Et nunc igitur, quoniam abunde sat silentii hactenus præcessit, opportunum deinceps erit, ut ad patefactionem eorum, quæ ignorantur, os nostrum aperiamus: quandoquidem et magnus ille Job, multo quidem tempore calamitates suas cum silentio tulit, hoc ipso animi fortitudinem declarans, quod in molestissimis afflictionibus constans perduravit: quando autem sufficienti cum silentio agonem illum admirabilem pertulerat, inque imo pectore dolorem perseveranter presserat; tum tandem ore aperto elocutus est, quæ omnibus nota sunt. Et nobis igitur jam in tertium usque silentii annum imitabilis visa est Prophetæ gloriatio illa, qua dicit; Factus sum sicut homo non audiens, et non habens in ore suo redar- F gutiones: et ideo in profundo pectoris nostri dolorem, quem nobis incussit calumnia, inclusum tenuimus: Vere namque calumnia virum humiliat, et calumnia pauperem circumfert. Tantum enim est calumniæ malum, ut et perfectum jam (perfectum enim appellatione viri significat ista parœmia) e sublimi dejiciat circumferatque pauperem, hoc est egregiis disciplinis destitutum; quemadmodum et Prophetæ videtur, dicenti, Forsan pauperes sunt, et propterea non audiunt; ibo ad optimates. Ubi pauperes vocat, intelligentia carentes: unde liquet quod eos, qui juxta internum hominem nondum absoluti, nec perfectam ætatis mensuram assecuti sunt, circumferri et jactari parœmia dicat

384 Attamen silentio res tristes ferendas esse putavi, fore ratus ut, ipsis aliquando operibus veritatem docentibus, nonnihil corrigantur: neque enim ex malitia aliqua, sed per ignorantiam veritatis talia contra nos dici, arbitrabar. Quoniam vero inimicitiam una cum ipso tempore magis invalescere video, et adversarios meos ab iis quæ initio sparserunt nihil dimittere, nec aliquam impendere curam quo præteritis medeantur; sed magis illa repetendo obfirmari, et ad scopum ipsis ab initio præfixum composito gressu contendere, ut et vitam nostram affligant,

Adversariis, præsertim Eustathio responsurus,

B. Ep. 345

B. Ep. 79

præfatur, quod exemplo Jobi

diu tacuerit:

nunc vero, cum ultra tolerabiles non sunt,

A gant, et nominis nostri opinionem apud Fratres callido commento polluant; jam mihi non videtur tutum, ut silentio me cohibeam amplius: sed subit animum meum illud Isaiæ dicentis; Silui: num semper silebo et feram? patiens fui ut parturiens. Utinam et mercedem silentii assequamur, et potentiam quamdam redarguendi recipiamus: ut, dum eos qui nos vituperant redarguimus, acerbum illum obruentis nos mendacii torrentem exarescere faciamus; quo et nobis dicere liceat, Torrentem pertransivit anima nostra; et illud, Nisi Dominus fuisset in nobis, cum insurgerent homines in nos, utique vivos deglutissent nos, forsitan aqua absorbuisset nos.

respondet;

385 Ego sane, posteaquam multum temporis vanitati impendissem, et omnem prope juventutem attrivissem inani studio quo tenebar, cum apprehendendis infatuatæ a Deo sapientiæ disciplinis immorabar; tandem aliquando, ubi velut ex gravi somno expergefactus ad Evangelicæ veritatis admirabile lumen respexi, agnovique inutilitatem sapientiæ principum hujus seculi qui abolentur; deplorata plurimum miserabili mea vita, ductorem mihi dari
B optabam, qui ad pietatis me dogmata introduceret: et cum primis hoc mihi curæ fuit, ut morum correctionem aliquam instituerem, quos per diutinam consuetudinem cum improbis contractam perverteram. Lecto itaque Evangelio, animadversoque illic, quod plurimum occasionis et momenti adferat ad perfectionis studium, siquis bona sua vendat, deque illis egenis fratribus communicet, et prorsus nulla teneatur vitæ istius cura, nec patiatur mentem suam aliqua rerum præsentium affectione turbari; optabam aliquem ex Fratribus, cui istud vitæ genus arrideret, et qui cum profundum vitæ hujus pelagus superare liceret. Inveni autem multos apud Alexandriam, nec paucos apud reliquam Ægyptum, deinde et alios in Palæstina et Cœlesyria et Mesopotamia, quorum admiratus sum, cum in vitæ ratione temperantiam, tum in obeundis laboribus tolerantiam: obstupui autem ad eorum precandi vigorem et constantiam; cum observarem, quo pacto nec somno victi, nec aliqua alia naturæ necessitate deflexi, sublimem semper et invictum animi sensum, in fame et siti, in frigore ac nuditate, servarent; nec corporis rationem habentes ipsi; nec ab aliis aliquid illi curæ impendi sustinentes; sed quasi in aliena carne degerent, ipso opere ostendentes, quid sit in
C rebus hujus vitæ peregrinum esse, et conversationem in cœlo habere.

quod ab initio suæ ad Deum conversionis,

Evangelicæ perfectionis cupidus, tamque suspiciens in Monachis

386 Cum illa admirarer, vitamque virorum illorum ob id beatam judicarem, quod ipso opere se mortificationem Jesu circumferre declararent; cupiebam et ipse, quantum mihi possibile esset, illos æmulari. Hujus itaque gratia, ubi videbam quosdam in patria mea illorum institutum sectari cœpisse; commoditatem aliquam, ad id quod optabam, reperisse me ratus; invisibilium animi affectuum, ex iis quæ videri possunt, experimentum cepi. Quoniam igitur quæ in unoquoque nostrum occulta sunt, cognosci nequeunt; satis indicii ad declarandam animi humilitatem esse putavi, si humili vestitu induerer; sufficereque mihi ad faciendam ejus rei fidem, crassum et rude pallium et zonam, atque e rudi corio calceamenta. Et licet multa essent, quæ me ab illorum consuetudine avocarent; non acquiescebam tamen, cernens eos delicatæ vitæ præferre laborum tolerantiam; sed magis propter conversationis admirabilem et insuetam rationem zelotypia quadam erga illos tenebar: unde et cum dogmatum gratia accusarentur, delationes haud admittebam; quamvis multi assererent, illos non rectas habere de Deo opiniones, sed ejus hæresis quæ nunc obtinet disciplinæ subditos, illius clanculum spargere D
dogmata: quæ quia ipse numquam ex illis audieram, pro calumniatoribus habebam talia referentes.

soli exterioris rigoris specie sibi notis,

AUCTORE P. B.

387 Postea vero quam ad gubernandam Ecclesiam vocati sumus, qui nobis, quasi prætextu adjutorii et communionis ad dilectionem pertinentis, additi sint custodes et speculatores, tacebo; ne videar vel meipsum traducere, quasi qui nullam fidem habitura pronuntiem; aut certe si persuaderem, inhumanus videar idem credentibus, quod et mihi ipsi prope accidisset credere, nisi me propere miserationes Dei præservassent: nam parum aberat, quin in similem erga quosvis suspicionem inciderim, ut putarem nihil in quoquam esse fidei, animo meo subdolis quorumdam actionibus perculso. Attamen videbatur interea nobis aliquis esse justus prætextus ejus necessitudinis, quam cum illis habebam: contulimus vero semel atque iterum de dogmatibus, nec putavimus fugiendos esse una nobiscum sentientes; cum invenirem nos utrimque idem loqui de fide in Deum, quod illi perpetuo ex nobis
E audierant. Licet reliqua vita nostra digna sit cujus gratia ingemiscamus, de hoc tamen uno in Domino gloriari ausim, quod numquam falsas opiniones habuerim de Deo, neque aliter sentiendo animi postea judicium mutaverim; *tacite exprobrat Eustathio quod fidem sæpius ipse mutasset,* sed quam a puero sententiam de Deo a beata matre, deinde et ab avia mea Macrina recepi, justis incrementis auctam et adultam in meipso conservaverim. Non enim alias post alias, maturescente ratione, assumpsi: sed tradita ab ipsis principia absolvi, et ad perfectionem deduxi. Quemadmodum enim semen, dum crescit, majus quidem e modico redditur, idem tamen est quod antea, non immutatum genere, sed perfectum ex incremento: ita et mihi eamdem sententiam, suis quidem auctam profectibus, non autem quæ nunc est, ei quæ ab initio erat, adversam esse arbitror.

ipsorum aliquos in familiam asciverit factus Episcopus,

quia eos expertus orthodoxos saltem verbis;

qualis ipse a puero fuerat;

388 Expendat ergo suam ipsorum quisque conscientiam: memores sint tribunalis Christi, an aliud unquam ex nobis audierunt præterquam quod jam dicimus, qui malæ nunc opinionis rumorem de nobis vulgarunt, famosisque epistolis contra nos scriptis omnium ubique auribus ingesserunt; unde et nos ad istam Apologiæ hujus necessitatem adacti sumus. Accusamur enim blasphemiæ in Deum, neque syngrapha aliqua quam dederimus, nec per ea quæ sine scripto oretenus publice in ecclesiis Dei disputavi- F
mus convicti; sed neque testis aliquis inventus est, qui se dicat impii quid ex nobis audivisse, quod vel in obscuro aliquo loco dixerimus. Unde igitur condemnamur, cum neque impii quidquam conscripserimus, neque dogma noxium ipsi prædicaverimus, nec domesticis colloquiis eos qui nos conveniunt, pervertamus? O inauditum fabulæ figmentum? In Syria, inquiunt; nonnulla Apollinarius quidam haud pie scripsit: tu vero ad illum, ante annos viginti et plures etiam, litteras dedisti: socius igitur es hominis, et quæ in illo reprehenduntur, tua quoque sunt crimina. At, o homo veritatis amice, qui mendacium diaboli fœtum esse edoctus es, quomodo scis epistolam illam esse meam? neque enim misisti ut cognosceres, neque percunctatus es, nec de me quidem (qui tibi quod verum est aperire possum) veritatem edoctus es. Et si meæ essent litteræ, unde liquet, volumen hoc, quod nunc in manus tuas incidit, contemporaneum esse litteris meis? Quis tibi retulit, volumen illud esse annorum viginti? Unde et hoc clarum est, quod hominis illius sit hoc volumen, ad quem hæc mea missa sit epistola? Sit vero ille qui volumen hoc scripserit, et miserim ego ad illum litteras meas; conveniat quoque litteris meis et illius

licet in falsum suspicionem vocatus eo prætextu,

quod ante 20 annos scripserit Apollinario,

A voluminі, in tempore; unde probatur, quod illud
AUCTORE F. B approbaverim, et cum illo mihi in sensu conveniat?

idque ab Eustathio, suam sanam fidem experto,

389 Percunctare teipsum. Sæpenumero nos in monasterio ad fluvium Iridem invisisti, cum mecum esset Deo dilectissimus frater Gregorius, et ad eumdem mecum vitæ scopum contenderet; an audisti tale quidquam, vel significationem hujus aliquam, sive modicam sive magnam accepisti? Aliquamdiu in villa, quæ ultra fluvii ripam est, apud matrem meam, instar amicorum mutuo inter nos conversati sumus, ac noctes atque dies colloquia miscuimus; an hic deprehensi sumus cognatum aliquid cum hæresi habere in animo? Cum beatum Silvanum pariter inviseremus, an non illo itinere de his rebus commentabamur? Eusinoæ vero, quando me advocastis, cum pluribus Episcopis Lampsacum profecturus, nonne de fide erant nostri sermones? Nonne per omne id tempus disputanti mihi contra hæresim præsto erant actuarii tui? Nonne mecum erant toto illo tempore carissimi tui discipuli? Cum Fratrum contubernia inviserem, unaque cum illis in precationibus pernoctarem, absque ulla disceptatione assidue dicens et audiens

tamdiu et tot occasionibus,

B quæ ad Deum pertinent, an non evidentes illic animi cogitationumque mearum notas et indicia exhibui? Qui fit ergo, quod tanti temporis experientia, marcida adeo et imbecilli suspicione minor esse videtur? Quem vero oportebat me animi mei præ te testem habere? Quæ in Chalcedone nobis de fide dicta sunt; quæ et sæpenumero Heracleæ, et quæ antea in suburbio Cæsareæ, an non omnia consona nobis et omnia inter se concordantia fuerunt? nisi, ut dixi, quod in his quæ a nobis dicta sunt, ex intelligentiæ profectu accessio quædam observari potest: quæ certe non est immutatio ab eo quod pejus ad id quod melius sit, sed adimpletio defectus per additionem scientiæ.

qui ipsemet fuit Arii discipulus, magister Aetii, hæreticorum;

390 Quomodo neque hoc cogitas, quod in patrem non cadit peccatum filii, nec in filium peccatum patris, sed quisque in suo ipsius peccato morietur? Mihi vero is qui apud te accusatur Apollinarius, nec pater est, nec filius: neque enim præceptor mihi fuit, neque discipulus. Quod si peccata eorum qui genuerunt filiis imputanda sunt; multo justius est ut Arii peccata discipulis illius imputentur. Et si quis Aetium hæreticum genuit, ut in caput illius, filii quem genuit delicta redundent. Si vero injustum est, ut illorum gratia quisquam culpetur;

numquam tamen suspectus sibi,

C multo profecto injustius est, a nobis rationem exigi eorum, quæ qui ad nos nihil attinet dixerunt, etiamsi omnino peccaverunt, et aliquid ab illis scriptum est condemnatione dignum. Ignoscendum autem mihi est, quod fidem illis non habui quæ dicebantur, quandoquidem certa de me experientia eorum qui nos accusant calumniandi proclivitatem in iis convincit. Nam etiamsi seducti arbitratique me ejusdem cum illis esse sententiæ, qui verba illa Sabellii conscripserunt, quæ ipsi circumferunt, in istam contra me calumniosam detractionem devenissent; neque sic tamen venia digni essent, absque evidenti experimento mox impetentes calumniis ac vulnerantes eos, qui neque conversationis aliquid cum ipsis habuerunt; ne dicam, et eos quoque, quibus summa fuerunt amicitia devincti: unde certo probatur, quam non ducantur Spiritu sancto, dum falsas intra se suspiciones alunt.

quia neminem crediderit abdicandum, nisi bene convictum:

391 Multa cura ac solicitudine opus est, multarumque noctium perferendæ vigiliæ, ac multis lacrymis quoque quærenda a Deo veritas ei, qui fratris velit amicitiam abjicere. Si enim qui rerum in hoc mundo potiuntur, quando facinorosum aliquem morti sunt adiudicaturi, velamenta obducunt, et juris legumque expertissimos quosque ad causæ tractationem advocant, multumque temporis insumunt, nunc legis rigorem contuentes, nunc naturæ communionem reveriti; multumque ingemiscentes, ac judicandi necessitatem deplorantes, nemini non manifestum faciunt, quod non ex propria libidine, sed ex necessario legis ministerio condemnationis inferant sententiam; quanto oportebat majore diligentia et cura, pluriumque consultatione dignum reputari, si quis sese a fratrum amicitia, jam longo tempore confirmata, avellere conetur? Jam vero ex una epistola, eaque ambigua (Neque enim dices, illam te ex certis subscriptionis notis agnovisse, cum non eam quæ primum scripta, sed quæ postea transcripta est, in manus acceperis) ex unis, inquam, litteris, iisque vetustis, periclitatur inter nos amicitia: viginti namque anni, ab eo quod ad hunc virum aliquid scriptum est, fluxere. Interea vero temporis neminem talem habeo propositi vitæque meæ testem, atque eos ipsos qui me nunc accusando opprimunt. D

prætexi autem epistolam dissidio.

cujus vera causa fit, quod Eustathium

392 Verum epistola ista non est separationis hujus causa: alia est occasio dissidii, quam me quidem proferre pudet, quamque perpetuo silentio pressissem, nisi quæ jam acta sunt, necessariam E mihi ad multorum utilitatem propositi ipsorum patefactionem fecissent. Putant enim egregii isti homines, impedimento sibi ad acquirendum potentatum, nostram fore communionem: quia scilicet quadam fidei subscriptione præoccupati sunt, quam nos illis protulimus; non quod ipsi de eorum sententia hæsitaremus (fateor enim) sed quod suspicionibus, quibus apud complures Fratres nobiscum concordes laborabant, mederi cuperemus. Nunc ne quid ipsis ex ea confessione impedimenti videretur occurrere, quo minus ab iis qui dominantur susciperentur, communionem nobis denegarunt; et pro separationis hujus causa, litterarum istarum prætextum commenti sunt. Evidentissimum vero eorum quæ dico indicium est, quod cum a nobis deficerent, accusationesque quas volebant contra nos fingerent; litteras circumquaqne ad omnes, antequam ad nos miserunt: septem namque dies, priusquam in nostras manus veniret, visa est illorum epistola; et qui illam ab aliis receperant, ad alios quoque illam missuri erant: nam ita instituerant, ut alius alii illam traderet, quo protinus in universam regionem distribueretur. Aque ista mihi jam tum narrata erant ab iis, qui institutum illorum F manifestissime nobis indicarunt: decrevimus tamen silendum esse, donec qui profunda revelat, clarissimis et irrefragabilibus indiciis, consilia illorum propalaret. *Litteræ illæ, quibus calumnias suas hæretici isti quaquaversum divulgarunt*, erant in speciem ad Dazizam quemdam scriptæ, reipsa vero universis mortalibus: et adeo festina distributione sparsæ sunt, ut paucis diebus totam Pontum et Galatiam pervagatæ sint; essentque qui Basilio dicerent, istos, bonarum scilicet rerum nuntios, et Bithyniam percurrisse, et ad ipsum pertigisse Helles-pontum. In iis autem accusabatur Sanctus. et prædicabatur ejus doctrina, esse fraus et versutia, corruptio Ecclesiarum, et animarum pernicies. *Præfata vero Apologia an integre ad nos pervenerit, prout a Sancto fuit edita, incertum est, cum plurima prætermittat, quæ constat ipsi objecta ab adversariis; nisi forte dumtaxat voluerit Eustathium, præcipuum suum calumniatorem, falsitatis et calumniæ convincere, ut ipsius in aliis omnibus accusationum capitibus elevaret auctoritatem.*

pœniteat suæ subscriptionis

litteris quaquaversum sparsis calumnias suas vulgant

quasi ab ipso Basilio prius excommunicatus esset,

393 *Objiciebant autem præterea, ne viderentur sine causa a communione Basilii recessisse, se prius ab eo excommunicatos fuisse; eo quod Chorepiscopum, quem ad ipsum miserant, de communi negotio tractaturum*

A *turum, ut aiebant illi, Basilius recipere noluisset : res enim sic transacta erat : Unicus qui ad Sanctum missus fuerat,* Eustathius *quidam*, cum litteras Officio Icarii * dedisset, tribus expletis in civitate diebus, *ubi pariter Basilius tunc aderat ;* cum ad sua redire vellet, multoque jam vespere ille dormiret, ad ædes ejus accessisse narrabatur. Ubi vero eum dormire audierat, abiit ; postridie vero cum discederet, non amplius ad ipsum accessit, sed ad hunc modum perfunctorie executus, quod agere cum Basilio debebat, ad suos reversus est. Atque hoc est crimen illud, *inquit Sanctus*, quod commisimus nos ; et patientes isti ac lenes homines, delicto huic non opposuerunt ex adverso servitutem eam, quam ipsis antea in dilectione exhibuimus : sed hujus erroris ac casus gratia usque adeo graviter nobis succensuerunt, ut ab omnibus nos totius orbis Ecclesiis, quantum in ipsis fuit, excommunicari fecerint. At non est ista in veritate dissidii ipsius causa; sed quoniam putarunt se gratificaturos Euzoio, si sese a nobis abalienarent, istos sibi ipsis prætextus commenti sunt; ut hostes nobis facti, aliquousque sese ipsis commendatos redderent.

B. Ep. 73

* an Iconii?

qui hora importuna ad se missum ab eo non statim audierit.

B 394 *Alterum erat de quo Sanctum accusabant, quod per fraudem et subdole Eustathio professionem orthodoxæ fidei elicuisset. Hanc calumniam Basilius ita proponit et refutat.* Omnium est (ut ipsi putant verissimum) quod insidiosum illud Fidei præscriptum composuerimus ; non ut Nicopolitanis serviremus, sed ut isto consilio confessionem ipsorum dolose eliceremus. Horum quidem judex erit Dominus : quæ namque poterit cogitationum cordis humani evidens esse declaratio? Hoc vero in ipsis admiratus sum. An enim propterea quod exhibito nobis libello subscripserunt, tanto dissidendi studio usi sunt, ut et existentia et non existentia commiscuerint, quo delatoribus fidem facerent? Non cogitant, quod scriptum ipsorum, quo Nicænam fidem confessi sunt, Romæ reconditum habetur, nec quod a Roma acceptum Tyanensi synodo obtulerunt libellum, qui et apud nos, eamdem hanc fidem habens, repositus est. *Hinc arrepta occasione exprobrat ipsis Sanctus, quod toties fidem, numquam serio, sed subdole mutarunt, semper conquesti se fuisse deceptos.* Quin et propriæ, *inquit*, orationis obliti, qua Tyanis in medio constituti, de seductione conquerebantur, qua illecti consensissent volumini, quod ab Eudoxii congregatione compositum fuerat. Quocirca et erC roris illius istam excogitarunt defensionem, ut Romam abeuntes Patrum inde fidem acciperent ; atque ita noxam, qua Ecclesias ex mali consortio læserant, per melioris inductionem corrigerent. Sed qui tam longinquarum profectionum laborem sustinuerunt, tamque sapienter tam ista concinnaverunt, nunc convitiantur ; ut agnoscas, eos dolose legatione illa functos esse, et sub prætextu caritatis insidiantium fraudem occuluisse. Quæ porro jam circumferuntur, manifestum faciunt, quod Nicænam fidem condemnaverint : viderunt enim Cyzicum, et mox mutata fide reversi sunt.

B. Ep. 82
et ipsam subscriptionem dolose elicuerit :

licet illius missi eam antea Romæ acceperint,

aliaque cum ipsi, identidem mutantes fidem suam.
B. Ep. 72

395 Talia sunt quæ isti agunt. Nos vero modici momenti sumus et humiles ; semper tamen in eodem per gratiam Dei constantes, numquam ad rerum innovationem consensimus : fides enim apud nos non alia Seleuciæ, non alia est Constantinopoli, in Zelis alia, Lampsaci alia, et alia Romæ : sed sicut a Domino accepimus, ita baptizamur ; sicut baptizamur, ita credimus ; quemadmodum credimus, ita glorificamus, neque a Patre et Filio Spiritum sanctum separamus, neque præponimus, aut Filio antiquiorum esse Spiritum sanctum dicimus, aut debitam illi gloriam denegari sustinemus, quemadmodum blasphemantium linguæ adstruunt. Hæc sunt nostra illa, cum veritate conjuncta. Si quis- D quam nos horum gratia accusat, accuset; si quis nos persequitur, persequatur; si calumniis quisquam nobis intentatis fidem habet, paratus sit ad judicium : Dominus, prope est, nihil soliciti sumus : pariter enim et eos qui Sabellii morbo infecti sunt, et qui Arii dogmata tuentur, ut impios fugimus et anathematizamus.

AUCTORE P. B.
B. Ep. 73
Basilio in eadem sibi semper constante.

CAPUT XXXIV.

Episcopis communiter et nonnullis privatim data satisfactio. Apollinarii lapsus. Epistola ad Episcopos exules.

N*eque contentus Basilius edidisse pro se scripto aliquam Apologiam, arripuit etiam datam opportunitatem defendendi se in conventu Episcoporum, qui ad celebritatem quorumdam sanctorum* Martyrum convenerant; et coram illis orationem habuit, adversus eos qui ipsum calumniabantur quod tres Deos coleret. Cum enim multis deplorasset, periisse inter Episcopos caritatem et Ecclesiarum pacem, præsentes sic allocutus est : Hæc inscribantur cordibus E vestris : testes eritis veritati et nobis adversus eos, qui talia divulgant, quod videlicet nos vetus fidei donum innovavimus. Hæc enim verba sunt non timentium Dominum, et contra nos aperientium os, velut nos tres Deos proferamus. Qui tres Deos prædicat quid quærit in Ecclesia Domini? Alibi multitudo Deorum, et alibi divinus est cultus. Qui tres dicit, audeat etiam dicere quatuor, extendat numerum usque ad duodecim. Quæ est igitur insania eorum, qui exacutam linguam habent contra veritatem? Non sum pusillanimis ad hos refellendos, sed expecto judicium Christi : isthic contra nos sistentur, qui hanc calumniam consuerunt. Novit Dominus suos : et qui calumniatur pauperem, exasperat eum qui fecit ipsum.

Protestatur coram Episcopis,

Homil. 29

per calumniam accusari se,

397 Si Patrum fidem prosequor, cur, omissis Patribus, me bello impetis? Si credo in Patrem, si confiteor Filium, si non reprobo Spiritum sanctum, si is qui Trinitatem confitetur, tres Deos nominat, et ignominia afficit baptismum atque impugnat fidem; cur mea persona supposita, Dominum bello impetis? Quis misit baptizare in nomine Patris et Filii, et Spiritus sancti? Ego, an Dominus? Cujus sunt verba? Præconis, an ejus qui misit? Cur persona mea, F calumniis ex facili exposita, per me impugnas veritatem, per me concutis fidei munimentum? Ego quidem facilis captu sum; fides autem immobilis perstat. Unus Dominus (disce, Paulo loquente) non duo, non tres. Et, si nominavero Dominum Filium, non in duos Dominos, non in multos Deos divisi dominationem. Dominus Pater, Dominus Filius, Dominatio una, unus Dominus, una fides. Propterea una fides : quia unus Dominus. Unum sequitur unum, ad unum Dominum : una fides, unum baptisma. Sic unum, ex uno, per unum, confirmatur. Si vero quia ignominia non afficio Spiritum, neque in eodem cum creatura ordine loco, propterea hanc calumniam sustineo; ne dicas quod non dico, et videamus probabilem calumniæ tuæ structuram. Quid occultas tuam ipsius calumniam, o execrande propter mendacium? dicens, apud nos tres Deos prædicari ; et non dicis aperte, quod nos sumus, qui eos qui Spiritum sanctum creaturam dicunt detestamur. Hanc accusationem admitto : ob hoc et gladium exacutum, et ignem subibo : et sive rota collidat, sive tormenta contra me moveantur, in eadem certitudine ac perfectione supplicia suscipiam. Mecum consentiunt et qui hic siti sunt Martyres, qui coronis digni facti sunt, propter accusationem eorum qui aliam opinionem

qui circa Trinitatem aliud non teneat quam fidem Patrum,

procul ab errore Tritheitarum.

A opinionem tutati sunt. Hoc itaque nomine me accusa, quod non inter creaturas numero Spiritum sanctum. Si vero quid amplius dixeris, reddes rationem Judici, cum venerit ille Paracletus.

AUCTORE F. B.

Excusat etiam se Patrophilo Ep. Ægensi,

B. Ep. 82

398 *Publica hæc Basilii, quamvis justissima ab Eustathio defectio, varios civit animorum motus. Patrophilus imprimis, Episcopus Ægensis in Cilicia, perculsus animo fuit; et ex tam inopina rerum mutatione stupefactus, hæsit multo tempore antequam ad Basilium scriberet; tandem vero, seu motu proprio, seu suadente Eustathio, litteras ad eum dedit per Strategium Presbyterum, quibus inter reliqua significabat;* Hæsitasse se, num Basilius, ille qui tam strenue homini illi a puero serviverat, qui hæc et hæc certis temporibus fecerat, qui propter unius hominis amicitiam innumerorum inimicitiam susceperat, hic ipse nunc alius ex alio factus esset, et amicitiam in inimicitiam mutavisset. *Hæc et alia graviora quæ Patrophilus scripserat; quamvis possent merito dura Basilio accidere,* non tamen moleste tulit, *sed pro sua prudentia et mansuetudine acerbiores ejus litteras excusabat.* Non adeo, *inquit*, duro ac pertinaci sum ingenio, ut amicas Fratrum correptiones ægre feram: tam enim abest ut iis quæ scripta sunt offensus sim, ut prope cum legerem, riserim; quod, cum tanta sint

quod ab Eustathii, olim sibi cari communione recesserit,

B ac talia quæ mutuam inter nos amicitiam hactenus confirmare visa sunt, propter tantillas querimonias ad te usque delatas, tantum te perpessum esse stuporem scripseris. *Deinde eorum quæ inter se et Eustathium acta fuerant, redditurus rationem;* Apologiam illam, *inquit*, quam mihi ad magnum Christi tribunal paravi, tibi quoque notum facere haud detrectabo.

399 *Postquam igitur pluribus ostendisset,* quod ab initio causæ hujus nihil occasionis a se isti dissidio, sive parum, sive multum datum esset; *quo tandem coactus ab Eustathii communione defecisset, et ad publicam sui defensionem contra ejus calumniam processisset; concludit epistolam, ita Patrophilum compellans:* Rogamus ut rescribas per eumdem hunc virum, Strategium dico Compresbyterum nostrum, an noster adhuc esse constanter pergas, aut an ex illorum congressu et ipse sis abalienatus: neque enim verisimile est illos quievisse; neque te, qui talia nobis scripsisti, non et adversum illos fiducialiter egisse. Quod si in nostra perseveras communione, optimum est, et summopere exoptandum: si vero

et ut sibi constanter adhæreat, rogat

C te ad suam ipsorum traxere sententiam, triste quidem est (quomodo enim tam dilecti Fratris abalienatio tristis non esset?) verum, etsi nulla aliena in re, in ea tamen probe fuerimus ab illis exercitati, ut didicerimus ejusmodi dispendia ferre patienter. *Responsum ad has Basilii litteras distulit diutius Patrophilus, deliberans forsan quid ageret; ac tandem rescripsit per Strategium, quod in ejus permaneret communione. His acceptis, Basilius gratias egit Domino: cumque ille scripsisset quædam in favorem Eustathii, ipse ne cogeretur rursus prolixiorem sermonem texere, negat se cum Eustathianis communicare posse.* Ignosce nobis, *inquit*, qui committere nequimus, ut fermenti aliena docentium participes simus. Itaque si videtur relictis sermonibus istis plausibilibus, cum omni fiducia argue eos, qui non recto pede incedunt ad veritatem Evangelii.

eodem officio defungitur apud Theophilum Castabalen. Ep.

B. Ep. 309

400 *Per eumdem Strategium Basilius litteras misit ad Theophilum, Castabalensem in Cilicia Episcopum (nam et hic mutationem istam illi objecerat) ut defectionis suæ et inconstantiæ rationem redderet, litteris suis eum ita compellans.* Cognosce, desideratissime et religiosissime Frater Theophile, me permagni amorem tuum æstimare. Et hæc mei animi affectio facit, ut, quamvis tristitiæ et mœroris quam plurimæ occasiones, eæque non minimæ ministrentur; nullum tamen diem, quod equidem meminerim, prætermiserim, in quo tui memoriam non recolui. D Etenim statui, prosperis meis velut ex adverso propositis in bilance, contra acerbiores casus animum velle sic applicare ut meliores res meæ præponderent. At cum mutatus existat, unde minime, oportuit, rerum status; ignosce mihi quæso, sententiam non mutanti, sed ordinem tantummodo et stationem transponenti. Imo vero potius stationem non muto, sed antiquam obtineo ego; alii autem sunt qui subinde alterantur et nunc in castra adversariorum manifesti trans fugæ abierunt. Horum quanti fecerim ego communionem, quamdiu a parte saniore stabant, non ignoras ipse: quod si neque ipsos nunc consector, et ab eorum societate recedo qui eamdem cum ipsis opinionem fovent; certe merito mihi debet ignosci, qui nihil antiquius veritate et mea ipsius incolumitate censeam ducendum esse.

B. Ep. 72

et Evasenis, propter fidelitatem erga se,

401 *Inter hæc transactus est annus CCCLXXV initio vero sequentis anni, scripsit ad Evasenos epistolam, qua gratias ipsis agit, quod in tanta rerum perturbatione fideliter in sua communione permanserint.* Licet quam pluribus, *inquit*, obruamur negotiis, et innumeris animus noster distineatur curis; numquam tamen E solicitudinem eam quam erga Dilectionem vestram gerimus, memoriæ nostræ excidere passi sumus; precantes Deum nostrum, ut in fide perseveretis, in qua statis et exultatis in spe gloriæ Dei. Revera namque insolens jam est ac vehementer rarum, Ecclesiam videre sinceram, quæ nihil sit a malitia temporum istorum læsa, sed integram et inoffensam servet Apostolicam doctrinam; qualem præsentibus temporibus vestram ostendit, qui singulis generationibus dignos vocatione sua manifestat. Det vobis Dominus cœlestis Jerusalem bona, pro eo quod falsas contra nos calumnias in capita vaniloquorum rejecistis, nec permisistis ut cordibus vestris sese insinuarent. Novi autem et persuasum habeo in Domino, quod merces vestra multa, etiam ob hanc causam, sit in cœlis. Sapienter enim hoc apud vos ipsos considerastis, quod et verum est, quod qui mala mihi reddiderunt pro bonis, et odium pro dilectione mea, qua eos prosecutus sum; jam me calumniantur eorum gratia, quæ ipsi deprehenduntur scripto editis confessionibus approbasse.

bene precatur.

Affligitur Sanctus lapsu Apollinarii

402 *Interea dum amicitia Basilii cum Eustathio, hujusque hypocrisis et hæresis manifestata illum gravissimis difficultatibus irretitum tenent; ad cumulum malorum accessit* lapsus Apollinarii, Episcopi Laodi- F ceni. Et omnes quidem, ob novitates ab eo introductas, vehementi dolore afflicti sunt, qui pacem Domini studiose ambiebant; sed Basilio tanto graviorem molestiam creavit, quanto magis de suo numero et societate videbatur esse ab initio: nam quod ab hoste manifestario patimur, utcumque per se sit acerbissimum, nihilominus potest tolerari ab afflicto; secundum illud quod scriptum est, Si mihi inimicus improperasset, patienter utique tulissem illud: at cum familiaris et conjunctus quispiam damnum infert et detrimentum, est hoc omnimode intolerandum, nec ullo solatio leniendum. Igitur quem crediderat secum veritatis propugnatorem habere, hunc ipsum invenit in non paucis impedimento ad salutem extare: *sed quemadmodum Eustathius hæreticum animum diu dissimulaverat, ita quoque Apollinarius. Hinc contigit circa hunc annum CCCLXXVI, id quod narrat Facundus Episcopus Hermianensis ex epistola Episcoporum Ægyptiorum qui in Diocæsarea exulabant, hæc transcribens:* Mirabilis Apollinarius tales litteras ex nomine illorum suscipiens, etiam et propriam epistolam, nomine Adelphi et Isidori præcipuorum inter illos, juxta votum suum; in tantum illos contempsit, ut ipse postea auderet suis litteris

B. Ep. 293

lib. 4 cap. 2 pag. 160

accusare

A accusare irreprehensibilem et religiosissimum Archiepiscopum Antiochiæ Paulinum, qui semper communicavit cum Beato Papæ Athanasio, et omnibus in Occidente orthodoxis Episcopis. Nitriensibus autem *ad Judaismum pæne deflexi,* Solitariis ex acceptione talium litterarum commotis et habentibus de accusato vel hæresis vel schismatis suspicionem, sæpe voluerant illi rescribere : sed dum hæc aguntur, ex dispensatione Dei demonstratæ sunt ipsis et inscriptæ ejus dispositiones et definitiones de fide, consonantes eis quæ antea multi venientes ad eos illis dixerant de ipso Apollinario, habente se non recte circa incarnationem Salvatoris. Ad hæc etiam et alias litteras [scripsit], in quibus accusavit venerabilem Archiepiscopum Cypri Epiphanium, orthodoxum et communicantem semper Beatissimo Papæ nostro Athanasio ; Episcopum [quoque] Diodorum abjudicavit injuste per proprias litteras, si non abstinuisset a communione antedictorum orthodoxorum Episcoporum Paulini et Epiphanii.

403 *Hæc omnia cum præclari illi Episcopi et pro fide cerules intellexissent, de Apollinario.* Zelus ipsorum *quem Episcopi culles, ideo excommunicantes,* in sincera pietate profitenda minime passus est, quamvis ille in sui defensionem plurima scriberet, B robur animi ipsorum et constantiam a proposito suo dimoveri, aut multitudine scriptitationum aut varietate sophismatum. Quocirca cum Basilius per Dei benignam gratiam sinceritatem fidei ipsorum cognovisset, omnium sermone vulgo celebratam ; æquum esse duxit, ut in partem hanc præclaram ipsorum socius deveniret, et se per litteras ad ipsorum communionem adjungeret. Hanc ob causam dilectissimum Syndiaconum Elpidium ad eos misit, qui et litteras perferret, et præsens exponeret quæ litterarum effugissent instructionem. *In litteris vero* *confortantur a S. Basilio:* *narrat miserabilem casum Apollinarii, olim amici sui,* et quomodo mentes distorquens aliorsum, a sanitate dogmatum abduceret, ac per eum tota in seipsam discissa esset Ecclesia et divulsa : præcipue quod ad Ecclesias, Orthodoxis cumprimis Rectoribus gaudentes, clancularii quidam emissarii ab illo ablegati essent, ad schisma faciendum et privata *qui illis ejusdem hæreses exponit* conciliabula cogenda. Vitalem scilicet, Episcopi nomine donatum, Antiochiam miserat, ut suæ hæreseos esset Episcopus ; sine populo tamen et sine Clero ambulans, et nudum Episcopi nomen circumferens. *Deinde hæresim ejus exponit :* Nonne, *inquit*, plenis scatent dogmatibus impiis illius singuli et universi C de Deo sermones, dum Sabellii illius futilissimi homuli antiquam impietatem in scriptis suis renovat et resuscitat? Siquidem illa non sint ab inimicis conficta quæ circumferunt Sebasteni, sed revera ab isto homine profecta commentaria ; omnem impietatis transcendit altitudinem ille, dum eumdem docet esse Patrem, et Filium, et Spiritum sanctum ; et hujusmodi blasphema et tenebricosa usurpat verba, quæ nec auribus nostris nos percepimus, quia nullam habere vel levissimam communionem cum iis qui ejusmodi sermones usurpant, exoptamus.

404 Nonne apud illum confusum quid existit, de *circa nova Legis mysteria* incarnatione doctrina? nonne indubium apud multos vocatur salutifera Domini nostri œconomia? idque propter lutulentas istius hominis et obscuras de Incarnatione quæstiones, quas singulatim omnes coacervare, et ex instituto refellere longissimum et tempus et sermonem desideraret. Ac de promissionibus divinis locum, quis unquam adeo obliteravit delevitve, quam suis iste commentis et fictionibus? qui quidem beatam illam spem, iis repositam qui vitam duxerint secundum Evangelii Christi regulam, tum humiliter ausus est tamque abjecte interpretari, ut in fabulas aniles et commenta Judaica detorserit. Denuo restitutum iri templum pollicetur, et cultum legalem denuo usurpandum ; typicum D rursus proditurum Pontificem esse, post verum *AUCTORE P. B. et sacramenta,* Pontificem revelatum : Sacrificia pro peccatis offerenda, post Agnum illum Dei, tollentem peccata mundi ; et baptismos partiales, post illum baptismum unicum ; et cineres juvencæ expiatorios Ecclesiæ illius, quæ nec maculam nec rugam habet, propter suam in Christum fidem ; lepræ præterea mundationem, post impassibilitatem illius qui a morte resurrexit : oblationem quoque zelotypiæ, cum neque nubent neque in matrimonium elocentur : panes propositionis post panem illum qui descendit de cœlo : lucernas ardentes, post lumen illud verum : et ut breviter expediam, nisi Lex illa mandatorum in dogmatibus evacuata sit, manifestum est quod ne tunc profecto Christi doctrina in præceptis legalibus aboleb tur.

405 *Exposita hæresi tam abominanda, de conversione tamen Apollinarii omnino desperandum non existimavit Sanctus : sed cum summa testificatione doloris* *non tamen desperat de ejusdem reductione :* *et amoris sui, hortatur sanctos Confessores, ut illum ad Ecclesiæ unitatem reducere conentur, forsan qui subinde vel coram vel per litteras cum illo agebant.* Propter ista, *inquit*, pudor et aversio obvelarunt facies nostras, dolor vehemens opplevit corda nostra. E Quam ob causam vos adhortamur, tamquam medicos scientes et doctos, in constantia et patientia erudire obluctantem, ut operam omnem impendatis, quo ad subjectionem Ecclesiæ ordinatam reducatur ; et eidem persuadeatis, commentationum suarum loquacitati et multiplicitati ne confidat. Dictum certe parœmiographi ratum fecit, non posse pecatum declinari facile in multiloquio. Constanter porro ei inculcate orthodoxæ fidei tenorem, ut ipsius emendatio manifesta fiat, et Fratribus innotescat resipiscentia. *Spe sua tamen frustratus est*, Basilius ; Timotheo, *ex Apollinarii assecliis uno*, diffamante se Episcopum esse, ut per hoc confidentius injuriaret, *Fc lib 4 cap 2* et paternas leges infringeret. Voluit enim anathematizare Basilium Cæsareæ, Petrum Alexandriæ, Paulinum et Epiphanium et Diodorum Episcopos, et soli Vitali communicare.

406 *Altera scribendi ad Confessores istos Episcopos* *B Ep 293 et de Marcelli Ancyrani discipulis,* *causa erat, quod Marcellianos, seu asseclas jam defuncti Marcelli Ancyrani Episcopi*, qui ob doctrinam suam nuper ejecerat ab Ecclesia, *ad suam communionem admisissent ; quod diu tamen frustra a Basilio petierant. Nam cum octo illorum ex Galatia Diocæsa*F *ream* eos invisendi gratia venissent, et ostendissent *Epiph. Hær. 72* communicatorias litteras a Beatissimo Papa Athanasio ad se scriptas, exhibita etiam fidei professione, litteris expressa, qua videbantur nihil sentire quod ab generali et Ecclesiastica fidei regula, quæ in Nicæna Synodo constituta est abhorreret ; *et anathemate damnare satis clare et distincte hæreses omnes adscriptas Marcello, a Confessoribus illis ad communionem ecclesiasticam recepti sunt.* Cum *autem* fama id ad alios pertulisset, non parvus dolor multos affecit, quod tales ad se adventantes communionis Ecclesiæ participes fecissent : *non enim sciebant qua professione fidei, quave conditione fuissent ad communionem admissi. De hoc itaque monendos eos existimavit Sanctus, quo faceret* ipsos intelligere, quod æquum esset illa quæ geruntur multorum conspirante consensu geri, ne concordia dissueretur, dum nonnulli rejectis aliis recipiuntur ad communionem : cum per Dei gratiam plurimi essent qui fidem tuerentur *suadet expectare judicium Ecclesiæ, B Ep 293* orthodoxam, a Patribus Nicænis secundum pietatis regulam sancitam ; neque per Orientem ipsi soli essent relicti, aut in hac parte solitarii, quin cum iis etiam conspiraret universus Occidens. Propterea, *inquit*, oportebat vos consilium cepisse, constanter quidem, moderate tamen, de rebus ad omnes per omnem

A omnem terrarum orbem Ecclesias spectantibus. Interea temporis transmittere dignemini rationes illas vestras, quibus estis inducti ad recipiendos sequaces et fautores Marcelli : illud nequaquam ignorantes, quod utcumque, quoad vestras res et vos, sarta tectaque constituisse videamini omnia; non tamen vobis ipsis rem tanti momenti permisisse debueratis, sed quotquot vestræ sunt communionis, seu per Occidentem sive per Orientem, eorum expectasse calculos et sententiam. *Ad has Basilii querelas et postulationem quid responderint sancti isti exules, aut quomodo satisfecerint, nullibi invenio relatum. Admissionem illam Marcellianorum gratam non fuisse Orientalibus, patet ex eo, quod in litteris ad Occidentales, hoc etiam anno, sed serius missis, accusetur Paulinus, quod fautores Marcelli ad communionem admitteret.*

AUCTORE F. B.

B Ep 74

CAPUT XXXV.

Nova in Occidentem legatio contra novas hæreses, successu nullo propter animos Romæ præoccupatos. Conciliatus S. Ambrosius, Sozopolitani instructi.

B **O**rthodoxi porro Episcopi per Orientem, vehementius afflicti casu Eustathii et Apollinarii quam Valentis persecutione, rursus Dorotheum et Felicissimum in Occidentem communi nomine destinarunt : nam improba quidem, inquiunt, et impudens Arianorum hæresis, manifeste ab Ecclesiæ corpore divulsa, proprio immorabatur errori, parumque lædebat, propterea quod illius impietas omnibus nota esset : *Eustathius vero et Apollinarius*, ovinam pellem induti, mansuetudinem ac placiditatem externe simulantes, interne gregem Christi crudeliter lacerabant; et hoc nomine, quod ex orthodoxorum gremio progrederentur, simpliciores facile lædebant. *Propterea per prædictos ablegatos suos orabant et obtestabantur Occidentales Episcopos;* perniciosos illos, et qui non facile caveri possent, per diligentiam eorum omnibus Orientis Ecclesiis publicari et manifestari; ut vel recte ingredientes, Orthodoxis manerent conjuncti; vel si perversi esse perrexerint, pestem suam sibi ipsis solis continerent; ne posthac, per incautam communionem, morbum suum vicinioribus affricare possint. *Deinde ut eos qui Ecclesias conturbant et offendicula gignunt Ecclesiis quoque suis cognitos facerent, quo vitari possent. Rationem vero, cur id ab Occidentalibus peterent, addentes;* quæ nos loquimur, *inquiunt*, multis suspecta sunt, quasi propter

Decernitur nova in Occidentem legatio,

contra Eustathium et Apollinarium,

C privatas quasdam contentiones metum ac pusillanimitatem illis incutere velimus. Vos vero, quanto ab illis habitatione remotiores estis, tanto plus apud plebem habetis fidei; ad quod et hoc accedit, quod ad curandum oppressos adjumento vobis est gratia Dei. Quod si plures quoque unanimes in idem consenseritis, manifestum est, quod multitudo eadem decernentium indubitatam omnibus efficiet dogmatis susceptionem.

408 *Quod autem Eustathium spectabat, quandoquidem prius Episcopatu depositus, per Romanos esset restitutus; optabat Synodus ut per quos acceperat turbandi Ecclesias potestatem, per eosdem amitteret.* Est unus, *inquiunt*, ex illis qui plurimum excitant turbarum Eustathius, ex Sebaste Minoris Armeniæ : *cujus cum exposuissent in fide orthodoxa inconstantiam, aut potius sæpius simulatam ab hæresi resipiscentiam, per quam a Liberio Pontifice et Synodo Tyanensi in Episcopatum suum restitutus fuerat, ut nos supra ex Basilio latius deduximus numero. 275. sic prosequitur.* Iste itaque jam Fidem eam, in quam receptus est depopulatur; cumque illis facit qui homoousion anathemate perstringunt. Deinde et hæresi patrocinatur eorum, qui Spiritum sanctum spoliant Divinitate. Quoniam igitur istinc vires accepit lædendi Ecclesias ac publicandi suas impietates, fiducia quam vos dedistis ad subversionem multorum usus; necesse est ut istinc quoque veniat malorum istorum correctio, scribaturque Ecclesiis, quibusnam conditionibus ad communionem susceptus sit; simul vero adjiciatur, quomodo jam immutata sententia, gratiam a Patribus qui tunc erant acceptam irritam reddat. *Quod autem petant significari, quibus conditionibus Eustathius ad communionem susceptus fuerit; videntur existimasse, aliquid amplius Romæ extitisse subscriptum ab Eustathio, quam libellum ipsius supplicem, cum litteris Liberii exhibitum Concilio Tyanensi : deinde sic prosequuntur Episcopi Orientales.* D

explicatura primi defectionem ad Arianos

409 Alter ex illis de quibus vos admonemus, est Apollinarius, haud parum et ipse Ecclesias contristans. Facilitati namque scribendi de quovis argumento conjunctam habens sufficientem linguæ facultatem, orbem libris suis implevit, contempto Ecclesiaste, qui cavendum esse dicit, ne multi fiant libri. In multitudine enim certum est quod multa delinquantur : nam quomodo potest in multiloquio vitari peccatum? Sunt vero quæ scribit etiam ad Theologiam pertinentia; non ex Scripturæ probationibus, sed ex humanis argumentis adstructionem habentia. Scripsit de resurrectione quædam fabulose, imo Judaice composita : in quibus dicit, nos iterum ad cultum a Lege præscriptum reversuros, ita ut iterum et circumcidamur, et Sabbatum observemus, et a cibis in Lege prohibitis abstineamus, Sacrificiaque Deo offeramus, et in templo Hierosolymis adoremus, atque prorsus ex Christianis Judæi reddamur : quibus quidnam poterit ridiculum magis, imo alienius ab Evangelico dogmate dici? Deinde et de incarnatione tantam movit Fratribus perturbationem, ut pauci eorum quibus colloquii nonnihil cum illo intercessit, priscum pietatis characterem conservent : multi vero, rerum novitatibus attendentes, ad quæstiones et contentiosa inutilium verborum commenta aversi sint. *Paulini ordinationem in Episcopatum Antiochenum, quoniam legitimum tuebantur Romani, ipsorum judicio etiam reliquerunt; solum queruntur, quod Marcelli dogmatibus videretur adhærere, ejusque sectatores sine discrimine ad communionem admitteret. Rogant propterea et obtestantur, ut universis per Orientem Dei Ecclesiis quæsitum auxilium exhibeant.* E

et quomodo posterior resuscitet fabulas ritusque Judaicos:

410 *Basilius, præter litteras communi Orientalium nomine scriptas ad Occidentales, forsan hujus legationis opportunitate usus, S. Ambrosio rescripsit, eique susceptum Episcopatum Mediolanensem gratulatus est,* glorificans Deum nostrum, qui in singulis generationibus eos qui sibi placent deligit. Quodque qui olim ex pastoribus ovium populo suo Principem excitavit, et Amos de grege caprarum sumptum spiritu suo instruxit, et ad propheticam dignitatem extulit; nunc virum ex urbe regia, cui totius gentis principatus concreditus erat, sapientia sublimem, generis claritate, vitæ splendore, orandi facultate, et rebus secularibus illustrem, ad gregum Christi curam traxit; qui projectis hujus vitæ opibus universis, et pro damno habitis ut Christum lucrifaceret, commissa sibi magni ac præclari navigii, Ecclesiæ videlicet Dei, in fide Christi gubernacula accepit. *Tum prosequens, ad obeundum strenue munus Episcopale his verbis hortatur :* Age igitur, o homo Dei; quandoquidem non ab hominibus accepisti aut doctus es Evangelium Christi; sed ipse te Dominus, e medio judicum terræ desumptum, ad Cathedram Apostolicam transtulit; certa bonum certamen, corrige ac moderare infirmitatem populi, si qua Arianæ vesaniæ labe tactus est : renova prisca Patrum vestigia.

F

B Ep 55

Basilius Ambrosio Episcopatum gratulatur,

et mutuam per litteras communicationem petit

A gia. *Ultimo rogat,* ut fundamentum dilectionis, quod per litteras jecerat, assiduitate mutui per eas alloquii in ædificium excitare et provehere studeret, et hoc pacto possent spiritu conjuncti esse, licet terrestri habitatione quam longissime alter ab altero essent dissiti. *Dubitandum non est, quin Basilii desiderio satisfecerit Ambrosius, quamvis non extent hujus ad illum quæ id probent Epistolæ. Et fructus quidem cultæ inter eos amicitiæ videri potest, quod Basilius allaboraverit, ut corpus S. Dionysii, Mediolanensis Episcopi, qui sub Constantio pulsus in Armeniam exul obierat, Mediolanensibus restitueretur; ut habent Ado, Usuardus, aliique Martyrologi, ac Breviarium Mediolanense, et nos ad* XXV *Maji, ubi de isto Sancto num.* 13. *Vicissim etiam res Orientalium promoverit Ambrosius, zeloque suo ita Occidentales excitaverit ad succurrendum, ut decreverint quosdam de suis mittere in Orientem, qui S. Meletium et Paulinum (si fieri posset) inter se conciliarent. Sed omnia turbavit incursus barbarorum in Imperium. Hoc item tempore,* Valente quintum et Valentiniano Consulibus, Euzoius, qui sectæ Arianæ Antiochiæ Episcopus fuit, extremum vitæ diem confecit: in cujus locum Dorotheus suffectus est.

Socr. lib. 4 cap. 25

Dorotheus legatus invenit Romanos

B 411 *Profectus interim in Occidentem Dorotheus Presbyter, Romæ invenit Petrum, Alexandrinum Archiepiscopum, successorem Athanasii, ab Arianis Sede sua pulsum, qui ad implorandum Pontificis auxilium eo se contulerat. Damasus excepit Dorotheum, ex eoque audivit postulata Episcoporum Orientalium, præsente Petro Alexandrino: sed falsis rumoribus aut persuasionibus contra SS. Meletium et Eusebium Samosatenum præventus, desideratum auxilium aut ejus spem concedere vel noluit vel non potuit; et cognovit Dorotheus, non sine gravi indignatione, Meletium et Eusebium Romæ inter Arianos censeri: quapropter infecta re in Orientem reversus est,* retulitque Basilio, quos habuisset cum Petro apud Damasum Reverendissimum Episcopum sermones; et mœrore eum affecit cum narraret, *inter furiosos Arii sectatores censeri Deo carissimos Episcopos Meletium atque Eusebium:* ad quorum rectam fidem demonstrandam magnum argumentum haberi *asserit Basilius, ad Petrum Alexandrinum scribens,* quod bello Arianico impetantur; idque, licet aliud esset nihil, suffecturum semper apud eos qui rem oculis rectis intueantur. *Itaque* Tuam, *inquit,* Pietatem cum duobus illis conjungere debet

contra Meletium et Basilium præoccupatos,
B. Ep. 321

C societas illa afflictionum pro Christi causa. De cetero persuasissimum habeas, vir revera reverendissime, non esse vel verbulum aliquod orthodoxum, quod non isti viri libere et confidentissime prædicarunt: id quod, Deo teste, auritus ego auditor affirmo: qui nec ipse horum societatem ad horulæ spatium tolerassem, si tantillulum in fide claudicantes deprehendissem. *Etenim Dorotheus, cum videret Romæ ita traduci Eusebium et Meletium, non potuit non omnino moleste ferre; ideoque,* minori quam par erat moderatione et mansuetudine, verba habuit *cum Petro Alexandrino, similiter de sanctis illis exulibus persuaso. Hinc querelas Petri Basilius cum accepisset, agnoscit humiliter,* propter peccatorum merita eam esse temporum iniquitatem, ut nec diligentissimi quidem Fratres inveniantur satis moderati; nec bene comparati ad ministeria, aut ex animi sui sententia omnia facientes: adeoque, si quid peccatum esset, id se improbante factum.

et de hoc queritur Petro Alexandrino;

cui scribens Basilius,

412 *Expostulaverat autem amice Petrus, quod Basilius nihil ad ipsum scripsisset de Apollinario et Eustathio, uti neque de Episcopis Ægypti exulibus, qui Marcellianos in communionem admiserant, aliis Orthodoxis minime consultis, et præsertim Basilio, cui tamen commissa videtur cura fuisse Marcellianos Ecclesiæ reconciliandi: ad Solitarios vero scripserat, ab* D *ejusmodi reconciliatione abstinerent, donec omnia legitime per canones componerentur. Petro igitur respondit Basilius,* se propter frequentes rerum adversarum nuntios, assuefactum adeo esse, ut imposterum ad quævis vel maxime incredibilia imperturbatum animum, nec timore dejectum ullo, possideret. Quæ contra Ecclesiæ statum essent ab Arianis jam pridem comparata, licet multa et magna essent, et per orbem terræ sermonibus omnium disseminata, nihilominus sufferenda esse, eo quod ab hostibus manifestariis et in Verbum infesto veritati animo pugnantibus proficiscerentur. Illos se admirari, si contigerit quandoque ut antiquum suum non obtineant; non, si quando quid audacius et facinorosius contra pietatem attentaverint. At mœrore se affectum et conturbatum vehementius, ob ea quæ ab iis perpetrabantur, qui eodem modo essent affecti, et easdem secum foverent opiniones. Verum hæc ipsa etiam, eo quod frequentius fierent, et non minima essent quæ ad suas aures deferrentur, non admodum videri paradoxa. Hanc ob causam nequaquam vehementius se commotum, propter res nuper gestas inordinatissime, nec iis suas aures obtundi; partim quod sciret, famam fortuito delatam res istas perlaturam fuisse ad ejus cognitionem; partim etiam E quod secundos nuntios opperiretur, eadem tristia certius relaturos; deinde quod nec par nec æquum esse judicaret, ut gravatim et moleste ferret istiusmodi, quasi indignatus se parvi habitum.

AUCTORE F. P.

miratur ejus contra se credulitatem nimiam:

413 Ad auctores porro horum ea scripsisse se, quæ conveniebat; admonendo videlicet, ut, quandoquidem distractio quædam animorum Fratres ibi existentes divideret; non tamen deficerent a caritate mutua; sed expectarent usque dum ii, penes quos potentia residebat, per disciplinam Ecclesiasticam erroribus occurrerent et mederentur: quandoquidem autem id etiam scripsisset Petrus, recte, et prout par erat incedens, se laudibus ipsum esse prosecutum, et gratias insuper Deo habuisse, quod veteris illius ordinatissimæ disciplinæ reliquiæ superessent etiamnum apud ipsum, nec Ecclesia inter persecutiones vires suas et fortitudinem amisisset, et Canones non essent secum persecutionem passi: Ceterum quod ad Marcellianorum conversionem attineret; Galatis, *inquit, qui* frequentes mihi turbas concitarunt (*Marcellus enim, ut dictum est, Ancyranus in Galatia Episcopus fuerat*) adhuc non potui quidquam respondere, quod tuam expectarem responsionem. In præsenti, si voluerit Dominus, ipsique me admiserint in hoc negotio, spes est me F posse populum ad Ecclesiam reducere, ut non possint nobis in os reponere, quod ad Marcellianorum partes accesserimus; sed appareat illos membra extitisse illius Ecclesiæ, quæ est corpus Christi. Quocirca malitiosa et infamis calumnia, quæ quaquaversum diffundebatur, ab hæreticis illis orta, in meam assumptionem et admissionem grassata fuit (quæ tamen me nequaquam pudore suffudit) tamquam ego partes ipsorum foverem. *Ita non deerant unquam, qui, quidquid pro hæreticorum reductione aut Ecclesiarum pace ageret Basilius, sinistra interpretatione invidiose traducerent, ut hæreticus ipse tunc audiret, cum maxime laborabat hæreticos ad Ecclesiæ unitatem reducere. Credibile tamen est, piis ejus laboribus favisse misericordem Dominum; quandoquidem S. Hieronymus, aliquot post annis enumerans sectas hæreticorum varias, quibus Ancyrana civitas discissa erat, de Marcellianis taceat.*

et de Marcellianis se toleratis

rationem reddit.

quos videtur reduxisse in viam.

414 *Ad ultimos vitæ Basilii annos spectat etiam epistola, Sozopolitanis scripta.* Indoluit illi, ubi nuntiatum ipsi fuit, præter Arianorum tumultum grassantem in Ecclesiis, et confusionem quam illi de fidei verbis excitarunt; aliam adhuc novam contentionem

B. Ep. 65

Sozopolitanis super Incarnatione quæstionem

AUCTORE F. B.

A tionem esse apud eos obortam, quæ universam Fratrum congregationem vehementer anxiam reddebat. Nam scripserant ipsi Sozopolitani, nova dogmata, et auribus fidelium insueta, tamquam ex Scripturarum disciplina introduci; et quosdam apud se esse, qui salutarem Jesu Christi dispensationem dissolvunt, quantum in ipsis est, et negant magni mysterii gratiam, quod a seculis celatum est, suo autem tempore manifestatum. Hoc enim tollitur ab iis qui dicunt, Dominum, cœleste corpus habentem, advenisse. Quis usus sanctæ Virginis, si non ex massa Adam erat assumenda deifera caro? Quis porro tam audax, ut Valentini dogma, jam olim suppressum, sophisticis verbis Scripturarumque testimonio denuo nunc excitet renovetque? Non enim recentior de apparentia impietas est, sed olim ab insulso stolidoque Valentino incepit: qui pauca Apostoli verba dilacerans, impium sibi ipsi figmentum paravit, Dominum dicens formam servi, et non ipsum servum assumpsisse; et in figura ipsum natum esse affirmans, non ipsum hominem ab eo assumptum. His finitima solent isti effutire, quod deplorare convenit, novos nobis introducentes tumultus. *Ita Basilius, Apollinarium ejusque asseclas intelligens.*

redarguit Sanctus,

B 415 *Similiter iisdem his ultimis vitæ ejus annis scripta est et alia epistola, ad Urbicium Monachum, qua æque impium errorem Apollinarii refutat, docentis, quod Deus in carnem conversus fuisset; non autem per Mariam suscepisset, illam Adami massam, sed in substantiam materialem Deitas ipsa mutata transiisset.* Facile quidem foret, *inquit Basilius,* hanc absurdam sententiam refutare; sed quandoquidem ex se ipsa blasphemiæ convincitur, satis erit (sicut arbitror) apud illum qui Dominum metuit nominasse. *Erant tamen Sozopoli, qui ducebantur absurdam istam fovere sententiam. Itaque Sanctus, hæresi ista paucis refutata, concludens ait:* Ab hæreticorum communione vosmet omni modo puros custodite; scientes, quod indifferenter in his habere, libertatem nostram tollit, quam in Christo habemus.

B. Ep. 344 aliamque Apollinarii hæresim.

CAPUT XXXVI.

Extrema S. Basilii acta, mors, sepultura.

Cum circa annum CCCLXXVII vellet universorum C *Dominus respicere lacrymas et exaudire gemitus Ecclesiæ suæ, sub Arianorum tyrannide per annos jam quadraginta septem laborantis, et tantum non oppressæ: induxit in Imperium de thesauris divinæ suæ justitiæ, barbaras nationes, Gotthos et Hunnos, quibus hæreticum Imperatorem debellaret, Ecclesiamque ab ipsius tyrannide vendicaret. Igitur postquam Gotthi, primum ab Hunnis pluribus cladibus contriti, et Imperatori Romanorum supplices facti, tantum non ex commiseratione admissi in Imperium, Danubium trajecissent; ipsi cum hostibus suis Hunnis, sancito inter se contra hospites suos fœdere arma moverunt, primamque cladem Romano exercitui sub Lupicino duce intulerunt. Valens, autem intellecto suorum casu et barbarorum rebellione, pace cum Persis quibuscumque potuit conditionibus inita, Profuturum et Trajanum exercituum Præfectos, cum copiis misit in Thraciam, ipse mox Antiochia profecturus Constantinopolim. Interim tota illa regione victores grassabantur barbari. Tunc Eusebius Samosatenus Episcopus exulabat in Thracia: quem* bellico tumultu undique circumfusum conservavit idem Deus, qui facere potuit, ut sanctus Jonas in ventre ceti illæsus permaneret, et in igne adeo vehementi sine aliquo nocumento timentes Deum vivere possent. *Hæc cum ex Libanio Diacono*

Anno 377, grassantibus per Imperium barbaris

Basilius intellexisset, a quo etiam reliqua quæ contra D *Orthodoxos ibi acta erant edoctus erat; litteras dedit ad illum, gratulatus quod* declarasset Dominus, quam non deserat Sanctos suos, dum magna et potenti manu sua vitam ejus undique protexit; *spiritu tantum non prophetico subjungens;* Et imposterum conservabit te, qui hoc potest præstare, Deus. Idem det nobis, si vixerimus, videre peroptabilem istam faciem tuam, aut aliis saltem, qui reditum tuum non secus expectant quam propriam ipsorum salutem. Persuasus sane sum, quod propter lacrymas Ecclesiarum, et gemitus illos, quibus post te ingemiscunt omnes, hominum amator Deus te conservaturus sit in vita, donec gratiam suam impertiat iis, qui noctes atque dies opem ipsius implorant.

B. Ep. 9 *Basilius Samosateno exuli gratulatur Dei protectionem,*

417 *Ita Basilius, quasi præsagus, brevi ad Ecclesiam suam rediturum Eusebium, pacemque dandam Orthodoxis, seque in vita hac non diu superfuturum. Prosequens vero juxta rationem temporis cœptum sermonem;* Interea, *inquit,* majores et graviores illis locis afflictiones inferri audimus, de quibus (siquidem possibile est) velociter; sin minus, per religiosissimum Fratrem Paulum Sympresbyterum ad nos revertentem, ut petimus, edoceamur, quod illæsa E et incolumis vita vestra custodiatur. Quoniam vero audimus, universum iter plenum esse latronibus et excursoribus; metuimus, ne si in illorum manus incidat Frater, illi nos simus causa mortis. Quod si mediocrem tranquillitatem dederit Dominus, quemadmodum de exercitus transitu audimus; curabimus et nostrorum aliquem mitti, qui vos invisat, et singula quæ isthic geruntur annuntiet. *Ex his colligere licet, epistolam scriptam ante Profuturi et Trajani adventum, barbaris adhuc Thraciam depopulantibus. Illis deinde victis fugatisque, Ducibus vero prædictis impedire frustra conatis, inter viarum angustias, commeatum deferendum ad barbaros;* Valens Antiochia exire compulsus; *quemadmodum invalescente hoc bello, aliis curis distractus,* destiterat ab illis in exilium mittendis qui fidem consubstantialis amplexabantur; *ita nunc multo magis, agnoscens forte vindicem Dei manum, sed* sera pœnitentia ductus, nostros Orthodoxos ab exiliis revocat. *Redierunt ego in suas Sedes orthodoxi Episcopi: interque eos Eusebius Samosatenus, Petrus Alexandrinus, Meletius, Antiochenus.*

et præsagit citum reditum ad suam Ecclesiam;

prout factum, Valente exules revocante,

Socr. lib. 4 cap. 38

418 Secutum vero est bellum lacrymabile in Thracia: in quo destitutæ equitum præsidio Romanæ legiones, a Gotthis cinctæ et usque ad internecionem cæsæ sunt. Ipse Imperator Valens, cum sa- F gitta saucius fugeret, et ob dolorem nimium sæpe equo laberetur, ad cujusdam villulæ casam deportatus est: quo persequentibus barbaris, et incensa domo, sepultura quoque caruit. *At hæc nihil attinet fusius explicare, cum Basilium vix spectent: nisi quod in eodem prælio, cum multis aliis præcipuis belli ducibus, Trajanus occubuit, Basilio familiaris et ob virtutem æstimatissimus. Valente e vivis sublato, aderat tempus, quo Deus, per Gratianum et Theodosium orthodoxos Imperatores, daret quietem a persecutionibus, et Ecclesiis pacem, quam videre Basilius optaverat intimis suspiriis, et postulaverat precibus non intermissis. Verumtamen aliter visum est divinæ providentiæ, quæ non permisit Sanctum suum plus quam reflorescentis Ecclesiæ primordia aspicere, ut citius æterna pace et tranquillitate frueretur, velut alter Moyses; nam huic Prophetæ Nyssenus fratrem comparat; qui cum terram promissionis intrare multis votis expetiisset, jamque prope adesset ut videre eam posset a longe, jussus est a Domino mori.*

Chron. Hieron.

quo etiam mortuo orthodoxia restauratur:

Or. F.

419 *Reliquum est* ut Basilii mortem audiamus, sanctæque illius animæ peregrinationem, qua a nobis peregre profectus est, ut præsens sit apud Dominum,

B. Ep. 37 *prius tamen Basilius moritur,*

A Dominum, per totum vitæ cursum hoc unum meditatus. *Beatæ vero hujus animæ transitum, quæque hunc secuta sunt, Theologi nobis explicabit oratio;* Quamquam alioqui Ecclesiæ solitudinem intueri, hujusmodi gloria detonsæ et spoliatæ, atque corona tali orbatæ, tam grave ac molestum est, ut nec oculis spectari, nec auribus percipi possit, his quidem certe qui mente præditi sunt. Cum itaque, *inquit ille*, cursu confecto Basilius ac fide servata, dissolutionis desiderio teneretur, tempusque coronarum, instaret; atque illud quidem non audivisset, Ascende montem et morere; verum, Morere, atque ad nos ascende; hic quoque miraculum edidit, superioribus haudquaquam inferius. Nam cum ferme

in hoc similis Moysi, terram promissionis non ingresso,

mortuus et exanimis esset, maximaque ex parte vita perfunctus, circa extremos sermones robustior fit, ut cum pietatis verbis abscederet, ac fidelissimis suis cultoribus ad Ecclesiasticos gradus provehendis manum et spiritum præberet; ut ne sacrario fraudarentur, quos discipulos atque in Sacerdotio adjutores habuerat. *Hæc Nazianzeni verba, quamvis obscuriora, indicare videntur Basilium, longa jam tabe confectum, cum viribus corporis omnino consumptis* B *indies moriturus crederetur, imo forsan subinde animi deliquia pateretur, instantis mortis indicia; tantisper adhuc sibi restitutum (quod fieri non raro solet iis qui paulatim tabescunt) ut quosdam suos discipulos sacris Ordinibus, præsertim Sacerdotio initiaret; quin etiam forsan aliquos in locum defunctorum consecraret Episcopos. His notatis,* ad ea quæ sequuntur, *inquit Nazianzenus*, gravatim quidem, tandem tamen se conferet oratio, licet aliis potius quam nobis hic sermo conveniat. Nec enim in dolore philosophari queo (etsi ut philosopharer vehementer contenderim) dum mihi commune detrimentum in animo versatur, et calamitas ea quæ universum terrarum orbem invasit.

ante mortem tamen adhuc aliquos ordinavit.

420 Jacebat ille extremos spiritus ducens, atque a cœlesti choro, ad quem jam pridem oculorum aciem intendebat, expetitus. Effusa autem circum eum erat tota civitas, jacturam atque discessum hunc ægerrime ferens; ac discessum vero ejus, perinde ut tyrannidem, accusans; ejusque animam, non secus ac si retineri manibusque vel precibus cogi posset, arripere studens. Dementes enim eos calamitas reddebat: nec quisquam erat, qui non aliquam vitæ suæ partem, si fieri posset, illius vitæ addere paratus esset. Ut autem victi sunt (oportebat C enim eum hominem deprehendi) atque ipse ad Angelos, a quibus abducebatur, postremis his verbis usus esset; In manus tuas commendo spiritum meum; animam lætus exhalavit; non ante tamen, quam sacrosancta doctrina eos qui aderant non nihil instruxisset, extremisque alloquiis meliores effecisset. Tum vero miraculum, omnium quæ unquam fuerunt celeberrimum, designatur. Efferebatur vir sanctus, sanctorum virorum manibus elatus: unusquisque autem operam dabat, alius ut fimbriam, alius ut umbram, alius ut sacriferum lectulum arriperet, ac vel solum attingeret (quid enim illo corpore sanctius aut purius?) alius ut propius ad eos, qui corpus ferebant accederet, alius aut aspectu solo frueretur, tamquam is quoque utilitatis aliquid afferret.

Ad sic defuncti corpus

undique concurritur,

421 Plena erant fora, porticus, duplicia et triplicia tabulata hominum, deducentium, præeuntium, prosequentium, assectantium, se invicem impellentium: multa millia hominum, omnis generis et ætatis, et ante eum diem incognita. Psalmodiæ a luctu vincebantur: patientia, doloris magnitudine frangebatur: certabant nostri cum exteris, cum Ethnicis, Judæis, advenis; iique vicissim nobiscum, utris uberiores lacrymæ uberiorem utilitatem afferrent. Denique calamitas ea in periculum desiit: multæ enim animæ, ex vi protrusionis et compressionis, una cum D coexcesserunt, quæ talis finis titulo felices prædicatæ sunt, ut discessus ipsius sociæ, atque (ut ferventiorum quispiam dixerit) funebres victimæ. Tandem corpus, cum rapientium manus vix effugisset, ac prosequentes superasset, in parentum sepulcro conditur; ac Sacerdotibus Sacerdotum princeps, Prædicatoribus magna Vox meisque auribus insonans, Martyribus Martyr adjungitur.

eoque apud parentes sepulto,

AUCTORE F. B.

422 Ac nunc ille quidem in cœlis est; illic etiam (ni fallor) sacrificia pro nobis offerens, et pro populo preces fundens: neque enim ita nos reliquit, ut prorsus dereliquerit. At ego, media ex parte mortuus et dissectus Gregorius, utpote a magno illo socio divulsus, atque exulem et miseram vitam trahens (ut consentaneum est eum qui ab eo disjunctus sit) haud scio quemnam, post illius instructionem, finem nanciscar; a quo nunc quoque per nocturnas visiones admoneor, et castigor, si quando ab officio recessero. Nec vero ego quidem luctus laudibus adjunxi; atque illius vitam oratione expolivi: sed proposui communem virtutis tabulam, ac salutiferum omnibus Ecclesiis omnibusque animis exemplum; in quod, velut in vivam quamdam E legem, intuentes, vitam nostram dirigemus: vobis autem, qui ab ipso doctrina sacra imbuti estis, quid aliud suaserim, quam ut eum semper spectetis, ac, tamquam ipse et vos videat et a vobis videatur, spiritu instruamini? Adeste jam, ac me circumsistite omnis illius chorus, tam qui Sacrarii estis, quam qui inferioris Ordinis; tam qui de nostris, quam qui de exteris; encomium mecum conficite; alius aliam quampiam illius virtutem exponentes; et requirentes, qui sedetis in thronis, legislatorem; qui rempublicam geritis, civitatis principem ac velut conditorem; plebeii, moderatorem; litterarum studiosi, præceptorem; virgines, pronubum; conjugatæ, magistrum pudicitiæ, solitarii, eum qui vobis pennas addebat; cœnobitæ, judicem; simplices, itineris ducem; speculationis amantes, theologum; hilares, frænum; calamitosi, solatium; senes, baculum; juvenes, pædagogum; pauperes, largitorem; locupletes, dispensatorem. Quin mihi quoque videntur et viduæ patronum suum laudare, et orphani patrem, et pauperes pauperum amatorem, et ægrotantes medicum cujuscumque morbi, et sani sanitatis custodem; omnes denique eum, qui omnibus omnia factus est, ut omnes, aut certe quamplurimos lucrifaceret.

funebrem sermonem concludit Nazianzenus,

omnes ad eum laudandum invitans,

F

423 Habes hæc a nobis, Basili, hoc est a lingua quondam tibi suavissima, atque honore et ætate æquali: quæ si ad virtutis suæ meritum prope accesserint, beneficium id tuum est (te enim fretus hanc orationem institui) sin autem longe infra illius dignitatem et spem tuam substiterint; quid facerem homo, et senectute, et morbo, et tui desiderio confectus? quamquam Deo quoque gratum est quod pro viribus efficitur. Tu vero, sacrum et divinum caput, e cœlo nos quæso respice; carnisque stimulum, a Deo nobis ad disciplinam datum, aut precibus tuis siste, aut certe ut eum forti animo perferamus effice, atque omnem nostram vitam ad id quod maxime conducibile est dirige: nosque, postcaquam ex hac vita migraverimus, illic quoque in tabernaculis tuis excipe, ut simul viventes, et sanctam ac beatam Trinitatem, cujus nunc exiguam speciem et imaginem accepimus, purius pleniusque cernentes, desideriis nostris finem statuamus; ac bellorum eorum, quæ intulimus vel pertulimus, hoc præmium referamus. Et ut quidem a nobis orationem hanc habes: nos autem, vitam post te cum morte commutantes, quis laudaturus est? si quid tamen laude dignum orationi suppeditemus.

et ipsum ut jam cælo receptum invocans.

CAPUT

A

AUCTORE P. B.

CAPUT XXXVII.

De Reliquiis S. Basilii Brugas Flandrorum translatis et usque hodie servatis.

Nemini non videbitur admiratione dignum, quod de tam celebris Sancti Reliquiis vix ulla relicta memoria sit, nulla uspiam facta corporis elevatio, translatiove legatur, cujus monumentum vel historia ad posteros transierit. Tanti tamen thesauri Caput, brachium et costam Romæ haberi asserit Pancirolius in Reliquiarum Urbis Indiculo; partem vero non exiguam a quingentis minimum annis possidet celeberrima Flandrorum civitas Brugæ, ubi etiam extat antiquitus ecclesia, sub ejusdem Sancti nomine dicata. Fundator fuit Theodoricus Alsatius, Flandrorum ac Viromanduorum Comes ab anno MCXXVIII *ad* LXIX *: qua de fundatione Brugis accepimus Philippi filii diploma, datum anno* MCLXXXVII*; et a Roberto III Flandriæ Comite renovatum, anno* MCCCXXI. *Hoc tenore:*

Sancti Basilii ecclesiam Brugis

Robertus 3 Comes testatur fundatam et dotatam

425 Universis, tam præsentibus quam futuris, præsentes litteras inspecturis, Robertus Comes Flandriæ salutem, et rei gestæ, noscere veritatem. B Ad perpetuam rei memoriam, notum facimus universis. Ut instituta salubriter, nostris et Prædecessorum nostrorum temporibus, prudenti et proviso, maturoque consilio confirmata per Prædecessores nostros, certa quadam notitia propagentur in posteros; nec processu temporis a posterorum memoria, per ineptam oblivionis caliginem evanescant; litterarum solent indiciis publicis armari. Nos igitur attendentes, Prædecessores nostros, pro suarum ac Prædecessorum et Successorum suorum animarum salute, Brugis in Burgo, in honorem Dei, beatæ Virginis Mariæ, et S. Basilii Episcopi, ecclesiam ex proprio sumptu ædificatam, ad ibidem Deo per quatuor Capellanos inibibi institutos in propria persona deserviendum, fundasse, et canonice statuisse: pro quibus reditus et alia ordinarunt provisa; prout in litteris infrascriptis, Sigillo quodam bonæ memoriæ Domini Philippi, olim Flandriæ Comitis, Prædecessoris nostri sigillatis, apparebat prima facie, hæc et alia inter cetera plenius continentur. Quas litteras nos vidimus, et diligenter inspici, ac collationem de iis fieri fecimus solerter: quarum tenor talis est.

a Theodorico Alsatio,

426 Ut in temporibus nostris instituta salubriter C et prudenti consilio confirmata, certa quadam notitia propagentur in posteros, nec processu temporis a posterorum memoria per ineptam oblivionis caliginem evanescant, litterarum solent indiciis æternari. Quapropter ego Philippus, Dei gratia Flandriæ Comes, tam posteris quam præsentibus, notum esse volo, quod pater meus dignæ memoriæ Comes Theodoricus, et mater mea piæ recordationis Comitissa Sibilla, divina inspiratione commoti, pro animarum suarum et suorum Prædecessorum nec non et Successorum salute, Brugis in Castello, in honore Dei et beatæ Virginis Mariæ, et S. Basilii Episcopi, ecclesiam ex proprio sumptu ædificari fecerunt, et ad ibidem Deo serviendum in propria persona, per quatuor Capellanos, canonice statuerunt singulis decem libro infesto sancti Martini ex officio Lambini, singulis XXVII solidos ex ministerio Lamberti.... *Sequitur singulorum redituum accurata enumeratio; qua studio brevitatis prætermissa, sic continuatur Diploma.*

juxta diploma Philippi filii ejus,

signatum an. 1187.

427 Ut autem hæc omnia quæ postea supervenerunt vel adhuc supercrescent, rata et inconvulsa permaneant, litterarum custodiæ commiserunt, et privilegii sui munimine firmaverunt: quod longo tempore post eorum decessum, ex communi incendio Brugensi, per incuriam deperiit. Ne autem hoc D infortunio, quod bene fecerant eorum amitteret posteritas; quidquid in eo dignum memoria conscriptum fuerat, rescribi et confirmari feci; subscriptis eorum qui interfuerunt nominibus, Gerardi, Brugensis Præpositi, Flandriæ Cancellarii; Hugonis, Decani S. Donatiani; Joannis, Brugensis Castellani; Gilberti de Aria. Actum in Maleo, anno incarnati Verbi MCLXXXVII.

428 Quarum litterarum effectum Nos Robertus, Comes Flandriæ supradictus, pro Nobis et Successoribus nostris, auctoritate nostra Principali, perpetuum vigorem et roboris firmitatem volumus obtinere. In cujus rei testimonium sigillum nostrum præsentibus est appensum. Datum Curtraci, Præsentibus, Magistro Nicolao de Petra, ecclesiæ B. Mariæ Brugensis Præposito; Mag. Henrico Bram, Legum professore, Canonico Tornacensi; Mag. Christiano, ecclesiæ Harlebecensis Præposito; Domino Christiano, dicto Matam, Decano dictæ Harlebecensis ecclesiæ; Simone Vastun, Flandriæ Receptore; et Rogerio Tomun, Consiliario et Serviente nostro; die Mercurii, post festum B. Petri ad vincula, anno Domini millesimo trecentesimo E vigesimo primo: et Bullæ appendebat Comitis sigillum in cera alba, et jam fere flava. Inferius scriptum erat; Facta collatione hujus, cum Bulla reservata in sacello sacri Cruoris Brugis; inveni ego infrascriptus Notarius, Brugis quoque residens, copiam hanc cum illa concordare: quod attestor. Et signatum erat, Spetael Notarius 1671.

et anno 1321 *renovatum.*

429 *Inter Cruce-signatos Principes, qui pro recuperanda Terra-sancta per Minorem Asiam victores transierunt, et recuperata cæsis barbaris Nicæa, Iconium in Lycaonia, atque Cæsaream in Cappadocia obtinuerunt anno* MXCVII, *fuit Robertus II, Hierosolymitanus inde dictus, Flandriæ Comes. Huic inter prædam potuit obtigisse* S. Basilii *corpus, quod ille in Flandriam miserit, vel ex Syria post biennium reversus attulerit; quamvis ejus rei nulla extet memoria. Roberti illius ex sorore Gertrude et Theodorico Alsatiæ Lantgravio nupta, nepos fuit Theodoricus, cognomento Alsatius, post S. Caroli Dani necem vindicatam et abdicatum Guilielmum Normannum, assumptus in Comitatum Flandriæ. Hic prænominatam* S. Basilii *ecclesiam fundavit dotavitque, Princeps pius, et quater in sacram militiam profectus; unde prima vice revertens anno circiter* MCXXXIX, *videtur adduxisse uxorem Sibillam, Hierosolymitani Regis Fulconis filiam, cum qua prædictam deinde ædificavit ecclesiam, sanctoque Basilio dicavit; utique vel ob recentem aliquam* F *erga eumdem obligationem, vel causa felicis ex Syria reditus; nisi opinari quis mallet, Sancti istius ossa tunc primum allata in Flandriam fuisse ab ipsomet. Ut ut est, idem Comes secundam in Orientem expeditionem suscepit anno* MCXLIV; *indeque anno* MCL *reversus Brugas, juxta Meyerum in Annalibus Flandriæ,* et septimo Idus Aprilis, incredibili gaudio ac gratulatione a Flandris exceptus, sacerrimi cruoris Christi portionem, in phiala crystallina deportatam, per Leonium Abbam Bertinicum, collocavit in æde S. Basilii; *ad quam cum ingens undique concursus multaque miracula fierent, atque ita prioris Patroni cultus ac veneratio obscuraretur, visum fuerit huic renovandæ, ornandæque pariter Collegiatæ et primariæ ecclesiæ conducturum, si in hanc transferrentur S. Basilii sacra ossa; nisi id malimus factum opinari per præmemoratum Burgi Brugensis incendium,* longo tempore post excessum *Fundatorum, uti loquitur Robertus III; quando restauratis ecclesiis ambabus, placuerit sic dividere Reliquias, a Theodorico olim depositas ad S. Basilii, ut hujus ecclesiæ, utpote Palatinæ, manserit sacer Cruor; Collegiatæ eidemque Parochiali,*

In illam ecclesiam illatæ reliquiæ ipsius Sancti,

fuerint a Roberto II allatæ circa 1098,

vel ab ipso Theodorico circa 1140

una cum aliis Reliquiis compluribus:

A *rochiali, ceteræ ex Asia, Gallia, Italia, Belgioque collectæ, quarum in Diplomate Philippi Comitis habetur notitia.*

430 *Diploma hoc habemus transumptum sub fide publica Claudii Agretti, Protonotarii Apostolici. Habemus etiam illud instrumentum Translationis alterius, factæ anno* MCCCCLXIII; *ac denique Translationis tertiæ, hoc ipso quo imprimimus anno* MDCXCVII *celebratæ; quando in veteris capsæ apertione sola inventa narratur Reliquia S. Basilii, una* cum litteris in pergameno cum magno sigillo rubro, exhibente effigiem equestrem, et sericis antiquis ligamentis adjunctis, cujus lectura, tam in sigillo, quam in pergameno, non potuit fieri, propter nimiam vetustatem. *Cum magno profecto posteritatis detrimento, ex tali lectura, si fieri ea potuisset verosimiliter intellecturæ nomen ac tempus primi translatoris ac donatoris. Oliverius Uredius, inter Brugenses hujus seculi eruditos Jurisconsultos nominatissimus, anno* 1639 *edidit Sigilla Comitum Flandriæ, insigni Commentario illustrata. Primus ibi* equestris *occurrit* Balduinus, Insulanus *a patria,* Pius *vero* a divino cultu *dictus, teste Meyero, et ab anno* MXXXIV *ad* MLXVII *potitus Comitatu. Cum isto aliis-* B *que sequentibus conferre si libeat vetus istud, cujus litteræ evanuerunt, sigillum: fortassis ex majori minorive ruditate equi equitisque, haud inverosimilis formabitur conjectura de ipsius sigilli, et rerum hinc pendentium ætate: ego transeo ad instrumentum anni* MCLXXXVII, *cujus hic est tenor.*

cum instrumento antiquo servatis,

431 In nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti. Amen. Anno ab Incarnatione Domini millesimo centesimo octuagesimo sexto, VIII Kalendas Junii, in ecclesia B. Donatiani Brugis, aperta sunt octo scrinia, in quibus inventæ sunt Reliquiæ Sanctorum quamplurimæ, per manum Philippi Flandrensis et Veromandensis Comitis, filii Theodorici Comitis, præsente Florentio Hollandiæ Comite, et Gerardo nostræ ecclesiæ Præposito; item Gerardo, Insulano Præposito; et ceteris Confratribus nostris, aliisque quampluribus. In uno itaque scrinio, quod S. Basilii dicitur, inventæ sunt Reliquiæ, quæ subscriptæ sunt, veraci testimonio litterarum impositæ.

quæ omnes enumerantur.

specialis,

Reliquiæ S. Basilii, scilicet ossa.
R. S. Nicolai, os de capite ejus.
R. S. Andreæ. R. S. Georgii.
R. S. Firmini. R. S. Martini.
De linteo Domini, unde pedes Apostolorum in cœna tersit.
C De petra, ubi Christus fuit, quando jejunavit 40 diebus.
R. S. Radegundis.
De S. Silvino, costa una, dens, et digitus unus.
R. S. Sebastiani, de costa ejus.
S. Petri, S. Mariæ.
S. Joannis, S. Vedasti.
De S. Folquino, costa una, et digitus unus
R. S. Petri, S. Joannis, S. Vedasti.
R. S. Cosmæ. S. Peregrini.
De veste Innocentium.
De S. Theodoro. De ligno Dni.
De barba S. Amandi.
R. S. Pauli, S. Remigii, S. Petri.
De monte Calvariæ. De Præsepe Domini.
De Brachio S. Odulphi. R. Symonis et Judæ.
S. Bartholomæi Apostoli.
S. Agnetis Virginis. S. Eligii.
De columna, ubi fuit Dominus flagellatus.
Do concha, unde lavit pedes Apostolorum.
R. S. Mariæ, S. Petri, S. Pauli.
R. S. Gregorii, S. Germani, S. Simplicii.
S. Andreæ. S. Remacli.
R. S. Jonæ Prophetæ,
R. S. Cæciliæ digitus. S. Berthæ.
De ligno Domini. D
R. S. Bertini. S. Audomari.
S. Scolasticæ. S. Felicii Papæ.
De oleo quod benedixit S. Benedictus.
De petra, super qua Dominus stetit.
R. S. Pauli, S. Cyriaci, Martyrum,
S. Hypoliti Mart. S. Gengulphi Mart.
S. Pancratii Mart. S. Sabinæ Virg.
S. Odulphi. S. Gerulphi.
S. Maximi. S. Quintini,
S. Machuti. S. Idebergæ.
S. Martini. S. Gregorii.
De Præsepe Domini.
De Virga Aaron.
R. S. Jacobi Apostoli.
S. Marcellini et S. Geminiani.
De capillis S. Christophori.
De capillis Apostolorum Petri et Pauli.
SS. Matthiæ et Andreæ.
S. Joannis Evangelistæ. R. S. Felicitatis.
Brachium S. Severiani.
Hæc autem Philippus sigillo suo muniri præcepit.

AUCTORE F. B.

A tergo inscriptum erat eodem charactere, RELIQUIÆ: et additum recentiori manu, VISITATÆ 1186. E *Quid autem septem aliis scriniis contineatur, vel quid iis postea factum sit, Brugensibus examinandum relinquo.*

veluti in eodem S. Basilii scrinio positæ.

432 *De alia Reliquiarum S. Basilii visitatione, et depositione in ornatiorem capsam, testatur Registrum Actorum capitularium præfatæ ecclesiæ S. Donatiani Brugensis, notatum F folio* 246, *pag. versa* 51: *cujus hoc est extractum.* Die XVIII mensis Aprilis, anno MCCCCLXIII supradicto, conclusum fuit per Dominos Capitulum, quatenus Dominus Suffraganeus R. D. Episcopi Tornaci, accepta licentia ab eodem Domino Episcopo, transferat, quam rectius melius, sacras Reliquias corporis S. Basilii, et alias in veteri capsa existentes, et eas reponat in novo feretro, ex auro et argento ob hoc fabricato. Quæ quidem translatio facta fuit anno ab incarnatione Domini MCCCC sexagesimo tertio, Indictione XI, mensis Maji die vero penultima, Pontificatus Sanctissimi in Christo Patris et Domini nostri, Domini Pii divina Providentia Papæ II anno quinto, in hac ecclesia S. Donatiani Brugensis, scalfaudo bene carpentato, ante doxale; et sacrosanctæ Reliquiæ inferius designatæ, nuper ex quadam vetusta capsa, in qua diu ab antea, videlicet de anno Domini MCLXXXVI, VIII Kal. Junii, Philippo Flandriæ et Veromanduæ Comite, F Theodorici Comitis Flandriæ filio tunc regnante, reverenter extiterant collocatæ, a casu disrupta, extractæ fuerunt per Reverendum in Christo Patrem, D. Guilielmum Vasoris, sacræ Theologiæ Professorem, de Ordine Prædicatorum, Episcopum Sareptanum; ad hoc a Reverendo in Christo Patre et Domino, D. Guilielmo Episcopo Tornacensi loci Diœcesano, speciale mandatum habente, translatæ, et in novo feretro, S. Basilii attitulato, in Illustrissimorum Principum Dominorum, Philippi Burgundiæ, Lotharingiæ, Brabantiæ, et Limburgiæ Ducis; ac Flandriæ, Arthesii, Burgundiæ, Palatini, Hannoniæ, Hollandiæ, et Zelandiæ, ac Namurci Comitis, Sacrique Imperii Marchionis; Dominique Frigiæ, Salinarum et Mechliniæ: Caroli Comitis Carolesii, ac de Castrolino et de Bethunia Domini, ipsius domini Philippi filii legitimi et heredis: nec non Joannis Ducis Clevensis; Reverendique in Christo Patris Domini Caroli de Borbonio, Archiepiscopi Lugdunensis, Primatis Franciæ; Ludovici Comitis S. Pauli, Illustrisque Dominæ Agnetis Burgundiæ, Ducissæ Borboniæ, ac Adolphi Clevensis Domini de Ravestain, dicti D. Ducis Clevensis fratris; ac etiam Reverendorum venerabiliumque in Christo Patrum Dominorum

Eædem Reliquiæ anno 1463 31 Maji,

in novam capsam transferuntur,

A Dominorum Thomæ Assanensis, in partibus Angliæ Episcopi, de Ordine Prædicatorum; Nicolai Abbatis de Eeckhout, Brugensis; et Roberti Watiniensis, Ordinis S. Augustini; nec non Nicasii de Puteo, de Bethunia; Joannis de Vassaya, Sonegiensis; Joannis Vincentii, Casletensis; et Caroli de Campis, Thoraltensis Ecclesiarum collegiatarum Præpositorum; ac Rolandi scriptoris Decani, et omnium fere Dominorum, hujus ecclesiæ S. Donatiani tunc Canonicorum aliorumque vivorum Ecclesiasticorum, et populi multitudinis præsentia, reverenter et devotæ reconditæ et reclusæ.

AUCTORE P. D. *coram Proceribus utriusque status,* *atque Canonicis S. Donatiani,*

433 *Ex hunc sequitur eadem enumeratio Reliquiarum, nulla addita aut dempta. Ac primum nominantur* Ossa plurima S. Basilii: *quibus postea nihil decessisse, alio forte translatum, non ausim asseverare: cum in ultima translatione non admodum multa ossa reperta sint; nihil autem ceterarum hic rursus nominatarum Reliquiarum; specificationem autem harum sequitur nomenclatura Canonicorum, qui translationi huic adfuerunt, videlicet;*

Joannes Mynheere, Philippus Syron,
Victor de Swavenaerde, Balduinus Spoel,
B Jacobus Maes, Burchardus Kederkin,
Ægidius Beversluys, Nicolaus Brudimont,

quorum hæc tunc nomina

Presbyteri.

Jacobus de Campis, Ricardus de Capella,
Henricus de Miret, Joannes Damiens,

Subdiaconi.

Carolus Soillot, Joannes de Feraye,
et Jacobus de Purgatorio.

An 1687

Acolythi.

Notarii vero fuerunt,

Joannes Flaming, Jacobus Juvenis,

434 *Tertia translatio Reliquiarum S. Basilii in novam iterum capsam, eamque argenteam, peracta est hac nostra ætate, anno scilicet* MDCLXXXVII; *celebritate autem majori, si dignitatem personarum excipias, quæ prioribus interfuerunt. Etenim ceremoniæ omnes adhibitæ sunt, quæ solemnitatem reddere poterant augustiorem, exquisitissima musica intercinente. Orationem latinam habuit R. A. D. Petrus Maes, ejusdem cathedralis ecclesiæ Canonicus; Belgicam ad confertam populi concionem, dixit P. Jacobus Mols, Societatis Jesu celeberrimus sui temporis orator. Reliqua tibi dabit ipsum, quod ea super re confectum est, publicum Illustrissimi Domini Episcopi, Reliquias transferentis,* C *Instrumentum.*

Humbertus Guilielmus, Dei et Apostolicæ Sedis Gratia Episcopus Brugensis, perpetuus ac Hereditarius Flandriæ Cancellarius, Regiæ suæ Majestati a Concilio Status, etc.

Rogatus Episcopus

Universis et singulis præsentes litteras visuris, seu legi audituris, salutem in Domino. Promotioni cultus Sanctorum studiose semper intendimus, scientes Deum omnipotentem in Sanctis suis honoratum, Sanctorum cultores ad Sanctorum in æterna beatitudine societatem disponere, et efficacius perducere. Cum itaque nuper, ex pietate et munifica liberalitate Reverendi adm. Domini Eugenii de Vicq, Decani ecclesiæ cathedralis S. Donatiani, absoluto opere novi feretri sacrarum Reliquiarum S. Basilii Magni, Cæsareæ in Cappadocia Archiepiscopi et Confessoris, singularis Patroni, a multis retro seculis in eadem ecclesia cathedrali asservatarum, et piæ venerationi exhibitarum; adm. Reverendi et venerabiles Domini, prædictus Decanus et Capitulum ejusdem ecclesiæ, desiderantes pro posse mandare executioni translationem prædictarum sanctarum Reliquiarum, ex antiquo in antedictum no- D vum feretrum, Nos debita cum instantia requisierint, id fieri cum solennitatibus et ceremoniis opportunis adhuc requisitis.

transferre ossa S. Basilii,

436 Hinc est quod nos ea de causa, anno Domini millesimo sexcentesimo atque octogesimo septimo, mensis Junii die XIII, pridie festi ejusdem S. Basilii, sedente in Cathedra S. Petri Romæ Innocentio Papa ejus nominis undecimo, Leopoldo Augusto imperante, et Regnante Carolo secundo Hispaniarum Rege, Flandriæ Comite, accesserimus supradictam ecclesiam cathedralem, ibidemque Pontificalibus induti, cum ministris et lumine, præsente Clero ac honorabilioribus viris infra nominatis, et frequenti populo, ante summum altare chori ejusdem ecclesiæ, decantato prius Hymno, Veni creator Spiritus, cum Collecta ejusdem, postquam Rev. adm. Dominus Decanus, alta voce, nomine suo et Capituli exposuerit, ac nos iterum rogaverit, ut dignaremur Reliquias prædictas S. Basilii transferre de antiquo in novum feretrum; jusserimus ad nos afferri antiquam capsam seu feretrum dictarum Reliquiarum S. Basilii, ante nostrum adventum in mensa a latere Evangelii expositum: quod prævia diligenti visitatione reperimus debite occlusum. Aper- E toque de mandato nostro dicto antiquo feretro, reperta fuit in eo parvula cistula lignea, rubro depicta, vinculis ferreis bene occlusa; in qua reperimus tria ossa, nempe magnam partem spinæ dorsi, cui affixa est schedula pergamena, in verbis continens, Reliquiæ Sancti Basilii Archiepiscopi; et duo alia simul involuta gossypio, et obducta albo serico Damasceno, cum litteris in pergameno, cum magno sigillo rubro, exhibente effigiem equestrem, et sericis antiquis ligamentis adjunctis, cujus lectura, tam in sigillo quam in pergameno, non potuit fieri, propter nimiam vetustatem. Dictaque ossa, discooperta et integre inventa, omnibus præsentibus veneranda exposuimus et exhibuimus: ac prædictas Reliquias in corporali alio mundo simul junctas, decenter manibus nostris involvimus, et in præsentia nostra in eodem corporali consui curavimus filis byssinis: ad quas eosdem Reverendos admodum ac venerabiles Dominos de Clero ejusdem ecclesiæ, aliosque notabiliores præsentes, tam ecclesiasticos quam seculares, ad osculum ante summum altare prædicti chori per ordinem admisimus. Postmodum omnes easdem Reliquias, dicto corporali inclusas, in novo se- F rico cæruleo filis sericis ejusdem coloris involvimus. Denique idem involucrum inclusimus novæ cistulæ, ab extra affabre depictæ, et superne inscriptæ rubro colore: Reliquiæ S. Basilii Magni, translatæ XIII Junii, MDCLXXXVII: et ab intra coopertæ satino cæruleo (quam prævie juxta præscriptum Pontificalis Romani, cum prædicto novo feretro majori argenteo, benediximus) una cum præsentibus nostris litteris, prædicto pervetusto illi pergameno transfixis, inter duas culcitras ex satino cæruleo ab utraque parte factas, ac copia per nos authenticata et sigillata cujusdam testimonii anni Millesimi centesimi octogesimi sexti VIII kal. Junii; qua patet, per Philippum, filium Theodorici Comitem Flandriæ, in præsentia Florentii Comitis Hollandiæ Gerardi Præpositi S. Donatiani, item Gerardi Præpositi Insulani, et reliqui Cleri ecclesiæ S. Donatiani, prædictas Reliquias S. Basilii Magni, aliasque complures fuisse visitatas debitis ceremoniis, et sigillo ejusdem Comitis Flandriæ adjuncto, apposito antedictæ novæ cistulæ sigillo nostro, ab utroque latere in cera rubra.

13 Junii, cum omni ceremonia,

veteri capsa eadem eximit,

exhibetque præsentibus osculanda,

et reponit in novam:

437 Acta fuerunt hæc in choro sæpe dictæ ecclesiæ cathedralis S. Donatiani Brugis, anno, mense, et die, quibus supra, præsentibus in eadem solenni translatione admodum Reverendis et venerabilibus Dominis,

coram Decano et Canonicis,

A Dominis, videlicet Nobili Domino Eugenio de Vicq. J. U. L. prædictæ ecclesiæ Decano; D. Joanne Pinckel, S. T. L. Archidiacono; D. Jacobo de Crits, Cantore; D. Joanne de Blissy, S. T. L. Archipresbytero; D. Joanne Francisco de Baillencourt, J. V. L. nobili D. Joanne van. Volden, J. V. L. D. Francisco van Torre, D. Claudio Agretti, J. V. D. Nobili D. Roberto Alexandro de Haynin. J. V. D.' Alberto Claysman, J. U. L. Nobili D. Carolo Triest. J. U. L. D. Henrico Mortel, D. Joanne Bapt. Besoete, J. U. L. D. Nicolao Rosignol. D. Gaspare Gelson, D. Theodoro Benoit, Nobili D. Alexandro van. Volden, J. U. L. D. Carolo Alexio de Baillencourt, J. U. L. D. Joanne Bapt. vanden Bogaerde, D. Ludovico Collaert, D. Petro Maes, J. V. L. Nobili D. Guilielmo Josepho Alverado y Braccamonte, Nobili D. Jacobo Francisco de Aranda, J. V. L. D. Petro Stalpaert; Canonicis, Presbyteris, ac reliquo ejusdem chori Clero; nec non adm. Reverendis et venerabilibus Dominis, DD. Placido Ockerhout, et Martino Colle, S. Andreæ et Dunensium respective Abbatibus; D. Judoco Ranst J. V. L. et Decano Ecclesiæ Cathedralis S. Bavonis Gandavi; Reverendis Patribus Carolo Claesman et Jacobo B Mols, Presbyteris Societatis Jesu.

aliisque ecclesiasticis,

438 Præsentibus etiam aut invitatis Prænobilibus, Generosis ac Honorabilibus viris DD. Excellentissimo Domino Procopio de Lalein, ex Comitibus de Hooghstrate, Comite de Renebourgh, a consilio militari suæ Majestatis et Superintendente militiæ Provinciæ Flandriæ; Nobili D. Ferdinando Augustino de Vicq. Toparcha de Meulevelt et D Desmarreis, civitatis Brugensis Sculteto; Nobili D. Francisco Nans, Toparcha de Meetkerckhove, Brugensium Burgimagistro primario; Nobili D. Claudio de Corte, Brugensium Burgimagistro secundario; Nobili Christophoro van Volden, primo Brugensium Graphiario; Nobili Philiberto van Volden, Toparcha de Creugert, Franconatensium Consule primario; Nobili D. Nicolao d'Heere, Franconatensium Consule; Consultissimo Domino Jacobo de Steenberge, Franconatensium Graphiario primario; Generosissimo viro D. Ambrosio de Præcipiano Comite de Soye, Regiæ suæ majestati a consiliis Bellicis et militiæ Præfecto; Generosissimo Viro D. Alberto de Merode, Comite de Wattou et Thian, Tribuno legionis pedestris Præsidii Brugensis. Nobili Jacobo de Croonenduele, Vice-comite de Vlieringe, Toparcha de Breethaut; Nobili D. Philippo Alberto de Vicq, Barone de Cumtigh, Toparcho de Vissennacq; Nobili D. Joanne Carillo, Toparcha de Cauwerbourg; Nobili D. Carole Gillon, Toparcha de Snellegem; et in præsentia plurimorum Reverendorum atque Honorabilium utriusque ordinis Virorum. In quorum omnium fidem ac testimonium has litteras propria manu signavimus, nec non majori nostro sigillo, et Secretarii nostri signatura, communiri jussimus. E

AUCTORE F. B

ac multa nobilitate

H. G. EPISCOPUS BRUGENSIS

Infra de mandato Illustrissimi ac Reverendissimi Domini Episcopi Præfati

Brouckmans Secretar. 1687.

NOT. 28, et 29

CAPUT XXXVIII.

De recentiori tribusque Græcorum Doctoribus, Basilio, Nazianzeno et Chrysostomo communi festo, per Joannem Metropolitam Euchaitarum instituto, ipsorumque vulgatis iconibus.

Floruit Joannes ab an. 1050

Janningus noster, ad diem v Junii, in Corollario de tribus Sanctis Dorotheis, unius eorum dicti Junioris *Vitam daturus, auctore* Joanne Metropolita Euchaitarum, *de hujus ætate, Sede, atque scriptis prolixius agit toto* § 3; *docetque, ex Andrea Darmario, post annos* CCCLXIV *opera illius describente, eisque præmittente epitomen vitæ, cœpisse illum Euchaitarum Ecclesiam regere sub Constantino Monomacho et Imperatrice* C *Zoe. Suscepit Imperium Monomachus anno* MXLII, *et tenuit usque ad* MLIV, *perrexitque regnare ejus uxor Zoe usque ad* MLVII. *Successerunt in sceptris Michael Stratonicus, Isaacus Comnenus, Constantinus Ducas, Romanus Diogenes, Michael Ducas, et Nicephorus Botoniates usque ad annum* MLXXXI, *quando evectus ad thronum fuit Alexius Comnenus; et adhuc in vivis erat prælaudatus* Joannes. *Isto enim anno occasionem datam fuisse novo festo, de quo agere hic instituimus, intelligitur ex rei gestæ narratione, quæ legitur in excusis Menæis ad diem* XXX *Januarii, quando istud festum ibidem sic indicitur.* Τῇ αὐτῇ Μηνὶ Λ'. Ejusdem mensis die. XXX. Μνήμη τῶν ἐν Ἁγίοις Πατέρων ἡμῶν καὶ οἰκουμενικῶν διδασκάλων, Βασιλείου τοῦ Μεγάλου, Γρηγορίου τοῦ Θεολόγου, καὶ Ἰωάννου τοῦ Χρυσοστόμου. Memoria sanctorum Patrum nostrorum et œcumenicorum Doctorum, Basilii Magni, Gregorii Theologi, et Joannis Chrysostomi.

et post an. 1081 instituit festum hoc,

440 *Hanc indictionem sequitur Sticherum, non unius, ut fere alias, distichi, sed distichorum iambicorum omnino sedecim; estque in fine hexametron, metricæ Ephemeridi aptum, hoc modo.*

Λάμψεν σὺν τριάδεσσι Χρονοστρόφιος ἡμέρη.

Sole nitet triplici mensis trigesima Jani.

Instituti autem festi Historia, quam dixi, consequenter deducitur, hic autem Latine redditur a R. P. Nicolao Rayæo S. T. P. *studiis hisce nostris, in spem continuandæ successionis operis, ex voluntate Superiorum nunc primum addito, cum hucusque progressa impressio et reliquus mensis Junius prelo esset paratus. Itaque ipsius nomen minus frequenter hic, frequentissime autem recurret Deo dante, in secuturo post Junium primi Semestris Supplemento. Interim ejus, Græce bene periti operæ acceptum refert Lector, si Acta Græca, in dimidia quæ imprimenda restat Junii parte occursura, accipias haud paulo emendatiora, quam dare in priori parte potui, multipliciter distractus in Responsionibus ad Carmeliticas Accusationes depropeandis, et defensione Romæ atque Madriti instruenda. Leo Allatius in sua de Symeonum scriptis Diatriba pag.* **112** *indicat repertum a se* Joannis Metropolitæ Euchaitarum Ἐγκώμιον εἰς τοὺς τρεῖς ἁγίους Ἱεράρχας, Βασίλειον τὸν Μέγαν, Γρηγόριον τὸν Θεολόγον, καὶ Ἰωάννην τὸν Χρυσόστομον, *hoc principio,* Τρεῖς με πρὸς τριώνυμον παροτρύνουσι κίνησιν. Tres me ad trinominem motum exstimulant. *Utinam addidissst Allatius, undenam totus contextus Græcus haberi possit! quid ni tamen suspicemur inde sumptam esse ipsam hanc quam subjicio, Historiam?* F

cujus Historia ex Menæis sumpta.

HISTORIA

HISTORIA INSTITUTIONIS.

Ex Menæis impressis, Interprete Nicolao Rayæo S. J

Historia Officio interposita refert,

Causa hujus festi talis extitit. Imperante Alexio Comneno, qui post Botoniatem sceptra Imperii suscepit; orta est Constantinopoli dissensio, inter viros scientia et vitæ probitate conspicuos. Alii commendabant Magnum Basilium, dicentes; eum alta et magna prædicare, rerum omnium naturam ingenio discutere, virtute ferme superare Angelos, vel non facile ipsis concedere; pollere morum gravitate, neque quidquam terrenum habere.

quomodo alii S. Basilium,

Extenuabant autem iidem illi Divinum Chrysostomum, quasi huic omnino oppositum, ac talem cujus optimum quemque facillime tæderet.

alii Joannem Chrysostomum

Alii e contrario eumdem Divinum Chrysostomum extollebant, velut impensius deditum doctrinæ, et cunctos ducentem lenitate orationis, vocantemque ad resipiscentiam; demum B mellifluorum verborum multitudine et subtilitate cogitationum eum præferebant Magno Basilio et Gregorio Theologo.

alii S. Greg Theologum præferentibus,

Alii erga hunc magis afficiebantur, perinde ac si eleganti, vario, insinuantique ac florido dicendi genere vicisset omnes, qui etiam nostra ætate fuerunt, fama græcanicæ eruditionis insignes. Et hi huic primas deferebant, aliis eas transferentibus in alios. Unde factum est, ut, scisso studia in contraria incerto vulgo, alii Joannitæ, alii Basilitæ, Gregoritæ vocitarentur alii.

hinc orto quasi schismate

442 Ergo dum sub his nominibus inter se oratores disceptant; Maximi illi, de quibus agimus, Doctores, primum seorsim, deinde et simul videndos sese offerunt Joanni, tunc in Euchaitarum civitate Sacris præfecto, valde præstanti viro; et cetera quidem celebri, neque (ut indicant quæ elaboravit opuscula) imperito græcanicæ eruditionis; sed celebriori propter virtutem, cujus apicem attigerat.

simul illi apparent Joanni Ep. Euchaitæ,

Vera visio fuit, non somnium: et hæc ad Joannem missa vox est: Nos unum sumus, ut vides, apud Deum; et nulla est inter nos dissensio, nulla pugna; verum quas suis quisque temporibus, divino impulsi spiritu, utiles ad hominum salutem tradidimus præceptiones; et quæ discebamus arcana, ea in lucem emisimus Neque vero quisquam inter nos primus est, nec secundus. Si unum voces, duo sequuntur. C Idcirco surge, et dic partibus, ne nostri causa dissideant: nam in ea cogitatione curaque versamur, ut vivos inter et nos qui e vivis excessimus, concilietur pax, et in concordiam reducantur extrema.

sibique, ut unis, commune festum indici mandant,

Quem in finem nos uno die conjunge: et, quemadmodum te decet, diem illum nobis festum consecra, itaque ostende nos coram Deo unum esse. Nos autem simul dabimus omnem operam, ut hujusce rei memoriam celebraturi accipiant ad æternam salutem subsidia: videmur enim et nos posse aliquid apud Deum. His dictis visi sunt iterum subvolare in cœlum, multa luce circumfusi, et alter alterum suo quemque nomine compellantes.

443 Surgens ergo vir ille divinus, nimirum Euchaitarum Antistes Joannes, fecit ut suaserunt Sancti.

quod ille facit

Postquam autem vulgus partiumque conatus represserat (erat enim huic viro per virtutem conciliata summa auctoritas) memoratum festum diem in Ecclesia Dei agendum præcepit. Atque ecce viri prudentiam. Cum hos tres animadvertisset coli uno et eodem mense Januario, Magnum Basilium prima, Divinum Gregorium quinta et vigesima, ac vigesima septima Divinum Chrysostomum, eosdem conjunxit iterato colendos die tri-

electo ad id Januarii die 30,

Ἡ αἰτία τῆς ἑορτῆς γέγονε οὕτως. Ἐπὶ τῆς βασιλείας τοῦ Ἀλεξίου ὃς μετὰ Βοτονιάτην τὰ σκῆπτρα τῆς βασιλείας ἐδέξατο, ἐν Κωνσταντινουπόλει στάσις γέγονε παρὰ τῶν ἐλλογίμων καὶ ἐναρέτων ἀνδρῶν, τῶν μὲν ὑπερτιθέντων τὸν μέγαν Βασίλειον, ὑψήγορον αὐτὸν λεγόντων, ὡς τὴν τῶν ὄντων φύσιν ἐξερευνήσαντα, καὶ ταῖς ἀρεταῖς μικροῦ τοῖς ἀγγέλοις παραμιλλώμενον. Καὶ μὴ δ' ἐκ τοῦ προχείρου συγχωροῦντα, καὶ τὸ ἦθος ἐμβριθῆ, καὶ μηδὲν γήινον ἔχοντα· ὑποβιβαζόντων δὲ τὸν θεῖον Χρυσόστομον, ὡς ἐναντίως δῆθεν ἐκείνῳ διακείμενον κατὰ τὸ πρόχειρον εἶναι καὶ ἑλκτικὸν εἰς μετάνοιαν· τῶν δὲ, τοῦτον δὴ τὸν θεῖον Χρυσόστομον ὑψούντων, ὡς ἀνθρωπικώτερον διακείμενον ταῖς διδασκαλίαις, καὶ τῷ λείῳ τῆς φράσεως πάντας καθοδηγοῦντας, καὶ πρὸς μετάνοιαν ἐκκαλούμενον, καὶ τῷ πλήθει τῶν μελιρρύτων λόγων, καὶ τῇ κατ' ἔννοιαν δεινότητι προτιθέντων τοῦτε μεγάλου Βασιλείου καὶ Γρηγορίου· ἑτέρων δὲ, τῷ Θεολόγῳ Γρηγορίῳ προσκειμένων, ἅτε δὴ τῷ κομψῷ καὶ τῷ πεποικιλμένῳ, τῷ διατόνῳ τε τῶν λόγων, καὶ τῷ τῶν λέξεων ἀνθηρῷ, πάντας τοὺς ἐπὶ τῇ ἑλληνικῇ παιδείᾳ διαβοήτους, καὶ τοὺς καθ' ἡμᾶς ὑπερβάντι. Καὶ τούτῳ τὴν νικῶσαν διδόντων· κἀκείνων ὑπερβιβαζόντων αὐτόν, ὡς συμβαίνειν, διαιρεθῆναι τὰ πλήθη, καὶ τοὺς μὲν Ἰωαννίτας λέγεσθαι, τοὺς δὲ Βασιλείτας, Γρηγορείτας δὲ τοὺς λοιπούς. E

442 Ἐπὶ τούτοις δὴ τοῖς ὀνόμασι, τῶν περὶ λόγους στασιαζόντων, καὶ τούτων οὕτω λεγομένων ἐπὶ χρόνοις ἐσύστερον, ὀπτάνονται οἱ μέγιστοι οὗτοι, καθ' ἕνα πρότερον, εἶτα καὶ ἅμα (ὕπαρ οὐκ ὄναρ) τῷ τότε τῆς Εὐχαϊτῶν πόλεως τῶν ἱερῶν ἐξηγουμένῳ, Ἰωάννῃ τῷ πάνυ ἀνδρί, τἄλλα μὲν ἐλλογίμῳ, καὶ παιδείας ἑλληνικῆς οὐκ ἀμαθῶς ἔχοντι, ὡς τὰ αὐτῷ πονηθέντα δείκνυσιν, ἀρετῆς δὲ εἰς ἄκρον ἐληλυκότι· καὶ μιᾷ γλώττῃ φασὶ πρὸς αὐτόν· Ἡμεῖς ἕν ἐσμέν, ὡς ὁρᾷς, παρὰ τῷ Θεῷ, καὶ οὐδὲν ἡμῖν ὑπεναντίον, οὐδὲ μάχιμον· ἀλλὰ καιροῖς ἰδίοις ἕκαστος τῷ θείῳ κρουόμενοι πνεύματι, τὰς πρὸς σωτηρίαν τῶν ἀνθρώπων διδασκαλίας συνεγραψάμεθα, καὶ ἃ ἐμυούμεθα, ἐκδεδώκαμεν· καὶ ὁ πρῶτος ἐν ἡμῖν οὐκ ἔστιν, οὔτε μήνγε ὁ δεύτερος· ἀλλ' εἰ τὸν ἕνα λέξεις, οἱ δύο παρέπονται. Ὅθεν κέλευε ἀναστὰς τοῖς στασιάζουσιν ὑπὲρ ἡμῶν μὴ διΐστασθαι· σπουδὴ γὰρ καὶ ζῶσι καὶ μεταστᾶσιν ἡμῖν εἰρηνεύειν, καὶ εἰς ὁμόνοιαν ἄγειν τὰ πέρατα· ἀλλὰ καὶ ἡμέρᾳ μιᾷ σύναψον. Καὶ ὡς σοι προσῆκον, τὰ τῆς ἑορτῆς ἡμῖν ἐπιτέλεσον, καὶ τοῖς ἐξ ἧς παράδος, ὡς ἡμεῖς ἓν ἐσμὲν τῷ Θεῷ, πάντως δὲ καὶ ἡμεῖς τοῖς ἐκτελοῦσι τὴν μνήμην, τὰ εἰς σωτηρίαν συμπράξοιμεν. δοκοῦμεν γάρ τι καὶ ἡμεῖς ἔχειν παρὰ τῷ Θεῷ. Ταῦτα εἰπόντες ἔδοξαν αὖθις εἰς οὐρανοὺς ἀναπτῆναι, φωτὶ ἀπείρῳ καταλαμπόμενοι, καὶ ὀνομαστὶ ἀλλήλους μετακαλούμενοι. F

443 Ὁ δὲ θεῖος ἐκεῖνος ἀνὴρ ὁ Εὐχαϊτῶν δηλαδὴ Ἰωάννης, καθὼς οἱ Ἅγιοι εἰσηγήσαντο διεπράξατο· τό τε πλῆθος καὶ τοὺς στασιάζοντας καταστείλας (ἐδόκει καὶ γὰρ ἐπ' ἀρετῇ διαβόητος ὁ ἀνήρ) τὴν ἑορτὴν ταύτην παρέδωκε τῇ ἐκκλησίᾳ ἑορτάζειν Θεῷ. Καὶ ὅρα μοι τὸ φρόνημα τοῦ ἀνδρός. Ἐπεὶ γὰρ εὗρε τὸν Ἰαννουάριον μῆνα, τοὺς τρεῖς ἔχοντα τούτους, κατὰ μὲ τὴν πρώτην, τὸν Μέγαν Βασίλειον, κατὰ δὲ τὴν εἰκοστὴν πέμπτην τὸν θεῖον Γρηγόριον, κατὰ δὲ τὴν εἰκοστὴν ἑβδόμην τὸν θεῖον Χρυσόστομον, συνῆψε πάλιν αὐτοὺς κατὰ τὴν τριακοστήν, κάνοσι καὶ τροπαρίοις καὶ ἐγκωμίοις καταστέψας ὡς προσῆκεν αὐτοῖς·

A αὐτοῖς· ἃ καὶ νεύσει αὐτῶν, ὡς οἶμαι, γεγονότα, οὐδενὸς λείπονταί τῶν εἰς ἔπαινον, ὡς καὶ πάντων ὑπερκεῖσθαι τῶν ὅσατε ἐξ ἐκείνου γεγόνασι, καὶ ὅσα γενήσονται.

444 Ἦσαν δὲ τὴν θέσιν τοῦ σώματος καὶ τὴν μορφὴν οἱ Ἅγιοι οὗτοι, ἔχοντες οὕτως. Ὁ μὲν θεῖος Χρυσόστομος, τὴν ἰδέαν τοῦ σώματος, ἦν βραχὺς πάνυ τὴν ἡλικίαν, μεγάλην κεφαλὴν τοῖς ὤμοις αἰωρῶν. Ἰσχνὸς εἰς τὸ ἀκριβέστατον, ἐπίρρινος, εὐρὺς τοὺς μυκτῆρας, ὠχρότατος μετὰ τοῦ λευκοῦ, κοίλους τοὺς κόγχους τῶν ὀφθαλμῶν ἔχων, καὶ βολβοῖς τουτῶν κεχρημένος μεγάλοις· ἐφ' οἷς καὶ συνέβαινε, χαριέστερον ταῖς ὄψεσιν ἀποστίλβειν, εἰ καὶ τῷ λοιπῷ χαρακτῆρι τὸ ἀχθόμενον παρεδήλου· ψιλὸς καὶ μέγας τὸ μέτωπον, καὶ πολλαῖς βολίσι κεχαραγμένος· ὦτα περικείμενος μεγάλα, καὶ τὸ γένειον μικρὸν καὶ ἀραιότατον, ὑπὸ πολιαῖς ταῖς θριξὶν ἐξανθῶν· τὰς σιαγόνας πεπιεσμένας εἴσω ἔχων, τῇ νηστείᾳ εἰς τὸ ἀκρότατον. Τοσοῦτον δὲ περὶ αὐτοῦ ἀναγκαῖον εἰπεῖν, ὅτι λόγῳ πάντας καὶ τοὺς παρ' Ἕλλησι σοφοὺς ὑπερῆρεν· ἐξαιρέτως δὲ δεινότητι τῇ κατ' ἔννοιαν, καὶ τῷ λείῳ καὶ ἀνθηρῷ τῆς
B φράσεως· εἰς τοσοῦτον δὲ τὴν θείαν γραφὴν ἐσαφήνισεν, ὡς τῶν ἄλλων οὐδεὶς· καὶ ὑπὸ τῷ εὐαγγελικῷ κηρύγματι συνετέλεσεν, ὡς εἰ μὴ ἦν οὗτος ὁ Ἅγιος (εἰ καὶ τολμηρὸν φάναι) ἔδει πάλιν ἐπὶ γῆς δευτέραν τοῦ Χριστοῦ παρουσίαν γένεσθαι· εἰς δὲ ἀρετὴν καὶ πρᾶξιν καὶ θεωρίαν τοσοῦτος ἐγένετο, ὡς καὶ πάντας ἄνδρας ὑπερβαλέσθαι· ἐλεημοσύνης καὶ ἀγάπης χρηματίσας πηγή, καὶ ζῆλος ἄντικρυς, φιλαδελφίᾳ τε καὶ διδασκαλίᾳ.

445 Ὁ δὲ μέγας Βασίλειος ἦν τὴν θέσιν τοῦ σώματος εἰς πολὺ μῆκος, ἐπὶ τοῦ ὀρθίου σχήματος ἀναδραμών, ξηρὸς καὶ λειπόσαρκος, μέλας τὸ χρῶμα, ὠχρότητι τὸ πρόσωπον σύγκρατος, ἐπίρρινος, εἰς κύκλον τὰς ὀφρῦς περιηγμένος, τὸ ἐπισκύνιον συνεσπακώς, φροντιστικῷ ἐοικώς, ὀλίγαις τὸ πρόσωπον ἀμαρυγαῖς ῥυτιδούμενος, ἐπιμήκης τὰς παρειάς, κοῖλος τοὺς κροτάφους, ἠρέμα ἔχων ἐν χρῷ κουρίας, τὴν ὑπήνην ἀρκούντως καθειμένος, καὶ μεσαιπόλιος. Οὗτος ἐν λόγοις οὐ μόνον τοὺς κατ' αὐτόν, ἀλλὰ καὶ τοὺς παλαιοὺς ὑπερέβαλε· διὰ γὰρ πάσης ἐλθὼν παιδεύσεως, ἐν ἑκάστῃ τὸ κράτος ἐκτήσατο· οὐχ ἧττον δὲ τὴν διὰ πράξεως ἀσκήσας φιλοσοφίαν, καὶ διὰ ταύτης τῇ θεωρίᾳ τῶν ὄντων προβάς. Ἐπὶ τὸν θρόνον τῆς ἀρχιερωσύνης ἀνήχθη τεσσαράκοντα χρόνων γενόμε-
C νος, καὶ ἐπὶ πέντε ἔτεσι τῆς ἐκκλησίας προστάς.

446 Ὁ δὲ ἱερὸς Γρηγόριος ὁ Θεολόγος, κατὰ τὸν τύπον τῆς ἡλικίας τοῦ σώματος, ἐτύγχανε μέτριος ὕπωχρος, βραχὺ μετὰ τοῦ χαρίεντος, σιμός, ἐπ' εὐθείας τὰς ὀφρῦς ἔχων, ἥμερον βλέπων καὶ προσηνές· θάτερον τῶν ὀφθαλμῶν, ὃς ἦν δεξιός, συννότερον κεκτημένος, ὃν οὐλὴ κατὰ τὸν κανθὸν συνῆγε· τὸν πώγωνα οὐ βαθύς, δασὺς δὲ ἐπ' εὐθείας, ἱκανῶς φαλακρός, λευκὸς ταῖς θριξί, τὰ ἄκρα τῆς γενειάδος ὡς περικεκαπνισμένα ὑποφαίνων. Τοῦτο δὲ εἰπεῖν περὶ αὐτοῦ ἄξιον, ὅτι εἰ ἔδει γενέσθαι ἐν ἀνθρώποις εἰκόνα τινὰ καὶ στήλην κατὰ μέρος, ἐκ πασῶν συγκειμένην ἀρετῶν, τοῦτο ἦν ὁ μέγας Γρηγόριος, βίου λαμπρότητι τοὺς κατὰ πρᾶξιν εὐδοκίμους ὑπερβαλών· ἐπὶ τοσοῦτον θεολογίας προήχθη, ὡς πάντας ἡττᾶσθαι τῆς σοφίας αὐτοῦ, τῆς τε ἐν λόγοις, τῆς τε ἐν δόγμασιν, ὅθεν καὶ τὴν Θεολόγος προσηγορίαν ἐκτήσατο· προέστη δὲ καὶ τῆς Κωνσταντινουπόλεως Ἐκκλησίας χρόνους δώδεκα, ὑπὲρ τὰ ὀγδοήκοντα ἔτη γενόμενος.

447 Τῶν τριῶν τούτων πρεσβείαις, Χριστὲ ὁ Θεὸς ἡμῶν, καὶ πάντων τῶν Ἁγίων, τὰς τῶν αἱρέσεων ἐπαναστάσεις κατάβαλε, καὶ ἡμᾶς ἐν ὁμονοίᾳ, καὶ εἰρηνικῇ

gesima. Neque prætermisit eos debitis ornare canonibus, modulisque ac præconiis; in quibus, utpote non sine illorum (ut ego quidem existimo) assensu compositis, nihil ad laudationem desiderari reperias; usque adeo ut superent quidquid in isto genere editum est usque adhuc, et in posterum edetur. D *Auctore P. B. et composito Officio novo.*

444 Ad constitutionem corporis ac formam quod attinet, hi Sancti tales erant. Divinus Chrysostomus, quoad speciem corporis, erat admodum brevi statura, magno elatoque capite, summa gracilitate, justo naso, diductis non indecore naribus, pallidissimo alboque vultu, oculis cavis et bulbosis. Hinc fiebat, ut ejus aspectus renideret gratiosior, etiamsi triste aliquid reliqua forma præ se ferret. Erat nuda magnaque fronte et multis perarata rugis; amplis item auribus, sed barba tenui et rarissima canisque pilis veneranda. Maxillas habebat introrsum depressas, præ rigidissima, qua se macerabat, inedia. Hoc vero necesse est de eo dicere, quod omnibus etiam Græciæ Sapientibus antecelluerit, tum scientia, tum maxime, cogitandi acumine, floridoque genere dicendi; laudandus etiam quod codices sacros tanta explanaverit claritate, quanta aliorum nemo; quodque ita studuerit promulgare Evangelium, ut nisi fuisset hic Sanctus (licet hoc dictum videatur confidentius) opus fuisset altero Christi in terras adventu: usque adeo et virtute, et virtutis exercitatione, et commentatione divinarum rerum præstabat ceteris. Fons etiam misericordiæ et caritatis nuncupatus fuit. Et certe, sicut fulgebat doctrina, ita etiam ardebat zelo et incredibili erga proximum caritate. Vixit annos tres supra sexaginta, et sex gubernavit Christi Ecclesiam. *Describitur Chrysostomi forma et statura,* E *atque eloquentiæ gratia singularis;*

445 Magnus Basilius, habitu corporis, in multam proceritatem erectæ figuræ excurrebat. Erat siccus et macilentus, niger colore, pallore temperatus faciem, præditus decoro naso et circumflexis ad hirquum superciliis; in vertice contractior; similis cogitabundo, pauculis in fronte rugis caperatus; malas oblongus, cavus tempora, rasus fere ad cutem, barbam nutriens, eamque satis promissam ac semicanam. Anteivit ingenio, non tantum iis qui suo, verum etiam qui multis ante seculis floruere: quippe cum per omnes pulchras ivisset artes, in unaquaque principatum tenuit; minus autem sese exercebat in Philosophia, satis habens se ea duce ad rerum divinarum contemplationem esse transgressum. Ad summi Sacerdotii solium evectus est * quadraginta annos natus, et * quinque annis Ecclesiæ præsedit. *Basilio quæ forma corporis* *et animi dotes* F ** imo quinquaginta* ** imo octo*

446 Divus Gregorius Theologus statura fuit mediocris, subpallidus, aliquantulum gratiosus, simus, rectis ornatus superciliis, aspectu mitis et placidus, subtristis altero oculo (is erat dexter, quem tuberculus circa hirquum contraxerat) non prolixe, sed dense barbatus; valde calvus, capillis candidus, extremis barbæ pilis subniger, et quasi infumatus. Hoc vero dignum est quod de illo dicatur: quod, si quis ex integro hominum genere proponendus esset, tamquam imago aliqua et effigies simulacrumque virtutum omnium, is esset Magnus Gregorius; utpote qui splendore vitæ probatissimum quemque longissime anteivit. In Theologia tantum profecit, ut omnes habuerit inferiores, et elegantia sermonis, et sententiarum gravitate, unde et Theologi cognomen invenit. Administravit Constantinopolitanam Ecclesiam duodecim annis, vixit autem amplius octoginta. *quæ Gregorio* *a Theologiæ excellentia nominato:*

447 Horum trium omniumque Sanctorum deprecatione, Christe Deus noster, hæresum insolentiam compesce, et nos in concordia atque in pacifica *omnes autem simul invocantur.*

fica tranquillitate custodi, ac cœlesti tuo regno dignare, cum sis benedictus in secula seculorum. Amen.

AUCTORE F. B.

ANNOTATA D. P.

Triplici isti jam propositæ descriptioni formæ cujuscumque, eo forte quo se conspiciendos Sancti dederunt vultu, respondet in Menæis communis hæc omnium et Græcis notissima.



B

Solius Basilii, *Gregorii Theologi, atque Chrysostomi icon, suo cujusque die in Januario eorumdem Menæorum reperitur, sed cum descriptionibus formæ contractioribus, quas descriptiones nihil attinet hic referre. Pro ea tamen quæ* Basilium *proponit* I *Januarii, accipe descriptionem alteram, sed verbis magis quam sententia diversam, qualem ex MS. Vaticano accepit Petrus Frison, Basilianorum operum illustrator, in editione Parisiensi anni* 1618. *Sic autem ibi legitur.*

449 Ὁ ἐν Ἁγίοις Βασίλειος, ἐπώνυμος Μέγας, προμήκης τε τὸ σῶμα καὶ εὐθὺς, τὴν μὲν ξηρότητα ἔχων, τὸ δὲ χρῶμα μέλαν, καὶ ὠχρότατα, καὶ βαδίσματος ἦθος, ὄρθιος ἐγένετο τὴν ῥῖνα, τὰς κυκλοτερεῖς ὀφρῦς, ἀνειμένος τὸν πώγωνα, μετρίως πολιὰς συμφέρων, παραμήκης τὰ βλέφαρα ὀλίγον ἀνέχων, τὸ περὶ κροτάφους κοίλωμα, σύννους τε διὰ τὰ πολλὰ, καὶ ἔσω συνεστηκώς. S. Basilius, cognomento Magnus, statura procerus erat et rectus, corpore arido, colore nigricante et pallido, ingressu moderato, naso declivi, superciliis incurvis, barba promissa, mediocri canitie, maxillis oblongis, genis parum turgentibus; temporum concavitas cogitabundi erat, ut esse plurimum solet eorum, qui intra se collecti sunt.

B



κατα στάσει διαφύλαξον, καὶ τῆς οὐρανίου σου βασιλείας ἀξίωσον, ὅτι εὐλογητὸς εἶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν. D

450 *Hanc descriptionem, ex MS. Vaticano acceptam Petrus Frison prælaudatus supposuit vetustiori solius Basilii iconi, sumptæ ex pervetusto Regis Christianissimi Codice, qui (sicuti adscriptum legitur) oblatus fuit Basilio Macedoni, Imperium Orientis adepto sub annum* DCCCLXVII, *illudque moderato usque ad annum* LXXXVI. *Est ergo ejusmodi icon, ea quam retulimus apparitione antiquior, duobus ut minimum integris seculis; sed an ideo etiam magis exacta ad veritatem? Non existimo. Vix enim credibile est, sumptam esse ex aliqua quæ fuerit ad viventis vultum expressa. Si autem trium istorum formam sic expressit suis verbis Joannes Euchaita, qualem conspexerat in visione; firmiterque impresserat memoriæ suæ; fortassis videbuntur ex quæ vulgo circumferuntur icones, et in Menæis conspiciuntur, propius attingere veritatem. Placuit interim, et trium istorum ex Menæis, et unius Basilii propriam ex Codice regio spectandam dare.*

E

APPENDIX

De Vita S. Basilii apocrypha, et S. Amphilochio Episcopo Iconiensi perperam imputata.

Quemadmodum nemo curavit S. Gregorii Nazianzeni Vitam scribere, tum cum adhuc recens esset Actorum ejus memoria; sed primus Gregorius quidam Presbyter seculo circiter X *id opus assumpsit, tam infeliciter, ut ejus scriptio indigna sit visa quæ apud nos recuderetur: sic neque S. Basilius scriptorem ætatis propinquæ et idoneæ scientiæ reperit; seculo autem* VIII *vel* IX *prodiit aliquis, veri vel ficti nominis Amphilochius, ausus aliquid tam digno argumento parum conveniens: cui tamen postremis his seculis magnam auctoritatem contulit* S. Amphilochius, *Iconiensis Episcopus ipsique Sancto familiarissimus, facilius creditus Basilii Vitam scripsisse, quia hujus encomium aliquod, quod supra nobis Prologi loco fuit, reliquisse posteris sciebatur: omni haud dubie fide dignissimum. Decepit ea res plerosque sequioris ævi scriptores, puta S. Notkerum in suo Martyrologio, ut dixi Comm. pr. num. 7; Sigebertum Gemblacensem, in Catalogo illustrium scriptorum; Petrum Episcopum Equilinum, in Catalogo Sanctorum, lib. 2 cap. 28; Vincentium Bellovacensem, in Speculo historico, lib* 14 *cap. 78, 79, et 80; S. Antoninum, Parte 2 tit. 9 cap. 5 § 8; Sixtum Senensem, lib. 4 Bibliothecæ sanctæ, omnes a Rosweydo citatos ad Vitas Patrum pag.* 162; *omnibus autem præivit Ursus, S. R. E. Subdiaconus Vitæ illius interpres seculo* IX, *ut mox dicetur.* F

2 *Istis tamen omnibus cautior Baronius, efflorescente paulatim Critices majoribus neglectæ studio, in Notis ad Romanum Martyrologium,* I *Januarii ait:* Extat Amphilochii nomine scripta Vita Basilii, quæ tamen, ex prudentiorum omnium sententia, alterius cujuspiam potius quam Amphilochii, æqualis Basilio, esse putatur; cum aliqua illic habeantur, quæ illi minus convenire videntur. *Et in Annalibus ad an.* 378, quæ Amphilochii falso nomine fertur Vita Basilii, haud digna satis habetur, quæ eruditorum auribus ingeratur; nisi adeo sint perspicaces, ut in eis quæ sint vera a falsis disquirere ac secernere valeant. Complura enim ibi vera esse, inficias nemo iverit; ut ea præsertim, quæ ab ambobus Gregoriis, Nazianzeno atque Nysseno, nec non ex Ephrem esse noscuntur accepta, vel ab Helladio mutuatus est Auctor. *Hactenus Baronius: cui*

A *cui ut assentior, vera esse, quæ a Pseudo-Amphilochio ex auctoribus idoneis translata sunt in Vitam istam; ita vel inde patere existimo, hæc Amphilochii non esse: cum autem aliorum, quæ in illa narrantur, falsitas retegi facile possit, consequens erit nihil in ea esse Amphilochii. Unde merito Bellarminus de Script. Eccless. in Amphilochio ait:* Extat quidem, sub nomine Amphilochii, Vita S. Basilii Magni, sed haud dubie falsa vel supposititia. *Rationes deinde profert, quales nos suo quasque loco expendemus.*

Defendit illam utcumque Combefisius,

3 *His omnibus perpensis mirari mihi liceat cum Godefrido Hermantio, hoc etiam seculo inventum esse virum eruditum, qui vellet pro Vita ista Amphilochio vendicanda apologiam scribere; nempe R. P. Franciscum Combefisium. Hic tamen ita defendendam illam suscepit, ut fabulis interpolatam fateatur; in quo forsan reipsa non dissentit a Baronio. Etenim cum retulisset auctores, inter se hac in causa dissentientes, quos et nos supra retulimus; sic prosequitur:* Ego, ut paucis dicam, arbitror, potuisse viros eminentissimos, majori reverentia habere πραγματείαν, tot jam seculis et apud doctissimos obtinentem; nec, quia quædam vel in re, vel in modo et circumstantiis offendebant, totam repudiare et Auctori impingere, eoque accusare falsi, B falsoque assumpti tanti nominis, quo ipse mendacia coloraret. Forte enim non pauca defendi potuerint: quædam ostendi vitiata ab antiquariis, et tum conjectura, tum ex fide codicum restitui; ut vix pauci nævi restaverint, si tamen, nævi; quibus tam grande corpus, tamque grandis ævi, tot præcipue tritum manibus, quandoque etiam impolitioribus, haud facile caruerit. Vita est Patris Monachorum in Oriente, quam innumerabiles Ascetæ, majori quandoque pietate quam scientia exscripserint; cui proinde suum aliquid adscripsisse possint; ut non ea forsan puritate ad nos venerit, qua fuit ab Amphilochio edita, sive phrasim spectemus, sive ipsam rerum narrationem; quæ minus continua, multisque discreta titulis, non ita cohærentibus, nisi castigata manu calamoque, ascititia aliqua et πληρώματα, non respuerit. Plura sane et pleraque æquus lector, assuetusque Amphilochiano stylo, non indigna Amphilochio deprehenderit; in primis usum illum Scripturæ facilem, pia devotaque allusione; qua neque historiam texens, stylumque omnino planum et simplicem affectans, abstinere potuit. Plura subinde explicando litteram, nullius tamen præjudicio. *Hæc Combefisii rationes postmodum expendendæ erunt. Interim, cum* C *fateatur Acta ista qualiacumque a Monachis, per quorum manus transierunt, fabellis interpolata esse; qua in re quæso dissentit a Baronio? qui monet, in iisdem Actis vera a falsis discerni debere. Erit itaque operæ pretium rursus qualemcumque Amphilochium, seposito omni præjudicio, examinare; ut quæsita cum omni sinceritate veritas, inveniri possit.*

interpolatam tamen fatetur.

Eam sec ? Latinam facit Ursus S. R. E. Subdiac.

4 *Ursus S. R. E. Subdiaconus, qui Græcam istam* Basilii *Vitam primus latinitate donasse scitur, vixit temporibus Anastasii Bibliothecarii. Extat enim, teste Rosweydo, Romæ in bibliotheca Vallicellana codex MS. qui continet Vitam illam per Ursum; ex eoque exemplar suum, aut saltem priora octo capita, cum præfatione Rosweydus accepit. Continet præterea præfatus codex miracula quædam S. Basilii, quæ creduntur ab Helladio Episcopi Cæsareensi conscripta, in Latinum pariter versa ab Anastasio Bibliothecario; hujusque ibidem legitur Præfatio ad Ursum supramemoratum: vixit autem Anastasius Bibliothecarius sub* Nicolao I, *qui sedit ab anno* DCCCLVIII *ad annum* DCCCLXVII. *Vix Ursus Vitam Amphilochianam elucubraverat, cum illico, ut credibile est, a pluribus, præsertim Monachis, requisita est descriptaque; a quibusdam etiam in compendium redacta, ab aliis ad formam Lectionum in* D *ecclesia recitandarum aptata; nonnullis mutatis, additis, omissis; qualia habemus exemplaria ex bibliotheca Vallicellana duo, ex Cassinensi unum, omnia scripta charactere Longobardico. Vallicellanum utrumque Prologo caret, eum tamen quem Ursi interpretationi a se editæ, Rosweydus præfixit; ipse accepit ex eadem bibliotheca Vallicellana: sed et utrumque MS. in multis est ab editione Rosweydiana diversum. Extat igitur et tertium in eadem bibliotheca Ursianæ versionis exemplar, quod Rosweydus ex eoque Surius typis vulgarunt, addita interpretis Præfatione.*

AUCTORE F. B.

varieque descripta

5 *Cassinense exemplar prologum habet Ursi Subdiaconi, omnino alium ab eo, quem Rosweydus edidit, dignum hic dari; eo quod videatur genuina Ursi scriptio esse, præ Rosweydiana, et quod mentionem faciat ejus, cujus rogatu ipsam Vitam dedit latinitati; scilicet Gregorii II Ducis Neapolitani, de quo, apud Ughellum t. 6 c. 113, Bonitus Subdiaconus ait, quod fuit* nepos et proles, frater et pater Parthenopensium Ducum. *Is itaque sic habet:* Incipit Prologus in Vitam S. Basilii Archiepiscopi et Confessoris. Postquam Lucifer ille procax de cœlesti gloria demersus est; et invidiæ stimulis incitatus, de paradisi amœnitate, per sævissimum anguem, protoplastum expulit; E veluti stomachus languens vitales fastidit dapes, ita omne genus humanum, cœleste atque intellectuale convivium ignorabat. Sed pius ille sator atque redemptor humanæ miseriæ, condoluit pio effectu; et de cœlis per virginea viscera in convallem hujus mundi descendit; ac humanum genus, quod olim æmulatoris dolo deceptum fuerat, coæterno Deo Patri reconciliare cupiens, incontemplabilem ignem sancti Spiritus misericorditer accendit: de quo nimirum igne, primitus valde conflagrati sunt sancti Prophetæ, post illos sancti Apostoli; Martyres, Confessores, Virgines, et omnes utriusque sexus Sancti; qui usque ad metam carnis, pro ejus dilectionis ardore, ipso duce, viriliter dimicarunt: de quibus nimirum agminibus sanctis Basilius extitit Sanctus; qui sine effusione sanguinis Martyr effectus est. Cujus vitam et præclara miracula, cogis me Ursum, omnium Christianorum ultimum infimumque Sacerdotem, O Gregori Clarissime, filius atque nepos, frater patruusque Ducum: nec non et loci servator Neapoleos, quo de Attica in Latinam linguam transferam, et in gremio sanctæ matris Ecclesiæ fideli famine consignem.

datur ex MS. Cassinensi præmisso Prologo,

quo dicitur Christus

6 Nos vero animadvertimus nostram inertiam, et multo magis peccatorum pondere titubamus, ne sub tanto onere succumbamus; et tam sancto et admirabili viro magis ridiculum quam laudem proponamus. Sed tu, Clarissime, cum nos renitentes F multumque repugnantes conspicis; ais, quia Dominus ab initio non cum philosophis, nec rhetoribus tragicisque, nec cum physicis locutionem, sed cum ruricolis ac piscatoribus et idiotis orationem habuit; et multo magis puritatem spiritus prospectat, quam dialecticorum rethorumque tendiculas ac phalerata commenta. Nos vero ubi vestrum affectum consideravimus, tandem, magis vi quam sponte inclinati, perreximus ad Dominum Nicolaum, Præsulem peritissimum Græcorum atque Philosophum, et secundum vestrum votum de Græca in Latinam linguam fideliter, quod injunxeratis, transtulimus. Humiliter ergo veniam a lectoribus postulamus; ut quidquid ineptum invenerint sagacius corrigant, et ignoscant ætati puerili fragilitatique humanæ, et magis obedientiæ, quam audaciæ temeritatis adscribant. Attamen siquis garrula voce inclamationem proruperit, indicet prius ipse nobis, quis unquam fuit tanti ingenii, et quis tam amplo famine præpotens, aut tam profusa facundus loquacitate, ut sermonem valeret reddere sermoni: (sicut nos, non sponte, sed

amore suo inflammasse Basilium:

sibique coacto ejus vitam interpretari,

53

A sed inviti fecimus) et non omnes vires grammaticæ artis suffocaret: quando et ipsi qui gesta Sanctorum conscripserunt, magis sensus quam verba scripsere, sicuti majores nostri referunt. Interea obnixe quæsumus, ut fidem dictis adhibeatis, per omnia credentes, quia veraciter talem illam transtulimus, qualem illam scriptam ab Amphilochio Præsule Iconiensi, qui magnæ auctoritatis est, in Græcorum commentis invenimus. Credere vero ne dubitetis, quia in illa invenietis animæ ferculum, et galeam clypeumque, quem vestro hosti opponatis, et illo devicto, summum Regem facie ad faciem videatis; adjuvante utique ipso, cui:

AUCTORE F. B.

credi postulat,

Arcibus in summis una est cum Patre potestas,
Par splendor, communis apex, sociale cacumen,
Æquus honor, virtus eadem, sine tempore regnum,
Semper principium, sceptrum juge, gloria consors,
Majestas similis, per omnia secula seculorum, Amen.

7 *Hactenus Ursus Subdiaconus: cujus interpretationem parum exactam esse queritur Combefisius, nescio an dicendus ipse exactus magis. Obscuriori certe ut plurimum phrasi utitur: contextum tamen ampliorem præfert; quia hunc vel integrum Ursus non habuit, vel* B *quædam minus credibilia sponte prætermisit. Novam ego versionem darem, si eam auctor mereretur. Nunc, cum ostendere velim, esse Vitam omnino apocrypham, et Combefisium eam excusare volentem refutare; æquum est ut novam ipsius versionem sequar, omisso tamen textu Græco: qui, dum apud ipsum columnatim impressus legi potest, exiguo fructu augeret molem operis. Si quæras cur scriptura tam apocrypha non contemnatur ac prætermittatur tota, sicut prætermissa est Vita Nazianzeni, de qua præfatus sum causam esse intelligas plurium rerum narrationes, passim ex hac Vita descriptas ab auctoribus, quas examinari distinctius, solidiusque refutari puto rei litterariæ interesse: quapropter Annotationes etiam et Censuræ prolixiores erunt, quam alias mereretur fictio tam palpabilis.*

datur tamen Combefisii versio.

VITA APOCRYPHA

Interprete R. P. F. Francisco Combefis Ordinis Prædicatorum.

PROLOGUS.

C Carissimi, non fuit absonum, ut devoti filii super paterno obitu contristarentur; utque justas ei lacrymas indulgerent, quod omnes *a* hactenus officiose egimus. Enimvero postquam luctus caliginem, sicut scriptum est, excussimus, et ad gratam supplicationem, universorum Domino, vero Deo nostro Christo rependendam, paribus studiis excitati sumus; operæ pretium duximus, tum illustrem vitam, tum vera magnaque Pastoris nostri et Doctoris Basilii miracula (ut ne diutino tractu temporis profundæ oblivioni tradi ea contingat) scripto consignare. Cum enim tres sacratissimi divinique viri; *b* Gregorius, inquam, Theologia clarus; alterque et ipse Gregorius, *c* urbis Nyssæorum decantatus Episcopus; nec non eremi Præfectus beatissimus Ephrem, aliique, aliis aliisque epitaphicis sermonibus tanti viri memoriam illustraverint; visum est et mihi, tamquam abortivo, ut cum Apostolo loquar, ubi præ manibus accepissem, quæ utrique illi magni viri narratione fuerant prosecuti; supplere quæ deessent. Debitum repræsentando, pro devoti filii ratione; et velut qui, ut existimatis, ab initio assectatus, *d* accuratam notitiam acceperim. Novit enim, novit etiam nubes solem tegere; longaque *e* corporis successio, bonas facile narrationes, oblivioni tradiderit.

Luctu ob Basilii obitum mitigato

a

4 Esd. 10

vitam ejus scribere decernit Auctor,

b

c

1 Cor. 15

ut ab aliis omissa suppleat.

d

e

14 Quod igitur magnus ille mundoque quam D celebris Basilius, Pater noster, absens esset, sapientissimus ille Pontifex, ille cœlestium virtutum sodalis, clarus sermone penetrabilisque, magister Ecclesiæ, solida rectorum dogmatum columna; is *f*, inquam, qui sapienter hominum mores instituit, qui rerum naturam enucleatius explanavit, qui infensissimum Trinitati Julianum Apostatam suis precibus prostravit; qui Valentis os blasphemum obstruxit; qui Arianorum pravam doctrinam hæresimque perspicue expugnavit; qui Christianorum sanam fidem dilucide stabilivit. Dux ille princepsque sapientissimus gentis sanctæ, Pastor acceptabilis populi, Ecclesiæ regale sacerdotium, Christi ovium varius aries, divinæ fidei magister inclitus; magnis et vivus et post obitum miraculis clarus; post consertam, ut dictum est, Juliano Deo odibili, ejus precibus mortem; illi, inquam, qui cornu in altum extulerat, et adversus Deum locutus fuerat iniquitatem; cujus *g* avus Valens, indigne purpuram Imperialem suscepit, Arianorumque pravo dogmati patronus fuit, ad illustrem nostram Cæsareensem metropolim, una cum Pastore urbem subversurus venit. Ut autem res gesta sit, et quam ob causam, non est præsentis temporis narrare. Sed ad propositum E redeamus, ejus ab utero ad finem usque virtutes prosecuturi.

Basilii laudes complexurus,

f

ejusque de impiis triumphos.

g

ANNOTATA F. B.

a *Quamdiu quæso duravit hic luctus? Si Vita hæc ab Amphilochio scripta est; oporteret saltem per triennium durasse; scripta quippe est post funebrem orationem, cujus infra Auctor meminit, dictam a Nazianzeno: illam autem ipse non nisi tertio a morte Basilii anno pronuntiavit. Quin imo, si ab Amphilochio scripta hæc Vita est; scriptam esse oportet, post aliam suam orationem, quam in Festo Circumcisionis Domini eodemque S. Basilii, de eodem sacratissimo mysterio eodemque Sancto habuit; in qua cum præclaras Basilii virtutes perstrinxisset, ita prosequitur:* Hæc, inquam, omnia sacris divini Gregorii sermonibus abunde arbitror ac sapienter tradita; supervacaneumque existimavi longiori in præsentiarum oratione disserere. *Cur, amabo, si Vitam Basilii Amphilochius, ante hanc orationem habitam, scripserit; cum mentionem Gregorianæ Orationis faceret, nullo verbo addit, se quoque de Basilii Actis scripsisse, quod maxime conveniens et opportunum tempori orationique videbatur?* F *Dicendum itaque erit; Auctorem, post Festum Circumcisionis et pronuntiatum Basilii encomium, ad hujus Vitam prolixiorem scribendam accessisse, ideoque ejus mentionem non fecisset. At eo casu oportebit luctum Basilii funebrem, a quo desumitur exordium, per quinquennium durasse: quod paradoxum est. Et qui potuit a tali luctu verus Amphilochius orationem exorsus, tamquam in eum usque diem durante; cum multo ante, in Oratione de Circumcisione, quasi omnis doloris oblitus, hæc læta verba palam usurpasset.* Nos interim divini Patris memoriam hodie honoremus canticis, divinitusque inspiratis laudibus Magistri virtutes condigno prosequamur plausu. *Hinc itaque patet, exordium hoc Amphilochio inepte affictum.*

b *Excusat se Nazianzenus initio Orationis* 20, *quod* multo serius, quam tempus postulabat, ac post multos alios, qui res Basilii privatim publiceque laudibus ornarunt, *ad eum laudandum accesserit. Quia vero hoc loco mentionem facit Amphilochius Nazianzeni de Basilio scribentis; intuli supra, ante hunc illum scripsisse, ex quo reliqua sequuntur absurda.*

c *Videtur hic de Vita functo loqui auctor, cum tamen verus Amphilochius paucis mensibus Nysseno supervixerit; quod si hic ultimis Vitæ mensibus scripserit,*

oportebit

A *oportebit eum quatuordecim annis post Basilii mortem scripsisse, quod male cohæret cum præfationis initio.*

d *Potuitne magis accuratam habere notitiam pseudo-Amphilochius, quam Nazianzenus aut Nyssenus? Potuitne Nazianzenus aliquid gravioris momenti prætermittere?*

e *Potuitne longa temporum esse successio, inter Basilium et Amphilochium, qui coævi fuerunt?*

f *Hæc et quæ sequuntur, videntur magna ex parte e Menæis desumpta, vel hæc inde aucta sunt.*

g *Græce* Οὐάλης ὁ τούτου θεῖος : *Ursus Subdiaconus, primus Amphilochii interpres, hæc omisit, vel quia minus intellexit, vel quia manifestum agnovit errorem.* Avum *vertit Combefisius. Verum* θεῖος Avunculum *potius vel* Patruum *significat. Deinde idem Combefisius conjectando interrogat ; an natura talis fuerit, saltem ex matre? At ego pariter dubitando interrogo ; qua ratione Basilina, Juliani mater, filia aut soror fuerit Valentis, ut hic sensu saltem aliquo* θεῖος *dici possit. Sed confugit Combefisius ad sensum metaphoricum ; dicitque, Valentem Juliani avunculum aut avum vocari, non quia eum affinitatis aut consanguinitatis gradu, sed quia malitia et in Christianos sævitia præcessit.* B *Verum quo exemplo monstrabitur talis metaphora in usu unquam fuisse? Ego existimo inscitiam Pseudo-Amphilochii hinc argui manifeste.*

CAPUT I.

Adolescentia Basilii et studia Athenis, Eubuli Philosophi conversio.

Præclara indole puer

Basilius solus in terra, æquali claruit tum vita, sermonum ornatu eruditioneque decora, tum sermone ac vi dicendi, doctrinaque vitam exhilarante sapientia divina : qui Christo dederit omnia, animam, corpus, sermonem, manus ; propter quod etiam errorem Gentilium, velut aranearum telas, disrupit. Hic septem annorum factus, litteris imbuendus a parentibus *a* traditur. Cum autem quinquennio operam doctrinæ artisque præceptionibus posuisset, nec in eis molliorem se exhibuisset, plurimum scientiæ philosophicæ fructum, naturæ et ingenii facilitate, consequitur.

magistris traditur, a

dein abit Athenas, b c

16 Relicta igitur postmodum patria (erat enim Cappadox genere) eloquentiæ matrem *b* Athenas petit ; multaque tum castitate, tum continentia et sobrietate ornatus, prophanæ et græcanicæ sapientiæ præceptorem adit, *c* Eubulum nomine ; sicque C seipsum disciplinis tradidit, ut esset tum præceptoribus, tum condiscipulis admirationi. Fuerunt enim studiorum socii Magnus Gregorius, factus Nazianzenus *d* Episcopus, qui et annis circiter duodecim *e* Apostolicæ Sedis gubernacula tenuit ; Julianus quoque, non ita *f* pridem Christianus, et *g* Libanius. Sic autem omnibus admirabilis vir, posuit in corde suo non sumere *h* panem et vinum, donec assistente superna providentia, divinæ sapientiæ arcana penetraret. Commoratus autem in disciplinis annis quindecim, cum græcanicam omnem sapientiam ad finem decurrisset, Astronomiamque et Geometriam, ac optima quæque collegisset, ac nec iis tamen ullo modo omnium *i* Creatorem invenire posset ; quadam nocte vigilanti divinus splendor infit, ut *k* cujusque religionis Scripturam percurreret. Surgens ergo profectus est in Ægyptum, et accedens ad quemdam Archimandritam, Porphyrium nomine, petivit sibi dari libros sacros, quibus divina dogmata perdisceret. Porro hoc consecutus, mansit illic, sese oblectans meditatione divinorum eloquiorum, aqua et oleribus victitans. Anno autem integro ibidem commoratus, verbumque veritatis fide considerans, intelligensque quod illa si eam velimus scrutari fluctuet ; petivit se dimitti Hierosolymam voti causa, ac ejus loci inspecturum miracula. At ille, apprecatus bene, dimisit eum. D

d e f g h

tum a Deo monitus, i k

et in Ægyptum profectus,

h Scripturæ studet,

INTERP. COMBEF.

l Reversus Athenas,

17 Rediens *l* autem, ubi Græcorum philosophia fuerat institutus, cœpit verbis flectere multos Philosophos ; Christoque multitudinem gentium, demonstrata eis salutis via, offerre. Quæsivit autem et præceptorem suum Eubulum (is enim dux verbi et eloquentiæ præses erat) quo in laborum ipsius remunerationem, inculpatæ eum fidei admovere tentaret ; sic plane, ut eo recta ad fidem currente, seu magistrum sequerentur quotquot Philosophi in eam concessissent. Cum autem in omnibus eum Scholis requisiisset, offendit in suburbio quodam disputantem ; sociis quoque aliis Philosophis : nihil enim aliud studebant, quam ut dicerent et audirent aliquid novi.

Eubulum magistrum

per triduum instruit, m n

18 Cum ergo dissereret, instans imminensque Basilius, ipsum corripuit. Tum aliquis eorum qui erant cum ipso, ad eum : Corripuit te quidam, o Philosophe. At ille ; Vel Deus, vel Basilius. Cum ergo eum agnovisset, eosque qui aderant dimisisset ; mansit cum Basilio, ac tres dies *m* jejuni perseverantes, mutuo conferebant. Interrogavit itaque Eubulus Basilium *n* : Quæ est definitio Philosophiæ, E Basili? Qui ait, Prima definitio Philosophiæ, meditatio mortis. Ille vero admirans ait? Quis est mundus? Respondit ; ille qui est supra mundum. Et quidem dulces sunt mundi sermones, ipse vero mundus vehementer amarus, quando quis eidem animi vitiosa affectione adhæserit : et alia est voluptas corporis, alia naturæ incorporeæ, nec fieri potest, ut simul aliquis utraque habeat : nam nemo potest duobus dominis servire. Ceterum, quantum possumus, frangamus esurientibus scientiæ panem ; et eos, qui citra vitium et culpam sunt sine tecto, per virtutem sub tectum ducamus. Quod si etiam viderimus nudum ; operiamus, nec domesticos seminis despexerimus.

de vitiis et virtutibus,

19 Cum hæc dixisset, eique Salvatoris in nos media pœnitentia benignitatem, seu in imagine, parabolice expressisset, tres tabellas pro foribus animi menti proponit : unam quidem supra fores, quæ exhiberet virtutem, nempe prudentiam, fortitudinem, justitiam, temperantiam ; in sinistra vero parte deceptionem ; circum ipsam autem intemperantiam, luxuriam, ebrietatem, impudentiam, pigritiam, calumniam, linguositatem, adulationem, et tale quoddam vitiorum examen : pœnitentiam autem decenti habitu, lene ridentem, blandam et mansuetam ; adversarios quidem sui populi reprimentem, sed qui necessarii essent. F Juxta hanc vero abstinentiam, sagacitatem, modestiam, honestatem, pudorem, humanitatem, ac multorum bonorum plebem. Porro sensus hujus historiæ videntibus quidem cautio est, audientibus vero meliora æmulandi occasio.

de resurrectione mortuorum,

de judicio,

20 Hæc sane et ego videns admiratus sum, et in hoc ductus sum, Eubule. Sunt quippe in nobis, non imagines neque ænigmata, sed ipsa liquida veritas ad salutem adducens. Resurgemus enim omnes, hi in vitam æternam, et hi in opprobrium et confusionem sempiternam ; et adstabimus ante tribunal Christi, quemadmodum docent nos magniloqui Prophetæ, Isaias, Jeremias, Ezechiel, atque Daniel ; David item Rex, divinusque Paulus ; post hos denique ipse Dominus dator pœnitentiæ et remunerator ejusdem ; perquisivit ovem perditam ; qui cum multis divitiis sinu paterno abstractum filium, iisque luxuriose absumptis postea redeuntem et fame tabescentem, sincere amplexatur ; honestans splendida veste, et annulo epuloque opiparo : filio item, qui nihil peccaverat, auctor est, ut ne ferat indigne,

A indigne, sed indulgeat ut fratri. Sic nimia Dominus effusus bonitate, iis qui venerunt circa horam undecimam, æqualem mercedem tribuit. Donabit et ipse pœnitentibus nobis, et ex aqua et spiritu regenerationem suscipientibus, quæ nec oculus vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis ascenderunt, quæ præparavit Deus iis qui diligunt ipsum.

INTERP' COMBEF. de misericordia Dei, et Baptismo.

21 Eubulus ergo, cum in animum hæc induxisset *o*, ait; Conemur igitur, Basili, quod tu jubes. Verum hæc quidem ad rationem pœnitentiæ spectavérunt; modo autem mihi eloquere, quod nuper percunctabar divinum *p* sacramentum, quod nimirum ad urbem Hierosolymorum, quidam illucescere aiunt; forte vero mecum lustrans, alicujus Sancti consuetudinem obtinueris. Ceterumne, Basili, divina dogmata discere cupienti, narrare distuleris. At ille ait: Audivi de Jerusalem: nihil vero minus æstimavi quam cœlum: ut neque villam ipsi vicinam nomine Bethlehem, quæ cæcutientium oculorum decussa caligine iisdemque mundatis, ad meliorem vitæ rationem vitamque verissimam, transmutata est. Quod porro unius Dei cultores, antiquiores sint B Græcis et universis nationibus, docemus vere ex divinis eloquiis. Nam a primum plasmato homine nomine Adam, ad usque Noe tempora, sub quo diluvium, fuerunt decem generationes, anni MM CXLII. Pariter quoque a diluvio usque ad Abraham, generationes decem, anni MVIII. Abraham autem erat annorum LXXV, cum ex Mesopotamia transmigravit in terram Chanaan, ubi annis XXV demoratus, genuit Isaac; Isaac autem cum vixisset annos sexaginta, duos progignit filios. Ex iis vero Jacob, annorum factus CXXX, descendit in Ægyptum cum duodecim filiis et nepotibus suis, numero LXXV.

Docet veri Dei cultores, Adam, Abraham, Isaac et Jacob,

22 Cum autem Abraham et ejus semen fuisset accola in terra Ægypti annis CCXV, fuissetque multiplicatum in tribus duodecim censitum est, et in sexaginta virorum millia computatum. Et quidem Levi abnepotes fuerunt Moyses et Aaron, quorum hic quidem Sacerdotio prælatus est; Moyses autem ad Principatum provectus. Is anno vitæ LXXX Mare rubrum calcat, et educit populum de Ægypto. Floruit hic Moyses temporibus Inachi, qui primus in Græcia regnavit. Sic sunt Judæi antiquiores Græcis, nec leges habent minus veteres. Quod enim Deum unum colerent et cognoscerent, paterna acceperunt traditione: legislatio autem, post tres dies profectionis ex Ægypto divina voce datur. Morati autem sunt in deserto annis quadraginta. Sub Jesu Principe fuerunt annis XXV: sub Judicibus vero C annis CCCCLIV ad usque regnum Saulis, qui primus illi populo Rex creatus est; sub quo, anno primo regni ipsius, Magnus David natus est. Similiter ab Abraham usque ad Davidem generationes XIV, anni MXXIV. A Davide autem usque ad transmigrationem Babylonis, generationes XIV, anni MIX. A transmigratione vero Babylonis, usque ad Darium anni XXV. A regno autem Darii usque ad Jesum filium Josedec anni XLIX. A Jesu filio Josedec usque ad Jesum, qui dicitur Christus, anni CCCCXXXIV, simul autem computando, secundum seriem temporum, invenimus ab homine primum formato, usque ad Christum, annos MMMMMMLX.

Moyses et Aaron, ante Græcorum Reges extitisse; tandemque post varias generationes,

23 Nascitur itaque Dominus Jesus Christus ex tribu Juda, ex semine David, quod spectat ad carnem, sub finem dierum sesquimillesimo anno, XXIV Augusti Imperatoris, mense Decembri XXV, ipsius *q* Indictionis X die sexta. A Christi porro nativitate, usque ad Constantinum, magnum Imperatorem et virum religiosum, fuerunt anni CCLIX. Cum ergo Judæa gens tanto tempore sit antiquior, quomodo non erubuit Plato, primum et secundum diluvium enarrans? Quondam porro natura nostra, universo totique illi accensebatur: eramus enim et ipsi, irrationalium ovium centenario comprehensi. Postquam vero una illa ovis, natura nostra, serpentis fraude, cœlesti statione depulsa est; non amplius idem ille numerus in grege non errantium memoratur, sed nominantur nonaginta novem. Venit igitur Christus, Filius Dei vivi, quærere et salvum facere quod perierat: utque rerum non consistentium vanitate perditum hominem humeris impositum, existentibus rebus verisque postliminio redderet, quo rursum Dominicus humerus unus fieret. Idcirco Evangelii scriptor Joannes, paternam piscationem omniaque creata relinquens, aerem item transiliens, nec solem moratus nec lunam; celsissima vero cœli superans, temporaque prætergressus est et secula; sed et Moyses, principio illo omisso: Non enim dixit, in principio fecit, ut qui non induxit creaturam; sed creatorem annuntiavit. Ubi enim est creatura, quispiam fecit; ubi vero generatio erat, ex eo qui est. Qui enim est, eum genuit qui est. Quid igitur Evangelista? In principio erat verbum: quia nihil aliud erat, præter ipsum qui est ex Patre, qui semper est, habens coæternum Spiritum sanctum. E Erat in principio. Quid mihi annumeras secula? Erat ipse in principio: sunt omnia post ipsum, siquidem et omnia per ipsum. In principio erat Verbum. Erat, neque proferebatur. Verbum erat, nec syllabis componebatur. Erat Verbum illud, nec fuit linguæ fluxus: solus Filius unigenitusque et veritas a Patre, nulla corruptione genitus. Quemadmodum verbum nostrum et sermo, in lucem profert latens animi consilium; ita et Dei Filius occultum in Patre manifestavit orbi terrarum prææternum sacramentum. Quemadmodum verbum procedens, nec dicentem nudum relinquit, et replet audientem (sic enim adit audientem, ut non discedat a discente) ita et Dei Verbum, quod est in Patre ob naturæ communionem, nobisque unitum propter gratiæ largitatem, existens Deus, quod spectat ad naturam; Verbum autem appellatione et cognomine.

natum esse Christum, D ad quærendam ovem perditam illius divinitem probat, cur Verbum appelletur, explicat,

24 Quemadmodum enim Joannes, cum natura esset homo, ratione tamen prædicationis vox clamans vocatus est; ita et Dei Filius, Deus de Deo, appellatus est Verbum, propter liberam a fluxione generationem. In principio erat Verbum, haudquaquam vero verbum non subsistens. Verba et alia et sermones Dei, præcepta sunt et justificationes; at unigenitus Filius sermo est, non syllabis verborumque sono pronuntiatus, sed sermo et verbum, verborum fontes largiens; quemadmodum ait: Si quis audit sermones meos, habet vitam æternam. Cum Joannes dicat, In principio; Paulus vero, Secundum carnem, qui est super omnia Deus. Petrus quoque: Tu F est Christus Filius Dei vivi. David vero, Tu autem idem ipse es, et anni tui non deficient. Et ipse Dominus; Ego sum lux mundi, et veritas, et ostium regni cœlorum. Si ergo est quid creatum, quomodo est auctor et creator temporum et seculorum? Omnia per ipsum facta sunt. Nam sexta die creavit hominem, qua etiam fecit quadrupedia et reptilia; quinta autem volatilia cœli, et pisces maris; quarta, solem et lunam; tertia, aquas divisit, fecitque ut arida appareret; secunda, hocce firmamentum, quod capiti supereminet, condidit; primo denique, cælum et terram deduxit in naturam rerum; fecit lucem, diem statuit, initium temporum definivit. Si igitur est creatura, illi assigna tempus; atque ita eodem cum creatis habeto ordine. Nam quod sine tempore est, increatum est: quod vero est absque principio, æternum est: solus autem Deus est æternus, deitate inseparabili in tribus subsistentiis: sunt ego Tria Sancta, Tria simul Sancta, Tria æterna, Tria coæterna, Tria consubstantialia, Tria

usque æternitatem ostendit, mysterium Trinitatis exponit,

efficaci r

A efficacia, Tria subsistentia, sibi invicem coexistentia. Vocatur hæc Trinitas sancta; una harmonia, una deitas, ejusdem essentiæ, ejusdem virtutis, ejusdem substantiæ ac naturæ : similis ex simili, æqualem Patris et filii et Spiritus sancti gratiam faciens, unam substantiam, unam deitatem, unam dominationem, unam voluntatem, unum regnum, unam ecclesiam, unam fidem, unum baptisma. Est hic Deus universorum : hic Christi Pater, hic Jesus Christus : unus ille de sancta Trinitate : hic ille qui descendit et ascendit, quique considet Patri, nec separatur a nobis.

hortatur ad fidem,

25 Is animos nostros custodiens, spem nostram inconcussam servavit et immutabilem, simulque a mortuis peccatis ad cœlestem ipsius gloriam levavit; dignatusque fuit, ut in nubibus, in occursum ejus rapiamur in aerem; nostraque nomina libro vitæ adscripsit, præstitit vero, ut in eum credamus, qui a mortuis surrexit, ipsum autem de cœlis expectemus, qui sursum cum Patre est, et hic est nobiscum, qui cujusque actionem et fidei robur videt. Nec enim, quia abest carne, idcirco non præsentem existimaveris; adest enim medius Spiritus, audiens quæ de ipso verba proferuntur : videns nostros animi sensus, B atque corda et renes scrutans : qui etiam modo promptus est, ut et nos omnesque homines, qui erraverunt et pœnitent, Patri offerat per sacrum baptisma, dicatque, Ecce ego et pueri, quos mihi Deus dedit, cui gloria in secula. Amen.

quam Eubulus amplexus

26 En tibi trado fidem, quam ediderunt et una voce confessi sunt sancti Patres, qui Nicæam convenerunt. Eubulus autem dixit : O Basili, cœlestis doctor, Trinitatis propugnator, pari robore præco; per te credo in unum Deum omnipotentem, et quæ sequuntur; Expecto resurrectionem mortuorum, et vitam venturi seculi. Amen. Opere autem tibi ostendo fidem, quæ est in me : omnibusque meis facultatibus, in manibus tuis datis, residuo vitæ meæ tempore, si placitum in conspectu Dei fuerit, tecum ero, suscepta regeneratione ex aqua et Spiritu sancto. Ait autem Basilius; Benedictus Dominus Deus noster, amodo et usque in seculum, o Eubule, qui lumen verum menti tuæ affudit, teque ab errore plurium deorum in agnitionem misericordiæ suæ transtulit. Ex quo autem, ut dixisti, mecum esse vis; ostendam tibi, quomodo saluti nostræ provideamus, a seculi hujus vinculis liberi. Venundemus itaque nostra omnia, et erogemus in egenos : sicque demum ad sanctam civitatem pergentes, factique ipsi inspectores miraculorum quæ C illic visuntur, consequemur fiduciam apud Deum. Cum sic ergo ambo res suas pie distribuissent, solaque ex eis indumenta baptismo opportuna emissent, Hierosolymam profecti sunt, convertentes ad Dominum multam Gentilium multitudinem.

sua omnia distribuit egenis

ANNOTATA ET CENSURÆ F. B.

a *Quibusnam vero traditus est a parentibus? Non alios præceptores in pueritia et adolescentia Basilius habuit quam parentes suos; ut ex ipsius Nazianzeni testimonio dicitur in Vitam num.* 9 *et* 10.

b *Non recta saltem* Athenas *petiit, hæsit enim aliquamdiu Constantinopoli. Nec credibile est, duodennem patria excessisse, quod tamen hic affirmari videtur.*

c Eubulum *a nullo alio inter Athenienses Doctores numeratum reperio, nedum inter Basilii Magistros.*

d Gregorius Nazianzenus *a patria, non ab Episcopatu dictus, ordinatus quidem fuerat Episcopus Zasimorum, sed titulo tenus, patris autem sui Vicarius dumtaxat Nazianzi, venit inde Constantinopolim, labanti Ecclesiæ subventurus; ubi fidem Orthodoxam in sua Anastasia resuscitavit; Episcopalem vero thronum non nisi paucis mensibus insedit. Neque error tam* D *gravis in Amphilochio excusari potest, Menæorum auctoritate, quam adfert Combefisius. Quamvis enim ea, die* 30 *Januarii, duodecim Constantinopolitani Episcopatus annos Gregorio tribuant, possunt eorum auctores errare, diu post rem gestam scribentes : sed errare in eo non potuisset Amphilochius, tum temporis Iconiensis Episcopus, qui pæne coram oculis suis omnia spectavit, quæ circa Episcopatum Constantinopolitanum gesta sunt a Gregorio. Itaque vel Pseudo-Amphilochius errare Menæa fecit, si prius scripserit; vel si serius, errorem ex Menæis in sua scripta retulit.*

INTERP. COMBEF.

e Cathedræ Apostolicæ *nomine hic intelligitur* Constantinopolitana, *quatenus S. Andreas Apostolus Byzantinam Ecclesiam fundasse creditur : sed opinio hæc opinio, ignota prioribus seculis, non nisi diu post fundatam Constantinopolim credi cœpit, Pseudo-Dorothei commentario nixa, uti ostendit Janningus* 4 *Junii* § 5 *et* 6 *de S. Metrophane, ubi primus is perhibetur Episcopus Byzantii fuisse; apparet hæc non esse Amphilochii; idemque probat gravissimus error, ea in Cathedra concedens Nazianzeno annos duodecim, qui Constantinopolitanam Ecclesiam [illegible] gessit.*

f *Melius, saltem quo ad historiam, refert Ursus* E *Subdiaconus, apud Rosweydum, dicens, quod* Julianus, ad breve tempus, Christianus fuit.

g Libanius, *nec condiscipulus, nec magister Basilii fuit Athenis : sed aliqua inter eos Constantinopoli intercessit familiaritas.*

h *Si solum dixisset,* non sumere vinum, *tolerabile foret; potuisset enim aqua sola et pane vitam sustentare : verum cum panis usum, sustentationi tam necessarium, excluserit; videtur propositum istud seu votum tam indiscretum fuisse, ut in Basilium cadere non potuerit.*

i *Perabsurde fingeretur hic Basilius, cum Athenis esset, omnium Creatorem ignorasse : quippe qui prima fidei mysteria, ut in Vita ejus cap.* 1 *dicitur, et a Macrina avia sua, et a matre Emmelia puer didicerat, nec unquam immutaverat. Quapropter sic Combefisius locum explicuit, ut in profanis scientiis nihil invenerit, quod ad Dei cultum perduceret, quamvis Creatorem ipsum omnium non ignoraret.*

k *Ursi interpretatio habet, ut* nostræ Religionis Scripturam peteret : *sed et* hoc *necesse non erat, ut abiret in Ægyptum, eam petiturus a* Porphyrio Archimandrita, *nec alias alioquin noto : nam illam Athenis sibi comparare poterat, quo cum impio Juliano ad legendos libros sacros accessit; sed et ex domo paterna habere Scripturam poterat, ea enim utebatur Emmelia, ad instruendam Macrinam filiam suam, teste Nysseno in Vita.*

l *Peregrinatum esse in Ægyptum et Hierosolymam, testatur ipse Basilius Ep.* 79 : *sed postea rediisse ipsum Athenas, apparet manifeste falsum, consideranti Vitam supra datam.*

m *Fuisset hæc non parva Philosophi inurbanitas, si hospitem ad se peregre advenientem, triduum jejunare permisisset. Et quis credat, ab Ethnico Philosopho, tantum repente conceptum jejunandi desiderium?*

n *Erudite ostendit Combefisius, totum hunc Basilii cum Eubulo sermonem, fundatum esse in Philosophia Platonica et sacra Scriptura. At ne vel sic mihi persuadebit, eum unquam a Basilio prolatum, aut satis apte ad mentem Sancti esse confictum.*

o *Lacunam hic magnam implevit Combefisius, ex uno antiquiori regio Codice, reliquis desiderantibus describens alteram partem catecheseos.*

p *Baptismum intelligit, quem quidam Hierosolymis vel in Jordane devotionis causa suscipiebant.*

q *In hunc locum ita commentatur Combefisius.* Absurdius est, quam ut quis tantillum sapiens, de Constantiniana

INTERP. COMBEF.

A Constantiniana hoc Indictione potuerit accipere : quia hanc Christi nativitas præcessit ccc circiter annis : ac neque de aliis, si quæ vel veritate asseruntur vel confinguntur, puta Augustana, Antoniana, etc. Perspicacius ergo intuenti, statim occurrerit Indictio Judaica, quam sibi Auctor, instar Constantinianæ, confingat et numeret, a perfecta liberatione Judæorum a servitute Macedonica ; quomodo Constantinus et Patres Nicæni, numeratam voluerunt Constantinianam illam, a vindicata Christiana Religione et extincto Maxentio : sic enim invenietur natus Dominus ad Indictionem decimam, ut ex Genebrardo et aliis quisque facile cognoverit. Ubique Amphilochius scite alludit. Ita Combefisius. *Verum, cum eruditi plerique conveniant, exiguum aut nullum ante Constantini Magni tempora Indictionum usum fuisse; nescio unde Macedonicam Indictionem, aut Judaicam Combefisius acceperit? Certe Basilius et Amphilochius, si Indictionem aliquam, inter computandum, nominare voluissent; non aliam nominassent, præter vulgarem et Constantinianam, quam solam noverant. Errorem itaque adscribamus oscitantiæ Pseudo-amphilochii, nihil inter priora et sua tempora discernentis; ut reliqua hujus chronologiæ absurda prætereamus.* B

CAPUT II.

Susceptus Baptismus, Diaconatus, Episcopatus: Juliani mors, Libanii conversio.

Libanii discipulum docens,

Cum autem Antiochiam pervenissent, diverterunt ad stabulum quoddam. Filius porro stabularii, nomine Philoxenus, in multa anxietate præ foribus sedebat. Erat autem hic discipulus Libanii Sophistæ, a quo versus Homeri oratione soluta reddendos acceperat : eoque in multa constitutus afflictione et consilii inops, tristis dolebat. Contuitus eum Basilius, ait ad ipsum : Cur sic mœstus est, o juvenis? At ille : Quæ mihi utilitas, si dixero tibi? Instante autem Basilio, et fore promittente, ut quid prodesset ; dixit ille, tum sophistam, tum versus ; quodque ea causa animo anxius esset. At Basilius acceptis versibus, eorum cœpit translationem dicere. Stupens vero juvenis, et quam maxime lætus, rogabat, ut hæc scripto exponeret : is porro solutionem, triplici versione scripsit. C Puer autem suscepit versus gaudens, pergensque diluculo ad Libanium, tradit ei versuum translationem. Accipiens autem Libanius, et super translatione vehementius admirans, dixit : Per Dei *a* providentiam, nullus ævi hujus sapientum, tale quid potest interpretari ; unde ergo horum novus artifex? Ait adolescens ; Peregrinus quidam, veniens heri ad hospitium, eorum mihi solutionem promptissime enucleavit.

innotescit ipsi Magistro a quo invitatus,

28 Nihil ergo cunctatus Libanius, cursu ad hospitium venit : cumque Basilium cum Eubulo vidisset et agnovisset, velut tactus de cœlo pro insperato adventu factus est. Rogavit ergo, ut in domum suam diverterent ; ac voti compos, orabat, ut etiam cibos conditos et delicatiores sumerent : at illi pane et aqua modice satiati, pro sua illa et apud eos obtinente consuetudine, gratias egerunt Deo universorum et bonorum largitori. Actutum ergo cœpit Libanius cum illis disputare, et rhetorum nugas prætendere : at illi proposuerunt sermonem de fide. Libanius autem dicta percipiens gustansque ; Nondum, inquit, est tempus hujus negotii : jubente autem providentia, non est qui resistat. Sed quia plurimum mihi profuisti, o Basili, ne etiam juvenes qui apud me educantur alloqui recuses. Is vero nulla mora, congregatos illos docuit *b* mentis munditiam corporisque apathiam ; decoram habitus compositionem, incessum lenem, vocem temperatam, D cibum et potum absque perturbatione; coram senioribus silentium, coram sapientioribus auditum ; erga superiores obedientiam, erga æquales minoresque caritatem non simulatam ; a vanis et carnalibus negotiorumque facessendorum studiosis abstrahi ; pauca loqui, multa vero cogitare ; non esse audaciores sermone ; non loquaciores ; non esse ad risum præcipites, pudore honestari ; non colloqui impudicis mulieribus ; esse visu vultuque demisso, animo autem sursum erecto ; fugere contradictiones, non persequi dignitatem magistri, nihili facere quod omnes habeant honori, nec proficientes quærere humanam laudem : quod si quis vestrum aliis etiam prodesse potest, a Deo mercedem expectet et æternorum bonorum vicissitudinem, in Christo Jesu Domino nostro. Iis Basilius ad Libanii discipulos dictis, omnibusque admirationi habitus, una cum Eubulo prosecutus est iter.

reliquos discipulos ad virtutem hortatur.

Hierosolymam veniens

29 Cum itaque Hierosolymam pervenissent, omnemque locum sacrum fide et desiderio perlustrassent, et in eis Deum qui est super omnia adorassent ; manifesti fiunt Episcopo civitatis, nomine Maximo. Huic vero accidentes postulaverunt, ut divinam E regenerationem in Jordane fluvio liceret consequi. Eos vir ille Sanctus ubi plenos fide vidisset, implet ipsorum petitionem : sociisque fidelibus viris, venit ad Jordanem. Cum vero Basilius ad ripam accessisset, humi se jactat ; et cum lacrymis et clamore valido signum sibi fidei revelari poscebat : moxque cum tremore surgens vestes exuit, ac cum eis plane deponit veterem hominem. Sic demum descendens in aquam, precabatur : et accedens Sacerdos eum *c* baptizavit. Et ecce fulgur ignis præfulsit eis, egressaque ex eo columba in Jordanem descendit, ac turbata aqua in cœlum avolavit : qui vero adstabant tremore correpti, Deum glorificaverunt. Porro Basilius, suscepto baptismate, de aqua exivit, omnesque ad preces hortatus est. Admirans autem Maximus Basilii fidem, precibusque super eum fusis, resurrectionis Christi vestibus induit. Baptizavit autem et Eubulum, tingensque sacro unguento, tradidit vivificam Communionem. Rogavit autem Basilius Dei Sacerdotem, ut apprecante ipso, cibum sibi liceret sumere : quod et obtinuit. Tum Basilius : Jesu Christe Deus noster credo Evangelicæ voci tuæ, et spero in tua bonitate, *d* manducando et bibendo F victurum me adversantem nobis diabolum auxilio Spiritus sancti. Stupens autem Dei Sacerdos super fide ejus, reversus est cum illis in sanctam civitatem. Annum vero ibi commoratus cum Eubulo, communi consilio venit Antiochiam. Porro Basilius a Meletio *e*, ejusdem urbis Episcopo, ad Diaconi ordinem promotus, librumque *f* Proverbiorum interpretatus, admirationi fuit.

baptizatur in Jordane,

apparente Spiritu sancto,

baptizatur et Eubulus.

Basilius fit Diaconus.

Revelatur S. Leontio Episc. Cæsareensi

30 Non multo post profectus est, una cum Eubulo, in Cappadocum provinciam ; cumque Cæsareensem urbem essent ingressuri, in visione noctis revelatum est ejusdem tunc urbis Episcopo, *g* Leontio nomine, horum adventus ; quodque Basilius ejus successor futurus esset. Qui expergefactus a somno, accepit principem Sacerdotalis ministerii, quosdamque pios de Clero ; et misit ad Orientalem portam urbis, dicens eis visionem. Cum ergo abiissent ad portam, occurrerunt ingredientibus, visosque agnoverunt : at illi rogarunt deduci ad Episcopum. Ingressos autem, illos cum aspexisset sanctissimus Episcopus, ex visionis similitudine in stuporem actus, Deo gratias egit ; quæsivitque unde venirent, et quo irent, ac quinam vocarentur. Cum vero didicisset, jussit ministris, ut congrua eis ad requiem præberent : ii autem ad insigne adductis cœnaculum, quidquid fovendis erat, protulerunt. Porro vir sanctus

futurus successor ;

A sanctus, accersitis eadem hora Cleri et Civitatis primoribus, enarravit illis, quæ sibi a Deo revelata essent. Ii vero una ad eum voce; Vere et hoc congruit mundæ tuæ vitæ, ut divino nobis calculo revelaretur, quis post te Pontificalem thronum ornaturus esset: unde nihil moratus, fac quod lubet. At ille advocato Basilio una cum Eubulo, cœpit scrutari cum eis Scripturas sacras: iratusque in ipsis repositæ sapientiæ pelagus, bonos parastatas ac adjutores habuit. Cum *h* itaque non multo post, Episcopus migrasset e vita, qui Synodum agebant Episcopi, agente Spiritu sancto, eligunt Basilium ad Episcopalem thronum. Ordinatus vero, sapientissima Dei providentia, gubernabat Ecclesiam.

h illoque mortuo

ordinatur Episcopus:

31 Post aliquod vero tempus postulavit a Deo, quo sibi gratiam et sapientiam et intellectum concederet, ut suis ipse verbis, incruentum Deo Sacricium offerret; utque in ipsum Spiritus sancti adventus fieret. Post sex autem dies, velut in mentis excessu Spiritus sancti præsentia factus, ubi advenit dies septima, ad horas *i* singulas Deo ministrare cœpit, diu noctuque defunctus precum officio. Astans enim Dominus in visione cum Apostolis, pane et B vino in sacro altari propositis, Basilium excitavit dicens; Secundum petitionem tuam repleatur os tuum laude, ut tuis ipse verbis *k* incruentum Sacrificium offeras At ille non ferens oculis visionem. surrexit tremebundus; accedensque ad sacrum altare, cœpit dicere, ita in charta scribens: *Repleatur os meum laude, ut cantem gloriam tuam, Domine Deus noster, qui nos creasti et duxisti ad hanc vitam;* ac reliquas sacræ Liturgiæ preces. Post precum vero finem elevavit panem, intense orans, et dicens; *Attende, Domine Jesu Christe, Deus noster, de sancto habitaculo tuo, et veni ad sanctificandum nos, qui sursum cum Patre sedes, et hic nobiscum invisibiliter versaris; et dignare potenti manu tua nobis impertiri sacra mysteria, et per nos toti populo.* Deinde; *Sancta sanctis.* Populus: *Unus Sanctus, unus Dominus Jesus Christus, in gloriam Dei Patris. Amen.* Cumque panem divisisset in tres partes, unam quidem cum multo timore et veneratione sumpsit; alteram vero una secum sepeliendam *l* servavit; tertiam denique in columba *m* aurea depositam, desuper sacrum altare suspendit.

i d vino jussu -

k

l

m

32 Eubulus autem et Cleri princeps, simul stantes pro foribus templi, videbant in templo lumen spiritale, virosque gloriosos amictu candido, ac vocem populi glorificantis Dominum, nec non adstantem C altari Basilium: perculsique ex visione, proruerunt in faciem fusis lacrymis, et glorificantes Dominum. Egresso autem Basilio, ceciderunt ad pedes ejus, et adoraverunt ipsum. At ille quæsivit causam adorationis et adventus eorum. Illi vero dixerunt mirabile spectaculum, quod vidissent in templo. Tunc Basilius, Deo ferventer actis gratiis, hujuscemodi eis mirabilia enarravit: et advocato aurifice fecit columbam de auro mundo, inque ea portionem deposuit; et super sacram mensam, velut figuram sacræ illius columbæ, quæ in Domini baptismo in Jordane apparuisset, suspendit. Iis porro ita gestis, et ubi is habiturum se verbum exhortationis ad populum promisisset, congregata est multitudo infinita ad ecclesiam: in quibus etiam magnus ille exercitator et monachus Ephrem, de quo postmodum narraturi sumus; ut nimirum ex divina apparitione, ipse inspector factus sit præclari Patris nostri Basilii.

Columbam auream fieri jubet.

33 Cum itaque res sacra ageretur, Hebræus quidam, velut Christianus, seipsum populo immiscuit, Officii et Missæ ordinem, dominicæque Communionis exploraturus. Videt vero in Basilii manibus puerulum velut membratim incidi *n*; et cum sumerent omnes, etiam ipse accessit, datumque D quod veritate caro esset accepit: tum venit ad calicem, et ipsum plenum sanguine, de eoque etiam participavit. Cum vero de utrisque servasset reliquias; domum abiens, uxori, ad faciendam verbis fidem, ostendit, narrans quæ propriis ipse oculis vidisset. Persuasus ergo, esse revera horrendum et mirabile Christianorum Sacramentum; in crastinum adit Basilium, supplex orans, ut sine mora acciperet Christi signaculum. Qui nihil cunctatus, solitis vero gratiis ei habitis, qui vult omnes salvos fieri, credentem in Dominum cum omni domo sua baptizavit.

Christo in Eucharistia apparente, n

INTERP. COMBEF

Judæus convertitur:

34 Cumque Sanctus egrederetur, accedit ad eum muliercula; orans ut ejus haberet curam, velut qui apud Provinciæ Præsidem auctoritate valeret. At ille accepta charta, hæc in ea Præsidi exaravit: Adiit me mulier paupercula, dicens posse me apud te. Si ergo possum, ostende: traditque chartam mulieri: illa vero profecta reddidit epistolam Præsidi. At ille ubi legit, ista rescripsit: Volui, Pater sancte, vestri causa misereri mulierem; sed non potui, quod ærario publico obnoxia sit. Basilius autem scribit secundo. Siquidem voluisti, nec potuisti, E bene fuerit: sin autem potuisti et noluisti, te Deus in egenorum rediget chorum, ut non possis cum volueris. Acciditque ut rei scriptura, res evaserit. Non diu enim post, indignationem Imperatoris expertus, circumagebatur vinctus, iis facturus satis quos injuria affecisset. Tunc miser, supplex Basilio efficitur, rogatque, ut precibus offensum placet Imperatoris *o* animum: quod et fecit. Post sextum enim diem venit typus, quo liber ab abducentibus satellitio dimitteretur: ille vero exhibitam in ipso humanitatem non ignorans, ascendit ad Basilium, gratias agens: advocata autem femina, duplum ei si quid debebat, ex propriis ipse reddidit.

pro muliercula intercedens·

et repulsam passus,

Præsidi calamitatem prædicit,

o qua is motus mulieri succurrit.

35 Circa id tempus, cum Julianus *p*, odiosissimus Imperator, adversus Persas proficisceretur, venit in partes Cæsareensium: Basilius autem, una ei cum sociis, obviam processit. Eum intuitus Imperator, dixit: Te philosophia vici, Basili. Respondit vero Basilius: Utinam Philosophum egisses! Tunc sanctus tres ei panes obtulit, ex annona, quam inferebat. At ille, pro muneris parvitate ratus se injuria affectum, jussit satellitibus, ut panes quidem acciperent; eorum autem loco fœnum darent. Quo accepto, ait Basilius: Nos quidem tibi, Imperator, ex iis attulimus, quibus vescimur; tu autem ex iis retribuisti, quibus bruta jumenta alis; id quidem affectata irrisionis specie; sed qui nolens in hujusce F prati pascua *q* nos mittas. Audiens autem Julianus, quod velut Imperator gratiam suam revocare non posset, furore percitus ait ad illum: Equidem prati pascua tibi mea donavit majestas; ceterum ubi subactis Persis iterum divertero, tuam civitatem solo æquatam arabo: ut fructifera potius efficiatur, quam hominibus edendis educandisque comparata: haud enim decepti a te populi impudentiam nescio: ut impotentes invidia, Fortunam quam ego Deam *r* adoro, postquam ei libavi, omni prorsus honore, minuerint. His autem dictis abiit in Persidem: Basilius vero ingressus civitatem, accitaque universa populi multitudine, denuntiavit Imperatoris verba; bonique consilii auctor efficitur dicens: Nihili, Fratres, pecuniam facientes, vestram curate salutem; ut, si etiam tyranno illi Imperatori concedatur tempus, eum muneribus molliamus. At illi in suas quisque abeuntes domos, sua singuli, tum in auro et argento, lapillorum item immensam multitudinem, suis ipsi manibus attulerunt. Is vero eorum perspecta alacritate animoque ad obsequendum facili, accepta deposuit in ecclesiæ armario, singulorum inscriptis nominibus; dicens: Potest destinatorum

p Juliano venienti Cæsaream

Basilius occurrit,

q et civitati offensum placaturus

r multam pecuniam corrogat:

A torum Dominus et illum interficere, et vestram vobis substantiam restituere.

INTERP. COMBEF.

deinde publicis precibus indictis *s*

36 Mox ergo jubet, ut clerus universusque civitatis populus, cum mulieribus et parvulis, in montem Didymi, ubi perquam venerabile Dei genitricis templum honori habetur et colitur, ascendant; tresque dies jejunii, orationi instent; ac Deum, ut scelesti Imperatoris consilium dissipet, rogent. Illis itaque orantibus, et contrito corde pervigilibus, videt in *s* somnis Basilius, multitudinem cœlestis militiæ, hic illic in monte; mediamque illorum, in sede gloriosa, muliebri habitu feminam, sic affantem adstantes illos viros magnificos: Vocate mihi Mercurium, ibitque ut Julianum interficiat; qui in filium meum et Dominum Jesum inique egit. Sanctus vero, suis omnibus armis instructus jubente illa, præsto adveniens, confestim ivit. Accersito autem Basilio tradidit ei librum, quo tota creationis narratio scripta esset, postremumque hominis a Deo formatio. Porro libri initio hæc erat scriptio: Dic; in fine autem, ubi hominis formatio habebatur; Parce. Suscipiens autem librum legit coram illa, usque ad illam subscriptionem, Parce: statimque metu pariter et gaudio actus, tomum decussit.

videt a Deipara mitti Mercurium ad necem Juliani,

ab eaque accipit librum de mundi creatione:

B

t

mane comperit deesse arma S. Mercurii,

37 Ejusdem porro rationis, etiam Libanius *t* Sophista, ipsa nocte somnium vidit, cum Juliano in Perside existens, ac quæstoris munus obiens. Basilius ergo ex visione stupens, soloque Eubulo excitato, descendit cum eo in civitatem, venitque ad sancti Martyris Mercurii martyrium, in quo et ipse et arma ejus posita erant: cumque quæsisset, non sunt inventa. Advocato autem custode, percunctabatur ubinam gentium essent. Is vero sacramento respondit, fuisse vesperi, ubi pro more continue servarentur. Certo igitur persuasus Basilius, veram esse visionem, Deoque data gloria, qui non despicit confidentes in ipsum; ardore multo gaudioque inexplicabili, dormientibus adhuc omnibus, rediit quam citius ad montem, excitansque quos illic reliquerat et ad preces hortatus, faustum in voce exultationis, factæ sibi divinitus revelationis nuntium attulit, quod nocte illa tyrannus sublatus fuisset, peractisque communibus omnium votis, gratiarum actionibus, reversus est in civitatem; jubens omnibus, ut in magna ecclesia positi, divinæ Liturgiæ participes fierent

et nuntiat Apostatæ necem.

u

38 Hoc autem ita peracto, ipsoque elevante Sancta *u*, non est factum signum, ut moris erat; ut C nimirum columba moveretur. Ipso vero cogitante, quidnam rei esset; vidit unum de ventilantibus Diaconis annuentem mulieri, adspicienti de superioribus deorsum, ac inclinanti in eum: quem is gradu indutum, intra ecclesiam servari præcepit. Cumque sic Spiritus sancti adventum signo visibili percepisset, jussit ut populus universus dies septem in ecclesia permaneret. Diacono autem jejuniis et vigiliis mancipato, quod ei abundantius erat ad egenorum sublevandam inopiam dari mandavit; utque sic offensum Numen placaret, hisque demum expiatus, ministerium sacrum præsumeret, jussit. Confestim vero præcepit suspendi vela in loco audientium, injungens mulieribus, ut si quæ deprehensa esset, quamdiu Sacra peragerentur, extra vela despicere, de ecclesia pelleretur et extra communionem fieret. Sub finem porro septem dierum, celebri totius populi conventu, cum festum ageretur, essentque omnes in ecclesia congregati; en *x* tibi Libanius, Juliani Quæstor, fuga lapsus; civitatem ingressus, ubi populi in ecclesia frequentiam didicit, eo accessit, odiosissimam Juliani tyranni mortem annuntians; genibusque Pontificis advolutus, Christi signaculum rogat accipere: quod consecutus, factus est Basilio contubernalis una cum Eubulo.

Diaconum punit ob lascivum inter sacra aspectum,

et vetat mulieres extra vela despicere.

x

Libanio converso,

39 Sequenti autem die jussit omnibus, ut suas D quisque pecunias reciperent. At illi una voce ad ipsum; Quibus animo constitutum erat, ut ad civitatis amoliendam eversionem, mortali eas Imperatori præberemus; potiori jure debuerimus offerre immortali Imperatori, qui nos a tanto periculo redemit. Ecce vero sunt universa in manibus tuis, facito ut tibi Dominus jusserit. Ille miratus magnum fidelissimi populi animum; tertiam partem illis præbuit; ex reliquis vero sacrarium totum cum *y* ciborio induit; cumque altare auro mundo et lapillis ornasset, advocata civium multitudine, mensaque sacra sanctificata, jussit triduo festum agi. Cum autem hæc ita peragerentur, quidam necdum gentilitio errore absoluti, eum conveniunt, dicentes: Ecce precibus tuis civitatem, captivitati mancipandam, liberasti: Deique tui templum magnificentissime exornasti; unum superest, ut plenam nobis virtutis divinæ facias fidem. At ille, ubi brevi sermone ostensa via salutis, suasisset et fidei rudimentis instituisset, baptismo tinxit. Cum autem sacra Quadragesima advenisset; divinam illam operis sex dierum expositionem populo enarrans, plurimam tum Hæbræorum tum Gentilium multitudinem Christo obtulit. E

ex donatis fidelium

ecclesia exornatur,

Ethnici convertuntur.

ANNOTATA ET CENSURÆ F. B.

a Libanius *impius idololatra, et usque ad finem vitæ pertinax in sua impietate, si jurare voluisset, non per divinam providentiam, sed per Jovem, fortunam, aut gentilium Deorum aliquem jurasset. Extat ejus Oratio de vita sua, in qua nihil divinæ providentiæ; sed omnia quæ sibi evenerant, mala et bona, Fortunæ attribuit.*

b *Hæc, et quæ sequuntur, optima sunt, ac Basilio digna: sed parum apte proponuntur juvenibus Ethnicis, quamvis Philosophis: nam ex eorum principiis erui non possunt.*

c *Quærit Combefisius, cur Basilius, pie ac sancte educatus a parentibus et avia Macrina, tamdiu Baptismum distulerit: tum congruentes quasdam rationes affert, ob quas id fieri potuerit. Et revera grandioris forsam ætatis erat, cum baptizatus est: sed non in Jordane. Ego enim in Vita Basilii Capite primo, et quarto, ipsius Sancti testimonio ostendi, eum non a Maximo Hierosolymorum Episcopo baptizatum in Jordane, sed in patria sua Cæsarea a Dianeo, istius urbis Episcopo, aut saltem ante Episcopatum susceptum Presbytero. Adeoque baptismum Basilii Hierosolymitanum, merum esse Pseudoamphilochii commentum. Et propterea minime necesse est aliis hujus baptismi explicandis circumstantiis immorari.*

An in Jordane baptizatus Basilius

F

d *Hunc locum ita interpretatus est Ursus Subdiaconus apud Rosweydum.* Et rogavit Basilium Dei Sacerdos, post orationem sumere cibum: quod et fecit, dicens, Domine Jesu Christe, Deus noster, ita credo Evangelicæ voci tuæ et spero in benignitate tua, ut manducans et bibens vincam resistentem nobis diabolum, cooperatione Spiritus sancti tui. *Nescio ego, ubi in Evangelio scriptum sit, manducando et bibendo vinci diabolum; sed bene, quod genus aliquod dæmoniorum non ejiciatur, nisi in oratione et jejunio. Credo itaque dicere voluisse Pseudoamphilochium, frugalem corporis refectionem, non obesse confidentibus in Deum, quo minus diabolum vincere possint, gratia Spiritus sancti.*

omni cibo ac potu abstinere voverit?

e Basilium *unquam* Diaconum *fuisse negat Hermantius, ob silentium Nazianzeni; qui ante Sacerdotium, solum ordinem et officium Lectoris ei attribuit, idque in Ecclesia Cæsareensi. Ut autem verosimile non est, Sanctum contra canones, aut transiisse ab una Ecclesia ad aliam, aut ab alio quam proprio Episcopo ordinatum;*

an mox factus sit Diaconus:

A *ordinatum, ita quoque est incredibile a Meletio Episcopo Antiocheno creatum fuisse Diaconum : quamvis id scripserint Socrates et Nicephorus ; hic quidem illius auctoritate deceptus, ille autem synonymia alterius Basilii, S. Joanni Chrysostomo familiaris.*

f *Librum Proverbiorum interpretatus est, non Antiochiæ Diaconus, sed Cæsareæ Presbyter factus.*

g *Pro* Leontio *Ursus apud Rosweydum habet* Eusebium : *verum pro Eusebio. Leontium restituit Combefisius, et in hunc locum ita commentatur.* Leontium restituimus ex duplici regio codice majoris et fidei et antiquitatis ; nec ulla veritate consistit, quod cum impressis habebat alter codex *Eusebium* : ante cujus Episcopatum constat fuisse Basilium Cæsareæ, et valde notum ; ut etiam diversorum studiis sit pro eo inter ambos certatum ; multisque, ac præcipue Monachis, ad eam Sedem deposcentibus Basilium, cum vi quadam populari, eidem fuit præfectus Eusebius ; ut res pene in schisma abierit ; vixque ipsi suffragatores Episcopi ratam habuerint suam illam electionem et ordinationem : ac uno annitente patre Gregorio, Nazianzeno Episcopo, ægre admodum obtinuerit : de qua re multis ipse in Basilio. Porro fuit Leontius ille vir clarissimus, de quo Martyrologium Romanum 13 Januarii. B *Cæsareæ in Cappadocia S. Leontii Episcopi, qui sub Licinio adversus Gentiles, et sub Constantino adversus Arianos plurimum decertavit.* Subscripsit Concilio Ancyrano, ac subinde Nicæno. Potuit vir sanctus grandæva ætate, ceu in subsidium adversus Arianos, destinatum designatumque cœlesti oraculo successorem, suscipere Basilium Diaconum. Quid enim oraculi illius veritati decedit, quod non proximus successerit ; suaque potius modestia, quam malis civium suorum studiis semel iterumque, tum Hermogeni, tum Eusebio post habitus, vix tandem tertius a Leontio thronum illum conscenderit ?..... Videtur ergo Amphilochius voluisse tacere, quos oraculum tacuisset ; ac velut Sanctorum Episcoporum seriem texere, suppressis nonnullis aliquantulum invidiosis, quæ etiam ipso velut prooemio subindicasset ; in illa Basilii absentia, quæ Valenti et Arianis animos addidisset, spemque evertendæ cum Episcopo (nempe Eusebio minus æquo Basilio, ob illud in ipsum propensius studium civium) urbis Cæsareæ : quam Amphilochii et oraculi profunditatem non penetrans imperitus aliquis ; male Eusebium, cui proxime successisset, substituit S Leontio. *Ita Combefisius.* C *Ad Leontium quod attinet (nam reliqua tantisper missa facio, donec de iis sit agendi locus ad Leontium, inquam, quod attinet ; non poterat is redeuntem Athenis aut Hierosolymis excipere Basilium : nam Sanctus ipse profitetur se, a Dianio, post Hermogenem Leontii successore, admotum sacro ministerio fuisse, seu ordinatum Lectorem. Dianius vero, qui circa annum* 362 *obiit, Cæsareensem Episcopatum annis viginti tenuit, circa* 341 *ordinatus Episcopus, et ut talis sequenti anno assistens conciliabulo Antiocheno : inter quem et Leontium, si Hermogeni paucos saltem annos concesseris, non poterit ille vidisse Basilium, nisi admodum juvenem : nempe antequam studiorum causa Cæsarea discederet. Si igitur Amphilochius, non Eusebium, ut recte ostendit Combefisius, sed Leontium scripserit ; plures sane difficultates historicæ supersunt, præter immediatam post Leontium successionem : in qua repertam difficultatem sublatam ille credidit, vaticinium de mediata solum interpretando. Verum cum ineptum existimet, vaticinium istud attribui Eusebio, eo quod hic Basilium, cui vix in Episcopali electione prælatus fuerat, dicatur interrogasse quo nomine vocaretur ; id ut revera absurdum est in Eusebio, nihil minus displicere debet in Leontio ; qui similiter a Pseudoamphilochio introducitur interrogans Basilium de nomine, quem ante paucos annos videre et audire debuisset, quotidie* D *Scripturas sacras populo prælegentem. Cum enim, teste Nazianzeno, Basilius longo tempore ante Sacerdotium in munere Lectoris Libros sacros populo prælegerit, nemo negabit id quoque Diaconatum præcessisse, si unquam eum susceperit. Ita in multas difficultates incidimus, si fabulas velimus facere historias.*

an monstratus fuerit Leontio successurus in Episcopatu

saltem mediate,

post Hermogenem Dianium et Eusebium :

itaque salvari possint ineptiæ Pseudoamphilochii ?

h *Hunc locum si quis perpenderit, judicabit, ut existimo, non posse eum apte intelligi de mediata successione Basilii post Leontium, tribus interjectis Episcopis, quorum unus viginti saltem annis sedit.*

i Dies *pro* horis *Ursus posuit, contra fidem (ut ait Combefisius) antiquorum exemplarium : sed ille absurdum existimabat ad singulas horas sacrificare, ideoque dies interpretatus est : hic vero maluit improprium sacrificium orationum et bonorum operum intelligere.*

k *Quam certum est, a Basilio Liturgiam sacram conscriptam esse, tam incertum est, quid nunc præcise ipsius sit, in iis quæ extant sub ejus nomine Liturgiis. Nec mirum est tanto temporis spatio, quædam immutata esse, quædam addita, quædam etiam sublata. Certa verba ista,* Repleatur os meum laude, ut cantem gloriam tuam, *in nullis Basilianæ Liturgiæ exemplaribus reperiuntur. Oratio vero,* Domine Deus noster, etc. E *et altera,* Attende, Domine, *extant in prænominata Liturgia ; secunda, etiam in Liturgia S. Joannis Chrysostomi.*

l *Juvat hoc loco audire Rosweydum.* Fuit olim, *inquit,* quorumdam consuetudo, ut Eucharistiam etiam mortuis ingererent et consepelirent ; quam abrogavit Concilium Carthaginense tertium canone sexto. *Hic vero talis est* : Placuit ut corporibus defunctorum Eucharistia non detur : dictum est enim a Domino : Accipite et edite : cadavera autem nec accipere possunt nec edere. Cavendum est etiam ne mortuos baptizari posse Fratrum infirmitas credat, cum Eucharistiam mortuis dari animadverterent. *Subscripsit huic Concilio S. Augustinus. Addit ibidem etiam Rosweydus, quod idem repetitur in Concilio Hipponensi canone quinto, et in Concilio Autissiodorensi anno* DXL *canone* XII ; *et in Concilio Generali sexto.... ubi canon* LXXXIII *ita habet.....* Nemo mortuorum corporibus Eucharistiam communicet. Scriptum est enim, Accipite et comedite : mortuorum autem corpora non possunt accipere, nec comedere. *Hactenus Rosweydus. An igitur fecerit id Basilius, quod seculo sequenti prohibendum Concilia censuerunt ? Combefisius ait, Basilium id fecisse singulari instinctu divino. Verum quidni tam ineptus fuerit Pseudoamphilochius, ut abusum, suo tempore forsan non ubique sublatum, tam pium crediderit, ut Basilio affingi posset ?* F

Eucharistia non ingerenda mortuis

m Columbas *olim super altaria et super baptisteria, in memoriam Spiritus sancti appensas fuisse, probat Rosweydus in hunc locum, ex epistola Cleri Antiocheni ad Joannem Constantinopolitanum Episcopum, contra Severum Episcopum suum hæreticum.* Columbas aureas et argenteas, in formam Spiritus sancti super divina lavacra et altaria appensas, una cum aliis sibi appropriavit, dicens ; non oportere in specie columbæ Spiritum sanctum nominare.

Columba supra altari cur appensa ?

n *Historiam hanc opusculo* 58 *Cap.* 11 *refert D. Thomas. Verum si animadvertisset Doctor Angelicus, in Græcorum ecclesiis, Sacerdotem sacrificantem non videri a populo, dubitasset forsan, num id quod de Basilio narrat, alteri cuidam Episcopo aut Sacerdoti Latino contigerit. Rosweydus in hunc locum, ex Paschasio, libro de Corpore et Sanguine Domini, dicit similem historiam contigisse Plego Presbytero. Nos* 23 *Aprilis tomo* 3 *pag.* 144, *narramus similem visionem, oblatam Saraceno cuidam, violare volenti templum S. Georgii Megalomartyris : at nisi ritus divinæ Liturgiæ, apud Coptes*

Christus in pueri forma sub hostia conspectus sæpe.

A Coptos Christianos, diversus fuerit a ritu Græcorum, vacillabit miraculi fides, ob easdem quas jam attuli rationes; aut dicendum esset, Christum apparuisse in Hostia nondum consecrata; non quia præsens realiter erat, sed quia in ista memoriam passionis ejus sacra Lancea dividebatur in partes, mox in verum corpus ejus per consecrationem convertendas.

o Deest, inquit Combefisius, hoc caput cum tribus sequentibus, in versione Ursi: potius tamen omisisse videtur, victus operis prolixitate, quam quia codices ipsius id desideraverint. Cur quæso prolixitate codicum suorum vinceretur Ursus, si hi capita ista habuerint? Neque primum caret omni difficultate, quamvis id putet Combefisius: parum quippe credibile videtur, exauctoratum Præsidem, et ad vincula damnatum, Basilii apud Imperatorem Julianum aut Constantium intercessionem postulasse, et per eam dignitati restitutum.

p Hæc de Juliano Imperatore Capita omissa sunt ab Urso Subdiacono, et merito omittenda erant ei, qui Vitam hanc Basilii vellet facere credibilem. At Combefisius, volens hunc et alios anachronismos excusare, dicit in hac Vita nihil ordine temporis narrari. Adeoque, quamvis adventus Juliani Cæsaream hic narretur, ac si contigisset post Episcopalem Basilii consecrationem, nihil impedire, quo minus referri possit ad B anteriora tempora; cum nempe Basilius pro Eusebio Episcopo latente, defuncto, aut saltem alia de causa absente, tamquam primarius inter Presbyteros et Episcopi Vicarius Ecclesiam Cæsareensem administraret. Magnum quippe erat Basilii nomen, etiam antequam Sacerdotio fungeretur apud Cappadocas et nationes exteras, ut ex Nazianzeno affirmat Combefisius: ipsaque Cæsareensis civitas eum tamquam conditorem suum et conservatorem suspiciebat. Deinde, inquit idem, nihil narratur tota hac historia factum a Basilio, quod a Presbytero et Episcopi Vicario peragi non potuerit; nec nisi semel Basilius, vocatur Episcopus. Potuit autem facile ἀντιιερέως pro ἀρχιερέως a librario quopiam describi; vel etiam potuit ἀρχιερεὺς recte vocari Presbyter, qui officio et jurisdictione, ut vocant, Episcopi fungeretur: sic certe unum Episcopi Vicariique tribunal agnoscimus, et gesta Vicarii ipsius Episcopi gesta nuncupamus. Ita Combefisius hunc anachronismum excusare nititur: quam feliciter, judicet Lector. Nemo saltem mihi facile persuadebit, non fuisse mentem Auctoris in hac Vita describenda, servare ordinem temporis. Certe capita capitibus annectuntur inchoanturque iis loquendi formulis, quibus uti solemus cum inter narrandum ordinem temporis prosequimur. Ita numero 32, postquam dixit a Basilio convocatum C populum ad ecclesiam auditurum verbum Dei, sequentem numerum 33, quo narratur Judæi conversio, sic inchoat: Cum itaque res sacra ageretur etc. Quis non colliget ex hoc loquendi modo, conversionem Judæi evenisse inter rem divinam, post habitum ad populum sermonem? Et postquam hunc numerum in Judæi baptismate conclusit, ad sequentem 34 sic transit; Cumque Sanctus egrederetur. Contendit tamen Combefisius, quidquid hoc numero narratur, ad anteriora tempora posse et debere referri. At quomodo? nisi contra modum loquendi usitatum, vim verbis inferamus. Quin ut id concedamus Combefisio, qua ratione Basilius dici poterit Vicarius fuisse Eusebii, vivente Juliano? Mortui, inquit ille, aut latentis, aut aliter absentis. Absentem tamdiu unquam fuisse a suo Episcopatu Eusebium, ut Vicario indiguerit, gratis asseritur et negatur. Juliano præmortuum esse, falsum omnino est: constat namque ex Nazianzeno vixisse illum initio Valentis. Quin capere non possum, quomodo id in mentem venerit Combefisio: argumentum enim, quo ostenditur Basilius non fuisse imperante Juliano Episcopus, inde desumitur, quod sub Valente adhuc in vivis esset Eusebius. Nec aptius est effugium per Eusebii latebras: cur enim hic latuisset veniente Cæsaream D Juliano? Incurrerant quidem Apostatæ odium Cæsareenses, everso Fortunæ templo; sed minis et mulcta pecuniaria plerumque sæviebat ille, ut præ reliquis Cæsareensibus, nihil sibi timere deberet Eusebius. Quod si tamen judicasset expedire tantisper iracundi Imperatoris oculos subterfugere; saltem nihil opus erat latere post discessum Juliani; imo post necem ipsius, quam dicitur nuntiasse Libanius, et pro quo tempore numero 38 Basilius vocatur Pontifex; non ita sane appellandus ab Amphilochio, si Vicarius solum fuisset. Nam non distinguere inter Episcopum et ejus Vicarium imperitis quandoque possit contingere, non vero rerum ecclesiasticarum apprime gnaro. Librarii errorem quod spectat, gratis hic quoque supponitur, nullo allato codice in quo aliter legatur, nullo urgente argumento. Manet itaque anachronismus, prodens quam impudenter auctor Amphilochium mentitus sit.

An Basilius non nisi mortuo Juliano factus Episcopus,

cum eum Cæsareæ exceperit,

ut Vicarius Eusebii Ep.

aut Cæsareæ unquam fuerit Julianus,

q Videtur consuetudinis fuisse... ut vel acceptio vel traditio nonnullorum frugum cujusvis fundi, ad quem Imperator advenisset, aut occupatio haberetur, aut missio in possessionem: ut deinceps vel Principi cederet, si is quidquam de alicujus privati agro sibi poscisset; vel in jus alterius, velut Principe E donante transiret, si ipse de agro ad ipsum spectante, eo modo aliquid donasset. Ita Combefisius, probans exemplo Eudoxiæ, simili ratione excusantis, ablatum viduæ Theognistæ vineam.

r Vix dubito, quin auctor hujus Vitæ, quisquis tandem fuerit, incerto relato et mutatis rerum circumstantiis ea audiverit, quæ a Sozomeno ita narrantur: lib. 5 cap. 4. Sub idem tempus Imperator, Julianus, Cæsaream ad montem Argæum sitam, urbem amplam, locupletem, et regionis Cappadociæ primariam, ex numero civitatum delevit, et Cæsaris privavit nomine; quod quidem nomen regnante Claudio, cum Maza jam ante appellata fuisset, obtinuerat. Nam contra cives ejus civitatis dudum gravissimum odium conceperat; tum quod omnes fidem Christianam profiterentur, tum quod olim fana Jovis urbis patroni, et patrii Apollinis diruissent. Quin etiam universæ civitati graviter succensuit iratusque est, minatusque, quod templum Fortunæ, quod solum eo regnante supererat, a Christianis eversum esset; atque Gentiles, qui in ea urbe pauci numero erant, valde incusavit, quod illud facinus ulti non fuissent: et si forte calamitatis aliquid ideo subeundum esset, quod id non libentibus animis pro Fortuna tulissent: omnes præterea opes omnemque pecuniam ecclesiarum, tum in Cæsarea, F tum in confiniis ejus positarum, diligenter vestigari, inque medium afferri, atque statim trecentas libras auri ærario publico solvi, et Clericos omnes in numerum militum, qui Præfecto illius regionis parebant, adscribi jussit; quæ res et plurimum sumptus requirit, et in exercitibus Romanis magno probro ducitur. Itemque multitudinem Christianorum, una cum uxoribus et liberis, censeri; et non aliter atque in pagis fieri solet, tributa pensitare mandavit; cum jurejurando comminatus, neque ab ira se, neque ab affligenda civitate temperaturum, neque permissurum Gallilæis (sic enim Christianos per contumeliam appellare solebat) capita sua cervicibus retinere, nisi delubra idolorum quam primum de integro extruerent. Cujus minæ fortasse reipsa expleta fuissent, nisi celerius e vita migrasset. Hæc, inquam, Pseudoamphilochio, diu post rem gestam scribenti, confuso rumore audita, occasionem dare potuerunt comminiscendi ea, quæ de adventu Juliani Cæsaream et Basilii cum eo congressu narrata sunt. At neque ex Sozomeno sequitur Julianum Cæsareæ unquam fuisse: potuerunt enim omnia, quæ Sozomenus facta dicit, ab Imperatore Apostata per litteras a. Præfectos

qui illam nomine et jure civitatis privavit,

propter eversa fana infensus civibus,

gravique mala comminatus

A *Præfectos mandari, et ab his deduci ad executionem. Immo, si Nicephoro Calisto credimus, non est verosimile, Julianum unquam fuisse Cæsareæ : ita enim iste de impio lib. 10 Cap. 4.* Quas autem civitates in Christi religione ardentiores esse sciret, infestus eis fuit, neque ad eas divertere voluit. Et persæpe cum legationes ad eum, propter casum aliquem qui incidisset, provinciales mitterent, preces eorum rejecit.

An illius mors Basilio fuerit revelata

s *Cum pluribus Sanctis per varias orbis partes Juliani interitus divinitus innotuerit ; non foret creditu difficile, etiam* Basilio, *in solitudine Pontica versanti, impii interitum per revelationem innotuisse ; nisi contrarium suaderet ipsius Sancti et Nazianzeni silentium. Nam cum simul contra Apostatam, post necem ejus, scripta sua elucubrarunt ; quomodo id poterant præterire silentio, si quid ejusmodi factum fuisset. Apparitionis autem hic narratæ vacillat fides, propter Episcopatus anachronismum, qui etiam reperitur ex alia simili Legenda, in Chronico Alexandrino ad annum* 363, *hoc tenore :* Eadem nocte, quæ post Juliani mortem prima fuit, somnium vidit sanctissimus Basilius, Cæsareæ Episcopus, cœlos apertos et Salva-B torem Christum in throno sedentem, magnoque clamore dicentem : Mercuri, abi, occide Julianum Imperatorem, illum hostem Christianorum. Sanctus autem Mercurius, stans coram Domino lorica ferrea indutus, audito mandato evanuit. Rursus deinde visus est adstare coram Domino, exclamans : Julianus Imperator interfectus, mortuus est, ut imperasti, Domine. Territus eo clamore Episcopus Basilius e somno excitatur : illum enim colebat Julianus Imperator, ut virum eruditum et studiorum socium, crebriusque ad illum epistolas mittebat. Descendens deinde idem Basilius Episcopus, in ædem sacram ad preces matutinas, universo advocato Clero, visionis arcanum aperuit, et quod interfectus esset Julianus Imperator, hacque nocte obiisset : ii vero Episcopum rogarunt, ut hæc reticeret nemini que enuntiaret.

ut refertur in Chronico Alexandri.

Libanium non fuisse in Perside cum Juliano

t *Libanium Sophistam cum Juliano in Perside fuisse, non facile credam ; multo minus Quæstoris munus obiisse : neque enim ad tale munus aptus fuisse videtur Libanius, Sophistarum more talia parum curans, dummodo sibi esset bene : quamvis teste Eunapio non esset impar administrandæ Reipublicæ, et causis civilibus idoneus, etiam ad audiendum perficiendumque alia nonnulla, quæ in theatro spectatorum animos delinire* C *demulcereque possent. Cum enim sequentes Imperatores amplissimum illi dignitatis gradum detulissent (nam salutatum Palatio Præfectum eo honore fungi jusserant) noluit accipere, dictitans, Sophistam illo majorem esse. Equidem nescio qua auctoritate asserat Eunapius, sequentes Julianum Imperatores amplissimas dignitates Libanio obtulisse ; cum Jovinianus ipsum occidere voluerit, et Imperante Theodosio senex esset. Quis autem credat quod hic ultimus, qui nec militem in exercitu habere volebat non baptizatum, voluisset impium idololatram evehere ad dignitates? Nec de Valente, quamvis Ariano, credibile est quod voluisset honoribus cumulare tam familiarem amicum Juliani Apostatæ, cujus impietatem ita detestatus fuerat, ut prætenderit cingulo militari potius, quam Christiano nomini renuntiare. Si tamen credamus Eunapio, recusatam a Libanio præfecturam palatii ; quomodo hic admittere voluisset Quæstoris munus. Audiamus nunc de seipso loquentem Libanium, quid sibi contigerit in Juliani Persica expeditione.* Quod ad reliquum tempus, quod hinc effluxit, *inquit*, usque ad expeditionem adversus Persas, alios alio pacto affecit : sed mihi majus apud illum amoris attulit : siquidem perseveravit hoc in ore habere ; Munus tibi conferam excedens, quod non quemadmodum alia fugere possem. Quare cum cœnavissemus (coactus enim ab illo fueram) Mi homo, D inquit, tempus est, ut munus accipias. Equidem conjicere non poteram quidnam istud foret ; ille vero subjecit : Videris mihi in Oratorum album ob sermones transcriptus, ob actiones vero in Philosophorum numerum relatus. His dictis oblectatus sum, ut olim Lycurgus ob responsum Dei oraculare de se ipso : enimvero hæc ab eo, qui cum diis conversabatur, dicta fuerant. Porro præmissis e Senatu, qui precarentur ut Tarsensibus dimitterentur crimina ; dixit, se concessurum urbi Cilicum, si Deus ipsum servaret : et, Profecto mihi perspicuum est, inquit, quid ad hæc eventurum sit, ut in legatione functuro spem vestram collocetis : hunc autem ipsum illuc proficisci mecum oportebit. Tum amplexatus lacrymantem non lacrymans, jam Persarum mala cernens, postremis litteris scriptis, finibus Imperii excessit, agros depopulans, castella et propugnacula capiens, fluvios trajiciens, muros concutiens, urbes expugnans : atque horum singula nullus nuntiavit ; sed nos gaudio spectantium gaudebamus, ea quæ jam fiebant, porro etiam factum iri credentes, cum in virum inspiceremus. Verum fortuna suas partes egit. Nam cum exercitus cædibus et fuga Persarum ovaret, certaminibus gymnicis et equestribus quæ a E propugnaculis spectabant Ctesiphontis habitatores, cum muri crassitudini confidere non possent ; et Medus decrevisset legatione et muneribus supplicare (quippe a ratione alienum esse censebat, cum viro, qui Deus quidam erat, pugnare) jam legatis equos conscendentibus, prudentissimi Regis virtus, hasta lumbo proscisso, rigavit sanguine ab eo qui vicerat effuso, terram hostium superatorum ; effecitque eum qui terrore cohorruerat, persequentium dominum : quandoquidem a transfuga quodam discere Persæ licuerat, in quo fortunæ statu esset. Nobis autem Antiochensibus hominum certe nemo, sed terræmotus calamitatis indices fuerant, qui urbes Palæstinæ-Syriæ quasdam ex parte quasdam totas subverterant. Etenim Deus nobis cladibus magnis magnum infortunium significare videbatur : optantibus vero nobis ne vera opinaremur, acerbum tristis nuntii telum aures penetravit, Julianum illum in sandapila ferri, et sceptrum a nescio quo obtineri ; Armeniam autem Persarum esse, et quantumcumque agrorum reliquorum vellent. Quapropter statim in ensem oculos conjeci, quasi vita F acerbior omni jugulatione futura esset. *Ita Libanius in oratione de vita sua. Atque ex his colligitur; Libanium, nec Quæstorem Juliani fuisse, nec comitem in expeditione Persica, nec vidisse somnium mortis ejus præsagum ; sed necem Apostatæ et cladem Romanorum Antiochiæ duntaxat intellexisse, simulque spectasse in sandapila deferri cadaver, sepeliendum Tarsi Ciliciæ. Videtur porro Pseudoamphilochius ejusmodi somnium affingendi Libanio occasionem sumpsisse ex Sozomeno, qui lib. 6 Cap. 2 de aliquo ex Juliani necessariis ista narrat.* Dicitur enim, cum ad Julianum, qui erat in Perside, ire maturaret, in loco quodam : qui erat in via publicata situs, diversatum ; et ædium penuria coactum, in ecclesia quæ ibi erat dormivisse, et secundum quietem vel rem gestam vidisse, vel saltem somniasse. Complures ex Apostolis et Prophetis in unum coactis, graviter de Imperatoris contumelia adversus ecclesias facta, conquestos esse, inivisseque consilium, quid in hac causa faciendum esset. Ac cum ea de re esset deliberatum, et adhuc eorum animi velut in dubio versari viderentur ; duos e medio surgentes cohortatos reliquos, ut bono animo essent ; properereque, tanquam ad delendum Juliani imperium e concilio egressos. Hominem illum, qui has res tam

ipsemet probat ;

scribens quod ejus necem intellexit Antiochiæ

pene desperabundus ;

diversus etiam ab illo,

multo minus in qualitate Quæstoris,

cui mors Apostatæ revelata fuit in itinere ad ipsum,

A tam admirabiles contemplatus fuerat, iter de cetero neglexisse : atque dum metu perculsus, hæsitaret,* quis hujus visionis exitus futurus esset, secundo eodem in loco somnium cepisse, vidisseque eumdem Apostolorum et Prophetarum conventum : atque ex improviso, velut e via in concilium ingressos illos, qui superiore nocte ad Julianum expugnandum abierant, ceterisque nuntiasse eum occisum esse. *Putarit forsan Pseudamphilochius, istum de quo hic agit Sozomenus, Juliani necessarium, cui talis visio obtigerat, fuisse Libanium Sophistam; in quo ipsum, si hoc senserit, errasse manifestum est ex eodem Sozomeno : qui lib. 6 Cap. 1 aliam Libanii opinionem de Juliani morte refert. Combefisii conjectura est, duos fuisse Libanios, Quæstorem unum, alterum Sophistam : et hic Sophistæ nomen Quæstori temere additum a librario quodam. Ita ille credibilem hanc narrationem reddere nititur, temeraria, ut mihi quidem videtur, conjectura, qua plures fabellæ a fabulositate eximerentur. Interim fatetur ipse, hæc nullo modo de Libanio Sophista intelligi posse.*

u *Æni moali mihi simile est, dum locus audientium, tam prope ad altare statuitur, ut inde in Sacrarium* B *nullus posset introspicere. Unde Combefisius putat designari locum, fidelibus mulieribus destinatum sed neque hic, saltem in majoribus ecclesiis, tam prope ad altare erat. De motu columbæ in signum adventus Spiritus sancti, alibi nihil invenio, nec satis intelligo an sponte et miraculose moveretur, an vero a ministro, ut apud nos pulsatur campana; et si miraculose, an omnibus passim id pateret, an Basilio tantum. Si* Basilio *tantum, miror nihil tam singularis miraculi meminisse Nazianzenum et Nyssenum : si omnibus, magis miror, nullam alibi exstare ejus rei memoriam.*

x *Seposita pæ gratis affertur a Combefisio conjectura de duobus Libaniis, omnino falsum est Sophistam unquam conversum fuisse, aut post mortem Juliani venisse Cæsaream : nam Antiochiæ ejus orationem funebrem dixit, ut ipse de se testatur.* Visum est, *inquiens,* partium mearum esse, ut funebri oratione fato functum cohonestarem. *Præterea narrat se vitæ periculum sub Joviniano incurrisse, quia nimium laudabat Julianum.* Postea rursus, *inquit,* vir barbarus irritavit in me Principem ; cum diceret, me finem non facere lugendi plagam ejus qui occubuerat. Proinde Imperator male me perdere cogitabat ; mœroris pœnam exigens. Sed vir quidam probus Cappadox, condiscipulus olim meus, qui magnus erat apud illum, intercessit. *Mirum tamen non sit, Pseu-* C *doamphilochium credidisse, Libanium Sophistam ad fidem conversum, ob amicitiam, quam* Basilius *per litteras cum eo coluit, tamquam cum Sophista et viro erudito.*

nec unquam Christianus.

y Ciborium, *umbraculum altaris, quatuor columnis innixum, cujus apud Anastasium in Vitis Pontificum creberrima mentio, de hoc vide Cangium in utroque Glossario, Græco ac Latino Barbaro, sæpe etiam* Cyborium *scribitur ; et hanc originariam esse scriptionem vix dubito, ἀπὸ τοῦ Κύβου,* Cubo *propter formam cubicam, id est, quadratam.*

CAPUT III.

Decretum exilii sub Valente impeditum, hujus filii interitus. Chirographum magicum dæmoni extortum. Anastasii Presbyteri sanctitas. Adventus S. Ephrem ad Basilium.

Quidam igitur de relictis Gentilibus *a*, quin et ex Arianis calumniam apud Valentem Imperatorem Basilio struunt, tamquam fidem Consubstantialis gloria efferret, Arianorum autem hæresim abominaretur et despueret. Iis ob animi levitatem persuasus Valens, illum ad se Antiochiam accessit. Cum autem Anastasius *b* Quæstor advenisset Cæsaream, Basilioque injuncta sibi ab Imperatore exposuisset ; ait Basilius : Etiam ego, fili, ante non paucos dies cognovi, quomodo Imperator, stultis hominibus fidem habens, deportationis meæ typum exaraturus, tres contriverit calamos ; atque insensati calami impotentem illius impetum inhibuerint (cujus tota cupiditas est, ut veritas obscuretur, et mendacium obtineat) secum melius actum iri existimantes, ut confringerentur, quam ut iniquæ ejus sententiæ deservirent.

D Basilius in exilium mittendus b

divinitus novit tres confractos calamos ne legem signaret Imperator.

41 Ubi igitur advenit Antiochiam, ad Præfectorum tribunal adducitur. Interrogatus autem, cur fidem Imperatoris minus amplecteretur : respondit multa cum libertate Dei Hierarcha : Absit ut viam veritatis deseram, Arianorumque errorem et hæresim amplectar: quippe didici a Patribus, Consubstantialis fidem amplecti, et honori habere. Ubi Præfectus mortem ei minatus esset, ait Basilius : Faxit Deus, ut pro veritate absolvar vinculis corporis ; nam diu est ex quo id cupio : nisi tamen ipsi mendaces estis in præstandis promissis. Porro Præfectus pugnacem viri renitentiam et immobilitatem propositi Imperatori significans, ait : Victi sumus, Imperator : vir enim minis superior est, inflexibili duroque et saxeo animo.

Antiochiæ coram tribunali

E ad martyrium se offert,

42 Cum autem Imperator ita effervescens deliberaret, quo eum mortis genere interfecturus esset ; contigit, ut ejus filius in morbum divinitus illatum incideret, ita ut medici spem salutis abjicerent. Porro mater Imperatori supplex accidens, dixit : Quam male erga Deum ejusque Sacerdotem Basilium habes ? En moritur et ipse puer. His auditis, Imperator Basilium accersivit, aitque ad illum : Si vera sunt quæ doces, iisque Deus delectatur ; precibus tuis filii mei morbum depuleris. Tunc ille : Si credideris rectæ fidei, Imperator, teque Ecclesiæ Dei adjunxeris, vivet filius tuus. Illo promittente, primo suo adventu, Magnus Basilius, nulla mora, morbum leviorem fecit. Qui autem Imperatori asseclæ erant hæretici Episcopi, victoriæ probrum non ferentes, auctores fuerunt, ne a sententia discederet, sed se religioni eorum adjungeret, perque ipsos puero sanitatem pararet. Quo facto, mox puer, in manibus illorum, animam efflavit. Ubi porro Quæstor hæc vidisset, post mortem Valentis, res viri præclare gestas Valentiniano *c* Imperatori nuntiavit. Ille audiens stupensque, glorificavit Deum : multis porro pecuniis eidem Quæstori datis, misit ad Basilium in usum egenorum *d*. Basilius autem magnum Imperatoris animum suscipiens probansque, pias domos tum in urbe, tum in singulis provinciæ partibus extruxit, refocillandis infirmis ; iisque viros multos, et mulieres puerosque, plurimam eis curam levamenque adhibens, in lectis posuit. Ubi vero Imperator audivit ; multos reditus in eorum sumptus et sustentationem, Christi Hierarcham et Pontificem ceu patrem honori habens, largitione dedit.

Filius Valentis infirmus

ob patris perfidiam moritur

F c Basilius muneribus a Valentiniano acceptis, d nosocomia extruit

43 Helladius *e* sanctæ recordationis, qui ipse inspector et minister fuit miraculorum ab ipso patratorum, quique post obitum conserti honore Apostolis Basilii, ejus Sedem successor accepit; vir admirandus, omnique virtute cumulatissime ornatus, mihi retulit. Senator quidam, vir fidelis, Proterius nomine, cum ad sacra et veneranda loca, una cum filia sua perrexisset ; velletque illic puellam tondere, atque in sacram aliquam monasticam ædem traditam Deo sacrificium offerre ; æmulatus homicida ille ab initio diabolus divinos viri mores Deoque acceptum

e

Senatoris filiam concupiscens famulus,

A acceptum propositum; concitavit Senatoris famulum quemdam, inque puellæ amorem succendit. Is porro, indignus qui rem tantam moliretur; veritusque vel attingere quod erat propositum; alloquitur unum ex detestandis maleficis, multam summam auri præbiturum pollicitus, modo ipso agente, in potestatem puellam acciperet. Veneficus vero ait ad eum: O homo, impar ad hoc virium existo: sed si vis mittam te ad provisorem meum diabolum, et ille faciet voluntatem tuam, si tu modo voluntatem ejus feceris. Qui dixit ad eum: Quæcumque dixerit mihi, *et a venefico* faciam. Ait ille: Abrenuntias Christo in scriptis? Dicit ei: Etiam. Porro ad eum iniquitatis operarius: Si ad hoc paratus es, cooperator tibi efficiar. Ille autem ad ipsum; Paratus sum, tantum ut consequar desiderium.

44 Cum itaque maleficii minister epistolam conscripsisset ad diabolum, ei tradidit hoc tenore et *ad diabolum cum epistola missus,* sententia: Quoniam par est, ut tamquam domino et provisori meo studeam, enitarque ut a Christiana religione abstractos amicitiæ tuæ admoveam, quo tua pars impleatur; misi ad te præsentium latorem, puellæ cupiditate sauciatum; impensiusque rogo, ut voti compos fiat; quo et in hoc glorier, majorique alacritate tuos amatores congregem. Data vero ei B epistola, dixit: Vade tali hora noctis, et sta supra monumentum Pagani hominis, chartamque tolle in aera; et præsto erunt, qui te ducturi sunt ad diabolum. Is tota promptitudine quod injunctum erat gerens, in miserabilem illam erupit vocem, diaboli invocata ope. Continuo autem adstiterunt principes *Christo et Baptismo renuntiat,* potestatis tenebrarum, spiritus nequitiæ; magnoque gaudio deceptum suscipientes, in locum abduxerunt ubi diabolus erat; atque ostendunt sedentem in solio excelso, quem spiritus nequam in orbem circumstarent. Acceptis vero venefici litteris, ait ad miserum: Credis in me? Ait: Credo. At ille; Nega Christum tuum. Dixit ille: Nego, Ait ipsi diabolus: Scelesti estis vos Christiani, et quidem quando me opus habetis, venitis ad me: ubi autem assecuti estis quod est in votis, me negatis, et acceditis ad Christum vestrum; qui cum sit bonus, vos suscipit. Enimvero fac scripto tum Christi tui et baptismatis spontaneam abrenuntiationem, tum liberam in me in secula cautionem, quodque mecum sis futurus in die judicii, mecum parata mihi æterna percepturus supplicia, moxque impleo vota tua. At ille manu propria scriptum edidit, quale fuerat rogatus.

C 45 Post hæc vero animarum vitiator draco destinat dæmones fornicationi præpositos, iique puel- *dato chirographo,* lam in viri amorem incendunt. Illa autem seipsam in solum jactans, cœpit clamare ad patrem: Miserere mei infelicis, quam hujus pueri desiderium dirius excruciat. Compatere visceribus tuis; ostende in me unigenitam tuam, affectum paternum; mihique conjugio copula adolescentem, quem elegi. Quod si nolis præstare, videbis brevi amarissima sublatam morte. Deoque rationem pro me dabis in die judicii. Pater autem cum lacrymis dicebat; Heu mihi peccatori! Quid hoc miseræ meæ filiæ accidit? quis meum thesaurum deprædatus est? quis filiæ meæ injuriam intulit? quis dulce oculorum *ac suo potitur voto* meorum lumen extinxit? Equidem, qui te Christo sponso cœlesti desponsare statuissem, Angelorumque contubernalem facere, ac in eo posuissem studium ut in psalmis et hymnis et canticis spiritua- *et obtinet sponsum:* libus cantares Deo, per te consecuturum me salutem sperabam; tu autem in lasciviæ œstrum insanisti. Sine ut, sicut volo, inito pacto, Deo conciliem, nec meam ad inferos cum tristitia deducas senectutem, ac neque parentum tuorum nobilitatem confusione operias. At illa floccipendens patris verba, perseverabat clamans; Pater, aut fac desiderium meum, D aut post pusillum videbis mortuam. Pater itaque in *INTERP. COMBEF.* magna animi angustia constitutus, abundantiorique tristitia absorptus, amicorumque consiliis acquiescens; monentibus illis ac dicentibus, præstare voti compotem fieri, quam ut sibi ipsa vim inferret; consensit indulgere magis desiderio filiæ, quam ut se malæ exitiosæque neci traderet. Adducto itaque quæsito adolescente, filiaque ac facultatibus omnibus eum impertitus, dixit: Salva sis, filia, vere misera; multum postmodum pœnitens lacrymaberis, cum nihil pœnitendo proficies.

46 Porro nefando conjugio celebrato, impletaque diabolica fabula, nec multo lapso tempore: ob- *quæ mariti scelus edocta,* servantibus quibusdam deprehensum est, quod adolescens non ingrederetur ecclesiam, neque immortalia vivificaque Sacramenta attingeret: dictumque est miserandæ uxori ejus; Noveris quia maritus tuus, quem elegisti, non est Christianus, sed extraneus a fide et penitus alienus. Illa igitur tenebris et dolore plena, jactavit se in pavimentum; cœpitque seipsam unguibus laniare, et tundere pectus, atque clamare: Nemo umquam, qui parentibus inobediens fuit, salvus factus est. Quid expectabam misera? Quis patri meo annuntiabit confusionem meam? E Heu me infelicem! in quod perditionis barathrum descendi? ut quid sum nata? aut cur nata, non statim abrepta sunt? Cum ergo vir ejus, errore deceptus, sic ejulantem novisset; venit ad eam, asseverans non ita esse. Illa nonnihil refrigerii ex verbis ejus delusoriis capiens, ait ad illum: Si me et miserabilem meam animam vis certiorem reddere; cras, ambobus pari consensu in ecclesiam profectis, præsente me intemerata Sacramenta sumas, sisque poteris facere certam fidem et satisfacere. Tunc ille coactus dixit quod rei caput erat.

47 Protinus ergo, muliebri infirmitate deposita *Basilium adit,* bonoque consilio inito, currit illa ad pastorem, et discipulum Christi Basilium, clamore adversus impietatem sublato; Miserere mei, miseræ, Sancte Dei; miserere mei, Christi discipule, quæ cum dæmonibus contractum feci: miserere mei, quæ patri meo inobediens fui. Sanctus vero ad illam: Quid tibi accidit mulier? At illa docet, quid res habeat. Porro Dei Sanctus, accersito puero, quærebat ab illo, num ita esset. Respondit ille cum lacrymis; Etiam, Sancte Dei: nam etsi ego tacuero, opera mea clamabunt: enarratque et ipse ab initio ad finem usque provectam diaboli fraudem. Tunc ait ei F Sanctus: Vis ad Deum nostrum converti? Qui ait: Etiam volo, sed non possum. Dicit ei Sanctus: Quid ita? Respondit adolescens dicens; *hic confessum loco sacro includit* Scripto abrenuntiavi Christo, et fœdus pepigi cum diabolo. Dicit ei Sanctus; Ne tibi sit curæ: bonus est Deus et pœnitentiam agentem suscepturus est: agit enim pœnitentiam super malitiis nostris. Porro puella ad ejus se pedes projiciens, obsecrabat verbis evangelicis; Domini et Dei nostri discipule, si quid potes, adjuva nos. Dicit Sanctus ad puerum: Credis salvus fieri? Ait ille: Credo, Domine; adjuva incredulitatem meam. Et confestim apprehensa ejus manu, et facto super illum Christi signaculo, fusaque oratione, reclusit quodam loco, intra sacra septa: dataque regula, cum tres dies una laborasset et se afflixisset, eum invisit; aitque illi: Quomodo habes, fili? At ille ait: In magna sum, Domine et serve Dei, necessitate: non enim fero clamores eorum, et terrores jaculaque, et missos lapides: tenentes enim manu propria editam schedam, mecum pugnant, dicentes: Tu venisti ad nos; non nos ad te. Ait illi Sanctus, Ne timeas, fili: tantum crede; et data ei esca modica, factoque rursum super

INTERP. COMBEF.

et post publicas pro eo preces,

super eum Christi signaculo et oratione, inclusit denuo. Post paucos vero dies visitavit et dixit: Quomodo habes, fili? Ait, Pater sancte, a longe clamores illorum et minas audio: nam non video eos. Et rursus, dato ei cibo et fusis precibus, clausit ostium, et discessit. Quadragesimo demum die eum adiens, ait illi: Quomodo habes, frater? Respondit ille: Bene, Sancte Dei: vidi enim te hodie in somnis pugnantem pro me: et vincentem diabolum. Mox ergo, facta de more oratione; eduxit illum, et duxit in cubiculum suum. Mane autem facto ubi convocasset tum sanctum et venerabilem Clerum, tum monasteria universumque Christi amantem populum, dixit illis: Filii mei dilecti, agamus omnes gratias Domino: ecce enim ovem perditam Pastor bonus, impositam humeris reducturus est ad ecclesiam. Et nos oportet pervigilem ducere noctem, et deprecari ejus bonitatem, ut ne vincat ille animarum corruptor. Hoc autem facto, prompteque et alacriter congregato populo, totam noctem, una cum bono Pastore, Deum deprecantur, clamantes pro eo cum lacrymis; Domine, miserere. Atque diluculo collecta cum ipso universa populi multitudine assumit illum Sanctus, tenensque dexteram cum psalmis et hymnis ducebat ad sanctam Dei ecclesiam.

dæmoni frustra reluctanti

48 Ecce vero diabolus, qui semper invidet, nec vitam nostram a tristitia liberam sustinet, cum tota exitiosa virtute sua adest; comprehensumque invisibili quadam ratione puerum voluit rapere de manu Sancti; cœpitque puer clamare: Serve Dei, adjuva me. Porro in tantum processit impudens renitentia, ut ipsum divinum Basilium una impelleret et contorqueret. Conversus itaque Sanctus ad diabolum, ait: Impudentissime et animarum lues, pater tenebrarum et perditionis, non tibi sufficit, quam tibi ipse tibique subjectis acquisivisti, perditio tua? non cessas etiam Dei figmento molestus esse? Diabolus vero dixit ad eum; Mihi facis injuriam, Basili, ita plane, ut multi voces ejus audirent. At Sanctus Dei ad ipsum: Increpat te Dominus, diabole. Ille vero ad eum: Mihi facis injuriam, Basili. Non ego ad ipsum abii, sed ipse ad me. Abrenuntiavit Christo suo, mecumque iniit fœdus; et ecce ejus scripturam præ manibus habeo, delaturus in die judicii coram communi judice. Sanctus autem Domini dixit: Benedictus Dominus Deus meus: non deponet populus iste manus de excelso cœli, donec scripturam reddas. Et conversus dixit plebi: Tollite omnes vestras manus in excelsum, clamantes cum lacrymis; Domine, miserere. Cumque populus staret ad longum tempus extensis manibus in cœlum; ecce scriptum adolescentis, in aere deportatum, atque in eximii Pastoris nostri manus depositum venit. Suscepto autem illo, gratias agens Deo, vehementiusque gavisus cum populo universo, dixit ad adolescentem: Cognoscis, frater, libellum? Ille vero ad ipsum: Etiam, Sancte Dei: manus propriæ scriptio est. Porro disrupta scriptura induxit in ecclesiam, admissoque ad sacrum Missæ sacrificium, perceptionem sanctorum Christi donorum indulsit. Facto vero vir sanctus magno convivio, universum Christi amantem populum officiose habuit et fovit. Ducto autem adolescente, et instructo, ac ei congrua data regula, reddidit uxori, indesinenter glorificantem et benedicentem Deum.

extorquet chirographum.

Basilius revelata sibi Presbyteri sanctitate

49 Etiam vero mihi hoc narravit præfatus egregius vir Helladius. Die quadam sanctus Pater noster et magnus Basilius, illustrato mentis oculo, profectus de civitate, nemini dicens quo esset iturus; priorque ipse egressus, et nos omnes præcedens, dixit nobis: Filii mei, sequimini me, ut mecum videatis Dei gloriam; exque discipulis admiremur magistrum. Mox ergo ut communis Pater noster de nostra civitate proficisci cœpit, agnovit virtute sanctissimi Spiritus, Anastasius Presbyter f; et dixit suæ, uxori quidem nomine, usu autem sorori: Ego vado ad culturam agri, Domina mi soror, sed surge et orna domum tuam; et circa nonam accepto thuribulo et cereis, occurre sola S. Basilio Archiepiscopo: venit enim, ut in nostram peccatorum domum divertat. Illa tremens super sermonis novitate, fecit quod docta erat. Erat porro hæc virgo honeste versata: jam cum annos quadraginta exegisset in illo conjugio, mysteriumque servasset, in opinione hominum sterilis erat. Cum autem debita modestia nobis obviam processisset, congruamque adorationem impertisset; primum quidem benedicitur a sancto Patre nostro; tum vero ait illi; Quomodo habes, Domina Theognia? Illa stupens ex nominis appellatione, ad eum: Bene, Sancte Dei. Dicit illi sanctus Pater noster: Ubi est Dominus Anastasius Presbyter, frater tuus? Dicit illi: Maritus meus est, Domine, et ivit ad colendam terram. At ille: In domo tua est, neque fatigeris. Perculsa igitur mulier in verbo isto; non tantum quod ex nomine appellasset; sed etiam quod uxorem quidem nomine, usu autem sororem, Deo afflatus Pater noster dixisset; vehementique admiratione attonita, ac timore tenta, cecidit in terram, clamans et dicens: Sancte Dei, ora pro me peccatrice, quia res magnas et admirandas in te contueor. Tum ille, fusis super illam precibus, primus ibat. Venientibus autem nobis in domum Presbyteri, etiam ipse obviam factus; honorabiles viri pedes deosculatur: at ille ei in Domino osculum dedit. Ait vero illi Presbyter: Unde hoc mihi, ut venerit Sanctus Domini mei ad me? Pater autem noster, ait illi: Bene te inveni, Christi discipule: eamus, et rem sacram faciamus. Erat enim ipse Presbyter quotidie jejunans, et (præterquam Sabbato et die Dominica) nihil contingens nisi panem et aquam.

f in conjugio virginitatem servantis,

eum domi suæ visit,

et celebrare jussum

50 Cumque perrexissemus in sanctam Dei ecclesiam, præcepit Presbytero, ut Missam celebraret. Ille autem ait ad eum: Sancte Dei, ut doces, quod minus est a meliori benedicitur. Dicit ei sanctus Pater noster: Ad reliquas tuas omnes virtutes, obedientia accedat. Consentiens autem Presbyter, adstitit ad sacra Missarum. Porro tempore elevationis vivifici corporis Domini nostri Jesu Christi, vidit Sanctus Dei et quidam de dignis, sanctissimum Spiritum, descendentem in specie ignis, circumdantemque Presbyterum et sanctum altare. Cumque communicassemus, et Deo egissemus gratias, redimus in domum Presbyteri: ciboque sumpto, dixit illi Sanctus Dei: Refer mihi unde thesaurus iste; et quæ est vita tua? Dicit ei Presbyter: Ego, Sancte Dei, homo peccator sum, publicis tributis obnoxius. Sunt porro duo juga boum; unum quidem ego domo; alterum vero meus mercenarius; et alterum quidem in ministerium cedit hospitum; alterum autem in obsequium tributorum: estque confamula hæc uxor mea, hospitibus ministrans et mihi. Ait illi Sanctus, Voca illam sororem, juxta quod est; mihique edicito reliquas tuas virtutes. Dicit ei Presbyter: Non habeo quidquam boni super terram, ab omni virtute extraneus sum. Dicit ei communis Pater noster: Surge, et eamus simul. Ducit vero eum in cellam unam domus ejus, et ait illi: Aperi januam. At ille: Ne, Sancte Dei, ne jusseris ingredi: quoniam usus est domus. Ait ei Sanctus: Etiam ego veni ad hunc usum. Cumque nollet Presbyter aperire portam, sermone aperuit admirabilis Pater noster: ingressusque morbidum illic hominem et ulcerosum, cui pleraque corporis membra defluerent, invenit, uno sciente Presbytero et sorore ejus. Dicit ei sanctus Pater noster: Ut quid voluisti

videt Spiritu sancto repleri;

ac leprosum quem in domo etiam habebat, invenit,

A luisti celare thesaurum tuum istum? Dicit ei Presbyter: Promptus est Domine et injuriosus, timuique ne forte in verbo offenderet. Dicit ei Pater noster: Bene circa ipsum certasti: sine vero, ut et ego hac nocte illi ministrem: quo per te etiam mercedem consequar. Dimisso autem Sancto in cella cum ulceroso, cui morbi vis vel vocem ademerat; clauso ostio, discessimus. Qui autem vulneribus medebatur, fusis super eum tota nocte precibus, supplicans Deo, qui morbum omnem et languorem sanat, curavit illum. Presbyter autem qui foris nobiscum erat, ait, Gloria tibi, Deus, qui facis voluntatem timentium te, et deprecationem eorum exaudis; en medicus sanum fecit infirmum. Et statim clamavit Sanctus, ut portam aperiremus; eduxitque ulcerosum integre sanum, non habentem cicatricem in corpore suo, expedite loquentem, et glorificantem Deum. Hoc autem grandi miraculo facto, reversi sumus in nostram civitatem cum gaudio, laudantes et benedicentes Deum.

sanat ipse ægro ministrans

51 Fratres, narrationem volo facere *g* de magno et celebri Basilio, et Ephrem *h* Syro. Et ea quidem quæ spectant ad Patrem nostrum, ipse vidi; quæ autem ad sanctum et eximium Ephrem, ex veraci ejus ore audivi: sic autem habent. Ubi celebris ille Ephrem, agens in deserto, qua ex Spiritus sancti illustratione vidisset, qua ex desiderio et percunctatione didicisset admiranda Patris nostri Basilii opera; Deum intente jugiterque orabat, ut ipsi revelaret, qualis Magnus Basilius esset. In extasim ergo raptus, videt columnam ignis, cujus vertex attingebat cœlum, voxque de cœlo audita, dicens; Ephrem, Ephrem: quemadmodum vidisti columnam ignis, ejusmodi est Magnus Basilius. Et statim adhibito interprete, velut rudis linguæ Græcæ, venit ad magnam ecclesiam celebris urbis Cæsareæ: ad quam ipsa magna Epiphaniorum solennitate perveniens, clamque ingressus, vidit procedentem Magnum Basilium; aitque socio suo; In vanum puto laboravimus, Frater iste enim, in tanto gradu positus, non est qualem vidi. Conspiciebat enim amictum stola candida; sacrumque circa ipsum Clerum, albis indutum et ei obsequentem. Stans ergo in secreto loco ecclesiæ, cœpit velut de proposito desperare, dicens intra se: Nos qui portavimus pondus diei et æstus, nihil profecimus; hic autem, in tanto comitatu, et honore humano, est columna ignis? Plane miror. Hæc itaque ipso cogitante, misit ad eum Sanctus C Archidiaconum suum, dicens; Vade ad portam quæ respicit Occidentem, ibique in ecclesiæ angulo reperies Abbatem, cucullam habentem in capite, cum quodam alio, raribarbium, pusillum, et cetera vultus ejus; dicesque ei; Quæso, ingredere in sacrarium: vocat te Archiepiscopus. Archidiaconus autem, discissa multo labore populi multitudine, venit ad locum ubi S. Ephrem constiterat, et ait illi: Benedic, Domine; velis ingredi in sacrarium; vocat enim te Pater tuus Archiepiscopus. Ubi autem intellexit per interpretem quod dicebatur, excusavit dicens: Erras, Frater; nos homines peregrini sumus, et ei ignoti. Rediens autem Archidiaconus, renuntiavit Magno Basilio. Porro dum Basilius libros sacros exponit populo, videt S. Ephrem linguam igneam, ejus ore loquentem. Atque rursum Magnus Basilius Archidiacono: Vade, et dic ei: Domine Ephrem, velis ingredi ad sacram altare: vocat te Archiepiscopus. Et abiens ad eum Archidiaconus, ejusque vestigiis impresso osculo, dixit illi: Domine Ephrem quæso; te accersit Pater tuus Archiepiscopus, ut ingrediaris in presbyterium. Sanctus ergo super his attonitus dedit gloriam Deo; ac reverentiam faciens, excipiensque ait: Vere Magnus Basilius. Vere columna ignis Basilius. Vere per D os ejus loquitur Spiritus sanctus. Rogavit vero Archidiaconum ut responderet; opportunius, post peractam rem sacram, salutaturum in secretario.

g h

B

S. Ephremo sub specie columnæ igneæ oblatus Basilius,

ipsum Cæsareæ clam a Dei ... cœlitus disce,

et ad se invitat venire in Sacrarium,

INTERP. COMBEF.

52 Post Missam vero ingressus Basilius secretarium, eo S. Ephrem accersendum curavit; dansque in Domino osculum, ait: Bene venisti, Pater filiorum deserti: bene venisti, qui in eo discipulorum Christi numerum auxisti, et dæmones expulisti. Sed quorsum eum tibi laborem suscepisti, o Pater? Venisti invisurus hominem peccatorem: largiatur tibi mercedem Deus, juxta tuum laborem. Ubi porro venerabilis Ephrem omnia in corde suo nata dictaque socio Abbati respondens enarrasset; Communionem in sacras manus suas accepit; Basilioque, pro hospitii religione, excipiente convivio, ait S. Ephrem; Pater, summe honorande, unam abs te deposco gratiam, et hanc mihi annuas velim. Ad quam Basilius: Jube, dic quæ videntur; multum enim debeo, maxime ob tui ad me adventus assumptum laborem. Et honorabilis Ephrem ad ipsum: Novi, Pater sancte, fore ut, si quæ a Deo poposceris, ipse præbeat. Cupio autem pro me roges, ut Græce loqui possim. Cui Basilius: Rem postulasti E excedentem vires. Quia nihilominus fide petisti, veni, Pater venerabilissime eremique præposite, et Dominum rogemus: potens enim est, ut faciat voluntatem tuam: nam scriptum est; Voluntatem timentium se faciet, et deprecationem eorum exaudiet, et salvos faciet eos. Cum autem diu orassent, ait Magnus Basilius: Cur, Domine Ephrem, sacram Sacerdotii ordinationem, tibi congruam, non accipis? Cui Ephrem per interpretem: Quia peccator sum. Respondit ei Magnus Basilius: utinam et ego talis peccator essem! dixitque ad eum: Flectamus genua; et cum humi prostrati essent, imposuit Hierarcha manus Sancto Ephrem; recitansque orationem Diaconi, dicit ad ipsum; Quæso te; nos erige. Atque tunc soluta et expedita ejus lingua, dixit S. Ephrem clare lingua Græca: Salva, miserere, resuscita, et custodi nos Deus tua gratia. Et impleta est Scriptura: Tunc saliet sicut cervus claudus, et aperta erit lingua balbutientium. Cumque ille ex tempore omnia Græce loqueretur, ipsa hora glorificaverunt Deum, qui omnia potest et exaudit preces timentium ipsum. Spiritali itaque lætitia cum illis triduo refectus, ordinatisque interprete in Diaconum, et ipso in Presbyterum *i*, eos dimisit in pace, glorificantes Deum, in omnibus quæ viderant, sicut F dictum est ad eos.

ubi ei sacram Communionem impetit,

et mensæ adhibito

Ps 144, 9

impetrat scientiam linguæ græcæ.

Is 35, 6

Presbyter ordinatur. *i*

ANNOTATA ET CENSURÆ F. B.

a *Ad Gentiles parum spectabat, sive Consubstantialis fidem defenderet Basilius, sive non. Ceterum quæ hic acta narrantur Valentem inter et Basilium illiusque ministros, desiderantur apud Rosweydum, et longe aliter data fuerunt ex Nazianzeno in Vita*

b Anastasium Præfectum *vel* Quæstorem, *ubi nominatum invenerit auctor, equidem ignoro. Alii omnes Præfectum* Modestum *vocant, isque tum notus fuit vero Amphilochio, ut in nomine ejus errare non potuerit. At Combefisius, cum sæpius tentata sit sub Valente Basilii constantia, putat, inter varios adhibitos ministros, aliquam aut Prætorem aut Exactorem fuisse* Anastasium, *ob auctoritatem scilicet Amphilochii.*

c Valentinianum juniorem *intelligendum hic monet Combefisius; senior enim ante Valentem obiit.*

d *Fundi, a Valente Basilio ad hospitalis sustentationem dati, forsan occasionem hæc comminiscendi præbuerunt: neque enim post Valentis obitum tamdiu in vivis Basilius fuit, ut ea facere moraliter potuerit;*

quæ

INTERP. COMBEF.

A *quæ fecisse dicitur post acceptas a Valentiniano pecunias.*

e Helladium *Basilii in Episcopatu successorem fuisse, omnibus est indubitatum : Vitam decessoris ab illo conscriptam, credimus (ut par est) S. Joanni Damasceno, qui utinam ad nos tantum transmisisset thesaurum ; eum enim videtur præ oculis habuisse, cum locum inde unum descripsit in Oratione pro sacris Imaginibus. An vero ea, quæ hic narrantur, ex Helladio sint, lector judicet. Potuit enim fieri, ut eo quo Pseudoamphilochius scripsit tempore, fragmenta quædam Helladii exstarent, quæ ipse retulerit in Basilium suum. Quod attinet ad Proterii filiam, a dæmone in amorem juvenis concitatam, simile quid contigisse B. Mariæ Antiochenæ referimus tomo 7 Maji die 29 pag. 52. Mihi tamen verosimilius est, eumdem qui Amphilochium mentitus est, mentiri etiam Helladium potuisse.*

f *Historiæ hujus imposturam non immerito patefieri putamus ex eo, quod omnia, quasi per pios dolos, ut comicis mos est, descripta sint ; quæ a gravitate Basilii in agendo, et Helladii in scribendo abhorrent. Quin, ostendat Combefisius, si possit, quomodo Anastasius Presbyter, tam sanctus et Deo plenus, possit ex-*
B *cusari a mendacio ; cum numero 49 narratur dixisse uxori suæ,* Ego vado ad culturam agri, *et tamen inscia illa domi manserit, ubi paulo infra dicitur inventus a Basilio ; et numero 50 jussus Anastasius aperire ostium conclavis, in quo servabatur homo ulcerosus, dixit esse necessaria domus.*

g *Videtur hic rursus narrationem resumere Pseudoamphilochius.*

h *Congressus* Ephrem *cum Basilio dabitur infra ad Vitam ejus, ex Nysseno et ipso Ephrem, omnino aliter quam hic narretur ; ex quibus colligere lector poterit, quænam hic referantur omissa ab Ephrem et Nysseno ; judicabitque, an verosimile sit, omittenda fuisse, si contigissent : exempli causa de apparitione columnæ ignis.*

i *Præcecessores nostri 1 Februarii, in Commentario prævio ad acta S. Ephrem Syri* § III, *de gradu ejus ecclesiastico disputantes, judicarunt nihil obesse, quo minus Presbyter ordinatus credi posset, si constaret Vitam hanc ab Amphilochio scriptam esse : nam objectis a Baronio satisfacit Combefisius hic. Verum cum hæc Acta Amphilochii non sint ; nullum superest fundamentum asserendi, Ephrem Presbyterum fuisse : potuit enim ab hoc auctore, aut alio simili, decipi auctor Menologii Basilii Imperatoris.*

C

CAPUT IV.

Restituta orthodoxis Nicænis ecclesia. Castitas Petri Sebasteni probata. Peccatricis et Judæi Conversio. Mors.

a Valentis permissu

Ariani Nicæna ecclesia pellunt Orthodoxos

Post Valentis Deo exosi adventum ad nos, qui avus *a* fuit Juliani Apostatæ, revertente ipso ad beatissimam Constantini urbem ac transeunte Nicæam, accesserunt ad eum principes Arianæ hæresis, flagitaruntque, Consubstantialitatis assertores sancta catholica ecclesia deturbari, eisque ipsam tradi. Porro tyrannus et indignus purpura, qui execrandæ illorum hæresis antesignanum ageret, petitis annuit ; depulsoque militari manu orthodoxo populo, ecclesiam tradidit Arianis. Mœrens itaque animo pius omnis populus, diu noctuque orabant Deum, ut ne ejus ecclesia stabulum fieret et sentina hæreseon. Pergit itaque Nicæam, communis ecclesiarum præses Basilius ; ad quem concurrens universa orthodoxorum multitudo, multo clamore expostulant Imperatoris injuriam. At ille ad eos : Ne, dilecti filii, ploraveritis : haudquaquam enim istud Deus in D
finem permittet : sustinete vero longanimes ipsius misericordiam.

inter quos arbiter statutus Basilius

54 Porro, ingressus Constantinopolim, ubi Valentem Imperatorem vidisset, dixit : O Imperator, Ps 98
Honor Regis Judicium diligit : aitque Sapientia, Judicium Regis Justitia. Cur ergo præsumpsit tua Dominatio, orthodoxis sua ipsorum ecclesia pulsis, male sanos in fide in eam mittere. Ait Valens ad eum : Rursumne, Basili, ad contumeliam versus es ? Ea res tibi non congruit. Ait Sanctus : Congruit mihi, ut pro justitia bonoque etiam moriar. Imperator ad eum : Vade, tu esto inter utrosque judex : vide tamen, ut ne affectioni ad populum tuum concesseris : non enim decet. Ait ille Imperatori : Si habueris quo reprehendas judicium meum, juste et me exilio relega, et illos expelle, ecclesiamque victoribus tribue. Abiens itaque Nicæam cum litteris Valentis, admonuit Arianos et dixit : Ecce Imperator mihi injunxit, dicens : Vade et juste inter Arianos, et qui sapiunt Consubstantialitatem, super ecclesia, quam armata ipsi manu rapuistis, judica. At illi : Sed ex Imperatoris sententia. Tum ille : Venite, ipsique et Orthodoxi ; clausaque, et utrorumque sigillis munita ecclesia, datisque custodibus, E
vos primi euntes, precamini diebus tribus, et tribus noctibus, tumque ad ecclesiam proficiscimini. Quod si illa precibus vestris aperta vobis patuerit, maneat æternum vestri juris ; sin vero, etiam ipsi noctem unam ducemus pervigilem, ibimusque cum Psalmis supplicando ad præfatam ecclesiam : et siquidem nobis patuerit, erit nostra in perpetuum : sin vero neque nobis fuerit aperta, sic rursum vestra erit, utque vestram acceperitis. Placuit autem sermo ejus coram Arianis : qui vero videbantur esse Orthodoxi, velut non juste judicasset, reprehendebant. Multa itaque cautione ab utrisque adhibita, dati sunt custodes, qui diligentia omni custodirent sanctissimam ecclesiam. Cum itaque, juxta sancti Patris nostri Basilii decretum, Ariani tres illos dies noctesque precati essent, ac cum supplicatione ad sanctam Dei ecclesiam progressi essent, sicque a mane usque ad sextam fecissent, clamantes illud, Domine miserere, non est aperta ecclesia : fractaque animi contentione, abierunt re infecta.

et iis ipsam adjudicat, quorum precibus miraculose aperiretur.

cumque frustra Ariani orassent,

55 Ait autem sanctus Basilius *b* : Ecce fecistis, *b*
ut constitutum erat ; nec, ut accepi, vobis aperta est ecclesia : adhuc et ipsi precabimur noctem unam, et supplicando processerimus : quod si nec nobis fuerit aperta ecclesia, eam ipsi accipite juxta judicium meum. Assumens itaque sanctus Pater noster et Ecclesiæ præses, populum Orthodoxum, F
cum mulieribus et parvulis, foras civitatem egreditur, in templum sancti et gloriosi martyris Diomedis ; expletaque nocte pervigili, ac matutinis precibus absolutis, populum reducit, cantans illud, Sanctus Deus ; sanctus fortis ; sanctus immortalis, miserere nobis : ingrediturque sanctæ ecclesiæ *c* Ferulam, *c*
qua etiam Ariani intraverant. Atque populo : Tollite manus vestras in sublime cœli, contentoque animo clamate ; Domine miserere. Tum consignato populo, silentium indicit ; terque sanctæ ecclesiæ portas signat, et ait : Benedictus Deus Christianorum, in secula seculorum. Amen. Hac porro oratione contriti sunt vectes, et claves confractæ cum pessulis ; apertæque sunt januæ forti aura, et ad muros illisæ : ipseque deiloquus in illa verba : Tollite portas principes vestras, et elevamini portæ æternales, Orthodoxo populo comite, ingressus est in sanctam Dei ecclesiam : expletoque Missæ officio, dimisit populum cum lætitia et pace, glorificantem Deum, qui non despexit confidentes in ipsum : innumera autem Arianorum multitudo,

ad preces orthodoxorum patefit illa.

novo

A novo illo miraculo confirmata, abrenuntiavit hæresi, ac in orthodoxam fidem concessit. Ubi vero Imperator rescivit quod gestum erat, vituperavit quidem Arianæ hæresis nequitiam, nihil habens quo sancti et divina sapientis Patris nostri Basilii judicium carperet (Nam, inquit, etiam vobis amplius gratificavit) ipse tamen, jam olim motus sensibus cæcatusque cordis oculos, neque sic ut ad Dominum converteretur adjecit; sed mansit inflexus et obstinatus, tradens in bello spiritum, post magnam cladem ambustus in paleario, in partibus Thraciæ; eoque modo traditus est æterno igni in seculum seculi cruciandus.

d *Petrus Ep. Sebast. frater Basilii,*

56 Bene *d* olim divinus David, ceu perenni insculptum æri, immortali fama publicum fecit, dicens : Generatio rectorum benedicetur : gloria et divitiæ in domo eorum. Vere enim generatio recta et semen longævum, et gentilitas omnis Deo placita. Quod itaque in Petro, Patris nostri Basilii fratre, post Macrinam omnium magistram luci primum edito, gestum est signum seu miraculum, corroborante Domino nostro Jesu Christo, enarrare statuo. Petrus hic, secundus ille Petrus, ille post Petrum B principem ; illum Petrus Sacerdotalem Sebastenæ civitatis, benigna Dei nostri et Patris luminum providentia, adeptus Sedem; cum propria adest, uxore quidem nuncupatione, usu vero sorore. Eo Ecclesiam illam sapienter administrante, æmulatio turbatoribus animis excitantibus orta est : populum enim provocarunt dicentes; Nefas esse ut Episcopus suæ uxori cohabitaret; multaque consiliati contra normam sacrorum Canonum, ad nostrum Pastorem, orbe autem toto celebratissimum Basilium, quid res haberet informaturi, venerunt. Ille gaudio abundantiori profusus, ait; Bene, filii, veneritis : vado vobiscum ad rei probationem. Profectusque ibat cum illis ad Sebastenam metropolim : Petrus autem ipsius frater, adventu ejus cognito, ei occurrit ab octo milliaribus; exhibitaque debita reverentia, ac in Domino osculatus, gratiose subridens dixit fratri suo et Patri nostro Basilio : Tamquam ad latronem exiisti, Domine frater, cum turba, ut me caperes.

cum uxore tamquam sorore habitans,

apud hunc accusatur.

qui profectus Sebasten,

57 Cum autem essemus ingressi in urbem Sebastenam, fuissemusque precati in venerabilissimo templo Martyrum, multiplici corona illustrium quadraginta, ascendentibus nobis ad sacram Episcopi Domum, salutavit ille Dominam sponsam; et ait C illi : Salve, vera mea sponsa, seu potius Christi : tui causa totus nobis hic labor assumptus est. Ait illa : Sum in manibus tuis, honorabilissime Pater. Dominus occasiones facit : magno enim desiderio teneor amplexandi pretiosos tuos pedes : cujus rei compos effecta, gratias ago Domino meo. Faciet ergo, maximo mihi prosequendus honore meus Pater, in filiam suam, quæcum voluerit. Aitque ille fratri : Rogo te, Domine mi frater, ut una cum Domina sponsa mea dormias in sanctissima ecclesia. At ille ad eum : Faciam quidquid jusseris, sicut debeo : fecitque. Assumens ergo sanctus Pater noster nonnullos Deo afflatos et spiritales viros, quinque numero, ex quibus unus rem probe norat; etiam ipse in sancta ecclesia dormivit. Circa mediam autem noctem illos suscitans a somno ait : Quid, videtis circa fratrem meum? At illi : Videmus novum miraculum. Ille vero ; Quodnam illud? Responderunt : Videmus Angelos, ventilantes lectum ejus inculpabilem. Ait autem sanctus Pater noster Basilius; Nemini dixeritis quod vidistis.

videt Angelos ventilantes ad lectum utriusque;

58 Sequenti vero mane reversis nobis ad Episcopum, dixit; Tempus est, Domina mi sponsa, seu potius Christi, ut quod quæritur in palam fiat. At illa : Sum in manibus tuis, honorabilissime Pater. D Porro jussit Sanctus Dei, ut modius ferreus afferretur, plenus ardentissimis lampadibus, aitque; Explica, Domina mi sponsa, pallium tuum : et explicavit. Aitque iis qui bajulabant; Mittite in ipsum flammatissimas lampades; miseruntque. Tum ait sponsæ : Tene in hoc maphorio, donec tibi dicam. Aitque, Afferte adhuc lampadem aliam accensissimam : attuleruntque. Tum ille fratri : Explica, Domine frater, penulam tuam : et explicavit. Tum ille; Mittite in ipsum : et miserunt. Cum vero diutissime tenerent sic accensas lampades et starent, in stuporem actus populus super eo quod videbatur, clamare cœpit et dicere : Dominus conservabit Sanctos suos, et beatos illos faciet in terra. Projeceruntque accensas lampades; nec erat in eis vel fumi odor, neque vestimenta illorum ambusta sunt. Tunc adducens quinque sanctos viros, ait illis : Edicite quod vidistis in sanctissima ecclesia : narraveruntque populo, ut vidissent sanctos Angelos, ventilantes inculpatum eorum cubile : et glorificaverunt Deum, qui facit mirabilia magna et inscrutabilia. Cumque sanctus Pater noster Basilius, pacem in Domino dixisset; reversi sumus in nostram civitatem, glorificantes Deum, qui dedit potestatem talem hominibus. E

missoque in sinum eorum igne,

INTERP. COMBEF.

palam fac ipsorum castitatem.

59 Fuit temporibus sanctissimi ac beatissimi Archiepiscopi Basilii, heredis illius regni Christi, vasis electionis illius qui portavit Christi nomen coram gentibus et regibus et filiis Israel, sicut divinus et beatus Apostolus; mulier quædam, divitiis et nobilitate clara, reliquisque ad vanæ hujus vitæ obsequia comparatis supra omnes elata. Hæc statum vidualem amplexa, turpiter potestate abusa, seipsam gulæ luxuriæque mancipavit; nihil habens quo placeret Deo, sed seipsam instar porcorum volutans in luxuriæ cœno. Tandem itaque, dispensante Deo, immensa sua peccata animo repetens, menteque cœlitus illustrata, atque seorsim tacite agens, pensare cœpit multitudinem suorum peccatorum : dixitque lamentabiliter plorans; Heu me peccatricem et luxuriosam! quomodo immensa quæ peccavi confitebor et expiabo? Templum Spiritus sancti pollui; habitantem in corpore animam, coinquinavi : Heu me! projecta sum. Num sicut meretrix illa dicam, Miserere mei? aut sicut Publicanus, Peccavi, cum præsertim post baptismum peccaverim? Qui vero certior fiam, quod Deus pœnitentem suscipiet? Hæc porro ipsa cogitante, is qui vult omnes salvos fieri et ad agnitionem veritatis venire, et neminem vult F perire, in memoriam ei revocat, quæ a juventute deliquerat : sedensque, sua ipsius, a juvenili adusque senilem ætatem, peccata scripsit in charta : novissimum autem scripsit, quod dicebat magnum peccatum; chartamque bulla plumbea obsignavit *e*. Captato autem opportuno tempore, cum sanctus Basilius ad preces solitas in ecclesiam proficisceretur, clam præcurrens ad pedes ejus chartam projecit : seque in faciem ad ipsius pedes jactans, clamabat dicens; Miserere mei, Sancte Dei, quæ supra omnes sum peccatrix. Stans autem beatus ille Christi famulus, ab ea perquirebat causam gemituum. Tum illa : Ecce, Domine, mea omnia peccata et crimina in charta hac scripsi, et obsignavi : tu vero, Sancte Dei, ne signaculum bullamque moveris; sed solis precibus ea dele *f*. Qui enim hanc mihi cogitationem dedit, plane obaudiet pro me orantem. Magnus porro Basilius chartam elevans, et aspiciens in cœlum ait : Tuum, Domine, solius est opus istud : qui enim tollis peccatum mundi, facilius quoque unius hujus animæ crimina deleveris : omnia quippe nostra delicta, apud te numerata sunt : tua vero misericordia immensa est, et impervestigabilis His autem dictis, ingressus est ecclesiam, tenens chartam, seque jactans

Act. 9, 14

Peccatrix pœnitens

peccata sua inscribit obsignatæ chartæ

e

quam tradit Basilio,

f

qui facta oratione eam restituit

A ctans coram altari, totam noctem pervigilem in precibus egit; inque crastinum, per tota Missarum solennia, Deum obnixius oravit.

INTERP. COMBEF.

deletis peccatis, excepto uno :

60 Post factam autem missionem, accersivit mulierem; tradensque chartam, ait : Audistin' mulier, quod nemo possit peccata dimittere, nisi solus Deus? Ait illa : Audivi Pater, teque ideo ad intercedendum apud misericordissimum Deum solicitavi. Atque his dictis, chartam aperuit, totamque deletam invenit : quamquam non expuncto grandis illius peccati piaculo. Videns autem illa, concidit animo; tundensque pectus manibus, corruit ad pedes ejus, cum clamore dicens; Miserere mei, serve Dei altissimi : et qua ratione pro meis omnibus peccatis decertasti, ac fuisti exauditus, eadem quoque pro

pro quo delendo ad S. Ephrem missa,

isto supplica, planeque obliterabitur. Lacrymatus vero commiserationis affectu Archiepiscopus, dixit; Surge, mulier; nam et ego homo peccator sum, qui et ipse indulgentia indigeam. Qui delevit peccata tua, quot voluit delevit; potestque, qui mundi peccatum tollit, etiam hoc a te peccatum tollere. Si modo deinceps te a peccato continueris, viasque Domini ambulaveris, non solum consequeris veniam, verum etiam gloria dignaberis. Vade ergo in desertum, B inveniesque virum sanctum, inter omnes Patres celebrem, Ephrem *g* nomine. Huic trade chartam, isque orabit, et Deum propitium tibi faciet.

g

61 At illa valedicens Sancto, cucurrit ad desertum : confectoque longo itinere, pervenit ad præmonstratum locum magni illius Eremitæ; pulsansque ad januam clamabat dicens : Miserere mei, Sancte Dei. Ille præscius spiritu quam ob causam venisset, ait illi : Exi a me mulier, quia homo peccator sum, indigens et ipse adjutorio. At illa jactavit chartam, dicens : Misit me ad te Archiepiscopus Basilius, ut Deum pro me depreceris, quo peccatum in charta positum deleatur : delevit enim, ipse precatus, reliqua. Tu vero ne pigriteris pro unico ad Deum intercedere; siquidem ad te missa sum. Tunc ad eam Sanctus Dei : Ne, filia, ne ita : qui enim pro multis illis peccatis potuit Deum placare; etiam pro uno quod superat, facilius quam ego poterit. Vade ergo, ne tardaveris, ut pervenias ad ipsum, priusquam a corpore migraverit. Illa valedicens Sancto, rediit Cæsaream. Cumque ingrederetur in civitatem, occurrit sancti Basilii corpori, quod efferebatur : eoque viso se in terram jactare cœpit; ac, velut Sanctum in jus vocaret, dixit : Heu me, Sancte Dei, idcirco me in desertum misisti, ut liber a molestia proficiscereris : et ecce, re infecta, tam immenso itinere C frustra confecto, redii. Videat Deus, et judicet inter me et te : quod cum ipse potuisses Deum propitium facere, me direxeris ad alium. His cum clamore dictis, projecit chartam super capulum : rem minutatim universo populo narrans. Porro unus de Clero, scire volens quam grande esset illud peccatum, sustulit chartam; apertamque, totam deletam invenit; ac voce magna clamavit ad feminam, dicens : O mulier, munda est charta et expuncta. Qu'd vero, Dei in te, inenarrabilem misericordiam ignorans : affligeris? Viso itaque insigni miraculo, populus universus Deum glorificavit, qui in terra potestatem habet dimittendi peccata : quique tantam servis suis concessit gratiam, ut etiam post mortem languorem omnem sanent omnemque debilitatem, quin etiam ut peccata fideliter accedentium remittant.

ab eoque remissa,

Basilium mortuum invenit :

et a cadavere ejus recipiens chartam,

residuum peccatum deletum agnoscit.

Judæum medicum convertere conatur

62 Joseph. præstans peritia artis medicæ, valde probatus clarusque in illa fuit, summam quamdam adeptus ex pulsibus judicii certitudinem; ut nullo errore, ante tertium quintumve diem, morituros præsciret : utque verbo dicam, tantus erat, ut et medicis et philosophis invidiam moveret. Deo autem afflatus Pater noster, divina præsciens illustratione, quod in eo gerendum erat; ipsum impensius diligebat, crebriusque ad congressum vocabat; docens planam regiamque veritatis viam incedere. Cum itaque non raro hortaretur, moneretque ut abscederet a scelesta religione, Christumque baptismate sacro indueret; non admisit, dicens : In qua natus sum fide, in ea et moriar. At Sanctus Dei ad ipsum : Persuasum habe, Joseph, fore ut neque ego, neque tu vitæ præsentis turbinibus absoluti migremus, donec Dominus meus per aquam et spiritum te regeneraverit : fieri enim nequit, ut quis sine his intret in regnum Dei. Nonne etiam patres vestri baptizati sunt in Moyse, et in nube, et in mari? biberuntque de spirituali consequente petra? Petra autem erat Christus, qui novissimis diebus de Virgine incarnatus est, et propter nostram salutem factus homo, operatusque est miracula et morte a patribus vestris in carne affectus; sepultusque, die tertia resurrexit; et ascendit in cœlum, sedetque ad dexteram Patris : qui etiam venturus est, in magna gloria cum Angelis, judicaturus vivos et mortuos, et unicuique redditurus juxta opera ejus. Itaque nequit fieri, ut dictum est, ut quis intret in regnum Dei, nisi per aquam et spiritum : et nisi vivifica *h* antitypa intemerati corporis et sanguinis Christi E sumpserit.

D

ad Christum,

h

sed frustra,

63 Cumque Sanctus, talibus hortationibus uteretur, non sustinebat ipsum audire : ubi autem ei placuit, qui eum segregaverat ab utero matris suæ, ut susciperet sacratissimum baptisma; eum vir sanctus, jam vitæ hujus turbinibus eximendus, accersivit, prætextu nimirum scientiæ medicæ; aitque illi : Quid tibi de me videtur? Ille, ex pulsu sentiens ejus vires proximam minari mortem, jussit domesticis, ut opportunas sepulturæ vestes emerent; Nam, inquit, cito citius moriturus est. Ait ad eum Magnus Basilius : Nescis quid dicas. Dicit illi Joseph Hebræus; Credas, Domine, sol hodie cum sôle occidet. Ait illi Sanctus : Quid vero si non ante mane moriar? Dixit Hebræus : Non potest hoc esse : vix enim post horam erit anima tua in te. Verum dispone de tua Ecclesia et de rebus tuis : non enim, te vivo, dies hodie tenebrescet. Ait ei Sanctus : Quid si venero usque ad sextam mane, quid es acturus? Respondit ille, Moriar. Ait Sanctus; Etiam. Moriaris peccato, vivas autem Christo meo. Dicit ille : Scio quid velis, et faciam quod jubes, Pater sancte; si fuerit quod ais, terribili me sacramento obstringens fore, ut, si in crastinum vixeris, baptismum suscipiam. Rogavit ergo Deum admirandus Pater, ut ad salutem hominis vitæ sibi accessionem concederet; utque mulierem re infecta a S. Ephrem redeuntem susciperet. Voti autem compos effectus *t* Sanctus, mittit mane et accersit Hebræum. Ipse non credens, venit, plane existimans morti concessisse. Videns vero vivum, factusque in extasim, et ruens ad pedes ejus, ait : In veritate confiteor, magnum esse Deum Christianorum : quodque non sit alius Deus præter ipsum. Abrenuntio itaque inimicæ Christo religioni Judæorum, meque veritati fideliter adjungo. Jube ergo, honorande Pater, ut sine dilatione ipse omnisque domus mea Christi consigner signaculo. Ait illi Sanctus : Ipse intingam manibus meis cum tota domo.

donec contra ejus judicium

F

protracta vita,

t

eum convincit,

64 Rursumque accedens medicus, apprehensaque ejus dextera, ait : Elanguerunt tuæ vires, Domine : naturaque extremum debilitata fatiscit. Ait Sanctus : Habemus naturæ auctorem, qui nobis addat vires. Surgensque gressu contendit ad ecclesiam, et sub omnium præsentia, eum fidei sacramento tinxit, et domum ejus totam : vocavitque nomen ejus, Joannem : impertitusque vivifica Sacramenta, eum assumpsit et reduxit ad cubiculum suum : ciboque apposito,

et solenniter baptizat.

A sito, docuit quæ spectant ad vitam æternam, adjungens suo ovili novum militem cum uxore et filiis. Quod vero reliquum vitæ fuit, sacras ædes et hospitia pauperum lustrans, quæ sibi fuerunt donata a medico, et quæ de propriis reliqua erant, donavit. Circa nonam autem præsto fuit ad sacrificia Missarum in sacratissima ecclesia, una cum Cleri et Civitatis primoribus : cum quibus percepto iterum pane, dimisit eos, ac valedicens et deosculans in osculo sancto dimisit eos ; novum Christi pugilem universosque, commendans Christo Testamento autem sepeliri sanxit, cum tertia illa portione datæ sibi a Deo Communionis. Recumbensque in lecto, cum Eucharistia adhuc in ore, reddidit spiritum Domino ; adjunctusque est Pontificibus Pontifex ille, et Prædicatoribus magnum illud sermonis tonitru. Videns autem fidelis ex Hebræo medicus, ita Dei hominem et Pontificem magnum Basilium quievisse, quomodo dixerat ; proruens in ejus pectus cum lacrymis dicebat : Revera, Dei famule Basili, neque modo fuisses mortuus, nisi voluisses.

Condito testamento moritur,

65 Postridie autem convenit universa multitudo; ejusque corpori pretioso, quod totam materiæ obnitentiam superaverat, in sacratissimam ecclesiam B illato, justa fecerunt, omni unguentorum thymiamatumque obsequio. Audiens vero et Gregorius, Nazianzenus *k* Episcopus, adfuit et ipse festinus : vidensque pretiosas reliquias, in eas procidens, diuque lamentatus, hortatus ad preces populum, congruis honoribus gloriosam magni Pontificis memoriam prosecutus est, in hymnis et canticis spiritualibus ; duodecim Episcopis qui concurrerant, civiumque multitudine, sociam adhibentibus operam. Deposueruntque ipsum in capulo, in templo S. Martyris Eupsychii ; ubi etiam Leontius, ejus in Episcopatu antecessor, cum Sacerdotibus aliis dormit. Requievit autem, qui Angelicam vitæ rationem in terris instituerat Basilius, prima Januarii, *l* anni quinti Valentis et Valentiniani ; relicta Ecclesiis, quam Spiritus sancti virtute conscripsit compositque, mundæ suæ vitæ monumentum, librorum supellectili, ad gloriam et laudem Domini nostri Jesu Christi : cum quo Patri Gloria, una cum sancto et vivifico Spiritu ; nunc, et semper, et in secula seculorum. Amen. Habuit autem Basilius et tres fratres : Gregorium Nyssenum, Petrum Sebastenum, et Naucratium qui fuit Monachus. Magnus vero Basilius octo annis defunctus Episcopatu, peregrinatus C est ad Dominum ; postquam pravam omnem doctrinam hæreticorum, instar silvestrium ferarum, solo patrio abegisset *m*.

et honorifice sepelitur.

k

l

m

ANNOTATA ET CENSURÆ F. B.

a *De hoc Pseudoamphilochii errore egi ad Prologum : ubi annot 8 noto quod hæc historia de ecclesia Nicæna, Orthodoxis restituta sub Valente, omissa est ab Urso apud Rosweydum.*

b *Quam amplam habuisset Nyssenus materiam pro funebri simul et encomiastica oratione, qua fratrem* Basilium Eliæ *comparasset, Sanctum illum introducens cum Arianis pro ecclesia Nicæna decertantem, tamquam alterum Eliam cum sacerdotibus Baal super holocausto! Verum estne hæc credibilis historia, si fuerit ignota Nysseno?*

c Ferula *vestibulum, seu potius porticus ad ingressum Ecclesiæ.*

d Caput hoc, *inquit Combefisius,* ex unico codice repræsentamus, desiderante alio. *Etenim meretur, si quod aliud, ad fabulas relegari ; non, quod continentiæ probatio per ignem numquam fuerit adhibita : (dicitur enim tali miraculo probata uxoris virginitas a S. Demetrio inter Patriarchas Alexandrinos, duodecimo; et ab Abbate quodam, in Vita S. Joannis Eleemosynarii 23 Januarii num 85) sed quod tot fabulis et ineptiis exornatum sit, ut suam palam faciat falsitatem. Nam, ut omittam quæ consideranti patent, numquam vivente* Basilio Petrus *Sebastenum Episcopatum gessit, ordinatus anno saltem uno post mortem fratris : numquam* Petrus *Sebastenus Episcopus sponsam aut uxorem habuit : sed, a prima ætate per Macrinam sororem pie educatus et institutus, solitariam vitam et virginitatem coluit ; ut in Vita ipsius Petri a prædecessoribus meis ostensum est* 9 *Januarii. At Combefisius, certus Vitam hanc, saltem ut credibilem, eruditis obtrudere ; sicut alterum* Libanium *Sophistam, alterum Quæstorem Juliani excogitarat : ita nunc alterum inter fratres Basilii comminiscitur* Petrum, *inter liberos post Macrinam primum, qui ante Episcopatum Sebastenum, uxorem habuerit ; et alterum natu minimum, et prolem sanctorum Parentum* duodecimam (credo decimam *dicere voluisse) monasticam vitam professum. Forsitan vir iste eruditus voluit, hac sua cogitatione, historiæ peritis proponere disputandi materiam ; et ostendere quam difficile sit, argumentis, ut aiunt, positivis convincere eum, qui obfirmavit animum aliquid, quamvis paradoxum et omnibus inauditum, sustinere. Certum* E *quidem est Basilii patris et Emmeliæ liberos decem omnino fuisse ; ex istis quatuor fratres tantum novimus, teste Nysseno in Vita Macrinæ : ex quatuor fratribus, is qui secundum Basilium natu maximus erat, Naucratius vocabatur : locus igitur non est alteri Petro, nisi quinque fratres, contra testimonium Nysseni, numeres. Nec tamen propterea credibilis conjectura fieri potest, alteri prætorquam Juniori nomen inditum* Petro *fuisse : si enim alter in ea familia vixisset* Petrus, *cum ultimus prodiret in lucem, verosimiliter hic aliud nomen accepisset. Quin, ut concedamus Combefisio, alterum fuisse* Petrum *fratrem Basilii, qui prius matrimonio junctus, factus deinde sit Episcopus Sebastenus ; potuit id solum post mortem* Basilii *evenisse : nam ipso florente, Eustathius istam Ecclesiam turbavit, non minus quam gubernavit. Adde præterea silentium omnium antiquorum : nec unam quidem a* Basilio *aut Gregorio extare ad ipsam epistolam ; nullam in tot scriptis mentionem. Quid quod ipse Speudoamphilochius, in fine hujus Vitæ, tres solum* Basilii *fratres numeret, interque eos unum solum* Petrum Sebastenum.

Fabulæ de uxore S. Petri Ep. Sebasteni,

ignis judicio suam virginitatem probante,

quæ ut sustineatur

gratis affingitur Basilio alius frater Petrus,

qui nullus fuit, uti nec Sebasteno uxor ulla.

INTERP. COMBEF.

D

e *Græce* μολιβδῷ ἐσφράγισεν : plumbo bullavit, *verbum barbarum medii ævi, quo Amphilochius, eruditus græcæ eloquentiæ, minime usus fuisset. Et fatetur* F *Combefisius hac in Vita, subinde verba ejusmodi occurrere ; quomodo autem hæc operis novitatem non arguant, ut idem ait, ipse viderit.*

f *Simile factum mulieris invenitur in Vita S. Joannis Eleemosynarii* 23 *Januarii Cap.* 15, *quod forsan occasionem præbuit Pseudoamphilochio, hoc de* Basilio *miraculum comminiscendi. Quidquid sit, recte monet Combefisius, factum istud non trahendum in exemplum, quod si solum in hac apocrypha Basilii Vita haberetur, merito computarem inter pias fabulas. Sed quod a Leontio scriptum refertur in Vita S. Joannis Eleemosynarii, pro ea quam meretur fidem, potest benigne explicari ; si dicatur Sanctus, mulierem, peccatum confiteri erubescentem, induxisse ut scripto istud exponeret in charta, sigillo obsignata, adeoque a nemine legenda ; eo consilio, ut deinde persuaderet facilius, permitteret chartam a se solo aperiri et legi, atque ita cum minori erubescentia peccatum suum confiteretur ; sed cum Sanctus vita excessisset, antequam id perficere posset, post mortem apparuerit ; et tamquam minister sacramenti extraordinarius confitentem absolverit ; atque in signum vere remissi peccati, eo deleto chartam restituerit.*

Alia de muliere peccatum suum scripto confessa, et a mortuo absoluta

g S. Ephrem *ante S. Basilium mortuum esse, supra diximus ex meliori Auctore.*

h

INTERP. COMBEF.

A h *An verus Amphilochius non fuisset clarius locutus de reali Christi præsentia in Eucharistia, præsertim ubi Judæus instituitur?*

i *Refert Nazianzenus oratione* 20, Basilium *sub finem vitæ ad aliquod tempus ita sibi restitutum fuisse, ut quosdam sacris Ordinibus initiare potuerit: quidni et potuisset hunc Josephum solenniter in ecclesia baptizare? Verum, ut factum id fuisse credamus, non sufficit affirmantis pseudo-Amphilochii auctoritas.*

k *Gregorium Theologum non interfuisse morti aut funeri* S. Basilii, *colligitur ex epistola illius* 37, *qua Nyssenum in morte fratris sui consolatur: malo autem Vitam hanc Amphilochio, quam illam epistolam Theologo abjudicare, ut facit Combefisius.*

l *De tempore quo Sanctus obiit; pluribus actum in Comm. prævio numero* 67.

m *Hactenus vita* S. Basilii *Amphilochio attributa, a Combefisio ex duplici manuscripta edita; sæpius tamen ante, ut dixi numero* 10, *a diversis diversimode scripta, diversam fortunam et mutationem subiit: quod scire juvat, et Rosweydum de ea quam ipse edidit, legere hæc scribentem:* Ita enim Romæ ex Congregatione Oratorii accepi, interprete Urso S. R. E. Subdiacono. Quæ plane convenit cum ea, quæ hactenus

B barbaro et rudi stylo; incerto interprete, in Vitis Patrum est divulgata. Nisi quod in ea fine additur seu interseritur historia, *de Joseph Hebræo medico, et morte Basilii*, quæ hic deest. In hac contra habes Caput III, *quomodo Basilius Anthiochiam pervenerit, et Libanii discipulus instruxerit*, quod

Varia in variis exemplaribus Vitæ hujus dispositio.

Caput deest in Vitis Patrum: ut appareat Vitam D hanc olim per varia fragmenta descriptam et translatam. Integram Vitam Basilii, Græce scriptam et Amphilochii nomine insignitam, accepi Parisiis ex bibliotheca Regia, quam jam olim vertit nescio qui; cujus interpretationem habeo ex codice Marchianensi vetustissimo (quæ stylo convenit cum ea quæ in Vitis Patrum est) rudem plane et impolitam: in Græco tamen exemplari Caput unum est, *De miraculo Basilii et Petrum fratrem suum, et ejus uxorem*, quod etiam in illa versione deest. Græca hæc Vita, et Latina vetus innominati interpretis versio, continet hæc præterea Capita, quæ et in hac Vita Basilii, interprete Urso, et in illa quæ in Vitis Patrum hactenus fuit, desunt; *de mystica revelatione et morte Apostatæ Juliani*. Item *de Scriptura quam muliercula fecit*: ad hæc, *Quomodo Spiritus sancti adventum vidit, et de quodam Diacono et Libanio Sophista*. Præterea. *De quibusdam Gentilibus, et interpretatione Hexameri*. Deinde *Quomodo ductus est Antiochiam, et de filio Valentis*. Denique, *de Valente Deo odibili, seu apertione ecclesiæ in Nicæa*. Surius, offensus impolitia veteris versionis, quam MS. integram habuit, excepto Capite jam dicto de Petro fratre Basilii, E eam stylo latiniore reformavit, et tomo suo primo de Vitis Sanctorum I Januarii inseruit. Sed quia ipsi exemplar Græcum defuit, dum insistit confragosis veteris versionis vestigiis, non potuit non subinde cespitare.

G. H.

DE SANCTO DOGMAELE,

IN PEMBROCHIENSI WALLIÆ COMITATU.

Cultus et fundatio Abbatiæ, in Burgo ejus nomen ferente.

SEC. VI

Duæ sunt in Comitatu Pembrochiensi civitates, quæ nomen suum a Sanctis traxerunt: harum præcipua est urbs Episcopalis Menevensis, nunc S. Davidis dicta, ad cujus Vitam Kalendis Martii, omnia quæ ad Walliam regionem et Comitatum Pembrochiensem legi possunt spectant, exposita ibidem pag. 38.

2 *Ab hac Menevensi S. Davidis urbe procedendo versus Septemtrionem, ad mare Hibernicum sive Vergivium, est Baronia* Ramesia, *aliquibus* Kamesia, *in qua præter feuda militaria viginti et parocias viginti sex, sunt tria oppida;* Fisgarda, *a piscium captura dicta ad Gwainam fluvium;* Neoportus, *ad Neverum fluvium; et* Burgus S. Dogmaelis, *ad Tivium flumen, haud procul a Cardiganæ urbe et Comitatu. Hanc* Baroniam Ramesiam, *inquit Cambrensis in Demetis et Comitatu Pembrochiensi,* Martinus de Turonibus primus a Cambris vi et armis extorsit. *Qui, aut ejus posteri*, monasterium S. Dogmaelis fundarunt, in valle collibus circumcincta, cui Burgus adjacens (ut plura alia oppida monasteriis) debet originem. *Hæc ibi.*

C

S Dogmaelis burgus,

monasterium,

3 *In Monastico Anglicano tomo* 1 *pag.* 444, *proponitur in titulo* Prioratus S. Dogmaelis in Comitatu Pembrochiæ, cella cœnobii Tyronensis, *ac dein, citatis Collectaneis MSS. Lelandi, ista leguntur:* Sancti Dogmaelis Abbatia, Ordinis S. Martini Turonensis, profitetur regulam S. Benedicti. Fludus Præcentor ecclesiæ S. Davidis dixit mihi, Martinum de Turribus primo inter Normannos Kamesiam (*imo* Ramesiam) bello acquisivisse, et hoc monasterium fundavisse, ac ibidem in medio chori sepultum fuisse. *Additur dein* Charta Regis Henrici primi; *qua concedit*, quæcumque Robertus, Martini filius, Monachis de Thyro dedit vel daturus est; *ac dein subjungitur ipsius Roberti donatio: in qua, inquit,* pro sancta Ecclesiæ exaltatione, in terra mea de Gualis, Tironensium Monachorum paupertati compatiens, monasterium in honore sanctæ Dei Genitricis semper Virginis Mariæ constituens, nonnullis ibi Fratribus religiose conversantibus, Abbatem eis præponi a Domino Abbate Willielmo, et omni conventu Tyronensi, Deo auxiliante tandem multis precibus impetravi; quorum necessitatibus victus, possibilitatis juxta vires, concurrere cupiens... dedi eis antiquam ecclesiam Sancti Dogmaelis, cum possessione terræ eidem ecclesiæ adjacente, cujus nomen est Landogog, in provincia Kames, juxta ripam fluminis Thevi. *Et post varias donationes,* Dedi vero, *inquit,* illis et piscariam S. Dogmaelis; et concessi illi ut per totam aquam, quamdiu in terra eorum protenditur, alias piscarias sive molendinas facerent. *etc.* Hæc igitur donatio facta est ea die, qua primus ejusdem loci Abbas, Fulchardus nomine, a Domino Bernardo Menevensis Ecclesiæ Episcopo, inthronizatus est *Erat hic* Bernardus, patria Normannus, Henrici primi Regis Capellanus. *Episcopus consecratus* XII *Julii anno* MCXV, *uti apud Godwinum legitur. Eodem etiam tempore erat* Abbas Turonensis in Majore monasterio Willielmus *seu* Guillielmus, *qui præfuit ei ab anno* MCIV *ad annum circiter* MCXXIV.

Abbatia fundata seculo 12:

F

ecclesia antiquæ,

piscaria,

4 *In* antiqua ecclesia S. Dogmaelis, monasterium est S. Dogmaelis, *et* burgus S. Dogmaelis. *At quo tempore vixerit Sanctus aut ad Dominum migraverit, quidve in vita egerit, plane latet. Michael Alfordus, cum anno quingentesimo conclusurus priorem tomum Annalium*

memoria 14 Junii.

A *Annalium Ecclesiæ Britannicæ, refert varios Sanctos, qui antiquis temporibus floruerunt, et eos inter, inquit,* Dogmael Sanctus, qui in nostro Martyrologio claruisse scribitur vitæ sanctitate et miraculis, circa annum Domini quingentesimum. Visitur in Dimetarum regione et Penbrochiensi agro nobilis Abbatia, a S. Dogmaele nuncupata, de qua Harpsfeldus et Spedus in Catalogo, atque Cambdenus in Dimetis. Hunc Sanctum Britanni vocant S. Tegwel : et D Sanctis adscriptus legitur in Fastis nostris ad XIV Junii. *Hæc Alfordus. Martyrologium Anglicanum Wilsoni secundæ editionis, memoriam* S. Dogmaelis *adscripsit ad hunc XIV Junii; cujus exemplo, pei Alfordum probato, eumdem retinimus; certiora nihilominus monumenta optaremus nancisci.*

RE G. H.

NOT. 30

DE SANCTA JULITTA

A GRÆCIS HONORATA.

G. H.

Ex Synaxario MS. Divionensi.

P*lures in hoc opere nostro occurrunt Sanctæ* Julittæ *appellatæ. Inter has est illustris* Martyr, *una ex septem Virginibus cum S. Theodoto Ancyræ in Galatia martyrio coronatis; quarum omnium præclara Acta, auctore Nilo Græce scripta, et* B *Latine translata, dedimus ad diem* XVIII *Maji. Alia infra* XVI *Junii datur* Julitta Martyr *cum Quirico filio, Tarsi in Cilicia coronata; et hujus similiter præclara gesta lector ibidem reperiet. Est et* Julitta Martyr, *Cæsareæ in Cappadocia igne consumpta, cujus laudes S. Basilius Magnus celebravit, ad* XXX *Julii referenda. Diversa denique ab istis omnibus* S. Julitta, *nobis innotuit ad hunc* XIV *Julii ex MS. Synaxario, Divione in Collegio Societatis Jesu adservato, et olim a Petro Francisco Chiffletio communicato, ubi hæc dicitur in pace vitam finivisse, et ejus laudi adduntur versus:*

Τὴν Ἰουλίτταν ἐξάγει τοῦ σαρκίου E
Ὁ σαρξ δι' ἡμᾶς τοῦ Θεοῦ φανεὶς Λόγος.
Eduxit ex carnuncula Julittam,
In carne visum pro nobis Verbum Dei.

Ex quibus aliud nihil habetur, quam mortis sanctæ obitæ testimonium : proponenda tamen hic fuerunt, in spem effulsuræ aliquando amplioris lucis, si ejus Acta inveniantur aliquando litteris consignata.

DE SANCTO MARTIANO

EPISCOPO BENEVENTANO IN ITALIA.

D. P.

Ex Catalogo Episcopali Marii de Vipera.

SEC. VI

A*cta S. Placidi Protomartyris Benedictini quælibet cumque, ex MS. edita a Surio, et a Mabillone quadamtenus illustrata, ulterius examinanda a nobis V Octobris, primi et soli suggerunt notitiam* S. Martiani, *quasi tunc episcopus Beneventi fuerit cum ille a S. Benedicto missus in Siciliam est, sortitas possessiones, a patre Tertullo oblatas Cassino, in usque monasterium conversas. Quanto* C *tamen tempore hic vixerit, incompertum est: martyrium scriptores Benedictini ad annum* DXLI *referunt : ut intra XL et XXX annum seculi VI videatur* S. Martianus *floruisse, de quo in dictis Actis sic legitur :*

Post S. Maurum hospitio exceptum,

2 Inde, *ut est a Fausto Cassinense*, Placidus beatissimus Pater egrediens, Beneventum devenit: atque a S. Martiano Episcopo, ob amorem beatissimi Patris Benedicti, cum omni reverentia susceptus est. Ibi itaque vir Domini Placidus, dum cum eodem sancto Pontifice resideret, ... et a sancto Episcopo et omnibus rogaretur, *ibidem crevit; ut fuse narratur cap.* 39 *Actorum :* Sanctum *autem* Martianum Episcopum salutans in osculo sancto, post aliquot dies, Canusiam Apuliæ civitatem devenit. *Plura non suppetunt ex scriptoribus antiquis.*

dubius aliquot,

4 *Marius de Vipera, Archidiaconus Beneventanus, in Catalogo Sanctorum illius Ecclesiæ, Episcopum* XXVII *facit;* Felicis, *in quo sic ait, immediatum successorem; et additum in margine Martyrologio MS. antiquo, existente in Bibliotheca publica sub nota numeri* 178, *addidit ad prædictam, S. Placidi exceptionem, quod idem* S. Martianus, piis laboribus defatigatus, in sua Sede sancto fine quievit XVIII Kal. Julii. *Vereor ego ne hic dies arbitrario lectus sit, occasione tunc colendi* S. Martiani Episcopi Syracusani : *cum scilicet de antiqua veneratione constaret, dies autem mortis ignoraretur. Constat autem, quod vitæ sanctitate ita ex-*celluit, ut honores Divis debitos, et templum Beneventi, extra civitatem ei excitatum, habere promeruerit (a quo tota illa regio denominatur) hodie pæne collapsum. *Eadem idem Vipera repetit in Chronologia sua Episcopali, uno post anno id est* 1636 *edita, ubi in margine citat Martyrologium prænotatum, velut in testimonium templi erecti sub ejus nomine : sed et hoc vereor ne potius Martiano Syracusano fuerit, aut ipso forsitan* Mariano *Beneventano erectum, qui ibidem etiam sepeliri voluerit, ac postea cultum ecclesiasticum obtinuerit. Meminit ejusdem tom.* 8 *Italiæ sacræ Ferdinandus Ughellus, sed solum ex Vipera : quem etiam solum nos habentes, secuti sumus.*

...re mortuus,

F

dicitur falsse cultus in ecclesia sui nominis

DE S. ÆTHERIO

EPISCOPO VIENNENSI IN GALLIA

Notitia ex Adone et Martyrologiis.

SEC. VII.

Laus ejus apud Adonem;

memoria in Fastis.

Ado Archiepiscopus Viennensis, ubi in Chronico de Heraclio Imperatore, et Chlothario Patre Dagoberti Rege Francorum agit, interponit ista: Ætherius Viennensis, vir in omnibus eximius, præclarus habetur. *De eo in Martyrologio ejusdem Adonis excuso, ad hunc XIV Junii, ista leguntur:* Viennæ S. Ætherii Episcopi. *Secuti sunt Auctor Bedæ suppositius, Grevenus et Molanus in Auctario Usuardi cum MS. Florario; item Galesinius et Canisius cum Martyrologio Romano. Ast in MS. Bruxellensi S. Gudilæ, et Martyrologio Coloniæ et Lubecæ sub annum* 1490 *excuso, appellatur* Eucherius.

2 *Saussayus, in Martyrologio Gallicano, eum hoc* B *exornat elogio:* Viennæ Allobrogum S. Ætherii Episcopi et Confessoris, viri in omnibus eximii, qui post B. Domnolum Sedis hujus creatus Pontifex, pietate, justitia, et misericordia in eo munere prælucens, æternæ gloriæ præmia lemeruit. *Demum in duplici MS. Martyrologio Ecclesiæ Viennensis, hoc ei conciunatur elogium.*

elogium in Viennensi MS.

Decimo octavo Kalendas Julii, natalis S. Ætherii Confessoris, et trigesimi Archiepiscopi Viennensis: qui tempore Dagoberti primi Francorum Regis illuxit Ecclesiæ Dei sanctitate et doctrina: aliisque feliciter miraculis illustris, atque sepultus in oratorio S. Georgii Martyris, juxta basilicam Apostolorum, sub Imperio Heraclii Imperatoris piissimi, memoria perenni celebratur. *Hæc ibi. Imperavit Heraclius ab anno DCX usque ad annum DCXLI: cujus tempore, Chlotario Rege Francorum mortuo, anno DCXXVIII successit Dagobertus, vita functus anno DCXXXVIII.*

D. P.

Elevatio 11 Junii

3 *Rerum Saussayus ad* XI *Junii ista habet:* Viennæ Allobrogum Elevatio S. Ætherii Episcopi et Confessoris, cujus Depositio gloriosa incidit in XVIII Kalendas Julii. *Elevationis hujus certissimum monumentum, in eo jam notam temporis quo facta est, habemus post Catalogum Episcopalem ex duobus MSS. uno S. Petri, altero S. Mauritii nobis submissum. Breve scilicet* Innocentii Papæ IV, *centum dierum Indulgentias*

facta sub Innocentio 4

C *concedentis*, in die Revelationis Sanctorum corporum, in ecclesia S. Petri Viennæ quiescentium, *hoc tenore:* Innocentius Episcopus, Servus Servorum Dei, dilectis filiis Abbati et Conventui monasterii S. Petri, foris portam Viennensem, salutem et Apostolicam benedictionem. Licet is, de cujus munere venit, ut sibi a fidelibus suis digne et fideliter serviatur, de abundantia pietatis suæ, quæ nostra merita excedit et vota, vere servientibus multo majora retribuat quam valeant promereri; nihilominus tamen desiderantes Domino reddere populum acceptabilem, Fideles Christi ad complacendum ei, quasi quibusdam illectivis muneribus, indulgentiis et remissionibus invitamus, ut exinde reddantur divinæ gratiæ aptiores.

4 Cum igitur, sicut nobis exponere curavistis, Beatorum Confessorum Aaron, Naamati, Pantagathi, Aquilini, Georgii, et Eutherii, qui præfuerunt Ecclesiæ Viennensi, nec non sanctorum Leoniani et Marculphi corpora, in vestro monasterio condita, per dilectum filium nostrum H. tit. S. Sabinæ ac bonæ mem. W. Basilicæ duodecim Apostolorum, Presbyteros Cardinales, de mandato nostro fuerint revelata; nos cupientes ut monasterium vestrum, ob ipsorum Sanctorum reverentiam, congruis honoribus frequentetur; omnibus vere pœnitentibus et confessis, qui monasterium ipsum, in die Revelationis ipsorum, honorabiliter visitaverint, annuatim, de omnipotentis Dei misericordia et BB. Petri et Pauli Apostolorum ejus auctoritate confisi, centum dies de injuncta sibi pœnitentia misericorditer relaxamus. Datum Mediolani VIII Kalendas Septembris, Pontificatus nostri anno nono.

ipso mandante

et concedente indulgentiam 100 *dierum*

E

anno 1251

Not. 31

5 *Is anno Christi* MCCLI, *quando Pontifex, qui Lugduni in Gallia, Friderici Imperatoris tyrannidem declinans, sexennio manserat, illo mortuo 13 Decembris prægressi, in Italiam rediit; et aliquamdiu Genuæ commoratus, Mediolani fuerit mense Septembri, habens in comitatu* Hugonem *et* Willielmum *Cardinales, integro nomine expresso, in similibus Bullis Indulgentiarum, ad* XL *dies restrictarum, datis Lugduni* XIV *et* X kal. Aprilis, *anno* Pontificatus septimo, *pro festis* SS. Zachariæ *et* Ysicii *Episcoporum Viennensium, qui* XXVII *Maji et* XII *Novembris coluntur; atque* S. Pii *cæ Sympeusis Episcopi, spectantibus ad* XIV *Julii. Neutrum prædictorum duorum Cardinalium invenire est inter Cardinales, sub Innocentio IV sic orantes apud Ciacconium ejusque Continuatores. Nec mirum, cum usque ad seculum* XV *plurimi istic deficiant, qui adhuc identidem eruuntur ex priorum seculorum monumentis. Nam, ut extra hunc Pontificatum non abeamus,* Hugo Card. Episcopus Sabinensis *(quem titulum cave ne confundas cum Presbyterali S. Sabinæ) de quo ad hunc annum Odoricus Raynaldus, ut Legatione Apostolica in Septemtrione functo, quique excommunicationis sen-*

Hinc eruuntur Cardinales duo Ciacconio ignoti qui antea,

F *tentiam tulit in Conradum Regem, Frederici Ex-Imperatoris filium Ughellus in Catalogo Episcoporum Sabinensium. Porro Sancti illi, qui vivente adhuc Cardinali Willielmo revelati dicuntur, suis quique diebus commemorantur; Hugonem, inquam, isti nec illi nec.* Naamatus, XVIII *Novembris,* Pantagathus, XVII *Aprilis;* Georgius, III *Novembris.* Aaron *et* Aquilinus, *inter Viennenses Episcopos non numerantur, ut oporteat eorum corpora, aliunde advecta credere: quare diem cultus ipsorum scire optaremus, siquis unquam fuit.* S. Leonianus, *ipsum S. Petri monasterium concedit, et Abbas primus rexit,* XVI *Novembris commemorandus.* Marculphus, *nullus adhuc nobis innotuit; nec enim est ratio hic cogitandi de* S. Marculpho, *Remensi Abbate, quo de actum* I *Maji.*

et tunc S Sanctorum corpora elevarunt

DE

DE S. QUINTIANO PRESBYTERO

ET SICIO SEU TITO CONFESSORIBUS

Notitia ex Usuardi Martyrologio.

G. H.

XIV JUN.

Memoria S. Quintiani presbyteri,

Venerationem annuam S. Quintiani *indicant antiqua Martyrologia, nullo addito loco : unde postea factum, ut ab aliis hujus nominis non satis distinctus sit. Meliora autographa et apographa Usuardi, tum quæ Parisiis in monasterio S. Germani adservantur, tum quæ nos habemus, ista solum dicunt :* Ipso die S. Quintiani, Presbyteri et Confessoris. *Eadem habentur in MSS. Tornacensis Ecclesiæ et diœcesis, Romano Ecclesiæ Vallicellensis, Trevirensi S. Martini, et MS. Florario Sanctorum; item apud Bellinum in Martyrologio, secundum morem Romanæ Curiæ Venetiis anno* 1498 *et postea sæpius excuso, atque in Martyrologio Parisiis* 1536 *edito,* B *nec non apud Grevenum sive Carthusianos Colonienses in Auctario Usuardi sub annum* 1515 *et* 1521 *impresso.*

et Sicii seu Titi :

Idem denique habet Molanus in sua Usuardi editione et Canisius in Martyrologio Germanico. Socius ei jungitur, in Martyrologio Coloniæ et Lubecæ excuso, his verbis : Eodem die SS. Quintiani Presbyteri et Sicii Confessorum. *At Maurolycus istos sic profert :* Ipso die Quintiani Presbyteri et Titi Confessoris. *In MS. Coloniensi, apud PP. Carmelitas servato, scribitur* Sicii Confessoris. *Primus de* S. Quintiano *aliter sensit Galesinius, dum ista scripsit :* Apud Rutenenses S. Quintiani Episcopi et Confessoris, *et in Notis allegat primo loco Usuardum; sed hunc, omisso loco, constat* Presbyterum *vocasse. Addit Usuardo aliquod suum* Manuscriptum : *sed hoc sæpius diximus non esse bonæ fidei, ideoque optavimus ipsummet proferri. Addit et* Sigebertum in Chronico : *sed is de alio* Quintiano *agit, neque assignat diem hujus venerationi destinatum.*

2 *Interim hariolantem sive hallucinantem Galesinium secutus Baronius, Sanctum prætitulatum inscripsit Martyrologio Romano his verbis :* Apud Ruthenos S. Quintiani Episcopi. *Fuit* S. Quintianus Episcopus Ruthenensis, *sed a Gothis in exilium pulsus, factus est* Episcopus Arvernorum *ibique mortuus, et in ecclesia S. Stephani sepultus, atque ut talis inscriptus* E *est eidem Martyrologio Romano ad diem* XIII *Novembris : quem si velimus credere istic omissum Usuardo et hic nominatum, deberet nunc inter prætermissos et in alios dies rejectos collocari. Sed nolumus credere sic exerrasse Usuardum, ut* Presbyterum *dixerit, quem oportebat* Episcopum *nominasse. Quare cum aliis Martyrologiis* S. Quintianum Presbyterum et Sicium seu Titum Confessores *hic retinemus,* Episcopum *vero mensi Novembri relinquimus.*

a quo alias S. Quintianus Episcopus relatus 13 Novemb.

DE S. METHODIO CONFESSORE

PATRIARCHA CONSTANTINOPOLITANO

Ejus cultus apud Græcos Latinosque et vitæ Acta.

G. H.

DCCCXLVII

C

Memoria apud Græcos :

Inter præcipuos, *sub Imperatoribus Iconoclastis, Leone Armeno, Michaele Balbo, hujusque filio Theophilo, fidei orthodoxæ athletas emicuit* S. Methodius; *eruditione, pietate erga Deum, castimonia, zelo Catholicæ religionis, plagarum sæpius inflictarum susceptione, exilii et extremarum ærumnarum perpessione, longe clarissimus; ac tandem, post impiorum Imperatorum obitum, Patriarcha Constantinopolitanus, fidei orthodoxæ gloriosus restaurator, qui meritorum suorum præmium accepturus, ad æternam vitam migravit, anno* DCCCXLVII *hoc* XIV *Junii. Ad hunc diem celeberrima solennitate memoria ejus recolitur apud Græcos, tam in Typico, quam in Synaxario MS. Ecclesiæ Constantinopolitanæ, et aliis manu exaratis ac typo cusis Menæis; officiumque Ecclesiasticum valde illustre, invenitur mixtim junctum officio S. Helisæi Prophetæ.*

N° 32

cum Canone proprio,

2 *Ipsum seorsim descriptum Græce et Latine a Nicolao Logotheta Macedone, Collegii Græcorum Romæ alumno, ibidem invenimus, et in specimen aliorum similium infra dedissemus, si ei quæ præponitur Achrostichidi, stropharum singularum initia respondere invenissimus. Sed cum hic alia prorsus sint quam Acrostichis promittat, et Interpres nonnulla adscripserit Methodio, quæ Helisæo reliquenda erant; non est visum operæ pretium tam male digesta proponere, cum de tot aliis Sanctis longe melius ordinata cantica in Menæis haberi possint. Achrostichim ergo solam accipe.*

F

Ἀρχιερέα Θεοῦ Μεθόδιον ᾄσμασι μέλπω.
Archipræsulem Dei Methodium carmine laudo.

3 *Ad Vesperas inter alia ponitur* ex Octoecho Sticheron *seu* Versiculus, *ad modulos tertii toni canendus, tamquam* Poema Photii Patriarchæ : Εὐφροσύνως σήμερον ἡ Ἐκκλησία τοῦ Θεοῦ στολίζεται, ἀγαλλομένη κράζουσα· Ἐλαμπρύνθη μου τὸ κάλλος ὑπὲρ πᾶσαν πόλιν· ἰδοὺ γὰρ τῶν Ἀρχιερέων τὸ μέγα κειμήλιον, ὁ ἔνδοξος Μεθόδιος, τὴν πορείαν πρὸς οὐρανὸν ἐποιήσατο. Δεῦτε οὖν, φιλέορτοι, τῶν ὀρθοδόξων τὸ σύστημα, χοροστατήσαντες ἅμα τὴν θείαν λάρνακα, ἰαμάτων πλημμύραν λαβόντες παρ' αὐτῆς, ἱκετεύομεν αἰτήσασθαι Χριστὸν τὸν Θεὸν τοῦ ῥυσθῆναι τὴν οἰκουμένην ἀπὸ πάσης αἱρέσεως. Festive hodie ornatur Dei Ecclesia, et exultans clamat; illustrata est pulcritudo mea super omnem civitatem : ecce enim Archipræsulum gemma præclara, gloriosus Methodius, iter ad cœlos tenuit. Agite ergo festi hujus amatores, cœtus Orthodoxorum, chorosque simul ducite circum arcam, curationum gratiam inde exundantem suscipientes : precemur autem, ut exoret Christum Deum nostrum, quatenus universum liberet ab omni hæresi. *Precatio sancta, quam utinam ipse Auctor irritam non fecisset, invehendo perniciosissimum schisma!*

et indicio miraculorum, ad urnam Sancti frequentium.

Interim

AUCTORE G. H.

A *Interim discimus ex eo, miraculorum claritatem mortuo Sancto non defuisse.*

3 *In matutinali Officio, inter Septimam et Octavam Oden Canonis ponitur elogium historicum Sancti ejusdem, præmisso hujusmodi Disticho.*

Ὁ Μεθόδιος λύχνος ὢν Ἐκκλησίας,
Μεθεὶς ὁδεύει τὰ κάτω πρὸς τὸν πόλον.
Methodius, esset cum lucerna Ecclesiæ ;
Terrena linquens, ad polum instituit iter.

Elogium autem etiam in Synaxario Constantinopolitano, his verbis refertur. Μνήμη τοῦ ἐν Ἁγίοις Πατρὸς ἡμῶν Μεθοδίου Ἀρχιεπισκόπου Κωνσταντινουπόλεως τοῦ Ὁμολογητοῦ ; Memoria sancti Patris nostri Methodii, Archiepiscopi Constantinopolitani et Confessoris. Οὗτος ὁ Ἅγιος τὴν πλάνην τῶν αἱρέσεων, καὶ εἰκονομάχων σοφαῖς ἀποδείξεσι, καὶ γραφικαῖς ῥήσεσι παντοίως ἀνατρέψας καὶ καθελών, καὶ τὴν ὀρθόδοξον πίστιν ταῖς τοῦ Θεοῦ ἐκκλησίαις βραβεύσας, καὶ πολλὰς κακώσεις ὑπὸ τῶν αἱρετικῶν, ἐν τῷ προσκυνεῖν τὰς ἁγίας καὶ σεπτὰς εἰκόνας ὑποστάς, ἀνεπαύσατο αἰωνίως, λύτρωσιν τῶν ἁμαρτιῶν ἡμῖν ἐξαιτούμενος. Τελεῖται δὲ ἡ αὐτοῦ σύναξις ἐν τῷ ἁγιωτάτῳ οἴκῳ, ἐν ᾧ τὸ τίμιον αὐτοῦ κατάκειται λείψανον, τῷ ὄντι ἐν Ἐκκλησίᾳ τῶν ἁγίων καὶ πανευφήμων Ἀποστόλων τῶν μεγάλων.

B *ac brevi elogio :*

5 Hic Sanctus hæreseon et iconomachorum errores sapientissimis demonstrationibus et sacræ Scripturæ dictis et testimoniis funditus omnino evertit et destruxit, atque orthodoxam Christi fidem Ecclesiis restituit, ac multas afflictiones ob sacras et venerabiles imagines honoratas ab hæreticis sustinuit, tandemque in Domino obdormivit, ab ipso veniam nostrorum scelerum impetratus. Celebratur ejus solemnitas in sanctissima ejus æde, in qua venerandæ ejus requiescunt Reliquiæ, et illa inclusa est templo sanctorum et illustrium Magnorum Apostolorum. *De hac ecclesia, omnium post S. Sophiæ Basilicarum celeberrima, et a Magno Constantino ad*

D. P. sepultura ad SS. Apostolos.

suam successorumque Imperatorum sepulturam constructa, pluribus agit Cangius lib. 4 Constantinopolis Christianæ cap. 5 ; ubi docet, quomodo eam a fundamentis restaurarit, majoremque et pulcriorem fecerit Justinianus, exornaritque Justinus Junior. Decet deinde, non solos Imperatores, sed et Patriarchas ex Conditoris mente istic semper depositos fuisse ; (quibus etiam Imperatrices et Imperatorum liberi sive Cæsares jungendi) ceteris omnibus excesse jussit. Exemplo Græcorum inscriptus est etiam S. Methodius *Martyrologio Romano, jam antea in fastos Latinos relatus, a Molano, Genebrardo, aliisque.* D

6 *Acta rerum ab eo gestarum his habentur Græce in bibliotheca Vaticana, signata numeris* 655 *et* 1667, *quæ nobis curavimus describi, et his damus, Latine reddita a Leone Allatio, Bibliothecæ Vaticanæ dum Romæ essemus Custode, viro libris partim ex Græco Latinitate donatis, partim ingenio proprio elucubratis passim notissimo : qui in Diatriba de Simeonum scriptis pag.* 121 *initium Vitæ proponit ; et licet auctorem ignoret, (quem plane antiquum et fere coævum arbitramur) non tamen a dicto Simeone Metaphraste compositam aut adornatam arbitratur. Titulus in MSS. hic est :* Ὑπόμνημα τῆς θεαρέστου πολιτείας τοῦ ἐν Ἁγίοις Πατρὸς ἡμῶν Μεθοδίου Ἀρχιεπισκόπου Κωνσταντινουπόλεως : Commemoratio Deo placitæ conversationis S. P. N. Methodii, Archiepiscopi Constantinopoleos. E

G. H. Vita e Græco translata.

Hisce subjungimus Analecta, ex præcipuis Scriptoribus Græcis, qui eodem aut proximis seculis floruerunt et sunt historici omnes ; puta Georgius Cedrenus, Joannes Scylitza, Joannes Zonaras, Constantinus Manasses, Michael Glycas ; quibus accedunt, Theophanes Presbyter in Vita S. Nicephori Patriarchæ Constantinopolitani, Auctor coævus in Vita S. Nicolai Studitæ, Sabas Monachus, Petrus Monachus, et Metaphrastes in Vita S. Joannicii. Subjicimus nonnulla de quibusdam ejus scriptis, inter quæ sunt aliquot etiam Vitæ Sanctorum

Analecta ex variis.

VITA

Auctore coævo, Interprete Leone Allatio.

CAPUT I.

Ortus, studia, monachatus, tormenta tolerata exilium in spelunca.

C Sacrorum Antistitem, nec non Ascetam, simul ac Christi Martyrem, tantummodo Angelis sive Dei Archangelis, (ut qui primæ divinæque Hierarchiæ decori sunt, et dignos Sacrorum Præsides conformant, seseque exercentibus atque certantibus robur animosque addunt) pro dignitate laudibus extollere facultas fuerit. Quod si ea etiam hominibus concederetur, nonnisi iis qui ejusdem ordinis dignitatisque sunt daretur : quatenus Hierarcham Hierarcha, exercitationem conatus, victoriam consecutus victorem collaudaret. Quid porro si ex his hominibus nemo usque ad hæc tempora, omnium laudum præconio et æternitate digno Methodio laudationem aliquam reposuerit, omnibus præcellentissimi viri veneratione absterritis ; ideoque res illius gestas silentio et admiratione, venerantibus ; an propterea a tanto Heroe sermonem abstinebimus, et tantam virtutem despicatissimi licet præteribimus, neque beneficia divinitus per eum universo orbi collata enuntiabimus ? Quandonam autem opportunius præceptum de honorando patre explebimus, gratias illi agentes, qui singulis ætatibus servos suos, luminarium instar, exoriri facit, animorumque tenebras pellit ? Non tamen in tantum furorem ebrietatemque

Auctor excusans suam tenuitatem ob rei magnitudinem,

pauca et vera proponit scribere.

Ἱεράρχην, καὶ Ἀσκητὴν ἅμα, καὶ Χριστοῦ Μάρτυρα, μόνοις δ' ἂν γένοιτο δυνατὸν Ἀγγέλοις ἐγκωμιάσαι ἀξίως, ἢ Ἀρχαγγέλοις Θεοῦ, οἵγε τὴν πρώτην καὶ θείαν ἱεραρχίαν κοσμοῦσιν, τοῖς τε ἀξίους ἱεράρχας μυσταγωγοῦσιν, καὶ τοῖς ἀσκουμένοις τε καὶ ἀθλοῦσι ῥῶσιν καὶ προθυμίαν ἔχουσιν· εἰ δὲ καὶ ἀνθρώποις τοῦτο δοθεῖ, τοῖς τῷ ἀνδρὶ πάντως ὁμοταγέσι, καὶ ὁμοτίμοις, ἱεραρχία μὲν ἱεράρχην, ἄσκησιν ὁ σπουδῇ, καὶ νικηφόρος τὸν στεφανίτην καταγεραίρει. Τί οὖν, εἰ μηδεὶς τῶν τοιούτων ἀνδρῶν μέχρι τοῦ νῦν τῷ πανσόφῳ Μεθοδίῳ τοιοῦτον τινὰ λόγον προκατεβάλετο, αἰδοῖ τῆς ὑπεροχῆς τοῦ ἀνδρὸς σιγῇ τοῦτον ἀποθαυμασάντων καὶ σεμνυνάντων, ἆρά γε ἀνιστόρητον παντὶ τοσαύτην ἀνδρὸς ἀρετήν, εἰ καὶ ἐλάχιστοι, καταλείψομεν, καὶ οὐκ ἀναγγελοῦμεν τὰς θεόθεν δι' αὐτοῦ γεγενημένας εὐεργεσίας. Καὶ πότε δὴ γνησιώτερον τὴν κελεύουσαν πατέρα τιμᾶν πληρώσομεν ἐντολήν ; εὐχαριστίαν προσάγοντες τῷ καθεκάστην γενεὰν τοὺς οἰκείους θεράποντας δίκην φωστήρων ἐξανατέλλοντι, καὶ τῶν τὸν σκότον ἀποδιώκοντι· πλὴν οὐ τοσοῦτον μανίας ἢ μέθης συναπεπλήσμεθα, ὡς κατ' ἀξίαν τὸν Δίκαιον ἐγκωμιάζειν ἐπαγγέλλεσθαι· ἀλλ' ὃν τρόπον οἱ ἄρτι εἰς διδασκάλους φοιτῶντες, τοὺς μὲν ἀρχετύπους τῶν γραμμάτων χαρακτῆρας ἀπομιμοῦνται, οὐκ ἐφικνοῦνται δὲ τῆς ἀκριβοῦς ἐμφερείας αὐτῶν, ὡς τὰ αὐτὰ F

τοῖς

A τοῖς αὐτοῖς ἐοικέναι, οὕτω καὶ ὁ ἡμέτερος λόγος, ψελλίσει μὲν ἴσως διανοίας ἀτέχνου προβεβλημμένος, τ᾽ ἀληθῆ δὲ καὶ συντόμως λέξεται κατὰ δύναμιν.

D devolvemur, ut profiteri velimus, dignis justum laudibus celebrandum a nobis esse. Etenim sicut illi qui primum a præceptoribus instituuntur, archetypas litterarum formas imitantur, licet exquisita earum lineamenta non reddant, sic ut omnia ad amussim illis similia sint; ita nostra hæc oratio, sententias nulla arte perpolitas proponens, balbutiet quidem fortasse, vera nihilominus, et qua poterit brevitate prosequetur.

INTERP. ALLAT.

2 Ὁ ἐκλεκτὸς Θεῷ Μεθόδος τὰς Συρακούσας ἔσχε πατρίδα, γενεῶν εὐκλεῶν καὶ πλουσίων υἱὸς γεγονώς· ἐν αἷς πᾶσαν γραμματικῆς τέχνην καὶ ἱστορίας, ὀρθογραφίαν τε καὶ ὀξυγραφίαν κατωρθωκὼς ἐκ παιδὸς, ἤδη λοιπὸν εἰς ἄνδρα τελῶν, τὴν βασιλίδα καταλαβὼν, πλεῖστα χρήματα ὅσα ἐπαγόμενος, βασιλικῶν ἀξιωμάτων τυχεῖν ἐφιέμενος, καὶ τῷ βίῳ περιφανὴς καταστῆναι· συντυχὼν δέ τινι Ἀσκητῇ ἐκ προνοίας Θεοῦ, καὶ τὴν αἰτίαν ἐρωτηθεὶς, δι᾽ ἣν τῶν ἑσπερίων πρὸς τὴν ἕω μετεφύτευσε, τὸν ἴδιον ἐξειρήκει σκοπόν· Ὁ δὲ σοφὸς ἀνὴρ ἐκεῖνος φησίν· Καὶ εἰ οὕτω δόξης ἐρᾷς, ὦ νεανία, διὰ τί μὴ τὴν μένουσαν μᾶλλον καὶ τὴν θείαν ἀντὶ τῆς παρερχομένης καταπλουτήσειας; Τὰ μὲν οὖν χρήματα τοῖς πενομένοις κατασκορπίσας, τὸν σταυρὸν δὲ Χριστοῦ B ἄρας, καὶ τοῖς δεσποτικοῖς τῷ ὄντι βασιλικοῖς ἴχνεσιν ἐπακολουθήσας; Ἢ οὐκ ἐν εὐαγγελίοις ἑκατονταπλασίονα ὧδε ταῦτα ἀπολήψεσθαι, Χριστοῦ λέγοντος ἤκουσας, κἀκεῖ ζωὴν αἰώνιον κληρονομῆσαι; Ὥστε εἰ πεισθεὶς νῦν τῷ ἐμῷ λόγῳ, πτωχὸν σεαυτὸν καὶ ἄδοξον καταστήσεις, μετὰ δυναστῶν λαοῦ καθείσεις, καὶ θρόνου δόξης κατακληρονομήσεις.

2 Acceptus Deo Methodius, Syracusas patriam habuit, fama conspicuis parentibus ac prædivitibus ortus, ubi ab ipsa pueritia universa grammatica, historiarumque scientia nec non recte celeriterque scribendi arte excultus, cum jam virum induisset; Reginam Urbium occupat, ingenti opum vi constiatus; ut ibi regiis dignitatibus insigniretur, sumptuumque magnificentia conclaresceret. Verum, ita eum ducente providentia Numinis, cum in Ascetam incidisset, interrogatus; quamnam ob causam partibus Occiduis dimissis ad Orientales se transtulerit; quod animo prius conceperat effatur. Tum catus ille vir: Si desiderio gloriæ, ait, adeo urgeris, o adolescens, quare non stabilem illam divinamque potius, præ fragili, et cito avolatura, tibi non procuraveris, opibus in indigentes effusis, cruce Domini sublata, dominica et vere regia vestigia secutus? An non in Evangeliis Christum enuntiantem audisti earum etiam in hoc mundo centuplum acceptuE rum te, et vitæ æternæ hereditatem consecuturum? Quare si me audies, fidemque sermoni meo adhibebis, facies, ut pauper et inglorius sis; sicque sedebis cum potentibus populi, et thronum gloriæ hereditabis.

Methodius, Syracusis natus,

E

et Constantinopolim profectus

pii Ascetæ hortatu

3 Εὐθὺς οὖν ἡ ἀγαθὴ καρδία ἐκείνη, ὥσπερ καλὴ γῆ τὸν σπόρον δεξαμένη, πάντα μετὰ σπουδῆς ἐπετέλευσεν. Ἀποκείρεται τοίνυν ἐν τῇ Χηνολάκκου μονῇ, κἀκεῖσε τὴν ἀσκητικὴν ἐξανοίει παλαίστραν, μήθ᾽ ὅτι οὖν τοῦ κανόνος ὑπερβαλέσθαι, ἢ καταλῆψαι σπουδάζων, σαφῶς ἐπιστάμενος τὴν εἰς ἑκάτερα κλῆσιν τοῦ παντὸς εἶναι ἀπόπτωσιν.

3 Statim itaque egregius ille animus, veluti terra fœcunda semen excipiens, summo nisu dicta exequitur. Quare in *b* Chenolaci monasterio capillos deponit, postmodum ascetica palæstra perficitur, summo studio contendens nequid infra vel supra regulam quamcumque quis declinaverit partem eum rerum omnium jacturam fecisse.

b

Chenolaci monasterium ingreditur

4 Καὶ οὕτως μὲν οὗτος ἐφιλοσόφει, μέχρις ὅτε λοιπὸν ἡ βαθεῖα καὶ σκοτεινὴ νὺξ τῆς αἱρέσεως τῶν μισούντων καὶ ἀρνουμένων τὴν τοῦ Θεοῦ Λόγου οἰκονομίαν, καὶ διὰ τοῦτο τὴν αὐτοῦ καθαιρούντων καὶ καθυβριζόντων εἰκόνα τὴν οἰκουμένην κατέλαβεν, ὅση ὑπὸ τὴν βασιλίδα, ὅτε ἁγιώτατος πατριάρχης Νικηφόρος τοῦ θρόνου ἐλαύνεται, καὶ ἐξορίαν καταδικάζεται, καὶ πάντες οἱ τοῦ ὀρθοῦ C δόγματος μετανάσται καὶ φυγάδες καὶ ἀλῆται γεγένηνται, ἐν ὄρεσι καὶ σπηλαίοις καὶ ταῖς ὀπαῖς τῆς γῆς συγκλειόμενοι. Τότε γὰρ λοιπὸν τοῦ φροντιστηρίου ἐξάρας τὴν Ῥώμην καταλαμβάνει, ὡς ἔξω τυγχάνουσαν τῆς κακοῦ ἐξουσίας μέντοιγε κἀκεῖσε φιλοπονώτερον ἀσκεῖ πρᾶξιν καὶ θεωρίαν, ὡς ἀμφοτέρωθεν τε καταιωθῆναι, καὶ οἱονεὶ τὴν ἐξ ὕψους δύναμιν προσλαβέσθαι. Βλέπων δὲ τὴν τοῦ κακοῦ δυναστείαν σφοδρότερον ἐπιμαινομένην, τάς τε τῶν ἱερῶν κειμηλίων ἀποτεφρώσεις, καὶ τὰς τῶν πιστῶν φυγαδείας, τὰς δημεύσεις, τὰς ἐξορίας, τοὺς καυστηριασμοὺς, τὰς ἀφορήτους μάστιγας, τὰς εἱρκτὰς, τὸν λιμὸν, τὰς διαβολὰς, καὶ ὅσα τούτοις ἐστὶν παραπλήσια, ἐδάκρυεν, ἐδέετο τοῦ Θεοῦ ἐπιτιμῆσαι τῇ καταιγίδι, καὶ στῆσαι ταύτην εἰς αὔραν.

4 Et hac ille quidem ratione vitam suam sobrie moderateque instituebat; quoad tandem atra et tenebricosa *c* hæreseos nox, odio persequentium Dei Verbum, et œconomiam ejus abnegantium, ideoque evertentium Imagines et probro afficientium, terrarum orbem universum, qui Urbi regiæ obedit, occupavit. Tum Sanctissimus Patriarcha *d* Nicephorus Sede pellitur, et in exilium projicitur; reliquique omnes, de fide bene *e* sentientes, extorres, exules, errantesque in montibus et speluncis et terræ hiatibus abdebantur. Tunc ipse de monasterio egrediens, Romam, tamquam eam quæ a talis pestis dominio erat immunis, se confert; nihil de instituto suo remittens, sed ibi multo ardentius actioni meditationique, non intermissis exercitationibus, addicitur; ut comparatis sibi ex utraque subsidiis stabiliretur, et ab excelso collatas sibi vires exciperet. Cum vero mali noxam indies truculentius crescere, furereque, nec non sacrorum cimeliorum exustiones, fidelium, fugas proscriptiones, exilia, notarum inustiones, impatibilia verbera, carceres, famem, calumnias, et pleraque alia his similia oculis ipse suis intueretur; illacrymabatur, miserisque afficiebatur modis, et supplex Deum exorabat, ut tempestatem compesceret, eamque in suavem auram permutaret.

c

hæresi iconoclastarum prævalente,

d

e

F

Romam abit:

5 Οὐ πολὺ τὸ ἐν μέσῳ, καὶ ἀναιρεῖται ὁ ἄγριος Λέων ὑπὸ τοῦ θυσιαστηρίου καθ᾽ οὗ ἐδυσφήμισεν, καὶ παραλαμβάνει Μιχαὴλ τὸ βασίλειον. Τότε δὴ οὖν μὴ φέρων ὁρᾶν, τὴν μὲν ἀλήθειαν καταφιμωθεῖσαν καὶ ἀφασίαν καταδικασθεῖσαν, τὴν δὲ ἀδικίαν μέγα βοῶσαν, ὡς εἰς οὐρανὸν τὴν κραυγὴν αὐτῆς ἀκουσθῆναι, καὶ μηδένα εὑρίσκεσθαι τὸν ταύτην ἐπιστομίζοντα ἢ ἐλέγχοντα,

5 Non diu post factum est, ut efferus ille *f* Leo, sub altari cui injurius fuerat, trucidaretur, et Imperii compos *g* Michael fieret. Tum denique ægre ferens silentium veritati indictum, impietatem vero elatis clamoribus adeo obstrepere, ut jam vox ejus apud Cœlites inaudiretur, nec esse qui os illi obstrueret aut effata refelleret, tomis de dogmate disserentibus

f

g

Leone Armeno mortuo,

INTERP. ALLAT.

A serentibus, sive potius fidei orthodoxæ definitionibus a Romano *h* Pontifice procuratis, ad Leonis successorem progreditur; sperans eum ad rectam fidem perducere, proprioque throno *i* S. Nicephorum restituere. At ille tomis acceptis, quasi aranearum telas elusit; Methodium vero, clare, libere, ac intrepide rectam fidem propugnantem, veluti seditionis, ut ille aiebat, et scandalorum auctorem, suspensum, septingentis ferme verberibus cecidit; sicque semiexanimem, et jam jam exspiraturum, primum quidem in carcerem, dein apud Andreæ Apostoli insulam conclusit in *k* sepulcrum; in quo et alius, de affectata tyrannide pœnas luens, includebatur: ut pressus undique angustiis, flagris, medicamentorum inopia, condemnati illius atque agrestis hominis societate, arcta sepultura, et quod omnium pessimum est, obscuris tenebris animi miser discruciaretur. Non erit itaque posthac opus, quæ multiplices inde subsecutæ sunt, ærumnas ac mœstitudines vobis recensere, qui tormenti genus quale sit calletis. Neminem enim præterit, quantas ægritudines animi, dum talibus malis conflictantur, et humanæ naturæ infirmitas, et luteum hocce infelix morbisque obnoxium vas homini ingerant. Vere B enim ipse in obscuris et in umbra mortis, nemine de salute illius laborante, repositus erat. Hoc est primum beati Methodii pro Christo certamen; quæ enim postmodum subsecuta sunt, mox dicam; hoc vehemens intensumque magni pro Christi Athletæ martyrium.

a Papa ad Michaelem Imperatorem missus

male ab eo mulctatur, et sepulcro includitur,

6 Cum itaque solicitaretur multifariam ut Christi imagini injuriam faceret, sicque exemptus cavea, solutus viveret; Sexcentas, aiebat, similes, et multo amplius se mortes sustinere malle, quam contra Christi Dei nostri imaginem vel levissimum quid animo concipere. Novem *l* igitur annos in carcere conditus, cum omnes qui vincti tenebantur dimittendos edixisset Imperator, extremum vitæ spiritum agens et ipse, emissus est; Spiritus tamen sancti plenus, et vitæ immortalis arrhabonem, stigmata inquam, passionum Christi, proprio corpore præferens; capite toto glaber ac depilis et mortuis quam simillimus, solisque ossibus et cute hominis speciem prioraque servans lineamenta. Tunc soli sibi vivens, (neque enim erat monasterium ab hæreseos peste immune) Ascetis, qui eodem ac ille zelo ducebantur, et Christi Martyribus, tum primum a vinculis et C exilio dimissis, consuescebat etiam cum iis qui in dignitate erant, et ex Senatu, de fide tamen recte sentiebant. Fuit etiam cum iis qui venenum hæreseos imbiberant, ut salutaria dogmata proponeret, et eos a discrimine animum opprimente liberaret: multis enim persuasibilibus iisque acutissimis pollebat sententiis, et ingenio præstanti divinarum Scripturarum verba apte componens aliis dictitabat; ut jucundior ejusdem oratio auribus audientium influeret, quam aqua frigida ac suavis fauci sitienti infunditur.

unde anno 9 eductus,

omnibus orthodoxam fidem inculcat,

7 Cum itaque Theophilus Gentilismi potius, quam Dei amans patri in imperio successisset, et infamis illius hæresis poculum ad ebrietatem exhausisset; rursum rectæ fidei addicti fugari, in exilium pelli, a dignitatibus dejici, rebus omnibus possessionibusque privari et nulla non calamitate affici. Tunc etiam immani isti serpenti Christi strenuissimus miles et Martyr Methodius defertur, tamquam qui palam hæresim refelleret, ingentiaque pro fide orthodoxa tormenta sustinuisset. Accersitum itaque compellat Imperator: An non quiesces unquam, Methodi, pœnas jam ex importuno isto tuo ac pertinaci contentionis studio perpessus, regnantum dispositionem confundere? idque rei vilissimæ causa, imaginis, inquam, pro qua tot tumultibus terrarum orbe

m a Theophilo Imp. objurgatus,

causam imaginum defendit.

τόμους δογματικοὺς ἤτοι ὅρους ὀρθοδοξίας παρὰ τοῦ D Πάπα λαβών, ἀνέρχεται πρὸς τὸν διάδοχον Λέοντος, ἐλπίσας τοῦτον ἄξαι πρὸς τὴν ὀρθοδοξίαν, καὶ ἀποκαταστῆσαι τὸν ἐν ἁγίοις Νικηφόρον τῷ ἰδίῳ θρόνῳ. Ὁ δὲ τοὺς μὲν τόμους δεξάμενος, ὡς ἱστὸν ἀράχνης ἐφαύλισεν, αὐτὸν δὲ τὰ τῆς ὀρθοδόξου πίστεως τρανῶς καὶ πεπαρρησιασμένως διαγγέλλοντα, ὡς ταραχῆς φησιν αἴτιον καὶ σκανδάλων, περὶ τὰς ἑπτακοσίας ἀνήρτησε μάστιγας, καὶ οὕτως ἡμιθνῆτα λοιπὸν καὶ τὰ ἔσχατα πνέοντα, πρῶτον μὲν φρουρᾷ, ἔπειτα δὲ ἔν τινι τάφῳ εἰς τὸ τοῦ Ἀποστόλου Ἀνδρέου νησίον κατέκλεισεν· ἐν ᾧ τάφῳ καὶ ἕτερος ἐπὶ τυραννίδι κατακέκλειστο· ὡς πᾶσαν αὐτῷ ἀθυμίαν πανταχόθεν ἐγγίνεσθαι, ἀπὸ τῶν πληγῶν, ἀπὸ τοῦ ἀθεράπευτον εἶναι, ἀπὸ τοῦ καταδικασθέντος ἀγρίκου ἀνδρὸς, ἀπὸ τῆς τοῦ τάφου στενοχωρίας, καὶ τὸ δεινότερον ἀπὸ τοῦ ἀφεγγοῦς σκότους. Οὐκ ἔτι οὖν ἡμῖν δεήσει λοιπὸν τὰ τούτοις ἑπόμενα σκυθρωπὰ ἐξειπεῖν, τὸ εἶδος τῆς βασάνου μαθοῦσι, πάντων εἰδότων τὴν ἀνθρωπίνην ἀσθένειαν, καὶ τὸ ἄθλιον τῆς πηλοῦ ταύτης καὶ ἐπίνοσον σκεῦος, ὁπόσων ὀδυνῶν τὴν ψυχὴν ἐν τοῖς τοιούτοις ἐμπίπλησιν· τῷ ὄντι γὰρ ἐτέθη καὶ αὐτὸς ζῶν ἀπρονόητος ἐν λάκκῳ κατωτάτῳ, ἐν σκοτεινοῖς καὶ ἐν σκιᾷ θανάτου. Αὕτη τοῦ μακαρίου Μεθοδίου ἡ ὑπὲρ E Χριστοῦ πρώτη ἄθλησις· τὰ γὰρ ἑξῆς, αὖθις εἰρήσεται· τοῦτο τὸ σφοδρὸν καὶ ἐπιτεταμένον μαρτύριον τοῦ μεγάλου ὄντως Χριστοῦ Μάρτυρος.

6 Διαφόρως τοίνυν ἐρωτηθεὶς εἰ βούλετο ἐνυβρίσαι εἰς τὴν τοῦ Χριστοῦ εἰκόνα, καὶ τῆς εἱρκτῆς ἀφεθῆναι, μυριάκις ἔλεγεν τοιούτους καὶ ὑπὲρ τούτους ὑποίσειν θανάτους, ἢ κἂν γοῦν ἄτιμον ἔννοιαν κατὰ τῆς Χριστοῦ τοῦ Θεοῦ ἡμῶν εἰκόνος ἐνθυμηθῆναι. Ἐννέα τοίνυν ἐκεῖσε συγκεκλεισμένος ἐνιαυτοὺς, μόλις ἀφέσεως γραφείσης κοινῆς τοῖς δεσμίοις τοῦ παρανόμου βασιλέως, κατὰ τὰς τελευταίας πνοὰς, κελεύσαντος, καὶ αὐτὸς ἀπελύθη. Πνεύματος ἁγίου πεπληρωμένος, καὶ τῆς ἀθανάτου ζωῆς τοὺς ἀρραβῶνας, τὰ στίγματα λέγω τῶν τοῦ Χριστοῦ παθημάτων οἰκείῳ ἐπιφερόμενος σώματι· λεῖος ὅλος τὴν κεφαλὴν, καὶ νεκροῦ μηδὲν διαφέρων, μόνοις ὀστοῖς, καὶ δορᾷ τὸ ἀνθρώπινον ἀποσῴζων σχῆμα καὶ τὴν προτέραν ὁμοίωσιν. Οὕτω τοίνυν καθ' ἑαυτὸν καταστὰς (οὐ γὰρ ἦν φροντιστήριον τῆς αἱρέσεως ἄμοιρον) ὡμίλει τοῖς ὁμοζήλοις αὐτῷ ἀσκηταῖς τε καὶ Χριστοῦ μάρτυσιν, τῶν F δεσμῶν καὶ τῆς ἐξορίας ἄρτι ἀπολυθεῖσιν· ὡμίλει δὲ καὶ τοῖς τῆς συγκλήτου, ἔστιν ὅτε καὶ τοῖς ἐν τῆς αἱρέσεως πεπωκόσι τὰ σωτήρια δόγματα παρετίθει, καὶ τοῦ κατὰ ψυχὴν κινδύνου ἀπήλλαττεν· πολὺς γὰρ ἦν καὶ ἰδεῖς καὶ βαθὺς τὴν διάνοιαν, τὰ τῶν θείων γραφῶν εὐφυῶς συμβιβάζων καὶ προβαλλόμενος, ὡς ἰδίον μᾶλλον τὸν ἑαυτοῦ λόγον ταῖς ἀκοαῖς ἐπιρρεῖν, ὕδωρ ψυχρὸν καὶ ἡδὺ δεδιψηκότι λάρυγγι.

7 Τοῦ τοίνυν Ἐθνοφίλου μᾶλλον ἢ Θεοφίλου τὴν τοῦ πατρὸς βασιλείαν διαδεξαμένου, τότε τῆς μιαρᾶς ἐκείνης αἱρέσεως ἔκπωμα πεπωκότος εἰς μέθην, πάλιν οἱ ὀρθόδοξοι ἐδιώκοντο, ἐξωρίζοντο, ἀξιωμάτων ἔπιπτον, κτημάτων καὶ οἰκημάτων ἀπεστεροῦντο· οὐκ ἦν εἶδος κακοπαθείας, ὃ μὴ ὑπέμενον. Τότε τοίνυν διαβάλλεται τούτῳ τῷ ὄφει ὁ τοῦ Χριστοῦ ἀριστεὺς καὶ μάρτυς Μεθόδιος, τὴν αἵρεσιν φανερῶς ἀπελέγχων, καὶ μεγάλας ὑπενεγκὼν βασάνους τῆς ὀρθοδόξου πίστεως χάριν. Μετακληθέντος τοίνυν αὐτῷ, ἔφη ὁ Βασιλεύς· Οὐ παύσῃ, Μεθόδιε, τὰς ποινὰς ὑφιστάμενος ἐξ ἀκαίρου φιλονεικείας, καὶ τῶν κρατούντων τὴν εὐνομίαν ταράττων; ποίας ταύτης φησὶν, ὅτι δὴ πράγματος εὐτελοῦς χάριν, τῆς λεγομένης εἰκόνος, ταραχῆς τὴν οἰκουμένην ἐπλήρωσας, ὡς καὶ τὸν Πάπαν Ῥώμης παρασκευάσαι, τόμους καταπέμψαι τῷ ἐμῷ πατρί.

Τότε

A Τότε ὁ Μεθόδιος· Καὶ εἰ οὕτως παρ᾽ ὑμῖν ὁ τῆς εἰκόνος εὐτελὴς ἔτι λόγος, καὶ οὐδεμιᾶς φροντίδος ἄξιος, διὰ τί οἱ τὴν Ῥωμαίων λαχόντες ὑμεῖς ἀρχὴν, τὴν ὑμετέραν οὐ συγκαθαιρεῖτε τῇ τοῦ Χριστοῦ εἰκόνι καὶ ἀφανίζετε, ἵν᾽ ὁμοίως Χριστῷ συνδοξάζησθε, ἀλλ᾽ ὁσημέραι ταύτην ἐπιτείνετε καὶ ἐπαίρετε; ἡ σαφής τε καὶ φανερὰ ἡ αἰτία, κἂν ἡμεῖς αὐτὴν μὴ λέγομεν.

8 Καὶ ὅς γε τοῦ ἐλέγχου ὕβριν οὐκ ἐνεγκὼν, εἰς θυμὸν τὴν παραίνεσιν μεταποιήσεν, καὶ τοῖς ἱμᾶσι ταθῆναι κελεύσας, γυμνοῖς τοῖς νωτοῖς αὐτοῦ καὶ τοῖς στέρνοις ὑπὲρ τὰς ἑξακοσίας κατέφερε μάστιγας, καὶ οὕτως ἡμιθανῆ καὶ τῷ αἵματι πάντοθεν πεφυρμένον, ἔν τινι ὑπογαίῳ ἄντρῳ τοῦ παλατίου, διά τινος στομίου, ῥιφῆναι προσέταξεν. Νυκτὸς δὲ καταλαβούσης, ὑπό τινων ἀναληφθεὶς φιλοχρίστων, καὶ θεραπείας ἀξιωθεὶς, αὐτὸς μὲν ἀναῤῥώσεως ἔτυχεν· ὁ δὲ τοῦτον θεοφιλὴς τεθεραπευκὼς οἶκος, δημευθεὶς πανταχῇ ὑπὸ τοῦ μισοχρίστου καὶ λυσσητῆρος τυράννου καταδικάζεται. Τοιάυτη τοῦ μακαρίου πύκτου καὶ ἡ δευτέρα διὰ Χριστὸν πάλη, καὶ μετὰ Χριστοῦ νίκη.

9 Ἀλλὰ γὰρ ὁ δόλιος ὄφις ἐκεῖνος συνιδὼν, ὅτι μὴ ταῖς βασάνοις ἡττᾶν φύσεως ἔχει ὁ τοῦ Χριστοῦ στρατιώ-
B της, φερεπόνου τυχὼν ψυχῆς καὶ δυνάμεως, ἐπὶ τὸ ταύταις ἀντικείμενον μέρος ἐχώρησε, κολακείᾳ τοῦτον συλῆσαι καὶ δόξῃ προσδοκήσας. Καὶ δὴ προσκαλεσάμενος, σὺν ἱλαρότητι καὶ ἠπιότητι προσομιλεῖ, καὶ γραφικὰς πεύσεις παρ᾽ αὐτοῦ λύεσθαι ἡδέως ἔχειν ἂν ὁμολογεῖ, θέλει, ἔνδον τοῦ παλατίου μένειν σὺν τοῖς γνησίοις προστάττει θεράπουσιν. Ὁ δὲ τοῦ Θεοῦ ἄνθρωπος, καὶ οὕτω μᾶλλον ἐκράτει, ἢ ἐκρατεῖτο· τοὺς γὰρ οἰκειοτάτους τῷ Βασιλεῖ πάντας ὀρθοδοξεῖν ἐξεπαίδευσε, καὶ τὸ τοῦ Βασιλέως δὲ ἄκρατον περὶ τὸ δύσφημον καὶ ἀνέπαφον εἰσκεκρημνισμένον πῶς καὶ ἀμφίδοξον μετεσκεύασεν, ὡς μήτε τῷ συνήθει θράσει κατὰ τῶν ὀρθοδόξων χωρεῖν, μήτε μὴν τῇ οἰκείᾳ δόξῃ ὡς ἀμωμήτῳ καταθαρρεῖν.

compiesti, ut et Romanum Pontificem ad tomos meo D
patri scribendos adigeres? Tunc Methodius : Si *INTERP, ALLAT.*
imaginis ratio penes vos ita vilescit, nulliusque dignationis æstimatur; quanam ratione vos, quibus Romanum Imperium in manu est, una cum Christi imagine, vestram non evertitis et aboletis, ut æque ac Christus gloriam assequamini, sed quotidie eam multiplicatis et exaltatis? An non hæc causa, etiam nobis tacentibus, clara apertaque est?

8 Tum ille, redargui non ferens, adhortationem in furorem convertit, et *n* loris extendi jubens, humeris et pectore denudatis, sexcenta et amplius verbera inflixit; et ita semianimem, ac sanguine undique conspurcatum, in subterraneam caveam, quæ in palatio erat, per quemdam hiatum præcipitari mandavit. Nocte vero a nonnullis piis hominibus eductus, et tempestiva curatione accepta, ipse quidem bene valuit; quæ vero illi medicinam admoverat Deo dilecta domus, ab impio et furente tyranno publicata est. Hæc fuit beati pugilis secunda propter Christum lucta, et cum Christo victoria. *n et post 600 plagas carceri includitur : liberatur a piis ideo mulctatis :*

9 Verumtamen dolosus ille serpens, cum plane videret Christi militem corporis tormentis cedere nescium, ut qui et laboris patientem animum, et E
satis virium haberet; ad opposita sese convertit; ratus blandimentis et spe gloriæ majoris virum expugnare, sibique posse conciliare. Quare advocans eum, suaviter ac mansuete colloquia conferebat, et quæstiones e Scriptura petitas ab eo solvi læto animo excipere fatebatur; tandemque in palatio cum fidissimis servis suis manere eum voluit. Verumtamen vir Dei, hac quoque ratione, vincebat magis quam vincebatur. Etenim omnes quibus familiarissime utebatur Imperator, ad rectam fidem instruxit; Imperatorisque ipsius iram, atque ad sacrilega quæque impetum ac furorem, in moderatam quamdam sobrietatem, ambiguitatemque transvexit; ita ut ille neque consueta audacia in orthodoxos ferretur, neque propriæ sententiæ quasi irreprehensæ fideret. *revocatus a Theophilo eum multo moderatiorem reddit.*

ANNOTATA G. H.

a Syracusæ *urbs Siciliæ est notissima : hinc ipse* Methodius, *ex affectu erga Siculos, videtur scripsisse illam illustrem Orationem de S. Agatha Virgine et Martyre, quam edidimus* 5 *Februarii pag.* 620 *et sequentibus.*

b Chenolaccus, *id est* Lacus ansarum, *monaste-*
C *rium ædificatum a S. Stephano sub Leone Isaurico, uti constat ex elogio, quod ex Menæis Græcis edidimus ad diem* XIV *Januarii.*

c *Hæresis ea excitata fuit a Leone Armeno Imperatore anno* 814.

d S. Nicephorus *in exilium pulsus est anno* 814 *die* 13 *Martii, ad quem illustravimus ejus Acta, ab Ignatio Diacono ejus discipulo scripta ; et adjunximus Orationem de ejus exilio et Translatione Reliquiarum, Auctore Theophane Presbytero et Præposito. Solennem ejus Translationem peregit* S. Methodius, *quam infra inter Analecta referimus.*

e *Multos ex his retulimus ad caput* 9 *Vitæ Nicephori littera* a; *et quo die colantur indicavimus.*

f Leo Armenus *fuit occisus nocte Nativitatis Christi sub finem anni* 820.

g Michael, *ob linguæ vitium cognomento* Balbus, *Amorio Phrygiæ oppido oriundus, Comes Excubitorum et Patritius a Leone Armeno creatus, ac tunc e carcere eductus atque Imperator factus, variis fuerat hæresibus imbutus, et sacrarum imaginum osor etiam ipse, omnem fere Catholicum cultum proscripsit.*

h *Hoc contigit anno* 821, *quando Michael Imperator permiserat varios ab exilio redire : et tum Romanæ Ecclesiæ præsidebat S. Paschalis, cujus Acta illustravimus ad diem* 14 *Maji.*

i *Quæ tunc* S. Nicephorus *ad Imperatorem scripserit egerit, habentur cap.* 13 *Vitæ.*

k *Et Joannes Scilitza asserit*, a Michaele Balbo S. Methodium ex urbe expulsum, et traditum in custodia servandum in Acrita insula. *Quæ etiam apud Zonaram leguntur. Videtur ea insula esse in Propon-*
tide prope Bosphorum, et Acritam promontorium, F
sicut exhibetur in Mappa Ph. de la Rue, sed absque nomine ; in hac Vita appellatur Insula S. Andreæ.

l *Quia Michael tantum annos* 8 *et menses* 9 *regnavit, aliquod hic* σφάλμα *in numero* novem *est : forte loco* ζ' septem, *irrepsit* θ' novem *scilicet ab anno* 821 *usque ad annum* 828 : *Zonaras enim solum septem annis exilii habet.*

m *Theophilus regnavit a mense Octobri anni* 829 *usque ad annum* 842.

n *Zonaras sic scribit* Sanctissimum Methodium, post multos cruciatus malarumque contusionem et dentium evulsionem, in insulam Panormum, quæ nunc Antigoni cognomentum habet, impius relegat Imperator; et intra monumentum cum duobus latronibus conclusit : quorum altero mortuo, quantam violentiam et molestiam vir sanctus ex teterrimo cadaveris fœtore tolerarit, nulla quisquam oratione consequi potest. *Ita etiam Cedrenus;* S. Methodius, *inquit*, in quamdam relegatus insulam, vivus cum duobus latronibus in sepulcrum inclusus fuerat. *Verum ea in hac Vita melius distinguuntur, et ad tempora Michaelis Balbi referuntur. Potuit tamen sub Theophilo, ex cavea palatii clam eductus, in insulam Panormum sive Antigoni secessisse. Reliqua infra in Analectis referuntur.*

CAPUT

CAPUT II.

Patriarchatus Constantinopolitanus : res in eo gestæ, morbus, obitus.

Theophilo mortuo, et fide orthodoxa cœpta resumi, a

In his cum sanctus vir se exerceret, Dominus Imperatori mortem intulit, quæ etiam in illius hæresin obrepsit : statim enim ac ille vita functus est, hæresis quoque ei commoritur. Si quidem cum illius filius Michael una cum *a* matre Imperium suscepisset, orthodoxa Christi Ecclesia in libertatem vindicatur, hæreseosque ementita securitas, tam quam quæ humana potentia sata propagataque fuerat, refellebatur ; et qui de illis aut loqui aut audire vellent, impediebantur. Cum autem *b* Joannes, incantamentis et hydromantiæ deditus dictæque hæreseos propugnator, de throno Constantinopolitano, quem malis artibus invaserat, ex præscripto Canonum, cum universo suo Clero, dejectus esset ; et quæreretur alius eo fastigio dignus, actione meditationeque condecoratus, et rerum divinarum atque humanarum B experientia exercitus, potens opere et sermone, ut divina tradit Scriptura ; multique ac magni viri proponerentur, solus omnibus præfertur eligiturque exantlatorum certaminum præmiis onustus Methodius, qui reliquos omnes et exercitatione, et scripturarum peritia, et orationis pronuntiatione, et certaminum tolerantia, et cogitationis moderatione, et conversationis suavitate anteibat.

b

ejectoque Joanne Pseudo-Patriarcha :

Methodius constituitur Patriarcha :

11 Sed quando exercitationis et dexteritatis mentio incidit, unius facinoris narratione contenti, de reliquis illius viri vobis judicium relinquemus. Integra septem Psalteria, sapiens Methodius, unum in qualibet Quadragesimæ hebdomade exscribebat, expers cibi potusque ; neque enim vel aquam (Sabbatum si excipias et Dominicam) degustabat. Et hæc quidem, ut verbo me extricem, Justi fuit exercitatio ; hoc inter alia multa Athletæ martyrium ; hæc prima summi Præsulatus subsellia.

impastus per quadragesimam 7 Psalteria describit :

12 Exhortatio vero seu concio quam ipse eo temporis ad universum Ecclesiæ populum stans in gradibus habuit, ut ipsam compendio exprimam, fuit hujusmodi : Publicas, o patres fratresque, ipse et vos omnes, Christo Deo, bonorum datori, gratias agere debemus, quod nos, fere per triginta annos C ab immanissimo hæreseos jugo oppressos, nunc demum libertate donaverit : fecit enim et nunc robur in brachio suo, dejecitque e sedibus potentes, et exaltavit humiles ; quemadmodum ipse sanctis suis discipulis et amicis dixit : Pressuram habebitis in hoc mundo : sed confidite, ego vici mundum. Existimatis omnes communem me vobiscum habere hilaritatem, nec omnino a veritate aberratis ; quomodo enim ipse gaudio non exultem, tenebras depulsas, et Christi lumen quaquaversum coruscare conspiciens? Meæ tamen hilaritati mœror quidam admixtus est, non propter bona jam dicta (invidentiæ enim est bonis excruciari,) sed quia me Præsulatus solicitudinibus supposuistis, qui quanto excelsior est et gloriosior tanto laboriosior et invidiæ magis obnoxius est. Sed non facio animam, pretiosiorem quam me : tantummodo ut Evangelicam doctrinam recte tractem. Vere enim virtutum virtus et mater recta in Deum fides est, ut magno Paulo videtur, cum dicit ; Impossibile est sine fide placere Deo.

adhortatur suos ad gratias agendas,

et gaudia publice, Joa 16, 33

licet ipse ob onus majoris conficiatur : Heb. 11, 6

13 Necesse est itaque nos, qui irreprehensam fidem conservavimus, licet multas a miseris hæreseos servis pœnas atque afflictiones toleravimus, Dominicæ vocis memores esse ; Pater, dimitte illis, non enim

ignoscit hostibus

Ἐν τούτοις τοῦ ἁγίου ἀνδρὸς ἐξεταζομένου, θάνατον ἀπέστειλε Κύριος ἐπὶ τὸν Βασιλέα, καὶ ἦλθεν ἐπὶ τὴν αἵρεσιν αὐτοῦ· ἅμα γὰρ ἐτέθνήκει, συντελευτᾷ αὐτῷ καὶ ἡ αἵρεσις. Τοῦ γὰρ παιδὸς Μιχαὴλ, σὺν τῇ μητρὶ τὴν βασιλείαν παραλαβόντος, ἡ ὀρθόδοξος Χριστοῦ Ἐκκλησία παῤῥησίαν λαμβάνει, καὶ τὸ κίβδηλον τῆς αἱρέσεως ὡς ἀνθρωπίνῃ χειρὶ φυέν τε καὶ κρατηθὲν ἀπηλέγχετο, καὶ οἱ λαλεῖν καὶ ἀκούειν βουλόμενοι, περὶ τούτων ἐκωλύοντο. Ἰωάννου τοίνυν ἀνδρὸς γόητου καὶ ὑδρομάντεως τῆς εἰρημένης προϊσταμένου αἱρέσεως, καὶ τῷ θρόνῳ Κωνσταντινουπόλεως συμπεφορημένου, κανονικῶς ἐξεληλαμένου σὺν παντὶ τῷ κλήρῳ αὐτοῦ· ἐζητεῖτο λοιπὸν ὁ ἄξιος τῷ θρόνῳ ἐπιστηριχθῆναι μέλλων πράξει καὶ θεωρίᾳ ἀνθρωπίνων κεκοσμημένος, καὶ πολυπειρίᾳ τῶν θείων καὶ γεγυμνασμένος, δυνατὸς λόγῳ καὶ ἔργῳ κατὰ τὴν θείαν γραφήν. Πολλῶν τοίνυν μεγάλων καὶ ἁγίων ἀνδρῶν προβεβλημμένων, μόνος προκρίνεται καὶ καθίσταται ὁ ἀθλοφόρος Μεθόδιος, ἀσκήσει πάντας ὑπερβάλλων, καὶ γραφῶν ἐμπειρίᾳ, καὶ προφορᾶς εὐγλωττείᾳ καὶ ἄθλων ὑπομονῇ, καὶ φρονήματος μετριότητι, καὶ συναναστροφῇ καὶ συνουσίᾳ χαριεστάτῃ. E

11 Ἐπειδὴ δὲ ἀσκήσεως καὶ εὐφυΐας ἐμνήσθημεν τοῦ ἀνδρὸς, ἓν αὐτοῦ κατόρθωμα εἰρηκότες, περὶ τῶν λοιπῶν ὑμῖν διανοεῖσθαι παραχωρήσωμεν. Ἑπτὰ τοίνυν ψαλτήρια πλήρη ὁ σοφὸς Μεθόδιος ἔγραφε, καθ᾽ ἑκάστης τὸ ἐν ἑβδομάδος νήστεις ἀποπληρῶν, οὐδὲ γὰρ ὕδατος ἀπεγεύετο, πλὴν σαββάτου καὶ κυριακῆς. Τοιαύτη, ὡς ἐν συντόμῳ εἰπεῖν, τοῦ Ὁσίου ἡ ἄσκησις· τοιοῦτον ἐκ πολλῶν τοῦ ἀθλητοῦ τὸ μαρτύριον· αὕτη καὶ τῆς ἀρχιερωσύνης ἡ προεδρία.

12 Ἣν μέντοι παραίνεσιν τότε, ἤτοι δημηγορίαν παντὶ τῷ τῆς Ἐκκλησίας λαῷ, στὰς ἐπὶ τῶν ἀναβαθμῶν, ἐποιήσατο, ὡς τύπῳ εἰπεῖν, τοιαύτη τις ἦν· Κοινὴν μὲν οὖν, ὦ πατέρες καὶ ἀδελφοὶ, εὐχαριστίαν, ἐγώ τε καὶ πάντες ὑμεῖς, τῷ καλῶν δοτῆρι Χριστῷ τῷ Θεῷ ἐποφείλομεν, ὅτι γε σχεδὸν που, ὅλοις τριάκοντα πεπονημένους ἔτεσιν, ὑπὸ τοῦ τῆς αἱρέσεως βαρυτάτου ζυγοῦ, σήμερον ἡμᾶς ἐλευθερίας ἠξίωσεν· ἐποίησε γὰρ ἀληθῶς καὶ νῦν κράτος ἐν βραχίονι αὐτοῦ, καθεῖλεν τε δυνάστας, ἀπὸ θρόνων καὶ ὕψωσε ταπεινούς, καθὼς ἐλάλησε πρὸς τοὺς ἁγίους αὐτοῦ μαθητάς τε καὶ φίλους. Θλίψιν ἕξετε ἐν τῷ κόσμῳ τούτῳ, ἀλλὰ θαρσεῖτε, ἐγὼ νενίκηκα τὸν κόσμον. Κοινὴν εὐφροσύνην πάντες οἴεσθε ἔχειν ἐμέ τε καὶ πάλιν ὑμᾶς, καὶ πάμπαν, τ᾽ ἀληθῆ ὑπολαμβάνετε, πῶς γὰρ ἂν οὐκ ἂν ἀγαλλιῴην τὸ σκότος ἀπεληλαμένον τῶν ψυχῶν, καὶ τὸ φῶς Χριστοῦ βλέπων πανταχοῦ καταλάμπον; ἐγὼ δέ τινα καὶ λύπην τῇ εὐφροσύνῃ συμμιγῆ κέκτημαι, οὐκ ἐπὶ τοῖς εἰρημένοις, μισητὸν γὰρ ἐπ᾽ ἀγαθοῖς σχετλιάζειν, ἀλλ᾽ ὅτι με ὑπὸ μεγάλους πόνους, καὶ μείζονας φροντίδας τῆς προεδρείας ταύτης ἐθήκατε, εἴγε ὅσον τὸ ὑψηλὸν καὶ ἐπίδοξον, τοσοῦτον καὶ τὸ ἐπίπονον καὶ ἐπίφθονον κέκτηται. Ἀλλ᾽ οὐκ ἡγοῦμαι τὴν ψυχήν μου τιμίαν ἐμαυτῷ, μόνον εἰ τὸ εὐαγγελικὸν ὀρθοτομοίη κήρυγμα· καὶ γὰρ τῷ ὄντι ἀρετῶν ἀρετὴ καὶ μήτηρ ἡ ὀρθόδοξος πίστις ἐστὶν, ὡς τῷ μεγάλῳ Παύλῳ δοκεῖ λέγοντι, Ἀδύνατον χωρὶς πίστεως εὐαρεστῆσαι Θεῷ. F

13 Δεῖ οὖν ἡμᾶς τοὺς ἀμώμητον τὴν ὀρθόδοξον τετηρηκότας πίστιν, κἂν εἰ πολλὰς ὑπὸ τῶν ἀθλίων τῇ αἱρέσει δεδουλωμένων ποινάς τε καὶ θλίψεις ὑπέστημεν, ἀεὶ τῆς κυριακῆς μεμνῆσθαι φωνῆς, Πάτερ ἄφες αὐτοῖς, οὐ

γὰρ

A γὰρ οἴδασι τί ἐποίησαν. Μᾶλλον νῦν οὖν οἱ θερμότεροι εἴγε τούτους ἀνταμύνασθαι βούλεσθε, ἐμοὶ πειθόμενοι, τὴν ἐνοῦσαν ταῖς ψυχαῖς αὐτῶν αἵρεσιν ἀπελάσετε, ἥτις ἔσεισεν αὐτοὺς καθ' ὑμῶν ὁπλίζειν. Αὕτη κραταιοτάτη κατ' ἐχθρῶν νίκη, τὸ κινοῦν αὐτοῖς ἀνελεῖν αἴτιον, καὶ εἰς τὸ οἰκεῖον τὸ δι' ἐναντίας ἀγαγεῖν φρόνημα· ὡς τόγε σωματικῶς πεπονθότα, σωματικῶς τὸν κακώσαντα ἀνταμύνασθαι, συῶν τε καὶ τῶν ὁμοίων ἀλόγων ἴδιον, ἀλλὰ καὶ τῇ ἐλευθερίᾳ μὴ εἰς ἀφορμὴν τῇ σαρκὶ χρησώμεθα, λιπανθέντες καὶ πλατυνθέντες κατ' ἐκεῖνον τὸν παλαιὸν Ἰσραὴλ ἄρτι τοῦ πηλοῦ καὶ τῆς πλινθείας ἀπαλλαγέντα, καὶ τὸ δύσφημον σιωπάσθω. Μᾶλλον μὲν οὖν τὸν τῆς ἀνέσεως εἰς τὸν τῆς εὐχαριστίας καὶ εὐαρεστήσεως καιρὸν ἀμειψώμεθα, τῆς παρὰ πόδας μεμνημένοι κακώσεως· ἴστε γὰρ ὡς οὐ δεῖται καιροῦ καὶ αὐτὸ τὸ ζῆν ἡμᾶς ἀπολέσαι, μήτιγε τὰ περὶ ἡμᾶς ἅπαντα· τὰ δὲ τούτων ἐναντία, καὶ χρόνου καὶ πόνου πολλοῦ πολλάκις τυχόντα, οὐ προσεκτήθη. Καὶ ὑμεῖς γε, οἱ χθὲς καθ' ἑαυτῶν ἀνδριζόμενοι μᾶλλον ἢ καθ' ἡμῶν, μὴ ὅτιγε τοῦ τυραννεῖν εἴργεσθε σκυθρωπάζετε, ἀλλ' ὅτι τοῦ ἁμαρτάνειν ἐπαύσατε, ἥδεσθε καὶ ἁμαρτίαν τὴν ἄλλων χειρίστην· ποία γὰρ μείζων ἁμαρτία, τοῦ τὰ θεῖά τε δυσφημεῖν, καὶ τοὺς εὐσεβεῖς τιμωρεῖν. Ἴδετε μέγεθος εὐεργεσίας Θεοῦ; ἴδετε πανσόφου προνοίας βουλήν; μιᾷ οὖν ἐμπλάστρῳ ἀμφοτέρους B ἰάσατο, τούς τε διώκοντας, καὶ τοὺς φεύγοντας, καὶ τοὺς μὲν σωματικῆς, τοὺς δὲ ψυχικῆς ἀπαλλάξας κακώσεως.

14 Οὐδὲν οὖν ἧττον οἵ τε εὐσεβοῦντες ἀεὶ καὶ οἱ ποτε δυσσεβοῦντες τῆς εὐχαριστίας ὑπόχρεοι, μόνον μὴ ὡς ἀσπὶς τὰ ὦτα βύσετε, τὰ τῆς ὀρθοδοξίας δόγματα ὡς ἐπάσματα ἐκκλῖναι βουλόμενοι, μόνον τὸν μανιχαϊκὸν ἰὸν τῶν ψυχῶν ἐξεμέσατε, καὶ οὕτω καθαραῖς ταῖς διανοίαις ὑμῶν πιστεύσατε, ὅτι ὁ Λόγος σὰρξ ἐγένετο, καὶ ἐσκήνωσεν ἐν ἡμῖν, καὶ ἐθεασάμεθα τὴν δόξαν αὐτοῦ ὡς μονογενοῦς παρὰ πατρός, ἵνα καὶ ὑμεῖς κοινωνοὶ τῶν ἀκουσάντων γένησθε. Μακάριοι γὰρ οἱ μὴ ἰδόντες καὶ πιστεύσαντες, ὅτι πνεῦμα σάρκα καὶ ὀστέα οὐκ ἔχει, καθὼς ἐμὲ θεωρεῖτε. Τοιαῦτα, μᾶλλον δὲ καὶ πλείω ὑπὲρ ταῦτα δημηγορήσας, τὴν ἐκκλησίαν ἀπέλυσεν· ἡμεῖς δὲ τῶν ἑξῆς ἐχώμεθα.

15 Πιστευθεὶς τοίνυν τὴν τῆς ἐκκλησιαστικῆς καὶ οἰκουμενικῆς φροντίδα, εὐθὺς μὲν ἀνίστησι διαπεπτωκότα τὸν ἱερὸν κανόνα καὶ νόμον. Πατὴρ ὀρφανῶν, προστάτης χηρῶν, καὶ ἀδικουμένων ὀξυτάτη βοήθεια· πρὸ πάν- C των δὲ οὐκ ἐδίδου ὕπνον τοῖς ὀφθαλμοῖς, οὐδὲ τοῖς κροτάφοις ἀνάπαυσιν, ἕως οὗ τὴν αἵρεσιν ἐκ παντὸς τοῦ ποιμνίου ὡς λοιμὸν ἀπήλασε, καὶ τὴν ὑγιῆ καὶ ὀρθόδοξον πίστιν ταῖς πάντων ψυχαῖς ἐνίδρυσε. Συνεχεῖς οὖν ἐποιεῖτο χειροτονίας, τὰς ἐπισκοπὰς συγκροτῆσαι βουλόμενος· καὶ ὁ ζῆλος εἷλκεν, καὶ χάριν ὁμολογεῖν τῷ ἐπὶ χειροτονίαν ἐρχομένῳ, μόνον εἰ πρὸ τούτου ὀρθόδοξος ἐγνωρίζετο. Ἐν οἷς καὶ πολλοὶ τῇ δόξῃ τοῦ βαθμοῦ ἡττηθέντες, καὶ παρὰ συνείδησιν ἑαυτοὺς τοῖς θρόνοις ἐπέρριψαν· ὁ δὲ ἀγνοῶν (οὐ γὰρ ἦν Πέτρος) ἐκ τοῦ στόματος τῶν προσερχομένων ἔκρινε, καὶ τὸ τάλαντον κατ' ἐνώπιον Θεοῦ ἐπίστευεν. Ἀλλὰ γὰρ τοσούτων καὶ τηλικούτων κατορθωμάτων τε ἀνάπλεως ἀγαθῶν, οὐκ ἔμελλε παρὰ τοῦ φθόνου δέξασθαι βέλος; ἀλλὰ Δαυῒδ μὲν καὶ Πέτρος οἱ μαρτυρούμενοι, ὀϊστοῖς βάλλονται τοῦ βασκάνου, εἰ καὶ ὅμως ἀνίστανται καὶ νικῶσι τὸν πλήξαντα. Μεθόδιος δὲ ἀπείραστος πάντη, τὴν εὔκλειαν ἀπηνέγκατο; ἢ δέχεται μέν, οὐ πλήττεται δέ; τοὐναντίον μὲν οὖν, καὶ πλήττει καὶ καταβάλλει τὸν τρώσαντα.

sciunt quid fecerint. Imo si qui ex vobis ardentiores D quidquam vultis ipsis retribuere, mihi obsequentes, hæresin, eorum animis inhærentem, evelletis, quæ eos contra vos ad arma ciebat. Hæc est adversus hostes validissima victoria, causam quæ eos coinquinat exstirpare, et in propriam per contrarium sententiam adducere. Eum qui in corpore sustinuit quidpiam, in corpore mala referentem se ulcisci, porcorum est et similium rationis expertium bestiarum proprium. Ne libertatem demus in occasionem carnis, impinguati et dilatati, sicut vetus ille Israel, ab operibus luti et lateris recens liberatus; sed quod sine infamia verbis exprimi non potest, silentio involvatur. Quin imo relaxationis spatia in gratiarum actionis et placabilitatis tempus commutemus, præteritæ vexationis memores. Scitis enim, non longo opus esse tempore, ad vitam etiam ipsam, nedum omnia quæ nos circumfluunt, perdenda; horum vero contraria, cum sæpe et temporis et laboris multum requirant, non facile acquiruntur. Vos ipsi, qui heri contra vosmetipsos potius quam contra nos ad vim comparabamini, nolite mœrere quod a tyrannide exercenda prohibeamini; sed quod peccati, et peccati omnium pessimi, finem fecistis, lætamini. Quod enim atrocius peccatum, quam divinas res contumelia, pios autem pœna afficere? Vidistis ingens Numinis beneficium? E vidistis sapientissimæ providentiæ consilium? Ecce, uno emplastro tum persequentes, tum fugientes sanavit; hoc quidem a corporis, illos ab animi noxis reddens immunes.

INTERP. ALLAT. et injurias silentio premi petit:

14 Æque itaque, et qui semper pietatem coluere, et qui aliquando impietatem amplexi sunt, gratias Deo referre debetis; tantum ne ut aspis aures obturetis, rectæ fidei dogmata, ac si incantationes essent, declinare conantes; sed ex animis vestris venenum c Manichæorum evomite, et sic mundis cogitationibus creditote, Verbum carnem factum esse, et in nobis habitasse, et vidisse nos gloriam ejus, gloriam quasi unigeniti a patre; ut et vos participes una cum iis fiatis qui audierunt; Beati qui non viderunt et crediderunt, quod spiritus carnem et ossa non habet, ut me videtis habere. His et multo amplioribus de simili argumento pro concione habitis, magnus Dei Antistes Methodius conventum dimisit: nos vero, quæ subsecuta sunt, enarremus.

sinceram fidem inculcat.

C

15 Ecclesiæ itaque Orbisque cura fidei illius concredita, illico sacrum institutum et leges collapsas erigit. Erat pupillorum pater, viduarum protector, et eorum qui injuriam passi fuissent, præsentissimum auxilium. Ante omnia vero non dabat oculis suis somnum, neque temporibus suis requiem, quousque ex omni grege hæresim veluti pestem depelleret, sinamque et orthodoxam fidem omnium animis insinuaret. Quapropter frequentes ordinationes habebat, Episcopatus componere optans. Huc autem ita eum trahebat zelus suus, ut etiam ad ordinationem venienti gratias ageret, dummodo sciretur ab olim orthodoxus fuisse. Multi quidem inter tales erant, qui splendore tanti gradus capti, etiam contra conscientiam, semet in Thronos ingererent; sed cum id ille nesciret (neque enim erat Petrus), ex ore ipsorum se offerentium judicium ferebat, eisque talentum Dominicum concredebat. Tot tantisque facinoribus et rebus optime gestis cumulatus, an non invidentiæ telo petendus erat? Sane David et Petrus, quod de illis Scriptura refert, maligni spiculis impetiti fuerunt, licet postea erecti de persecutore victoriam retulerint; Methodius vero vel omni ex parte intentus manens, gloriam consecutus ut sit? vel tentatus quidem; sed non concussus? vel concussus, sed non prostratus? E contrario: et percussit et prostravit vulnerantem.

Hinc collapsa restaurare aggressus F

quoscunque potest ad ordines recipit

INTERP. ALLAT.

A 16 Animadvertite quæso unde pravum aereumque telum adversarius intorsit: aptis plane armis subdolus ad maleficium usus est; Patriarchæ quidem suggerens immodico zelo ordinationes facere prætextu prorsus abolendi hæresim; Episcopos vero atque Abbates nonnullos, ultra gradus sui mensuram incendens, ut dicerent, non oportere sine ullo examine ordinationes fieri, et potissimum de iis qui culpas proprias per publicam confessionem propalassent *d*. Et hæc tumultus dissensionisque in Ecclesia Christi occasio fuit. cum enim belli appetens dæmon in hæreticis superatus fuisset, orthodoxos in se ipsos concitavit *e*..... Sed nemo expavescat, videns Paulum Christi igne succensum etiam reprehendere Petrum, et Barnabam a Paulo separatum propter idipsum ob quod eos Spiritus sanctus conjunxerat. Utrumque enim quæ Christi sunt prætendebantur, sed neutra pars seipsam constabiliebat: quod hic quoque evenit. Patriarchæ tamen consilium et sententia multo superior fit, cum id dignitas indulgeret et Regia item Majestas atque potentia consilio illi accederet; depositi autem sunt Episcopi et Abbates illi; et grandius factum schisma.

d unde nova seditio importune zelantium

e horum castigatio magis accenditur:

B 17 Quid porro Deus, qui ingentes labores Sudoresque Magni illius descriptos habebat cuique cordis ejus attritio magis quam ulla alia actio vel meditatio placebat? Morbum Antistiti infligit, quem medici Aquam intercutem vocant; decebat namque eum qui multa aspera corpore atque animo perpessus fuerat, hoc quoque tormentum perferre, ut per omnia victor et coronatus athleta innotesceret. Cum ergo ingenii acie prævaleret vir sapiens, pœnarum causam esse agnovit, quod zeli mensuras excessisset, seque severum vehementemque in subditos præbuisset. Corde itaque compunctus, et cordium cognitori Deo in spiritu humilitatis rem omnem effatus, illis qui contra eum deliquerant debita dimisit, et relaxat pœnas; nonnullis, eo quod contra summum Sacerdotium insolentius egisse viderentur, præscriptis, dum fræno quodam ardentiorum ora vellet constringere. Sic per humilitatem et mansuetudinem vanæ sui existimationis præsumptionisque debellans dæmonem, qui virtute præstantibus viris eaque affluentibus innascitur, reliquis suis facinoribus noxiorum affectuum victoriam addidit. Hinc porro ad beatas, sempiternas, melioresque sedes gradum fecit, inter Martyres Christi Martyr, inter C Patriarchas Patriarcha, inter Justos Ascetasque, rebus omnibus absolutos, adscriptus; et, ut finiam, ante Christi conspectum collocatus, pro quo infinitos ingentesque labores exantlaverat, illius pulcritudinis ac suavitatis, pro amaro tristique tormentorum experimento, particeps.

Inter hæc ipsi hydrops accedit:

qui eo humilior et mansuetior factus,

migrat ad superos.

18 Sed, o currus divinus, Deum aurigantem portans, per quem insanientis hæresis phalanges in fugam versæ sunt! O os, quod res divinas velut tuba, Jesu Nave tubis sonora magis, intonuit; per quod sacrilegum Christi hostium munimentum disjectum, et avita rectaque fides, quasi nova promissionis terra, universo Israeli Dei in fortem distributa est! O Davidicæ virtutis et æmulator et successor! Ut enim ille lapide Goliathum percussit, sic et tu hæreseos propugnatorem, Verbi incarnati imagines diffamantem, angulari lapide id est Christi vero corpore, prostravisti. O Mosaici zeli et regiminis imitator atque heres! an non enim tu ipse, ut et ille, antequam regimen obires, ea quæ regiminis sunt, explevisti; vexatum gementemque Dei populum visitans, animamque pro universa Ecclesia ponens; prius quidem, ut ille, in fugam versus, postmodum reversus, divino ut ille oraculo, dominicique gregis principatu condecoratus? O, qui Eliaco sacrificio sacratius Deo obtulisti; et non, ut

Comparatur Josue,

Davidi,

Moysi,

Eliæ,

16 Σκοπεῖτε ὅθεν τὸ πονηρὸν καὶ ἀέριον τοῦ ἐχθροῦ D διελύθη βέλος· τοῖς δεξιοῖς ὅπλοις ὁ σοφιστὴς ἐχρήσατο πανουργίαν· τῷ μὲν Πατριάρχῃ πέραν οὐ καθήκοντος ζήλου τὰς χειροτονίας ποιεῖν ὑποβάλλων, σκοπῷ δῆθεν, τοῦ ἀφανίσαι τὴν αἵρεσιν· τισὶ δὲ τῶν Ἐπισκόπων καὶ Ἡγουμένων, ἔξω τοῦ καθ' ἑαυτοὺς μέτρου φέρεσθαί τε καὶ πυρπολεῖσθαι τῷ ζήλῳ, μὴ καθήκειν τὸ λέγειν ἀνεξετάστως ποιεῖν τὰς χειροτονίας, καὶ μάλιστα ἐπὶ τοῖς θριαμβεύσασι τὰ οἰκεῖα δι' ἐξαγγέλσεως πάθη. Αὕτη στάσεως καὶ δισχονοίας τῇ τοῦ Χριστοῦ Ἐκκλησίᾳ πρόφασις γίνεται. Ἡττηθεὶς γὰρ ὁ φιλοπόλεμος δαίμων τοῖς αἱρετικοῖς, τοὺς ὀρθοδόξους κατ' ἀλλήλων ἠρέθισεν . ... Ἀλλὰ μηδεὶς θορυβείσθω, ὁρῶν Παῦλον Χριστοῦ πυρπολούμενον, καὶ Πέτρον ἐλέγχοντα, Βαρνάβαν τε διασχιζόμενον Παύλου, δι' αὐτὸ τοῦτο, ᾧ τὸ ἅγιον συνέζευξεν Πνεῦμα· ἑκάτερα γὰρ ὑπὲρ Χριστοῦ ἐπρέσβευεν, ἀλλ' οὐχ ἑαυτὸν συνίστη, ὃ δὴ κἀνταῦθα συμβέβηκεν· Ὑπερνικᾷ μέντοιγε ἡ τοῦ Πατριάρχου βουλὴ καὶ κρίσις τῆς ἀξίας τοῦτο ἐπιτρεπούσης, ἄλλως τε τῆς βασιλικῆς χειρὸς συνεπιτρεπούσης τὴν κρίσιν, καὶ καθαιροῦνται καὶ ἀφανίζονται οἱ ἐπίσκοποι καὶ ἡγούμενοι καὶ τὸ σχίσμα μεῖζον.

17 Τί οὖν ὁ τοὺς μεγάλους τε πόνους καὶ καμάτους E τοῦ μεγάλου ἀναγράπτους ἔχων Θεός, συντριβὴν προσιέμενος τῆς καρδίας ὑπὲρ πᾶσαν ἄλλην πρᾶξιν ἢ θεωρίαν; Νόσον ἐπαφίεισι τῷ Ἱεράρχῃ, ὕδερον αὐτὴν οἱ ἰατροὶ ὀνομάζουσιν· ἔδει γὰρ τὸν πολυάθλιον καὶ ταύτην ὑποστῆναι τὴν βάσανον, ἵνα διὰ πάντων στεφανηφόρος ἀναφανῇ. Ὀξὺς δὲ ὢν καὶ ἀγχινούστατος ὁ σοφός, ἐπέγνω τὸ αἴτιον τῆς παιδείας, ὅτι τε τὰ τοῦ ζήλου ὑπερέβη τὰ μέτρα, καὶ ἀποτομίᾳ κατὰ τῶν ὑποχειρίων ἐχρήσατο. Συντρίψεις οὖν τὴν καρδίαν ἐν πνεύματι ταπεινώσεως, καὶ τῷ καρδιογνώστῃ ἐξομολογησάμενος Θεῷ ἀφίεισι μὲν τοῖς εἰς αὐτὸν ἐπταικόσι τὰς ὀφειλάς, ἀφίεισι γ' οὖν ὅμως ὡρισμένας ἐπιτιμίας τισίν, τῆς εἰς τὴν θείαν ἀρχιερωσύνην χάριν περιφρονήσεώς τε καὶ αὐθαδείας, ὥσπερ τινὶ χαλινῷ τοὺς θερμοτέρους ἐπιστομίζων, καὶ οὕτω λοιπὸν τὸν τῆς οἰήσεως, καὶ θρασύτητος δαίμονα, ὅστε τοῖς πλουτοῦσι τὴν ἀρετὴν ἐπιφύεται, διὰ ταπεινοφροσύνης τε καὶ πρᾳότητος καταγωνισάμενος προστίθησι τοῖς λοιποῖς αὐτοῦ κατορθώμασι, καὶ τὸ κατὰ τῶν ὀλεθρίων τούτων παθῶν νικητήριον. Κἀντεῦθεν λοιπὸν πρὸς τὴν μακαρίαν καὶ ἀίδιον καὶ ἀμείνω λῆξιν μεταχωρεῖ, μετὰ Μαρτύρων ὁ Χριστοῦ Μάρτυς, σὺν Πατριάρχαις ὁ Πατριάρχης, μετὰ δικαίων καὶ ἀσκητῶν ὁ περὶ πάντα τέλειος καταλεγόμενος, τέλος, τῷ προσώπῳ Χριστοῦ ὀπτανόμενος, ὑπὲρ οὗ μυρίους καὶ μεγάλους ὑπήνεγκε πόνους, ἀπολαύων τῆς αὐτοῦ ὡραιότητος καὶ γλυκύτητος ἀντὶ τῆς πικρᾶς καὶ F ἀλγεινῆς τῶν βασάνων πείρας.

18 Ἀλλ', ὦ ἅρμα θεῖον, τὸν Θεὸν ἡνιοχοῦντά σε φέρον, δι' οὗ αἱ φάλαγγες τῆς μισοχρίστου αἱρέσεως ἐτροπώθησαν! Ὦ στόμα, τὸ τὰ θεῖα σαλπίσαν, ὑψηλότερον τῶν τοῦ Ναυὴ σαλπίγγων, δι' οὗ τὸ ἱερόσυλον τῶν χριστομάχων ὀχύρωμα κατεβλήθη, καὶ ἡ πατρῴα ὀρθοδοξία, ὡς ἄλλη τις γῆ ἐπαγγελίας, παντὶ κατακληροδοτεῖται τῷ νέῳ τοῦ Θεοῦ Ἰσραήλ. Ὦ τῆς τοῦ Δαυὶδ ἀριστείας καὶ ζηλωτὰ καὶ διάδοχε· ὡς γὰρ ἐκεῖνος λίθῳ τὸν Γολιὰθ ἔβαλεν, οὕτω καὶ αὐτὸς τὸν τῆς αἱρέσεως πρόβολον δυσφημοῦντα τὰ τοῦ Λόγου σάρκωσιν ἀκρογωνιαίῳ λίθῳ, ἤτοι Χριστοῦ ἀληθεῖ σώματι καταβέβληκας· Ὦ τοῦ Μωσέως καὶ ζήλου καὶ ἡγεμονίας μιμητὰ καὶ κληρονόμε! οὐ γὰρ οὐχὶ καὶ αὐτὸς ὡς ἐκεῖνος πρὸ τῆς ἀρχῆς τὰ τῆς ἀρχῆς ἐπιδέδειχας, ἐπισκεπτόμενος τὸν κακούμενον καὶ στένοντα ὀρθόδοξον λαὸν τοῦ Θεοῦ, καὶ τὴν ψυχὴν ὑπὲρ τῆς ὅλης Ἐκκλησίας προϊέμενος, φυγὼν μὲν κατ' ἐκεῖνον τὸ πρότερον, ὑποστρέψας δὲ ὁμοίως θείῳ χρησμῷ καὶ τῆς θείας ποιμνιαρχίας ἀξιωθείς. Ὦ τῆς Ἠλιοῦ ἱερωτέραν θυσίαν προσαγαγὼν Θεῷ, καὶ οὐ διακοσίους καὶ τετρακοσίους ὡς αὐτὸς ἀνελὼν

A λων ἱερεῖς αἰσχύνης, ἀλλὰ δισμυρίους καὶ περαιτέρω τῆς ὄντως αἰσχύνης ἀξίους ἱερεῖς κωλύσας τε καὶ καθείρξας δυσσεβῶν ἱερᾶσθαι, ἐπαισχυνομένους ὁμολογεῖν τὴν ἀψευδῆ τοῦ Θεοῦ Λόγου σάρκωσιν, δι' ἧς τὸ ἀνθρώπινον γένος ἀνακεκαίνισται, εὐκαίρως τὸ τῆς σοφῆς παροιμίας ἔπος εἰπεῖν, Θυσίαι ἀσεβῶν βδέλυγμα Κυρίῳ, καὶ γὰρ παρανόμως προσφέρουσιν αὐτάς. Τῷ ὄντι γὰρ παράνομοι οἱ τοιοῦτοι, ἐψευσμένου σώματος ἀντίτυπον σῶμα, ψευδῶς εἰς θυσίαν παραλαμβάνοντες. Ὦ τῆς Πέτρου θήκης θεραπευτὰ, καὶ τοῦ ἐκεῖθεν ἁγιασμοῦ τῆς ἁγνείας θησαυροφύλαξ! Ὦ Παῦλον [μᾶλλον] ἀναπνέων ἢ τὸν ἀέρα! Ὦ πάσης θείας καὶ προφητικῆς γραφῆς γλῶσσα! Ὦ εὐαγγελικῆς σαφηνείας καὶ χάριτος βίβλος Γρηγορίου καὶ Βασιλείου καὶ τῶν κατ' αὐτοὺς θεολόγων συνθεολόγε καὶ σύσκηνε! Ὦ ἀκτημοσύνης δυσπορίστου κτίσεως κτῆτορ, τοσαύτης γὰρ καὶ ὑλικῆς περιουσίας καὶ ἐξουσίας κατάρξας, γυμνὸς πάσης ὑλικῆς κτίσεως τὸν βίον διῆλθες, μὴ ἔχων ποῦ καὶ αὐτὸς ὑποσκιασμῷ προσπαθείας τὴν κεφαλὴν κλῖναι· ὁ πένησι συμπενόμενος, καὶ ξένοις συνξενιτεύων, τῇ μὲν τῇ τῶν χρειῶν μεταδώσει, τῇ δὲ τῇ ἀπροσπαθείᾳ.

ille, ducentos vel quadringentos confusionis Sacerdotes mactasti, sed vigesies mille et amplius vera D confusione dignos Sacerdotes *f* impedivisti, obstitistique ne nupie sacris fungerentur, erubescentes veram divini Verbi humanitatem, per quam genus humanum renovatum est, profiteri; opportune prudentis illius proverbii memor, Sacrificia impiorum abominatio Domino; ea siquidem nequiter offerant, quippe falsificati corporis figurativum corpus falso *g* in sacrificium accipientes. O cultor sepulcri S. Petri, et sanctitatis indeque emanantis castimoniæ thesaurarie! O qui Paulum magis quam aerem ipsum spiras! O totius divinæ ac propheticæ Scripturæ lingua! O Evangelicæ interpretationis et gratiæ liber cum Gregorio, Basilio, et reliquis secundum eos Theologis, Theologus etiam ipse et contubernalis! O paupertatis non ita facile parabilis possessor; tali enim tantaque opulentia et potentia pollens, omni materiali possessione exutus vitam exegisti, non habens ubi sub umbraculo affectionis caput declinares: qui cum egentibus una egebas et et peregrinabaris, tum rerum necessariarum communicatione, tum animi nusquam affixi libertate.

INTERPELLAT *f*

g *Petro et Paulo,*

Gregorio, et Basilio

19 Ὦ Πατριάρχας, Ὁμολογητὰς ὀρθοδόξους, καὶ ζῶντας καὶ μεταστάντας καὶ θνήσκοντας τιμήσας ὡς πατέρας, B ὅθεν εὖ σοι γεγένηται! Ὦ παντὸς ἀγαθοῦ ἔργου καὶ λόγου ταμιεῖον ἢ καταγώγιον! Πρόστηθι καὶ νῦν συνήθως τῆς ποίμνης σου· ῥῆξον ἱκετηρίους φωνὰς πρὸς Χριστὸν τὸν Θεὸν ἡμῶν, ἐπισχεῖν τῶν βαρβάρων ἐθνῶν τὰς ἐφόδους, ἀπαλλάξαι τῶν λυμαινομένων θηρῶν τὴν αὐτοῦ Ἐκκλησίαν, ἐξελεῖν τὰ τοῦ πονηροῦ σκάνδαλα, εὐνομίαν τε καὶ εὐετηρίαν τῷ Χριστωνύμῳ λαῷ δωρήσασθαι, τοῖς Βασιλεῦσι βραβεῦσαι τὰ νικητήρια, τὸ τῆς ὀρθοδοξίας καλὸν συντηρεῖσθαι ἀλώβητον, ἀκύμονα ζωὴν πᾶσι τοῖς πιστοῖς δωρήσασθαι, καὶ πρὸς τούτοις πάντας ψυχικῆς σωτηρίας καταξιῶσαι, ἐν αὐτῷ Χριστῷ, τῷ μονογενεῖ υἱῷ τοῦ Θεοῦ καὶ Θεῷ, μεθ' οὗ τῷ ἀνάρχῳ Πατρὶ, σὺν τῷ παναγίῳ καὶ ζωοποιῷ Πνεύματι δόξα, τιμὴ καὶ εὐχαριστία, νῦν καὶ ἀεὶ καὶ εἰς τοὺς ἀτελευτήτους αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

19 O qui Patriarchas, Confessores Orthodoxos, E et vivos et demortuos, jamque consumptos, uti parentes coluisti, unde fausta tibi evenere! O universæ probæ operationis sermonisque ærarium sive hospitium, curam nunc quoque pro more tui gregis habeto; supplices voces ad Christum Deum nostrum effundito, ut barbararum nationum impetus compescat. Ecclesiam suam a perniciosissimis bellis immunem reddat, improbi dæmonis scandala eradicet, quietem et abundantiam Christiano populo largiatur, victoriam Imperatoribus ministret, orthodoxæ fidei dignitatem illæsam conservet, fidelibus omnibus vitam tranquillam concedat, et præ his omnibus æternæ salutis dignos efficiat, in ipso Christo unigenito filio Dei et Deo, cum quo sine principio Patri, et sanctissimo atque vivifico Spiritui. gloria, honor, et gratiarum actio, nunc et semper, et in sempiterna secula seculorum. Amen.

Invocatur a scriptore

ANNOTATA D. P.

a S. Theodora *Imperatrix, uxor Theophili cum Michaele filio regnavit: cujus Acta ex variis collecta dedimus* XI *Februarii.*

C b Joannes *seu* Jannes *Pseudopatriarcha cedere recusans, ejici jussus est, ut pluribus deducitur ad Vitam dictæ S. Theodoræ. Is, Cedreno teste,* solitus erat pelvis vaticinatione et præstigiis futura prædicere.

c *Eutychianam hæresim intelligit, per Iconomachos catenus resuscitatam, quatenus ea verum Christi humanitatem negans, opponebatur cultui corporeæ imaginis, verum humanitatem repræsentantis; similiter et Manichæi verum Christo negabant corpus.*

d *Infra in Analectis hæc nova seditio explicatur.*

e *Non satis commodum sensum facere videbantur, quæ omisi verba;* Δεῖ γὰρ παντὸς τὴν εἰρήνην ὡς ἐστιμεν.

f *Quotquot scilicet, in Iconomachorum impietates prolapsi, jam dictum circa Christi corpus errorem professi fuerant: quorum cum loca noviter ordinatis* F *Sacerdotibus essent explenda, non potuit in horum delectu alia haberi ratio, ut supra dictum, quam ut semper orthodoxos fuisse constaret, licet, ob alias olim publicas culpas, eo gradu essent fortassis indigni.*

g *Cum enim Corpus Christi, ut in Missa offertur, figura sit sui ipsius, ut in cruce oblati; non potest ibi verius corpus, quam hic offerri: adeoque nullum, qui sic errant, veri nominis Sacrificium Deo offerunt.*

ANALECTA

ANALECTA EX VARIIS.

CAPUT I.

G. H

Castimonia. Ærumnæ in spelunca. Acta in aula Theophili. Calumniæ depulsæ.

In gratiam S. Nicephori Patriarchæ Romam venit :

Sanctissimum *Patriarcham* Methodium, *natione Siculum, et Syracusis natum educatumque, ac variis scientiis et piissimis moribus institutum fuisse, ac dein Constantinopoli vitam monasticam egisse, ex Actis jam datis constat. Eudem etiam inter præcipuos viros habitum colligimus, ex Compendio historiarum Georgii Cedreni, in quo pag.* 538 (*nam utimur editione Luparaa*) *dicitur ob* intentata Nicephoro sanctissimo Patriarchæ crimina, Romam ad Papam missus. *Fuerat S. Nicephorus, Dominica Paschæ anno* DCCCVI, *Patriarcha ordinatus : verum usque ad annum* DCCCXI *prohibitus fuit a Nicephoro Imperatore, quo minus Synodicas litteras mitteret Romam, quod dicto Imperatore vita functo præstitit, primo anno Michaelis successoris. Num tunc ad*
B *Leonem III Papam dictas litteras Synodicas tulerit* S. Methodius; *an postea, increbescente hæresi Iconomachorum sub Leone Armeno, a Patriarcha Nicephoro missus fuerit, non indicatur in Actis ; solumque dicitur*, hæresim Romam se contulisse. *Assumpsit Leo Armenus Imperium anno* DCCCXIII, *a quo, anno sequenti, S. Nicephorus Patriarcha in exilium deportatur.*

ubi a tentationibus carnis S. Petri auxilio liberatur;

2 *Jam quæ tum Romæ contigerint* S. Methodio, *sic pergit narrare Cedrenus : cum scilicet* vexatum fuisse a malo genio, carnis studioso, sine intermissione dies noctesque eum titillante, et rei venereæ appetitum excitante : itaque ardentem ea cupiditate ac tantum non et succumbentem, Petro Apostolorum Principi sese dedere statuisse: multisque ab eo precibus contendisse, uti se libidine ista liberaret : hunc nocte adstitisse, ac virilia sua manu dextra tangentem adussisse : simulque dixisse, nihil esse quod in posterum sibi ab ista metueret voluptatis concupiscentia. *Hæc Cedrenus : quæ in Actis non attinguntur*

3 *Eminuit Romæ Sancti virtus et doctrina. Sicut autem S. Petrum habuit pudicitiæ Patronum, ita S. Paschali Papæ illius successori adeo gratus fuit, ut*
C *eum ablegarit ad Michaelem Balbum anno* DCCCXXI, *committeretque Tomos de fide asserentes, Imperatori dandos. Obtulit eos illi* S. Methodius, *intrepidus fidei propugnator ; sed pro gratioso sibi debito stipendio, in Actis dicitur* septingentis plagis exceptus, carceralique sepulcro inclusus : *imo et sub Theophilo, Michaelis filio, sub annum* DCCCXXIX *succedente, eadem de causa iterum plagas* sexcentas accepit, et carceri inclusus *fuit. Verum quæ in Actis tribuuntur patri, adscribuntur ab aliis filio, et a Constantino Manasse in Compendio Chronico ita narrantur :* Theophilus Imperator virum præstantissimam Methodium, quamdam in insulam relegatum, speluncæ cadaveris instar inclusit, tamquam unionem in concham, rosam inter spinas. Præterea duos ei latrones adjunxit, quorum altero extincto, et jam marcescente naturali quadam necessitate, fœdum illum odorem et pestiferum aerem tolerantissimus athletes animo tulit æquissimo, quem ne adamas quidem sustinere potuisset. Alter latronum libertate donatus exire noluit, sed intra speluncam illam caliginosam manens, divinæque vivendi rationis æmulator factus, solis instar vitæ religiosæ radios sparsi. *Hæc Manasses, quibus similia habet Zonaras, per verba quæ dedimus* VI *Februarii ad Vitam S. Theodoræ Imperatricis, uxoris Theophili*, §. VI.

reversus Constantinopolim

spelunca includitur cum 2 latronibus :

accipit a SS. Theophane et Theodoro versus,

4 *Nunc pergimus cum Manasse, ac primo referimus mutuum rescriptum SS. Theophanis et Theodori fratrum de quibus agendum erit* XXVII *Decembris) sanctique Methodii.* Dum adhuc *inquit*, Methodius in hoc carcere detineretur, homines illi, rerum divinarum periti, quos notis in vultu fœdatos fuisse diximus, per vim solum vertere coacti, piscatore quodam reperto, litteras viro justo perbreves versu iambico scripsere, quas ab interitu vindicandas ratus, hoc loco subjicere volui :

Τῷ ζῶντι νεκρῷ, καὶ νεκρῷ ζωηφόρῳ,
Ναίοντι τὴν γῆν, καὶ πατοῦντι τὸν πόλον,
Γραπτοὶ γράφουσι δέσμιοι τῷ δεσμίῳ.
Vivo perempto, vivificoque mortuo,
Terram incolenti, ac pariter calcanti polum, E
Scripsere vincto vincti, et inscripti notis.

Quibus ille respondens, in hæc verba rescripsit :

pro quibus alios remittit.

Τοὺς ταῖς βίβλοισι οὐρανῶν κλησιγράφους,
Καὶ πρὸς μέτωπα σωφρόνως ἐστιγμένους,
Προσεῖπεν ὁ ζώταπτος ὡς συνδεσμίους.
Libris vicissim descriptos cœlestibus,
Faciesque non sine laude compunctos notis
Salutat, ut convinctos vivus infossus.

Hi disertorum hominum versus aurei, reapse divinum quemdam nectaris succum stillant. *Similia Manassi etiam Michael Glycas, eodem seculo* XII *scripsit, et phrasi aliquanto mutata Joannes Zonaras.*

a Theophili in aulam advocatus,

5 *At, de* Methodii *ab exilio liberatione ista addit idem Manasses.* Ceterum præclarus pugil Methodius, cum toleranter in illo tristi carcere sese gessisset, dentes amisisset, maxillas contusas haberet, omnique genere excruciatus ab impiis hominibus per summam inhumanitatem non aliter esset, atque ferream incudem malleis excusores contundunt; ad extremum inde prodiit, ortus diurni solis instar ; volente scilicet, ut par est credere, Deo, qui abyssos perspicit, et Cherubim et Seraphim insidet insignem hunc virum, ceu munitam urbem, in monte sublimi collocare ; ne tanta virtus, veluti F lucerna sub modio, tristi caliginosoque specu abdita, lateret. Accidit enim ut Theophilus Imperator, lectitandis libris semper occupatus, unde alveolos scientiæ fingebat, quemadmodum apis sedula de pratorum floribus, in quædam gryphis et labyrinthis consimilia incideret, ita ut dura isthæc quasi decorticare, ac obscura illustrare nemo recte posset, tametsi vel sexcenti apud ipsum essent, doctrinæ fama celebres. Cum igitur Imperatori permolesta hæc res accideret, et animum ejus angeret ; quidam ex Proceribus et Cubiculariis, accedens, Methodium prædicat, indicatis dotibus, doctrinæ magnitudine, scientiæ copia expedita, et abundanti prudentia sapientiaque vertice suo cœlum ipsum attingentem ; sive divinitus, ut hoc faceret, commotus ; sive clandestinum amorem alens, erga virum mente cœlestem, et numine divino plenum. Hæc Imperator audiens, Methodium de specu eductum, ceu unionem e concha, sidus e nube, virum clarissimis radiis refulgentem, et tenebras atque caliginem ignorantiæ discutientem, ad sese revocat et

ad dubia quædam ei solvenda,

A et invitat. Cumque gustum linguæ Methodii percepisset, homini præclaro in regia domicilium assignat ; eumdemque tamquam magni rem pretii, gemmamque splendidam, rutilantem, lucidam, in thesauris innumerabilibus et inaccessis collocans, atque frequenter adsidens Nilo illi aurifluo, de dulcissimis aquis largiter hauriebat. *Hæc Manasses, quæ Glycas brevius narrat.*

jubetur manere in Palatio,

ad bellum etiam ducitur,

6 *Cedrenus addit, a Theophilo etiam ad expeditionem bellicam eductum :* Revocato ab exilio, *inquit,* sibique adjuncto S. Methodio, in Saracenos movet. Solebat hoc in bellis factitare, sive quo ejus sapientia in multis obscuris atque intricatis rebus explicandis uteretur ; sive id cavens, ne rebellionem is se absente aliquam concitaret, ob sacrarum imaginum amolitionem. Nam civium qui erant præcipui atque erga Deum pii, magno in honore habebant Methodium : itaque eum post se relinquere, Imperatori consultum non videbatur.

sub Michaele et Theodora :

7 *Hæc ibi. Mortuo sub annum* DCCCXLII *Theophilo, filius ejus Michael una cum S. Theodora matre regnavit. Tunc* Joannes Pseudo-Patriarcha ejusque socii, de suo regimine dejecti, *inquit Cedrenus,* non se continuerunt, quin et contra sacras imagines ali- B quid adhuc molirentur, et piis insidias struerent. Quo etiam modo integerrimum Methodium calumnia circumvenire, et veræ religionis cultoribus dolorem afferre conati sunt. Res ea ita acta. Mulierem quamdam (mater ea fuit Metrophanis, qui postea Smyrnæ Præsul factus est) multo auro pollicitationibusque corruptam subornant, quæ Augustæ et Imperatoris Tutoribus diceret, a Methodio se esse stupratam. Statim ergo terribile judicium : civilibus et sacratis hominibus cogitur Concilium : adstant pii, mœstitiæ et doloris pleni : non absunt impii, dedecus haud exiguum ex ea actione conciliatum iri piorum cœtui sperantes. Prodeunt calumniatores animis inflati, quod crimen id in promptu habere probationes fiderent, producta in medium muliercula, quæ ex composito Judicibus rem narraret. Judices ergo et præcipuus Manuel (Tutor ac Moderator Michaelis Imperatoris) tristi vultu adsident, indigne ferentes, unius hominis culpa cœtum piorum in periculum ludibrii venire. Quæ omnia sentiens Methodius, ut et spes impiorum et piorum ægritudinem aboleret, neque Ecclesiæ esset lapis offensionis ; nihil multitudinem reveritus, homo omni reverentia atque honore dignissimus, in con- C spectu omnium pudenda nudavit : quæ nemo non videbat morbo quodam emarcuisse, omnique naturali vi esse privata. Pudore hoc factum opplevit calumniatores et malis gaudentes, pios autem lætitia : qui ingenti cum gaudio Methodium cingentes, salutabant atque amplectebantur, neque habebant quo modo voluptati suæ satisfacerent...

stupri per calumniam accusatus,

ejus se incapacem probat,

8 Michael Imperator, intolerabilem hanc fraudem judicans, statuit mulierculam quæstionibus adhibere, ut, quæ fuisset doli nectendi ratio, intelligeret. Statim ergo gladius stringitur, virgæ igni candentes adferuntur, carnificesque parati adstant : quibus infelix ea perterrita, rei veritatem palam fatetur ; quo pacto structæ insidiæ, atque auro et pollicitationibus corrupta et decepta fuerit ; qui commenti auctores ; denique totam fabulam refert ; additque, domi suæ aurum in sacculo reperiendum iri quadam arcula frumenti plena : et missus eo satellitum quidam, aurum statim attulit, detectaque res tota est. Dedissent ergo dignas facinoris sui pœnas calumniatores, nisi Methodius, qua erat patientia, unam hanc ultionem petisset, quotannis solenni orthodoxorum conventu sibi liceret, a sanctissimo templo Deiparæ Blachernensi ad sanctæ Sophiæ templum prælucentibus facibus ire, et in ipsorum aures detestationem obnuntiare : quod et per D omnem eorum vitam factitatum est.

et calumniæ auctores pœna eximit.

AUCTORE G. H.

CAPUT II.

In Patriarchatu cicatrices servatæ. Festum Orthodoxiæ ordinatum. Translata corpora SS. Theodori Studitæ et Nicephori Patriarchæ. Constitutiones editæ. Vitæ aliquot Sanctorum et Homiliæ scriptæ.

Ordinatus Patriarcha servat notas supplicii,

Præmissæ superiori Capite ex Cedreno, *licet acta sint postquam Patriarchæ in locum depositi Joannis jam esset ordinatus* Methodius, *præmittere tamen ordinationi ejus malui, ut quæ in summo illo gradu egit, in alterum hoc Caput ordinatius colligerentur. Prius ergo quam illa apud Cedrenum legantur, apud eumdem occurrit, quomodo* S. Theodora Imperatrix in locum dejecti Jannis *(sic a piis impius vocabatur)* sanctum et divinum Methodium introduxit, qui adhuc confessionis suæ et ob eam tolerati supplicii notas in carne sua gestabat : omnibus piis, Sacerdotibus, Laicis ac Monachis, et iis etiam qui in montibus exercebantur, summo cum gaudio ejus designationem approbantibus ; ac confertim in Urbem venien- E tibus, unoque ore hæresim Iconoclastarum damnantibus æterno anathemate. Hoc præclarum facinus inclita Theodora et filius initio Imperii sui ediderunt, *inquit Cedrenus. Constitutus est ergo Patriarcha* S. Methodius *anno* DCCCXLII. *Quas vero confessionis suæ notas S. Methodius in corpore gestarit, his verbis explanat Glycas :* Quia malæ, propter sacrarum imaginum propugnationem, contundendo læsæ solutæque fuerant a Theophilo, post septimam Synodum simulacrorum eversionem renovante ; necesse habebat, ut eas tenui quadam fascia linea obligaret. Unde, mea quidem sententia, mos inolevit, hodieque durans, ut Pontifices ab anteriore parte lineas fascias alligatas habeant.

malas scilicet obligatas.

10 *Vigebant eo tempore Constantinopoli illustres Abbates et Monachi monasterii Studitarum, ex ordine Acœmetarum, quorum plurimi ob sacrarum imaginum venerationem in exilium missi, aut vitam ibidem sancte finiverunt, uti S. Theodorus ; aut inde regressi sunt, uti SS. Nicolaus et Naucratius, de quibus ad diem* IV *Februarii in Vita S. Nicolai ab auctore coævo; ibi cap.* VII *ista leguntur num.* 36. *cum* Porro Theophilus jam diem obiisset, unoque tumulo hæresis pariter merito circumscripta misere esset ; ac Christi F amans uxor ejus Theodora, cum filio Michaele admodum juvene, Romani Imperii arcem suscepisset ; magnusque Methodius Ecclesiæ gubernacula Pontifex obtineret ; divinitus afflatis Patribus in unum coeuntibus, initium habuit Orthodoxiæ celebritas, cum orbis jam fines serenitas haberet, Christique Confessores, velut stellæ quædam, universum Ecclesiæ firmamentum illustrius ornarent. Tunc plane etiam communis Pater noster ac Christi famulus Naucratius, ab exilio rediens, venit Byzantium ; proque certaminum merito, multo cum honore ab Imperatrice ipsoque Patriarcha susceptus vir inclitus, eorum rogatu sacræ Fratrum sodalitatis, in unum tunc congregatæ, in venerabilissimo Studii monasterio præfecturam suscepit : quam quidem magnus Theodorus multis nuper laboribus enutriens adaugensque, ad millenarium numerum provexerat : eratque rursus novo vigore vegetum Christi illud ovile, veluti cuidam Paradiso simile, multas virtutum rosas ac spiritus suaveolentiam adspectare volentibus præstans. *De S. Naucratio egimus* VII *Junii : de S. Theodoro agendum erit* XII *Novembris.*

S. Naucratium præficit monasterio Studii.

11 *At quæ a* Patribus divinitus afflatis in unum coeuntibus *statuta supra innuuntur, optime explican-*

AUCTORE G. H.

A *tur in Oratione Theophanis Presbyteri et Præpositi, de exilio S. Nicephori Patriarchæ et Translatione Reliquiarum ejus, a nobis illustratis ad diem* XIII *Martii, ubi describitur solicitudo S. Theodoræ Imperatricis, pro concordia et fidei sinceritate cœtum Ecclesiasticum cogentis; a quo cum Jannes Iconomachus e Sede Patriarchali esset depositus,* Methodius, vir et vita et doctrina valde probatus, et qui pro veritate et religione permulta certamina et longum exilium pertulerat, atque inde plagis et carcere diu cruciatus fuerat, omnibus in dignitate constitutis approbantibus, electus est, qui sacram Reginæ urbium Sedem obtineret. Tunc Nicææ divinitus edoctum sanctum œcumenicum Concilium secundum, quod Irenæ Imperatricis, ab ipsa pace verum nomen habentis, et Tarasii maximi beatissimique Patriarchæ studio celebratum est, merito firmam obtinuit auctoritatem ac robur; cum omnes, quæ Deo aspirante in ipso decreta fuerant, comprobarent. Tunc omnes Ecclesiæ suum ubique decus receperunt, et venerabilium imaginum splendore fuerunt illustratæ: ejectisque illis qui nefarie eas insectabantur, Sacerdotes in eis ac duces, recti dogmatis studiosi, sunt

confirmat Nicænum Concilium

B constituti. *In Vita Tarasii,* XXV *Februarii illustrata, de dicto Concilio latius agitur, et memoria S. Irenæ Imperatricis recolitur* XIII *Augusti: hæresis vero Iconoclastarum, quæ sub Leone Isauro exorta, sub Leone meno resuscitata fuerat, post annos centum et viginti plane dissipata tandem est, atque institutum festum* Orthodoxiæ, *quo sacrarum imaginum restitutio quotannis celebratur Dominica prima Quadragesimæ, ducta prælucentibus facibus processione ab Ecclesia Deiparæ Blachernensi ad augustissimum sanctæ Sophiæ templum.*

et festum Orthodoxiæ instituit:

12 *Per* id tempus *religionis restitutæ, ut legitur in citata S. Nicolai Studitæ Vita num.* 37, illustris quoque ac lætitiæ plena Translatio contigit Confessoris ac sancti Patris nostri Theodori, ab insula Principe ad nostrum hoc monasterium, providente piissima Augusta ac magno Pontifice, *ante indicato Methodio,* universoque cœtu Ecclesiæ concurrentis: fuitque gloriose depositus, vicesimo sexto Januarii, juxta inclitum atque divinitus afflatum ejus avunculum Platonem, et tumulatus Sanctus una cum fratre ac Episcopo Joseph, a dextris ad Orientalem partem sancti Præcursoris: *ad cujus scilicet honorem dictum Studii monasterium conditum est. Fuit*

curat referri CP. corpus S. Theodori Studitæ:

C *autem Joseph ille Episcopus Thessalonicensis, et colitur a Græcis* XIV *et* XV *Julii.*

13 *Sed multo majori cum cura* S. Methodii, *facta est anno* DCCCXLVI *Translatio S. Nicephori Patriarchæ, a citato supra Theophane Sacerdote descripta his verbis:* Quadriennio post sacratissimus Methodius, divino plane spiritu impulsus; opportune sapienterque divinam Imperatricem Theodoram admonuit, non esse ex Imperii et Reipublicæ dignitate, quod venerandus et inter Patriarchas illustris Nicephorus, qui pro gloriosæ sinceræque fidei defensione a Sede depulsus, in longissimo exilio defunctus erat, negligeretur: sed omni studio curandum esse, ut divinum corpus ipsius in civitatem reportaretur. Alioquin ingrati animi vitium, inquit, non evitabimus, si post mortem etiam ipsum in exilio, tamquam jure damnatum, reliquerimus; præsertim cum non ignoremus, eos, qui ex genere erant Joseph, in benedictionis parte posuisse, ut patris ossa post quadraginta fere annos ex Ægypto in Chananitidem exportarent. Quod cum ita sit, nos, qui sumus pietatis filii, diutius privari patiemur Patris illius præsentia, a quo divinis documentis enutriti sumus? Hæc quidem, omnium quas intuetur sol urbium præstantissima, et regia civitas, sacri Ducis atque Pastoris sui reliquias sanctas desiderat, quas pie

idemque faciendam suadet corpori S. Nicephori Patriarchæ

conservet et colat. Sponsi sui præsentia fruatur rursum Ecclesia ipsius amantissima: et quo vivo injustissima Imperatoris manu spoliata fuit, mortui corpus, annuente studiosa Pastoris Imperatrice, complectatur. Cernis, quemadmodum hic populus, qui per te securus in vera religione conquiescit, incredibili studio etiam post mortem, vocem ejus in spiritu audire concupiscit? Quod si tabernaculum ejus tantum ad se relatum aspexerit, se illum ipsum recepisse spirantem existimabit, et tamquam thesaurum aliquem pretiosissimum recondet et observabit. His precibus, et cohortationibus celerrime ac libentissime inclita annuit Imperatrix: Perspicuum est enim, inquit, hoc apud omnes posteros, et mihi et liberis meis honori futurum. D

14 Tunc sacer civitatis Antistes, cum Sacerdotibus et Monachis universoque populo, ad S. Theodori templum accedit: in quo gratia plenæ Reliquiæ jacebant; easque, cum veneratione et lacrymis complectens, Sanctum tamquam viventem sic allocutus est: O vir beatissime, qui eisdem laboribus et ærumnis, quibus sanctus Joannes Chrysostomus, affectus es, sicut eodem religionis studio et dicendi libertate præstabas; quique pariter et sede privatus, et mulctatus exilio, et triginta trium annorum spatium extorris tum vivus, tum mortuus transegit; nunc te nobis tui amantissimis restitue, atque hinc discedens ad propria redi, ut te nunc, ut ipsum olim, populus tui studiosissimus cum gaudio suscipiat. Tibi a Deo alienus Imperator viventi adversatus est, et inconsiderate ab Ecclesia te depulit; sed dignas furore suo pœnas dedit, miserandoque exitu Imperio simul et vita privatus est, audaciæque suæ debita præmia tulit. Hodie Imperatores, Deo propter morum pietatem carissimi, mortuo Ecclesiam reddunt; quam, uti filii per Evangelium effecti, mecum constituunt, non habentem maculam neque rugam, qualem tuis ornatam et confirmatam institutis reliquisti. Aspice et vide congregatos filios, qui ex propinquo venerunt, cum reliqui procul tuum ad se reditum expectent; quos tu, velut orphanos, noli tua mœrentes absentia relinquere. Habet te civitas tua, loco muneris pretiosissimi, tuum beatissimum tabernaculum, quo magis quam Imperii amplitudine ornata, glorietur et gaudeat.

ad quod cum clero et populo accedens,

E

15 Hac voce flebili supplicans sacratissimus Patriarcha Methodius, nocturnum Psalmorum cantum et mysticum Sacrificium cum populo fideli perficiens, præclarum e tumulo corpus retexit, quod undeviginti annorum spatio integrum omnino purumque manserat; et in arca ab ipso compositum, et Sacerdotum manibus sublatum, cum luminibus et frequenti Psalmorum cantu, in navim ad hoc paratam illatum est. Sed cum fretum trajecisset, et ad Urbis littus appropinquasset, Dei cura Michael Imperator juvenis, et amplissimis dignitatibus præstantes viri, et patricii, et reliqui cives, læti facesque manibus tenentes, obviam processerunt: et arcam illam pretiosam, cum fide ac veneratione, humeris suis subeuntes, ad magnam usque gestarunt ecclesiam; ex qua, Pontificia dignitate spoliatus, ejectus fuerat.

ipsum elevat et arcæ impositum,

F

16 Inde rursum, assiduis diu noctuque Psalmorum festivorum cantibus vicissim utentes, et cum omni luminum genere per mediam urbem ipsum gestantes, in sanctorum Apostolorum templo collocarunt. Tanta autem erat concurrentis populi virorum et feminarum, atque ætatum omnium multitudo, ut numerari non posset. In biviis enim et porticibus premebantur; et ubique per vim sibi exitum parabant; adeo ut, quamvis multæ, propter Imperatores et Sacerdotes, variis temporibus celebritates extiterint, nulla tamen cum hac conferri queat. Nonnulli

defert in templum Apostolorum.

A nulli etiam in via spiritibus immundis vexati, dum ab aliis comprimerentur, miserandas atque maledicas voces emittebant: quorum e numero quidam ab ipso curati sunt. Populi igitur impetu vix evitato, sanctum eximii Patriarchæ corpus in celeberrimo Apostolorum templo, sacris Mysteriis Deo peractis, in sepulcro recens constructo, manibus ipsius Methodii compositum est, III Idus Martii, quo quidem die in exilium etiam ejectus fuerat, ut utraque re sit memorabilis.

nova inter Catholicos suscitata dissentione,

17 *Inter alios ejusdem temporis athletas fuit S. Joannicius Abbas in Bithynia, cujus illustria acta et certamina descripserunt Sabas et Petrus Monachi, quæ Græce habemus singula valde longa, Romæ et Parisiis acquisita, et ad diem IV Novembris elucidanda. Alia item habemus, Metaphrastæ tributa, quæ a Gentiano Herveto Latine reddita edidit Lipomanus tomo 3, et Surius ad dictum IV Novembris, unde ex numero* 51 *placet decerpere sequentia:* Theophilus ex hac vita excedit, Michael vero et Theodora Imperium suscipiunt. Methodius autem, vir revera sacrosanctus et homo Dei, in sacris collocatur sedibus. Sed (ut semel dicam) cum omnia ab eo fuissent traducta ad orthodoxam fidem, sopitusque esset omnis B fluctus, ac sedata tempestas, et res quietæ; quædam alia seditio excitatur a piis, et res Ecclesiæ iterum erant divisæ, atque redactæ in duas opiniones. Nam alii quidem volebant retinere in ministerio eos, qui dignitatem Sacerdotii acceperant ab Iconomachis, utpote quod hoc nihil pietati efficeret: alii autem profanis sancta tradere manibus, putabant omnino esse impium, et minime Deo gratum nec admittendum. Ferebat id ægre, qui Deo vere vivebat Methodius, angebaturque et lacerabatur corde; putabat enim magnum Paulum resonare in auribus, hæc propemodum loquentem: Utinam sim a Christo anathema pro fratribus meis secundum carnem, si modo steteritis nobiscum, et communiter quidem Trinitatem glorificaverimus. Et ille quidem sic se habebat: Dei autem amicus Joannicius, incidens in res adeo turbatas . ... Archiepiscopi Methodii jam labantem recreabat animum...... Scribebat autem Methodio, ut illos potius haberet circa divinum sacrificium, quos nosset cum eo sentire in dogmate Orthodoxiæ..... Cum hæ venissent litteræ, divinus quidem Methodius memoriæ mandavit ea quæ scripta fuerant. *Hæc ibi, dicuntur autem a S. Joannicio plurimi hæretici conversi; dein num.* 57 *ista de S. Methodio habentur.*

æger animi Sanctus

Rom. 9

a S. Joannicio recreatur,

cumque invisens, intelligit suum obitum instare:

C 18 Quinto anno Imperii Michaelis, qui Ecclesiam regebat Methodius, cum magni Joannicii ad Dominum decessum præscivisset appropinquare; ad eum venit, et ultimas preces ab eo petiit. Ille autem maximi faciens conveniri a Methodio, postquam et in longum tempus cum eo produxisset sermonem, et deinde facto cœtu atque recens electo gregi quæ pietatis erant suasisset, dicens, ut immobiliter permanerent in fide orthodoxa, neque everterentur a profanis vocibus hæreticorum, et inter se conservarent concordiam, neque blasphemiam et maledicam linguam moverent in Pontificem; subjunxit, quod non multum tempus post suum decessum viveret Methodius. Qua in re non fuit falsus tertio enim die postquam hæc dixisset, Joannicius, spiritu quidem migrat ad ea quæ diligebat, deductus a choro D Angelorum...... Methodius autem, qui inter Patriarchas clarissime fulsit, ipse quoque, octavo mense post illius decessum, excessit ex hac vita quarto decimo Junii.

AUCTORE G. H.

19 *Baronius anno* 842 *num.* 20, Qui igitur, *inquit,* Post tot Ecclesiæ Constantinopolitanæ naufragia, ejus clavum, e manibus hæreticorum evulsum, moderandum suscepit Patriarcha Methodius; quoque revocandis, ad Ecclesiam lapsis allaboravit. Quod vero hi reperirentur variæ ætatis diversæque conditionis, ne vilesceret Ecclesiastica disciplina, eosdem omnes diverso modo censuræ Ecclesiasticæ velint esse subjectos. *Ea Constitutio, cum orationibus variis et ritibus, extat Græce et Latine edita a Ludovico Goar in Euchologio sive Rituali Græcorum, pag.* 676 *et decem sequentibus, sub hoc titulo.* Methodii Patriarchæ Constantinopolis, de iis qui abnegarunt, secundum diversas personas et ætates, et ad orthodoxam veramque fidem revertuntur. *Hujus pars aliqua extat etiam apud Theodorum Balsamonem, et ex eo apud Baronium loco supra relato.*

constitutiones circa lapsos edit:

20 *Edidimus nos ad diem quintum Februarii ejusdem S. Methodii Orationem in S. Agatham, quinque capitibus a nobis distinctam: edidimus etiam ad diem* XII *Martii duplicem Vitam S. Theophanis, Hegumeni* E *et Confessoris, priorem auctore S. Theodoro Studita aut alio Monacho coævo; alteram auctore, ut videtur, Metaphraste: qui num.* II *excusat se, quod uxoris S. Theophanis, jam Monachum indutæ, certamina et miracula scribere prætermiserit, eo quod* præclare ab ipsa factorum pars, ad legentium utilitatem vulgata noscatur a sanctissimo Patriarcha Methodio, in ea scriptione, quam de ipsa beataque ipsius vita composuit. *Hanc scriptionem hactenus non licuit videre. Erat etiam inter opera* S. Dionysio Areopagitæ *attributa, apud Petrum Lanselium et Balthasarem Corderium, illius* Martyrium, auctore Methodio, vel (ut alii) Metrodoro. *Illud S. Methodio Patriarchæ adscribunt Anastasius Bibliothecarius, in epistola ad Carolum Calvum; et Flodoardus, lib.* 3 *Historiæ Remensis cap.* 18; *ubi recensens Hincmari Episcopi scripta, addit;* De passione S. Dionysii, a Methodio Constantinopolitano Græce dictata, et ab Anastasio Romanæ Sedis Latine scripta. *Sed hæc ad diem* IX *Octobris erunt examinanda. Denique Jacobus Gretserus, tomo secundo de Cruce, inter Homelias de sancta Cruce edidit aliquam* Methodii Episcopi, ad eos qui dicunt, Quid profuit nobis filius Dei crucifixus in F terra et homo factus? et quare Crucis figura pati sustinuit, et non aliquod aliud supplicium? et quæ utilitas Crucis? *Item* aliam ejusdem Methodii, ad eos quos pudet Crucis Christi. *Extat etiam apud citatum Balsamonem Canon* de segregationibus, *sive excommunicationibus, et quidem monasticis, uti videtur ex titulo colligi. Nec dubitamus quin varia ejus monumenta adhuc lateant in variis Bibliothecis: quædam etiam prodierint sub nomine* S. Methodii, Episcopi ac Martyris in Lycia, 3 *sec. quæ revera Constantinopolitani hujus sint; atque imprimis ea, quam* 2 *Februarii allegavi ex Combefisio,* de Simeone et Anna; *quamque Casimirus Oudini, in Supplemento Ecclesiasticorum scriptorum, merito seniori isti abjudicat.*

scripsit Acta S. Agathæ,

item de S. Theophane et uxore ejus,

Sanctoque Dionysio, Areopagita;

Homilias de Cruce.

DE

DE SS. ANASTASIO PRESBYTERO

FELICE MONACHO, ET DIGNA VIRGINE

MARTYRIBUS CORDUBÆ IN HISPANIA

G. H.

Ex S. Eulogii Memoriali.

ANNO DCCCLIII.

Dedimus præcedenti die martyrium S. Fandilæ Presbyteri, *et ex S. Eulogii Memoriali Sanctorum latius deduximus persecutionem, sub Rege Mahomad motam : ubi post relatum cap. 7 martyrium prædictum, subditur sequenti capite 8 horum trium Martyrum cædes, his verbis :*

Anastasius Presbyter,

Fandilam sequens alio die Anastasius Presbyter, qui ab ineunte ætate, apud basilicam S. Aciscli Cordubensis disciplinis et litteris eruditus, usque ad plenam juventutem ibidem in Diaconatus officio degens,* postquam monasticam vitam, qua dudum fuerat spreto ministerio oblectatus, in senibus * egerat, demum Sacerdotio applicatur. Concito gressu palatium petens adstat Consulibus ; hostemque fidei veridicis assertionum stimulis feriens ; gladio confestim abscissus suspenditur. Cum quo S. Felix Monachus, ex oppido Complutensi progenitus, natione Getulus, et quadam occasione in Asturias devolutus, ubi et fidem Catholicam, et religionem monasticam didicit, eodem die hac professione decisus, affigitur.

B

Felix Monachus,

Digna Virgo fuit :

2 Cumque dies illa maximum cursus sui explens metabulum, jam pene in horam nonam diverteret ; virgo quædam adolescentula, merito et nomine Digna, ex collegio venerabilis Elisabeth, Deo revelante et confortante, ad palmam processit. Paulo namque ante martyrium suum assistere sibi per somnium videt puellam, habitu et specie percomptam angelica, rosas ac lilia manu gestantem. Quam cum de nomine causaque sui exploraret adventus ; Ego sum inquit Agatha, olim propter Christum diris attrita suppliciis, et nunc veni partem tibi purpurei muneris hujus conferre. Accipe libens donarium, et viriliter age in Domino ; nam reliquias rosarum et liliorum, quas in manibus servo, post te

a S. Agatha confortata hæc

C

ex hoc loco datura sum migraturis. Tali denique Virgo sacratissima visu ac munere illustrata, cum e dextera colloquentis rosam susciperet, auris admixta cœlestibus ab oculis intuentis elevabatur.

3 Hæc autem puella, cum pro summa humilitate atque obedientia inter convirginales ultimam se judicaret, esset que incomparabili apparatu obsecundatrix, numquam tamen appellari se Dignam patiebatur ; dicebatque cum lacrymis ; Nolite me Dignam vocare, sed magis Indignam ; quia cujus meriti sum, etiam nomine debeo insigniri. Et cum a die revelationis suæ, amore compuncta martyrii, tacito cogitamine, quibus ad id posset indiciis aspirare, sæpius ruminare cœpisset ; fit afflatim lætior horum instructa martyrio ; quo quasi his præcedentibus hæc firmiori gressu succederet ad coronam. Ideoque apertis silenter cœnobii claustris, cum jam beatos pendere comperisset Martyres ; concito gradu judicem petens, cur fratres suos præcones justitiæ trucidaverit, assertione intrepida percunctatur. An quia (inquit) Dei cultores existimus, sanctamque fideliter colimus Trinitatem, Patrem, et Filium, et Spiritum sanctum unum et verum Deum fatentes, et omne quod ab hac credulitate dissentit, non solum

Indigna cupit appellari :

aliis suspensis Judicem arguit :

negamus, verum etiam detestamur, maledicimus, et confundimus, idcirco confodimur?

4 Hæc et his similia sancto et immaculato ore disserente puella, nihil cunctatus arbiter, lictoribus decollandam committit : qui mox delicati impetunt jugulum * colli. Nec mora consternatis corruens membris, equuleo deorsum versa suspenditur, ceterisque trans flumen adsciscitur. Hoc namque ordine hi tres vocati, Anastasius scilicet Presbyter, Felix Monachus, et Digna Virgo beata eodem die dispariter ceciderunt, XVIII Kalendas Julii, Æra DCCCXCI. *Hac S. Eulogius, a quo hic indicatus* S. Acisclus, *est celebris Martyr, Cordubæ sub Diocletiano* XVII *Novembris passus. Ambrosius Moralez, in suis ad hunc Annotatis, fatetur se ignorare, quomodo S. Anastasius* * post monastica vita incenibus egerent. *Ego sensum reddidi exigua mutatione clarum : nisi quis* insenibus *malit legere ut sit participium ab* insenesco. *Simili libertate utendum sub finem censui ad *, ubi legebatur* delicatis inferunt jugulum collibus, *libenter alteri meliori conjecturæ, cum suggeretur, cessurus meam.*

decollata suspenditur :

E

5 *Per* Æram DCCCXCI *sub finem notatam, intelligitur annus Æræ Christianæ* DCCCLIII, *quo passi fuerunt. Additur mox capite sequenti, apud S. Eulogium;* Quorum cadavera post aliquot dies ingenti concremata incendio, ad ultimum fluvii projecta, dispersa sunt. *Ubi scrupulum movet Moralez, quomodo cum hic dicantur* cadavera per ignem et aquam dispersa, *credatur* corpus S. Felicis Complutensis Martyris, cum S. Zoili corpore, translatum apud Carrionem in S. Zoili monasterio Ordinis S. Benedicti ; *additque Moralez, id* se in vetustis cœnobii monumentis ibidem legisse. *Dabimus infra ad diem* XXVII *Junii S. Zoili et* XIX *Sociorum, Martyrum Cordubensium, sub Diocletiano passorum Acta, a Tamayo-Salazar ex MS. Legendario Segobiensi et edito alio Hispalensi excusa : in quibus dicitur* sanctissimus Agapius, Episcopus Cordubensis, basilicam pulchriorem et ampliorem extruxisse, et sacras exuvias S. Zoili, una cum S. Felicis, honorifice collocavisse, Sanctique Zoili nomini dedicasse. *Idem Tamayus-Salazar edidit Catalogum Episcoporum Cordubensium, in eoque asserit, hunc* Agapium floruisse circa annum DXC. *Ut videatur de alterius* S. Felicis *corpore agi in dictis Actis S. Zoili.*

corpora concremata et in aquam projecta.

F

6 *Præfatus quoque Moralez asserit,* Hujus Sancti Felicis festum nonnullas Hispaniæ Ecclesias celebrare. *Id vero patet, ait Tamayus in Hispanico Martyrologio ex* Breviariis Palentino, Carthaginensi et Compostellano et de iis a Marineo Siculo luculentum struitur elogium. *Imo, ex libello Ambrosii Moralez de Translatione SS. Justi et Pastoris, ait* Complutum agnoscere S. Felicem suum accolam, et ideo in receptione Reliquiarum SS. Justi et Pastoris, ex Osca conductarum, imaginem S. Felicis in occursum exivisse, in cujus basi isthæc legebatur epigraphe, Compluti natus, S. Benedicti Monachus, Felix nomine, sed felicior, quia vestro exemplo Cordubæ

A Cordubæ sum passus ; communem patriam gratulor denuo, hoc tanto Reliquiarum vestrarum thesauro locupletatam.

S. Dignæ locus in monasterio Sabanensi.

7 *Hæc de* S. Felice. *At de* S. Digna *Virgine Martyre, quia supra dicitur vixisse* in collegio venerabilis Elisabeth, *colligit Tamayus intelligi* Sabanense cœnobium, *cujus* cum Jeremia conjuge agnoscitur fundatrix extitisse, *ut patet ex lib.* 2 *cap.* 2 *Memorialis S. Eulogii, dicentis,* Jeremias inclitus, opibus rebusque abundans, et conjux ejus venerabilis Elisabeth ac liberi, totaque pene cognatio, sumptu proprio fundamenta ipsius cœnobii jacientes, divinarum legum perenni adhæsuri obsequio, pridem eo se contulerunt. *Addit Tamayus, dictum cœnobium fuisse* juxta vicum Tabanos in partibus Aquilonis, inter prærupta montium et condensa silvarum, septem ab urbe milliaribus, *sive duabus leucis Hispanicis, ut ait Moralez,* sed hodie nullum manere vestigium.

D

AUCTORE G. H.

Cultus S. Felicis in variis Ecclesiis et Compluti.

8 *Horum trium Martyrum elogia ediderunt Hispanice, laudatus jam Ambrosius Moralez, lib.* 14 *Historiæ Hispaniæ cap.* 20 ; *Joannes Marietta de Sanctis Hispaniæ lib.* 3 *cap.* 1 *et* 2 *et lib.* 4 *cap.* 19 ; *Martinus de Roa, de Sanctis Cordubensibus fol.* 99 ; *Villegas, in Floribus Sanctorum ; et cum iis Martyrologium Romanum, in quo ista leguntur :* Cordubæ Sanctorum Martyrum, Anastasii Presbyteri, Felicis Monachi, et Dignæ Virginis. *Plura habent Galesinius aliique Martyrologi. Quomodo autem* S. Felicis *prædicti corpus, non diu ante annum* MLXXXIII, *Corduba translatum sit ad Carrionense S. Joannis Baptistæ monasterium, exinde S. Zoili et Felicis dictum, in regno Legionensi ; et quanta Sancti isti ibidem sint operati miracula, vide ad* XXVII *Junii, ubi de* S. Zoilo, *pariter illuc translato, plenius agimus.*

Memoria omnium.

DE SANCTO GERASIMO

ORDINIS S. BASILII IN CALABRIA ULTERIORE

E

B

Ex Romæo et Ferrario.

Leucopetra, *promontorium ultimum Calabriæ ulterioris sive agri Rhegini, antiquis notissimum fuit : haud procul est inde* oppidum S. Laurentii, *vulgo* S. Lotero *in mappis notatum : ubi extitit monasterium Ordinis S. Basilii, et in hoc floruit* S. Gerasimus *seu* Gerasimus Monachus, *de quo David Romæus in Indice Sanctorum regni Neapolitani anno* MDLXXVII *Neapoli excuso pag.* 405 *ita scribit.* Sancti Laurentii oppidum, prope Leucopetram, Gerasimus, ex Societate Divi Basilii, sepultus est in templo Divi Angeli, XVIII Kalendas Quintilis. *Is est* XIV *Junii. Ad quem diem citato Romæo eumdem retulit Ferrarius in Catalogo generali, idque* ex Tabulis et Chronicis Calabriæ : *at quibus, non judicat : additque :* De eo Paulus Regius, lib. 2 de Sanctis regni Neapolitani, hac die. *Quæ fere eisdem verbis habet Ferrarius, ad diem* XIV *Maji, uti tunc inter Prætermissos diximus, et optavimus ejus aliqua Acta nancisci : sed frustra. Interpellati enim Regiensis nostri Collegii Patres, consuluerunt Archipresbyterum S. Laurentii, cui novum auditu accidit ipsum Sancti nomen, tantum abest ut aliquid ulterioris notitiæ suggereret ; ita paulatim pessum eunt memoriæ Sanctorum, etiam uno abhinc seculo notissimorum.*

NOT 35

DE VENERABILI RICHARDO

ORDINIS S. BENEDICTI ABBATE

C

VERODUNI IN LOTHARINGIA

F

COMMENTARIUS PRÆVIUS

De Vita ab Hugone Ab. Flaviacensi, discipulo ejus, scripta ; et inchoato aliquo ejus, ut Beati, cultu.

D. P.

ANNO MXLVI

sub primo [illegible] Humberto defuncto an. 972

Verodunum *sive* Virodunum, *Galliæ Belgicæ civitas Imperialis, sub Archiepiscopatu Trevirensi, Lotharingiæ hodierna vulgo attributa, sed Cæsarea jurisdictioni sub annum* MDLII *a Francis subtracta, iisque per pacis Monasteriensis conditiones relicta, octavum Episcopum, seculo* VI *ineunte, habuit* S. Victonum, *sive* Vitonum IX *Novembris commemorandum. Hic cum esset in suburbana sanctorum Apostolorum ecclesia sepultus, crebrescentibus ad ejus invocationem miraculis, tam ipsa quam additum ei monasterium, quod nunc quasi centrum est arcis circumductæ urbique imminentis, nomen accepit vulgo* S. Venne de Verdun. *Clericorum ea antea ecclesia fuit : sed* Berengarius, *in ordine Virdunensium Episcoporum numeratus* XXXV, anno Episcopatus sui XII, ab incarnatione DCCCCLI, dolens quosdam filiorum suorum, perfectioris vitæ desiderio et altioris propositi amore ferventissimo, ad vicinas diœceses commigrare, et monasticum Ordinem (quia in Virdunensi urbe non inveniebatur) alibi expetere ; communicato Cleri Procerumque consilio, in ecclesia, sanctorum Apostolorum Petri et Pauli honori consecrata, ubi pretiosus Domini Confessor Vitonus cum suis quiescit et veneratur prædecessoribus et successoribus, Monachorum delegit turmulam aggregare.... Expulsis ergo Clericis, Monachos introduxit, quibus et ex sua proprietate, et de rebus matris Ecclesiæ, annuos proventus redituum, et victus vestitusque necessaria præordinavit, et congrua officinarum habitacula præparavit.... Abbatem quoque eis instituit Humbertum, de cœnobio S. Apri *Tullensis, sub regula S. Benedicti.*

S. Vitoni Clericalis Ecclesia,

Monachalis facta an. 951,

2

AUCTORI D. P. Huic post 6 intermedios successit Richardus

2 *Ita Hugo, ex Virdunensi, Monacho Abbas Flaviniacensis, Auctor Chronici Virdunensis, cœpti sub annum* MC *scribi, et ex MS. Codice Collegii nostri Claromontani Parisiis editi tomo* 1 *Novæ Bibliothecæ Manuscriptorum Labbei pag.* 132: *ubi deinde pag.* 136, *dicitur, quod anno* DCCCCLXXII *idem* Humbertus obiit pridie Nonas Decembris, et Adelmarus in ejus locum substitutus est *ac denique pag.* 159, Defuncto quoque Adelmaro v kal. Januarii, Adelaudus substitutus est: et hoc defuncto XIII kal. Januarii, Ermenricus successit, qui in quantum valuit, ampliavit locum. Hoc etiam ad superna transvecto VII kal. Septembris, Ruthildis successit, et Ruthildo Lambertus. Post quem raptus est de cœnobio S. Felicis Mettensis Domnus Fingenius, Scotorum progenie oriundus: qui, quia locus idem per manum laicam aliquantulum neglectus erat, ad restaurandum eum, Abbas ibidem est ordinatus.... Et hoc quoque defuncto.... Domnus Richardus locum illum regendum suscepit.

3 *Richardus Wassenburgus, ecclesiæ Virdunensis Archidiaconus, Galliæ Belgicæ antiquitates, per seriem et historiam Virdunensium Episcoporum usque ad annum* MDXLIX *Francisco illuminate perlegens, ibi et fol.* 216 *post vitam Haymonis Episcopi* XXXVIII. Richardi *istius sub illo creati Abbatis Vitam subjuncturus,* Sanctum Richardum *in titulo appellet; ad calcem tamen solum ait*, Finit Vita Boni Richardi Abbatis. *Hugo Menardus et Gabriel Bucelinus, hic in Menologio iste in Martyrologio Benedictino, ipsum collocarunt cum titulo* Beati; *quo etiam usus Arnoldus Raysius in Supplemento ad Natales Sanctorum Belgicorum Molani. Expecto quem ei titulum daturus sit, in proxime edendo seculo* VI *Actorum suorum, Joannes Mabilio. Interim satis habeo,* Venerabilem *appellasse eum, quem ampliori titulo nemo antiquiorum scriptorum docuit appellare. Certe Discipulus ejus, Hugo prælaudatus, Vitam Magistri prolixam intexens suo Chronico, cujus illa bonam partem facit, nusquam absolute* Beatum *vocat; gratiam tamen Spiritus sancti invocat, ut* beatitudinem ejus *enuntiare se faciat, itaque appareat ipse* laudabilis in Sanctis suis: *per decursum deinde Historiæ, eumdem virum,* Gratiam Dei, *identidem vocat; hoc ei vulgo cognomen fuisse dicens num.* 42. *Num.* 82 *agit de concursu ad* Sancti viri sepulcrum, *frequentique ad ipsum curatione febricitantium, ac mox subjungit oblatam Rodulfo Abbati visionem Angelicam, qua declaratur, S. Madalveo in eadem crypta culto, par in gloria, parique cultu a Monachis celebrandus præscribitur;* satisque cautum est, *inquit,* ab illa die, ut ejus memoria devotione recoleretur dignissima. *Episcoporum Virdunensium series MS. paulum ultra ætatem* Richardi *producta, solum* Venerabilem Abbatem *prætitulat. In Divionensi S. Benigni Chronico, quod Virdunensi Chronico subtexitur pag.* 294, *et usque ad annum* MCCXXIII *protenditur; tantum habetur, quod anno* MXLIV obiit Richardus, Abbas piissimus: cui successit Walerannus, frater Hugonis Lingonensis Episcopi; et B. Richardus Virdunensis Episcopus, prædicti Abbatis de sacro fonte filius spiritualis; *cui proinde, potius quam susceptori ejus, videtur* Beati *titulus seculo isto* XIII *fuisse vulgo attributus; id quod discuti poterit ad* VIII *Idus Novembris, quo obiit, quinto post Abbatem mense. Non etiam plus quam* Venerandum *aut* Venerabilem *appellat Everelmus, Abbas Altimontensis, in Vita S. Popponis, sub ipsomet Richardo Monachi facti, ac deinde Abbatis Stabulensis, et quarto post eumdem anno mortui, scriptor utrique coævus, quamvis num.* 6 *dicat,* omnibus pene seculis justitia et probitate sui jam celebratum: *ut videre est in Surio nostroque Januario ad* XXV *diem: seculo autem dimidio junior Sigebertus Gemblacensis, in Chronico ad an.* MXXVII, *enumerans Abbates, per quos eo seculo Religio florebat, laudat* Richardum Virdunensem, pia gravitate, et gravi pietate discretum.

Sanctus vulgo, et a quibusdam dictus Beatus;

ab antiquioribus solum Venerabilis;

4 *Ut tamen Vitam ejus inter Sanctos hic demus, movet non solum titulus* Sancti, *vulgo apud Virdunenses ipsi tributus, a duobus tribusve aut amplius seculis; sed etiam cultus aliquis specialis, jam inde ab ejus obitu delatus sepulcro, variisque publicis actis (ut mox videbimus) confirmatus. Nam cum anno* MXCIX *tertius a Richardo Abbas Rodulfus obiisset; ejus* sepulcro, diligenter clauso et bituminato, tabula marmorea imposita est; et quia est in ingressu chori altare S. Benedicti, ut ibi a Mandato quotidiano Fratres redeuntes prosternantur, et oratione finita memoriam Patris inibi quiescentis faciant, constitutum est: et ne cui grave videretur, memoria quæ solita erat pro Domno Abbate Richardo dici post Matutinos, quæ quasi ob gravamen Fratrum a Rudolfo intermissa erat, quia ed Fratribus displicens, apud quos ut dignum est Patris Richardi memoria celeberrima habetur, grave videbatur, repetita est; ne quasi causarentur memoriam illius intermissam, et hujus initiatam. Sed et usque hodie, *inquit Hugo,* bonus utrorumque Patrum successor, *Lambertus videlicet antea Prior benedictus* anno MXCIX, IV Nonas Aprilis, V die depositionis bonæ memoriæ Patris Rudolfi *unde intelligitur ipse Rudolfus* XXIX *Martii depositus fuisse Virduni, incertum quo die Flaviniaci defunctus)* ante sepulcrum transiens, Oves sibi ab eo commissas illi recommendat; et ut ab eo regantur et protegantur et Pastor et Oves, plerumque ore, semper autem animo ac devotione exorat. *In his ferme finit Chronicon; ut dubitarem, sitne, ab eis, potius quam ab eo, legendum; nisi id viderem unice posse referri ad* Rodulfum, *ex cujus morientis mandato, Monachis declarato, fuerat Lambertus electus.*

ejus tamen Vita hic datur,

ob quotidianam ejus memoriam, statim a morte cœptam

et instauratam an. 1099

5 *Quod apud posteros continuata fuerit ista qualiscumque Abbatis* Rodulphi *veneratio, nullo possum argumento docere:* Richardi *memoriam, numquam exinde prætermissam, confici rationabiliter potest, ex eo quod* Corpus ejus anno MCCXXXVIII, *sicut scribit Menardus post Vitam, lib.* 1 *Observationum, deductam Pag.* 260, translatum est in sacellum S. Nicolai, quod modo abeo dicitur vulgo S. Richardi; et tandem circa annum MDC in ecclesiam, non procul a Sacristia, e regione S. Sanctini *Meldensis Episcopi et Virdunensium Apostoli, qui colitur* XXII *Septembris et* X *Octobris;* eique lapis marmoreus est superpositus, quatuor columnis suffultus. Qua in tranlatione ejus casula, cingulum, et alia insignia Sacerdotalia, sine corruptione inventa sunt. *Et supra, post narratum miraculum, patratum ad commendationem jejunii, etiam in morbo servandi:* Servatur adhuc patera seu patina, in quam ejusmodi aqua, *ægrotanti bis infusa,* in vinum conversa est, in sacristia ecclesiæ S. Vitoni Virdunensis; in quam solent Monachi aquam infundere; qua hausta, ex febre laborantes curantur .... Quamvis autem tanti meriti sit B. Richardus, non tamen ejus festum in monasterio celebratur, quia nondum est in numerum Sanctorum adscriptus. *Sed neque celebrabatur festum S. Popponis, antequam prædictam ejus Vitam Suriano operi insertam vidisset Baronius, indeque occasione sumpta retulisset in Romanum Martyrologium; idem verosimiliter facturus, si Wasseburgium vidisset, scivissetque in cœnobio Virdunensi vulgo* Sanctum *dici.*

atque ob translationes corporis an. 1238 et 1600,

reliquiasque reverenter servatas.

6 Quæ cum ita sint; non possum satis mirari, *inquit Menardus,* quæ de Richardo scripta sunt a S. Petro Damiani Epist. 2 ad Viros illustres. Vir quidam, raptus in spiritu, per soporem ductus est in infernum, et diversa pœnarum genera conspexit, inter quos vidit Richardum, Abbatem Virdunensem, velut

Visus est alicui, in purgatorio, ob nimiam fabricandi curam;

A velut excelsas machinas erigentem, et anxium atque sollicitum, tanquam munita castrorum propugnacula construentem. Hoc enim morbo laboraverat Abbas ille dum viveret, ut in extruendis inaniter ædificiis omnes fere diligentiæ suæ curas expenderet, et plurimas Ecclesiæ facultates in frivolis hujusmodi næniis profligaret. Quod ergo fecit in vita, hoc perferebat in pœna. *Scripta est Epistola, æque ac prima, ad Cinthium, Præfectum Urbis,* tanquam justitiæ æquitatisque cultorem summum, et populum sibi commissum non minus verbo quam exemplo instruentem; *atque adeo diu antequam in Henricianas partes transgressus Cinthius, anno* MLXXV *sacrilegas manus in Gregorium Papam VII injecit. Recte autem arbitratur Menardus, esse ista* intelligenda de pœnis purgatoriis; cum non sit adeo grave flagitium, et ipso inferno dignum, insanas substructionum moles meditari. *Recte etiam adnotat, quod* novum non est, sanctos viros luisse pœnas in purgatorio, ob levinsculas quasdam noxas; sicut de S. Severino Coloniensi, S. Paschasio, et S. Udalrico Episcopo Augustano legimus. *Exempla alia vide ad Vitam S. Mariæ Magdalenæ de Pazzis,* XXV *Maji, Comm. prævii num.* 9. *Quid quod idem,* qui ista *de Richardo* in sopore cernebat; dum hinc inde, *utique eodem in loco,* plurima curiosus attendit, visus est sibi videre Gothifredum *seniorem. Tusciæ* Ducem, qui ad faciendam justitiam nimis *fuerat* intentus; in aureo subsellio præsidentem; cui duo Angeli videbantur assistere, et flabella manibus ventilantes, conabantur æstus in ejus facie (*quos scilicet ad purgationem patiebatur*) more ministrantium temperare; *unde apparet qualis infernus intelligatur, a viro isto pio conspectus.*

B

sicut et alii quidam ob leves noxas.

7 *Porro ad Vitoniani monasterii commendationem non exiguam facit, quod, teste prædicto Menardo,* postquam circa annum MDC in eo regularis disciplina, juxta Regulam S. Benedicti, est restaurata a venerabili Patre Domno Desiderio a Coria, ejusdem monasterii Præposito (jam enim a tempore Nicolai Psalmi circa medium seculi superioris, titulus Abbatis Vitoniani Episcopali unitus fuit) ex ea reformatione manarunt Congregationes duæ, SS. Vitoni et Hildulfi in Lotharingia, atque S. Mauri in Gallia; *quæ postrema ad eam virtutis claritatem ascendit, ut prima Cluniacensis reformationis tempora, Ordini Benedictino reducta per ipsam in Gallia videantur; cum insigni omnigenæ eruditionis præsertim sacræ incremento, prout tot illustria opera, per istius Congregationis* C *alumnos quotidie prodeuntia in lucem, Orbi loquuntur universo.*

Ex illo monasterio, sub annum 1600 progressa reformatio, per Lotharingiam et Galliam a

8 *Jam quod ad Venerabilis* Richardi *Vitam attinet, eam ex Chronico Hugonis prælaudati damus, more nostro divisam in Capita, et Notis illustratam; omissis subinde paucis, quæ, ad ejusdem temporis historiam spectantia, ut Chronicorum fert stylus, intexuntur; et alias ad Sanctos, adeoque ad opus nostrum, non spectant. Non habuit Hugonis Chronicon Wasseburgius; sed in decursu Vitæ se Gallice contextæ allegat* Historicum, qui scripsit Vitam boni Abbatis Richardi: *quam Vitam, siquidem adhuc extat, omnino nancisci optamus. Præterquam enim quod quædam haud paulo aliter narret quam Hugo refert etiam miracula quædam et visiones præteritas ab illo. Interim placet, ex lib. 1 Observationum Menardi ad Martyrologium Benedictum, dare quam ipse Latine exhibet Vitam, compositam ut ait,* ex veteribus monumentis monasterii S. Vitoni: *quia eam cum Gallica Wasseburgii conferens, invenio Monumenta illa verbotenus fere assumpta, ex eadem quam iste allegat Vita, quamvis stylo forte succinctioris.*

Vita datur ex Chronico Virdunensi

quæ interim ex illo et Menardo delibatur.

9 *Rayssius, præter Wasseburgium, usum se profitetur* Monumentis MSS. monasterii S. Vedasti: *nam etiam hujus loci Abbas fuit* Richardus, *ipsique pro se Priorem substituit* Fredericum, *fidelem suum a principio monasticæ conversationis socium, sed annis viginti septem præmortuum; cujus præcipua Acta illius Vitæ interserantur; adeo ut opus nihil sit de eo seorsim agere, licet verum aliquem cultum obtineret. Nullum autem vel obtinuisse olim, vel jam obtinere probatur; cum nec sepulcrum monstretur, neque dies mortis inveniatur litteris consignatus; etsi forte Beatus apud Vedastinos audiat; ideoque Razzius, tali titulo eum honorans post* Richardum, *hujus elogio ipsius quoque elogium subjungat. Bucelinus, allegans allegatos a Menardo, hunc solum secutus est. Omnes autem cum Hugone conveniant in assignandis anno et die mortis, scilicet* XIV *Junii* MXLVI*: addiderim vero, quod anno eodem annus habuit litteram Dominicalem E, Pascha vero celebravit* XXX *Martii, Pentecosten* XVIII *Maji; Dominica a Pentecoste quarta concurrerit cum* XIV *Junii prænotata.* D

AUCTORE D. P.

alia quibus usus Wasseburgius desideratur,

et compendia indicantur.

VITA

Ex Chronico Virdunensi Hugonis Abbatis Flaviniacensi, E

Edito in Bibliotheca nova MSS. Philippi Labbe.

PROLOGUS.

Defuncto *a* Fingenio, Abbate monasterii S. Vitoni, cujus, Scotorum progenie orundi, adventum, peregrinationem, et conversionem qui plenius nosse desiderat, in Vita Theodorici *b*, eximii Mettensis Episcopi scire potest; cum enim, post Adalbertum, Virdunensem Episcopatum *c* Heimo sortitus esset; Domnus Richardus locum illum regendum suscepit. Cujus vitam, mores et actus, nobilitatem generis, initium conversionis, studium religionis, et perseverantiam perfectionis, humilitas nostra, sensu licet tenui et sermone rustico, scribere gliscit: quia si quid sumus, cum nihil simus, totum, post Deum et Sanctos ejus, adscribendum esse meritis *d* ipsius: unde invocandus est nobis spiritualium charismatum distributor Spiritus sanctus, ut beatitudinem ejus, suo quidem sensu, nostro ore enuntiet, ut laudetur in operibus suis, et appareat mirabilis in Sanctis suis, *e*. F

a Auctor, scripturus Vitam sui Abbatis,
b
c

petit gratiam Spiritus Sancti
d

e

ANNOTATA D. P.

a *Infra num.* 12, *dicitur obiisse* Fingenius 8 *Octobris*, 1004.

b Theodoricus *vel* Deodericus, *de quo ad an.* 964 *Sigebertus Gemblacensis ita*: Adalberone Metensium Episcopo mortuo, Deodericus, consobrinus Ottonis Imperatoris, Episcopus subrogatur. Hic, ut legitur, inspiciens primas litteras nominum omnium Metensium Episcoporum, quas Angelus Domini dicitur dedisse S. Clementi, primo Metensium Episcopo; et notans, alias auro, alias argento, alias viliori metallo, pro meritorum qualitate, esse annotatas; cum videret etiam litteram sui nominis argento esse prænotatam; dixisse fertur, se in Episcopatu tanta bona fore facturum, ut ipsa nominis sui littera merito deberet auro annotari, cujus bonæ intentionis initium ostenditur in cœnobio sancti Martyris Vincentii, fundato in ipsius urbis insula. *Obiit senex an.* 983 *die 7 Sept. quod etiam Obituario Cathedralis habet Meurissius. Saussayus tamen, ut* Sanctum, *refert* 18 *Julii; et nomen ejus post mortem apparuisse ait auro prænotatum. Utriusque rei fides penes ipsum sit*

Theodorici Ep. Metensis laus

EX CHR. H. FLAV.

A *sit : interim habemus ex Meurissio (qui omni religiosiori titulo abstinet, æque ac Sammarthani aliique) post annos* 300 *refossa ossa, reperta esse involuta casulæ adhuc integræ, coloris ex violaceo subnigri, qua induitur quotannis. Celebrans in ejus anniversario* 7 *Sept. quando eadem ossa, capsæ inclusa ligneæ, a monachis deferuntur, ponunturque supra fossam primi sepulcri. Vita autem hic indicata verosimiliter illa est, quam* bono *cuidam* Sigeberto (*diversum puto a Gemblacensi*) *adscribit Meurissius, ejusque initium exhibet rythmo Latino. Integrum nancisci velim ; tum ejus, tum* Abbatis Fingeni *causa, si forte alterutrius aliquis cultus interea nobis probetur, ob quem mereantur locum in hoc opere.*

c Adalbertus, *eidem Hugoni et aliis antea dictus* Adalbero, obiit XIV kal. Augusti... et successit Heimo anno DCCCCLXXXVIII.

d *Sub finem Chronici pag.* 235 *digrediens Hugo, ad miserationes Dei erga se gratanter commemorandas ;* Tu me, *inquit,* Domine, sub specie discendi seculo adhærere volentem, per servum tuum Abbatem Rudolfum a vanitate seculi subripuisti, *circa an.* 1085, *annos circiter* 19 *numerantem : siquidem anno* 1097 *annum ætatis* 32 *egisse se ait pag.* 242 : *unde* B *liquet, natum annis* 20 *post mortem* Richardi. *Hujus ergo, jam in cœlis beati, meritis hic adscribit quod est ; quia iisdem adscribebatur tota Vitoniani monasterii religio, quam Hugo ipse sub Rodulfo, ipsius Vener. Richardi discipulo præstantissimo, hausisse se fatetur.*

e *Divisionem Capitum editionis Labbeanæ, instituto nostro minus commodam, dissimulaturus, propriam et magis conformem operi huic facere aggredior : prænoto autem istam divisionem ultra caput* XXX *non extendi, per negligentiam librariorum ; quorum defectus supplere pergo usque ad finem Vitæ ; quid idem faciendum in reliquo Chronico, notando istic novo Capitis numeralem cyfram, ubi ad novam lineam scriptio rediens, id faciendum fuisse indicat.*

CAPUT I.

Educatio, Archidiaconatus Remensis, et ingressus Richardi in monasterium S. Vitoni cum Frederico Comite.

a Pie educatus in ecclesia Remensi,

Extitit igitur nobilissima Francorum stirpe progenitus, patre..... [Waltero] *a* matre vero..... [Theorada] et ab ipsis infantiæ rudimentis litteris liberalibus in Ecclesia sanctæ Mariæ Remensis C institutus : quæ Ecclesia tanto tunc vernabat religionis decore, tot personarum nobilium et religiosarum, quas ipsa in se educaverat, sibi applaudebat honesta numerositate et decenti honestate ; ut religione ipsa præemineret omnibus Ecclesiis Belgicæ, formaque esset omnibus honeste vivendi recteque conversandi, in castitate, in scientia, in disciplina, in correptione morum, in exhibitione bonorum operum. Probat hoc Domni et vere sancti Constantii, Canonici ejusdem Ecclesiæ, pia, constans, et fidelis constantia ; itemque *b* alterius Constantii imitanda et recolenda in pauperes laudabilis rerum suarum profusio, et totius patrimonii dispersio : quorum alterum ipsa sua commendat religio, et opera misericordiæ ; alterum adeo pauperum prædicat miseratio, ut ipsi soli inventi sint, qui tanti viri dum deflent obitum, prædicant meritum ; et dum funus illius grata sedulitate officiosi procurant, dum ad Missæ solemnia quæ possunt pro requie ejus munuscula offerunt, dum omnes insimul circa opus aggregati suam deflent desolationem, et suam in tanti eleemosynarii ingeminantes conqueruntur destitutionem, ejus nimirum vitam miris laudibus extollunt ; et siquid humanæ naturæ vitio in eo corruptum est, id suis lacrymis tegunt D et operiunt. Ideo autem horum constantiam ad exemplum fidelium hic inseruimus, ut agnoscat qui legerit, tot et tales viros in palæstra sanctæ Remensis Ecclesiæ nec sine magistris desudasse, nec sic solos evasisse carneæ molis carcerem, ut non reliquerint aliquos sui propositi testes et cooperatores, qui eorum et vestigia imitati, et fidei virtutem sint amplexati.

b (An qua etiam duo Constantii,

eleemosynis clari floruerunt)

2 In hac ergo Ecclesia religiosæ indolis puer Richardus litteris traditus imbuendus, brevi singula percucurrit, quæ magistrorum solertia percurrenda signavit. Cœpit etiam altiora meditari, et quæ a magistris non didicerat, vivacitate et perspicacia docilis ingenii attente rimari ; ut agnosceretur ab omnibus, magni eum futurum esse præconii, quem sic commendabat acumen intellectus, secretorum et mysticorum capax, cooperante et præcedente gratia Dei. Transivit itaque in eadem urbe, proficiens usque ad perfectam incrementorum ætatem ; et qui erat acer ingenio, statuit sibimetipsi normam vivendi, recidens in se noxia, quæ in aliis solerti vigilantia reprehendebat. Probat hoc religiosa vitæ ejus conversatio, et continuata malorum redargutio, qua tantum abundabat animi ejus directa simplicitas, ut pro zelo Dei et æmulatione justitiæ, E Præcentoris et Archidiaconi ei officium committeretur, et magisterio ejus dispositio Remensis Ecclesiæ traderetur. Cui officio quam strenue, quam prudenter, quam solerter invigilaverit, ne nimii fortasse laudando inveniamur, silere decrevimus : maxime cum et silentium ipsum laus ejus sit ; quia si totam substantiam nostram in laudibus ejus superextenderemus, minus esset quod diceremus ad id quod dicendum esset. Jubilat in laudibus ejus Remensis Ecclesia, quia et ipsa ejus devotio, qua in ea fideliter laboravit, laus ejus est.

post insignem in litteris ac virtute progressum,

ut ibidem Præcentor et Archidiaconus,

3 Utebatur potestate sibi tradita in ædificationem, non in destructionem ; habens libertatem vocis judicio suo confutare reos et convincere, nulliusque personam in judicio accipere. Quibus rebus ita cognitus erat omnibus, ut absens etiam, pro sui reverentia et inflexa constantia, a cunctis timeretur : et pariter omnes senes cum junioribus Richardi inadulatam gravitatis censuram reverebantur. Erat enim vere religiosus, orationibus continuis vacans : cui etiam moris erat Psalterium ex ordine quoquo die dicere ; et primos quidem quinquagenos, prostrando manibus ad terram deflexis dicebat, quinquagenos erectus, quinquagenos non prostratus toto corpore, sed suspensus, articulis pedum manuum sustentatus, perorabat. Solebat etiam ante F Crucem orationes quotidianas dicere, quarum hæc erant omnium versuum initia, Adoro te Christe crucem ascendentem, et benedico te. Quas cum die una, multa perorasset instantia ; surgens ab oratione, et Crucifixum cum lacrymis aspiciens, audivit vocem dicentem sibi ; Tu me in terris benedixisti, et ego benedico te : et elevata dextera, qui erat in forma crucis, benedixit eum. Qua dulcedine compunctus, gratias egit Sacerdoti summo, et cœpit jam tanto actius perfectiora meditari, quanto gratiosiorem circa se agnoscebat dulcedinem miserentis Dei. Hoc nos Rodomi *c* positi a viris religiosis audivimus, qui et ipsi se fatebantur audisse ab Hugone, cognomento Grammatico, viro strenuo et religioso, Rotomagensis Ecclesiæ Archidiacono ; qui Remis in ecclesia S. Mariæ præsens adfuit, quando hæc gesta sunt.

Justitiæ tenax,

et orationibus deditus,

a Christo benedicitur,

c

4 Verum, cum indies fervore religiosi propositi ad altiora penna devotionis sustolleretur, et contemptores mundi, suimetipsius abnegatores miraretur, Deumque figura crucis positum veneraretur, sequaces

omnibus in pauperes distributis,

A sequaces suos ad se invitantem et dicentem, Qui mihi ministrat, me sequatur; rememorans quia parum esset ministrare Domino, in quo nulla esset perfectio, nisi et sequeretur eum; delegit Deo firmius adhærere, quoniam bonus est, et beati qui sperant in eum. Cœpit igitur larga manu quæ circa se erant dispensare pauperibus: et licet a primis annis compassionis in eo opera claruerint, tamen quo amplius miseria seculi et fallax ejus gratia temnebatur, eo magis instabat misericordiæ operibus: ut nudus Christum sequi, et pauper pauperem imitari valeret; qui propter nos minoratus paululum ab Angelis, de pauperibus nasci, et in præsepio reclinari voluit, ut esset piorum cibaria jumentorum. Ubi vero cuncta distracta sunt, nec desideria dilatione consopita, quia sancta erant, quin potius augmentata; cogitationum inundantium, quas perfectioni studens fidelis anima patitur, violento impetu sedato, ad portum quietis appulsus fixit anchoram spei; et quia deliberaverat jam ut iret, cœpit iterum anxiari quo iret, quem sibi locum stationis eligeret; ubi plantatus, in interna cordis amœnitate viridesceret.

Joa 12, 26

deliberanti manere inter suos,

5 Volebat enim hoc quod dictum est patri credulitatis nostræ Abrahæ, Exi de terra tua et de cognatione tua, ad litteram implere: sed considerabat, B non sine fructu fore, si inter suos positus, factusque eis forma vitæ honestæ, præberet eis exemplum sequendi Christum, adipiscendo Religionis propositum. Considerabat rursus, difficillimum esse, inter notos et affines, gravioris propositi intentionem apprehendere; ubi aliquando certa est via periculi, incerta salutis; cum retrahit hominem, jam Deo proximantem, amor propinquorum; et reverberat ac enervat, ut qua Deus in ea minus esset, caritas carnis, et multimodæ punctiones seculi, quas non adeo graves sentit qui opportunitatem sentiendi vitat et refugit. Inter has et alias multiplices repugnantium sibi invicem carnis et spiritus deliberationes, affuit adjutorium Omnipotentis; et famulo suo desudanti in palæstra gloriosi certaminis, solatium præbuit cujusdam fidelis sui, qui sub chlamyde mundanæ dignitatis absconditum gerebat probatissimum militem Christi. Fredericus nomen erat viro; generosa satis ejus et alta propago. Comitatus honore vigebat, et quod maximum est, Comitatum mentis indole perornabat. Pater ejus Godofridus erat, vir probitate, gratia, et divitiis, et honoribus inter Magnates Regni nominatissimus. Habebat et alios filios, Adalberonem, Virdunensem, quem diximus, Episcopum; C Herimannum quoque, Comitem nobilissimum; Godefridum quoque et Gozelonem Duces. Herimannus *e*, qui et Hezelo, Mathildem duxit uxorem, ex qua genuit duos filios, bonæ spei arbores, Gregorium, et Godefridum, et filiam Odiliam, quæ fuit Abbatissa ancillarum Dei in Monasterio *f* sanctæ Odiliæ: habuit et alium ex concubina filium, nomine Godefridum. Godefridus vero *g* Dux, in divitiis et gloria absque liberis consenuit, Gozelo autem Dux Godefridum filium, qui accepta uxore *h* Bonifacii postea factus est Marchio, heredem reliquit.

Gen 12, 1

sed retrahunt quoque dinat-teret;

d

socius offertur Fridericus Comes nobilissimus;

e

f

h

6 Hac ergo generosa stirpe creatus Domnus Fredericus *i*, in sublimitate honorum positus, mensurarum suarum limites attendebat, ne in præcipitio pedem poneret: ideo bonum intentionis suæ finem adeptus est, qui extra fines suos vagatus non est. Hostibus terribilis, amore justitiæ spectabilis, pauperibus largus, dapsilis in donis; in parcendo pius, in ulciscendo severus: qui etsi Palatium frequentabat, in sterquilinio tamen cum beato Job sedebat: quia si qua illicite gerebat, ea ad mentis oculos pœnitendo reducebat. Sedebat in sterquilinio, quia cum ante se peccatorum stercora cernebat, si quid elationis in animo surrexisset, inclinabat: et quanto

i

qui Christianæ humilitatis studio ductus,

se pulverem et cinerem cum Deo loquens æstimabat, tanto celsius usque ad honorem divinæ collocutionis ascendebat. Hinc est, quod ita vere humiliatus est, ut ad alta virtutum surgere veraciter posset. Agit enim hoc pia Dei miseratio erga electos suos, ut quanto se infra seipsos despiciunt, tanto sublimius ad amorem Dei subrigantur, et eo magis videant claritatem Dei, quo eos magis, ne de se magna sentiant reprimit virtus veræ humilitatis.

D

EX CHR. H. FLAV.

7 Cum itaque ad Conditoris sui desiderium totus diutina meditatione incalesceret, et jam aperte mundi lenocinia despicere, et Deo tota intentione adhærere cuperet; videretque homo in seculo constitutus pernecessarium sibi fore, ut hoc suum desiderium cuilibet Religiosorum propalaret, cujus relevaretur consilio et orationibus firmaretur; visum est ei, divina atque faciente clementia, ut virum religione nominatissimum, Richardum videlicet, de quo in præsentiarum agitur, expeteret; et ei tamquam sibi alteri seipsum crederet; cum eo arcana cordis sui participaret; illum esse consiliarium qui nihil haberet fallax, nihil simulatum, nihil corruptæ pacis amicum. Venit ergo, et dum unius voluntas aperitur, aut bonum desiderium revelatur, et ut perficiatur alterna confirmatione roboratur; decretum est communi voto, et ex sententia utrimque deliberatum est, ut pauper quilibet locus eligeretur, in quo honor Dei et rigor Regulæ conservaretur, ubi novi Christianæ paupertatis amatores exerceri, et sic demum alios in spiritualis tirocinii exercitio instruere possent. Delectus itaque locus Virdunum civitas fuit, et in ea monasterium Apostolorum Petri et Pauli, et sancti Confessoris Christi Vitoni, quod et ab antiquo fundatum, et Sanctorum patrociniis gloriosum, et religionis erat ordine insignitum. Erant enim in eo boni viri et religiosi, licet perpauci, sub disciplina Abbatis Fingenii, a Scottorum partibus oriundi, qui illo causa religionis convenerant. Huc sane cum se conferre destinavissent, ad hoc tamen exploraturi convenerunt, ut opinioni minus creduli, oculis attenderent, si eo se cœnobio recluderent.

sanctioris vitæ consilium Richardo aperit ·

cum eoque statuit fieri monachus ad S. Vitoni,

E

8 Erat in eadem urbe et aliud monasterium, a Wigfrido *k* Episcopo constructum, in quo eis videbatur melius eos ingredi debere pro loci opportunitate: quia illud prius cœnobium loci *l* angustia et situs asperitas minus commendabat, licet rigor Ordinis in illo melius servaretur. Æstimationi vero suæ minus fidem dantes, Cluniacense cœnobium pari voto expetere decreverunt, quod et religione præcipuum, et divitiis opulentissimum esse videbatur: ut a Domno Odilone Abbate consilium quærerent, et obtento acquiescerent; aut certe, si sancto viro sanius videretur, ibidem sub eo remanerent. Iverunt ergo: sed sanctus vir, prophetiæ spiritu plenus, caritatisque virtute refertus, viros egregios et in Christi amore ferventes, gratulanter susceptos, ad solum proprium remisit; inculcans eis et præcipiens, ut in monasterio, quod primum delegerant, et ubi se devoverant, vota sua Deo redderent, maxime cum ibi vigeret fervor Ordinis; adjiciens, posse per eos fieri in processu temporis, ut habitacula servorum Dei, nunc modica, postmodum crescerent; et fieret eorum industria locus ille insignis, qui nunc videbatur angustus et despicabilis.

k

l

deinde ambo dubitantes adhibere Ab. Cluniac. adeunt;

F

qui suadet prior consilio inhærere

9 Intueri plane libet flammam caritatis in corde Odilonis, quæ per beatum Job lex Dei multiplex dicitur, quia cujus mentem plene ceperit, hanc ad innumera opera multiformiter accendit. Hac enim actum est, ut vir beatus ea quæ sibi ab altero fieri expectaret, eadem cogitaret alteri facienda. Hac etiam actum est, ut proximum ut seipsum diligeret,

Job 11, 6

Elucet in hoc caritas S. Odilonis,

 ut

EX CHR. II FLAV.

A ut bona quæ valeret proximis impenderet, et implendo non tumeret. Hac nihilominus fit, ut quo se vir sanctus in solo Dei et proximi amore dilataret, eo quidquid a rectitudine discrepat ignoraret. Hac quoque actum est, ut ceteros tamquam se diligens, per hoc quod rectum in aliis conspexit, quasi de augmento proprii provectus hilaresceret. Quis namque Prælatorum hoc nunc taceret, quod virum sanctissimum tunc constat fecisse? Quis tot et tales viros, fama ubique celebratos, si ad se declinare contingeret, ad alia loca demigrare moneret, et non eos potius sibi, favore, gratia, vel precibus, seu qualibet arte retinere tentaret? quod etsi non posset, tamen eos invitus, et non sponte a se dimitteret, dolens quasi quos numquam habuerat dimitteret. Quantos nunc in Ecclesia Dei Prælatos aspicimus, qui provectum alterius, videntes suum non esse, fastidiunt? Quibus omnibus Odilonem præferendum merito censemus; ad cujus gloriam spectat, si quid per eos, quos nobis attribuit ecclesia cui attributi sumus, in Ordine et Religione fructificat

non quærentis suum commodum.

10 Redierunt ergo novi monasticæ Religionis tirones Virdunum, et provoluti genibus Patris mo- B nasterii, aditum precabantur. Quos cum senior cerneret, et viros virtutis ad toleranda opprobria, conculcationes, et verbera minus idoneos et delicatos putaret, paupertatemque loci cum illorum metiretur divitiis, ægre assensum præbebat; quia mentes eorum in divino amore roboratas non noverat; quas si novisset, nec momento introitum illorum distulisset. Cessit tandem, et petentibus assensum præbens, ingressum annuit, quia voluntas Dei fuit, ut cito eis occurreret quod volebant. Sociati itaque congregationi monasterii, facti sunt omnibus forma patientiæ et humilitatis; ut liquido cognosceretur a cunctis, præventos eos esse gratia conditoris Dei: protectionis enim divinæ gratia perlustrati, majori satis ardore diligere cœlestem patriam cœperunt, quam prius in terrena dilectione flagrabant. Deus namque, cujus vera hereditas lux est, et defectus luminis ejusdem nullus est, ita eos sua dilectione illustraverat, ita eos visione sua reficiens repleverat; ut novæ spei spiritu mentes eorum afflatæ, semetipsas, quales in vetusta cogitatione fuerant, obliviscerentur; ut nihil jam eis, nisi quæ æterna sunt, placerent; et despectis transitoriis, sola, quæ permanent, requirerent.

Illi a Fingenio admittuntur,

C 11 Quia vero venerabilis Richardus, absque permissu et licentia Archiepiscopi Remensis monasticum habitum susceperat, conquerebatur etiam Canonicum suæ Ecclesiæ ab ea inordinate recessisse: quamobrem eum conabatur repetere. Quod ubi ad aures Fingenii Abbatis pervenit; evocato eo, rem ordine pandit. Ille, Patre consolato, Remensi Archiepiscopo chartulam misit, hæc continentem: Si spiritu ducimini, non estis sub lege. Quam ille suscipiens, et vim verbi diligentius intendens; Merito, ait, abiit, qui spiritu Dei ductus est, et ideo a nobis repetendus non est. Sic confutata repetentium eum calumnia est: imo magis ad imitandum eum accensa multorum devotio est. Regebat tunc Ecclesiam Arnulfus, Lotharii Regis, qui quintus a Karolo Calvo fuit, filius; qui Traditor cognominatus est, ob id, quia civitatem patruo suo Karolo m reddidit, cum doleret, Regnum alienæ stirpi datum, et suæ præreptum.

nequidquam Richardum reposcente Archiepiscopo suo,

m

ANNOTATA D. P.

a *Nomina, Parisiensi MS. deficientia, supplent Wassenburgius et Menardus: sed prior appellat matrem* Theodoram, *quod minus placet.*

b *Cum hic tam manifeste distinguantur duo* Constantii; *miror quomodo Marlotus, in Hist. Remensi part. 2 pag. 79, locum hunc mutilet, ut unum faciat, quem ait* Decani functum officio, sub Pontificatu Ebali et Widonis, *quorum prior an.* 1023 *electus, posterior* 1055 *defunctus est. De altero* tradit Anselmus in Itinerario Leonis, veterem basilicam, super cryptas Martyrum constructam, non reparasse solum, sed et frontem eleganter condidisse, ac Dei famulos ibidem in ejus obsequium aggregasse: *idem vel alius* in Necrologiis cum elogio memoratur, obiitque x kal. Aprilis, quo Remense Capitulum ad prædictam [*S. Mariæ*] ecclesiam pergit, ubi Missa solennis celebratur pro defunctis. D

c Rotomagum, *Normanniæ caput, scriptoribus Francicis, teste Valesio,* Rodomum, *et* Rotmum *etiam dicitur; vel terminatione masculina, sicut* Rotomagus, *sic et* Rodomus *ac Rotmus.*

d Godefridus *senior, cognomento* Barbatus, *Wasseburgio Ardennæ, Bullonii, et Virduni Comes; cui secundis nuptiis juncta Mathildis Saxonica, antea uxor Balduini Comitis Flandriæ, et ex hoc mater Comitis Arnulfi.*

e Hermannus, *pro Haymone Episcopo, cui Virdunensem Comitatum frater Fredericus cesserat, eumdem administravit.* E

f S. Othiliæ monasterium, *in Alsatia conditum circa an.* 690, *ab eadem prima sua Abbatissa nomen habet, ubi et ipsa colitur* 13 *Decemb.*

g Godefridus Barbatus, *Dux Lotharingiæ, obiit an.* 1019; *uxorem dicitur habuisse Geltrudem, quam alii Berengarii III Italiæ Regis, alii Bavariæ Ducis filiam dicunt; ex ea pie genuisse filiam Ittam, Ruperto Habspurgico nuptam. Successit ei in Ducatu frater Gozelo.*

h Bonifacius, Tusciæ Marchio, *secundus maritus* Beatricis *Lotharingæ, quæ illi celeberrimam Comitissam Mathildem genuit, an.* 1046: *ipse vero occisus Mantuæ* 1049, *thorum vacuum reliquit* Godefrido, Marchioni *per uxorem facto, sub an.* 1054.

i *Addit Wassebur͏gius, quod Ecclesiæ Virdunensi restituerit Fredericus, quæ majores abstulerant, centenariorum jura; ac denique suum Comitatum donarit Episcopo: post eam donationem Hierosolymam profectus.*

k *Alias,* Walgfridus *et* Wicfridus, Monachos posuit in æde S. Pauli, quæ prius S. Saturnini vocabatur, *inquiunt Sammarthani obiit an.* 987, *in eadem S. Pauli æde sepultus.*

l *Solum novem istic tunc fuisse Monachos, ait Wasseburgius.* F

m Carolus, *Ludovici IV filius, Lotharii frater, patruus Ludovici V, Regum Carolidarium ultimi, regni administrationem frustra conatus vindicare, non solum spe sua excidit; sed etiam, ob suum ad Otthonem II confugium, judicatus rebellis, debita sibi successione post mortem nepotis exclusus a Francis est, Hugoni Capeto, penes quem regia potestas diu fuerat, tandem etiam sceptrum, deferentibus dicam? an permittentibus?* Carolus *autem,* Dux *quidem* Lotharingiæ *fuit ab Imperatore creatus; sub solo tamen* Comitis *titulo sepultus invenitur Trajecti ad Mosam, tamquam Patrio et ex Francia allato. Vide Paralipomena nostra ad Chronologiam Pontificiam pag.* 66 *et* 67. Traditor *tamen dictus* Arnulfus *est, quia Hugoni et Roberto Regibus sacramentum fidelitatis dixerat; et convictus fuit proditæ Urbis, ejus culpa miserè deceptæ.*

CAPUT

CAPUT II.

Abbas ordinatus Richardus, S. Henrico Imp. innotescit : ecclesiam novam struit, adjuvante Frederico, et multæ humilitatis exempla dante : suscepta plura monasteria.

Procedente igitur tempore, Domno Fingenio Abbate ad superna evecto VIII Idus Octobris, et in monasterio *a* S. Felicis tumulato, cum de electione substituendi Abbatis ageretur in præsentia Heimonis Episcopi ; et, ut in talibus assolet, diversi diversa sentirent, et varia quorumdam haberetur electio ; ad interrogationem Pontificis repente puerorum *b* voce electus Domnus Richardus, consona omnium voce laudatur ; Episcopo in Laudes Dei erumpente, et dicente ; Ex ore infantium et lactentium perfecisti laudem, Domine Deus. Et utique justa Pontificis enuntiatio, quia ore infantium et lactentium facta electio, laus Dei erat et glorificatio, qua erat laudandus et glorificandus in fideli suo. Confirmata sane electione et scripto roborata, deducitur ab Episcopo novus Jacob in cordis lætitia ; et benedictione data more solenni, prælatus est custodiæ gregis Domini. Aderat jam tempus ut impleretur prophetia beati viri Odilonis, quod per eum et Dominum Fredericum, locus antea permodicus insigniretur, ut et ipse B. Odilo de profectu illorum, tamquam de suo, gratularetur. Suscepta itaque Prælationis sarcina, studuit elationem et jactantiam cavere : sciebat enim oportere sibi, prodesse Fratribus magis quam præesse. Cui tantam Deus contulit gratiam, ut a Regibus et Principibus, a divitibus et mediocribus, miro diligeretur affectu : quia et congruum erat, ut quem Deus perfuderat gratia, ab omnibus amaretur. Ordinatus vero est per manum Domni Heimonis Virdunensis Episcopi, anno ab Incarnatione Domini MIV, cum post Ottonem III secundo jam anno principaretur *c* Heinricus, consanguineus ejus, qui * IX *d* regni sui anno Imperator creatus est.

a *Abbas factus Richardus an 1004,* *b* B *c* *d* *[* an]imo XIII

13 Hujus ergo Principis Curiam, pro quibusdam negotiis, Domnus et Pater Richardus adire compulsus, venerabilem Fredericum secum duxit ; qui et de Imperiali sanguine procreatus, et Principibus Regi erat notissimus : ut quod per se posse diffidebat, illius obtineret gratia, cui aliquando dum esset in seculo tota parebat Curia. Verum, dispositis sedibus, et residentibus Abbatibus, astantibus etiam regni Primatibus, cum longe inferius resideret Pater mitissimus ; et memorabilis ejus Monachus, ut Regis et Principum consanguineus, inter primos Palatinis consiliis interesset, eminentiorique loco sederet ; ratus non sibi fore utile, si Patri cui suberat præemineret sessionis ordine, rem fecit memorabilem, et imitandam posteris. Surgens namque a latere Principis, et suppedaneum suum ipse ferens Abbatem suum petivit ; et posito ad pedes ejus suppedaneo, in eo ipse resedit : dans omnibus Monachis, cunctis postmodum futuris seculorum seculis, formam veræ humilitatis ; et quod vere exaltatur, qui sponte pro Deo humiliatur.

cum Frederico ad S. Henricum accedit : C *ille ante Abbatem suum sedere recusans,*

14 Hoc ergo ejus factum omnibus fuit miraculo, et laudi datum est, quod non pro laude hominum, sed pro divino famulitio et paterna reverentia celebratum est. Nam regalis magnificentia, humilitatem nobilitatis illius amplexata, Christumque in famulo suo devote venerata, cum eum ad se invitasset, et ille a pedibus Patris avelli nollet, Rex altiori ingenio viri prudentiam admiratus, Abbatem ad se evocatum e latere suo sedere fecit, atque post eum Domni Frederici sedem sisti præcepit. Sic familiaritatem Regis et Principum adeptus Domnus Abbas Richardus, in brevi, sapientia, consilio, astu, prudentia, et honesta conversatione cunctis manifestatus est ; ut in negotiis curialibus disponendis nullus illo utilior, nullus prudentior, nullus validior aut acceptior judicaretur. Probat hoc Principalis erga eum liberalitas, qua, pro amore ejus, Virdunense, cui præerat, dilexit cœnobium ; ut dona ei ingentia in auro et argento, in palliis et sacratis conferret vestibus ; et totum se adeo in amore ejus transfunderet, ut miraretur qui videret.

D *EX CHR. II. FLAV. facit ut ille coram Imperatore exaltetur,*

15 Obtentis igitur, pro quibus abierat, Abbas religiosus, ad monasterium suum reversus est ; cœpitque velle fieri tanto propinquior Deo, quanto per gratiam ejus Regi et Principibus, Pontificibus et quibusque præpotentibus erat acceptior. Cœpit enim totum se solicitius divinis mancipare cultibus, dominicis die noctuque vigilare laudibus, commissos sibi religiosis assuefacere moribus : ita ut per totam Neustriam et Austrasiam, Franciam atque Burgundiam, diffunderetur sonus sanctitatis ejus, fieretque omnibus in propatulo sanctimonia ejus. Fuerat ad eum grandis undecumque concursus : alii ejus se subdebant magisterio, postposito mundi fallentis lenocinio ; alii filios ei offerebant erudiendos ; ut videretur jam monasterium ejus monasteriis Nitriæ vel Ægypti conferendum, pro numerositate fidelium illo confluentium : qui velut apes ad alvearia undique advolabant, diversis virtutum speciebus onusti mentes, ut illæ mellis et ceræ indiscretas cruribus et pedibus subvehunt qualitates. O quales et quanti viri ejus claruerunt magisterio ! quam pretiosa et devota Deo commissa ei congregatio, doctrinis ejus irradiata, et exercitio arctioris propositi ad unguem informata ! Probant hoc Galliæ et Germaniæ Pontifices, Duces et Comites, amore Christi ferventes, qui ex monasteriis quæ habebant aut Patres præficiebant, sub tuitione tamen ejus et disciplina ; aut, si Patres inde habere nequibant, quos de suis Patres facere deligebant, Virduni primo probandos, instituendos, et morigerandos dirigebant. Ex quibus nos, licet juniores et moderni, plures Religiosos et in omni theoria probatissimos vidimus viros, Angelica facie et habitu reverendos : ut ex institutione discipulorum patesceret, quantæ religionis, gravitatis, et perfectionis eorum Magister fuisset ; cujus eruditionis decus in discipulorum clarebat moribus. Crescente sane numero discipulorum crescebat census honorum. Clarebat ubique nomen Richardi, sanctitas ejus ubique prædicabatur, et nomen Dei per eum clarificabatur.

Diffusa late Richardi fama E *multi ad eum confluunt,* F

16 Videns autem ecclesiæ suæ vetustissima et pene jam diruta sartatecta ; delegit, eis dejectis, ampliora jacere fundamenta, et in meliorem statum et nobiliorem novam compilare Basilicam, quod et brevi actum est. Turres *e* enim ecclesiæ ipsius Domnus Fredericus ex suo fecit, et Cellarium, et Refectorium Fratrum. Dormitorium vero cum dejectum restrueretur, et necessaria domus pararetur ; nec posset nova parari, nisi vetus mundaretur ; accersitis quorum esset operis et studii id explere, cum aliqui illorum, ut assolent, erubescerent, et manus apponere in subvehendo quod mandabatur subterfugerent ; vir humilitatis et gratiæ Fredericus vere Monachus, terræ fossor accessit, et quod effossum est onere facto exportavit. Quis jam similia facere erubesceret, cum videret Fredericum, Comitis filium, fratrem duorum Ducum Imperatoris consanguineum, et fecisse, et non erubuisse ? Fecit et huic simile opus in turrium extructione. Cum enim jam in altum structura porrigeretur, et instrumentum illud ; quod Avis *f* nominatur, subvectione cæmenti

quibus dum novam ecclesiam struit, *e* *Fredericus cæmentarii vices supplet,* *f*

A cæmenti aptatum, perpauci essent qui ferrent; his qui huic officio erant deputati, alias, ut credimus, occupatis; videns vir beatæ memoriæ quemdam de nobilioribus astantem, ut sumeret ligneum aliud instrumentum, et cæmentum collo ut moris est subveheret, admonuit. Qui cum erubesceret, et suis id natalibus incongruum adstrueret; vir mitissimus, cervice supposita, quod rogabat primus implevit: ac deinde porrecto juveni instrumento eodem, suo docuit exemplo ut disceret facere, quod fecerat Comes Comitis filius: nec erubesceret, si ei improperaretur factum, quod constaret ab ipso quondam Comite primitus attentatum.

EX CHRO. II FLAV. ad aliorum exemplum:

in culinæ ministerio repertus a Duce fratre,

17 Sedebat autem quadam die idem vir memorabilis in coquina Fratrum, et operis quidpiam exercebat, scutellas abluens, et vasa alia mundans; cum ecce ad ostium coquinæ Godefridus Dux frater ejus adveniens, aditum precabatur. Cui cum aperuisset unus ministrorum qui forte aderat; videns Dux fratrem suum operi cœpto insistentem capite inclinato, et alludens ad nomen Comitis, Non deceret, ait, Comitem talia facere: non enim sibi conveniunt nomina et actus, nobilitas generis et exhibitio operis. Cumque egrederetur, ille egredientem subsecutus, nacta opportunitate loquendi, sic ait fratri:
B Optime, ait, prosecutus es, o Dux, quia tanta est dignitas hujus officii, et tantus est cui impenditur, beatus scilicet Petrus Apostolus et sanctus Confessor Vitonus, quod nec meæ congruit parvitati, ut præsumam ad hoc eis exhibendum quasi pro nobilitate generis mei: nec tanta est humilitas mea, ut merear ab eis in illorum, qui hoc officio digni habentur, consortio deputari. Tanta erat tunc abjectio et suimet despectio in anima illius fidelis, ut ejus humilitas prædicaretur, et miraculo esset cunctis qui noverant nobilitatem generis ejus. Nam cum sederet quadam vice privatus et necesse esset ei calceos extrahere; quidam de Fratribus, quem ipse semel vidit, et a quo puerulus ista audivi, Joannes nomine, procumbens, cum vellet ei pro caritate servire; obstupescens, et quadam religiosa obstinatione obsequium ejus recipere nolens, prohibuit eum, dicens; Quid mihi prodest, Frater, honores seculi reliquisse, si a Fratribus obsequium, quod habuissem in seculo, cum non sit necesse, accipio? qui ad hoc veni ut serviam, servitium, quod non expedit, quomodo accipiam? Ita dicens, Fratris repressit animum, dans omnibus maximum patientiæ, et humilitatis, et
C vilitatis appetendæ documentum. Hæc in transcursu, pro innotescenda omnibus, beatæ mentis abjectione dictum sit: nunc ad ordinem rei flectamus articulum.

indignum id reputante, potius eo se indignum ducit,

nec patitur sibi calceos extrahi.

ANNOTATA D. P.

a *Hoc* S. Felicis monasterium, *eo loco Hibernis Monachis traditum, ubi antea oratorium fuerat* S. Clementis *Metensis Episcopi: quod monasterium, corpore hujus dein sub annum* 1090 *reperto, nomen mutare cœpit. De quo egimus ad Acta S. Cadroe, primi istic Abbatis, 6 Martii; diximusque, Abbatem ibidem secundum* Fingenium, *non videri prorsus ipsius regimen abdicasse, qui istic voluit tumulari.*

b *Pueros intelligo monasterio traditos ex usu Benedictinorum.*

c *Hic est* S. Henricus, *in cujus Gestis ab Adelboldo scriptis legitur, quod ipse et Otto III* tertium ad invicem consanguinitatis gradum tenebant

d *Legendum* XIII: *coronatus enim fuit Romæ Henricus an.* 1014, 14 *Februarii; fuerat autem electus et Rex consecratus* 1002, 7 *Junii. Idem error etiam infra num.* 41 *recurrit.*

e *Male Wasseburgius videtur dicere, has turres* D *extructas prius quam Monachus fieret Fredericus.*

f *Nescio unde alveolus cæmentarius hic* Avis *dicatur: sic potius diceretur grandior illa machina, qua in sublime posita, vasta onera saxorum et vasa cæmento plena in altum attolluntur per rotam: cujus machinæ collum prominens, avis præfert similitudinem, et id eo ipsa quoque* Grus, Krane *belgis* Γέρανος *Græcis nuncupatur.*

CAPUT III.

Novæ ecclesiæ ornamenta pretiosa curata, et fundi a pluribus collati, intuitu Richardi Abbatis.

Ædificata igitur nova ecclesia, majori ambitu et elegantiori opere; necessarium fuit, ut corpora quorumdam Sanctorum Pontificum transmutari debuissent. Tunc corpus S. Madelvei *a* incorruptum repertum est, et in crypta S. Mariæ sub altari in vase marmoreo decenter repositum. Tunc etiam est acta translatio duorum Episcoporum, Hildini *b* et Hattonis *c* Nonas * Maji, et ad dexteram crucis monasterii, ad dexteram scilicet altaris S. Joannis Baptistæ, positæ sunt eorum Reliquiæ. Corpus autem Domini *d* Berengarii, Episcopi et Monachi, in ingressu claustri, tamen intra monasterium repertum, incorruptum inventum est, excepto pede qui in vita ejus aruit; et casula cum sandaliis ab ejus corpore abstracta est, et in thesauris ecclesiæ cum Reliquiis reposita: corpus vero ejus sanctissimum superius versus cancellos chori transmutatum est, casula nova et sandaliis honeste procuratum, et e regione sepulcri altare S. Firmini *e*, quod ipsius tempore ab eo inventum est, positum. At vero corpus Domini Dadonis Episcopi, e regione duorum supradictorum Pontificum, ad lævam scilicet crucis monasterii, ad sinistram partem altaris S. Martini, honorifice reconditum est. Reliquorum vero Episcoporum corpora infra chorum continentur, et desuper tabulatum de lapidibus sectis et quadratis factum est. Attamen quinque Episcoporum corpora subtus pulpitum, quo Evangelium recitatur, contineri a multis audivimus, quorum tamen nomina non tenemus *f*.

a Transfertur corpus S. Madelvei,

b

c

** an. ix Nonas ?*

E

d

et Episcoporum aliquot Virdunensium.

e

f

19 Pulpitum autem ære, crebris tunsionibus in laminas tabulasque producto et deaurato, factum esse constat, satis accurate et eleganter; et per XII tabulas, XII Prophetarum imagines, XII Apostolorum formas subvehentium, sculptorio et polymito opere exaratæ sunt. Et hæ quidem ad Occidentalem partem, ad dorsum scilicet stantium et canentium, positæ sunt: at vero ad Septemtrionem, IV fluviorum species de paradiso emanantium, in IV partibus eminent. In gyrum autem, quo Evangelii recitator stans obumbratur, Abrahæ offerentis filium, Abel agnum, Isaac benedicentis, et Jacob supplantantis, et Tobiæ sepelientis, et David manu fortis, imagines agnoscuntur simili opere compilatæ. In facie autem, Dominus Jesus, in throno majestatis residens, et Virgo mater, et Baptista Joannes, cum IV Evangelistis apparet. Porro, dextra lævaque Domini, Angeli et Archangeli, cum Cherubin et Seraphin, Redemptori obsequium exhibent. Instrumentum vero illud, paratum est receptui textus Evangelii, Joannes Evangelista in similitudine aquilæ volantis, adornat. In ora autem et summitate operis; versibus hexametris auro digestis, Patris Richardi devotio summa notatur.

Pulpitum, ex ære inaurato

F

varieque, cælato cingitur,

20 Propitiatorium sane Sanctorum exornant corpora, quorum meritis floret Ecclesia. Et in medio quidem, alto satis et prominenti cyborio, Sanctus

ctus quiescit Vitonus, redimitus frontem auro purissimo et gemmis pretiosissimis, quibus concluditur majestas Dei incircumscripta et incomprehensibilis, habens ad dexteram B. Petri, et ad lævam ejusdem B. Vitoni auro prominentes imagines, opere factas cælatorio; quas ambiunt columnæ, ex electro purissimo, cum basibus argenteis, arte fusili et anaglypho, productæ. Ipsum quoque cyborium, Dominicæ Resurrectionis, Apparitionis, et admirabilis Ascensionis, opere cælatorio protensis adornatur insigniis, habens ante se altare, sacratum in honore S. Vitoni et omnium Confessorum. Ad lævam autem altare sacratum in honore S. Pulcronii, *g* et omnium Martyrum: habens et ipsum suum cyborium, quo continetur corpus ejusdem B. Pulcronii, auro et argento decoratum. Porro ad dexteram altare in honore S. Possessoris habetur, et omnium Virginum: cum cyborio, quo corpus ejus continetur, simili opere adornatum.

Item Sanctuarium, argento auroque decoratum,

21 Altare vero majus, in honore S. Petri Apostolorum Principis sacratum est, ob privilegium ecclesiæ ipsius, quæ priscis temporibus in honore ipsius Apostoli et facta et consecrata est. Ante hoc tabula habetur aurea, auro mundo et purissimo et gemmis pretiosissimis densissime conserta, opere mirifico et arte cælatoria facta, præferens imaginem Domini, signum crucis tenentis, et super aspidem et basiliscum ambulantis; et dextra lævaque imagines Apostolorum Petri et Pauli, ejusdem operis et metalli: ad quorum vestigia procumbentes cerneres imagines Domini Patris Richardi, et Mathildis *h* digne memorabilis, supplices manus tendentes, et quasi, ut grata hæc eorum habeatur oblatio, alterius studio facta, supplicantes. Factum est et altare gestatorium ex auro purissimo, interius mire fabrefactum opere consimili, studio et largitione Domini Herimanni Comitis, in modum tabularum confertum et compactum: quod cum aperitur, et altare est, et tabulæ aperiuntur; quibus si moram adhibeas, quod est instrumentum Moysi et Aaron imaginibus gloriosum, figuram Dominicæ Crucis exprimit. Habet hoc a IV cardinibus, IV Evangelistarum, hominis, leonis, tauri, et aquilæ species, ex argento opere fusili, præfatum altare portantium, et se invicem versis vultibus respicientium.

ubi et altare majus S. Petri.

22 Super ipsum vero altare, brachium S. Pantaleonis *i* ponitur, pallio serico involutum, et ligno inclusum, argento et auro decoratum: quod attulit cum corpore ejusdem a Nicomedia Coloniensis Episcopus, obtentum dono Constantinopolitani Imperatoris, quando pro ejus filia, Ottoni II in matrimonio jungenda, jussu ejusdem Ottonis ad eumdem Imperatorem legatus missus est, cum Episcopis duobus, Ducibus et Comitibus. Et, cum obtentis, pro quibus ierat, licentiam redeundi accepisset: et Imperator ei sociisque ejus munera plura obtulisset, et accipere renuissent; corpus Pantaleonis ab eo Archiepiscopus petiit, et obtinuit, et reversus Coloniam detulit. Fuerat autem cum eo in expeditione ipsa quidam ejus consanguineus Dominus castri de Commarceio *k*, et multa prece obtinuit ab eo brachium corporis S. Pantaleonis, quod et in ecclesia præfati castri reposuit. Evolutis postmodum aliquot annis, obsessum est castrum ipsum, et eversum, atque succensum: cumque flamma tectis ecclesiæ illaberetur, et victricibus globis interiora ecclesiæ lamberet; dolens Sacerdos de combustione sanctarum Reliquiarum, cuidam armatorum ut ecclesiam ingrederetur, et desuper altari Reliquias tolleret, significavit. Qui mox ingressus, Reliquias tulit et reposuit; et cum ibi adesset Abbas, brachium Sancti præsente Presbytero marca argenti ei vendidit; quod Domnus ipse cum sciret pro certo Martyris esse Reliquias, Virduni gaudens attulit; et paratum argento et auro diebus festis super altare ponitur.

super quod brachium S. Pantaleonis

Colonia Commarceium et hinc Virdunum ablatum

EX CHR. H. FLAV.

23 Fecit et alia plura ornamenta; libros Evangeliorum, auro et argento paratos; cruces, ex auro purissimo, III; ventilabra argentea, II; librum Epistolarum I, argento paratum; Missale I; Collectarium I, similiter argento paratos. Dedit et Henricus Imperator calicem I aureum præmaximum, cum gemmis pretiosissimis, et patena ejusdem metalli, et scutellam I de beryllo, et pyxidem I de onychino, in qua servaretur corpus Dominicum, dependens *l* super altare: præterea innumera dona auri et argenti, et prædiorum, sacrarumque vestium; et phylacteria aurea et argentea, et crystallina cum Sanctorum reliquiis; capsam auream, insignitam reliquiis XII Apostolorum; et cornua *m* II eburnea, identidem reliquiis conferta. Fecit etiam memorabilis Pater Richardus coronas II, ex argento et auro; et tertiam parvulam, ubi dependerent signorum *n* restes. Adverada quoque Comitissa dedit Petro casulam viridem cum aurifrizio: et multi multa dederunt, quæ enumerare longissimum est. Unde et in brevi factus est locus ille insignis.

Ditatur ecclesia ornamentis,

24 Ejus namque exemplo provocata progenies *o* Domni Frederici seculo renuntiavit; et adhærens discipulatui præfati Patris, prædia sua et patrimonia ecclesiæ dedit. Godefridus Comes pater, Borracum *p* dedit: inde relato filio suo ab Italia, Adalberone Episcopo, cum eum parentes ejus in ecclesia Vitoni sepeliri mandassent, et contra eorum voluntatem in ecclesia Mariæ sepultus fuisset, pro requie animæ illius dederunt Vitoni Forbacum. At vero Herimannus, qui et Hezelo, filium suum Gregorium *q* in annis puerilibus Deo obtulit, et omnem devotionem suam ad eumdem locum vertit: dedit enim S. Petro et S. Vitono Haslud cum ecclesia, in Fesseca unam ecclesiam, in Rotgericorte XII mansos, in Ermefredegehem unam ecclesiam. De his factum est post mortem ejus concambium, et dedit pro his Comes Balduinus Flandrensis Bonvillare cum dimidia, in Vitereio vineas cum quadam parte ecclesiæ, in Harvia XXX mansos cum familia magna. Sine isto tamen concambio tradidit adhuc præfatæ ecclesiæ Monnou, et ecclesiam cum silva spatiosa, Fontagiam quoque cum familia et vinea optima. Dedit etiam pro anima filii Godefridi, ex concubina nati, in claustro tumulati, non tamen juxta fratres et patrem, duas ecclesias, quarum una dicitur Ham, alia Gengeavia. Fecit et vestes sacratas in ecclesia pretiosissimas: et cum ecclesiam ipsam præ cunctis mortalibus ditasset suis bonis et possessionibus, ad ultimum semetipsum Deo obtulit, et Monachus factus est, ut in æternum cum Christo regnaret.

et fundis variis, per Frederici consanguineos,

et fratrem ejus Herimannum.

25 Mathildis autem uxor ejus digne memorabilis, bonis pollens virtutibus, et misericordiæ studens operibus, in claustro ipsius monasterii, defuncta venerabiliter quiescit *r* humata: cujus ad caput filia eorum Odilia, Virgo sacratissima, locum habet sepulchri. De hac sermo extitit, et nos a senioribus audivimus, quod *s* egressa a finibus Bavariæ, venerit Virdunum IV feria ante sanctum diem Paschæ, volens cum patre et matre et fratribus diem paschæ celebrare. Quam cum vir Domini Richardus intuitus fuisset, inter blanda consolationis alloquia, an aliquid infirmitatis pateretur interrogavit. Qua respondente, sanam se esse, et nullius ægritudinis molestiam se sentire; ille prophetiæ spiritu plenus, prævidens imminere tempus vocationis ejus Vale, ait, filia, vere salutis æternæ filia: nam cras hac in hora assumeris in gloria; et recipies a Deo pro bene gestis præmia sempiterna: elegit enim te Deus

cujus filiæ Mathildi, bene sanæ, mortem in crastinum prædixit Richardus:

EX CHR. II. FLAV.

A Deus sociam esse sanctarum Virginum, quia jucundum ei in corde tuo virginitatis præparasti habitaculum. Obstupuit ad hanc vocem pii Patris ancilla Dei: et quia virum Dei credidit non posse mentiri, verbis ejus credula cœpit de fine suo tractare, excessus suos pertractare, et suffragium consolationis et orationis ab eo expetere. At ille caput sanctum super pectus suum reclinans, et quasi jam per incorruptionem corporis et spiritus alterata esset, eam demulcens, confortabat spiritum ejus in Domino, proponens beatam eam fore quam certum erat ad nuptias Agni festinare. Post hæc eam reficere jussit, omnibus mirantibus quomodo eam sanam et vegetam in crastino morituram prædixerit. In crastinum autem liquore sancti Olei ab eo uncta, cum nullam gravedinem pateretur, Mandato *t* pauperum cum eo interfuit, et in eodem, quo laverat pedes pauperum loco, virum beatum intuita; Hæc, ait, requies mea in seculum seculi, hic exspectabo diem Domini. Ad Missarum itaque solennia ivit; et cum communicasset vivificis mysteriis, dolore aliquantulum pulsata, ad cellam rediit; et adveniente viro Dei cum Fratribus, exitum suum orationibus muneri petiit; et sic inter manus ejus in cinere et B cilicio se reclinans, inter verba orationis læta spiritum efflavit. Et recedente beata anima, tanta illic emanavit fragrantia odoris, ut nulli dubium foret, venisse illic auctorem suavitatis. Curatum sane est corpus ejus pia Religiosorum instantia, et usque in diem tertium in ecclesia pia servatum solicitudine et industria; et sic Sabbato sancto terræ mandatum cum gloria.

t et hanc illa post lotos pauperum pedes pie obit

26 In hoc monasterio Domnus Liethardus *u* Comes de Marceio, ad conversionem veniens, Balledium *x* contulit; et multis annis in sancto vivens proposito, tandem Cathalaunis, quo eum obedientia miserat, defunctus *y* et sepultus est; et demum Virduni relatus, in claustro tumulatus est. Godefridus Dux, Gozelonis frater, ibidem sepultus, xx mansos in Beurunes dedit, et sua suppellectile locum admodum ampliavit. Dodo etiam de Comitiscastro, juxta Theodericum Comitem, ibidem in ingressu monasterii quiescit: Ludovicus quoque, Comes et Monachus; Hildradus Comes, Richardum *z* filium suum, post Episcopum, beato Patri baptizandum offerens, Baronis-curtem S. Vitono dedit, et defunctus in Galilæa tumulari meruit. Non est autem facile referre quot de diversis partibus, C Franciæ, Neustriæ, et Austrasiæ, spretis mundanæ vanitatis illecebris, sub disciplina et magisterio Patris Richardi monasticæ se subdebant Religioni. Ita namque in ejus amore se transfuderant Reges, Pontifices, et Potentes, ut summo eum venerarentur affectu, et Patrem eum dicerent Patriæ, ob paternum ejus erga omnes affectum, quo cunctos fovebat et relevabat. Erat enim pius in vultu, reverendus incessu, severus circa reprobos, dulcis erga benevolos, forma honestus, actione compositus, præferens semper honestum utili; qui nullo terrore, nulla adulatione, a vero flecteretur: in observatione Regulæ ferventissimus, in corrigendis vitiis prudentissimus, in castitate prudentissimus, in exhibitione bonorum operum perfectissimus.

u Multi Nobiles, istic aut monachi aut sepulti, locum ditant: x y

z et undique ad Richardi disciplinam venitur.

27 Baldricus igitur Leodiensis *aa* Episcopus, cum beatum virum unice diligeret, cœnobium Lobiense, divitiis opulentissimum, ei tradidit regendum; ut industria ejus Religionis in ea reformaret propositum, quod videbatur a pristina *bb* rigore immutatum. Cujus exemplo delectabili provocatus, cum videret religiosam ejus conversationem in bonis et sanctis moribus, et incrementum religionis et monasticæ perfectionis in cœnobio eodem excrescere gaudens, miraretur; cœpit jam majora meditari, et in suburbio Leodiensi, in honore Laurentii D Martyris, monasterium ædificari *cc* constituit. Evocato ergo ad se eodem Abbate, desiderium suum ei aperuit, et ut desiderii sui cooperator accederet monuit, et obtestatus est; adjiciens, multum perfectioni ejus posse proficere, si ejus studio et industria domus Dei extrueretur, in quo laus et gloria Dei devote die noctuque celebraretur. Acquievit vir Domini, et congregatis artificibus, delegatisque necessariis sumptibus, Christo Domino adjuvante, et beato Laurentio cooperante, opus inchoatum agiliter perficitur et dedicatur; et Fratres, qui Deo quotidianis deservirent officiis, ex monasterio S. Vitoni adducuntur: quibus loco Præpositi præficitur Domnus Stephanus *dd*, qui in præfato cœnobio Cellerarii officio fungebatur.

aa Suscipit monasterium Lobiense Richardus: bb

cc Leodiense S. Laurentii extruit, dd

28 Tactus simili bonæ devotionis desiderio Domnus Rotgerius *ee*, Catalaunicæ civitatis Episcopus, industria et labore ejusdem Patris Richardi, in suburbio Catalaunensi, in honore S. Petri monasterium a fundamentis construxit; et a monasterio sæpe tacto Fratres, cum libris et ornamentis necessariis, qui inibi deservirent, deduxit, et in vita sua ipse per se utraque rexit monasteria. De E quo hoc fertur mirabile, quia cum turres ecclesiæ S. Laurentii, in altum jam porrectæ, et usque ad cacumen elevatæ, postmodum reclines viderentur, et in ruina earum certa esset dejectio ecclesiæ; vir Dei adveniens, dolorem Fratrum, quem ex tædio dejiciendæ et iterum reparandæ turris habebant, blande consolatus est. Et nocturno tempore ecclesiam ingressus, cum diutius in oratione pernoctasset, januis patefactis egressus est; et iterum orationi incumbens cum surrexisset, signum Crucis edidit; et confestim turres, quæ reclines videbantur, dato maximo strepitu in sese resilientes, subsederunt: et ut cernentibus pateret, ita in se resiluerunt, ut cunctis palam daretur intelligi, Angelico id factum esse ministerio. Tantus autem resilientis in se structuræ crepitus factus est, ut Fratres monasterii, tantorum sacramentorum ignari, a lectis cum maximo timore exurgerent, putantes in ruina turrium quam verebantur dejectam esse partem ecclesiæ. Quos vir Domini ad consuetudinarium Matutinorum officium invitans, ipse cum eis interfuit; et mane facto beneficia Domini oculis videnda monstravit, atque ad amorem eos tanti beneficii largitoris mirifice animavit. Hujus miraculi testis est tota Leodiensium civitas, et patres qui viderunt, narraverunt ea filiis, et filii filiorum filiis, ut cognosceret generatio altera. F

ee eique ex suis præficit Stephanum:

item Catalaunense S. Petri:

Turres Laurentianas, in lapsum inclinatas, signo Crucis erigit:

29 Temporibus illis principabatur Francis Robertus *ff*, qui Constantiam duxit uxorem. Hic tunc beato Patri nostro Abbatiam S. Petri Corbejacensis regendam contradidit, ut ejus instructione et vigore servaretur in ea Regula Patris Benedicti, et vigor reformaretur monasticæ institutionis. Balduinus *gg* vero Flandrensis Abbatias ei quamplures tradidit, Abbatiam scilicet S. Petri Gandensis, Abbatiam S. Bertini, Abbatiam S. Richarii, et Abbatiam S. Judoci *hh*. Rexit et alia quamplurima cœnobia, Bretuliense, Humulariense, S. Quintini de Monte, S. Wandregisili, S. Huberti, S. Remacli, Malmundariense, Walciodorense, Belliloci, S. Urbani, S. Vincentii Mertensis, Insulæ, et alia perplura quæ non occurrunt memoriæ; quas omnes in meliorem reparavit statum, et melioratis Abbates de suis quos elegit instituit. Cœnobium vero Belliloci, S. Petri Catalaunensis, S. Urbani, ipse in vita sua rexit. Præerat tunc Cameracensi Ecclesiæ et Atrebatensi Gerardus *ii* venerabilis Episcopus: hic ecclesiam S. Vedasti, in suburbio Atrebatensi sitam, de maximis divitiis ad maximam redactam penuriam, anno ab Incarnatione

ff Suscipit item regenda aut reformanda alia plura, gg

hh

ii

A Incarnatione Domini MVIII huic Patri nostro, quem unice diligebat, assignavit: in qua vir Domini tanta egit et passus est, ut si singula scriberentur, et lectori (ut vereor) tædium, et audientibus generarent fastidium: sed de multis pauca dicenda sunt, et fortasse utilius proderunt. Dicamus itaque quid rerum intercesserit, ut ad inopiam redigeretur locus tantarum divitiarum. Non autem visa, sed a senioribus audita, referemus.

imprimis Atrebatense S. Vedasti.

ANNOTATA D. P.

a S. Madalveus Ep. Vird. colitur 4 Octobris, quando aliquam ejus Vitam habes apud Surium; pleniorem vero texere licebit ex prima parte hujus Chronici, a pag. 104, ubi anno 753 ordinatus dicitur usque pag. 116, ubi mortuus refertur an 777; natus vero an. 721, pag. 103.

b Hildinus, alias Hilduinus, a prænominato quartus, an. 827 ordinatus, ibidem pag. 119, an. 851 Idibus Januarii obiisse dicitur.

c Hatto, immediate suffectus Hilduino, pag. 120; qui pag. 122 obiisse legitur anno DCCCCXXV; sed legendum esse DCCCLXXV, probat addita Indictio VIII; quæ alias debuisset notari XIII, et multo magis contextus historiæ.

B

d Berengarius pag. 128, inthronizatus anno 940, et pag. 131 plurimum laudatus, Monachos ad S. Vitoni constituit, et Monachus factus narratur pag. 134 an, 961; ac denique, pag. 136 vixisse dicitur usque ad tempora Ottonis III, et obiisse pridie Idus Augusti.

e S. Firminus obiit 2 Decemb. et (uti conjectura habet relata pag. 87 anno 504, aliqua ejus atque Sanctorum Pulcronii et Possessoris translatio recolitur Virduni IV Nonas Maji. Dubitarem an hic quoque legendum sit non sit, sed ex pag. 85 colligi videtur, antiquiorem illam esse translationem, delatorum in cryptam S. Vitoni corporum, ex locis ubi primitus quieverant. Nec est quod scrupulum moveat Grammatica: nam etiam infra num. 39 dicitur, Kalendas pro Kalendis.

f De octo aliis, post majus altare repertis, agitur in altera Vita.

g S. Pulcronius Episcopus, cujus Vita habetur pag. 83, creditur obiisse circa 470; et (ut dicitur pag. 85) pridie kal. Maji migravit ad Dominum: colitur tamen 17 Febr. ad quem diem hinc suppleri

C poterunt quæ ibi desiderantur, isthic enim de eo jam egimus. Sanctus autem Possessor, de quo mox, inter Pulcronium et Firminum medius, pag. 85 dicitur obiisse mense Decembri die primo, sed pariter cum S. Firmino colitur 3.

h Mathildis, Adalberonis Episcopi et Frederici ex Comite mater, de qua supra cap. I litt. d.

i Pantaleon, Martyr Nicomediensis colitur 27 Julii, quando agetur de hic memorandis translationibus; in quarum prima nominatus Episcopus, fuit Bruno, Legatus Constantinopolim missus cum Luitprando Ticinensi an 967 ad Nicephorum Phocam, pro obtinenda Theophanone illius privigna, filia Romani Imp. quæ tandem sponso juncta, et coronata Imperatrix fuit an. 970. Wasseburgius videtur supponere, non solum brachium, sed bonam portem corporis a Richardo redemptum: ait enim, reliquias Commerceienses, de quibus infra, mansisse apud S. Vitonum usque ad tempora Abbatis Laurentii (qualis in Catalogo apud Sammartanos nullus) qui monasterio S. Pantaleonis Coloniæ partem donarit: in quo errare puto.

k Alias Commerciacum, vulgo Commarcis, ad sinistram Mosæ ripam, Tullo supra Mosellam sito quinque leucis distans; unde secundo flumine Verdunum descenditur, intervallo circiter 10 leucarum.

l De hoc usu vide Hierolexicum Magrii, verbo Ciborium; et Glossarium Cangii, verbo Columba: hac enim forma pensiles istæ hierothecæ ut plurimum fiebant. Magrius initium istius usus refert ad S. Basilium: et in nonnullis Galliæ ecclesiis adhuc servari ait, præsertim Parisiis; quod si verum sit, puto non tacuisset Cangius. D

EX CHR. H. FLAV

m Hujusmodi cornua, Reliquiis plena, fere ex Terra sancta auferebantur; eaque vidi in Sandionysiano et Aquisgranensi gazophylaciis.

n Signa intelliguntur, quas Campanas nunc dicimus.

o Progenies, id est, Parentela: nam Fredericus ipse semper videtur cælebs vixisse, nec uspiam uxor vel filii nominantur; sed consanguinei ex ordine hic recensentur, qui bona sua contulerunt.

p Wasseburgium hinc corrigas, qui ipsius Frederici dona facit Borracum et Forbacum; quæ, et plura hic nominanda loca, reperire supersedeo, donec vel Virdunensis diœcesis vel Mosani tractus per Lotharingiam accurata prodierit topographia, quam hactenus non invenio.

q Wassenburgius ait, hunc Gregorium fuisse deinde factum Leodiensem Archidiaconum; ac denique, mortuo patruo, Monachum S. Vitoni.

r Recte Meyerum hic corrigit Wassenburgius, dicentem, in Blandiniensi cœnobio sepultam cum marito Mathildem, ostentatque tumbam ad S. Vitoni, Epitaphio infra recitando inscriptam. E

s Fortassis, regressa, nec enim monasterium ejus in Bavaria fuit, sed in Alsatia: potuit tamen ipsa pro negotiis suæ ecclesiæ, illuc excurrisse.

t Mandatum, id est, Pedum lotio, quam pauperibus duodecim tali die in monasterio impensam intelligit, cum dicitur Mandatum Pauperum.

u Luthardus, proximus Ottoni III consanguineus, inquit Wassenburgius.

x Bacl·dum legerat Labbe: sed correctionem probat Epitaphium infra referendum; Wassenburgius Ballen vertit.

y Wassenburgius in prosecutione ejusdem litis Treviris ad S. Maximini, mortuum et sepultum ait, relatum tamen ope Gisleberti Comitis Luxenburgii a Richardo agnoscit.

z De hoc Richardi sancti Abbatis filiolo, pluribus infra agitur, ut qui mortui sui Patris spiritualis interfuit et funus curavit.

aa Baldricus II Episcopus Leodiensis ab an. 1007 ad 1017.

bb De misero Abbatiæ Lobiensis statu, ex quo ab Episcopis occupabatur, ab anno 865 usque 956, quando de restituendo istic Abbate cogitare cœpit Baldricus I, vide tom. 7 Maji. pag. 840. ubi de Erluino Gemblac. Ab. istic facto Præposito, et a rebellibus Lobiensibus fœde exoculato. Exinde, in MSS. reperio Abbates præfuisse, Theodw num, Alteranum, Fulcuinum, Wivinum, Ingobrandum: quo propter inutilitatem sub annum 12 regiminis ejecto, suffectus Richardus sit, qui annis 13 Abbatiam tenuerit; ac deinde Reginardo Episcopo resignavit, tradendam novo Abbati Hugoni: uti confirmatur ex Vita S. Theodorici Abbatis Andrinensis, infra ad num. 77 plenius alleganda litt. c. F

cc De cœnobio S. Jacobi, per Baldricum constructo, omnes consentiunt; de Laurentiano nemo loquatur; imo Fisen inchoatum ait an. 969 a Eracio Episcopo; sed fatetur lente progressum opus, unde ejus promoti laudem Baldrici successori Wolbodoni adscribit; perfecti vero Reginardo, qui ecclesiam denique dedicaverit an. 1034; vide Gesta Epp. Leodiensium ab Ægidio suppleta. Nihil obest tamen, quo minus atiam sub Baldrico rem curare cœperit Richardus.

dd

EX CHR. II FLAN.

A dd *Idem Fisen ait*, Stephanum *hunc prius Leodii fuisse Canonicum ad S. Dionysii, Virduno autem cum Monachis sociis accitum sub Episcopo Reginardo an.* 1025, *cum Poppo Stabulensis Abbas loci regimen abdicasset; ordinatumque Abbatem. Verum non ibi, sed Lobiis, ordinatus est Abbas; qua de re infra num.* 64.

ee Rogerius Ep. Catalaun. *ab anno* 1009, *usque ad* 1035, *uti Obituarium Cathedralis ecclesiæ: vel* 1042, *uti Necrologium S. Petri, ubi sepultus sub pulpito jacet.*

ff Robertus, *Hugonis Capeti filius, jam decimum annum regnans cum patre, solus cœpit Rex dici anno* 997: *et anno sequenti, dimissa quam ante quadriennium perperam duxerat consanguinea Berta, excommunicatione solutus, duxit* Constantiam, *cognomento* Blancam, *Guilielmi Comitis Arelatensis filiam.*

gg Balduini *Flandriæ Comites omnino sex, ab an.* 863 *usque ad* 1070 *numerantur, duobus Arnulphis interpolati; putem hic Quartum intelligi, a* Pulcrabarba *cognominatum, qui rexit ab anno* 988 *usque ad* 1036, *successorem nactus filium, cui* Insulensis *cognomen, et vita usque ad* 1067.

hh *Hæ et sequentes Abbatiæ, Belgis et Francis tam*
B *notæ sunt, ut de iis non sit opera pretium singulatim hic agere.* [illegible] *solum in genere meminit Abbatiarum* 21.

ii Gerardus *Episc. Camerac. et Atrebat. ab an.* 1012 *ad* 1049.

CAPUT IV.

Insignes Abbatis Richardi virtutes.

Oeconomum S. Vedasti, Monachis, et ecclesiæ gravem,

Quidam servientium S. Vedasti in tantam eruperat proterviam, in tantam excreverat insolentiam, quia quanto necessarius erat ecclesiæ, ut intra atrium monasterii domum sibi constitueret, magnæ altitudinis et fortitudinis, quasi pro tuitione loci. Sed nacta opportunitate contumaciæ exercendæ, secularitatis in monasterio superabundantis desidia provocatus, propugnacula erexit non infirmiora mœnium; et non jam pro loco, sed contra locum et Deum rebellare nisus est, bona Ecclesiæ diripiendo, vernaculos et ancillulas sibimet aggregando, canum turbam, histrionum et scurrarum ineptam congeriem deducendo, nec eos ab ingressu claustri arcendo: cum potius ipse in eo obsequentium stipatus cuneis
C assidue sederet, et habitacula servorum Dei actibus illicitis profanaret. Ubi vero vir Dei cœnobium ipsum regendum suscepit, et a Fratribus, quibus erat mens sanior, susceptus est; non est passus tantam domus Dei videre desolationem, quin imo ad ejus omnimodis se superextendit ereptionem. Cogitavit tamen si posset liberti illius *a* emollire mentis duritiam, et verborum dulcedine lenire proterviam, ut cessaret ab oppressione et conculcatione Ecclesiæ, cui pro debito et jure naturæ debebat potius subesse quam præesse. Sed servum malum non frangunt verba, sed verbera; sicut dicit Sapientia, quoniam qui mentis est duræ suscipiet vulnera. Et licet verba sapientis sint tamquam clavi in alterum defixi, tamen non audiit stultus verba prudentiæ, quia non dicebat ea quæ versabantur in corde ejus. Impletum enim erat illud veridicum Salomonis proverbium, Qui nutrit servum delicate, sentiet illum contumacem.

a non valens dulcedine flectere,

Prov. 28, 14

et 29, 21

post fusas ad Deum preces in carcerem mittit Richardus,

31 Quid faceret, quo se verteret anxia mens viri Dei? Cilicio itaque obvolvitur, cinere aspergitur; et in excubias commissi gregis pervigiles noctes ducens, Deum precabatur attentius, ut ab oppressione inimici et membrorum ejus, tueretur Ecclesiam suam, misereretur parvulis, et protegeret a scandalo: seipsum quoque, quem eis præposuerat, D
talem faceret, ut subditis eum et matrem pietas, et patrem exhiberet disciplina; ut esset in eo et juste consulens misericordia, et pie sæviens disciplina. Nacta igitur temporis opportunitate populum conveniens, cum pauca pro re et tempore contra superbiam disseruisset, et de sectando Religionis proposito nihilominus quædam perorasset; ubi vidit deflexos ad se animos populi, munitionem quam patiebatur infestam adiit, et ea funditus destructa, illum, qui contra justitiam tumidus superbiebat, captum, in eleemosyna S. Vedasti sedere, et de eleemosyna vivere instituit; sicque locum ab ejus et obsequentium ei importunitate eripuit. Cœpit ergo tanto ferventior studiis religiosis insistere, et deductis a Virduno Fratribus, in spiritualis exercitii tirocinio probatis, curam loci commisit (inter quos erat Rothardus a Leodio, sapientia et religione nominatissimus) quanto noverat et sibi qui præerat, et eis qui suberant expedire.

et disciplinam instaurat:

hinc discolorum conspiratio,

32 Verum, quia vita ejus casta et sancta moribus inhabitantium adversatur, durumque eis videbatur, quod in mente veteri cogebantur nova meditari: ex rebellione audacia sumpta, conati sunt E
quidam eorum de ejus morte tractare. Imminente itaque Quadragesimali tempore, quia hæc erat monasterii regula, ut in illis diebus arctiori se quisque mactaret continentia; cum ad hoc propensiori cura et ferventiori compellerentur, tectus in corde livor cœpit altius serpere, et ad perficiendum quod anhelaverant indies, mentem excruciatam permovere. Quid multis immoramur? Venit sacratissimus dies Cœnæ Dominicæ, et quæ erat pacis et concordiæ, reconciliationis et misericordiæ, hæc factiosis eorum venit dies proditionis et militiæ perpetrandæ. Deliberatum est enim apud illos, ut eo die perexpleto, cum post ministerii salutaris expletionem vir beatus fessa corporis membra quieti laxaret, cum omnes dormirent, ab eis gladiis perimeretur. O præsumptio temeraria! o impudens audacia! Quis furor, post immolatam illam Agni Paschalis victimam, ea die vel nocte, quemquam, quamvis nocentissimum, morti adjudicari? Nec latuit virum beatum feralis illa malorum deliberatio. Audiit namque quod ea nocte ab impiis perimendus esset, nec timuit: timor enim Domini castus, qui permanet in seculum seculi, a mente ejus timorem mortis exclusit, quia noverat quod nemini super eum potestas daretur, nisi quantum a Domino permitteretur. Totum ergo se committens Domino, ivit cubitum, caput habens retectum; paratus si Deus vellet, ad excipiendum jugulo gladium.

de eo in nocte Cœnæ-Domini occidendo:

ille nihilominus ad somnum se componit:

33 Cum ecce ante matutinum tempus, omnibus post laborem quiescentibus, duo illi, quorum erat operis et voluntatis Patrem jugulare, surgentes clanculo dormitorium egrediuntur; et accincti gladiis, cum de perpetrando scelere se mutuo devotantes contestarentur, ad hoc ultimum devenerunt, ut unus illorum pedetentim singula dormitorii lecta circuiret, ne aliquis superesset qui vigilaret, a quo deprehendi verebantur. Quod ubi factum est, et ille est reversus ad socium, captata opportunitate malitiæ perpetrandæ, simul Patris Richardi cubile adeunt, videntque virum capite retecto soporatum. Cumque unus audacior in scelere armatam in illum vibrasset dexteram, brachio obrigescente divinam erga se sensit clementiam, ne perderet Patrem, qui multos ad æternam transmissurus erat hereditatem. Stabat exerta dextra, impos ad feriendum, nec impos ad gladium reponendum. O admirabile Dei præconium! mira patientia! pietas prædicanda! Poterat Jesus noster suos illos palæstritas a peccati voluntate avertere; poterat, mox ut cogitata ad effectum

sed ferire non valens qui gladium strinxerat,

A effectum perducere tentaverunt, morte mulctare: sed sustinuit in multa patientia filios iræ, ut faceret filios misericordiæ. Invasit ergo miserum illum timor cum febre, et recessit a lecto Patris, quem protegebat gratia Omnipotentis. Nec multo post signo dato ventum est ad ecclesiam, et ille quem remordebat conscientia, inter alios nocturnali synaxi interfuit, quamquam tremens, quamquam infirmus, quamquam mordacis conscientiæ stimulis aggravatus. Ubi vero ventum est ad *b* Tenebras, miser ille, dum Kyrie eleison cum *c* Versibus cantaretur; corde compunctus genibus Patris advolutus est, clamans et ipse Patri, Domine miserere; scilicet ut si misereretur, sicut Deum sibi misereri precabatur.

et salubriter compunctus, *b* *c*

34 Obstupuit vir sanctus ad tactum Fratris, vestigiis ejus procumbentis, et qui esset prorsus ignorabat. Suscepto tamen eo, et in patrem declinato, orationem complevit: et dato lumine, ceteris ad strata regredientibus, aliquos de Fratribus secum retinuit: secedensque in locum congruum, data opportunitate loquendi, trementem Fratrem et plorantem, totoque corpore terræ prostrato capite terram ferientem, quid pateretur requisivit. Ille gemitu interrumpente, Peccavi, inquit, in cœlum, Pater, B et coram te; qui nolebam dici et esse filius tuus, factus sum persecutor tuus. Et proferens gladium de sub cuculla, Ecce, inquit, quem extendi nocte hac ad feriendum te, sed Jesus tuus protexit te. Volui quidem perdere te, sed protector tuus Dominus defendit te. Exerui gladium in te, sed cujus est virtus et imperium, gladium continuit, et te a morte, me ab interitu animæ et ab homicidio salvavit. Parce ergo mihi, quia converti paratus sum, et tuis monitis acquiescere, regularibusque subdi institutis: tantum dona mihi quod deliqui in te, et ora Deum pro me. Non erat hoc grave beato viro donare peccantibus in se, qui ad proprias injurias erat patientissimus. Toto ergo corpore prostrato, gratias egit protectori suo Deo; inde Fratri benigne indulsit quidquid in se deliquerat, plurimum eum consolatus, inculcans ut confiteretur Domino peccata sua; dicens, peccatum aliquando esse peccatum et pœnam peccati, quæ omnia vitare quiret, qui confessioni operam daret. Pauca ergo pro tempore locutus, Fratrem consolatum dimisit; dans in mandatis, ut mane facto ad se rediret, et quæ sibi imperarentur faceret, et ita discessum est. Pater Richardus Ora- C torium petiit, et quod superfuit noctis id laudibus Creatoris exegit.

facinus tentatum supplex fatetur:

35 Die facto, Prima dicta, consuetudinario Officio expleto, ubi tempus oportunum datum est, Patrem filius requisivit: et data confessione, pœnitentiaque accepta, alacer et sospes ab eo recessit, dicens; multum sibi prodesse, quod hac eum occasione Dominus sibi asciverit. Hic ex tunc Patris Richardi fuit filius dulcissimus, et comes individuus: hic consiliorum particeps, quia erat nobilibus ortus natalibus, et litteris apprime eruditus, et videbat in eo pœnitentiam cum verecundia. In Capitulum ubi ventum est, publicam pœnitentiam egit cum socio, corde contrito et humiliato; et Fratres glorificaverunt Deum, qui avertit peccatum hoc ab eis; et jam in majori veneratione Sanctum Dei habere cœperunt, quem Deo carissimum, mortis impavidum, sui contemptorem, injuriæ donatorem, et ob id Deum defensorem et tutorem habere, sciebant. Jam autem si quis esset, qui viro Dei aliquando infestus fuisset, surgebat in medio, et confitebatur quidquid illud esset, satis verens ne etiam circa se desæviret indignatio divina. Precabantur itaque omnes pariter sibi indulgeri, quia eum non ut decuisset Patrem et Dominum tractaverant; et facta est ruina duorum, sui ipsius et multorum in spiritu resurrectio. D Igitur vir Dei, generali omnibus indulgentia data, tanta in posterum ab omnibus caritate dilectus est, ut merito diceretur, Hæc mutatio dexteræ Excelsi.

pœnitentem absolvit Richardus,

eoque etiam alios lucratur,

EX CHR. H. FLAV.

36 Ordinata itaque dehinc Ecclesia personis et necessariis sumptibus; Virdunum rediit, prædictum Fratrem secum deducens, quia intelligebat eum utile vas futurum in domo Domini. Nec eum spes fefellit. Cœpit enim totus alteratus perfectiora meditari, amare honestatem, diligere ordinem, omnes sibi præponere, se omnibus postponere, et si quid est quod virum honestum deceat, ad id modis se omnibus informare: quamobrem diligebatur a viro Dei, et quotidiana monitione ad meliora sectanda inescabatur. Leduinus nomen erat viro. Hic est ille Leduinus, qui *d* postmodum, jussu et obedientia prædicti Patris, sub eo S. Vedasti annis multis rexit Ecclesiam. Verum hoc in Patre nostro memorabile videtur, quod tanto eum affectu dilexit, quem de morte sua tractasse cognoverat. In quo consideranda est pietas ejus et patientia invincibilis, quæ vicem lædentibus rependere non novit, qua in tantum abundabat animi ejus directa simplicitas, ut quem passus fuerat inimicum, eum sibi crederet fidum amicum. O mens vere plena Deo, simplicitas sine simulatione, caritas sine æmulatione! Sed E sufficiant interim ista, festinandum nobis est ad reliqua. Non enim omnes ejus virtutes animi describere possumus. Supersedendum aliquid est, ut ad posteriora sufficiamus.

ipsum vero exinde amicissimum habet, *d* *et monasterio præficit:*

37 Et nunc quidem de beneficentia dicamus quod possumus, quia non omnia possumus, qua ita sibi filiorum animos obligaverat, ut immemor injuriæ, memor gratiæ diceretur. Considerabat enim singulorum affectus, necessitates, opportunitates, et ita quibusque mirabili verborum et vultus gratia occurrebat, adjiciens verba bona rebus bonis, et prædicatione benigna et humana se ipse commendans, ut pluris æstimaretur animus ejus, quam illud quidquid esset quod quærebatur. Quemadmodum enim in ægris opportunitas cibi salutaris est, et aqua tempestive data remedii locum obtinet; ita beneficia ejus, quamvis levia, quia præsto erant, quia occurrebant voluntati, gratiam pretiosi, sed lenti et diu cogitati muneris vincebant: gratissima enim erant quia parata, quia facilia, quia occurrentia, ubi nulla erat mora nisi in accipientis verecundia. Noverat enim optimum esse, antecedere cujusque desiderium, et proximum sequi; illud vero F melius, occupare antequam rogaretur. Nam cum homini probo, ut ait Seneca in libro de Beneficiis, ad rogandum os concurrat, et suffundatur rubor; qui hoc tormentum remittit, multiplicat munus: nulla enim res carius constat, quam quæ precibus empta est. Hinc S. Benedictus, de dandis necessariis agens; Consideret, inquit, Abbas necessitates indigentium, non malam voluntatem invidentium. Qui considerandas infirmitates præcepit, occurrendum docet precibus, divinandam cujusque necessitatem, ut rogandi necessitas auferatur.

mira erga subditos beneficentia

rogaturos præoccupat.

Reg. c. 5

38 Ceterum et hoc in Patre nostro beneficentiæ partes adjuvabat, quia si quis ei de secretis animæ, de internis mentis motibus confitebatur; tanta ei inerat mentis benignitas, tanta dulcedo, tanta compassio, ut qui solus advenerat *e*, se proderet, alterum se illum esse crederet cui confitebatur, cui non immerito tamquam alteri sibi animum suum applicaret, et seipsum crederet. Occurrebat namque voluntati ejus, et ita ei conformabatur, cum dolente dolens, cum tribulato spiritum et ipse contribulatum adhibens, ut unam animam duobus inesse corporibus, dum alterum se stupet is qui advenerat, miraretur: quæ res gratissima est mediocribus,

Peccatis confitentium ut propriis indolet: *e*

EX CHR. H FLAV. in Capitulo vero primum severus,

diocribus, utilissima pusillis, qui eo utuntur affectu, quo vident sibi acclines, quibus loquuntur seu confitentur. Jam vero in Capitulo si quis sermonem ejus audisset, totus tremebat, totus æstuabat, totus ad reprehendendum se acutissimum stimulum compunctionis adhibebat; ac si præ oculis videret parata gehennæ incendia, suppliciorum dispertita omnimoda genera; donec procederet consolatio ab ore sermocinantis, fieret dulcedo mellis lingua ejus, favus distillans labia ejus. Non enim dissimulabat peccata delinquentium, imo cum de vitiis sermo esset, ita eorum proprie spurcitias, immunditiam, et fœtorem verbis exprimebat, ut qui audiret miraretur, et abhorrens talibus implicari omnino detestaretur.

postea leniebat compunctos.

39 Erat in eo juste consulens misericordia, et pie sæviens disciplina. Ut enim ait in Moralibus mitissimus Doctor Gregorius, misericordia vel disciplina multum destituitur, si una sine altera teneatur. Affectus patrem, pietas matrem, reverentia timoris dominum, disciplina exhibebat magistrum, quod totum de beneficentiæ fonte procedebat. Nolebat enim consumi munus suum, qui semper paratus erat ad donum: ideo in dando beneficio corporali seu spirituali, sensu communi et rationabili, tempus, locum, personas observabat: quia et momentis quædam grata et ingrata sunt. Ingratum est beneficium, quod diu inter dantis manus hæsit, quod quis ægre dimisit, quod sic dare visus est, quasi sibi eriperet. Ideo vir beatus, cum aliquid ab eo a filiis quæreretur corporalis aut spiritualis necessitatis, non dubitavit; ne proximus esset a negante, et nullam referret gratiam; sciens nihil esse tam amarum quam diu pendere, cum æquiori animo feratur a quibusdam præcidi spem suam, quam trahi.

Discretus et promptus consilio et solatio dando

Quod autem donum tam dulce homini, quam juvare consilio, participare laboribus, communicare doloribus, relevare æstuantem animum, gaudere cum gaudente, flere cum flente? His donis, his beneficiis, filiorum in se deflexerat gratiam, ut injuriam ejus suam arbitrarentur, lætitiam ejus suam crederent. Tanta erat benignitas, ut veniente eo, si quid in Congregatione qualibet morali licuisset, cum egrederetur, nullus esset qui non se juvatum et relevatum, sustentatum et confortatum lætabundus gloriaretur. Jam vero liberalitatem in eo laudari necesse non est, cujus non minima portio est, in omni negotio considerare quomodo quidque a ut dicatur, aut fiat. Nam procedens ex liberalitate omnis benignitas properat, et proprium est libenter facientis cito facere: qui enim tarde, et diem de die protrahens profuit, non ex animo fecit; ita duas res maximas perdidit, tempus, et argumentum amicæ voluntatis; quia tarde velle, nolentis est: aliquando vero in tædium adductus animus, incipit odisse beneficium dum expectat.

gratus erga benefactores defunctos,

40 Quod autem majus beneficium quam mortuis referre gratiam; et requiei eorum providere et consulere, quorum acceperis eleemosynam? Summa hæc liberalitas est, memorari eorum qui se tibi dum adviverent commiserunt; quorum vivis loboribus quorum sanguine pasceris; qui fiduciam suam post Deum in te ponentes, per manus tuas Deo fœneraverunt, dum sua tibi pro ejus amore largiti sunt. Non defuit gratia hæc Patri nostro, imo in omnibus monasteriis, quæ regebat, mox ut potuit jure perenni constituit, ut in Kalendario f singulorum Fratrum et Benefactorum Ecclesiæ, qui seculo excesserant, divisis paginis nomina, anniversaria quaque die, in Capitulo recitarentur; diligentius annotato, quid quisque contulisset Ecclesiæ; ut dum eorum beneficia Fratres præsentialiter recolerent annotatione diligentissima, recalesceret in eis eorum memoria, et tanto gratius memorarentur illorum, quanto acceptior fieret repræsentatio benefactorum illorum. Quod ut acceptius fieret, sermonem inde habuit coram Fratribus, quem exceptum, Kalendario eidem, cui hæc inscribebantur, præscribi instituit: in quo dulcedinem ejus et pietatem, caritatem atque misericordiam, qui diligenter advertit, perpendere potest.

eorum anniversariam memoriam præscribit:

et officia debita accurate persolvi curat

Quanto vero affectu et studio memoriam defunctorum eorumdem, id est Officium quod Vigilias dicimus, et Missæ celebrationem agi instituerit, noverunt qui hoc facere consuêverunt. Per omnia circa memoriam defunctorum benignissimus extitit: sciebat enim quia nihil in fructum pervenit, quod non a primo usque ad extraneum æqualis cultura prosequitur. Ideo commissorum sibi et in vita et in morte solicitudine, pia sedulitate est operatus.

fortitudinem temperantiæ jungit,

41 Quid autem de fortitudine et temperantia dicemus, quibus adeo regebatur animus ejus, ut innatæ sibi viderentur? Nam cum fortitudo sine temperantia, iniquitatis sit materia: ita in eo unum condiebatur ex altero, ut alterum sine altero videri, et velle discernere, omnino foret impossibile.

justitiæ prudentiam.

Justitia vero cum prudentia privatum sibi domicilium in ejus pectore collocaverat, quibus utilis ad omnia pietas non deerat, scientiæ discretione munita. Nulla est autem scientia, si utilitatem pietatis dehabeat: quia qui bona cognita exequi negligit, sese ad judicium arctius stringit. Hæc quia vir Dei noverat, singularum sibi virtutum proprietates acquisierat, quibus munitus mundi fallentis lenocinia superabat. Verum ad narrationis ordinem revertamur.

ANNOTATA D. P.

a *Œconomum monasterii fuisse interpretor, quo titulo ad eam insolentiam pervenerit, ut de bonis monasterii tamquam suis disponeret, quomodo olim eorum multi, quos Advocatos vocabant.*

b Tenebræ, *Officium nocturnum feria* 5, 6, *et* 7 *majoris Hebdomadæ, quia in tenebris et sine luminaribus canebatur, pro luctu Dominicæ passionis: hæc ergo facta sunt nocte inter* 5 *ac* 6 *feriam: sive in secunda nocte Tenebrarum.*

c *Officium Benedictinorum, ut nunc se habet, Romano conforme nullum his diebus* Kyrie eleison, *nullos* Versus *usurpat*

d *Id est post mortem* Frederici, *quam anno* 1022 *contigisse scribunt Wassenburgius et Rayssius; affirmantes ipsum fuisse a Richardo constitutum Priorem, eoque munere functum quoad ibidem obiit, Richardum vero, Atrebatum audita morte profectum, refodisse amici corpus, et præter intestina in loco relicta, Virdunum transtulisse: sed forte id primo factum anno* 1024, *quando vice sua ibidem constituit Leduinum, uti dicitur infra num.* 45. *Nempe profecto Hierosolymam Richardo obierat* Fredericus, *nec nisi sub finem anni* 1023 *videtur rediisse Richardus.*

e *Forte legendum,* ut qui solum advenerat, ut se alteri proderet, *alias sensum non capio.*

f Kalendarii *nomine intelligo* Necrologium, *post Martyrologii lectionem recitari solitum in Capitulo sub finem Primæ: cujusmodi Necrologia, vel seorsim scripta, vel Martyrologio ad unumquemque diem subtexta, sæpe videmus in veteribus tam Monachorum quam Canonicorum MSS. libris.*

CAPUT V.

Acta cum Pontificibus, Imperatoribus et Episcopis, ab anno 1011 *ad* 1027.

Benedicto Papæ,

Anno ab Incarnatione Domini MXI, Romam venerabilis Pater Richardus ivit, ubi Benedicto a Papæ

A in amicitiis junctus, familiarissimus ei extitit. Anno quoque ab incarnatione Domini MXIII, regiminis autem ejus anno VII, Heinricus, anno regni sui* IX, a Benedicto Papa in Imperatorem promotus est. Et cum jam Langobardorum instabilitas Arduinum *b* quemdam sibi Regem constituisset, tandem non sine magna suorum cæde subdidere se ei; et sic Heinricus Papiam veniens, ab eis miri operis Palatium sibi construi fecit. Hic etiam fecit civitatem Bavebergensem, et ecclesiam a Benedicto Papa dedicari *c* obtinuit, ejusdemque auctoritate Episcopum ibi constituit. Erat enim vere Catholicus, et religionis amator præcipuus: adhærebat moralibus [Episcoporum et Abbatum] suorum consiliis; quorum puritate et nitore florebat Lotharingia, illuminabatur Saxonia, dirigebatur Suevia et Alemannia. (Quamobrem sub ejus Imperio salus fuit mundo et gloria) inter quos habebat gratissimos, Odilonem Cluniacensis Ecclesiæ Patrem piissimum, et Willelmum *d* Divionensis Ecclesiæ Rectorem strenuum, religione præstantissimum; qui etsi non erant de regno *e* ejus, tamen in amicitiis ei jungebantur, et eorum orationibus Regni negotia in pace tractabantur. Nec deerat familiaritati ejus Pandulfus *f* Agaunensis, vir vita, moribus, religione, sanctitate celeberrimus, cum eum faceret commendabilem Regi et Optimatibus fama virtutis ejus.

** anno XIII*

b

c et Henrico Imperat

d

e inter præcipuos Præsules,

f

B

43 At vero de Regno ejus fere quotquot erant Pontifices, et primi Ecclesiarum, tot ei erant incitamenta virtutum; cum ipse eisdem muniretur, et ipsi vice versa ejus auctoritate ab illicitis reprimerentur, et ad perfectiora provocarentur. Inter quos hunc Patrem nostrum habebat carissimum, inter præcipuos egregium, pietate prædicabilem, religione commendabilem: quem tanta Deus donaverat omnium gratia ut a plerisque pro inolita sibi benignitate, vitæque et sermonis acceptione, et non affectata elegantia, sed impensa gratia, hoc vocaretur agnomine, videlicet Richardus Gratia-Dei, sicut et sanctus Odilo ab ingenita pietate Pius, et Willelmus a rigore ferventioris propositi Supra-regulam dictus est. Erat in Regalibus negotiis pertractandis et disponendis consodalis ejus Dominus Ermenfridus *g*, Virdunensis Ecclesiæ Canonicus, cujus vita actuum luce satis seipsam commendat. Felicia tunc tempora Virdunensis Ecclesiæ, tantis sub Heimone Episcopo insignitæ personis: ut usque in hodiernum diem actuum illorum claritate resplendeat, quæ etiam tanta sit, ut nulla vetustate obliterari valeat. Sub eo enim Amicus Præpositus ecclesiam sanctæ Crucis *h* construxit, Dudo Præpositus ecclesiam *i* S. Laurentii, Ermenfridus *k* præfatus ecclesiam S. Mariæ Magdalenæ, et in ea Canonicorum *l* turmam aggregavit, quibus victum ex Regali largitione et Procerum traditione sufficienter providit; et venerabilis Richardus monasterium sanctorum Petri et Pauli et beati Vitoni Confessoris, a fundamentis erectum, tanta in posterum possessionum et religionis dote ditavit, tanta reliquas ecclesias claritate dotavit, ut merito pater urbis, lux patriæ, decus Ecclesiæ debeat nominari. Vita enim ejus mirabilis vitam multorum mirabilem reddidit, conversatio ejus spectabilis plures alios spectabiles bonis operibus instituit.

carus Richardus, Gratia-Dei cognominatur,

g

C

h i

k

l

atque cum aliis Virdunensis Ecclesiam valde ornat.

44 Sed nec ipse Domnus Heimo a bonis operibus vacantem animum præbuit, quin potius ecclesiam S. Joannis, in prospectu civitatis sitam, in qua sancti Confessores, Maurus, *m* Salvinus, Arator, requiescunt, melioratam restauravit; et in ea Congregationem Sanctimonialium, sub dispositione Patris Richardi regulariter viventium, instituit; et Matrem eis consilio ejusdem providit Adelbergam, fidelem Christi famulam, quæ cognominabatur Ava; cujus memoria est æterna. Hæc enim, velut apis prudentissima, Patris sui formam imitata, cum ob zeli boni devotionem et fidei magnanimitatem, servorum Dei lustraret cœnobia, ut ad eorum imitationem æmularetur charismata meliora, Cluniacum ivit, et viro Dei B. Odiloni advenisse nuntiata, cujus animum ipsa possidebat pietas, cum grandi affectu suscepta est. Ubi quamquam usus ecclesiæ esset, et pro lege haberetur, ut claustra monasterii non calcaret pes muliebris; ipsa pro sua religione, et Patris Richardi cum S. Odilone indivisa dualitate, non solum claustrum intravit; verumetiam Capituli societatem indepta, et Dominico die ad processionem cum Fratribus suscepta est, quod usque hodie in eodem monasterio permanet memoriale. Egit hoc B. Odilonis erga filium carissimum et confratrem devotissimum affectus propensior, dilectio profusior, caritas de illo fonte emanans, de quo tantæ nobis perfectionis alveus derivatus est; idem videlicet Pater noster, qui nobis a Beato eodem donatus est. Sed nec erga locum, qui præerat, Domni Heimonis defuit liberalitas, verum Masmellipontem eidem contulit; mercatumque in suburbio qui eidem cœnobio adjacet, habendum constituit, et murum in circuitu monasterii ex suo construi fecit: exactisque in Episcopatu XXXVI annis *n*, obiit II Kalendas Maji, anno Incarnationis Dominicæ MXXIV; et sepultus est in Ecclesia quam ipse construxerat.

et Episcopus Heimo,

m

fundatur per Heimonem S. Joannis

D

EX CHR. H. FLAV.

sub directione Richardi et Abbatissæ Adelbergæ:

E

n obiit autem 1024.

45 Successit in Episcopatu Rambertus, qui sæpe fatum Patrem non minori affectu coluit, imo devotionem a prædecessoribus initiatam, et ad se usque derivatam, pia bonæ voluntatis affectione auxit, provexit, et sustulit. Verum non abs re videtur, si cum ejus familiares, et regni gloriam, quæ sub ipso erat, miramur, etiam quis Imperatoris vitæ exitus fuerit intueamur. Tempore itaque ejus Rex Ungrorum cum gente sua Christianus *o* factus est: cui etiam, Stephano in baptismate dicto, germanam suam uxorem dedit; et ipse anno sequenti infirmitate ingravescente, quia erat absque filiis, videns quia ad Regni fastigium plures Duces et Comites aspirabant, elegit Conradum *p* aliquando sibi suspectum, sed strenuum, qui Cono dicebatur, et sic cum gloria obiit Monarcha Cæsar Augustus III Idus Julii, eo videlicet anno quo superius annotatum est Episcopum Heimonem obiisse. At vero Stephanus Ungrorum Rex, imminente vocationis suæ tempore ad cœlestia evocatus, nunc in ecclesia qui requiescit *q* humatus, miraculis claret egregiis. Regnavit autem Heinricus annis XXIV *r*, mensibus VI, et Conradus..... successit: qui accepit uxorem Gislam, Rodulfi Regis Burgundiæ sororem, Conradi et Mathildis filiam, de qua genuit tertium Heinricum, qui venerabilem Richardum Abbatem inter primos Palatii habuit.

S. Henrico Imp. sub quo S. Stephanus R. Hungariæ floruit,

o

F

q

r

succedit Conradus in Regnum,

46 Igitur post Benedictum Papam, anno MXXIII *s*, frater ejus Joannes, largitione pecuniæ, ex laicali ordine neophytus ordinatus est. A quo cum requisisset Constantinopolitanus *t* Antistes, ut sua Ecclesia, sicut et Romana, Universalis diceretur; et donis eum, Romanosque qui Curiæ præerant, innumeris flecteret, ita ut clanculo tentarent concedere quod rogabatur; omnis ob hoc vehementissime commota est Italia. Sed Galliarum Episcopi et Abbates his obviare conati sunt, quidam in persona sua, quidam vero litteris missis Sedem Apostolicam visitantes, et tantum opprobrium et dedecus, auctoritatibus ad medium prolatis quibus contradicere fas non esset, a Romana Ecclesia propulsantes. Nec defuit in his Patris Richardi authentica præsentia: imo omnino sategit, ut Constantinopolitana præsumptio confutata conquiesceret, filium se Romanæ Ecclesiæ, dum matris

s

t Benedicto autem Papæ Joannes.

Richardus sub Joanne resistit Græcis, Universalis titulum ambientibus,

A matris honori providebat, ostendens u. Sic confutata Græcorum præsumptio x est. Eodem anno, qui erat ab incarnatione Domini MXXIII, jussu et obedientia Patris Richardi Leduinus, de quo supra retulimus, prælatus est Abbatiæ sancti Vedasti....

EX CHR. II. FLAV. u x

ANNOTATA D. P.

a Benedictus VIII, *coronatus* 20 *Julii*, 1012, *sedit an.* 11, *m.* 11, *d.* 21.

b Arduinus, *Marchio Eporediensis, primum an.* 1005 *ab Henrico pulsus, et rursum anno* 1013, *tertium denique victus ab Archiepiscopo Mediolanensi an.* 1015, *sese inclusit monasterio.*

c *Ivit ille in Germaniam, et Bambergensem ecclesiam consecravit an.* 1019.

d Willelmus *fuit Abbas S. Benigni Divionensis, et simul cum* S. Odilone *colitur* 1 *Januarii: quando utriusque Vitas illustravit Bollandus; obiit* Willelmus *an.* 1031; Odilo, *an.* 1049.

e *Regni scilicet Francici tunc erat* Burgundia utraque, *ad quam Cluniacum et Divio pertinent, hæc ad Comitatum, istud ad Ducatum.*

f *Præter nudum* Pandulfi *nomen nihil habent Sammarthani.*

B g *Pluribus de* Ermenfrido *Wasseburgius fol.* 213, *humili quidem loco natum, sed propter eloquentiam et plurimarum linguarum peritiam, sæpius ad legationes Imperiales adhibitum. Dicitur is in Synodo Aquisgranensi (qualis una a Chronico Cameracensi notari videtur ad an.* 1022, *sed quam plures similes præcessisse debuerunt, nusquam adhuc notatæ) dicitur, inquam, in aliqua synodo Aquisgranensi* Ermenfridus *Heimoni et Richardo sit adhæsisse, ut cum iis Verduni vivere elegerit; factus ab Episcopo Archidiaconus illius Ecclesiæ.* Patrimoniis, *inquit prædictus Catalogus,* carebat *Ermenfridus;* sed Regibus obsequendo, Principibus adhærendo, omnibus se submittendo, Dominum præcipue invocando cum mira solicitudine, huic plus contulit vita quam pecunia, plus pia apud Deum et homines devotio quam aliqua possessio, et plus profuit meritum quam prodesse potuisset aliquod patrimonium.

h *Catalogus MS. Episcoporum addit, quod illic etiam* Canonicos XII locavit, quibus necessaria ex prædiis suis et aliunde acquisitis providit; et ad extremum, petitione Episcopi, locum illum S. Mauro subdere non recusavit.

i Apud Castellum des Luvarts, *inquit idem Catalogus; addens, quod ibi* Canonicos ordinavit, ordinatis

C necessaria disposuit, maximisque operibus cum summo labore et cum miro decore ad affectum usque perduxit.

k *Canonicos* 23 *institutos ait Wassenburgius cum Præposito et Decano; itaque adhuc servari; locum autem prius fundasse S. Madalveum, pro mulieribus pœnitentibus, dictum ideo* Vetus monasterium.

l *Hi tres proximi, post primum Episcopum* S. Sanctinum, *ante* Pulcronium, *nominantur in Catalogo: solus autem* Maurus *inscribitur Martyrologio Gallicano ad* 8 *Novembris: sed* 10 *ejusdem cum Officio* 9 *lect. in Breviario Virdun. anni* 1625. *fortassis autem prima ibi Cathedralis fuit. Catalogus certe* S. Joannis Baptistæ ecclesiam *vocat, et* Mauro Præsuli sanctissimo *consecratam ab Episcopo dicit.*

m *Aliquot tamen mensibus minus: ordinatus enim in Autumno anni* 988, *et mortuus* 1024 *exeunte Aprili, ad plenum numerum adhuc requirebat quinque vel sex menses.*

n *Imo a puero Christianus fuit* Stephanus, *qui mox ut a morte patris Ducatum suæ gentis obtinuit an.* 998, *pro ea ad Christum adducenda serio et cum effectu laboravit; anno autem* 1000, *vivente adhuc Ottone III, Regium titulum obtinuit ab Apostolica Sede; an autem et Giselam Henrici sororem uxorem habuerit, prius* D *quam hic eligeretur Rex, necdum invenio definitum: habuit certe illam ipsis initiis Henrici an.* 1002 *electi, et* 7 *Junii a Willegiso Moguntino inuncti.*

o Conradus *Dux Wormatiensis, filius Henrici Ducis et Adelaidis, Rex coronatus* 8 *Septembris; nescio quo errore mox hic dictus* Ottonis III filius, *quod expunxi, cum is absque liberis obierit.*

p Stephanus *Rex obiit an.* 1034, 15 *Augusti, sepultus in ecclesia S. Mariæ, quam Budæ extruxerat; ubi post annos* 45 *elevatum* 20 *Augusti corpus, et festum, institutum; quod festum eadem Buda a Cæsare Leopoldo recuperata an.* 1686 2 *Septembris, in hunc diem translatum est.*

q *Imo* annis XXXIII, mensibus V, diebus XVI, *utpote defunctus an.* 1024 13 *Julii.*

r *Imo anno* MXXIII, *ut ostendisse me puto in Conatu ad seriem Pontificum; ubi docui, obiisse* Benedictum VIII 10 *Julii: et* Joannem XIX *ordinatum, prævalente tunc patre utriusque Gregorio, Comite Tusculano,* 19 *Julii.*

s Sergius *hic fuit, Imperatorum Basilii et Constantini auctoritate nixus.*

t *Eumdem in finem scriptam a Willelmo S. Benigni Ab. prælaudato Epistolam hic descripserat Hugo:* E *sed omittendam censui, vel ideo magis, quod ipsam ex Glabro verbotenus recitet Baronius an.* 1024 *num.* 6, *salvo quod mendosus ibi notatur locus, qui hic sanum habet sensum, dum legitur,* non aliter Græcos quam cœnodoxia, hoc, quod audivimus apud vos requirere, impetravisse.

u *Post istam epistolam addit Baronius:* Quod autem ad dictam Legationem Græcorum pertinet, eos nihil penitus ab Apostolica Sede impetrare potuisse, docent Epistolæ Leonis Papæ IX, post annos XX conscriptæ ad Michaelem C. P. Patriarcham, quibus expostulat de ejusmodi titulo Œcumenicus, quem suæ Sedis Episcopi, præter jus fasque, reclamante semper Apostolica Sede, nimia arrogantia usurpassent.

x *Sequebatur Obitus* Fulberti *Episcopi Carnotensis,* qui quanto amore, *inquit Hugo,* hunc Patrem nostrum dilexerit, experimentis perpluribus patet. *Sed mendum evidens irrepsit in numeros, cum* annus MXXVII *comparatur cum* Indictione VII, *quæ debuisset scribi* X: *neque tamen vel sic habetur verus annus istius mortis, qui in Epitaphio notatur* DXXVIII, *a Sammarthanis vero etiam* IX. *Interim cave ne Capita sequentia hinc regulanda putes: cum enim supra de Heimonis Episcopi meritis egisset Hugo, prius quam* Richardum *Hierosolymam abducat reducatque, prosequitur ordine chronico externa quædam usque ad annum* 1027 *vel* 8. *cum* F *interim peregrinatio illa instituta videatur vivente adhuc Atrebati* Frederico, *ab eaque redivisse* Richardus *anno* 1023, *ut ex consequenter notandis magis liquebit.*

CAPUT VI.

Iter Richardi Hierosolymitanum.

Jam autem eidem Patri Gratiæ-Dei prælationis sarcina gravis videbatur; jam ad anteriora progredi, liberiusque divinæ contemplationi inhærere juvabat: quia jam in ejus corde mundus aruerat. Et quia quosdam, qui Hierosolymam ierant, beate in Christo occubuisse constabat (inter quos quoque quemdam ex Augustodunensi territorio sanum et vegetum, nullaque mortis signa habentem, in loco, ubi novissime steterant pedes Domini cum orasset, et se a Domino suscipi in pace postulasset, modico dolore mox tactum, domi relatum, eodem in loco quo oraverat, spiritum Deo reddidisse a, certa fama vulgaverat) tactus et ipse sancto simili bonæ devotionis

Richardus Hierosolymam peregrinatur. a

Cluniaco Odilonem accersit, eique suos commendat,

A devotionis desiderio, sepulcrum Domini invisere gestiens, quæsita a Principe et Pontificibus, Regnique primoribus, et vicinis fidelibus, et vix obtenta licentia; destinavit primo filiis providere, et eorum in omnibus curam agere, ut posset cum bona omnium affectione peregrinationis officia sancta suscipere. Itaque Cluniacum ivit, et sicut usque hodie in eodem cœnobio manet memoriale, Patrem piissimum S. Odilonem Virdunum secum deduxit. Quem pluribus diebus secum retinens, omnem ei monasterii habitudinem, mores, et vitam habitantium ostendit; judicio ejus et tuitioni singula contradens, et ad ejus arbitrium universa corrigens et confirmans. Gavisus est autem in Domino S. Odilo, quia per eos, quos sibi Filios fecerat, et loco remiserat, fructus boni odoris carpebat. Ubi vero voluntati illorum satisfecisse se credidit, valedicens omnibus, Filios Deo commendans, Cluniacum rediit, et de profectu Ecclesiæ illius gaudium Filius et Fratribus Cluniacensibus exhibuit. Referunt adhuc moderni, qui audierunt a Patribus, quia quoties ab istis partibus regrediebatur, adeo se gratiosum de bonis, quæ in Patre nostro et Filiis gratulabatur, exhibebat, adeo eos commendabiles reddebat, ut gratum haberet qui videbat.

valedicit suis,

B 48 Igitur paratis necessariis sumptibus, dispositis viæ comitibus, commissa Deo Filiorum cura, benedictione Pontificis et vicinorum Præsulum, Optimatum quoque et omnium omnino postulata et accepta, venerabilis Pater Richardus Gratia-Dei, egressus est cum Madelveo novus peregrinus, in cordis lætitia. Prosecutus est eum totus populus, cum lacrymis et rugitu cordis, dolens quod destitueretur ejus præsentia, quem suæ salutis præsulem, vitæque tutorem credebat. Quos vir Dei benigne consolans, ut reverterentur admonuit, dans in mandatis, Deum tota virtute diligere, proximum venerari, inimicos diligere, caritatem amare, hospitalitatem sectari, eleemosynis intendere, et pro se sibique comitantibus Deum propensius exorare. Sic salutatis omnibus, resalutatus a cunctis, dimissus est optatæ viæ cum gratia, omnibus orantibus, et elata in excelsum voce clamantibus, ut prosperaretur a Deo via ejus. Expensas autem viæ Richardus, Comes *b* Normannorum, omnes ei attribuit; erat enim eleemosynis largus, caritate diffusus, honestate præclarus. Supersunt adhuc in Britannica insula et Normannia nobiles et probati viri, qui

et viatico instructus a Richardo Com. Normanniæ, b

C viderunt hunc Patrem nostrum Gratia Dei, et noverant quanto ab eodem Comite diligebatur affectu: a quibus nos etiam ista audivimus; qui et referre soliti sunt, quia sic sibi individua dilectione adhærebant, ut putares unam animam duobus inesse corporibus.

49 Optabili ergo peregrinatione suscepta, vir Domini Richardus septingentos peregrinos secum duxit, quibus ex propriis subsidia victus sufficienter administravit. Erant etiam in comitatu ejus quamplures alii, inter quos erant duo ab urbe Bajocensium, pater et filius, Humbertus et Gaufredus; qui ita comitatui ejus adhæserunt. Erat idem Humbertus diuturno languore depressus, ita ut per annum integrum nec lecto surgere, nec in latus aliud absque suffragantis adminiculo se posset deflectere. Huic una dierum in cubiculo, quo jacebat, Angelus in columbæ specie apparens, Vade, inquit, para necessaria, et perge Hierusalem, quia Dominus jubet. Cui cum ille respondisset, Quid faciam, quia nequeo surgere? Ille iterato, Para inquit, necessaria, et vade; quia Dominus vult. Acquievit homo; et mane facto fratres et propinquos advocans, voluntatem Domini aperuit, suam quoque voluntatem in id esse ut obediret patefecit. Illi admirantes, et pro infirmitate quam videbant, voluntati

proficiscitur cum 700 peregrinis:

D ejus contraire conantes, cum avertere hominem a recta intentione molirentur; impossibile esse pronuntiabant quod dicebatur. Cum ille filium Gaufredum assistentem videns, Vade, ait, præpara expensas, et quæ sunt tanto itineri necessaria, quia et ego ibo, et tu mecum, Dei cooperante clementia. Acquievit filius, et paratis quocitius potuit tanto itineri necessariis, patrem de profectione admonuit. Ille, propinquorum et vicinorum surgens adminiculo, pontem, ante monasterium Sanctæ Mariæ Magdalenæ in eadem Bajocensium civitate situm, quod erat vicinum domui suæ, a quatuor hinc et inde sustentatus transiit: et mox ut equo impositus est, sanus factus et incolumis, viæ se credidit; et comitante divina gratia Virdunum veniens, cum audiret et videret profectionem viri Dei tota urbe accelerari, sustinuit; et comitatui ejus adhærens, orationibus ejus se cum filio commisit, quos vir Dei familiarissimos habuit.

ex cum II. FLAV. in quibus Bajocensis Humbertus cum filio,

divinitus jussus surgere, et sanatur

50 Profecti igitur per Illyricum, venerunt ad deserta. Quæ cum jam fere pertransissent, die quadam fontem eminus conspicati clarissimum et perlucidum, descenderunt Pater Richardus cum sociis, ut acciperent jentaculum. Turbis quoque circa fontem discumbentibus, venerabilis Pater loco competenti pro tempore resedit; et accito famulo ut de

E fonte sibi afferret, cujus perlucida claritate delectatus erat, admonuit. Ille vadens, ex aqua fontis vase impleto, viro Dei propinavit. Sed ut vas ori admovit, aquam in vinum Dominus mirabili virtute convertit; et sic qui aquam desideraverat, vinum accepit. Stupefactus, a famulo requirit, ubi vinum acceperit: et evacuato vase, iterato eum pro aqua fontis remisit. Ille admiratus, cunctis cernentibus aquam hausit de fonte, et viro Dei propinavit: sed iterum, Divinitate propitia, aqua fontis in vinum conversa est. Quod vir Dei agnoscens, Deo gratias egit, et bibit: cunctis quoque ex eodem vase propinavit. Quid plura? Biberunt omnes, et virtutis Domino benedixerunt, qui facit mirabilia solus, cujus regnum est æternum, et potestas ejus potestas æterna, quæ non auferetur. Biberunt, inquam, omnes de vino illo, et vinum imminutum non est: quia cum omnes bibissent, solus ille scyphus abundanter cunctis adfuit, et postmodum Patri Richardo non defuit. Et qui vidit, testimonium perhibuit, prædictus scilicet Humbertus, et filius ejus Gaufredus, et scimus quia verum est testimonium eorum: quia ipsi ex eo biberunt, cum sederent ea hora prope latus hominis Dei; et præterea virtutis hujus tot sunt testes, quot erant viæ comites; quia nullus in comitatu illo inventus est, cui non vir

In deserto cibum sumentibus cum sociis, aqua in vinum vertitur.

F Dei ex hoc vino virtutis propinasset. Est adhuc in Bajocensi urbe quasi novum hoc miraculum, et patres qui viderunt, narraverunt ea filiis suis, et filii filiorum filiis, ut cognoscat generatio altera.

ut testati sunt omnes qui de eo biberunt, aut ex his audierunt.

51 Nos quoque hoc a Gaufredi filio, Gozelino nomine, viro probo et honesto, nunc Divionensis Ecclesiæ Monacho, audivimus, qui jam eo tempore natus et adultus, a patre et ab avo hoc audivit; et didicit ab illis formam orandi, quam instituit simpliciores et idiotas e seculo ad se confugientes Pater Richardus in ingressu Ecclesiarum dicere, in hanc formam. Adoremus Deum: sanctam Trinitatem deprecemur: Sanctos ejus qui pro Deo appellantur; ut ubi deprecentur Deum, ut det nobis pacem et sanitatem, peccatoribus veram pœnitentiam, discordantibus veram concordiam, vivis pacem, defunctis requiem. Hæc orandi forma, in omnibus monasteriis suis, laicis tradebatur. Erat autem viro Dei familiare, mane surgere, laudes Deo dicere, iter accelerare, atque consuetum Domino in via pensum reddere: et sic hora fractionis panis imminente,

et formam orandi acceperunt a Richardo.

A imminente, Missarum solennia agere, quocumque esset; et expletis mysteriis ad frangendum panem discumbere, ne gravarentur Fratres labore itineris et continuatione jejunii.

EX CHR. H. FLAV.

53 Venit ergo Antiochiam, ubi cum eum itineris necessitas aliquot diebus remorari coegisset, vir Dei Symeon, qui nunc Trevirensem Ecclesiam corpore *c* et virtutibus adornat, in amicitiis ei junctus est, et Fratribus qui erant cum eo, adoptans sibi illum in Patrem. In quo B. Symeonis facto hoc intueri libet, quia idem vir Dei non ejus se crederet magisterio, non committeret patrocinio, nisi divina pietas, quæ eum a seculi actibus alienum reddiderat, cordi ejus revelasset, dignum illum esse qui subditis præesse et prodesse posset. Mittebatur autem idem S. Symeon a Fratribus monasterii montis Sion pro eleemosyna, quæ de terra Richardi Comitis Normanniæ monasterio eidem debebatur; et quamquam nosset, spiritu sibi revelante, multa se adversa passurum; tamen Pater Richardus, discretionis oculis hinc inde munitus, consilium dedit, ut cœptis insisteret, obedientiam impleret, usquequo rem probaret eventus. Flentem itaque et tristem eum a se dimisit, utrimque pedibus, manibus, et genibus exosculatis, qui erat in

c hic cum suasisset B. Symeoni transire in Franciam,

B eis gratia Spiritus sancti. Hæc est enim Sanctorum delectatio, diligere alterutrum: quia et Deus caritas est, et qui manet in caritate, in Deo manet: caritatem autem aquæ multæ non poterunt extinguere, nec flumina obruent illam.

53 Probatus igitur Domini servus viam carpens, et viæ ducem Christum collaudans, terram Saracenorum ingressus est. Et cum appropinquaret civitatibus eorum, prædicabat omnibus Christum Jesum, in Domino Deo suo confisus, quia non erat in spiritu ejus dolus. Jam vero ubi ad urbem venisset, ante murum urbis psallebat Salvatori suo, et Missarum solennia ibidem celebrabat, Paganis desuper saxa jacientibus, ut capiti ejus illiderent: qui sic urbi appropinquaverat, ut tabula altaris hæreret muro. Et cum multa desuper saxa ab eisdem aspicientibus et illudentibus jacerentur, ita a Christo protegebatur, ut non altare, non tabula altaris, non postremo illud quidquid est quod altari imponitur, non ipse denique qui altari astabat intrepidus, a lapidibus tangeretur: cum tantus esset multoties in circuitu altaris agger lapidum desuper ruentium,

iter prosequitur per terras Saracenorum,

C ut Missa dicta non nisi via facta inde extrahi posset. Monachorum vero et Clericorum comitantium illum nullus ei coesse vel cohabitare poterat; sed quantum jactus est lapidis a longe stantes canebant, et canenti respondebant; ipse solus intendebat his quæ cœperat, donec Missa perexpleta egrederetur, vel potius extraheretur. Erutus autem inde, ante urbis prospectum tentoria figebat, et comparatis necessariis sumptibus ibidem hospitabatur, a Dei laudibus numquam vacans, quia laus ejus semper erat indeficiens in ore ipsius. Pagani autem miraculo perterriti, et gratia reverendi vultus ejus invitati, veniebant ad eum: quibus ipse per interpretem quæ de Jesu erant gratanter annuntiabat, et ut ab injuria servorum Dei manus cohiberent prædicabat. Fiebatque miro modo, ut quos in adventu suo passus fuerat infestos, ipsi ei versa vice cum honore servirent, et mane facto deducerent abeuntem. Mirificabat enim Dominus servum suum signis et prodigiis, in tantum, ut omnibus sanctitas ejus innotesceret; et virtus Domini per eum ubique prædicabatur, quia fama sanctitatis ejus ubique ferebatur.

et quotidie sacrificaturus, hostium mœnibus aram applicat,

securus lapidum qui jaciuntur:

54 Constantinopolim veniens, cum quanto honore exceptus ab Imperatore sit, dignisque muneribus et obsequiis honoratus, dicere supersedemus, quia ad alia properamus. Optatæ itaque viæ dimissus cum

D gratia, per multimoda pericula apprehendit Hierosolymæ loca desiderata. Ingrediensque civitatis portam, Responsorium illud de Dominica in ramis palmarum *d*, Ingrediente Domino in sanctam civitatem, dulcissima cum sociis modulatione decantabat, Christum crucifixum, qui est super omnia Deus benedictus in secula adorans, et locum Sepulcri ejus oculis fidei veneranter amplectens. Omnia ergo Nativitatis, Passionis, et Resurrectionis loca fide circuiens, dum non satiaretur oculis intuendo, mente pascebatur: quia ad visionem dulcissimam et diu desideratam, jamque concupiscenti animo præparatam, mirabilium Domini, gaudio et lætitia ineffabili replebatur. Occurrit autem ei venienti Patriarcha *e* Hierosolymitanus: audierat enim famam ejus omnium ore celebratam, et consalutati mutuo, dato pacis osculo, lætati sunt in Domino. Videns vero in eo aspectum Angelorum, modestum sermonem, incessum mitem, canitiem venerandam, habitudinem senectutis omnibus reverendam, gratulabatur in spiritu; Sicut, inquiens, audivimus, ita et vidimus. Introductus igitur in sanctam Sion Missarum solennia celebravit, astante Pontifice et Clero: et sic locum Sepulcri Domini

appulsus in Terram sanctam, d

e loca sacra reverenter visit.

E cordis affectu revisens, omnemque locum sanctum pia devotione perlustrans; cum se desiderio satisfecisse crederet, iterum æstuantem devota solicitudine satiabat animum; numquam a Missarum celebratione desistens, numquam a verbi Dei erogatione cessans, imo ubique quæ Dei sunt annuntians; nec timore mortis, nec infestatione barbarica, a veri et recti exhibitione, et mali prohibitione, desistens. O quis ejus affectus in Deum! quanta contriti et humiliati spiritus exultatio! quanta cordis jubilatio! cum videret se esse præsentialiter ubi Christus natus est, ubi passus, ubi steterunt novissime pedes ejus quando ascendit in cœlum. Ubicumque incubuisset orationi, madebat terra lacrymis, clamor cordis ascendebat ad Dominum, corpus atterebatur, spiritus elevabatur. Continuabat noctes vigiliis, attenuabat corpus jejuniis, numquam sine lacrymis, numquam sine precibus, cum totus exultaret in Domino, lætitiam mentis, vultus serenitate proferebat.

55 Dominica die, qua celebratur adventus Domini in Hierusalem, et exceptio ejus a pueris cum

Dominica Palmarum,

F hymnis, palmarumque et frondium ramis, urbem ingressus est. Hebdomada tota pernoctavit in laudibus Dei; cum tota ecclesia discurreretur a Paganis gladio accinctis, ipse nihil dubitans, nihil hæsitans, quæ Dei sunt Deo reddebat, pervigil in orationibus, in jejuniis continuus: adeo ut Gentiles ipsi admirarentur devotionis ejus instantiam, et revererentur constantiam. Diem Cœnæ sacratissimum, in exhibitione Mandati Domini, et pauperum recreatione deduxit: pedes pauperum abluens, vestes et quæque necessaria tribuens, et totum se Dominicis servitiis conformans et applicans. Jam vero quis referat, qualiter se die Parasceves mactaverit, Christo cruci confixerit? Totus in cordis compunctione, in contemplatione, in suimet abnegatione; maxime cum videret sepulcrum Jesu præ oculis, et esset ei materia doloris et compassionis. In orationibus assiduus, pernox in vigiliis, fatiscentes jejuniis artus spiritui servire cogebat. Die illa cum nocte sequenti a loco sepulcri non recessit, admirantibus omnibus instantiam illius, quod aliis recedentibus ipse non recedebat.

ac die Cœnæ et Parasceves pie transactis,

56 Quid multa? Venit dies sancti Sabbati, quo expectabatur ignis a Domino, et Gentiles armati, Christianis intro conclusis, et beneplacitam voluntatem Domini de igne suscipiendo præstolantibus, totam

ignem cœlestem in sabbato exspectat

A totam obseraverant ecclesiam; ut, si ignis non adveniret, omnes gladio perimerentur. Cum ecce, hora circiter nona, omnibus orantibus, in una lampade ignis accensus est a Domino, nullius mortalium suffragante adminiculo: et Gentiles omnes stupor apprehendit et pavor, Christianos vero gaudium et exultatio: ut ab omnibus tota certatim caneretur ecclesia, Magnus Dominus noster, et magna virtus ejus, et sapientiæ ejus non est numerus. Illico vir beatus, sacris indutus vestibus, Missa inchoata, Kyrie eleison solenne, elata in excelsum voce, pronuntiavit. Jam enim Lectiones et Cantica, seu quidquid est illud consuetudinarii Officii, usque ad accensionem luminis, in expectatione novæ lucernæ finierat: et sic, Gloria in excelsis Deo, cum lacrymis et jubilo cordis intonans, gaudium Christianis, metum et admirationem Paganis incussit. Adstabant in circuitu altaris undique frementes et frendentes: sed tanta erat reverentia viri, tanta in virum protectio Christi Domini, ut omnes sanctitatem ejus et religionem admirantes revererentur, et omni eum honore dignum ducerent, ipsi etiam qui inimicabantur. Noctem illam Pater noster Gratia-Dei duxit insomnem, Dominum resurgentem adorans, B et cum Maria Magdalene in horto mentis, ubi vitebant per eum plantaria virtutum, hortulanum Jesum videre desiderans: ut vocaret eum proprio nomine, et se Magistrum et Dominum doceret agnoscere; ut factus testis veræ resurrectionis ejus, in voce fidei annuntiaret Fratribus, Resurrexit Dominus. Mane facto, consuetudinariis Canticis expletis, Missam festive circa horam tertiam celebravit; et communicatis fidelibus populis cum gaudio, domum rediens, celebritati diei satisfecit: et tota die cum Patriarcha familiarius locutus, diem deduxit in jubilo cordis et voce exultationis, semper locum Sepulcri Domini revisere gestiens; recolens et admirans sudarium capitis Domini, non cum linteaminibus positum, sed separatim involutum in unum locum.

et excipit:

ac Pascha devote celebrat:

57 Diebus festis reliquis celebratis in gaudio et tripudio animi, destinavit vir mitissimus cogitare de reditu. Nec rediit vacuus a munere, quia arca cordis ejus repleta erat bona devotione. Quod autem fuit munus illud? Discurrentes Pagani per munitiora templi ipsa hebdomada ante Pascha, lapides in populum Sacra celebrantem jaciebant. Casu lapis C veniens intra sepulcrum cecidit: quem vir Domini pro magno munere sibi assumpsit, et illis diebus, quibus celebratur passio vel resurrectio Jesu, intra sepulcrum jacentem, vigiliis et orationibus Domine dedicavit. Hunc recessurus cum magna devotione sustulit; et exosculato loco sancto, quasi totum secum ferret, inter sancta reposuit; et valedicens Patriarchæ, prospera ei imprecatus abire decrevit. Ingemuit ille in voce dilecti valedicentis, et proferens Reliquias pretiosissimas de ligno Domini, itemque marsupium unum auro textum prægrande, Reliquiis Sanctorum refertum, obtulit seni venerabili, cum gratiarum actione, inquiens, Accipe, o dilecte Domini, munus bonæ voluntatis et devotionis, quod sit mutui pignus amoris; munus quod numquam consumatur, semper extet, hæreat, amico convivat, quod evanescentem memoriam excitet; jucundum, quod obviam animo veniat, et numquam labatur a memoria. Præstet Dominus, istis et omnibus Sanctis intercedentibus, ut iterum videamus nos in cœlestibus, ubi finis laborum, et remuneratio præmiorum æternorum; ubi numquam ab invicem separabimur gaudentes, et gustantes quam sit dulce et jucundum habitare fratres in unum. Divisi sunt ergo ab invicem flentes, quibus, si licuisset, convivere et commori libuisset.

et a sepulcro Domini refert lapidem a Saracenis jactum.

Post festa cum Patriarcha valedixisset,

58 Graditur Pater Richardus Gratia-Dei aggere D publico, oneratus onere nobili et dulcissimo, se et sibi comitantes committens Deo universorum, corde humili et contribulato. Pendebant a collo ejus Sanctorum reliquiæ, ut haberet præ oculis paratum specimen sanctitatis, ne deesset cordi memoria eorum, quorum sarcina delectabili Reliquias gestabat. Quanta vero in redeundo passus sit, ipse novit qui pertulit: quia omnia dijudicat, qui laborum remuneratorem se promisit. Videres virum seculis venerandum, dum iret, sæpius cervice reflexa versus sanctam Hierusalem humiliari, suspirare, gemere, affectum cordis oculis pandere, gaudere quod sanctum locum Sepulcri vidisset, dolere quod non semper videret. Hinc ex affectu sermonem populis dare, beneficia Jesu oculis monstrare, omnes subito ex devotione ingemiscere, Deum benedicere, memorati dulcedinis divinæ, et ad bona sectanda prorsus accendi. Non cadebat passio Domini a memoria, quæ erat fere tota ejus memoria. Quid enim fuit totus vitæ ejus excursus, nisi velle pati pro Christo, commori ei et consepeliri, ut daretur sibi per Christum in gloria resurgere cum illo? Ideo tanta passus est, qui, ut pateretur, exul pro Domino factus est. Et quidem juste. Sapienti enim omnis mundus exilium, E et viro justo omnis mundus domus. Sapiens autem erat, quem ipsa inhabitat sapientia: vir justus erat, quia corpus peccatis subditum nescit inhabitare sapientia.

EX CHR. H. FLAV. redit cum Reliquiis ab eo donatis,

plenus memoria Dominicæ Passionis

ANNOTATA D. P.

a *Simile quid circa an.* 1216, *Dionanti uni cuidam ad Mosam civi evenisse, narrat Cantipratanus, lib.* 1 *cap.* 25 *n.* 5, *qui in loco Calvariæ, præ compassione,* ruptis vitalibus cordis venis, spiritum exhalavit.

b Ducem *potuit appellasse; uti apparet ex dictis* 1 *Junii ad Vitam* S. Simeonis, *mox nominandi cap.* 2 *litt.* a et b. *Ubi ostenditur intelligendum Secundum ejus nominis (tres enim consequenter fuerunt) qui ab an.* 996 *ad* 1026 *Dux fuit. Infra autem num.* 7, *et* Dux Richardus *et* Normannia *appellatur* Comitatus: *ac rursum num.* 86 Willelmus *Conquæstor*, Comes Normanniæ.

c *Obierat* S. Simeon *an.* 1035.

d *Nec hoc Responsorium nunc invenitur in Breviario monastico.*

e *Verisimiliter* Arsenius, *qui S. Simeoni Armeno,* 26 *Julii an.* 1016 *Mutinæ defuncto, Formatas dederat; aut ejus successor* Jordanus, *cujus pro anno* 1033 F *notitiam dedimus in Chronologia Patriarch. Hierosolym. cum narratione satis conformi iis, quæ num.* 56 *dicuntur de Igne sacro.*

CAPUT VII.

Richardi regressus Virdunum: Stephani Lobiensis Abbatis coram eo humiliatio: devota S. Simeonis acta Rotomagi.

Reversus tandem ad illos suos palæstritas, Saracenos scilicet, qua quia venerat eadem et regrediebatur. Ante muros urbium Missarum solennia celebrans, nec assuetos imbres inundantium lapidum pavens. Mirabilis prorsus virtus et stupenda, grande mysterium, spectaculum prædicabile. Stabant supra caput hominis Dei hostes, dirigebantque in illum lapides adeo prægrandes, ut non tantum caput, sed totum prorsus si occurrissent, conquassarent hominem. Manebat ille intrepidus, quia protegebatur a lapide, præciso de monte sine manibus. Dirigebantur aliorsum lapides; quia lapidi vivo, manenti

Reversus, ut antea Missas facit inter jactus lapidum;

IN CHR. II FLAV.

A nenti in lapide qui reprobatus est, qui angularis missus est, timebant illidi : cui si illidentur, frangerentur. Obstupescebant Gentiles miraculo, nec novitate miraculi terrebantur, cujus admiratione deteriorabantur, quoniam ipsa eis admiratio erat peccati innovatio. Stabant a longe Monachi et Clerici, quantum jactus est lapidis, et peregrini; ipse solus ingrediebatur propitiatiorum, qui armum in sacrificio dextrum acceperat separatum: quia non solum erat operatio ejus utilis, sed et singularis; qui inter malos, non solum quæ sunt recta faciebat, sed et bene operantes subditos, sicut honore ordinis, ita morum virtute transcendebat; qui cum armo pectusculum quoque in esu acceperat; quia non solum pectore recta cogitabat, sed et spectatores suos ad sublimia armo operis invitabat Sed jam quid moramur redeuntem?

nihil iis læsus:

60 Reddamus Patrem filiis, ut gratulentur in invicem; et pro absentiæ tædio, quod perpessi sunt, ipsi sibi sint consolatio. Non autem prætermittamus Antiochiam, Simeonis præsentia claram; ibi enim invenit pater ámantissimum filium, ibi recepit filius patrem carissimum : ibi socii socium, frater fratrem, comites aguoverunt comitem. Neque enim B potuit, multis obstantibus periculis, perficere quod decreverat; præcipue cum nosset divina revelatione, in itinere illo plura se passurum adversa. Delectatus igitur uterque comparis præsentia, delegerunt simul Virdunum redire, ut quod supererat temporis simul explerent in exercitio spiritualis philosophiæ. Venientes autem ad civitatem Bellegradam, quæ est in confinio Bulgarorum et Hungarorum, a civitatis infelicissimo Principe prohibitus est cum eis transire; et ita lugens et dolens divisus est a patre et fratribus, lugentibus et dolentibus, domnus Simeon, [qui] per multa pericula ivit Rotomagum, pro implenda obedientia; Pater [autem] Richardus Gratia-Dei, longo et vario itineris labore, redditus est finibus Galliæ Belgicæ.

recipit Antiochiæ Simeonem:

iterumque ab eo Belgradi separatus,

61 Occurrit illico patri a longe filiorum examen, lætantium et gaudentium ob adventum ejus desiderabilem. Ubi vero percrebuit fama celebrior eum advenire; factus est concursus ad eum nobilium et ignobilium, divitum, mediocrium, pauperum; et quaquaversus veniebat occursus gaudentium et concurrentium non deerat. Cum tanta frequentia, cum tanta Pontificum et Palatinorum Procerum, necnon Cleri plebisque lætitia, longa mora protenso tem- C poris spatio, Virdunum usque deducitur. Quo cum nuntiaretur adesse, totis obviam portis ruunt, tota obviam civitas progreditur. Senes cum junioribus, matres cum infantibus, ætas quoque ipsa imbecillior in occursum tanti viri se proripit, domi nullus subsistit. Clericorum, Monachorum, nec non et Sanctimonialium, Domino sacer Ordo dicatus, obvius egreditur Patri, cum crucibus et cereis, et diverso ecclesiasticæ dignitatis apparatu, præstolans venientem, et remorantem vix ferens, quia cupienti animo nihil satis festinabatur. Ubi vero venit, et venientem fas fuit videre, clamor populi attollitur, fluunt lacrymæ gaudio plenæ. Non erat satis cuiquam semel vidisse, nisi daretur iterum iterumque videre. Descendit itaque, et susceptus deductus est ad monasterium cum cantico in jubilo, omnibus plaudentibus et dicentibus, Benedictus Dominus, qui facit mirabilia solus.

Virdunum appellit:

fit occursus omnium:

62 Diem illam gaudiis plenam solennem duxit devotio Fratrum, quia et justa est causa lætitiæ amicum lætum videre; et si amicum, quid patrem? Agendum est bonis, ut voluntas bona non lateat, sed aperiatur ut luceat. Verba cessent, si quemadmodum debet quis afficitur, conscientia eminebit in vultu. Nihil autem gratius publica amicitia, nullum supplicium gravius publico odio. Intellectum enim D rei optimæ et dulcissimæ amisit, qui omnium designatur oculis, et designari se judicat; qui caret acie oculorum, qui sensum beneficiorum amisit, cujus aures morbus obstruxit. Sed pudorem tollit multitudo peccantium, et desinit esse probri loco commune maledictum. At contra, qui ab omnibus diligitur, æquali perpetuaque voluptate fruitur. Adventus igitur Patris nostri commune fuit beneficium, quia commune gaudium, quia et cum absens esset, diligebatur ab omnibus. In prima enim parte animi apud universos positus, semper occurrebat memoriæ, numquam ita sepositus vel abjectus, ut in ignorantiam verteret: quidquid vero frequens cogitatio exercet et renovat, numquam memoriæ subducitur. quæ nihil perdit, nisi ad quod non sæpe respexit. Reliquias ergo Hierosolymitanas, seu undecumque quæsitas, quibus onustus advenerat, in Sanctuario Pater Richardus deposuit: et sic lectione præmissa, susceptis et deosculatis Fratribus, vicem beneficiis rependit; gaudens cum gaudentibus, et gratias agens quod eorum orationibus munitus labores viarum securus percurrerit, libens toleraverit, quod gratissimum est cuilibet enumerare ubi evaserit.

et a Fratribus præcipue gaudentibus

reductus in monasterium Abbas,

63 Postquam igitur dilectioni satisfactum est, et prospera utrimque replicata; quia in talibus ad- E versis referendis, si qua sunt, dies reservatur crastina; ad refocillationem fatigati corporis ventum est: quod et abunde, ita tamen ut honestati sufficeret, procuratum est. Exinde venerabilis Pater in reddenda beneficiorum vice accingitur, primam eorum pensionem solvens, quod grate ad eum pervenerint effusis affectibus indicare, et hoc ubique testari. Cœpit enim, quasi nihil actum fuisset, beneficiis addere beneficia, rimari singulorum necessitates, et opes eas levare: ut cuncti agnoscerent patrem sibi advenisse, et plenitudini gaudii eorum nil deesset. O virum omnis laudis præconio dignum! qui etiam puerorum lecta per se circuibat, ut videret si quid esset addendum, si quid innovandum, si quid meliorandum; ut etiam per hoc paternus ejus animus agnosceretur, et debita pietas cunctis impenderetur. Studebat in omnibus resecare vitia, mores corrigere, ut posset plantaria virtutum inserere.

universis nova et majora rependit solatia.

64 Nec silendum, quid de Stephano, quem cœnobio sancti Laurentii prælatum diximus, actum fit. Cum enim esset idem communis Pater noster in expeditione Hierosolymitana, et per annum conti- F nuum pene remoratus fuisset, famaque fuisset defunctum eum esse; Durannus Leodiensis Episcopus *a*, qui Wolbodoni successerat, Stephanum ad se evocatum, ut loco Abbatis præesset officio, monuit, et admonendo petivit. Cui cum vir simplicis ingenii Patris spiritualis prætenderet obedientiam, absque cujus permissu et voluntate nulli fas esset quidquam præsumere; ille respondit, Patris Richardi se in ejus discessu voluntatem agnovisse, quod eum loco præficere delegisset: cujus quia nunc obitum audisset fama vulgante, decrevisset ut decebat voluntatem implere. Quid multis morer? Persuasum est homini, et sibi minus cavens suscepit prælationem loci, consecratus ad officium Abbatis. Non multo post vir Dei rediit, et audiens quod factum erat, super Fratris errore doluit. Ille quoque, ut audivit Patrem adesse, non est ausus occurrere venienti; sed cogitavit prævenire faciem ejus in confessione, et sumptis comitibus venit ad festivitatem S. Vitoni. At ubi venit, solus absque comitibus claustrum intravit, orationes fecit, in claustro sedit: et quasi qui numquam ordinatus fuisset, prælationem abdicavit. Conspectui Patris præsentatus satisfecit, qualiter ad consentiendum inductus fuerit patefecit: semper

Interim Stephanus, qui pro eo, quem mortuum credidit,

passus erat se Lobiis ordinari Abbatem,

A semper tamen se errasse, se deliquisse, confessus est. Aderant et comites, inter quos erat Archidiaconus missus ab Episcopo, poscens Patrem piissimum ut errori locum daret veniæ, et quod actum erat pro suo amore ratum sineret esse et stabile. At vir mitissimus, pauca cum consilio locutus; Petitioni, inquit, Domni Episcopi acquiescere, honorificum est; et Fratrem qui publice peccavit, publica satisfactione corripere, bonum est. Hæc locutus, Fratrem ultimum in collegio Fratrum interim sedere præcepit, quoad usque tractaret in Capitulo de his quæ mandabat Episcopus, et concilio generali quid esset agendum disponeret. Abscessit Frater a conspectibus Patris, et cum tanta virtute patientiæ jubentis obedivit imperio, talemque se exhibuit in obediendo, ut miraretur qui vidisset.

Virdunum supplex venit, seseque abdicat:

65 Vigilia erat festivitatis S. Vitoni, ad quam certatim undique confluxerant nobiles et spectati viri, vulgusque promiscuum; et in præsentia Episcoporum, Abbatum, Monachorum, Clericorum, nobilium et ignobilium ultimus omnium sedit Stephanus, cum bona patientia, et vultus ejus non sunt mutati in diversa: quamobrem, ad exorandum Patrem Richardum pro ipsius restitutione, omnes qui aderant unanimes reddidit ejus humilitas. In cra-
B stino coram omnibus culpam professus errati, remissionem obtinuit, gratiam reportavit; et de ultimo promotus est in superiorem statum, cum gratia Patris sui prælatus custodiæ gregis Dominici, et jam ad Missas, ut Abbatem decet, honoratus est, qui de correptione illa injuriatus non est. Verum Archidiaconus Leodiensis, quia Domini sui, ut voluit, in omnibus executa voluntas non est, rediens ad illum, non tamen cum Abbate Stephano, testis fallax factus est; qui rem gestam, non ut gesta est, nec eo animo quo gesta est, retulisse comprobatus est. Qui prorumpentes in se animi appetitus nullo vi animi coercens vel refrænans, Abbatiam Lobiensem beato Patri pro his, quæ secus quam mandavit gesserat, abstulit; et Abbatem *b* contra jus fasque, quem voluit substituit. At vero Domnus Stephanus, aliquot diebus Virduni commoratus, et de correptione melioratus est, et quamdiu vixit Patrem Fratresque intimo amore dilexit, filiosque suos in timore Deo servire docuit, omnibusque exemplar religionis et disciplinæ extitit.

deinde Abbas creatus,

sed ab Episcopo Leodiensi non receptus,

humilis patientiæ exemplum dedit;

66 Igitur ad B. Simeonem reflectentes articulum,
C quid apud Richardum Normanniæ Principem egerit, sicut in armario Rothomagensi continetur, licet libellus vitæ ejus hoc sileat, paucis explicemus. Ad hunc itaque veniens cum sociis, commendatus est cuidam viro nobilissimo Gozelino nomine, qui eos gratanter suscepit hospitio, et benigne post laborem refecit. At vero clementissimus Princeps Richardus, caritate profluus, misericordia copiosus, servi Dei tam prolixi itineris motus labore, necessitati servorum Dei de monte Sina compassus, plurimas eis largitus est divitias, quas venerabilis Simeon, per Fratres qui secum advenerant, Fratribus misit: et ipse cum præfato Gozelino, uno tantum contentus famulo Stephano nomine, viro æque sancto, biennio mansit; cujus hortatu idem vir nobilissimus monasterium sanctæ Trinitatis, in vicino monte *c* Rotomagensis urbis, ædificavit. Illo in loco vir mitissimus Domnus Simeon reliquias S. Catharinæ, quas secum ferebat, deposuit; gaudens divina præordinari dispositione, ut scilicet Occidentalis plebs tanto gauderet suffragio, dum ejus frequenter relevari mereretur antidoto. Hæc autem est S. Catharina, quæ a Maxentio Cæsare apud Alexandriam martyrio coronata, ab Angelis ad montem Sinai delata, et in habitaculo Angelicis manibus præparato locata, quod quidem in modum turriculæ in edito porre-

a S. Simeone benigne exceptus Rotomagi,

c

ibi condit S. Catharinæ ecclesiam;

D ctum, uno tantum foramine scala apposita aditum præbet, et oleo quod de ejus corpore profluit, omnibus medetur infirmis.

EX CHR. H. FLAV.

67 Porro ad radices ejusdem montis, ipsius sanctæ Virginis extat oratorium, in quo multa turba Monachorum, diu noctuque Deo laudes canentium, beatæ Martyri devotum exhibet famulatum. His moris est die Dominico montis supercilium ascendere, et Missis ibi celebratis duos vel tres ibidem semper Fratres dimittere ob excubias sacri corporis, quibus alii vicissim Fratres per hebdomadas succedunt; sacrumque oleum, quod de illo effluere non desinit, vitreo vase supposito, debilium usibus reservandum, summa cum veneratione excipiunt; quo non solum Christiani, verum etiam Pagani, quod dictu mirabile est, inuncti, opem sibi medicinæ reportant. Inter quos cum B. Simeon suæ septimanæ fungeretur officio, cum illo salutaris olei liquore, tria admodum minuta, de sarcophago distillantia meruit ossa excipere: quæ diligenter collecta, et in concha vitrea cum ipso oleo recondita, secum conservavit, multis profutura; et ea postmodum, ut diximus, ecclesiæ præfatæ sanctæ Trinitatis Rodomi contulit, auro et argento pretiosiora. Continetur adhuc in eodem cœnobio vas illud vitreum E
cum reliquiis, id est tribus minoribus articulorum juncturis; quod vas ob inundantiam sancti olei *d* quaque septimana vacuatur, et petentibus pro reliquiis sancti corporis datur. Beatus autem Simeon, apud præfatum Gozelinum biennio manens, cogitavit tandem Patrem suum carissimum Richardum Abbatem sociosque suos invisere; et sic valedicens omnibus Virdunum venit, et cum eodem Patre diebus quamplurimis mansit: et frequenter injuriatus, tamquam agnus mansuetissimus omnia pertulit, et speculum totius sanctitatis omnibus se præbuit.

in eaque ipsius ex Sinai allatas Reliquias collocat:

d

inde Verdunum venit

ANNOTATA D. P.

a *Male igitur Wasseburgius et Menardus supponunt* S. Wolbodonem *adhuc in vivis fuisse cum rediit* Richardus; *male eumdem faciunt fundatorem monasterii S. Laurentii, quod supra num.* 26 *vidimus* Baldrico *adscribi.* Durannus *autem vel* Durandus (*teste Ægidio Aureæ vallis Abbate, in Additamentis ad Anselmi prosecutionem Harigeri, de Episcopis Leodiensibus*) obiit x kal. Februarii anno Domini MXXIV: *unde consequens est, ut, quæ hic narrantur, saltem anno præcedenti sint gesta.*

F

b *Hunc crediderim fuisse* Hugonem, *in MSS. nostris substitutum* Richardo, *post* 13 *Regiminis annos; quem* Durandus *quidem Abbatiæ Lobiensi donarit; sed morte præventus consecrare non potuerit; cum quo deinde contendere noluerit* Richardus, *ideoque resignarit jus suum in manus successoris Reginardi. Hinc consequens erit, illius monasterii regimen primum a Richardo susceptum fuisse an.* 1011, *qui annus cadit in tempus* Baldrici *Episcopi, de quo num.* 26

c *Ea est Ordinis Benedictini Abbatia, vulgo* S. Catharinæ de Monte, *cui primum Abbatem datum* Isembertum, *ex S. Audoeni monasterio, scribunt Sammarthani; et* Goscelinum *fundatorem, dicunt fuisse* Vice-comitem *Archacensem sive Arquensem, in Caletiensi Normanniæ agro.*

d *Vidi ego an.* 1660, *in nostri Wormatiensis Collegii sacrario, articulum* S. Nicolai Myrensis, *simili vitro clausum, semperque innatantem oleo. Dicebatur autem: quod, cum illa Reliquia in proprio servabatur sacello, etiam supereffluere solebat oleum, quasi ultro provocans cessantes ad sui distributionem: nunc vero numquam plenum vasculum invenitur, sed et numquam vacuum, etsi liberaliter distribuatur.*

A eo anno fere totus orbis penuriam passus est, pro raritate vini et tritici. Secuta est e vestigio mortalitas hominum præmaxima, anno ab incarnatione Domini MXLII : multi autem eorum, qui torquebantur ab igne, venientes ad virum Dei, meritis ejus et precibus curabantur medica virtute Dei. Superest, adhuc Domnus Æduensis *u* Episcopus, vir vitæ longævitate grandævus, qui et referre solitus est ; quia cum a S. Odilone et ceteris ipsa pax, divinis revelationibus instituta, Treva-Dei appellata, et ab Austrasiis suscepta fuisset, et voluntas omnium in hoc esset una, ut ubique servaretur ; negotium hoc strenuitati hujus patris nostri Gratiæ-Dei ab omnibus impositum est, ut ejus studio et industria pax eadem in Neustria servaretur : eo quod certi essent de eo, quod tanta esset ejus erga omnes, et omnium erga eum gratia, ut quidquid servandum doceret, servaretur a cunctis ; quidquid vitandum monstraret, id cuncti vitarent. Quamobrem sategit Pater venerabilis, ut tantum bonum gratanter ab omnibus susciperetur ; sed perversa quorumdam voluntas, et mens indomita, quasi inauditum hoc respuit, quasi qui nollent instituta paterna violare, et nova atque inaudita suscipere. Unde et subsecuta est divina ultio, B ignis scilicet in rebelles et contumaces desæviens a Domino, quo torquebantur, qui viro Dei resistere et mandata ejus contemnere non verebantur. Videres monasterium eximii Patris ardentium turbis refertum, quos ipse Sanctorum Reliquiis, aqua benedicta respersis et vino lotis, et pulvere, qui de petra Sepulcri Domini radebatur vino ipso consperso, et ad potandum miseris dato, pace firmata, et jurata pristinæ sanitati reddebat. Pro innumeris autem turbis confluentium infirmorum vas potui illi paratum erat ; ut si advenirent ægroti, potus salutis non deesset, ne fallerentur si hora incompetenti venissent ; neve tunc foret necessitas recurrendi ad ablutionem Reliquiarum, quod post expletionem Missæ impleri mos erat.

Ex Chr. II Flav.

u

quam prædicabat, ac denique persuasit.

ANNOTATA D. P.

a *Fames hæc describitur a Glabro Rudolpho lib. 4 cap. 4, quod Caput hic summatim transcribit Hugo. Librario autem mendo imputandum, quod impressum sit* MXXVIII, *pro* MXXX ; *et correctionem probat cœpta post triennium fertilitatis annus, num. 70 notatus* MXXXIII, *utique ex cap. 5 Glabri, hunc titulum præferente* De pace et abundantia anni millesimi a passione C Domini, *et ab eodem numero ipsum Caput inchoante. Finit autem Glaber scriptionem an. 1045, ut summa hic fides esse debeat, res sui omnino temporis narranti. Atque hic notaverim Capitis præcitati initium, truncatum haberi in editione Francofurtensi anni 1596, dum sic legitur:* Imminente igitur anno incarnati Christi millesimo tricesimo tertio, qui est a passione ejusdem Salvatoris *, Religionis signiferi, Benedictus videlicet universalis, Robertus Rex Francorum, Fulbertus quoque Carnoti Præsul, nec non Pater Monachorum Willelmus : *de hoc porro longior fit digressio : post eamque ad propositum argumentum quasi regrediens Glaber,* Sequenti itaque tempore, *inquit,* cœpit in universo orbe terrarum fames invalescere. *Andreæ du Chesne Parisiensis editio ex Cod. Thuano, hiatum * signatum supplens, sic legit.* Imminente igitur anno incarnati Christi millesimo trigesimo tertio, qui est a passione ejusdem Salvatoris [millesimus, obiere viri in orbe Romano famosissimi, sacræque] religionis signiferi, Benedictus *etc. Sed hæc suppletio non satisfacit. Licet enim eo anno obierit* Benedictus IX, *religionis labes potius quam columen ; cum tamen moriendo præcesserunt* Fulbertus Episcopus 1028, Robertus Rex 1032, *Guilielmus Abbas* 1031. *Neque sufficiet si pro* obiere D *legas* obierant : *sequitur enim miraculum, quo defuncti Guilhelmi sanctitas declarata fuit, mortuo puero resuscitato. ac deinde subjungitur :* Sequenti igitur tempore cœpit in universo orbe terrarum fames invalescere ; *atqui non cœpit tunc ea juxta ipsummet Glabrum, sed cessavit, cum triennio toto durasset,* anno a Passione Domini millesimo. *Quare dicendum videdetur, totum istud Capitis 4 initium esse ab Interpolatoris socordis manu, vel fœdissime corruptum : nec enim potuit ipse Glaber ita exerrasse, sibique ipsi tam turpiter contradixisse.*

b Trenorchium, *vulgo* Tournu, *inter Cabilonem et Matisconem, ad Ararim in Burgundia.*

c Tribus fere milliaribus distans, *inquit Glaber.*

d Cantabrum, *apud Papiam,* Furfur caninum *redditur ; quo sensu Juvenalis* Far caninum *dixit. Est autem vox antiqua, cum* decocti Cantabri *meminerit Cœlius Aurelianus, si recte cum Galeno superiorem ætate putat Cangius, apud quem vide plura in Glossario.*

e *Abbatia* S. Amantii Buxiensis, *vulgo* S. Amand de Boisse, *in Engolismensi diœcesi, nomen debet sancto cuidam Eremitæ, qui floruit seculo 6, ibique obiit ; sed* E *diem mortis et cultus adhuc requiro. Abbates, ab anno* 988 *usque modo, recensent Sammarthani : quæ autem infra nominatur* Abbatia S. Marii de Vira... bra, *corrupto nomine, fortasse nominari debet* de Virabreo, *ab oppido* Virbac, *4 leucis infra civitatem ad eumdem fluvium Carantonum ; quæ Abbatia per istam usurpationem videtur defecisse ; nullam certe ejus notitiam invenio : ex altera autem Vita intelligitur res contigisse paulo ante Barrense prælium an.* 1037.

f Fructuariense cœnobium *in Italia Willelmus condidit, ut legitur in Vita num. 24, cui Vitæ meretur addi insignis hic de ejus caritate erga pauperes locus, nescio tamen an, ad famem supra memoratam spectans : quia licet Willelmus iste primum obierit anno* 1031, *illa adhuc durante ; tamen ejusdem seculi initio notatur etiam alia quædam fames apud Sigebertum in Chronico ad annum* 1006, *his verbis :* fames et mortalitas tam graviter per totum orbem invaluit, ut tædio sepelientium, vivi adhuc spiritum trahentes obruerentur cum mortuis. *Certe jam pridem conditum a Willelmo erat Fractuariense cœnobium ; a quo aliquando rediens ille in Galliam, S. Odilonem convertit, factum deinde an. 994 Abbatem Cluniacensem : et alia postea occasione, similiter ex Italia revertens, hæc egisse potuit, nisi aliunde quid obstet nondum a me animadversum,* F *circa rationem temporis, aut Sigebertus tempora confuderit quod ei haud rarum est.*

g *Antiphonam hanc, quæ Ritualia habeant, libenter discam.*

h *Ita corrigendum docet Vita et Indictio ; librarioque imputandum, quod solum invenitur* MXXI *apud Labbe.*

i *Pluribus hoc refert Glaber Rudolfus, non quidem in Vita, cui nulla quod mireris addantur post mortem miracula ; sed in Historia. lib. 4 cap 4.*

k *Puto, hoc decretum pertinuisse ad Monachos dumtaxat.*

l *Imo* tertio post anno : *nam Guilielmus Gemmeticen. qui ab eo orditur librum 6, licet capite.* 1 paulisper *eum patri supervixisse dicat, tamen cap. 2 narrat, quomodo* post biennium *frater ejus Robertus ipsi rebellare cœpit ; et quomodo, concordia restaurata,* Dux Richardus dimisso exercitu Rotomagum rediit ; et cum suorum nonnullis, ut plurimi retulerunt, veneno mortem obiit, MXXVIII ab. Incarn. Domini anno.

m *Eodem credo, de quo supra num. 42, litt.* k *infra post num.* 73 litt. m.

n *Omitto totam relationem de causa et successu prælii*

A *lii Barrensis, inter Odonem Carnotensem, ex Berta sorore Gislæ Imperatricis natum ; et Gozelonem Conradi Imperatoris Ducem ; ratione regni Burgundici, quod Gislæ et Bertæ frater Rudolfus, sine liberis moriens, Conrado dimiserat : in quo prælio,* Odo ipse miserabiliter corruit, cujus corpus lacerum venerabilis Pater Richardus et Rogerius Catalaunensis Episcopus, a cæde susceptum, tradiderunt uxori... Walerannus quoque Comes, in bello ipso a Godefrido Gozelonis Ducis filio, graviter vulneratus, cum jam deficeret pugnans, vitam poposcit et membra, ut liceret ei apud Virdunum, sub regimine Patris Richardi monasticis indui vestimentis, sicut Deo devoverat : quod et obtinuit. Et bello exacto cum præfato Patre rediit, et Monachus factus est.

o *Hac voce videtur indicari quod extra ordinem temporis res hæc referatur, et ad longe anteriores annos spectet, ut infra dicetur.*

p Romarici-mons *vulgo* Remiremont, *in Vosago ad Mosellam, distat Virduno circiter* 23 *leucis.*

q *Si S. Martinum Turonensem intelligit, qui ministro suo ipse ministraverit ; necdum id potui in Actis illius Sancti invenire.*

r VI Nonas Julii, *inquit Will. Gemmetic.*

B s Willelmus, *cognomento* Nothus, *utpote ex Herlera (Arlottam vocant aliqui) plebeii sanguinis puella susceptus : nam cælebs alias Robertus obiit, repudiata quam habuerat Canuti Dani filia. Idem etiam dictus est* Conquæstor, *ob regnum Angliæ acquisitum, posterisque relictum.*

t *De* Treva-Dei, *vide prolixissime et eruditissime agentem Cangium in Glossario, per integras quinque columnas ; et quomodo tunc pax universalis publicata, sub excommunicatione servanda, postea ad certos hebdomadæ dies certaque festa restringi cœperit, cum ab Episcopis indiceretur. Recte etiam censet, vocem Germanicam esse : nam Germanis* Trewe, *Belgis* Trauwe, *est* fides, *seu pactum juratum de ea quæ hic publicata dicitur, vide Glabrum lib.* 4. *cap.* 5. *unde sua hic mutuatur Hugo.*

u Hagano, *Æduensis seu Augustodunensis Episcopus, ab anno* 1055 *ad* 1098, *ultra quem ad annos solum quatuor scribendi laborem protendit hic Auctor.*

CAPUT IX.

Mors præscita et pie obita, funus curatum, honor impensus sepulcro ; sanctitas per Angelum manifestata ; ingens de eadem opinio C *omnium.*

Recusat ad nuptias Imperatoris venire.

Anno igitur ab incarnatione Domini MXLV, Heinricus duxit uxorem, nomine Agnetem, filiam Willelmi Pictaviensis apud Bysontium, ubi affuerunt Episcopi XXVIII : cum enim esset alias bonus, et omnes ejus sitirent dominium, carnis tamen incontinentiam frænare non potuit. Pater Richardus tunc temporis monasterium nolebat relinquere, a quo pro nullis ingruentibus causis patiebatur avelli, quia sciebat et prædixerat filiis imminere resolutionem sui corporis. Etenim superioribus annis, quando lues illa, de qua in præsentiarum mentionem fecimus, populum vastavit, cum dilaberetur populus, et civitas Virdunensis fere redigeretur in eremum, commune periculum communi oratione tolli consultum est. Cujus necessitatis urgente miseria, communi voto deliberatum est B. Vitoni implorandum esse præsidium, cujus se confidebant meritis vitæ procul dubio captaturos remedium. Visum etiam est Richardo Episcopo, ipsius Confessoris corpus sanctissimum exponi debere de feretro, ut processione solenni evectum præsentaretur conspectibus omnium, ut plebs ipsius fulta patrocinio, dum Sancti videret loculum, ejus propensius expeteret subsidium, quod noverat sibi non defuturum. Contradicente itaque viro reverendissimo Patre nostro, Præsul quod deliberaverat in crastinum impleri destinavit : absistente eo et dicente, levandam quidem miseriam populi, sed Episcopo non cessurum in prosperum, qui ausus fuisset inquietare Sancti corpus honorificum. Noctem illam Pater insomnem duxit, ante altare sanctis orationibus vacans cum lacrymis. In crastinum venit Episcopus, Clerus omnis et populus ; et cum multo timore et reverentia sancti Pontificis exponit Reliquias, super aurum obrizum pretiosas. Quod ubi factum est, Pontificem Pater adivit : Implesti, inquiens, quod voluisti, sed noveris te quintum abhinc annum in seculo non visurum. Mihi quoque qui assensi, ante quintum similiter annum terminus erit vitæ, te post modicum subsequente. Dixerat, et dictum rei probavit eventus. Quarto enim necdum exacto anno, viribus corporis cœpit Pater destitui, et convocatis Fratribus indicavit imminere diem suæ resolutionis.

qua ob elatum e monasterio S. Vitoni corpus, causa sedandæ pestis,

D

Ex Chr. Flav. se et Episcopum didicerat eo anno moriturum;

78 Mox itaque Abbatiæ sancti Petri Catalaunensis *a* Odilardum Abbatem instituit, Bello-loco *b* Patrem Richardum delegit. Cœnobio S. Huberti *c* Theodoricum, S. Urbani *d* Stephanum, viros in omni theoria probatissimos, in servando Religionis proposito clarissimos : has enim Abbatias ipse per se regebat. Exoneratus ergo ab omnibus, illam sibi tantum retinere censuit, cui Pastor datus fuerat, in qua etiam se sepeliri destinaverat. Et jam in mandatis Domini assiduus potius quam frequens, die quadam, cum vidisset unum de Fratribus monasterii, cui nomen *e* Moyssac, graviter æstuare febribus, ut quasi intercipi videretur spiritus ejus, manum illius tenuit, et ut nuntiandæ horæ operis Dei signum daret, sanus factus et incolumis, præcepit. Ille in voce jubentis factus sanus, obedivit Patris imperio, et sic omni ægritudinis caruit incommodo. Itaque, qui tantis abundabat virtutibus, imminente die vocationis ejus decubuit febribus, et ultima illa exercebatur ægritudine. Quod ubi per urbem sonuit, advenit Episcopus, Monachorum quoque, Clericorum, et Sanctimonialium cœtus ; et visitatione solenni ostendebant erga Patrem devotionem piæ affectionis. Nec rediit ad domum Episcopus, quin imo quotidianis excubiis adhærens ei, non die non nocte ab illo patiebatur avelli. Advenerunt et vicinarum urbium Episcopi, Abbates, et quique Magnates, ad visitandum eum, et commendandos se ei ; quibus videbatur, quod in obitu ejus omnino terra commoveretur et conturbaretur. Excubabat diebus ac noctibus ante domum ejus turba Filiorum, et ceterorum fidelium : alii Patri ad meliora festinanti valedicere, et se commendare volebant, alii sanitates corporum expetebant, ut saltem aquam ablutionis in manuum ejus mererentur, qua inuncti refocillarentur.

a b c d E

Abbates suo loco instituit,

c

Monachum a febri tactu liberat,

ipse extremum æger visitatur ab Episcopo et aliis passim

F

79 Ubi ergo sensit imminere horam vocationis suæ, Filios quos Christo acquisierat convenire jussit ; et inunctus ab Episcopo Oleo sancto, Confessione data, Viatico cœlesti pastus, expositus est lectulo, et jacuit in cinere et cilicio, ita ut altare S. Nicolai ejus semper appareret conspectui. Inde Fratres collocutus, consueta salutis documenta replicans, Deo ut servirent et adhærerent admonuit, suique ut memorarentur piissima devotione petivit ; omnibus in commune flentibus, et suam destitutionem ingeminantibus ; cum ipse omnino cohiberet lacrymas, solaretur dolorem, et Christi Domini promitteret affuturam protectionem. Post hæc Reliquias, quas Hierosolymitanus Patriarcha ei dederat, sibi afferri præcepit : et salutatis eis atque deosculatis cum multa reverentia, eas quas collo ferre consueverat

Sacramentisque munitus,

Hierosolymitanas Reliquias, ante se collocatas,

EX CHR. H. FLAV.

A consueverat exposuit, et ante se reverenter sisti præcepit. Hinc commune Sanctorum patrocinium implorans, elata manu Fratribus et omnibus qui aderant, benedixit, et sibi benedici petiit. Sicque data Filiis licentia exeundi, ipse, oculis et manibus in cœlum porrectis, ei intendebat. Legebantur ante eum Passiones Dominicæ, lectiones quoque ex quarto Dialogorum *f* Libro : et felix ejus anima illi soli adhærebat, cui se totum commiserat. Ubi vero cœpit jam ab inferiori parte corpus emori, Sanctorum Reliquias apprehendens in lectulo sedit ; et ad pedes eas ponens, atque uti vitalis calor deficiebat, paulatim eas protrahens, tandem in pectore substitit ; et Reliquias ibidem cum reclinasset, deposuit. O admirandam viri devotionem ! o prædicandam ejus in omnibus sanctitatem ! Cum ergo [caput] reclinasset, manus Reliquiis apposuit, et sic usquequo spiritum Creatori redderet, erectis ad Deum luminibus mansit.

f paulatim ad pectus attrahit ;

80 Aderat ibi Episcopus, et viri Religiosi, quos obligaverat amor et beneficia pii Patris, qui exitum ejus præmuniebant orationibus continuis et psalmodia : qui vix et raro, licet ad horam, separabantur ab ejus præsentia, ne contingeret eos absentes esse, quando a corpore migraret felix anima. Illucescente itaque die mensis Junii XIV, quod est XVIII Kalend. Julii, hora imminente tertia, præsentibus Filiis suis, quos loci angustia capere poterat, ceteris in majori ecclesia consistentibus et canentibus, sancta illa anima corporeis nexibus absoluta ad illud pervenit æternum, quod est Unum et inseparabile Trinum. Oculos Patris clausit Episcopus, pollinctores funeris Richardus, Odylardus, Stephanus, et Walerannus Abbates fuerunt. Ipsi corpus sanctissimum procuraverunt : vestibus sacratis ex more induit Episcopus ; non quibus ille voluit et præceperat (quia vilia quæque delegerat) sed quas dictavit amor paternus, et devotio sanctissima et debita. Reliquiæ, quas super pectus suum ipse commiserat, induto eo sacris vestibus, supra pectus ejus repositæ sunt.

et moritur 14 Junii.

B

Corpus ab Episcopo et Abbatibus curatum,

81 Elatum ergo funus beatissimum bajulantium manibus, cum ob impetum populi incurrentis et plangentis obserata esset ecclesia, ante altare S. Petri positum est : ubi Missa a Pontifice celebrata, tandem portæ monasterii apertæ sunt. Et ecce populus innumerabilis utriusque sexus et ordinis irruit, cum lacrymis et ululatu cordis. Plena erat ecclesia lacrymarum, omnes in commune pii Patris deflebant obitum, ac si viderent imminere interitum patriæ. O quantus luctus omnium ! quanta toti urbi mœstitia ! quam pia erat de ejus obitu compassio ! quanta omnium destitutio ! Ea dies tota fuit gemituum, tota planctuum. Qua advesperascente, corpus beatissimum ad principalem ecclesiam sanctæ Mariæ a Fratribus delatum, debitis vigiliarium et psalmodiæ officiis nocte ipsa ab excubitoribus honoratum est. In crastino Missa solenniter celebrata a Canonicis, per reliqua urbis *g* monasteria deportatum est, et Vigiliis Missarumque solenniis debita officiositate percelebratis, tandem ad monasterium suum relatum est, et Filiis dolentibus, et de morte ejus mœrentibus restitutum. Venit ergo dies crastina, et ecce fere circa horam tertiam congregata est tota civitas ad sepeliendum illum. Missam celebravit Episcopus, sermonemque habuit ad populum de mutabilitate vitæ hujus, et qualiter in hanc plorationis convallem devenerimus ; quis sit finis bonorum, quisve malorum ; quæ fuerit Patris vita, mors quam pretiosa. Hinc percelebrato Officio, dictis Orationibus solennibus, ad locum sepulturæ itum est. Et licet solis exequiarum ministris et bajulis funeris, cum his qui officia dabant, permissum sit ingredi,

exponitur in ecclesia sua,

C

g postridie in Cathedrali,

unde relatum tumulatur,

ceteris intra majorem ecclesiam retentis ; tanta tamen fuit obsequentium multitudo, ut fenestras, quibus lumen cryptæ infundebatur, ob captationem aeris, auferri necessitas impulerit. Vincebat diem luminum multitudo, et fumus incensi et thymiamatis totam repleverat ecclesiam : tanta erat omnium erga Patris sepulturam devotio. D

82 Humato itaque mitissimi viri corpore, clausum est sepulcrum, et solito cæmento per juncturas litum. Requiescit autem in crypta subterranea, ante altare sanctæ Dei genitricis Mariæ et S. Joannis Evangelistæ ; et super eum majus altare S. Petri stabilitum est. In eadem crypta, subtus altare præfatum S. Mariæ, sanctus requiescit Madalveus, ab eodem Patre nostro ibidem transpositus, et reverenter tumulatus. Peracto vero sepulturæ officio, ubi ab aliis discessum est, ad componendum viri Dei lectum unanimis se Filiorum accendit devotio. Quatuor columnæ marmoreæ, cooperculo sepulcri, cæmento facto ex eodem marmore, connectuntur : his desuper tabula marmorea prægrandis ipso eodem cæmento adjungitur ; et sic desuper cooperculo maceriæ aliquantum construitur, et solido bituminis glutine solidatur. Tabulæ vero in altum porrectæ linteum imponitur, et ei pallium superadditum est : ut cunctis cernentibus patenter detur intelligi, eum magni esse meriti, cujus corpus sic honoratur in terris. Et merito. Quod enim fuit ejus in terris studium, nisi Deum diligere, et Sanctos ejus venerari, et Ecclesiam Dei ornare decore competenti ? Nec mirum si a filiis propensius honoratur, quos scivit regere secundum nostram disciplinam, quæ ex Christiana lege descendit, et ad Deum ducit. Requievit autem hic Pater noster anno ab Incarnatione Domini MXLVI, regiminis sui anno XLII, regnante terris Heinrico Conradi filio. Supervixit vero Episcopus Richardus usque ad mensem Novembrium, et obiit VIII Id. Novemb. sicut ipse a Patre suo quæsierat, cum ei oculos clauderet. Si, inquit, Pater, ad Deum vadis, et ei placet obsequium quo ei servisti ; obtinet ut unum annum non tibi supervivam in hoc seculo, quia tibi commori quam vivere præopto. Dixerat, et exauditus est, additusque patribus suis. Cujus corpus cum parentes juxta corpus viri Dei sepeliri mandassent, a Canonicis vi retentum, et in ecclesia sanctæ Mariæ Majoris sepultum *h* est. Eodem anno ordinatus est Lugdunensi Ecclesiæ Archiepiscopus Domnus Halinardus. Eodem quoque anno regimen Virdunensis cœnobii Walerannus suscepit, homo in seculo nobilissimus, Gelduini Comitis filius : qui in bello apud Bar castrum in geniculo vulneratus, claudicabat : Episcopatum autem Virdunensem Theodericus suscepit, Wezelonis Comitis filius.

in eadem ubi S. Madalveum condiderat crypta :

E

anno 1046 ;

moritur haud diu post etiam Richardus Episcopus

h et Abbas Walerannus ordinatur

F

83 Quantæ vero apud illius ævi homines hic Pater noster Gratia-Dei honorificentiæ fuerit, Theodericus *i* Basileensium Episcopus, vir multæ auctoritatis et gratiæ, suo in facto ostendit. Qui cum in deducendo novo Episcopo Virdunum missus ab Imperatore venisset, et esset ei devotio sancti viri sepulcrum invisere ; cum ante tumbam magna se lacrymarum contritione mactasset, rememorans defuncti pietatem, sobrietatem, et mansuetudinem, pallio pretiosissimo crocei coloris tumbam ipsam adornavit ; ut affectu ipso testaretur, dilectionem, quam vivo exhibuerat, mortuo se quoque non negare ; immo propensiori eum cultu dignissimum, quem jam suo Dominus gremio confoveret. Cœperat jam tunc locus ille multis clarere miraculis, et in febricitantes tanta curationum refundebatur gratia, ut quisquis advenisset hoc laborans incommodo, ubi parum obdormisset, sanitatis potiretur suffragio, et rediret omni valetudinis sopito incendio. Sed quid moramur,

i Theodericus Ep. Basileen. pallio tumulum ornat :

curantur ad illum febres :

A moramur, nec referimus cujus meriti Angelico quoque declaratus sit esse testimonio? Etenim qui vidit testimonium perhibuit, et de cujus vita non dubitatur, ejus merito testimonio creditur.

k Rodulfus Ab. anxius de vera Richardi sanctitate

84 Beatæ memoriæ Pater Rodulfus, tertius *k* post eum successor in regimine Ecclesiæ, et ut credimus hereditariæ sanctitatis possessor, nunc felici beatus excessu; ubi locum ipsum regendum suscepit, et audiret a referentibus multa de eo relatu digna, videret quoque unanimem erga cultum memorialem ejus omnium devotionem; amplexabatur quidem quod videbat et audiebat generaliter ab omnibus. Æstuabat vero intra seipsum, si tantæ sanctitatis vir ille fuisset, ut referebatur; et quasi quærebat solicitis et dispositis cogitationum excubiis, cujus meriti apud Deum esset. Solebat et ipse ad ejus sepulcri locum, quia senserat ibi faciles orationum proventus, creberrime orare, et multoties pernoctare: cum ecce una nocte, post celebrationem nocturnalis synaxis, cum ibidem solitas Deo redderet excubias, hæc eum cogitatione sæpius terente et ad sese devolvente, somnus paulisper allusit. Necdum corporales in soporem erant perfecte resoluti, cum intellectuales oculi aperti sunt, et vidit sibi B astare Angelum, blanda se voce alloquentem et dicentem: Diu te cogitatio tua morosa curiositate detinuit, ut scires cujus meriti hic, cujus sepulcro adsistis, esset; et ne te diutius fatigandum protrahat, missus sum hæc tibi expedire. Duo sunt in hac crypta quiescentes, et diem Domini, quo duplici stola remunerentur, expectantes; hic Abbas Richardus, et Confessor Christi præcipuus Madalveus; cujus vos festivitatem, suo tempore et die, devotis, ut dignum est, honoratis officiis: utpote quem Deus in numero Sanctorum suorum, et forte justorum ascivit. Et iste quidem digne in memoriam vertitur hominum, qui ad gaudium transiit justorum. Hic autem, cujus adsto sepulcro, pari vobis nec minori devotione venerandus in terris, quem pari sorte, nec inferiori gloria, Deus decoratum sublimavit in cœlis. Multa sanctitatis ejus fama in terris, quam tamen nec ad medium nostis; quia vir gratia Dei illuminatus humilitati studuit et vilitati; nec actus suos prodere maluit, sed occultare. Sed noveris, quia magnum Patronum et Deo carissimum præmisistis, et quæ de eo dicuntur vera sunt, quamquam ampliora dici possent. Placeat tibi devotio Filiorum ejus, erga memoriam ejus.: et quæ tibi missus a C Deo refero, hac ipsa die omnibus in commune edicito; ut gaudeant de felici successu Patris, quem habent suffragatorem et devotum interventorem in cœlis. Tu itaque, his de beato viro agnitis, viam quam cœpisti ne deseras; mortificationi carnis, humilitati, vilitati, et castimoniæ invigila, lucrandis animabus operam da, ut cum hoc et aliis doneris beatitudine æternæ jucunditatis.

ei Angelo dixit, parem haberi S. Madalveo in gloria,

recte que a Monachis colendum ut Patronum

85 Obstupuerat vir gratiarum in visione et affatu Angelico; et cum videret illum, pro his et aliis pietatis ejus beneficiis, humanæ fragilitati collatis, Deo laudes dicentem, et ad easdem se pararet; toto corpore, ut dormiebat, assurrexit; et evigilans, grates, quas conatus fuerat mente, jam animo et corpore persolvit intente. Nec apparuit segnis in prædicando quod viderat et audierat; imo omnibus Dei retexit magnalia, quia et quod gratum est vidisse vel audisse, gratius refertur, et gratissimum universis creditur: Fratres quoque, audita Patris magnificentia tanti nuntii voce testificata, laudes et gratias Deo reddidimus; satisque cautum est ab illa die et deinceps, ut ejus memoria devotione recoleretur *l* dignissima.

quibus id ille lætus renuntiat

l

86 Pro his et aliis beneficiis ejus, benedicatur nomen Domini in secula. Vivit adhuc et vivet in secula beati viri meritum, et quamdiu volvetur se- D culum, semper ejus meritum acceperit incrementum. Testatur hoc Normannia, fatetur et Britannia, applaudit tota Gallia, Patris promens magnalia; quæ quanto lætata est et jubilavit de conversatione ejus sanctissima, dum esset in mundo; tanto nunc dolet in morte ejus sublata sibi tam felicia contubernia; cujus vita sanctitatis erat speculum, pœnitentium solatium, mœrentium consolatio, miserorum defensio. Luxit ejus obitum Imperator et Optimates, defleverunt Reges et Pontifices, defecit tibia et organum, cithara et psalterium, raucum sonuit tuba et tympanum. Ascendit ad Deum clamor pauperum, desiderium egentium suam destitutionem ingeminantium, et ut mage mireris, unius obitum mundus deflevit, in quo totus dum viveret requievit. Et quamquam sentirent magis esse gaudendum, si rationem vis doloris admitteret; flebant tamen præcipue Monachi, Virgines et Viduæ, Ordo quoque Ecclesiasticus, ejus peculiari fulti patrocinio, firmati consilio, recreati alloquio. O pietatis *m* meritum, seculis memorabile, posteris venerabile, omnibus imitabile! Laudum ejus nulla unquam delebit oblivio, non minuet temporis interpolatio, non auferet ab ore nostro (et si gravior excandescat in nos quam E nunc est tribulatio) quo minus te venerandum, te prædicandum, te, Pater, fateamur omnimoda laude colendum. Tuis enim laudibus immorari, est a tribulatione relevari; quia laus tua, gaudii et pacis admiranda est comprehensio, mœroris et anxietatis propulsatio.

Quanta ejus ubique fama, testatur dolor universalis de morte.

m

87 Retulit humilitati nostræ ante quinquennium, cum *n* necdum gustassemus quanti sit laboris et tædii aliena curare, venerabilis Abbas sanctæ Trinitatis de monte Rotomagensi, *o* Hugo nomine, qui nunc usque superest; quia cum esset in obsequiis præfati Comitis Normanniæ Willelmi, jam tunc Regis *p* Anglorum, cum tractaretur in aula de honestis viris et memoratu dignis, quorum ipse Rex habuisset notitiam, aut famam audisset, inter præcipuos hujus admirabilis memorabatur, summa laude ejus efferendo præconia, humilitatem, sapientiam, discretionem, animi et vultus devotam Deo hilaritatem, sermonis facundiam, morum elegantiam, subditorum reverentiam. Mirabatur etiam, quod his modernis temporibus, de loco tam celebri, nulla ad se commigraret persona, nulla, ut solebat. Regalem ejus magnificentiam expeteret successorem tanti F Patris aut Monachorum loci sedulitas: adeo ut cum pro legatione quadam idem vir, a quo hæc audivimus, quadam vice mitteretur Virdunum; inter alia id ab eodem Rege et honorabili ejus *q* conjuge ei daretur in mandatis, ut cœnobium nominatissimum sancti Vitoni expeteret ibidem hospitaturus, Patremque et Fratres loci sua ex parte devote salutaturus, et solicite notaturus, si idem qui quondam honestatis et religionis cultus niteret; qui esset monasterii Pater; si in eo avitæ paternitatis et dulcedinis specimen eluceret; si in Filiis gravitatis et reverentiæ antiquum decus emineret; si rerum temporalium copia exuberans, si spiritualium delectationum gratia ab ubertate domus Dei esset habitantes debrians; omnia prospiceret, singula vivido rimaretur ingenio, sibique referret.

Willelmus R. Angliæ

n

o

p

mittit qui de ejus cultu statuque monasterii quærat:

q

88 Verum quid rerum intercesserit, quid præfatus vir aliorsum hospitaturus diverterit, et sperantibus optima Regi et Reginæ insperata retulerit, nostrum non est edicere; maxime cum illo in tempore, quo id gestum est, puerilis *r* adhuc nos ferula his vel similibus vetaret intendere. Illud tantum notasse sufficiat, quod Rex, auditis quæ non speraverat, viri spectabilis et memoria digni egregiam conversationem reducens ad animum, tot ingeminationibus

quantique mox eum fecerit declarat.

r

EX CHR. H FLAV.

A tionibus ejus deflevit obitum, tot reciproca vicissitudine ejus efferebat meritum, replicando miris laudibus illius præconia, et subinde repetendo indebita et ingrata paternæ sedulitati remissorum Filiorum remissæ vicis obsequia, in hoc ipsum quoque omni congeminante aula; ut daretur cunctis palam intelligi, si fama votis annuisset, multis ecclesiam donandam muneribus, multa dilectione a Regali fore munificentia honorandam. Vidimus dæmoniacum, ad monasterium B. Vitoni adductum, intra paucissimos dies plenariæ sanitatis gaudia reportasse: quem cum in primo adventu suo, vinctum loris et funibus arctatum, infra cryptam, ad memoriam Sanctorum ibidem quiescentium, parentes ducere vellent, nullatenus potuerunt: credo dæmone timente præsentiam eorum Sanctorum, quorum meritis eadem ecclesia illustratur, et præsentia decoratur.

Dæmoniacus induci ad sepulcrum nequit.

ANNOTATA D. P.

a *In hujus monasterii Chronico perbrevi, impresso post Chronicum Hugonis, Bibliothecæ Labbeanæ pag.* 296, *ab anno* 1009 *ad* 1223, *sic legitur:* MXXXIV Dedicatio hujus ecclesiæ, in honore B. Petri et omnium Apostolorum. MXLVII, Ordinatio D. Odylardi,
B bonæ memoriæ Abbatis hujus loci. MLXX Odylardus primus Abbas hujus loci. die sancto Paschæ... IV *Aprilis,* corpus terræ tradidit.

b Belli-loci in Argonna, *Virdunensis diœcesis, Abbates aliquot Sammarthani recensent ab anno* 1403 *ad* 1624, *qui videntur omnes Commendatarii fuisse. Anteriorum Abbatum, nullum invenio catalogum ab aliquo collectum.*

c *Non est hic* S. Theodoricus, Abbas Andainensis *S. Huberti in Arduenna, diœcesis Leodiensis, cujus Acta dabimus* 24 *Augusti; sed ejusdem nominis alius: nam iste, non Virdunensis, sed Lobiis Richardi discipulus fuit; nec nisi post hujus mortem a Waleranno Virdunum adductus, deinde a Theodwino Episcopo Leodiensi constitutus fuit Abbas S. Huberti, anno* 1055. *Dignus est locus, cujus historia haberetur ab origine descripta, ex ipsius siqua supersunt monumentis antiquis. Hanc igitur a Cœnobitis Andainensibus operam expectabimus, pro instruendo Commentario de S. Huberto ad* 3 *Novembris.*

d S. Urbani monasterium *in diœcesi Catalaunensi, de quo actum a nobis in Comm. prævio ad Acta S.*
C *Urbani Papæ I* 25 *Maji, propter corpus alicujus S. Urbani illuc allatum, et creditum Pontificis Romani esse Abbatum Catalogum nemo hactenus texuit: Sammarthani solum nomen Abbatiæ referunt.*

e *Ita lego, licet impressum reperiam* Mysae, *est autem* Moyssiacum *in diœcesi Caturcensi, a Chlodoveo, primo Francorum Rege Christiano, ex voto successus belli Gothici fundatum, ut aiunt. De eo agens Petrus Vallis Cernay cap.* 63 *Hist. Albigen. non placet, cum ait, vocari* Mosaicum, *quasi origo nominis Hebraica sit. Nimis frequentia sunt nomina, in* iacum *apud Gallos desinentia, quam ut ad Hebraicos fontes reduci debeant. Interim desideratur Abbatum series; sed invenitur apud Sammarthanos monumentum consecrati anno* 1063 *novi templi. Vetus aliquod Chronicum inde acceptum usque ad annum* 818 *habetur tomo* 3 *Francicorum du Chesne, sed vix meretur vocari* Moissiacense, *ubi de loco et monasterio verbum nullum.*

f *Nempe liber* 4 *Dialogorum S. Gregorii, totus de transitu animarum ad vitam alteram, ideoque aptus tali tempori.*

g *Duo nominat Wasseburgius,* S. Mauri *et* S. Pauli.

h In capella SS. Nicolai et Germani, quam dedicaverat, *inquit Wasseburgius,* donec successor Theodoricus transferri fecit in medium ecclesiæ, magna D cum reverentia et devotione: *qui Theodoricus multa damna monasterio S. Vitoni intulit; et Antipapæ Henriciano Guiberto adhærens, Rudolfum loco expulit; sub extremum tamen vitæ, coram duobus ab illo missis Monachis, pœnitens et absolutus, gratiam meruit an.* 1090.

i Theodoricus, Basileensis Episcopus; *ab an.* 1040 *ad* 1057.

k *Nempe post* Waleranum *defunctum (quem veneno periisse scribit Hugo)* Grimoldus successit, *an.* 1060: *deinde vero anno* 1075, Grimoldus Abbatiam dimisit die S. Nicolai, *et* Rodulfus successit. Ordinatio ejus die S. Urbani. *Ita idem Hugo: qui hunc obiisse ait anno* 1099, v. kal. Aprilis: *obierat autem, ut mox apparet, cum hæc scriberet Hugo, non nisi usque ad* 1102 *capita prosequens.*

l *Hoc ita decreto, mirum est, quomodo in fine Chronici dicatur, quod* memoria, quæ solita erat pro Domno Abbate Richardo dici ad Matutinos, quasi ob gravamen Fratrum *cavendum,* ab eo *ipso qui istæc audierat Rodulfo* intermissa est, *quantumvis brevi antequam moreretur tempore.*

m *Ita corrigo, quod impressum legebatur,* optatis. E

n *Igitur anno plus minus* 1096: *ipse enim pag.* 242 *apud Labbe scribit;* anno MXCVII Indict. v, in crastino die IX kal. Decembris, *ordinatum se Floriniaci Abbatem.*

o *Sammarthani tomo* 4 *Galliæ Christianæ pag.* 871, *et Arturus a Monasterio in Neustria pia pag.* 409, Isemberto *primo Abbati subjiciunt* Raynerium, *mortuum anno circiter* 1075; *et* Galteranum, *Fontanellensem Monachum aiunt successisse; cujus memoriæ inveniuntur usque ad an.* 1090. *Arturus quoque ei etiam tribuit jacta anno* 1107 *novæ ecclesiæ fundamenta: ambo autem* 4 *Abbatem faciunt* Helinum, *cujus tamen ante annum* 1130 *nullam inveniunt mentionem. Verum hinc apparet, interponendum* Hugonem, *ab anno saltem* 1192: *et huic potius attribuendam positionem dictorum fundamentorum, vitam autem ei prorogandam ultra annum* 1102.

p MLXV anno, Eduardus Angliæ Rex obiit: qui quia sine filiis fuit, consanguineum suum Willelmum, Normannorum Comitem, post se regnare instituit; et in die Natalis Domini, apud Londoniam, in Regem elevatus et coronatus est: *non tamen, nisi post victum Haroldum æmulum, et obiit* 1087 v Idus Septembris.

q Mathildis *hæc fuit, filia Balduini Flandriensis.* F

r *Cum ipse loco præcitato Abbatem se ordinatum dicat* anno ætatis XXXII, *oportet natum fuisse anno* 1066; *et hæc acta, antequam sub Rudolfo Abbate, circa an.* 1085, *Monachum indueret; quare* insperata *illa, quæ de monasterii statu relata Regi innuit; oportebit ordiri a tempore* Grimoldi Abbatis, *qui anno* 1075 (*quando necdum decennis Hugo erat*). Abbatiam dimisit: *quem pag.* 215, *ad an.* 1077 *quo obiit,* de Prælatione Abbatiæ excusatum *ait:* quia erat simplicis naturæ..... *Hæc puncta, sic impressa apud Labbe satis ostendunt hiatum aliquid in MS.: erasis lineis aliquot, quibus istius Abbatis ineptitudinem, et laxatam sub eo disciplinam Hugo indicaverat.*

ALTERIUS VITÆ EPITOME

Ex Menardo et Wasseburgio.

Fuit B. Richardus nobili loco natus, patre Ualteio, matre Theodrada, in Bantonio pago a prope Montem-Falconis, in diœcesi Remensi. Puer missus est Remos a parentibus, ut in ecclesia cathedrali litterarum et pietatis studio se dederet; cujus ecclesiæ

Ab ecclesia Remensi a

A siæ posteà, ob singularem pietatem et doctrinam, Cantor factus est, et postea *b* Decanus. Sed honores *b* flocci faciens, vitæ monasticæ ardebat desiderio. Interea Remos venit Fredericus, Comes Virdunensis, eodem desiderio succensus *c*: ubi perhumaniter a De- *c* cano acceptus est: qui, ut eadem erant vota, multa inter epulas de mundi contemptu, et vitæ monasticæ bono collocuti sunt, deque ea amplectenda consilium inierunt. Tunc monasterium S. Vitoni apud Virdunum ob Normannorum incursiones exiguum erat, et a septem Monachis, iisque Scotis, habitabatur. Iis præerat magnæ simplicitatis vir Fingenius Abbas, qui, ut alterum regebat monasterium, nempe S. Felicis, nunc S. Clementis, extra pomœrium urbis Metensis, raro ad monasterium S. Vitoni accedebat; ex quo non leve regularis disciplinæ detrimentum sequebatur. Tamen Deus optimus maximus, qui hunc locum splendori pristino restituere volebat, effecit, ut illi monasticam cucullam induerent in ipso S. Vitoni monasterio. Sed cum effrænes Monachi eorum votis non responderent, se ad cœnobium Cluniacense contulerunt; ubi S. Odiloni Abbati sua studia patefecerunt *d*. Qui divino quodam genio afflatus, *d*
B eorum animo perspecto, ipsis persuasit, ud ad suum monasterium redirent; subjungens, ideo illos ad illud monasterium a Deo esse vocatos, ut in eo regularem disciplinam resarcirent. Sancto igitur viro obtemperantes, ad cœnobium sancti Vitoni reversi sunt. Sed cum ultra Monachorum fastidia ferre non possent, rursus locum deserere statuerunt, ut ad monasterium S. Pauli, tunc extra muros Virdunenses situm; in quo regularis disciplina, *e* quod *e* recens ædificatum esset, maxime vigebat, se reciperent; hocque consilium ad exitum perduxissent, ni Deus obstitisset. Erat tum Virduni, juxta ecclesiam sanctæ Dei genitricis Mariæ, quædam Reclusa, magni nominis femina; cui, cum pernox orationi incumberet, visus est quidam veneranda majestate gravis et decorus, præcipiens ei, ut crastina luce mane conveniret Fingenium Abbatem, qui tum erat in monasterio S. Vitoni; et ei suo nomine diceret, ut duos istos novitios votis monasticis astringi curaret; ne illa ecclesia, ad quam divina providentia et consilio missi fuerant, illos non sine sui maximo detrimento amitteret. Paruit visioni Reclusa; et postero die, qui erat translationi S. P. N. Benedicti sacer, Abbatem adiit, eique visionem narravit *f*. Et Fingenius Abbas aperiens eis Dei volun- *f*
C tatem, religionis sacramento obstringi curavit: reversusque ad monasterium S. Felicis, annis obsitus, paulo post obiit.

ad monasterium S. Vitoni transgressus;

in eodem ex S. Odilonis consilio,

et divina jussione perseverat.

2 Coierunt ergo Fratres, ut Abbatem eligerent, Diversa erant Monachorum studia. Qui disciplinam refugiebant, moribus consentientem personam appetebant; at ii quorum mens fanior, Richardum vehementer exposcebant. Affuit Aymo Episcopus Virdunensis, ut, si qua nascerentur jurgia, compesceret. Qui intuitus in duos pueros, in facie legit eos expetere Richardum, sed non audere id palam facere. Illos ergo interrogavit, quem Abbatem eligerent; at illi responderunt se Richardum eligere, et adjunctis aliorum suffragiis rata fuit electio *g*. *g* Beatus igitur Richardus de more in ecclesia benedictionem accepit Episcopalem, et summa cura gregi invigilare cœpit; fracta redintegravit, luxata junxit, res temporales et spirituales nitori pristino restituit. Et brevi Abbatis fama longe lateque est propagata, perveniique ad aures Henrici secundi Imperatoris, qui Otthoni tertio successerat. Imperator, ut erat pius, et piorum amator, B. Richardum accersivit, ut piis ejus colloquiis frueretur, insuperque eum de monasterii statu et fundatione interrogavit. Quibus cum Richardus satisfecisset, ei

Ibidem factus Abbas,

et S. Henrico Imp. carus,

loci egestatem et ruinam *h* significavit. Quod videns D Imperator, ei multa bona ad monasterii, tum reparationem, tum amplificationem, largitus est. Inter præcipua ædificia, quæ construi jussit Richardus Abbas, *h* sunt cryptæ ecclesiæ, et ejusdem ecclesiæ amplificatio. Cum autem huic ædificio incumberetur, inventa sunt corpora multorum Episcoporum Virdunensium, quæ levari jussit, et decentiori in loco reponi. Invenit et alia octo *i* corpora sanctorum Episcoporum ejusdem *i* civitatis, qui retro altare majus sepulti erant. Horum elevationem, quo celebrior esset, in diem sequentem distulit. Sed eadem nocte unus ex illis Episcopis, pontificiis ornatus insignibus, Paramonario *k* Monacho apparuit: qui dixit ei, se a Deo *k* et ab aliis Episcopis missum, ut ipsi præciperet, ut Abbati diceret, ne inde sua corpora moveret; quia a Deo statutum erat, ut in eodem loco supremum expectarent judicium. Monachus petiit signum, quo probare posset ejusmodi revelationem esse veram. Episcopus hoc ei signum dedit, nempe quod eorum manus dexteræ invenirentur incorruptæ, super pectus positæ, chirothecis albis ornatæ. Postera luce mane Monachus Abbatem Richardum adiit, eique revelationem manifestavit. Qui Missa rite celebrata, E cum Monachis ad locum accessit, apertisque Episcoporum sepulcris, omnia, quæ a Monacho acceperat, vera esse expertus est: et Deo gratias agens, sepulcra claudi jussit. Ne vero tantæ rei memoria periret, super hæc sancta corpora ædificium quoddam erigi instar epitaphii jussit.

EX HUG. MENARD.

novam condit ecclesiam:

ad quam 8 Episcoporum corpora transferre prohibitus,

3 Hi autem Episcopi sub nomine *l* Senatorum, *l* tempore persecutionum ducentos et quadraginta *m* *m* annos sibi invicem succedendo, Ecclesiam Virdunensem rexerant, omnesque in eodem loco sepulti fuerant. Eorum adhuc sepultura visitur in cœmeterio antiquo, quod esse instar horti retro majorem ecclesiam ejusdem monasterii, ipse vidi cum manerem in illo monasterio. Ibi est ingens lapis, decem pedum longitudine, et septem latitudine, novem columnis suffultus, in quo per circuitum hi versus incisi sunt *n*; *n*

Cominus astantes agnoscite quique fideles;
Octo Senatores hæc hic complectitur ædes,
Quos Virduna Sedes meruit sibi præsidiantes.
O quantus locus es, qui tot servas tibi Patres;
Per quos tutus ades, per quos gratissime fulges:
Ergo suas plebes salvent huc convenientes,
Laudibus instantes servent hic et undique *o* Fratres. *o*
Sub novem istis columnis humus lapidibus est strata, F
in quibus per circuitum hi versus sunt incisi.
Templum Richardus Abbas hoc amplificando,
Octo Pontificum fodiendo juncta sepulcra
Repperit hic subtus; quorum ille, decentius horum,]
Sedem mutari decreverat. Obruit hinc nox;
Hæc Paramonario Fratri tunc reddita vox est.
Dicas ut nostris permittat sedibus Abbas
Expectare diem Domini: sibi signa sequentur.
Nulla corruptas nostras putredine dextras
Nostris pectoribus positas, verum manus ipsas *p*
Ornatas albis mane inveniet chirothecis. *p*
Latus analogium *q* tumulo tunc addidit Abbas, *q*
Ne quiquam hanc terram pede calcent inverecundo.
Hic locus magna veneratione a Monachis colitur.

eis communem tumulum erigit.

4 Beatus igitur Richardus Abbas, inter ceteros ætatis suæ insignes pietate viros, ut sol inter alia sidera, micabat; suoque fulgore vitiorum tenebras ex multis aliis cœnobiis dissipavit in Francia, Lotharingia, Germania et Flandria: curam enim unius et viginti monasteriorum gerebat, ex quibus situm et rubiginem absterserat. Lietardus Comes, Otthonis Imperatoris consanguineus, relicto mundo et pompis, ejus fama allectus, in cœnobio S. Vitoni cucullam

Inter alios Lietardum Comitem recipit:

EX HUG MENARD.

A cucullam induit; deditque S. Vitono feudum Ballodium, filio ejus Menegaudo reclamante, transcriptionemque omnibus modis prohibente. Ita ut pater Lietardus coactus fuerit, relicto claustro, apud Imperatorem causam agere. Qui feudo Monachis S. Vitoni addicto cum reverteretur; Treviris in monasterio S. Maximini morbo interceptus, obiit. Quod cum B. Richardus rescivisset, extemplo Treviros se

et sepelit : contulit; et interposita Gilberti Comitis Luxemburgensis auctoritate, corpus ejus ad suum monasterium transtulit, ubi illud honorifice sepelivit in claustro, in quo adhuc hoc epitaphium legitur. LIETARDUS COMES ET MONACHUS, QUI NOBIS DEDIT BALLODIUM CUM BANNO. Post mortem patris Menegaudus Comes feudum usurpavit : at Richardo eum apud Imperatorem, qui tum erat in Thedonis-villa, acriter impugnante, possessione injusta cedere coactus est. Mathildis Comes Saxoniæ, mater Frederici : et Hermanni Comitum, Monachorum S. Vitoni, et Adalberonis Episcopi Virdunensis, multum observabat B. Richardum, et multa prædia et reditus legavit monasterio S. Vitoni; ut omittam multa donaria, quæ ecclesiæ ejusdem cœnobii obtulit, in illa etiam sepeliri voluit; cujus Epitaphium

B adhuc extat : MATHILDIS COMITISSA SAXONIÆ, MATER

item Hermannum et Fredericum Comites fratres: DOMINI ADALBERONIS, EPISCOPI VIRDUNENSIS, GODEFRIDI, ET GOZELONIS DUCUM, HERMANNI ET FREDERICI COMITUM. Hermannus vero, et Fredericus dum viverent, rogaverant Abbatem ut in eodem monasterio sepelirentur. Contigit ergo, ut Fredericus missus fuerit ab eodem sancto viro ad monasterium S. Vedasti Atrebatensis, ut Præpositi munus obiret, ubi et post mortem sepultus est. Audiens Richardus illo, se contulit, et cadaver effodi jussit, exenteravit, et sepultis intestinis, in suum monasterium transtulit, et ibi honorifice sepelivit; id enim supremum officium amico suo, et religionis socio impertire voluit. Nec multo post Gregorius Archidiaconus Leodiensis

r r filius Comitis Hermanni, mundo repudiato, Monachus in cœnobio sancti Vitoni factus est.

ne mœniis includatur monasterium cavet : 5 Tunc temporis r hoc monasterium extra urbis pomœrium erat, et magis ad vitam solitariam idoneum : at Haymo Episcopatus Virdunensis, ex stemmate Bavariæ Ducum, urbis pomœrium proferre statuit, et intra illud, monasterium includere. Eum rogavit B. Richardus ne id faceret, propter tumultuantem plebem, quæ opus Dei liturgicum perturbaret : at Episcopus, posthabitis Abbatis precibus,

C in sententia permansit. Abbas vero Imperatorem adiit, qui justis ejus querelis auditis Episcopum murorum dilatatione prohibuit. Id inique tulit Episcopus, et indignabundus cum Abbate durius agere cœpit. Qui cum non posset eum placare, id quod jam pridem meditabatur, effecit : nam cedens locum iræ, versus Romaricum montem ad solitudinem Rombec

s s contendit, quibusdam t Monachis comitatus. Ibi

t omni cura rerum humanarum semota, omne studium

solitarie vivens miraculis inclarescit: ad Deum contulit : ibi beati viri sanctimoniam miraculis Deus manifestare cœpit. Quidam leprosus sibi in animum induxit, se mundatum iri, si lavaretur aqua, qua vir Dei corpus suum abluisset, suumque desiderium Monacho cuidam aperuit : qui beato Richardo persuasit, ut balneo uteretur; clamque aquam subductam dedit leproso, qua ille lotus

u quamprimum mundatus est u. Audito hoc miraculo Haymo Episcopus in gratiam rediit cum B. Richardo, eumque accersivit : qui Episcopo obtemperans, relicta solitudine ad monasterium rediit.

S. Henricum Imp jubet in regno manere; 6 Non multo post Henricus Imperator Virdunum venit, ut sanctis B. Richardi confabulationibus frueretur. Ingressus in claustrum in hæc verba prorupit : Hæc requies mea in seculum seculi : hic habitabo, quoniam elegi eam; satis significans se, purpura posita, velle cucullam induere. Hortatus est Abbatem Episcopus, ne cum tanto Imperii D detrimento, sobole mascula carentem Imperatorem cuculla indueret. At Imperator urgebat, et contentiori animo petebat in album Monachorum adscribi : sed Abbas eum, pia quadam fraude circumscripsit. Convocatis enim Fratribus, ab Imperatore petiit, an Monachus esse desideraret. Imperator in lacrymas solutus, se id maxime appetere respondit. Subjunxit Abbas, ut, quandoquidem Monachus esse cuperet, sibi promitteret obedientiam. Promisit Imperator. Respondit Abbas, se quidem eum in Monachum recipere, sed ipsi in Dei nomine præcipere, ut ad regendum Imperium revertatur. Imperator igitur, hac pia fraude circumventus, se Abbatis et Monachorum commendans orationibus, ad regendum Imperium rediit. *eumdem paulo post mortuum* Paucis post diebus obiit Haymo Episcopus Virdunensis, qui plurima bona contulerat monasterio S. Vitoni, et Abbatiam S. Mauri ejusdem urbis ædificaverat, in qua posuerat Sanctimoniales Ordinis S. Benedicti. Non multo post etiam secuta est mors Henrici Imperatoris. Tum quidam Bonæ Vallis Eremita, ut habetur in duobus codicibus x MSS abbatiæ S Vitoni, cum in x

E oratione pernoctaret, circa mediam noctem, vidit dæmonum agmen, qui cum tumultu et fragore incedebant; interpellavitque unum ex iis, quo tam cito properarent. Ille respondit, se ad mortem Imperatoris properare. Eremita Deum rogavit, ut sibi revelaret, qualis foret Imperatoris exitus. Et hora nona matutina vidit eosdem dæmones, ante cellam suam transeuntes, qui ursum catena vinctum ducebant. Eremita quemdam ex iis interrogavit, quisnam esset hic ursus. Dæmon respondit, esse animam Imperatoris, quam ducerent ad Dei tribunal judicandam. Eremita Deum rogavit, ut sibi revelaret, qualis foret judicii hujus exitus. Sub vesperam vidit eosdem dæmones redeuntes, tristes admodum; petiitque ab *ope S. Benedicti salvatam intelligit :* illis, quid tandem actum esset de anima Imperatoris. Responderunt illi, fuisse a vetulo quodam Abbate defensam, in judicio, et tamquam suam repetitam. Eremita Deo gratias egit, et beato Patri Benedicto, cujus meritis animam Imperatoris credebat esse servatam; visionemque Richardo Abbati notam fecit; qui multas preces pro anima Imperatoris indixit, et multa etiam pauperibus elargitus est.

7 Henrico secundo successit Conradus, pius F valde Imperator, quique Richardum Abbatem unice *pacem Conrado Imp procurat :* diligebat : cujus prudentia, et consilio bella y et simultates, quæ inter ipsum Imperatorem et Gozelonem Ducem Lotharingiæ, fratrem Frederici Mona- y chi et Hermanni Comitis Virdunensis intercedebant, pacata sunt. Haymoni autem Episcopo successit z z Rembertus : qui etiam Richardum multum dilexit, et in ecclesias munificus fuit. Rebus sui monasterii optime constitutis, concedente Episcopo Virdunensi, Hierosolymam profectus est. Cum Treviris transiret, Eurinus Abbas α se ei comitem adjunxit. Primo α Constantinopolim venerunt, ut loca sancta ejusdem *Hierosolymam profectus,* urbis lustrarent. Ibi honorifice, ab Imperatore β et Patriarcha accepti sunt, a quibus multis muneribus β ditati sunt. Patriarcha vero dedit beato Richardo duas portiunculas Crucis γ Dominicæ, quas Richardus in γ auro cælari in modum crucis curavit, quam collo appendit, tamquam clypeum adversus dæmonas tutissimum; addidit et Patriacha multas Sanctorum Reliquias, quas ipse Abbas reversus in cœnobio S. Vitoni collocavit. Dimissi ergo ambo Abbates ab Imperatore et Patriarcha, felici navigatione, Christe auspice, in Judæam delati sunt. Hierosolymam ingressi omnia sancta loca summa cum devotione perlustrarunt. Beatus autem Richardus,

A chardus, in baptismatis Christi memoriam, Jordane lavari voluit: sed cum lavaretur, Crux memorata, quæ de collo ejus pendebat, eo ignorante in fluvium delapsa est. Lotus e fluvio egressus est: cumque longius abesset, Crucis recordatus, ea non inventa, ad fluvium rediit; et stans in ripa, huc et illuc respiciens, lacrymis obortis Crucem vidit, per transversum amnem, ad se natantem: quam receptam, Deo gratias agens, collo appendit. Postea Antiochiam ivit: et adoratis ejusdem urbis sanctis locis in Franciam reversus, cum sancto quodam viro, cui nomen erat Simeon, summo cum gaudio a Monachis suis receptus est: quibus dedit sanctas Reliquias ad ecclesiam ornandam. Eum multi Monachi et Episcopi inviserunt, inter quos Wolbodo δ Episcopus Leodiensis, et Rogerius ε Episcopus Catalaunensis, qui sacris ejus colloquiis inflammati monasteria in suis civitatibus ædificaverunt, S. Laurentii Leodii et S. Petri Catalauni, ς quorum curam B. Richardo commiserunt, qui ad illa coloniam ex suis Monachis deduxit! Postea ζ beatus Richardus cœpit pulchris ædificiis monasterium suum ornare, quod tot pretiosis reliquiis decorabatur. Columnas, ad similitudinem marmoris accedentes, ex monasterio B S. Amandi η in Aquitania advehi curavit, quibus monasterii claustrum decoravit.

omissam in Jordane Crucem miraculo recipit:

δ

ε

ς

reversus, ecclesiam ornat;

γ

8 Hic autem non prætermittenda beati viri caritas, nullis seculis intermoritura. Odo Campaniæ Comes castrum Commerciacum obsidebat, eo animo ut illud penitus exscinderet. Quo audito θ Richardus ad castra Odonis confestim accurrit, cum quodam Monacho; sed cum ad locum devenisset, maximam castri partem flammis ustulatam invenit. Monachus beati viri comes voluit per medias flammas irrumpere, ut sacras Reliquias, quæ in sacello castri asservabantur, ex incendio eriperet: quo cum iret, occurrit Militi, qui jam illas sustulerat, quas ab eo emit, deditque Abbati thesauro monasterii inferendas. Inde Comes Odo ad Barrum movit, arcem obsedit, sed ejus deleto exercitu in obsidione occubuit ι. In ipso conflictu cecidit Manasses Comes λ Dommartini, et multi alii Nobiles, quos Richardus Abbas in monasterio S. Vitoni sepeliri curavit. Valeranus μ Bretolii Comes, in ipso prælio graviter vulneratus est; hunc Richardus, ne in potestatem hostium veniret, cuculla indutum ad monasterium duxit? Quo cum venisset, cucullam semel indutam deponere noluit: sed in sancta conversatione perseverans, B. C Richardo in regimen Abbatiæ successit. Pater ejus Gelduinus, senio confectus; exemplo filii, et Abbatis caritate inflammatus, venit ad monasterium S. Vitoni; et cuculla induta illic residuum vitæ in pietatis studio transegit, multaque prædia monasterio contulit. Nonnulla etiam scripsit B Richardus, ut Vitam S. Rodingi Abbatis ν Belli-loci. Multa ei sunt divinitus ξ revelata, quibus etiam quid ipsi opus facto esset in regenda Abbatia, monebatur.

θ

servit Reliquias a flammis,

ι

λ

μ

et Valeranum Com a morte:

ν

ξ

9 Paulo post quam Abbas creatus est, sanguis Christi a quodam Monacho, rem divinam faciente, in terram ο effusus est. Richardus hujus delicti pœnam in proxima comitia distulit: sed cum nocte in lecto jaceret, visus est ei Angelus conspectu terribilis, qui gladio ei minitabatur. Richardus attonitus de lecto desiliit, eique in terra jacenti, et tanti furoris causam ignoranti, dixit Angelus; Deum ipsi succensere, quod in eum, qui sacrosancta Mysteria temeraverat, non animadvertisset. Illico convocatis Fratribus in Capitulum, eis visionem narravit, seque virgis acriter et usque ad sanguinem cædi jussit; delicti vero auctori levem tantum mulctam imposuit. His docemur, quam Deo invisum sit et ingratum, irreverenter sacrosancta Mysteria tractare. Alio die super lectum jacebat, meditans aliquem locum sacræ Scripturæ. Se in conspectum ejus se dederunt S. D Petrus et S. Vitonus monasterii Sancti tutelares. Abbas, gratias agens ob tantæ visitationis gratiam, causam adventus ab eis sciscitatus est, illi responderunt, se omnia monasterii loca circumisse, omniaque rite disposita invenisse: sed eum in officio peccasse, quod nondum signum ad synaxim nocturnam dedisset, hora jam præterita et hoc dicto disparuerunt. Cum cryptas ecclesiæ construeret, invenit reliquias S. Nicasii π Martyris, Episcopi Remensis · ideoque instituit, ut quotannis ejus dies festus in suo monasterio celebraretur. Primo die quo festum est celebratum, synaxi nocturna peracta, vidit S. Nicasium, Pontificis infulis ornatum, ex ipsis cryptis egredientem; qui in choro se in conspectum Abbatis et Monachorum dedit, quasi gratias acturus ob honorem, ab ipsis ad se delatum. Multi Abbates, beato Richardo subditi, ad comitia generalia in monasterium S. Vitoni convenerant; illis præsentibus ædiculam, quam de nomine S. Nicolai construxerat, dedicari curabat; et in ipsa sacrosancta Mysteria celebrans ρ. visus est ab omnibus plusquam unius cubiti mensura a terra in altum sublatus. Cum in die Parasceves ob Quadragesimæ jejunium corpore esset admodum debili, nec posset sancto illo die a cibo abstinere; jussit sibi dari panem cinere conspersum, ut omnis abesset delectatio: E quem tamen comedendo optimi saporis esse cognovit; et aqua, quam sibi propinari jusserat, vini saporem referre visa est. Abbas jussit rursus aquam et panem cinere conspersum afferri; sed ejusdem saporis, ac prius visa sunt: quæ cum gratiarum actione sumpsit. Servatur adhuc patera seu patina, in quam ejusmodi aqua infusa, in vinum conversa est, in sacristia ecclesiæ S. Vitoni Virdunensis, in quam solent Monachi aquam infundere, qua hausta ex febre laborantes curantur. Hierosolyma retulerat imaginem Christi in crucem suffixi, juxta similitudinem illius, quam ς Nicodemus erigi jusserat. Hanc imaginem sæpius osculabatur eam lacrymis irrigans, ipsaque imago vicissim lacrymas in caput B. Richardi effundebat. Tandem beatus vir Richardus, senio confectus, ad Beatorum sedes migravit. Richardus Episcopus Virdunensis, illius in sacro baptismate filius, et postea discipulus, ab eo bonos mores et sacras litteras in monasterio S. Viteni edoctus, ejus morti afluit, corpus lavit, illudque honorifice sepelivit. Obiit autem Richardus Abbas XIV Junii, anno Domini millesimo quadragesimo sexto. Sepultus est primo in cryptis, quas F ædificaverat; deinde anno millesimo ducentesimo trigesimo octavo, ejus corpus translatum est in sacellum S. Nicolai, quod modo ab eo dicitur vulgo S. Richardi. Tandem circa annum millesimum sexcentesimum translatum est in ecclesiam, non procul a sacristia e regione sacelli S. Sanctini: eique lapis marmoreus est superimpositus, quatuor columnis suffultus. Qua in translatione ejus casula, cingulum, et alia insignia sacerdotalia, sine corruptione inventa sunt. Quamvis autem tanti sit meriti B. Richardus, non tamen ejus festum in monasterio celebratur: quia nondum est in numerum Sanctorum adscriptus Hanc Vitam composui ex veteribus monumentis monasterii sancti Vitoni ad me transmissis; quæ vere rebus mirabilibus plena est, ut loquitur Trithemius in Chronico Hirsaugiensi.

ο

ab Angelo monetur, ob non correcta Fratris delictum,

EX HUG. MENARD.

videt SS Petrum et Vitonum.

π

item S. Nicasium:

sub Missa elevatur a terra:

ρ

in Quadragesima æger, aqua et cinere aspersum panem petit:

σ

Crucifixi lacrymis vicissim irroratur,

mortuum sepelit Richardus Ep.

transfertur exeunte sec. 16.

ANNOTATA D. P.

a *Neuter locus invenitur notatus in tabulis chorographicis.*

b *Archidiaconum factum scribit Hugo; sed forsitan Decanum postea factum inde ut cum factum ait,* ut magisterio ejus dispositio Remensis Ecclesiæ traderetur.

l

EX HUG. MENARD.

A c *Wasseburgius accidisse id ait circa* 1005, *cum Hierosolymis rediret* Fridericus.

d *Hugo, prius deliberatum, et Odilonem aditum fuisse scribit, quam habitus ad S. Vitoni sumeretur : de secunda deliberatione tacet.*

e *Wasseburgius asserit, Abbatem ibi fuisse* Hervinum.

f *Addit item, Clausulæ ostium divinitus reseratum egressuræ fuisse, et regressæ similiter clausum divinitus. Certe per se egredi Reclusæ tales non poterant, clave apud eum qui ipsas recluserat Prælatum manente.*

g *Wasseburgius tacet de pueris, sed* Haymonem (*sic enim scribit*) *solicitatione Frederici accessisse ad locum electionis ait ; Monachosque omnes, post receptum Corporis Domini sacramentum, juratos ex more, una voce* Richardum *nominasse, divinitus sic inspiratos*

h *Idem indicat, pluries locum fuisse a barbaris vastatum : scilicet ab initio suæ fundationis, per 8 secula progressæ inductionem Monachorum sub Episcopo Berchario.*

i Septem *solum numerat Wasseburgius, totidemque sarcophagos ; et hos inventos ait* in circuitu veteris ecclesiæ.

B k Paramonarius *Græce, Latine* Mansionarius, *id est* Æditus *seu* Custos ecclesiæ. *Menardus, uti et Wasseburgius, videntur hic proprium nomen concipere : non bene.*

l *Non puto hunc fuisse sensum ejus qui sequens Epigramma scripsit ; Sed* Senatores *dici*, Seniores, *seu* Patres.

m *Fortassis inter* SS. Aratorem et Pulcronium ; *si verum est, quod prior circa an.* 200, *posterior sub annum* 470 *vixit ; sed tunc eorum pauci attigissent tempora persecutionum.*

n *Wasseburgius, ait, monumentum hoc erectum circa an* 1462.

o Undique *hic sumi videtur, pro* ubique

q *Impressum* ——— verum positis manus ipsa, *unde nullum sanum sensum elicias ; quem facili mutatione restitui, etsi nonnihil peccando in leges quantitatum ; quarum minus observantem fuisse auctorem, satis apparet. Videri autem possent hi versus compositi tempore ipsius Richardi.*

p Analogium, *alias* Pulpitum, *supra quod Lectiones recitantur : et huc fortassis spectat, quod num.* 18 *ait Hugo, a multis audivisse*, quinque Episcoporum *innominatorum* corpora, subtus pulpitum, quo Evan-

C gelium recitatur, contineri. *Impressum erat* Analogium p lpitum, *nullo sensu.*

r Ipso anno quo obiit Fredericus, *inquit Wasseburgius, quem Vedastini apud Rayssium aiunt fuisse* 1022 ; *sed in hoc tempus incidit Hierosolymitana* Richardi *peregrinatio. Ut ergo locus detur quinquennali anachoresi, ex isto litigio secutæ, multo prius rem contigisse oporteret. Nec dissentit Hugo, cum, quasi extra ordinem temporis, num.* 73 *de eadem anachoresi agens dicit ;* Habitavit autem vir Dei primitus in loco, 5 millibus a Romarici monte remoto etc.

s *Ita melius scribi credo, quam apud Wasseburgium* Ronibec.

t *Unum tantum fuisse dicit Hugo : sed potuerunt, et verosimile est, plures paulatim accessisse.*

u *Alterum addit Wasseburgius hoc modo :* Idem contigit alteri, pridèm cæco ; qui cum similiter persuasum haberet, illuminari se posse, si ea, qua Richardus manus ablueret aqua, oculos lavisset ; eadem impetrata, etiam visum recepit.

x *Wasseburgius allegat* Vitam boni Abbatis Richardi, *de cujus ætate et auctoritate nihil præsumo definire, antequam viderim.*

y *Idem in Remberto Episc. causam exponit, quia Episcopus, mortuo Comite Hermanno, cui vices suas commiserat in Comitatu Virdunensi, tamquam ejus* D *Dominus ex donatione Frederici fratris, in ejus locum substituerat Otthonem Comitem Ciniacensem, prætermisso Gozelone, Frederici et Hermanno fratre : qui quasi de injuria apud Conradum questus et repulsam passus, ipsiusmet terras invaserit ; auctorque Roberto Francorum Regi fuerit, ut Lotharingiam, velut suam, armis vindicaret ; tum Virdunensem Comitatum ingressus, Otthonem occiderit, et damna grandia intulerit possessionibus Episcopi. Huc spectat Sigebertus in Chronico ad* 1026 ; Robertus Rex Francorum, ad invadendam Lotharingiam animum intendit ; sed cito ab hoc conatu destitit. Gothelone Duce, qui propter privatum odium gravabat Regnum Conradi, et aliis Principibus, ad pacis unitatem adductis, Regi prosperitas et Regno accrevit tranquillitas. *Anselmus Canonicus Leodiensis, seu potius Harigeri et Anselmi amplificator Ægidius, in gestis* Wazonis *Episcopi, cap.* 95 *meminit belli*, quo Godefridus, *alias Gozelo*, in Virdunensem grassari permissus est urbem ; quam prævalido vastans incendio, etiam Genitricis Dei ecclesiam, et ornatu prius spoliavit, et postmodum funditus subvertit.

E z *Idem asserit, Episcopatum fuisse oblatum* Richardo ; *sed ipsum apud Clerum et Principes patriæ sategisse, ut* Rembertus *eligeretur.*

α *Ita Wasseburgius : male impressum erat* Primus : *fuit autem* Ervinus, *alias* Eberwinus *Abbas S. Martini, qui Vitam S. Simeonis scripsit, velut testis et socius peregrinationis.*

β *Regnabant Constantinopoli, jam inde ab anno* 975, Basilius *et* Constantinus *fratres, filii Romani Junioris : Patriarcha autem adhuc erat* Sergius, *usque ad an.* 1026 *superstes.*

γ *Hugo aditæ Constantinopolis non meminit (quæ sane prorsus extra viam est, toto Archipelago remota a Creta, quæ solet ad sinistram relinqui a navigantibus in Terram-sanctam et Reliquias a Patriarcha Hierosolymitano donatas asserit : quod multo est verosimilius.*

δ *Jam dixi* Wolbodonem *obiisse, prius quam reverteretur* Richardus ; *successorem autem ejus* Durandum, *offensum illi fuisse, ob non continuo approbatum, quem illi Lobus substituerat Stephanum.*

ε *Hic sane adhuc superfuit, usque ad an.* 1042, *vel saltem* 1035.

ς *Utraque fundatio videtur prior multo fuisse, et sic narratur ab Hugone.* F

ζ *Et hoc etiam antea cœptum, S. Henrici Imp. auxilio.*

η *Melius* S. Amantii, *de quo Hugo num* 68.

θ *Wasseburgius a* Gervino, monasterii scriba, *periculum Abbati nuntiatum ait : rem vero paulo aliter narrat num.* 22.

ι *Id prolixe describit idem Hugo, post num.* 72 : *est autem* Barrum, *caput Comitatus Barrensis in Lotharingia.*

λ Dammartin, *Latine* Domnus-Martinus, *castrum cum oppido nunc fere diruto, inter Parisios et Suessionas, istis quam his propius. Addit Wasseburgius, uxorem defuncti hac de causa multa bona contulisse monasterio S. Vitoni, itemque uxorem Comitis Odonis.*

μ Bretolium *vulgo* Breteuil, *oppidum Normanniæ,* 6 *leucis ab Ebroico. Hugo indicat, quod ante prælium voto ineundi monasterii obstrictus Waleranus ; eo titulo petierit et impetraverit vitam ab adversario.*

ν *Hanc vitam habemus tom.* 2 *Sec.* 4 *Benedictini pag.* 531 ; *ex eaque intelligimus, vero nomine* Chraudingum *vocati, unde usus* Rodingum *fecit (sicut ex* Cl... eo *fecit* Ludovicum) *obiisse autem* 17 Septembris, *non* Decembris, *uti perperam in Supplem. Saussayus. Legendam a nobis desideratam allegat Mabilio, de dicta Vita sic loquentem,* Inter quas *Abbatias,*

A *batias, a Richardo susceptas,* Bellogiensis ecclesia, meritis gloriosi Martyris Mauritii insignis, etc S. Rodingi Confessoris, cujus ipse vitam honorifico sermone composuit, et feretrum auro et argento decoravit, extat ejus sacris studiis nobilitata. *Hinc inductus in spem adipiscendæ prædictæ Legendæ, ipsam a Mabilione petii, et pro ejus humanitate facile impetravi.*

ξ *Wasseburgius ait, has visiones, sub finem vitæ oblatas, in antiquis MSS. Sanvitonianis contineri.*

ο *Idem ex vetustis monasterii registris solum scribit,* super altari effusum sacrum Sanguinem : *non autem non hic, sed ad initium regiminis (ut oportebat) refert, primam autem Visionum prædictarum facit sequentem.* D

π S. Nicanius *colitur* 14 *Decembris. Addit Wasseburgius ea causa Religiosos Bellilocenses, instituisse festum, annuis celebrandum, ut videatur apud illos res facta indicare.*

ρ *Idem id ait accidisse sub finem Præfationis, cum Monachi* Sanctus *cantarent, et Dedicationis illius anniversarium celebrari,* 15 kal. Novembris.

ς *Hæc putatur Lucæ in Hetruria haberi : et Wasseburgius hic iterum allegat Chartularia monasterii antiqua.* NOT. 34

DE B. CASTORA EUGUBINA

VIDUA TERTIARIA ORDINIS S. FRANCISCI

ET B. BARTHOLO, ORD. SERVORUM B. M.

G. H. E

B

APUD URBEM S. ANGELI IN VADO IN ITALIA

§. I. B. Castoræ sanctitas, familia, cultus ex variis.

S. C. XIV

Sancti Angeli in Vado *urbs est ditionis Pontificiæ, in ducatu Urbinate juxta Metaurum flumen, ad radices Apennini montis et confinia ditionis Florentinæ, Episcopalis sub Archiepiscopo Urbinate, Ducatu cum Urbinate Dominus per sub Urbano VIII institutione præclara dicit Ferdinandus Ughellus, tomo* 2 *Italiæ sacræ a col. mna* 975 : *ubi itemque columna* 988, *in Sancti Angeli Vadensis civitate, Cathedrale templum esse dicatum S. Michaeli Archangelo, et quatuor ibidem esse religiosorum Monachorum monasteria, totidemque Sanctimonialium. Lucas Waddingus tomo* 4 *Annalium Minorum ad annum* 1399 *num.* 37, Cœnobium *ait*, S. Angeli in Vado, extructum est extra oppidi portam, pulchra in planitie, ante annum MCCLXXIII. Consecrata est Ecclesia anno MCCCX, ultima Dominica Septembris, concessis Indulgentiis septem annorum a septem Episcopis. In sacrario conservatur reverenter corpus Castoræ de Gabrielis, nobilissimæ et piissimæ Matronæ Eugubinæ, quæ communiter Beatæ audit appellatione. *Hæc Waddingus. Est Eugubium urbs Umbriæ Episcopalis ad radices Apennini, et Ducatui Urbinatensi pridem inserta, atque a Pio IV Pontifice, Metropolitico jure Archiepiscopo Urbinatensi subjecta. Hujus Eugubii monumenta varia MSS.* de B. Castora, *quæ non vidimus, imo et hujus Vita ab Andreolo scripta, frustra quæsita nobis nec inventa, allegatur a Ludovico Jacobillo in Vitis Sanctorum et Beatorum Umbriæ : qui ad hunc* XIV *diem Junii, sub titulo* Vita Beatæ Castoræ Gabrielli Eugubinæ, Tertiariæ Ordinis S. Francisci, *hoc confecit compendium, quod ex Italico translatum huc subdimus.*

Situs S. Angeli in Vado

B

corpus B. Castoræ :

C

hujus monumenta :

2 Familia Gabriellia apud Eugubinos, antiquis temporibus per multos annos dominium patriæ habuit; quæ, præter plurimos in dignitate ecclesiastica et militari excellentes, penes quos fuit dominium diversorum locorum, produxit etiam Beatam Castoram, quæ filia fuit Comitis Petruccii, filii Bini Gabrielli, nobilis Eugubini, et Helenæ filiæ Petruccii, et hic filius Petri de Monte, Marchio Comitis Corbariensis ac soror Pauli Gabriellii Episcopi Lucensis. Hæc, ut suo parenti obediret, matrimonium suscepit in terra S. Angeli in Vado, nupta Sanctuccio Sanfonerio, Legum Doctori et Comiti Castelli S. Martini et Bassinarii. Erat ipsa aspectu formosissima, corporis statu decora, moribus valde modesta et solitaria, omnem vanitatem et res mundanas despiciens, devotissima sancto Patri Francisco Assisiensi, addicta plane et servitio divino et beneficiis proximorum. Omne tempus, quod ad curam rei domesticæ non requirebatur, impendebat orationi, potissimam in ecclesia S. Francisci ibidem constructa. Verum ad suas ædes regressa, a marito suo, natura aspero et rigido, et verbis et factis male tractabatur : quæ omnia propter amorem Dei magna cum patientia sufferebat. Ex hoc suo marito genuit filium masculum, quem in timore Dei et sanctis virtutibus educavit. At mortuo suo conjuge, cum filii sui consensu, possessiones ac reliqua bona sibi propria distribuit pauperibus, habitumque tertii Ordinis S. Francisci suscepit, in eoque tota vita sua permansit in orationibus, pœnitentiis, et aliis piis exercitiis et potissimum in observatione Regulæ tertii Ordinis, quam profitebatur : et hinc fama perdurante creditur Dominum Deum multa miracula ea intercedente esse operatum. Animam tandem Creatori suo reddidit die decima quarta Junii, anno millesimo trecentesimo nonagesimo primo. Corpus ejus in hanc diem integrum conservatur in sacrario dictæ ecclesiæ S. Francisci, in fano S. Angeli in Vado, ubi in habitu Tertiariarum S. Francisci fuerat sepulta.

origo ex familia Gabriellia.

matrimonium et in eo virtutes :

assumptus habitus 3 Ordinis S. Francisci :

tempus obitus et corporis servati.

F

3 *Hæc Jacobillus. De Episcopatu Lucensi fratris supra indicato, Ughellus tomo primo Italiæ sacræ columna* 882 *ista scribit :* Episcopus Lucensis septuagesimus secundus Paulus Gabriellius Eugubinus, ad eamdem Sedem promotus est anno millesimo trecentesimo septuagesimo quarto; præfuitque usque ad annum millesimum trecentesimum octogesimum, quo ipso anno Perusiæ excessit e vivis, ibidemque sepulturam accepit. *Post hujus ergo obitum superfuit annis undecim soror ejus* Beata Castora Gabriellia. *Franciscus Sansovinus, in libro de Origine et factis illustrium familiarum Italiæ pag.* 369, *recenset* familiam Gabrielliam, *eique adscribit* Gratianum Gabriellium Eugubinum, Episcopum Ferrariensem, anno MLXX; et Addonem, Episcopum Placentinum, anno MCIII; *in militari vero dignitate præclaram,* Lanfrancum Capitaneum Generalem Roberti Regis Neapolitani, in expugnatione urbis Syracusanæ in Sicilia anno MLXXIII; item Hieronymum, cum mille peditibus

F

Episcopatus fratris.

nobilitas familiæ.

A tibus in bello sacro sub Boemundo anno MCIII, *aliosque consequentes, quos nihil opus omnes enumerare. Supra nominatus* avus paternus B. Castoræ Binus, *videtur is esse, qui apud Sansovinum* anno MCCCII, cum titulo Potestatis, præfuit Urbi-veteri in Hetruria, et Florentinæ anno MCCCV, et Generalis exercitus in bello apud Pistoriam, laudatur a Villano lib. 8 cap. 83. Hujus filii fuerunt Cantuccius, Generalis Reipublicæ Florentinæ in bello Lucensi; et Petruccius, pater B. Castoræ, vir prudens et gravis in republica, pro Eugubinis Orator missus ad varias Communitates; qui ex uxore Helena, filia Comitis Petruccii, qui erat filius Petri Comitis Montis-Martii, genuit Paulum Episcopum Lucensem. *Hæc aliaque Sansovinus, apud quem miramur non fieri ullam mentionem hujus* Beatæ Castoræ, *sed loco hujus memorari* Trifeliciam nuptam Antonio di Monaldi de Brancaleoni di Montelacasa de Biabico *vel* Piobica, *prout nomen scribit eruditissimus Senex Vincentius Armanni.*

avus Binus, pater Petruccius;

D. P. maritus alius Santuccius,

4 *Hic tom 2 Epistolarum pag 607 omnino asserit, publicis processuum ac testamentorum tabulis constare,* B ex Bino Petri Gabrielli, et Ansifelicia filia Comitis de Coccorano, primi ultimique Principis Perusini, natum Petruccium; maritum Helenæ Petrucii a Sansovino laudati: ex his vero prognatas feminas duas, scilicet B. Castoram et Ansileneiam, Sansovino male dictam Trifeliciam, Paulum Episcopum Lucensem, Ugolinum, Petrum, Rinaldum, et Franciscum; Beatam autem Castoram, sicut Jacobillus scribit, nuptam fuisse Santuccio. *Sed utrum hæc tam certa sint, alias adhuc discutiendum manet: nam quod ad mariti nomen attinet, tertio post anno quam suam epistolam dictavit Vincentius, diversam valde invenisse scribit, anno* MDCLXXV, *P. Gregorius Montioni Urbinas, degens in conventu Franciscano Vadi, ad instantiam nostri tunc apud Lauretum Pœnitentiarii P. Hectoris ab Altala, omnem movens lapidem, ut nos de* B. Castora *plenius doceret. Hujus autem diversitatis causam merito retuleris, in id quod prædictus Vincentius monuit, plures in familia Gabriellia* Castoras *fuisse, quorum una pro altera facile sumi potuerit. Invenit autem P. Gregorius excerptum* ex Chronica Custodiæ Feretranæ, *quod plus omnibus antedictis merito fecerim, propter antiquitatem et simplicitatem relationis, et sic habet:* In ecclesia, *de qua supra,* habetur corpus B. Castoræ, nobilissimæ feminæ Eugubinæ, de Gabriellis, uxoris cujusdam excellentissimi Juris-consulti, Gualterii nuncupati. Quæ, ut C testantur prisci viri Vadenses, fuit magnæ devotionis et sanctæ vitæ, et præsertim patientiæ in ferenda immanitate viri. Qua mortua apud Picenum in Monte-Coscio ac sepulta Maceratæ, ab Oddo ejus filio translatum fuit corpus ad oppidum S. Angeli in Vado: ibique in ecclesia S. Francisci sepultum, in sacristia asservatur integrum et incomptum [post] curriculum centum annorum. De ea tamen miracula ignorantur.

alius ex vetere MS Gualterius

5 *Equidem existimo, nulla facta in primæ sepulturæ loco; non enim permissuros fuisse Maceratenses, ut a se auferretur thesaurus tantus, si eum notum habuissent. Primum ergo miraculum fuerit, annis aliquot post mortem, agnita corporis, ad filii petitionem refossi, incorruptione. Nisi credere quis malit, ipsam S. Beatam morientem cavisse mandasseque, ut corpus suum transferretur Vadum; ideoque illud non fuisse Maceratæ infossum terræ, sed dumtaxat depositum intra arcam bene clausam; qua primum post translationem aperta, Vadensibus innotuerit illius sanctitas: qui propterea illud censuerint decentius collocandum, saltem in sacristia, ubi quotannis religiosius visitaretur. Quod si nec tunc quidem aperta Vadi arca fuit, sed terræ infossa, uti videntur sonare verba Chronicæ: tunc enim* vero necesse est posteriorem aliquam refossionem intelligas, per quam apparuerit incorruptionis diuturnæ miraculum. Et huc fortassis spectabit *curriculum centum annorum *a morte, numerandorum usque ad finem seculi* XV; *alias videbitur signari ætas ipsius Chronicæ, tali intervallo post Beatæ obitum scriptæ, quod mihi verosimilius videtur: nec non quod, ad incorrupti corporis contactum aspectumve, plura fuerint facta miracula, quæ per majorum incuriam sint oblivioni mandata.* D

ex quo etiam constat de duplici translatione,

et corporis incorruptione per annos 100

6 *Quod ad locum primæ vel depositionis vel sepulturæ attinet, licet duplex in Statu Ecclesiastico* Macerata *sit, una in Piceno, unde Sacra Domus Lauretana solum* XII P. M. *distat; altera in Urbinate Ducatu,* LX P. M. *a priori dissita, et, respectu Urbini atque Vadi, verticem constituens trianguli in Circium porrecti; priorem tamen ut intelligam, facit locus mortis, Piceno assignatus, quem* Maceratæ *priori vicinum concipio quidem, non tamen invenio nominatum in tabulis. Ceterum de annuo* B. Castoræ *cultu respondens prælaudatus P. Gregorius Montioni, affirmat, alium nullum observari; quam quod* corpus, omnibus venerari ac videre volentibus, exponitur in festo Ascensionis Dominicæ. E

ac prima sepultura Maceratæ.

Cultus in festo Ascensionis

§. II. B. Bartholi Servitæ vita et cultus ex Annalibus Gianii.

P*rope jam dictum S.* Angeli in Vado *civitatem* Basciecarium *est, duobus milliaribus in Circium distans, et* Bascioecata *vulgo nuncupatum. Ibi Similiter integrum corpus prætitulati* B. Bartholi, *similem* B. Castoræ *cultum habet; scilicet cum Paschali circulo vagum, et secunda feriæ Paschali affixum. Hæc feria licet numquam in Junium possit cadere; placuit tamen* Bartholum *hic referre potius, quam differre ad supplementum Martii vel Aprilis. Erit tamen fortassis, cum eorum, qui hoc modo mobilem cultum obtinent, peculiaris habebitur ratio; et tunc licebit, in recudendo aliquando Semestri primo, peculiarem de illis simul omnibus Tractatum ordinare. Nunc accipe quæ habet Archangelus Gianius Florentinus, de vita et cultu* B. Bartholi, *quinto milliario a Vado sic nati, ut inter locum, in tabulis* la Castellaccia *nuncupatum, et Vadum ipsum, medius interjaceat, pari fere utrimque distantia, locus sepulturæ prænominatus. Verba Gianii, Centuria 3 Annalium sui Ordinis lib 6 cap. 13, hæc sunt; ex* relationibus D. Jacobi Bartoluccii, Rectoris illius ecclesiæ, Patri Gregorio Alasiæ Romam desuper transmissis, *ut ad hoc ipsum Caput notat Gianius, tertiam suam quartamque Centuriam in lucem jam septuagenarius proferens anno* MDCXXII, *id est annis sex post editas priores Centurias duas.* F

Propter similitudinem cultus cum B. Castora, huc relatus B. Bartholus,

7 Fuit vir quidam nomine Bartholus, humili loco natus, ubi dicitur la Castellaccia di Carpegna, non procul ab oppido S. Angeli in Vado. Hic, simplicem et pauperem vitam degens, suscepto Beatæ Virginis habitu, et minoribus Ordinibus cum clericali Corona initiatus; cupiens solitariam et eremiticam vitam ducere, speluncam, non longe a vico Bascio caro per dimidium milliare, Superiorum nostrorum permissu, sibi pro domicilio delegerat. Ei quidem in crypta usque adeo orationi et contemplationi deditus erat, ut nonnulli viderent ipsum aliquando in aere suspensum, ea quæ cœli sunt ab omni sensu alienatum contemplari.

factus in Ordine Servorum Clericus,

permissusque solitarius degere,

8 Cumque piorum eleemosynis sustentaretur, atque ob id oporteret eum aliquando per viciniam victum quæritare; contigit hiberno tempore, ut adeo nivibus circumseptus esset, ut plures dies in spelunca detineretur, nec egredi posset ad annonam procurandam. Quod cum finitimi animadverterent, locum altis nivibus obrutum, non nisi post magnum

inter nives altas ab Angelis pascitur.

A magnum laborem duorum dierum penetrare potuerunt: eumque inedia laborare rati, cibos et panes quibus reficeretur attulerunt. Is vero hilari vultu ab oratione surgens, obviavit eis, et quid ab eo peterent, interrogavit; atque ipsos in specum introducens, ostendit eis mensam paratam, recentes et candidos panes, et alia pro obsonio destinata. Obstupuerunt qui advenerant; et percunctantibus quomodo dapes illas et panes, ita nive obsessus, accepisset; protinus ipse respondit confidentibus in Domino nihil unquam deesse posse; quando et Jesu Christo, famescenti in deserto, affuerunt Angeli ministrantes; et sitienti populo non defuit aqua de petra. Ex quibus verbis obstupentes qui advenerant, finitimis retulerunt, Virum sanctum ab Angelis, ea in necessitate, enutritum fuisse.

ipse duos vermes jugiter carne sua pascit:

9 Cumque vir Dei quotidie magis in schola Christi proficeret, et proprium corpus, nedum afflictationibus, jejuniis et disciplinis castigare, sed etiam prorsus negligere et abjicere conaretur; insuetum quoddam pœnitentiæ genus, pro majori sui mortificatione, adinvenit. Nam in altera gena sui vultus, ex sanguine et morsibus, duos vermiculos quotidie alere consueverat: quod si quis B eorum, eo sanguine satiatus, excidisset; illico vir sanctus vermiculum e terra colligebat; et ad eumdem locum, ut magis satiaretur, applicabat. Cum autem a quibusdam derideretur, interrogareturque, cur tantopere vermiculis illis humanam faciem, in qua Dei imago repræsentatur, deturparet; respondit, veram Dei imaginem intrinsecus illæsam si quis conservare vellet, illum oportere caducam hanc speciem et mortalem spernere, et in servitutem redigere, ne reprobus fieret.

futura multa prædicit,

10 Fama igitur tantæ sanctitatis et pœnitentiæ per illas oras vagante, multi sese suis orationibus commendabant, et in rebus dubiis ejus consilio regebantur. Nam benedictus Deus illum dono prophetiæ cumulaverat; unde et multa prædixit, quæ deinde consecuta fuerunt: tempus enim suæ mortis et genus prænuntiavit; contentiones, quæ pro ejus corpore inter finitimos futuræ erant, animadvertit; corpus suum in ecclesia ejus vici Basciocarii fore deponendum, edocuit; et denique prodigiosum signum divinæ ultionis super eos affore prædixit, ut vigilarent: qui quandocumque accidisset ut strepitus quosdam e suo tumulo audirent tunc certo scirent periculum aliquod, ex indignatione Dei, imminere sibi. Quod et aliquando accidisse ferunt, ut post strepitus illos e tumulo auditos, C ad orationem et intercessionem ejusdem Beati recurrentes, multas tribulationes, et præcipue tempestatum et imbrium, evaserint; percussis dumtaxat circumcirca finitimis, qui oraculum illud Beati neglexerant.

D

EX ANN GIANII

et sancte mortuus,

11 Plenus igitur dierum B. Bartholus, sempiternam gloriam adeptus, in Domino requievit: quo mortuo, statim contentiones de corpore inter finitimos, ad præscriptum sui oraculi, exortæ fuerunt. Nam Patres nostri S. Angeli, jure professionis et habitus, B. Bartholum apud se volebant: instabant affines et propinqui de Castellaccia Carpegnæ, quod proprium municipem loci, cuperent habere propitium et patronum. Vicerunt tandem Basciocarii, ut suum inquilinum Bartholum, prout prædixerat, obtinerent: nam ex eodem specu furtim Beati corpore sublato, certatim illud in quodam angulo cœmeterii effossa terra absconderunt, ne ab aliis repertum vicinis tolleretur. Tempore verno ineunte factum est, ut totum illud spatium terræ, quo corpus operiebatur, floribus variis et vernantibus appareret ornatum, inter quos ferunt lilium quoddam ex tempore floruisse. Qua re cognita, rursus effossa terra, corpus integrum, recens, et odorum repererunt: et in ecclesia, extructo ad honorem ipsius sacello, in arca lignea decentissime conditum transtulerunt.

Basciocariique sepultus, signo supernatorum florum

E

integer repertur, et colitur Feria 2 Paschæ:

12 Ex eo igitur tempore, B. Bartholum inter Cœlicolas relatum, ostendit Altissimus: quemadmodum indicant hactenus cerea vota, tabulæ, oblationes, et frequens gentium devotio. In cujus rei memoriam feria secunda Resurrectionis, maximus fit quotannis concursus populorum ad B. Bartholi tumulum. Post multos vero annos ab ejus depositione contigit, ut quidam ipsius ecclesiæ Rector, seu devotione, seu quovis consilio permotus, alteram ex ejus tibiis abscinderet et furtim asportaret. Cujus quidem furti facinore perpetrato, gravem mulctam vindice Deo accepit, quod statim frater ejus ab amico carissimo fuit fortuito occisus, et tota ejus posteritas in majores semper incideret calamitates. Si quis vero ejus imaginem repræsentare cupiat, quemadmodum in illa ecclesia apparet, virum religiosum, oculis et manibus ad cœlum elevatis poterit effingere; additis in facie duobus illis corrodentibus vermiculis; nam qui ejus corpus his etiam temporibus viderunt, morsus et cicatrices illas, adhuc apparentes in gena illius conspexerunt.

qualiter ejus pingenda imago:

F

ætas incerta:

13 *Hactenus Giannius, de cultu quidem publico, atque adeo de titulo Beati, satis certos nos reddens; sed nihil adferens, quo probetur, vixisse vel obiisse* B. Bartholum (*quod tamen initio ponit*) circa annum Domini MCCC. *Quare satis habeo ipsum ad idem cum* B. Castora *seculum* XIV *retulisse, licet hæc ad finem seculi istius pertineat, iste fortassis vixerit ipsius initio. Quoniam autem videtur indicare Giannius, sanctum corpus sua ætate quadamtenus adhuc incorruptum fuisse, de præsenti illius statu gaudebo doceri; ejusque in arca sua jacentis lineamenta accipere, atque in æs transferre, ut exteri quivis devoto illo spectaculo frui possint.*

an adhuc incorruptum corpus?

DE

DIE DECIMA QUINTA JUNII

SANCTI QUI XVII KALENDAS JULII COLUNTUR

Sanctus Cerdo, Episcopus Alexandriæ in Ægypto.

S. Vitus, S. Modestus, S. Crescentia, — Martyres Siculi a quibus forte diversi duo Synonymi alii, Romæ passi.

S. Tatianus Dulas, Martyr juxta Zephyrium in Cilicia.

S. Hesychius, sive Ysicius, Martyr Dorostori, in Moesia.

S. Cantianus, S. Juvanus, S. Mucius, S. Proditus, S. Clemens, S. Cantianus, — Martyres Aquileiæ.

S. Mutius, S. Megetia, S. Minginus, — Martyres Constantinopoli.

S. Gajanus, S. Jovianus, S. Philippus, — Martyres in civitare Barbaria.

S. Nivitus, S. Candidus, S. Cantianus, S. Cantianilla, S. Protus, S. Chrysogonus, S. Anteon, S. Quintianus, S. Theodolus, S. Jocundus, S. Silvius, S. Fortunatus, — Martyres in Lucania.

S. Nersus, Martyr apud Græcos.

S. Vetula, Martyr apud Græcos.

S. Timotheus, S. Mora, uxor, — Martyres Apud Habessinos.

S. Achaicus, S. Stephanus, — Græcis dicti Apostoli

S. Fortunatus, Episcopus Neapolitanus in Campania.

S. Orsisius Abbas, S. Pachomii successor in Thebaide.

S. Abraham, Abbas Claromonte in Gallia.

S. Vouga seu Uio, ex Episcopo Hiberno Anachoreta, in Britannia Armorica.

S. Landelinus Abbas, S. Adelinus, S. Domatianus, — discipuli Crispinii in Hannonia.

S. Hilarianus, Presb. Martyr in Ruthenensi diœcesi.

S. Albricus seu Aldricus vel Adelricus, Episc. Æduensis apud Montem-Brusonis in Diœcesi Lugdun.

S. Benildis, Martyr Cordubæ in Hispania.

S. Eadburga, sive Edburga, filia Edouardi I Regis Angliæ.

S. Bernardus Mentonius seu Montis-Jovis dictus, Archidiaconus Augustæ Prætoriæ in Pedemontio.

B. Isfridus, Raceburgensis in Wandalia Episcopus, Ordinis Præmonstratensis.

B. Petrus Compater, Ordinis Minorum, Oveti in Hispania.

B. Angelus Clarenus, Pauperum Eremitarum alias Clarenorum in Italia Præfectus

S. Jonas Thaumaturgus, Metropolita Kijoviensis in Russia.

PRÆTERMISSI ET IN ALIOS DIES REJECTI.

Opera R. P. Gaudefridi Henschenii, piæ memoriæ, nisi additæ ad marginem litteræ aliud indicent.

Sancti Menegoldi Martyris Translatio Huji, *profertur a Molano, Saussayo et aliis. De ea egimus ad illius Vitam* VIII Februarii.

S. Amos Propheta, *solemni cum veneratione memoratur a Græcis et horum exemplo a Moschis sive Ruthenis. Nos, cum Martyrologio Romano et aliis Latinis, egimus de eo* XXXI Martii.

D. P. S. P. N. Theodori Sycæotæ translatio *inscribitur Synaxario Ruthenico. Vitam a discipulo ejus scriptum illustravimus* XXII Aprilis.

S. Donatiani Episcopi Translatio in Hojo, *indicatur a Molano et Saussayo. Acta ejus dedimus ipso ejus Natali* VII Maji.

S. Fidolus, Presbyter Trecis, *indicatur a Ferrario, ab aliis* XVI Maji.

S. Annobertus, Episcopus Sagiensis, *memoratur a Galesinio, Ferrario, Saussayo, uti diximus die quo colitur* XVI Maji.

S. Antonii Lusitani, *dicti* de Padua, *Canonizatio, memoratur a Marietta. Acta ejus varia dedimus ad diem* XIII Junii.

SS. Amani, Monitoris, et Flosculi, Episcoporum; Euspicii, Abbatis Miniacensis; Baudelii et Scubuli Martyrum; et Agiæ, matris S. Lupi, Aurelianis Translatio, *indicatur a Saussayo in Martyrol. Gallicano. Ast a Molano pridie, quando singulorum diem natalem assignavimus, ad quem remittimus lectorem, scilicet* XIV Junii,

S. Mariæ, in Lithostroto orantis hoc die, memoria et ecclesia *celebratur ab Hagiologo Habessino, et additur, quod filius ejus Jesus ipsi juraverit, ab omni tentatione liberaturum se, qui festo illo ejus nomen invocaverint.* D. P.

invocaverint. Lithostrotos *Joannis* XIX ℣. 13 *dicitur locus, in quo pro tribunali sedens Pilatus, Christum morti adjudicavit. Eum aliaque loca filii sanguine consecrata, sæpe adivisse Deiparam, dum Hierosolymis manebat, omnino verosimile est; hic autem videtur indicari aliquid eo spectans, quod tali appellationi occasionem Habessinis dederet.*

Synaxis seu celebritas τῆς ὑπεραγίας Θεοτόκου πέραν ἐν τοῖς Μαρινακίου, *alias* Μαρουνακίου Sanctissimæ Deiparæ, Peræ in Marinacii vel Marinacii ædibus, *indicatur in MS. Synaxario Ecclesiæ Constantinopolitanæ, et in Menæis excusis. Carolus du Fresne lib.* 4 *Constantinopolis Christianæ cap.* 15, *inter monasteria suburbana num.* 15 *meminit hujus Ecclesiæ; sed in quo suburbio sita sit, non indicat. Ego vix dubitem illam partem Urbis accipere, quæ passim* Pera *vocatur, aliis* Galata, *ad quam per intercurrentem maris sinum navigio frequentius trajicitur, quam longo circuitu pedibus itur.*

S. Mamarius, Presbyter Martyr, cum aliis apud Græcos, *indicatur in Catalogo generali Ferrarii, sed in Notis silet de hisce : neque nos apud Græcos quidquam reperimus.*

S. Bernardus, Abbas Ordinis S. Benedicti, Messanæ in Sicilia : *ab Octavio Cajetano in Martyrologio Siculo, et Octavium secutis Menardo, Ferrario atque Carrera, refertur* ex quodam Chronico Benedictino MS. *cujus nec verba citantur, nec ætas docetur, vel ibi vel in postumo ejus opere de Sanctis; ut satis sit eum hic indicasse, licet Bucelinus amplius elogium composuerit : refert autem ipsum in Indice Chronico Cajetanus ad annum* DCCC, *alibi vero inter incerti ævi Sanctos collocat et Tabulas Ecclesiæ Messanensis allegat, fortassis ipsomet præeunte compositas et editas hoc præsenti seculo.*

SS. Constantini et Peregrini *Episcoporum translatio inscripta est Kalendario et Martyrologio proprio Ecclesiæ Gemeticensis in Normannia. Sed quinam illi sint, non possumus assequi.*

Thomas, *apud Habessinos, celebris resuscitatione mulieris, in hydromelipolio jugulatæ, laudatur ab eorum Hagiologo Poeta, nobis aliunde ignotus, estque incertæ ætatis, adeoque et religionis : quare amplior de ejus vita et vera sanctitate notitia expectabitur ex Synaxario illius gentis.*

Theophania Augusta, Ottonis tertii mater, cum magna opinione sanctitatis obiit anno DCCCCXC die XV Junii Neomagi, et Coloniæ in ecclesia S. Pantaleonis deposita est, in sepulcro ex albo lapide elevato, ad meridiem prope oratorium vetus sanctæ Crucis. *Gelenius in Fastis Coloniensibus eamdem recolit cum titulo* venerandæ memoriæ : *plus ei tribuere non audemus.*

Ludolphus, Abbas Corbeiæ Saxonicæ, *cum* Sancti *titulo indicatur in scripto Kalendario, non antiquo, Ordinis S. Benedicti. Fuit Abbas* XII *seculo* X, *laudatus a Dithmaro : quod sufficiebat ut dicto Kalendario inscriberetur.*

Adalwinus, XIV Abbas Blandiniensis Gandavi, doctrina et pietate celebris, cujus ossa cum inscriptione reperta sunt anno MDCXIII, *ut constat ex Sandero lib.* 4 *rerum Gandavensium, qui tamen in Hagiologio Flandriæ ejus non meminit, et cum titulo* Beati *recolitur a Bucelino*

Abraham, Abbas in Pratea, *indicatur in Kalendario Cisterciensi Divione excuso; ab Henriquez, Bucelino et Chalemoto* Beatus *appellatur; in Exordio Cisterc. lib.* 5, piissimæ recordationis; *a Saussayo,* piæ memoriæ.

S. Conaldus, Abbas in Anglia, *indicatur a Ferrario, citante Renatum Benedictum in Vitis Sanctorum Gallice editis. Habemus editiones anni* 1593 *et* 1601 *absque* Conaldi *mentione, de quo etiam nihil reperimus inter Sanctos Angliæ. Habent Hiberni suos* Conaldos *et* Conallos : *num aliquis eorum ad hunc diem spectet, necdum scimus.*

Carnocus, Episcopus Culdeus, *id est* Dei cultor, *refertur a Camerario et Dempstero,* Baræi in Marræa. *Inter* Culdeos *qui seculo quarto floruerunt, refertur a Leslæo lib.* 3 *pag.* 122; *et ab Hectore Boethio lib.* 6 *pag.* 99 : *sed nihil de veneratione addunt. Citat Ferrarius etiam Breviarium, non quia id ipse viderit, sed quia sic acceperit a suffarcinatore suo Dempstero : qui cum postea opus suum excudi fecit, ex quo tam multa communicavit Ferrario, ut levissime dicam, parum solida, ad* Carnoci *nomen addidit litteram* B, *volens indicare Breviarium Scoticum, maxime Aberdonense : in quo tamen de eo non agitur.*

Gregorii a Placentia, Cantoris Parisiensis, et duorum Militum Monachorum ac Martyrum, elevatio, tamquam Beatorum apud Longum-pontem Ordinis Cisterciensis, facto anno MDCLVII ab Episcopo Suessionensi, *indicatur a Chalemoto, de quibus optaremus plura intelligere.*

Walterus, Monachus Claræ-Vallis, *ab Henriquez* Beatus *appellatur; omittitur a Chalemoto; a Saussayo,* pio fine mortuus, *dicitur.*

Agnes, Virgo Cisterciensis Ordinis in monasterio Belgii de Ramega, *ut* Beata *refertur ab Henriquez, Bucelino, et Arturo; omittitur a Chalemoto, et* Felicis memoriæ *a Saussayo prætitulatur.*

Petronella a Vela, Tertiaria Dominicana in Sicilia, caritate et vitæ perfectione gloriosa, *cum titulo* Beatæ *indicatur ab Arturo in Gynæceo sacro. Omittitur in Anno Sancto Ordinis, itemque a Cajetano et aliis.*

Dominicus de Monte majori; a sceleratis apostatis multis vulneribus confossus, *refertur in Indiculo BB. aliquot Martyrum et Confessorum sacri, Ordinis Prædicatorum, cum eorum Martyrologio anno* MDCXVI *Romæ excuso. Joannes Marietta, lib.* 3 *de Martyribus Religiosis, hos refert cap.* 19; *et occisos asserit circa annum* 1542; *ipsosque in Kalendario præposito habet ad hunc* XV *Junii; item Rechac de Martyribus Ordinis tit.* 2 *cap.* 2.

Matthæus a Montone, discipulus S. Francisci, qui Provinciale munus præclare gessit et sancto fine quievit, *ab Arturo in Martyrol. Francis. ut* Beatus et Confessor, *solito illi more, appellatur : et in probationem citantur Marcus Ulyssiponensis, a quo* Fr. Matthias de Montino, *dicitur : Waddingus, a quo cum aliis* inter Beatos Viros *censetur, et ipse* vir pius, mansuetus et prudens *vocatur; atque Tossinianus, a quo* Fr. Matthæus Monteluponus *nominatur,* missus ad Regem Armeniæ, *cum aliis,* de quorum sanctitate et probitate erat periculum factum. *Hæc an sufficiant, ut absolute* Beatus et Confessor *habeatur, indicent alii.*

Gerardus, Gerardinus, et Guardus dictus, *refertur cum titulo* Beati *ab Arturo,* sed dubitat quis fuerit; an qui B. P. Francisco ægrotanti pisciculos misit; an qui cum B. Ægidio Perusii degens, sermonem de libero hominis arbitrio habuit; an etiam qui cum Joanne a Parma Generali Constantinopolim missus, visionem habuit de S. Ludovici Regis captivitate; et reversus in Italiam propugnavit doctrinam Joachimi Abbatis; et ideo ad perpetuos carceres damnatus, per decem annos inclusus vixit, atque beato fine quievit? *Si aliquid certi de cultu ejus Ecclesiastico extaret, sciretur utique quis fuisset.*

Antonius a Cruce, apud Cordubenses anno 1474
Michael de Garrovillas, apud Mexicanos an 1574
Joanna a S. Stephano Virgo, apud Cordub. an. 1600
Ordinis S. Francisci, *ut* Beati *laudantur ab Arturo.*

Felix del Zano, de Castello S. Petri Bononiæ, Soror tertii Ordinis Servitarum, cum illustri elogio memoratur a Masino in Bononia perlustrata, absque tamen titulo Sanctæ aut Beatæ.

Reparata a Paula, Ordinis Minimorum, Panormi, nonagenaria anno MDCIX cum opinione sanctitatis mortua, cum Titulo Beatæ ab Arturo in Gynæceo sacro proponitur cum elogio, citatis variis auctoribus a quorum nullo puto cultum probari.

Barbara ejusdem Ordinis, ibidem anno MDCXV mortua, adjungitur Reparatæ ab eodem Arturo, eadem auctoritate.

NOT. 15. Mainus, Abbas in minori Britannia, memoratus a Dorganio, Menardo, Bucelino, Ferrario, Saussayo. Albertus le Grand non meminit ejus hoc die; Gallice S. Meen dicitur, qui sub nomine Meneni Abbatis iterum indicatur a Saussayo et Bucelino, quando et nos de eo agemus XXI Junii.

Radulphus, Episcopus Bituricensis, inscriptus est Catalogo Ferrarii, citantis Martyrologium Canisii, cujus binas editiones habemus, absque ejus mentione. At colitur die quo obiit XXI Junii.

Edeltrudis Virgo, indicatur in MS. Florario, de ea infra agemus XXIII Junii.

S. Februniæ Virginis et Martyris Acta, ex Græco Latine translata, ediderunt Lipomanus et Surius ad hanc XV Junii, quo etiam die inscripta est Martyrologio Basileensi anno 1584 excuso, quia eo die facta est repositio Reliquiarum Trani in Apulia. Verum et Græci, et cum iis Latini, in Martyrologio etiam Romano, illum colunt XXV Junii.

Brienna, Præfecta monasterii Sibapolitani, et magistra S. Februniæ Virginis et Martyris, refertur ad hunc diem in Martyrologio Hispanico Tamayi Salazarii, quasi illa post martyrium S. Februniæ ex Oriente venisset in Hispaniam, ac mortua esset Seturæ in confinio Bœticæ. Fatetur Tamayus, nomen adhuc in Kalendariis et Tabulis Ecclesiasticis deficere. Unde ergo habet? Ex nuper excogitatis Chronicis Flavii dextri et Juliani Petri. Sed horum fabricatores non accurate legerant Acta martyrii S. Februniæ; in quibus Reliquiæ ejus dicuntur relatæ ad monasterium Briennæ, quæ hortabatur turbas, ut sinerent illam in suo loco reponi; suscepitque Hieriam in locum S. Februniæ, cui mox constructum sit templum, post cujus consecrationem cum Brienna duos annos vixisset, ei omnia bene disposuisset, in pace diem obiit, non Martyr in Hispania facta: et successit Thomais, quæ ista scripsit. Relinquatur ergo Brienna apud S. Februniam, in cujus Vita omnis magistræ vita continetur, danda XXV Junii.

S. Libya, S. Leonides, S. Eutropia, Martyres Palmyræ in Syria, referuntur in Actis S. Februniæ; quæ a multis ad hanc etiam diem memoratur; et hæ jam indicantur in Martyrologio Romano; ac S. Febronia in eo transfertur, quod etiam hisce faciemus ad XXV Junii.

S. Adalberti Confessoris Translatio apud Egmundam, villam Hollandiæ, indicatur sub finem miraculorum ejus, inscripta est MS. Florario, et alteri MS. Dies ejus natalis est XXV Junii.

B. Alexius Romæ cum elogio indicatur in MS Adone Reginæ Sueciæ, et in alio MS. sub nomine Usuardi Vita ejus dabitur XVII Junii.

S. Margarita, Virgo Martyr, celebratur a Wandelberto et in alio MS. In Martyrologio et Breviario Romano XX Julii.

S. Restituta, Vidua et Martyr, Calari in Sardinia, mater S. Eusebii Episcopi Vercellensis, indicatur a Ferrario in Catalogo generali, citato Dima Serpi de Sanctis Sardiniæ, qui de ea agit lib. 2 cap. 13, et annum CCCXI martyrio assignat, sed diem omittit. In Vita S. Eusebii filii appellatur religiosissima femina Restituta, ad cujus Vitam poterit res tota explicari I Augusti.

S. Bartholomæi, translatio brachii in Bethunia, indicatur in MSS. additionibus Carthusiæ Bruxellensis hoc die. De isto brachio Bethuniæ asservato agit Rayssius, in Hierogazophylacio Belgico pag. 87; et pluribus agendum nobis erit ejusdem Apostoli die natali XXIV Augusti.

S. Ægidii inventio capitis, inscripta MS. Kalendario, apud Chifletium invento, habetur. De ea agi poterit ad Vitam I Septembris.

S. Hieronymus, in pace quiescens, refertur in MSS. Menæis Divionensibus, et in adjunctis Versibus appellatur Hieronymus magnus, cui a morte magna debetur corona, ut videatur innuere S. Hieronymum Doctorem Ecclesiæ, referendum XXX Septembris: et hoc clarius agnoscitur ex Synaxario Moscovitico, ubi natus dicitur in urbe Dalmatica Stridone: festum ejus agitur XXX Septembris.

Paulus Gasta de Perugia Ordinis Prædicatorum, vir Apostolicus, laudatur a Michaele Pio lib. 2 de Viris illustribus dicti Ordinis num. 5, et aliis; et cum titulo Beati inscriptus est inter Vitas Sanctorum Umbriæ a Jacobillo, ob inventionem corporis die XV Junii; at mortuus est anno MCCCXLIV die, (quo in Anno sancto Ordinis Prædicatorum celebratur ejus memoria) IV Octobris.

S. Wandelinus, Wandalinus, vel Landalinus Confessor, S. Columbani discipulus, et peregrinationis socius; fuit Mordaci sexagesimi Scotorum Regis filius. Ita Camerarius in Menologio Scotico, sed per meram temporum et rerum confusionem. Morduces IX Rex apud Lesleum, cœpit regnare anno 716, mortuus anno 731. Quomodo ergo ejus filius, fuisse potuit socius peregrinationis S. Columbani, centum jam annis mortui, scilicet anno 615. Fuit Waldolenus discipulus S. Columbani, dein socius S. Walerici, et fundator ac primus Abbas Bezuensis circa annum 616. Consule Acta S. Walerici I Aprilis. Alius est Vendelinus Scotus, apud Wionem et alios citatos, Abbas Tolejensis in agro Trevirensi, et colitur XX Octobris.

S. Mercurius, Martyr civitate Benevento, inscriptus est Martyrologio Usuardi et variis MSS. Colitur is, ut Patronus Beneventi XXV Octobris.

DE SANCTO CERDONE

IV EPISCOPO ALEXANDRIÆ IN ÆGYPTO

D. P.

Notitia ex Hagiologio Habessinorum.

AN. CX.

In Hagiologio omnes fere Patriarchas complexo;

Hunc inter Episcopos ecclesiæ Alexandrinæ, a S Marco fundatæ, ordine quartum, tertium autem ex tribus quos idem Apostolus et Evangelista Presbyteros consecraverat, quando S. Anianum ordinavit pro se Patriarcham, invenisse Hagiologio Habessinorum jam sæpius Laudato inscriptum, paris æstimo felicitatis, atque ad hujus ipsius mensis diem VI reperisse S. Justum, ejusdem Sedis Episcopum sextum. Postquam autem visi nobis sumus, verosimili satis ratiocinio, inter illos medium S. Primum, sub Ephrimi vocabulo latentem, reperisse. pro die II Januarii; censui, habere integram Patriarcharum seriem constitutam, cum cujusque die natali, quam nec Eusebii B historia ecclesiastica nos docet, neque fasti Coptici a Seldene editi. Ne tamen cito inveniremus quartum, non solum fecit aliqua in nomine transpositio litterarum; sed etiam quædam diversitas diei, inter Habessinum Poetam, et Patriarchalem Historiam, ex Arabico traductam ab Abrahamo Ecchellensi.

non 5, sed 15 Junii notatus Cerdo,

2 In hac Cerdo (quo passim nomine, ἀπὸ τοῦ Κέρδους lucro, Græci utuntur, obiisse dicitur XI Bunæ, id est V Junii, in Sabbato; in Hagiologio nominatus, per unius litteræ metathesim, Cedro vel Cedreuns, quod posset etiam a Cedro arbore duci, et invocatur XXI Bunæ, id est XV Junii. Verum non est difficile judicare, uter Auctor rectius diem notarit, propter concursum diei Sabbati, per quem debet obiisse Sanctus iste, anno vel CIII, vel CX. Hic autem posterior optime componitur cum successoris initio, post dies decem; et cum attributis Sancto annis fere undecim; id est annis X, CCLXXX; per quos retroductos invenitur ordinatus diebus Cerdo sive Cedrenus, primis annis Trajani, Christi autem XCIX, VIII Septembris, tunc in Dominicam diem cadente, postquam Sedes integro triennio vacasset, sicut in eadem Historia legitur; ita ut Hagiologium sequentibus plana sint omnia, non item V diem tenere volenti.

sub nomine Cedren ;

laudatur ut Patriarcha IV

3 Salutem tibi Cedriane, inquit Poeta (sic nomen Cerdonis exprimit Æthiopica dialectus, uti monet per epistolam Ludolfus) qui pingeris quartus in numero E Patrum, id est Patriarcharum. B. Marcus, Radix Patriarcharum, sive prius eorum Alexandriæ institutor, Baptismum tibi gratiose contulit; et propter meliorem tuam præ aliis vivendi rationem meruisti ab eodem Sacerdotii Episcopatum. Cum hoc elogio pulchre convenit, quod in Historia Patriarchali idem fuisse legatur, continens, justus, mansuetus tota vita sua: sed quod utrobique taceatur genus obitus, non favet Georgio Syncello, asseveranti, quod, persecutione sub Trajano mota, martyrio mortem oppetiit. Quomodo enim id Alexandrina Ecclesia ignoraret? Quare abstineo a titulo Martyris, licet cum tempore persecutionis videam obiisse. NOT. 36

tacetur martyrium.

DE SANCTIS MARTYRIBUS SICULIS

VITO, MODESTO, CRESCENTIA,

IISDEMQUE VEL ALIIS VITO, ET MODESTO,

C ROMÆ PASSIS ET CIS ATQUE TRANS ALPES CULTIS,

D. P.

COMMENTARIUS PRÆVIUS

§. I. Nomina sacris fastis inscripta; Acta ætatis variæ, fidei non magnæ; cultus et Reliquiæ in Sicilia.

SUB DIOCLETIANO

Siciliæ adscripti in Hieronymiano aliisque,

Datur ex antiquis Hieronymiani Martyrologii apographis, ad invicem collatis, quinque classis Martyrum, nihil singularis celebritatis habentium, ac nec persecutionem quidem depinfutam, sub qua passi sint; præmittimus eum, qui istic sexto loco proponitur ternarium, fama et cultu ubique notissimum, atque in Epternacensi et Corbeiensi uniformiter sic relatum: In Sicilia SS. Viti, Modesti et Crescentiæ. Lucense et Blumianum variant in ultimo nomine, quod masculinum faciunt, dum prius Crescentianum, posterius Crescentum scribunt. Veram rectamque priorum duorum apographorum lectionem secuta sunt MSS. Casinense Archimonasterii S. Benedicti, Romanum Ducis Altempsii, Trevirense S. Martini, Coloniense Carmelitarum; item Reginæ Sueciæ Martyrologium laudatum Holstenio, et quoddam Cardinalis Barberini, nisi quod in hoc pro Sicilia scribatur Lucania; nec non MSS. Florentina Magni Ducis et Senatoris Strozzii, nisi quod in his non exprimatur nomen Provinciæ ullius, uti nec in Augustano nuper apud Vindelicos excuso. Vetustiora Martyrologia secuti Rabanus, Ado, Usuardus, synchroni fere Martyrologi. (Nam Bedam taceo, cujus genuinum seu prosa seu versu Martyrologium illos præterit; quod autem sub illius nomine circumfertur, aliud non est quam Ado interpolatus. Rabanus, inquam, Ado et Usuardus, dum longiora singuli elogia ex Actis texunt, IX seculo quo floruerunt, certos nos reddunt, ipsa quibus usi sunt Acta, una cum S. Viti corpore, Roma in Franciam seculo VIII, atque inde in Saxoniam delata fuisse.

et a Martyrologis seculi 9,

cum elogio ex Actis antiquioribus; quæ damus ex variis MSS.

2 Habemus Acta duplicis generis. Priora ac vetustiora dabimus ex antiquissimo Codice Claudii Puteani, per Rosweydum nostrum olim transcribi curato, collatoque a Bollando et Henschenio cum MS. codice Reginæ

AUCTORE D. P.

A *ginis prælaudatæ, similique ecgrapho Ultrajectino S. Salvatoris; nec non cum veteri impresso per lectiones distributo, quod Gamansius submisit; tanto pluris faciendo, quod ex Witichindo Monacho Corbeiensi in Saxonia colligatur, ipsum MS. exaratum fuisse in eodem monasterio, cum is inde Epitomen suam concinnarit. Eadem Surius,* antiquissima manu exarata, *profitetur reperisse, sed* stylum hinc inde modice elimasse. *Habuisse eadem et Græce redidisse videntur Monachi S. Salvatoris prope Messanam: ex quorum MS. iterum Latina fecit Augustinus Floritus, qualia Octavius Cajetanus edidit in Vitis Sanctorum Siculorum, quod satis fuerit indicasse. Item quod Acta alia, sed posterius composita et verbis auctiora, reperimus in MS. Aquicinctino prope Duacum, Trevirensibus duobus: Osnabrugensi, Lateranensi, Neapolitano, Cæsareis Insulæ, Reginæ Sueciæ: ad quorum pleraque contulimus ecgraphum Aquicinctinum. Non ideo tamen ipsa hic danda putavimus, sed satis habuimus quædam inde referre in Notis. Tertia* eleganti Stylo in homiliæ modum exarata sed una deficiente pagina mutila, *habere se Lucæ asserit in Notis ad hunc diem Franciscus Maria Florentinius hoc initio:* Magnitu-

omissis secundis tertiisque, similiter adhuc ineditis.

B dinem Dei atque mansuetudinem veluti considerandam nobis proposuit Scriptura. *Eadem vidimus in MS. Cardinalis Barberini; satisque habuimus transcribere inde Prologum; nulli usui nunc futurum, uti nec ipsa sic ornata Acta, quia nihil discere inde possumus, quod ad historiam faciat.*

3 *Priora Acta sola puto habuisse tres antiquiores, quos supra memoravi, Martyrologos: quorum primus Ado, ex iis Epitomen hanc texuit.* Apud Siciliam, natale Sanctorum Martyrum, Viti, Modesti, et Crescentiæ. Qui B. Vitus, in puerili ætate virtutibus maturus, primum a patre suo sacrilego Hila, ut a cultura Dei recederet, tentatus est; deinde a Valeriano judice catomis cæsus, in confessione permansit, inde redditus patri. At cum pœnis affligere illum pater meditaretur, monitu Angeli navim conscendens, comitantibus se Modesto et Crescentia nutritoribus, ad Tanagritanum territorium devenit. Inde, propter filiam Diocletiani a dæmone vexatam, quæsitus et adductus ad Diocletianum, ipsam ejus filiam oratione curavit. Sed cum, multis donis promissis, ei impius Imperator suadere vellet, ut culturam diis impenderet, ejusque animum de bono proposito mutare non posset; arctissimis vinculis ferreis adstrictum, in carcerem teterrimum induci jussit, et cum eo pariter Modestum atque Crescen-

Ex prioribus sumpta Adonis Epitome.

C tiam. Deinde, circumstante populo, in amphitheatro sistuntur. Quos Diocletianus in ollam, resina et pice succensam, et plumbo soluto fervefactam, jactari præcepit: ubi sancti Martyres, psallentes in medium trium puerorum, hymnum Deo dicebant. Et egressis illæso vultu de olla, dimissus est leo ferocissimus: qui mox ad pedes eorum cecidit, et lingua sua pedes Martyrum lingere cœpit. Ad ultimum victus per omnia sacrilegus Imperator, simul et videns multitudinem populi miraculo perculsam; catastam parari jussit, et servos Dei superextendi. Cumque cæderentur Martyres Dei, ossaque discinderentur; tonitruum magnum factum est, coruscationes atque terræ-motus tam magnus, ut templa deorum corruerent et multos opprimerent. Florentia vero, femina illustrissima, corpora Sanctorum collegit, et in loco qui dicitur Marianus; condita aromatibus sepelivit.

4 *Alii aliter eadem Acta in compendium contraxerunt; puta Vincentius Bellovacensis, lib. 12 Speculi historialis cap. 70 et 71; Petrus de Natalibus, lib. 5 Catalogi cap. 118; Jacobus Januensis, cap. 77; Historiæ Lombardicæ; Ferrarius, in Catalogo Sanctorum Italiæ; Breviaria item omnium fere nationum, etiam*

Alia aliorum compendia indicantur,

vetustiora Romana, quibus immorari non vacat, posito D *quod ex Actis sint, ut sunt, accepta omnia quæ istic leguntur: neque lubet scrupulose errores persequi, hinc inde superadditos nævis, quibus utinam originaria Acta carerent. Carerent autem, si essent ex Proconsularibus Indicum Imperialium commentariis confecta: sed illis vel numquam sic conscriptis, vel communi cum aliis sacris libris sorte ex Diocletiani edicto abolitis; fuit qui seculo* VI *vel* VII *ea, quæ nunc habentur antiquiora conscriberet, cum majori admirationis ciendæ cura, quam certiora secernendi; adjectisque ex ingenio suo circumstantiis rerum atque verborum, quæ sibi magis idoneæ videbantur, ad extendendam ornandamque narrationem. Harum plurimas cum rescindant Ado ceterique breviatores, quos dixi; contingit facile, ut apud hos major quam in ipsis Actis veræ narrationis species appareat, etsi revera non sint majoris fidei.*

ipsa prima Acta nec seculo 6 antiquiora videntur,

nec fidei magnæ

Florentinius, cum Acta apud Surium et Petrum de Natalibus, inter se pugnantia quodammodo, et erroribus *saltem* levioribus conspersa *censuisset;* ea quæ compendio habet Ado, nullis maculata videri, *dixit.* Etsi enim, *inquit* a Diocletiano vel coram illo passim in Actis Martyrum Italiæ aliqua esse gesta narrentur *(qui sane capitalis error videri posset eruditis, scientibus Diocletianum fere in Oriente sævisse,* E *Occidentis cura Maximiano commissa)* attamen interpretanda sunt a Præsidibus, Diocletiani mandata exequentibus, fuisse perpetrata. *Sed quid si addantur alia, non patientia indulgentiam istam? uti hic imprimis addatur ipsius* Diocletiani filia *(ceteri* filium, *cum majori etiam fictionis apparentia, habent) obsessa a dæmone. His ergo tantisper omissis et ad Notas rejectis, id nunc agamus, quod proprium magis hisce præviis Commentariis est; ut probemus late diffusum horum Martyrum neutiquam dubitabilem cultum, utcumque dubiæ Martyrii circumstantiæ sint.*

5 *Incipio a* Sicilia, *cui primum* S. Viti sociorumque *agonem tribuunt Acta; cuique, et quidem soli, testimonium irrefragabile dant Hieronymiani Martyrologii ecgrapha omnia: credo, quia inde dumtaxat allata relatio fuit ad primum Martyrialium notitiarum in fastos digerendarum collectorem, priusquam in Sicilia sciretur, quo devenissent tres illi, quos ibi coram judice stetisse, et tormentis examinatos sciverant; nec unquam amplius comparentes, persuadere sibi poterant clam sublatos de medio, ab impio patre-familias, cujus erant arbitrio relicti. Postea vero, cum allata illuc fuerunt Acta in Lucania (ut mox dicetur) composita; et constitit* S. Vitum, *tanto istic in honore positum, Siculum esse natione, et ex Sicilia in Lucaniam* F *pervectum fuisse; cœpit etiam quæri, et traditione indice nominari urbs in qua nasci, et portus, unde solvere eum contigit. Hic usque hodie monstratur ad promontorium, quod a Sancti ibidem æde,* S. Viti Caput *hodiedum dicitur; ista credit vero* Mazaram *esse, quæ toti tertiæ et extimæ parti insulæ nomen facit Vallis Mazarenæ. Urbs antiqua, sed nunc modica, Episcopalis tamen; atque tum alia oppida complura, tum etiam Lilybæum ac Drepanum sua diœcesi complectens, in meridionali Siciliæ latere. Hic* ædes, in quibus natus S. Vitus creditur, in Oratorium versas ostendi; templumque in proximo promontorio, ubi navim conscendit, *in Observationibus ad Acta Sanctorum Siculorum, dicit Cajetanus. Sed non est tam propinquum Mazaræ, quam verba Cajetani sonant,* S. Viti caput; *quin circumnaviganti Lilybæum emetienda sint ad quinquaginta passuum millia.*

In Sicilia, prima sanctorum palæstra,

ubi Promontorium S. Viti et Mazaræ domus paterna.

6 *Siculorum de Indigetibus istis suis traditiones, et præsentem inter ipsos venerationem, explicat Pirrus, Siciliæ sacræ tomo 2 pag. 565 et 6, in Notitia Ecclesiæ Mazarensis. Ibi enumerans Beneficia jurispatronatus Regii,* tertium *nominat* Capitis S. Viti, in regione Montis S. Juliani, olim Caput-Egitarsum

in illo templum miraculis celebre,

ex

A ex Ptolomæo, alias Egesta vel Segesta, ab Egesto Trojano vel Aceste Siciliæ Rege, ex Cicerone in Verrem; quem sequitur Aretius in descriptione Siciliæ fol. 3 num. 20, asserens, quod ad lævam hodie sit D. Viti fanum in scopulo, quotidianis miraculis insigne, quo mortales confugiunt, canum rabiosorum morsibus accepto vulnere, mortis periculum evasuri: huc enim D. Vitus ac ejus nutritii Modestus et Crescentia, Mazara ad declinandam iram Diocletiani Imp. navi, Angelo duce vecti, appulere: ubi idololatras incolas aliquot ad fidem Christianam converterunt; sed Angelo præmonente casuros montes illius oppidi, et oppidanos oppressuros, ad Lucaniam, hodie Basilicatam, navigarunt. Itaque ad hujus rei memoriam, cultores Christi templum D. Vito, et sacellum Crescentiæ nutrici sacra, ruinis montis proxima, erexerunt.

Indulgentiis dotatum,

7 Post ad augendam fidelium devotionem, Didacus de Leone, Archidiaconus atque Canonicus Mazarensis et hujus templi Beneficiarius, anno MCCCLXXXV a Romano Pontifice *Innocentio VIII huc fuerit,* beneficium Indulgentiarum in diebus Dedicationis, S. Viti, Pentecostes, SS. Simonis ac
B Judæ, et quarta Dominica Quadragesimæ exoravit. Sed et anno MDXXVI, die XIV Decembris, Indictione XIV, lego scriptum, quod Syndicus civitatis S. Juliani tenebatur solvere singulis annis oblationes debitas, Presbytero Bernardino de Balbo, Rectori Beneficii S. Viti in territorio dictæ civitatis, in diebus prædictis. Per litteras autem Episcopi Mazarensis Jacobi Lomellino, datas in Monre XI Decembris MDLXVII, auctum fuit id beneficium aliis XL aureis, solvendis ab eadem Montensi civitate. Hic asservantur Reliquiæ ex Capite S. Viti et aliæ, Cruci inclusæ, quas a S. Laurentio Pisarum transtulit deditque M. Ægidius de Honestis Carmelita. Ibidem Puteus extat, cujus aquæ sunt ad depellendos dæmones, et morsus canum sanandos: item parvum nemus, cujus arbores silvestres incogniti, sunt ad salutem hominum et ad formandas Cruces pro calculis precatoriis. Est quoque mirabile, quod Mauri piratæ, qui sæpius huc se abdunt, venerantur id templum, imo et Sacerdotem Capellanum; aliaque munera, et non raro elargiti sunt oleum: sed anno MDCXXVI et XXVIII, collisis triremibus impetu maris, captivi effecti sunt Turcæ, qui venerant ut captivos ducerent Christicolas. Denique ab anno MDXLIX, sub
C Episcopo Hieronymo de Termine, id templum magnificentissime auctum est.

et Reliquiis Sancti, Lucæ allatis,

puteoque miraculoso,

barbaris etiam venerabile.

Rayhalbuti, quoque Patronus S. Vitus,

8 *Hactenus Pirrus, qui antea, in Notitia Catanensis Ecclesiæ, agens de illius diœcesis oppido mediterraneo Rayhalbuto, ubi S. Basilio sacrum est templum Parochiale, pag.* 107 *ait, quod* in eo S. Viti et sociorum Martyrum, oppidi Protectoris, servantur Reliquiæ *(Ughellus tom. 7 col.* 1021, *Caput appellat) tum addit, primam residentiam Capucinorum Patrum, qui nunc vicinius oppido habitant, fuisse* in S. Viti, ubi est fons, ejusdem Sancti nomine appellatus, cujus aquæ hominum sanitati prosunt; quod D. Vitus ibidem, canduum puero manum, canis dentibus excisam, restituerit, ut fama loquitur. *Sed utrum hoc de Rayhalbutensis agri vico aliquo, S. Viti dicto, intelligendum sit (adeo ut indicetur fons, ab eo, qui ad Promontorium prædictum scaturit, diversus; atque ita credatur Sanctus etiam ad interiores orientalesque insulæ partes penetrasse prædicando et miracula faciendo. Utrum Cappucini locum solummodo, non etiam regionem mutaverint; an vero hi, primum in dicto Promontorio constituti* XXX *P. M. a Rayhabuto, illuc usque transierint, Siculis definiendum relinquo: solum ex eodem Pirro, in Notitia Ecclesiæ Agrigentinæ pag.* 381, *addo; quod in monasterio Oliveranorum S. Mariæ de Bosco, inter alias Reliquias habeatur* ampulla sanguinis S. Crescentiæ. *Hoc autem citius credi* D *potest, quam quod ipso Cajetanoque tacentibus, ex incerta quadam informatione, addit,* corpus S. Crescentiæ asservari Mazaræ; *nisi hæc alia est, aut valeat conjectura, de qua infra,* SS. Vitum, Modestum et Crescentiam *in Sicilia passos, in Lucania mortuos, et utrobique, nec non in Apulia atque Calabria cultos, distinguendos a* SS. Vito et Modesto *Romæ passis, indeque seculo* VIII *trans Alpes delatis.*

et Agrigenti sanguis S. Crescentiæ

AUCTORE D. P.

§. II. Cultus et Reliquiæ S. Viti et sociorum in Italia. Historia translatorum in Apuliam corporum.

Juxta Acta fuerit in Lucania Marianum

A Capite S. Viti *ad* Tanagritanum territorium, *Lucaniam scilicet, dictam hodie Principatum citeriorem, [illegible] plusquam [illegible] millia [illegible]. Inde per* Tanagri *fluminis, hodie Nigri [illegible], usque in* Silarum *[illegible] Acta sunt invenire oportet* Marianum, *ubi Martyrum corpora condidisse dicitur* Florentia. *Ecce eum verba Actorum num.* 18. Hoc ordine ab impetu fluminis *Silari, quo mergebatur, liberata* Florentia, sepelivit ea in eodem loco qui dicitur Marianus; ubi *erepti antea a catasta Romana, ac* subito inventi juxta fluvium Siler, requieverant sub arbore, *ut dicitur num.* 17: *quæ arbor nequit procul a Silaro concipi, adeoque nec locus qui tunc dicebatur* Marianus. *Ibi ergo (nisi æquivocatio synonymorum Martyrum confusionem induxit) ibi, inquam eadem Florentia, cessantibus persecutionibus, et Constantino Magno facultatem exemplumque præbente Martyrum tumulos exornandi, ædificari ecclesiam desuper fecerit; de qua, ut ibidem adhuc superstite, scripsit ante annos quinquaginta Bollando Jacobillus noster, cum locum ipse visitasset, in hæc verba:* Pervetusta ea est, in eaque die XV Junii, nescio, majorne sit hominum concursus, qui est innumerabilis, an miraculorum proventus. Ibi post altare in pavimento est foramen, ad palmi dimidii magnitudinem; quod manus vix fere possit obtegere, unde suavissimus semper odor exhalat, quem ego met admotis naribus pæne cœlestem egregie sensi. Ferunt sub illo altari corpora Sanctorum esse reposita. *Ita ille. Crediderim vero, odorem istum esse a corporibus, quæ ibi jam non sint, sed diu fuerint. Si enim fidem merentur quæ dicunt alii; oportet ut ipsa inde sublata sint, translataque vel Romam, in Basilicam Sicini, in Esquilino juxta Macellum, factam exinde Diaconiam sub titulo* SS. Viti et Modesti in Macello; *vel in Apuliam, juxta Polignianam.*

E

et in eo templum sanctis erectum,

F

unde Romam vel in Apuliam translata sint corpora.

10 *Translationis* Romam *factæ nulla quidem extant monumenta; fidem tamen ei conciliant certa Reliquiarum inde acceptarum et alio translatarum documenta.* P[illegible]gnianam *factam qui descripsit, Abbatiæ S. Viti ibidem Monachus; dum hæc temporum personas confudit,* Florentiam *ad seculum Christi* IX, Marianum *in Apuliam traducendo; totam narrationem suam videri fecit fabulosam: quæ, de parte saltem aliqua corporis intellecta, alias videretur credibilis, Ecclesia Polignianensi testimonium perhibente, festumque Translationis secunda feria Paschali celebrante. Ut ut est, neutram Translationem indicantibus Actis, certum omnino censeo, ea fuisse composita cum adhuc in* Mariano *quiescerent corpora; Romæ quoque nota fuisse puto, priusquam eo venientes Franci, ipsum sanctum corpus auferrent: non tamen ante tempora S. Gregorii Magni, quandoquidem S. Viti et sociorum nomina non memorentur in Gregoriano libro Sacramentorum, nedum in Gelasiano, uti nec in eo kalendario Romano, quod Joannes Fronto Parisiis edidit nongentis annis vetustius. Et de Romanis quidem Reliquiis postea, nunc, occasione earum quæ in Apulia esse creduntur, convertor*

atque post [illegible]

AUCTORE D. P.

A *convertor ad vetustissimum Benedictini Ordinis monasterium,* S. Vito *sacrum juxta* Polignianum *seu* Polymnianum.

Juxta Polignianum in Apulia;

11 *Est illud Apuliæ littoralis oppidum* XX *milliario a Barensi Metropoli, nominis verosimiliter antiqui et Græci, nemini tamen veterum scriptorum adhuc noti: titulo autem Episcopali auctum* XI *aut* XII *seculo (variant enim opiniones), primum tamen omnes Præsulem* Richardum *nominant, dubii, unus an duo eo nomine fuerint, post quem vel quos successerit Ambrosius, anno* MCXVI *et reliqui ex ordine usque modo, uti referuntur tomo* 7 *Italiæ sacræ.* Hic, *inquit Ughellus,* asservatur brachium et genu S. Viti Martyris, cujus meritis apud Deum omnipotentem, contra rabidos canum morsus, gratuam sanitatis consequuntur.... primo vero ab urbe lapide, vetustissima extat Ordinis Bendictini Abbatia, D. Vito Martyri ac sociis Modesto et Crescentiæ consecrata; quorum corpora ibidem, translata (ut meliori calculo fertur) anno DCLXXII, die XXVI Aprilis, II Feria Resurrectionis Dominicæ, quo die festum translationis quotannis celebratur... Historia, litteris Longobardicis scripta, extat in eadem Abbatia; quam Sixtus V, suppresso D. Benedicti Ordine, cœnobio duodecim Apostolorum de

Abbatia S. Viti ubi Reliquiæ et scripta Historia Translationis

B Urbe annexuit *Ecclesiam, sub Abbatiæ titulo adhuc superstitem, similiter ut alteram in Lucania, visitavit, Jacobillus prælaudatus; et Bollando tunc scripsit, istic a se conspectum* S. Viti brachium, quod aliquando sudorem emittit, et populo ostenditur magna cum veneratione et operatione miraculorum: palamque asseritur, *inquit,* etiam ibi corpus conditum esse; et egomet Sacerdotem ibi allocutus sum, qui illud se vidisse rubeis vestibus indutum testabatur, ex occasione cujusdam novæ fabricæ. *Translationis* Historiam *profert idem Ughellus,* timetsi erroribus aliquibus vitiatam, *ob quos* illi conscripta videtur ab aliquo imperito, posterioribus seculis post translationem. *Id quod sane et libenter assensero cum ibi, præter alia asystata, in seculum* VII *nequaquam cadentia, dicatur* Dominus Nicolaus Archiepiscopus Salernitanus *Officio Translationis functus, cujus nominis nullum Salernitani habuerunt saltem qui Archiepiscopi titulum gesserit, anno* DCCCLXXXI *ecclesiæ illi datum a Bonifacio VII) ante* Nicolaum Agellum, *ab anno* MCLXXXI *ad* MCCXX *Præsulem laudatissimum.*

In ea annus notatur 801, ab Ughello in 672 mutatus,

12 *Sed quod notam anni* DCCCI *quo factam Translationem illa qualiscumque Historia dicit, eamque celebrari* VI kalendas Maji) *mutatam Ughellus velit in*
C *annum* DCLXXII; *eo quod isto, et alio nullo usque ad* DCCCXXIX, *fuerit* XXV *Aprilis Dominica Resurrectio celebrata (cujus tamen secunda feria factam,* vetus traditio *habeat* monumentis consignata *id et firmiter assentiri nequeo, quod videro monumenta, quam sit Historia, vetustiora. Cogitabo interim, in ipsa Abbatia, dum ibi Ordo monasticus staret, solam* XXVI *diei Aprilis observantiam viguisse: ab ecclesia vero Polignianensi acceptas inde Reliquias prænominatas multo post; idque, ut major solennitas esset, Feria* II *Paschæ. Neque mirabor, si diligentiori adhibito examine inveniatur, id primo factum esse sub eodem Sixto V, haud diu ante annum* MDXC, *quando suburbana* S. Viti *ecclesia, sublatis Monachis, Romamque traductis reditibus, commendata fuit Episcopo vel Capitulo Polignianensi, una cum Reliquiis; quarum venerationi servandæ ut consuleretur, placuerit illas in Cathedralem transferri. Sin autem hoc multo citius factum probetur, et tamen oporteat servare concursum, alias rarissimum, Feriæ* II *Paschalis cum die* XXVI *Aprilis, sub quo translatæ aliquando Reliquiæ sint; agnoscam tempora Nicolai Archiepiscopi, cujus annus* XXIII, *vulgaris Æræ* MCCIV *Pascha celebravit* XXV *Aprilis. Sed non ideo desinam habere suspectam Historiam, scriptam uno altero post seculo, cum supina ubique regnabat imperitia rerum ac temporum di-*

propter Feriam 2 Paschæ incidentem in 26 Apr.

qua si tenenda substitui potuit deberet annus 1204,

scernendorum. Tam enim facile potuit ab auctore confundi ultima in Cathedralem translatio, cum priori ab suburbanum Monasterium; quam ab eodem sunt confusa tempora et personæ utrumque spectantes. Neque a tali judicio dimovebit me character Longobardicus, cujus usum scio ne tunc quidem abolitum in regno Neapolitano fuisse. D

quo forte a monasterio ad Cathedralem translatæ reliquiæ.

13 *Ad ipsam* S. Viti *apud Polignianenses Abbatiam quod attinet, constat eam seculo* XII *admodum florentem potentemque fuisse; de qua, tamquam a Rogerio, primo ex Normannis Apuliæ Duce et Siciliæ Rege, vel fundata, vel novis juribus ac privilegiis communita, in hunc modum scribit Willelmus II, istius Rogerii nepos, sub data anni* MCLXX, *in hæc verba.* Residentibus nobis in nostro Palatio felicis urbis Panormi, tu Luca, venerabilis Abbas S. Viti de Polignano, nostro conspectui præsentatus, humiliter et instanter nostræ Serenitudini supplicasti; ut illius intuitu, per quem feliciter vivimus et regnamus, et ut status Regni nostri meritis gloriosi Martyris S. Viti felicius exultet, privilegia Antecessorum nostrorum roboremus, Ducis scilicet et Regis Rogerii, avi nostri memoriæ recolendæ, nec E non et alia privilegia vel instituta, quæ concessione Principum vel aliorum largitione Fidelium, monasterio tuo indulta fuerunt pariter et donata. *Diploma integrum habetur apud Ughellum tom.* 7 *col.* 1022: *qui autem ibi laudatur* Rogerius, *ex Comite, (quod solum dicebatur ejus pater item Rogerius) Dux et Rex factus anno* MCXXVIII *et* IX, *nepos fuit Roberti Guiscardi; qui perpurgata anno* MLIX *a Saracenis Apulia et Calabria, eosdem, expugnata anno* MLXXI *Panormo, tota expulit Sicilia, et triplici illo titulo Dux voluit dici, sed Pontificis Romani in eo consensum obtinere non potuit.*

Abbatia ipsa S. Viti,

seculo 12 valde potens fuit.

restaurata seculo 11 a Rogerio R.

14 *Quod si oporteat, etiam ante Saracenorum tyrannidem, concipere fundatum* S. Viti *apud Polignianenses monasterium vel saltem ecclesiam; oportebit etiam ut id factum sub Græcis Imperatoribus sit, Apuliam et Calabriam tunc adhuc tenentibus; quo casu, monasterium* S. Viti *Græcos quoque Monachos verosimiliter habuerit, pro quibus per Saracenos dissipatis, Latinos Rogerius substituerit. Ita etiam, Ughello teste tom. 7 col. 160, Abbatiarum quinque Consistorialium, in Tarentina diœcesi et Cardinalibus commendari solitarum,* prima, Sanctorum Viti, Modesti et Crescentiæ, fuit olim Græcorum Monachorum ex instituto S. Basilii, qui extra urbem habebant monasterium sub S. Viti nuncupatione: cujus Abbas hodie intra F urbem habet ecclesiam S. Salvatoris, ubi servantur prædictorum Divorum Reliquiæ; Caput imprimis et brachium S. Viti argento obtecta, cum non parva sanguinis parte, qui in vitrea phiala attinetur. Hunc autem duriorem toto anno conspiciunt, at in festo liquescit, acsi recens de corpore emanarit. *Noster jam bis memoratus Jacobillus, etiam istam ecclesiam visitavisse se scripsit, ibidemque multa fieri miracula ad Reliquias prædictas:* unde egomet, *inquit,* cum aliis Patribus nostris, tam ex ossibus quam ex sanguine partem aliquam accepimus, de mandato Patriarchæ Antiocheni, qui Abbas loci erat et Neapoli residebat; atque sub Notarii publici ad hoc vocati fide misimus Neapolim, ad nostram ecclesiam S. Ignatii: quo etiam tempore reliquiarum meum frustulis nonnullis istorum sacrorum ossium, de licentia Abbatis, auctum est.

quod antea forte Græcorum fuit,

ubi aliud Tarenti, ubi similes Reliquiæ

16 *Hæc omnia Poligniano primitus accepta, facile quis posset opinari: ego sane dubitare vix possum, quin ab alterutro monasterio, sive cum sub Græcis, sive cum sub Normannis utrumque erat, processerit et propagatus sit celebrior cultus Sancti per totam Apuliam, ac reliquam maris Hadriatici oram. Sic Leander Albertus* in Apulia Daunia, inter S. Severum et Manfredoniam,

Exhinc dilatatur ad plura Apuliæ et Calabriæ loca cultus,

A niam, *Provinciæ Capitanatæ civitates, scribit esse* D. Viti oppidum, ædificiis haud infrequens, sed propter serpentium multitudinem omnino desolatum: *et* in Samnitibus, *sive superiori Aprutio, apud Lancianum, emporium ibi celebre et littori propinquum,* Castellum S. Viti Lanciani. *In iisdem Samnitibus, Æserniæ sive Iserniæ, est* Abbatia S. Viti, *cujus facta mentio* VIII *Januarii in Translatione S. Severini num. 7: at in Scyllacensi Calabriæ ulterioris diœcesi,* Gasparina S. Viti *nominatur; ubi* SS. Viti, Modesti et Crescentiæ corpora ab incolis jacere dicuntur. Amalphis *quoque, ubi corpus S. Andreæ Apostoli, in sacrario Metropolitanæ Ecclesiæ, præter ipsum et corpus S. Macarii Ægyptii,* veneratur, *teste Ughello c. 241 Tom. 7* maximam partem corporis SS. Cosmæ et Damiani et S. Viti Martyrum. *De quibus omnibus ut possit certius judicare, lector, et quid verosimilius æstimet discernere, transcriptam ex Ughello Translationis Historiam non gravabor subjungere post Acta Passionis, nihilo minus quam ipsa censura egentem.*

Romæ S. Viti Diaconia et Oratorium

16 *Anastasius, Romanæ Ecclesiæ Bibliothecarius (tandem enim Romam revertitur disquisitio) in Vita Leonis Papæ III, cujus anno* DCCXCV *ordinati Acta illustravi* XI *Junii, inter ecclesias ab ipso donis et orna-* B *mentis auctas, nominat non solum* Diaconiam B. Viti Martyris, quæ ponitur in Macello, *alias* in Arcu *qui Gallieno Imperatori erectus traditur, haud longe a S. Maria Majore; sed etiam* Oratorium S. Viti, quod ponitur in monasterio quod appellatur de Sardas: *et utriusque ecclesiæ scilicet vel Oratorii antiquiorem mentionem nullam in Anastasio toto reperio. Dubitat autem Ughellus, ubi supra, utro loco condita Sanctorum corpora fuerint; non minus quam a quo, vel quo tempore: fatetur tamen quod prior adhuc* frustulum Viti veneratur. *Id quomodo fiat, explicat Floravantes Martinellus in Roma sacra, ubi ait;* ad eam ecclesiam a rabidis canibus admorsos confugere, panemque in oleo S. Viti tinctum comedentes *(cui oleo consecrando prædictum frustulum adhiberi existimo)* sanitatem se impetraturos sperare. Esse etiam hujus rei testimonium dicit in marmore supra portam his verbis: Fredericus Columna, Paliani Princeps, a rabido cane admorsus, B. Vito liberatori suo ædem restauravit anno MDCXX. *Ita non cessat Romæ Sancti cultus, cujus ac sociorum corpora a multis retro seculis inde ablata iidem omnes dicunt, qui de ipsis ad se translatis certant; litigio haud aliter componendo, quam* C *si partes, etiam exiguas, sumi pro corpore toto, imo et pro corporibus dicas; vel plures, quod verosimillimum est,* Vitos Martyres *concipias, quorum alicujus corpus quisquis accepit, eum accepisse se credidit, qui cum sociis hoc* XV *colitur, ac socios eosdem etiam arrogavit sibi. Inter istos nominari merentur Recinetenses in Piceno, apud quos ab annis plus quam ducentis invenitur* S. Viti *ecclesia, olim Præpositurae insignis titulo, Societati autem Jesu illuc ingressæ a tributa a Dominis Leopardis, quorum Jus patronatus illa spectabat. Hanc Modestus Benevenuti, in tractatu de Sanctis ac Beatis civitatis Patronis, fundatam suspicatur ab Antonio Jacobo S. R. E. Cardinali Venerio tit. SS. Viti et Modesti in Macello, qui patriam istam suam multis insignibus ædificiis ornavit, in eadem defunctus ipse anno* MCCCCLXXIX: *agnoscit tamen Modestus nullas in ea fuisse* S. Viti *Reliquias, ante annum* MDLXXXVIII, *quo Patres nostri bonam unius costæ partem illuc attulerunt insigni pompa devotioneque acceptam.*

priori particula contra canum morsus miraculosa,

an inde allata Recinatum pars costæ anno 1588.

NOT 38 Quæ Ticinum ab Aistulfo Rege ablata sunt corpora,

18 *Jacobus Gualla et Stephanus Breventanus, in Historia Ticinensi, tradunt trium prædictorum corpora ab Aistulfo Longobardorum Rege, cum Romana suburbia diriperet, capta atque Ticinum Insubriæ Regiam transvecta esse; ubi condi memorant in S. Marini cœnobio Fratrum D. Hieronymi; sed palam videri aut visa alicui, nemo dicit.* Romanam urbem per trium mensium spatia obsidens. *Aistulfus (uti ad Pippinum* D *Regem Francorum ejusque filios scripsit Stephanus Papa, anno* DCCLV, omniaque extra posita ferro et igne devastans multa corpora Sanctorum effodiens, eorum sacra cœmeteria, ad magnum animæ suæ detrimentum, abstulit. *In his si qua ferebant* SS. Viti, Modesti et Crescentiæ *nomina, aliorum procul dubio fuerunt, quam quorum Reliquiæ condebantur intra urbis mœnia, quæ perfidus barbarus quotidie impugnans, penetrare numquam potuit. Hæc interim fidei innixi Insubres, ipsos eodem die colendos assumpsere; et Ambrosiani ritus Missali, quale habemus anno 1522 excusum, duas pro eodem die Missas inseruerunt; in quarum prima S. Viti, præter quatuor Orationes nam Secreta, quæ nobis unica est, Mediolanensibus duplicatur,* super Syndonem *et* super Oblatam *id est Corporale et Hostiam ponitur ad Corinthios Epistola,* Cum essem parvulus loquebatur parvulus; *Evangelium vero secundum Marcum,* Offerebant Domino Jesu parvulos, ut tangeret illos. *Præfatio autem, post* Omnipotens æterne Deus, *interpolatur his verbis.* B. Viti martyrio gloriantes, cui admiranda gratia tua, in tenero adhuc corpore, et E necdum virili more maturo, virtutem fidei et patientiæ fortitudinem tribuisti; ut sævitiæ persecutoris non cederet constantia puerilis, quæ inter acerba supplicia nec sensu potuit terreri, nec frangi ætate, ut gloriosior fieret corona martyrii. Et ideo. *Missa autem* Sanctorum Martyrum Modesti et Crescentiæ, *solum quatuor habet Orationes proprias, cetera de Communi.*

AUCT. RE D. P.

ex cœmeteriis effossa, aliorum omnino sunt

inde tamen apud Insubres manet cultus.

19 Alii tradunt, *teste Ughello,* horum Martyrum corpora esse in agro Veronensi Cereæ, juxta Menacum fluvium in æde S. Viti; *et* Pisis in Hetruria, Caput S. Viti servari volunt in ecclesia S. Viti, *ipsum utique unde sumptas particulas in Siciliam retulit num. 7 nominatus Carmelita. Sed hæc omnia, uti suadent, plures fuisse* Viti *nomine dictos Martyres Sanctos; sic nihil officiunt veritati Translationis ab ipsa urbe Roma in Franciam, ad quam sequentem Paragraphum servo ab Henschenio cœptum. Ego eumdem varie aucturus, hic Sanctorum in Italia cultum prosequor; ac noto, extentum eum hinc ulterius pene ad Forojuliensem Comitatum, Aquileiensi Patriarchatui olim subjectum, in quo hodiedum nominatur* oppidum S. Viti. *Non adeo longe recedit urbs Pontificiæ ditionis Bononia; ubi ad hunc diem, indicat Perlustrator ejus Joannes Pauli Masini, esse* ecclesiam ultra mœnia portæ Castilionensis, anno MCCCXXX construF ctam, et Sanctis Vito atque Modesto Martyribus dicatam; quorum etiam aliquæ Reliquiæ sint in Metropolitana S. Petri, et Theatina S. Bartholomæi: denique apud Monachas S. Mariæ Magdalenæ de Cento, Ordinis S. Augustini, esse corpus S. Viti Martyris, sub Gregorio Papa XV. Romæ de aliquo cœmeteriorum extractum. *Sed hoc alterius* Viti esse, *quam cui proprius hic dies est, licet illi proque colendo propter homonymiam assumptus, dubitabit nemo; sicuti nec de* Reliquiis S. Crescentiæ, *quas, sub titulo* Virginis et Martyris, *etiam hodie exponi Masinius ait* in ecclesia Ruvegnana S. Gabrielis: *nam Sicula S. Viti nutrix, uxor S. Modesti fuisse videtur, virgo certe non fuit. Ipsorummet* SS. Viti et Modesti *ossa brachialia duo pene integra Volaterris haberi, inter Reliquias Cathedralis ecclesiæ, notatur in Commentario visitationis, ibidem an. 1647 instituto, sub nota* XXIX *Decembris, de quibus nihil habeo certi quod affirmem vel negem.*

Eadem dicantur in agro Veronensi haberi et Pisis Caput S. Viti;

Cultus in Forojulio

et Romaniola.

CAPUT

A

§. III. Reliquiæ et Cultus S. Viti in Provinciis Transalpinis.

Historia translationis:

Historiam translati Roma in Franciam S. Viti, indeque ad monasterium Corbeiæ novæ in Saxonia Occidentali sive Westphalia, ex MS. Bodecensi uti credimus (inde enim ipsissimam nobis transcripsit noster Joannes Gamansius) jam olim Francofurti anno 1621 *ediderat Henricus Meibomius, post Witichindi Monachi Corbeiensis Annales; indeque ipsam transtulerat Andreas du Chesne in Tomum* 2 *Scriptorum Historiæ Francorum. Verum ex MS. Codice monasterii Gladbacensis in agro Juliacensi (unde transcriptum ab Ægidio Gelenio exemplum, et marginalibus Notis quibusdam auctum, submiserat Joannes Grothusius etiam noster) ex MS. inquam Gladbacensi apparuit, non solum editioni isti Prologum deesse; sed et miracula, in translatione facta, partim contracta fuisse, partim omissa. Integrum interea contextum, sed absque Prologo, ex eodem Codice Gladbacensi nactus Joannes Mabillon, ipsam cum Observationibus præviis, lectu dignissimis, licet ad rem nostram minus necessariis, inseruit Parti* I *sæc.* IV *sæculi. Prologum ergo ex MS. addimus; Historiam vero bifariam dividimus. Apparet enim utriusque partis diversos esse Auctores: quorum senior, solam partem secundam composuit, testis certissimus, et eorum qui sacrum corpus deducebant unus. Etenim num.* 23 *asserit,* se quam plurima oculis perspexisse, et probatis testibus affirmantibus requisivisse, per spatium dierum viginti, *quibus iter duravit. Deinde* pervenimus, *inquit,* ad monasterium... Octavas Martyrum celebravimus... Contracta nostrum adiit monasterium, *aliaque similia.*

a teste oculato scripta,

B

sed per alium aucta Prologo et fundatione Corbeiensi,

21 *Quantum posterior ipsa historia fuerit Auctor Prologi ac Partis primæ, initia monasterii complexæ, non possumus certo definire; sed non multa intercessisse secula, constat ex eo, quod sic auctam Historiam habuerit S. Geraldus, Abbas Silvæ-majoris, scripturus secundam Vitam S. Adalardi Abbatis Corbeiæ Franciscæ, qualem dedimus* 11 *Januarii. Nam scripsit Geraldus iste, aliis Gerardus, Vitam jam dictam, cum adhuc Lauduni vel Suessionibus Abbas degeret, ante suum in Aquitaniam discessum, qui contigit circa annum* MLXXVII, *uti ad ipsiusmet Vitam diximus* V *Aprilis. In Prologo autem profitetur, nihil a se detrahendum priorum de Adelardo scriptorum sententiæ,* excepta illius, qui non authentice scripsit de historia *Adelardi* in S. Viti translatione... Licet *enim, inquit,* ad unguem descripserit ipsam Translationem, per ejus successores factam; inordinate tamen erravit de Chronicis Principum et Sancti successoribus. *Sed non distinxit Gerardus Auctores duos, uti nos facimus; ipseque unius quam alterius sacrmetior stylus distinguendos monet. Est enim verbosior ejus quæ arguitur exerrare partis Auctor. Opusculum tamen totum, ex partibus tam heterogeneis et fidei tam inæqualis conflatum, eo quod in MSS. reperitur ordine, legendum damus.*

C

ea usus Witichindus in Annalibus

22 *Witichindus lib.* 1 *Annalium, ad Mathildem Ottonis Magni filiam scribens, ista habet:* Romam veniens quidam, Fulradus nomine, et ibi gesta legens pretiosi Martyris, notavit locum sepulcri, veniensque levavit Reliquias sacras, collocavitque eas in pago Parisiaco. Inde, regnante Ludovico Imperatore, translatæ sunt in Saxoniam; et, ut legatus Caroli *(Simplicis)* confessus est, ex hoc res Francorum cœperunt minui, Saxonum vero crescere: donec dilatatæ ipsæ sua jam magnitudine laborant, ut videmus in amore mundi, et totius orbis capite, patre tuo: cujus potentiæ majestatem, non solum Germania, Italia atque Gallia, sed tota fere Europa

patrocinio Sancti adscribit Saxonicæ fortunam:

D

non sustinet. Colito itaque tantum Patronum: quo adveniente, Saxonia ex serviente facta est libera, et ex tributaria multarum gentium Domina. Neque enim talis ac tantus summi Dei amicus tui gratia indiget: nos vero famuli ipsius indigemus. Unde ut eum possis habere intercessorem apud cælestem Imperatorem; habeamus te advocatam apud terrenum Regem, tuum scilicet patrem et fratrem. *Ottonem primum et secundum. Hæc Witichindus, cujus judicio, de translata fortuna Francorum ad Saxones cum Reliquiis* S. Viti, *convenire quidam putat, quod* S Vitus, *licet nec Imperator fuerit nec filius Imperatoris, tamen semper pingatur cum sphæra seu pomo Imperiali, superne Crucem ferente. Ut ut est, communis Patronus Saxonum* Vitus *æstimatur; ejusque cultum, per totam Saxoniam inferiorem mirifice propagatum, ostendunt antiquissima istius regionis Breviaria, quorum pleraque penes nos habemus; Monasteriense scilicet, Osnabrugense, Mindense, Erfurtanum, Lubecense, Raceburgense, Slesvicense, imo et illis vicinum Coloniense: in quibus aut Acta integra aut eorum pars major habetur: et tali Breviario etiam utebatur monasterium Virginum, cum ecclesia* S. Vito *dicata in Altino monte, in confiniis Zutphaniæ et Cliviæ.*

ejus ubique cultus probatur ex Breviariis.

E

23 *Quam fuerint Monachi doctrina et vitæ sanctitatis illustres in Corbeia Saxonica, vel hinc intelligas, quod ex ea assumpti dicantur Episcopi Pragenses, Spirenses, Osnabrugenses, Paderbornenses, Mindenses, Verdenses, et duo Monasterienses, ac quinque Bremenses. In his fuerunt SS. Ancharius et Rembertus, quorum illustria Acta edidimus ad* III *et* IV *Februarii; ubi etiam vidimus, quod S. Rembertus* in oratoriolo SS. Stephani et Viti *anno* DCCCLXXXVIII *sepultus fuit. Quomodo autem vicinæ regiones, etiam Slavicæ, prædicatione horum Monachorum ad Christi et* S. Viti *cultum fuerint conversi constat ex Chronico Slavorum Helmoldi, Buzoensis in territorio Lubecensi Presbyteri, scripto temporibus Friderici Barbarossæ, et usque ad annum* MCLXIII *perducto, ubi lib.* 1, *cap.* 6 *sic loquitur:* Tradi veterum antiqua relatio, quod temporibus Ludovici II *(qui coronatus anno) Imperator a Leone PP. IV anno* DCCCXLVIII *vivente adhuc patre Lothario; cum eoque partim, partim solus imperavit annis* XXVI) egressi fuerint de Corbeia MONACHI, SANCTITATE INSIGNES qui Slavorum salutem sitientes, impenderunt seipsos ad subeunda pericula et mortes pro legatione verbi Dei, peragratisque multis Slavorum provinciis, pervenerunt ad eos, qui dicuntur Rani sive Rugiani, et habitant in corde maris; ibi fomes est errorum et sedes idololatriæ. Prædicantes itaque verbum Dei cum omni fiducia, omnem illam insulam lucrati sunt: ubi etiam oratorium fundaverunt, in honorem Domini ac Salvatoris nostri Jesu Christi, et in commemorationem S. Viti, qui est Patronus Corbeiæ. Postquam autem, permittente Deo, mutatis rebus Rani a fide defecerunt; statim, PULSIS SACERDOTIBUS ATQUE CHRISTICOLIS, Religionem verterunt in Superstitionem; Nam S. Vitum, quem nos Martyrem ac servum Christi confitemur, ipsi pro Deo venerantur; creaturam anteponentes Creatori. Nec est aliqua barbaries sub cœlo, quæ Christicolas ac Sacerdotes magis exhorreat. Solo nomine S. Viti gloriantur: cui etiam templum ac simulacrum amplissimo cultu dedicaverunt, illi primatum Deitatis specialiter attribuentes. De omnibus quoque provinciis Slavorum illic responsa petuntur, et Sacrificiorum exhibentur annuæ solutiones. Sed nec mercatoribus, qui forte ad illas sedes appulerint, patet alia facultas vendendi vel emendi, nisi prius de mercibus suis Deo ipsorum pretiosa quæque libaverint, et tunc demum mercimonia foro publicantur. Flaminem suum non minus quam regem venerantur. Ab eo ergo tempore quo primo fidei renuntiarunt,

Corbeia ad prædicandum egressi Monachi

totam Rugiam Christianam fecerunt, in eaque ecclesiam S. Viti:

F

cujus etiam post relapsum ibi perseverat cultus, sed perversus.

A renuntiarunt, hæc superstitio apud Ranos perseverat usque in hodiernum diem.

facto idolo quadricipite.

24 *Horum pleraque, et multa iisdem verbis, habet anonymus Auctor Chronicorum Slavicorum, editus a Lindebrogio, cap.* 5 *: addit autem simulacro Rugianorum nomen esse* Siantevith *(sanctum Vitum apparet dici)* quod dicebatur gloriosissimus omnium Deorum : *deinde additur ;* Et hæc superstitio apud eos, usque in hunc annum et diem, scilicet quo scribitur MCLXVIII, perseverat. *Est autem* Rugia, *Balthici maris insula, freto exiguo a Pomeranis dirempta : in cujus descriptione, Atlanti Blaviano inserta, sic legitur :* S. Vitum, Christi servum, relicto Christo, pro Deo coluerunt, quem corrupto nomine swanto Vitum appellarunt. Huic idolum quadriceps *(veluti quadripartiti anni Patrono)* in magnifice extructo templo collocarunt in urbe Arconæ Wittovie, cujus tum temporis maxima erat reverentia. Stabat idolum hominis forma, resecta barba et capillis, in oblonga talari veste : dextera poculum, ex vario metallo fusum, veluti cornu efformatum, plenum liquore poculento; sinistra vero arcum cum sagitta tenebat. Huic idolo trecenti equi pascebantur ; inter quos unus candidus, quem nisi summus Sacerdos ascendebat nemo; B et illo, tamquam valde divino, ad prædicendas res futuras utebantur ; et sudantem in stabulo sæpe ostentabat Sacerdos, jactitans Swanto-Vitum in pugna conta hostes Rugianorum in illo equitasse. Modus ostendendi eum hic erat. Idoli Sacerdos inspiciebat cornu, quod ante annum liquore impleverat, idque habitu ori sui presso, ne illo idolum attingeret. Inspecto poculo de futuro anni proventu divinabat. Si poculi liquor majori ex parte in vapores abiisset, caritatem annonæ; si plenum, vilitatem credebatur significare. Post hæc liquorem coram idolo effundebat, et idem rursum novo liquore impletum dexteræ idoli imponebat : quibus peractis, reliquum diei comessando et bibendo transigebant. *Eodem forte spectat, illud inter Monumenta Danica a Wormio pag.* 391 *appellatum* Vitishorn *id est* Cornu Viti ; *quod (sicut apud eumdem docet Mysteriorum Poeticorum inter Danos enodator mirandus Edda cap.* 41) ab Urgarthilaco *semideorum Danicorum uno tamquam a pocillatore,* apponebatur Thoroni, *(ita Jovem nuncupant, et sacram ei feriam quintam* Thorsdagh) cujus extremitas altera ad mare porrigebatur; in quo exhauriendo frustra laborabat Thoro; prius enim evacuasset Oceanum quam hoc cornu.

cui et equum sacratum alebant,

et cornu quotannis implebant de anni successu consulturi,

quale suo etiam Jovi affingebant,

25 *Apage hereticos seculi nostri, qui istæc deli-* C *ramenta imperitiæ plebeculæ suæ ostentant, tamquam Hagiolatriæ Papisticæ effecta. Nihil tale docuerunt* Insignes sanctitate Monachi, *qui primi Rugianos converterunt : sed neque eorum successores Idololatriæ, expulso per vim Christi cultu regressæ, imputanda istiusmodi monstra; quæ quomodo fuerint eliminata, Anonymus præcitatus ita narrat cap.* 321 In diebus illis *(scilicet Frederici Barbarossæ)* Rex Oaldemar, in manu valida obtinuit terram Rugianorum : et destruxit fanum eorum, et simulacrum confregit et locuples ærarium diripuit : et ædificavit ecclesias, et statuit Sacerdotes Dei, adjuvantibus eum Episcopis : et sic conversi sunt Rugiani ad fidem anno Domini MCLXVIII. Quamvis autem tam diu in errore perseverabant, plus omnibus Slavis, erant tamen hospitales; parentesque honorantes. Nullum sinebant egenum esse inter se, sed omnes fovebant eum. *Erant hic utique fructus veteris Religionis, apud ipsos a Monachis Corbeiensibus,* S. Vito *auspice, proseminatæ, etiam in agro jam deserto ultro nascentes, quibus ad maturitatem denuo capiendam perductis sub Waldemaro, nihil dubitem parum* S. Viti *cultum reductum apud eosdem fuisse.*

quæ omnia cessarunt an. 1167 reducta ad fidem Rugia

26 *Etenim* Kalendarium Runicum, ante annos circiter trecentos exaratum *(Runicis autem litteris* D *utuntur Dani, Norvegi, Islandi, ipsique Rugiani) quale post suos Fastos Danicos integrum edidit Olaus Wormius,* Viti et Modesti *nomina suo loco habet ; idemque pag.* 119 *exhibet formam Kalendarii, baculo octangulari incisi, ubi* Viti *nomen,* fulloniis forficibus *desuper effictis exprimitur ; inter nomina sanctorum Urbani Papæ et Wilhelmi atque Bothildi, de quibus die sequenti. Et ille quidem rationem, cur festum Urbani* triplici cruce, tribus granis frumenti Saracenici desuper insignita, exprimatur, *hanc reddit,* quod id genus frumenti tali die terris mandari soleat; *Wilhelmum vero et Bothildum* duobus vexillis *signari crediderim, propter duplices tunc nundinas vel quid simile.* Forfici *autem* fulloniæ *quid esse dicam cum* S. Vito? *nisi quod ejus die incipiant tonderi panni, totis prioribus sex mensibus post ovium tonsuram confecti? Ejusmodi autem signa serviunt litterarum ignaris pro scriptura : unde etiam inveniuntur Fasti, solis ejusmodi notis, non autem litteris ullis expressi. Notabile quoque ad festorum intellectum, potius quam Sanctorum cultum, quod hi tres solenni voce simul* Bodelinesi *solent apud eas gentes vocari, et speciali nota jungantur in Fastis.* Hisce enim, *inquit Wormius,* agros fimo obducere vetant, ne segetes adurantur. *Circumfertur etiam prognosticum illud :* E

AUCTORE D. P. exindeque recepto in fastos Runicos festo

totis Septemtrionibus commune,

Lux sacrata Vito si sit pluviosa, sequentes
Triginta facient omne madere solum.

Hæc autem eo faciunt; ut pateat, Rugianos, quamdiu Catholicam cum Danis religionem tenuerunt, Catholicum quoque S. Viti *cultum tenuisse, et hactenus saltem nomen tenere in Fastis. Missale Suecicum, quod habemus ante annos omnino ducentos excusum, in kalendario, quod cum alio Reginæ Bollandus contulit, habet nomina* Viti et Modesti *; ex alio autem, quod dixi, additur festum esse* IX Lectionum.

27 *Porro sicut ex Corbeia Saxonica, per Monachos, in totum Septemtrionem fluxit* S. Viti *cultus et veneratio ; sic ex Gallica in omnes Gallias, exemplo ecclesiæ Parisiensis : quod testari possunt singularum fere diœceseon vetera ac nova apud nos Breviaria ; sed omnia fere sub ritu Simplicis Officii aut trium Lectionum, sicut videre est in ipsomet Parisiensi anni* 1584 : *quamquam vix possit dubitari, quin San-Dionysianum monasterium celebrius festum egerit, saltem quoad ibi corpus fuit. Cur enim ibi minus quam in Corbeiensi, cujus recentiori kalendario inscribi festum* XII Lect. *observat Martinæus l.* 4 *c. de Ritibus V. et Monachorum; quod tamen fatetur in Dionysianis consuetudinibus solum esse* III Lect. *A Gallis porro ad Hispanias transisse videtur similis cultus, quemadmodum illuc inde deducta est Benedictinæ Regulæ perfectior observantia, secundum institutum Cluniacensium. Itaque Breviarium dictum Muzarabes, secundum Regulam S. Isidori, quod anno* MDII *viderat Rosweydus, et postea commodatum Henschenius habuit, ad kalendarium diem præfixum conferendum cum kalendario præfixo ejusdem Missali, quod adhuc habemus; excusum anno* MDLI *: in Breviario, inquam, Muzarabico illo notatum habebatur fastum* Viti et Modesti Martt. IX Lect. *; quod cur in kalendario jam dicti Missalis fuerit omissum, nescio : solum scio in kalendario veteris Breviarii Eborensis, apud Lusitanos anno* MDXLVIII, *excusi, nuda nomina haberi, absque ulteriori eorumdem in contextu memoria. Ægidius Gonzalvi de Avila, in Theatro suo ecclesiastico, congerens encomia Civitatis Abulensis, pag.* 36 *asserit, quod possideat, præter alia, etiam* corpora SS. Viti et Modesti, *sed non explicat qua in ecclesia, neque unde vel quando allata, nec porro eorumdem amplius mentionem facit.* F

Cultus universalis per Gallias;

28 *Dimitto ergo tantisper Hispanos, donec distinctiores ab iis notitias obtineamus ; dimitto etiam Gallos, apud quos nihil ultra notandum invenio, nisi quod Saus-*

item in provinciis superioris Germaniæ;

A *sagus voluerit, Supplemento sui Martyrologii inseri memoriam delati corporis S. Viti in Corbeiam Saxonicam, pro die* XIII *Junii quo illuc appulit. Transeo ad Germaniam superiorem; ad quam spectat, quod apud Wiguleyum Hundium in Catalogo Episcoporum Salisburgensium Metropoli ejus præfixo, lego pag.* 12. Anno MCCXXI Corpora Modesti et Viti Sanctorum quæ in æde S. Andreæ in Lavent miraculis claruere, Eberhardo Archiepiscopo, Carolo Secoviensi, et Rudigero Chremensi Episcopis præsentibus Juvaniam advecta sunt, cum magna solemnitate et frequentia populi. *Hæc cum inde acepta in Annalibus Bzovii legeret Pancirolius, in Thesauris absconditis Urbis Romæ, hæsit: fassus qua parte mundi hæc loca sita sint, ignorare se. Discat ergo quisquis cum eo sic hæret, quod* Juvania *est ipsa metropolis Salisburgensis et* in valle Laventina, *in inferiore Carniola est* Urbecula S. Andreæ, *in qua dictus* Eberhardus II Archiepiscopus instituit Sedem Episcopalem, cui præfecit Ulricum Plebanum in Haus. *Inde* Reliquiæ SS. Viti et Modesti *translatæ dicuntur ad Ecclesiam Salisburgensem: ubi et in tota diœcesi sub ritu duplici coli festum* SS. Viti, Modesti et Crescentiæ *discimus ex Proprio Sanctorum dictæ Archidiœcesis, sub annum*

AUCTORE D. P.

ubi dicuntur corpora haberi Salisburg

festum certe et ibi et in ecclesiis propinquis agitur.

B 1647 *excuso.*

29 *Idem fieri in Passaviensi et Ratisponensi constat ex Breviariis anno* 1505 *et* 1507 *impressis: et in Officiis propriis Ecclesiarum Frisingensis atque Augustanæ, celebrandum præscribitur idem festum sub ritu duplici; sub ritu semiduplici autem in Cathedrali et diœcesi Viennensi in Austria. Esse vero in basilica Augustana SS. Udalrici et Afræ* de ossibus S. Viti Martyris, *indicatur ab Hertsfeldio in illius Basilicæ descriptione parte* 2 *cap.* 27 *et* 36. *Idem nobis scribitur de Fuldensi S. Bonifacii Abbatia, eaque de causa istic quoque festum ritu Duplicis Majoris agi, esse enim* Reliquias insignes. *Sic et in Moguntinæ diœcesis kalendariis ac Breviariis* festive *agenda dies notatur et rubrica scribitur, propter* Digitos *(ut credo)* S. Viti Martyris, *quos in Moguntiacis lib.* 1 *cap.* 17 *inter præcipuas ecclesiæ Metropolitanæ Reliquias* x *loco censet Serarius. Theodorus Rhay, inter Animas illustres Cliviæ Juliæ etc. accenset iis etiam* S. Vitum: *quia* Caput ejus Gallbjacum in Julia præcipuo honore colit: *præmittit autem quod* Mons Alcinai vulto Eltemberg, generosarum Virginum Abbatia, *iisdem* gaudet lipsanis S. Viti; *an Corbeia acceptis, non divino. Sunt in eisdem ditionibus oppida integra,* S. Viti *nomine appellata, scilicet in Bavaria inferiore ad fluvium Rotum; et sub Austriacis in Carinthia* urbs

Ibidem quatuor sunt oppida S. Viti dicta.

C S. Viti, *caput regionis sitæ ad confluentes Wiltii et Glatti fluviorum: in Carniola quoque, ad confinia Istriæ et mare Adriaticum* urbs S. Viti, Fluminis *dicta, ubi est collegium Societatis Jesu: Elwangæ etiam in Suevia præcipuus Patronus habetur* S. Vitus, *eique Ecclesia Collegiata dicatur: ibique brachium et partem maxillæ, anno* DCCLV *apportatam ex corpore* S. Viti, *tunc Roma in Franciam delati; uti ibi recitatur in Lectione quarta Officii Ecclesiastici ad hunc diem.*

30 *Præmemoratas omnes et provincias et civitates superat in colendo* S. Vito *Bohemia, atque in hac caput Regni Praga, propter delatum eo* Brachium, *ejusque honori structam Metropolitanam. Bohuslaus Balbinus, lib.* 1 *Epitomes Rerum Bohemicarum cap.* 7. S Wenceslaus, *Dux Bohemiæ, inquit,* circumlatis oculis, sancti adolescentis Viti brachium, quod, velut fatale pignus Imperii, ex Corbejano cœnobio donatum, Henricus *Auceps Rex* acceperat; quodque miraculo, ut narrat Joannes Episcopus Litomislensis Wenceslao annuebat, poposcit et impetravit. *Dein (ut legitur in antiquo Martyrologio Pragensi)* transtulit Pragam, et sub titulo ejusdem S. Viti ecclesiam fundavit et construxit, postmodum in Cathedralem Sedem

Pragæ vero habentur,

erectam, constituto anno DCCCCLXVIII Dithmaro Episcopo. *Elapsis deinde aliquot seculis,* Carolus IV Imperator *et* Bohemiæ Rex *(verba sunt dicti Balbini)* cum Reliquias sacrorum corporum toto orbe quæsitas Bohemiæ suæ inferret, et Ecclesiam S. Viti Archiepiscopalem et Metropolitanam augustissime ædificaret; corpus S. Viti cum capite ipso, Ticino seu Papia a Lombardis impetratum, in Bohemiam advexit, et auro suis regiis manibus capiti circumposito, Ecclesiæ Pragensi donavit. *Speciales Imperatoris litteras, ex autographo, quod in archivo Ecclesiæ Pragensis asservatur, descriptas misit Praga anno* MDCLXIV *Theodorus Moretus, Societatis Jesu Rector Glattoviensis, et postea excudit Thomas Joannes Pessina, Radio* 4 *Pragensis Phosphori pag.* 460 *et sequentibus, quale infra damus. Cujuscumque* S. Viti *corpus illud fuerit, ejus impetrati memoria celebratur hoc die* XV *Junii in dicto Martyrologio Pragensi; et in Lectionibus propriis anno* MDCLII *excusis, ista recitantur;* Ejusdem ossa Carolus Rex, Ticinensi ex urbe accepta, eadem in æde collocavit. D

brachium Corbeia,

corpus et caput acceptum Papia.

32 *Memoratus Moretus scripsit nobis,* missas sibi discutiendas Bullas omnium Indulgentiarum, a variis Pontificibus templo Cathedrali concessarum, inter eas fuisse unam, quæ dabat templo S. Viti Indulgentias Portiunculæ, per modum Jubilæi, quotannis per triduum: quibus ob turbulenta tempora per plures annos usi non fuerant. *Iterum vero Balbinus lib.* 3 *cap.* 10; Anno MCXLII, *inquit,* cum arx S. Viti incensa esset, templum S. Viti, cum omni sacrorum apparatu omnique auro et gaza, conflagravit. Sanctorum vero corpora Viti, Wenceslai, Adelberti Ludmillæ, omnino ab ignibus illæsa reperta sunt. *Aliqua aliam de violatoribus sepulcri* S. Viti, *aut ad ejus aram in peccato celebrantibus, ideoque divinitus punitis, infra ante litteras donationis referemus. Hic dico, etiam in Polonia vigere cultum* S Viti, *festumque ritu Duplicis agi in ecclesia tam Gnesnensi quam Cracoviensi. Denique observandum est, inter sanctissimos* quindecim Auxiliatores, *qui pro gratia aliqua vel liberatione a periculis obtinenda invocari solent, etiam* S. Vitum *invocari; ut pluribus dictum* XXIII *Aprilis ad miracula S. Georgii cap.* 7, *ex quibus repetimus Orationem, quæ est hujusmodi,* Omnipotens et mitissime Deus, qui electos Sanctos tuos, Georgium, Blasium, Erasmum, Pantaleonem, Vitum, Christophorum, Dionysium, Cyriacum, Acacium, Eustachium, Ægidium, Magnum, Margaritam, Catharinam et Barbaram specialibus decorasti privilegiis; da ut omnes, qui in suis necessitatibus eorum implorant auxilium, petitionis suæ salutarem consequantur effectum. E F

Hinc ille Bohemici Regni Patronus habetur;

itemque unus ex 15 Auxiliatoribus.

F NOT. 19

PASSIO S. VITI,

Seculo VI vel VII composita, et Romæ inventa seculo VIII.

Ex variis Codicibus MSS.

ADMONITIO PRÆVIA D. P.

Cardinalis Baronius, Tomo 1 *Annalium Ecclesiasticorum, ad annum* 55, *agens de sudariis S. Pauli, digreditur ad Reliquias Sanctorum: et num.* 15. Cum eamdem, *inquit,* virtutem in exigua parte Reliquiarum Martyris, quæ in ipso sit corpore, inesse experimentum testetur; inde evenit, ut corpus unius Martyris in plures interdum partes dividi soleret, recondique in diversis altaribus indeque fortassis accidit ut cum unius ejusdemque Martyris diversis in locis Reliquiæ conditæ haberentur,

Quamquam novum non sit,

A tur; et æque, ac si integrum corpus ubique locorum conditum esset, eadem miracula sint operata, unius ejusdemque Martyris corpus diversis in locis haberi dicatur. *Hoc si uno in Martyre locum habet, multo magis habere debet cum plurium simul passorum Martyrum corpora, unum in sepulcrum condita, indeque communiter fuerunt elevata, confusis omnium inter se ossibus; quod in iis de quibus agimus tribus, pronum est concipere. Multo etiam magis pronum est, ut vel is qui inter illos primarius est, toties in locis haberi putetur, quot in locis plurium corporum confusa ossa servantur; vel omnium simul in singulis haberi dicantur. Quod si unius ejusdemque nominis plures Martyres fuerint, unius autem alteriusve distinctior habeatur memoria, deperditis vel numquam scriptis singulorum Actis confusa: itaque postmodum composita sint Acta alia; quis non videat, quam incerta debeat esse historia Passionis, quæ sic coagmentata fuerit?*

ubi integrum corpus dici et credi,

ubi solum pars est:

2 *In Sicilia passos SS.* Vitum, Modestum, Crescentiam, *docentibus Proconsularibus, quæ istic forte supererant, Actis, didicerit Eusebius, ad quem mandato a Constantino Magno missum erat quidquid hujus generis supererat: itaque, vel ipse ex ipsius commentariis alius, auctor omnium antiquissimi Martyrologii, quod Hieronymianum dicimus, in Fastos retulerit ad hunc XV Junii. Interim aliunde forsitan fuerit scitum, Romæ etiam passos* Vitum *atque* Modestum, *de quibus similiter narrabantur particularia quædam. Tum vero proclive erat confundi in unam narrationem duplices istas notitias. His autem ita positis, quam porro facile fuit, ut aliquis ad usum illius ecclesiæ, quæ in possessione Sanctorum corporum potissimam se credebat, Acta colligens in unam narrationem, plura disparata conflaret? Id ita plane illi argumento evenisse, nolim equidem pro certo asseverare; cur enim non possit factum esse quod narratur; ut primas quæstiones perpessi in Sicilia, indeque fuga delati in Lucaniam, Romamque accersiti et iterum torti, inde vel vivi vel mortui relati sint in Lucaniam, prout habet historia Passionis mox danda? Tam multis tamen tamque diversis locis Sanctorum prætitulatorum corpora sibi vindicantibus; neque particulas corporum modicas, sed partes valde notabiles ostentantibus; cur absurda videbitur conjectura, quæ concipiantur tres illi omnino in Sicilia, non passi solum, sed etiam consummati, quorum postea corpora fuerint per varias Apuliæ atque Calabriæ ecclesias divisa; alius vero item* Vitus *ex Lucania adductus Romam, qui istic cum aliquo* Modesto *palmam Martyrii consecutus, et in Mariano sepultus, adeo celebrem istic cultum obtinuerit, ut eorum qui ei deserviebant Clericorum aliquis, Passionis historiam in ejus ecclesia legendam colligere statuerit, collectis undecumque de* Vito *quocumque notitiis, et adjectis quas ingenium suggerebat circumstantiis opportunis.*

Passi tamen in Sicilia

B

videntur potuisse confundi cum aliis Romæ passis

atque ita esse permixta utrorumque Acta

C

3 *Cum hac libertate scriptam esse Passionem mox dandam, non autem ex certa scientia posita omnia, nemo, credo, dubitabit qui leget; et ut summum tenebit, certam esse relationem quoad substantiam. Sic autem comparato animo considerandum propono, an incredibile sit, diversas de duobus* Vitis *narrationes in unam historiam conflatas fuisse? Præter istos autem duos tertium etiam concipiamus, cujus corpus ex uno suburbanorum cœmeteriorum auferens Aistulfus, crediderit etiam se auferre, cujus Romæ legebantur Acta, qualia jam dixi ex duorum Passionibus in unam conflata Legendam. Sic possiderent Ticinenses, et consequenter Salisburgensis Ecclesia,* Vitum *suum, nihil commune habentem cum Actis hic danais, præter nomen, et in nomine fundatum diem cultus, arbitrarioque addita sociorum nomina. Sic Apuli et Calabri tenere poterunt, ad primas Barbarorum ex Africa in Siciliam incursiones, seculo* VI *vel* VII, *delata ad se corpora, quibus antiquissimæ dux apud Tarentum et Polignianum Abbatiæ gloriantur, velut fundationis suæ nomenclationisque principibus. Sic denique Romani corpus* S. Viti *Lucani, non Siculi, a Florentia matrona in Mariano sepultum, ad se receperint; ipsique et* Modesto *etiam Martyri, Ecclesiam et Diaconiam consecraverint, et uno aut sesquiseculo post cesserint Abbati San-Dionysiano.*

Ab utroque diversus alius tertius Vitus,

ab Aistulfo Papiam et hinc Salisburgum sic translatus:

D

AUCTORE D. P.

4 *Romanos quidem agnoscit probatque Baronius in Notis ad Romanum Martyrologium, hoc die et loco usque ad ætatem S. Gregorii religiosissime abstinuisse a tangendis dividendisque Sanctorum corporibus; sic ut pro magno ducerent Sanctuaria sive Brandea, id est Sindonas, ipsis vel eminus admotas, etiam Imperatoribus pro benedictione largiri;* de Græcorum autem consuetudine, qui ossa levare Sanctorum se asserunt, *scribit Gregorius ad Constantiam Augustam,* vehementer miramur et vix credimus. *Putat tamen idem Baronius* id *etiam Romæ* agi cœptum eo tempore, quo Franci, Romanam Ecclesiam a Longobardis aliisque tyrannis vindicantes, multis officiis de eadem sunt optime meriti. Quod enim, *inquit,* alias fuerat intentatum, tunc a Romanis Pontificibus consequi cœperunt. *Petitam pro auferendo* S. Viti *corpore obtentamque facultatem, non indicat num.* 3 *Auctor opusculi quod damus: sed ex comitatu Fulradi Abbatis unum ait* reperisse consilium, ut corpusculum... a loco quo positum erat tolleret, atque in prædio suo diligentissime collocaret; *ut videatur furtim ablatum indicare, corrupto fortasse pecunia custode. His præmissis accedo ad Passionis qualemcumque historiam, eamque bifariam divido, in favorem conjecturæ propositæ: Auctori vero peto indulgeri, quod diu post res actas scribens, licere sibi putaverit talia dicta et facta comminisci, qualia in variis, nihilo certiori fide tunc compositis, Sanctorum Martyrum Actis sparsim legerat; et qualia ab istis quoque, quos sibi in argumentum assumpserat, dici ac fieri potuisse credebat.*

priorum autem unus Roma in Franciam.

E

PARS I

A S. Vito acta et tolerata in Sicilia, sub patre Hyla et Præside Valeriano.

Tempore quo Valerianus Præses, sub Diocletiano et *a* Maximiano Imperatoribus, persecutionem Christianorum in *b* Sicilia provincia exercuit, erat ibidem sanctus puer Vitus, multa signa in nomine eorum faciens *c*, et die noctuque misericordiam divinam implorans; cui hoc est a Deo responsum: Faciam tecum, Vite, ut petisti misericordiam. Pater autem ejus Hylas, inclitus, sed sacrilegus, cum eum ad deorum cultum vocare non posset, *d* cathomis cædi jussit; atque *e* pædagogo ipsius Modesto accito, ita præcepit: Vide ne aliquando hic puer hujusmodi verba loquatur. Apparuit autem Angelus Domini infantulo, confortans eum, et ait ei: Datus, inquit, tibi sum custos, ut custodiam te usque in diem exitus tui, et omnia quæ petieris a Domino, dabuntur tibi. Sed et *f* pervenit ad eumdem Valerianum quod B. Vitus, nobilissimi viri Hylæ filius, Jesum Christum Dominum Deum coleret et adoraret. Tunc Præses vocavit patrem ejusdem venerabilis pueri, et dixit ei; Quid est quod audio de filio tuo, quoniam Deum, quem Christiani colunt, adorat? Si vis eum sanum et incolumem habere, ab hac eum stultitia satage revocare.

F

b

Puer ob fidem a patre cæsus,

c

d e

confortatus ab Angelo;

f

2 His auditis a Præside, Hylas vocavit ad se filium suum Vitum, et dixit ei: Fili dulcissime, audi patris tui utile et salubre tibi consilium, et ab istiusmodi cultus insipientia (cujus ritum nescio quem, mortuum hominem venerando, casso sectaris labore)

patri suo exponit mysteria fidei.

A

i x MSS

labore) recedere stude : ne forte ira Principis, secundum potestatis suæ furorem, in te, ad perniciem tui et augmentum doloris mei, desæviat. Tunc beatus puer respondens dixit patri suo. Utinam, mi pater, qualis et quantus is, quem mortuum hominem appellas, Christus videlicet Deus, filius Dei vivi, est, velles agnoscere, et mihi in ejus veneratione et cultu consensum præbere! Ipse est enim Agnus Dei, qui tollit peccata mundi. Hylas dixit : Ego scio, quia Christus, quem tu dicis Deum, apud Pilatum in Judæa flagellis cæsus, et ad crucifigendum traditus, et a Judæis et ejusdem Pilati ministris crucifixus est. S. Vitus dixit : Ut asseris ita est, sed hujus rei magnum et admirabile est sacrumque mysterium. Hylas dixit : Quantum ad rem spectat, dicendum est potius, esse supplicium, quod confiteris forte mysterium. S. Vitus dixit : Patienter audi pater, et veritatis suscipe rationem. Traditio et crucifixio Jesu Christi Domini nostri, redemptio et salus nostra esse dignoscitur : a cujus caritate, certissimus esto, pater, quia nemo, quacumque tribulatione illata, me unquam poterit separare.

B

Miraculis clarus,

3 Multi siquidem cæci per B. Vitum divina gratia illuminabantur, multi sanabantur ægroti : sed et multa dæmonia voce publica ipsius præclara merita fatebantur. Hæc audiens Valerianus Præses, sedens pro tribunali, patrem B. Viti coram omnibus his verbis aggreditur. Jam manifestius, Hylas vir illustrissime, audio, quod filius tuus illum crucifixum, quem in Judæa passum, Christum sui cultores nominant, tota devotione adorat et excolit, et deos nostros contemnit : quapropter dignum ducimus illum nostris præsentari conspectibus. Cumque B. Vitus venerabilis puer tribunali Præsidis sisteretur, interrogabat eum Valerianus dicens : Quare diis immortalibus non sacrificas? An nescis, quia Principes nostri jusserunt, ut si quis inventus fuerit illum Christum colens, diversis pœnis interficiatur? B. Vitus, repletus sancto Spiritu, non trepidans, neque, ut hujusmodi ætati familiare est, aliqua timoris signa habens, signaculo facto Christi filii Dei, aperuit os suum, et dixit : Ego dæmonibus non consentio, nec sculptilibus aut lapidibus venerationem ullam impendo : habeo enim Dominum Deum vivum, cui fideliter servit anima mea. Tunc Hylas pater ejus, ejulans voce magna, ad amicos suos dixit : Plangite mecum quæso, quia video unicum filium meum perire. S. Vitus dixit : Non debeo perire, si possum in congregatione justorum introire.

sistitur ad tribunal

fidem Christi profitetur :

C

4 Tunc Valerianus B. Vito dixit : Quia nobili genere ortus es, amicitia patris tui hactenus me retinuit, ut in te jussa Principum uti in sacrilegum non explerem. Nunc, quia video te obstinata mente in tua velle permanere sententia, correptione interrogabo, si te a cœpto conamine potero revocare. Et jussit fustibus mactari puerum. Cumque diutius fuisset mactatus, dixit ei Præses : Acquiesce nunc, et sacrifica diis. B. Vitus respondit : Semel tibi dixi, Præses, Christum adoro filium Dei. Tunc iratus Valerianus, jussit puerum cathomo cædi. Ministri autem mox, ut in infantem manus mittere tentaverunt, brachia eorum arefacta sunt. Sed et manus Præsidis arefacta est.

fustibus verberatur :

5 Tunc exclamavit Præses, dicens : Heu! manum perdidi, et dolore torqueor. Et advocans Hylam patrem ejus, dixit ei : Ut video non habes filium, sed magum. S. Vitus dixit : Non sum ego magus, sed Christi Domini mei famulus, qui me docuit mandata sua, cujus doctrina et opere repletus sum, qui et mortuos suscitavit, et pedibus super mare ambulavit; imperavitque ei et cessavit a furore suo : cujus ego sum servus, et in cujus virtute sanam possum facere manum tuam. Valerianus dixit : Fac ut te magum non esse, sed veri Dei (ut asseris) famulum computem. S. Vitus elevans ad cœlum oculos, dixit : Propter eos, qui adstant, Domine, ut videant et credant in Dominum nostrum Jesum Christum filium tuum; verum et omnipotentem Deum, in unitate sancti Spiritus tecum regnantem : ipsius Domini mei Jesu Christi nomine, sit nunc manus Præsidis sana. Et statim manum ejus sanam reddidit.

D

manum aridam Præsidis sanat.

6 Tunc Præses tradidit puerum patri suo, dicens : Vade et emenda hunc filium tuum, quatenus acquiescat et sacrificet diis, ut non pereat. Pater autem ejus beatum puerum Vitum suscipiens, introduxit eum in domum suam, et multis deliciis ac mollibus verbis suadebat ei : cymbalis quoque et organis demulcere tentabat eum, et affectabat ancillas suas saltare ante eum, qualiter placeret ei, et ut a cultu Dei sui recedere facilius persuaderet. Ille autem, cœlum incessanter suspiciens, dicebat intra se : Cor contritum et humiliatum, Deus, non spernas.

traditus patri, modis multis tentatur :

E

7 Jussit denique pater ejus cubiculum omnibus quibus poterat ornari deliciis, et sterni palliis, ac decorari lapidibus pretiosis, et introduxit in illud g filium suum Vitum; introductoque eo jussit claudi cubiculum. Beatus vero Vitus, flectens genua, Dominum deprecabatur, dicens : Deus Abraham, Deus Isaac, Deus Jacob, Deus Pater dilecti pueri tui Jesu Domini mei, respice in me, et miserere mei, et confirma me in virtute tua : ut non prævaleat draco iste, iniquitatis et malignitatis suæ votum perficere in servum tuum : ne insultent Gentes fidelibus tuis, et dicant, Ubi est Deus eorum? Cubiculum autem inæstimabili claritate fulgebat, et videbantur in eo quasi duodecim lampades, nimio fulgore splendentes; respersumque est suavissimo odore; ita ut pater Viti omnisque familia cum ingenti admiratione clamarent, dicentes : Papæ! Numquam nec in Deorum templis tanta mirabilia vidimus. Qua admiratione attonitus Hylas pater B. Viti dixit : Putas dii venerunt in domum meam ad filium meum? Cœpitque curiose attendere ad ostium, prospiciens in cubiculum : et vidit septem Angelos stantes, alas habentes more aquilarum, inæstimabilis pulchritudinis et splendoris fulgore radiantes; et cantabant, Ἅγιος, Ἅγιος, Ἅγιος.

inclusus cubiculo

g

irradiatur cælesti luce et odore

et cantu Angelorum :

F

8 Pater, ipse splendore reverberante in oculos ejus, cæcatus est; privatusque oculorum corporalium lumine, didicit secreta cœlestia non nisi puro mentis cerni posse obtutu. Beatus siquidem Vitus, pietatis ductus affectu, pro patre suo orabat, dicens : Deus cœli et Domine Jesu Christe, fili Dei vivi, qui natus ex Maria es perpetua Virgine, operante Spiritu sancto, ne me separes a patre meo, sed eum mecum aggregare digneris in aula sancta tua. Verumtamen, Domine, non voluntas mea, sed propositum fiat gratiæ tuæ. Pater autem ejus præ nimio dolore clamabat : Heu! inquit, fili, perdidi lumen oculorum, et ingenti dolore et angustia torqueor. Servorum nihilominus et ancillarum plurima multitudo dominum suum plangebat, cruciatibus et ululatibus miserabiliter nimis h vexatum. Ad quem clamorem adeo commota est civitas, ut etiam Valerianus Præses, ad voces commoti populi, ad domum Hylæ cum festinatione accurreret. Cumque introisset domum, et vidisset eum inter manus servulorum excæcatum, et ingenti stridore clamantem, hoc quomodo acciderit interrogare solicite cœpit. Cui Hylas respondit : In cubiculo filium meum curioso cœpi mirari intuitu et vidi Deos i, quorum oculi erant ut stellæ, et aspectus ut fulgur; et splendorem tantum

patre cæcato,

et ob dolorem ejulante,

h

ducitur a Præside ad aram Jovis, et Vestæ

i

tum ferre non prævalens, luce reverberante in oculos meos, lumen infelix nimis amisi. Valerianus dixit: Dii, inquam, ut tu asseris, fuere potentes. Tunc apprehendens Hylam una cum servis ejus, duxit eum ad templum Jovis: et positus ante aram Hylas, devovit Jovi, dicens: Deus invictissime Jovis, si me salvum feceris, lumenque oculorum mihi reddideris, victimas innumerabiles offeram tibi, et taurum conflatilem cum cornibus aureis; et virgines sacras, deæ Vestæ, tibi dicabo, cum vestro fuero potitus solatio: sed nullum remedium impetrans, acriori semper angebatur supplicio.

et acrius torquetur.

9 Interea beatus infans genua flectens, Dominum deprecabatur, dicens: Qui Tobiam illuminasti, Domine, fac misericordiam cum patre meo, si tibi consenserit. Diutius denique Hylas inaniter ante aras dæmonum exclamans, tandem ad domum suam reducitur, ubi B. Vitus sacrificium laudis Domino immolabat. Quo cum perductus fuisset, procidit ad genua B. Viti, dicens: Fili, salvum me fac. S. Vitus dixit: Et vis sanus fieri, pater? Ad quem ille: Volo et inhianter desidero, fili, ipso etiam voluntatem dolore cogente. B. Vitus dixit: Si sanus vis fieri, abrenuntia Jovi, Herculi, Junoni, Minervæ, Vestæ, atque Apollini. Hylas dixit: et quomodo abrenuntio? B. Vitus dixit: Non deos illos, sed dæmones esse dicens, statuas quas hactenus coluisti, nihil habere virtutis confitearis: et si ita eis ex corde abrenuntiaveris, mox lumen oculorum tuorum recipies. Hylas dixit: Abrenuntio eis. B. Vitus dixit: In hac responsione tua intelligo, quia obduratum est cor tuum: sed propter populum qui astat ut credat, et glorificetur nomen Domini mei Jesu Christi, licet non merearis, faciam tecum misericordiam. Et imponens manum super oculos ejus, oravit dicens: Domine Jesu Christe, qui cæco nato lumen, quod natura non gerebat, tua potentia tribuisti, quamquam fides ejus non mereatur, tamen propter gloriam nominis tui, illumina oculos hujus patris mei, ut videant et confundantur inimici tui, et lætentur omnes qui noverunt te, Domine. Et statum ceciderunt quasi squamæ ab oculis ejus, et sanus factus est, et respiciens vidit clare omnia, quæ se præsentia exhibuerant ejus obtutibus: exclamansque voce magna dixit S. Vito: Gratias ago diis meis, qui me salvum fecerunt, et non Deo tuo. Et cœpit satagere cum omni studio, quibus pœnis interficeret filium suum.

S. Vitus a patre rogatus,

visum ei reddit:

manet is tamen obstinatus in malo.

ANNOTATA D. P.

a *MS. Aquicinctinum et nostrum unum*, Tempore Diocletiani et Antonini: *qui manifestus est error. In MS. Trevirensi etiam legitur* tempore Valeriani et Gallieni, *ex quo forte aliqui* Vitum *Romæ passum putarunt. Item Aquicinctinum aliaque plura, loco* Præsidis *vel* Præfecti, *infra appellant* Valerianum Cæsarem.

b *Ita MS. Osnabrugense, itaque legerunt Ado et Usuardus, eosque secuti alii. lectionem autem veriorem hanc esse suadet Hieronymiani Martyrologii consensus, in omnibus quatuor Apographis, in quibusdam tamen MSS. quæ hic vidimus,* Cilicia *invenitur, per syllabarum inversionem, non raro alias observatam; pro qua plures Codices habent* Lyciam *vel* Liciam, *forte ex* Cilicia *factam, omissione unius syllabæ: nusquam autem adhuc invenimus* Lucaniam, *quam nominat Bellovacensis; nisi quod Petrus de Natalibus utramque provinciam mirabiliter sic conjungat.* Vitus, Modestus et Crescentia.... martyrio claruerunt in Sicilia: qui Vitus ex Lucania.... oriundus. *Hoc tamen secuti sunt Romani Martyrologii recognitores sub Gregorio* XIII; *et ubi eatenus lectum fuerat* in Sicilia, *legi jusserunt* in Lucania, *quod hodiedum servatur, omnibus antiquis MSS. refragantibus.*

Ex MSS.

c *In secundis Actis et apud Mombritium pluribus hæc extenduntur; et Mombritius,* ex Senatorum stirpe *descendisse Vitum legit.*

d *Quid sit* Cathomis cædi, *multis disputat hoc loco Baronius, pluribus in Glossario Cangius; utrique conveniunt, vocem Græcam esse ex* κατὰ *et* ὦμος, *ut sit quasi* κατ' ὤμους, *id est,* ad humeros: *quamquam apud auctores Græcos nihil simile inveniatur, et omnibus quæ ex pluribus allegantur locis consideratis, aliud concludere non possum, quam* Virgis *significari; non facie in occiput inflictis, sed uti solebat, et etiam nunc in Polonia solet, pueris, in humeros alterius sublatis atque ad nates cædendis: quod genus supplicii, ad majorem verecundiam, etiam mulieribus et viris aliquando adhibitum sit: hinc est quod puto, ut etiam ipsæ* Virgæ, *quia ad istum usum solitæ adhiberi, absolute vocentur* Cathomi.

e Papas, atis, *ut*, Papias, *[illegible] infra in Notis femininum* Papatissa: *sunt qui declinationis secundæ faciant, quasi a nominativo* Papatus, ti, to.

f *Hinc, post parvum exordium, incipiunt Acta in MS. Ultrajectino, et apud Surium.*

g *Alias* Cubiculus *[illegible] in masculino, uti ex Itinerario quodam Burdegalensi refert Cangius in Gloss.* Ibi etiam constat Cubiculus, in quo Salomon sedit: ipse vero cubiculus uno lapide est tectus.

h *MSS. quidam* Vernantem, *instar veris depingentis.*

i *Alia Acta*, vid. Deos igneos, quorum oculi erant scintillæ. *Atque hæc ad primam Actorum partem notasse satis sit: cui fortassis suus hic deest finis, ut alterius alibi* Viti *Acta, Siculi* Viti *Actis postea conjuncta. Recte, an secus, non definio: definire visi sunt editores Cracoviensis in Polonia Missalis, quando eam partem solam sumpserunt in argumentum Sequentiæ, post Epistolam cantandæ, satisque dignæ quæ hic legatur.*

Vito plaudat omnis ætas, et pro Vito fundens lætas
Christo solvat cantica.
Hic a vita vita Vitus, nudus mortis agens ritus,
Fecit portenta.
[illegible] consecrabat, cum pro Christo quem colebat
Mundi sprevit gaudia.
Dulce patris sprevit [illegible],
Vana [illegible].
Hic in brevi consummatus, infans et vix ablactatus,
Fidei regit semina.
Pater ejus hoc audito, hunc subducit cursu cito,
Infert ad flagella.
Post flagella blandimentis obleditur, sed tormentis
Fuerit constantia.
[illegible] quam nequiquam persuaderi,
[illegible].
Tandem Præses [illegible] præbens aures Vitum [illegible]
[illegible].
Si non cessat [illegible] filium ejus patri, et parcendum
[illegible].
Hylas ergo [illegible] et pro Vito reprehensus,
[illegible].
Verba patris [illegible] diis obaudi
[illegible].
Cogit pœnis [illegible], suadet pater desolatus
[illegible].
Sed nec Vitum perterrebat [illegible] ira, nec movebat
Mente pater anxia.
Cum in pœnis victor staret, et pro Christo vitam daret
Viva factus hostia.
O mirandum bellatorem! o stupendum hunc victorem!
O mira victoria!
Vitus puer in ætate, senes vicit gravitate,
Fidei constantia.
Ergo Vitum imploremus, Nos, qui Vito deferemus
Vota spiritualia.
Ut per ipsum coronemur, quam a nobis non meremur,
Sempiterna gloria.

PARS

A

EX MSS.

PARS II

Transitus in Lucaniam, inde Romam. Variæ pœnæ inflictæ. Obitus. Sepultura.

Angelo monente et ducente, cum S. Modesto navigat Alectorium.

Angelus autem Domini apparuit papati ejus, religioso viro, nomine Modesto, dicens: Tolle puerum, et descende ad mare, quo invenies naviculam, qua transfretabis una cum eo in regionem *a*, quam tibi ostendero. B. Modestus dixit: Domine, viam quam dicis nescio, et quo ibo? Angelus Domini dixit ei: Ego vos ducam. Erat autem B. Vitus *b* circiter annorum septem. Exeuntes vero Angelus Domini deducebat eos. Et dum pervenissent ad mare, invenerunt naviculam, quam eis Christus Dominus præparaverat. Conversus quoque Angelus Domini sub specie naucleri ad infantem, dixit ei: In quam regionem festinatis? Vitus dixit: Quo nos Dominus duxerit, prompti sequemur et hilares. Dixit ei Angelus Domini: Et naulum tuum ubi est? S. Vitus dixit: Cujus nos servi sumus, dabit tibi mercedem. Et ascendentes naviculam, appulerunt in loco qui dicitur *c* Alectorius: et subito is qui eos navi deposuit, non apparuit. B Venientes autem juxta flumen, quod dicitur *d* Siler, requieverunt sub arbore: ubi Dominus per B. Vitum multas operabatur virtutes. Cibus vero ministrabatur eis per aquilam cœlitus: et cum concursus populi multus, fama signorum vulgante virtutem Domini, ad eos fieret, clamabant dæmonia: Quid nobis et tibi, Vite? venisti ante tempus perdere nos. Beatus autem Vitus instanter docebat populum præcepta Domini, et multi convertentes baptizabantur. Sanctus quoque puer, gratiarum actiones Domino referens, dum prædicaret populo, divinam clementiam atque omnipotentiam devotissime decantabat; Credidi, propter quod locutus sum, Domine: ego autem humiliatus sum nimis. Et item. Sicut cervus desiderat ad fontes aquarum, ita desiderat anima mea ad te, Deus.

ab aquila nutritur:

convertit multos

11 Interea *e* filius Diocletiani Imperatoris vexabatur a spiritu immundo, et clamabat dæmon per os ejus, dicens: Si non venerit Vitus *f* Lucanus, hinc non exibo. Imperator dixit: Et ubi possum hominem hunc invenire? Dæmon dixit: In territorio est Tanagritano *g* juxta fluvium Siler. Tunc Diocletianus Imperator milites armatos misit, ut cum festinatione perducerent hominem, quem dæmon nomine designaverat. C Cumque venissent milites ad locum, quem dæmonis indicio audierant, invenerunt Christi athletam Vitum, circa fluvium Dominum exorantem. Ad quem milites dixerunt: Numquid tu es Vitus? Beatus infans dixit: Ego sum. Milites dixerunt: Imperatori es necessarius. S. Vitus respondit: Et ego tantillus homuncio, ad quid Imperatori sum necessarius? Milites dixerunt: Filius ejus a dæmonio vexatur, et ideo te ad eum perduci rogavit. S. Vitus dixit: Eamus in nomine Domini. Cumque pervenissent Romam, nuntiatur Diocletiano Imperatori ejus adventus: quem mox ad se introduci jussit. Vultus autem S. Viti erat speciosus nimis, et flammeus sicut ignis, et oculi ejus ut radii solis: utpote quia gratia Christi erat repletus. Cui Diocletianus Imperator dixit: Tu es Vitus? Ille autem tacuit. Tunc Cæsar Modestum de quibusdam quæ ei visa sunt cœpit interrogare. Sanctus vero Modestus, senex et naturæ simplicis, nesciebat congruum Imperatori dare responsum. Quapropter Diocletianus Imperator, senem exprobrando conturbavit. Unde S. Vitus dixit Imperatori: Cur interrogas senem uti juvenem? Vel propter canitiem debueras ei dare honorem. Diocletianus Imperator dixit: Unde tibi tanta præsumptio, ut contra potestatis nostræ auctoritatem sic furiose respondere audeas? D S. Vitus dixit: Nos iracundi non sumus, qui simplicitatis spiritum Christo largiente recepimus: quapropter, columbæ mansuetudinem imitamur, Magister enim noster qui nos docuit, natura est bonus, potestate magnus, et simplicitate modestus: et ideo qui ejus discipuli volunt fieri, mites et humiles corde, non iracundi et furiosi, ut denotas nos, debent esse.

a Diocletiano Imp. evocatus venit Romam.

generose respondet,

12 Tunc subito dæmon, per os vexati filii Diocletiani Imperatoris, clamavit horribiliter, dicens: O Vite, quare ante tempus crudeliter torques me? Cui S. Vitus nihil respondit: Diocletianus vero Imperator dixit S. Vito: Potes hunc filium meum sanum facere? Vitus respondit: Sanitatem quidem recuperare illum possibile est, quam ego illi non possum reddere; sed per me Christus filius Dei, cujus ego sum famulus, si vult eum ab hoc hoste pessimo liberare, facillime potest. Et cum, deprecante Diocletiano Imperatore, accessisset ad eum; manum superposuit capiti ejus, dicens: Spiritus immunde, in nomine Domini nostri Jesu Christi, recede ab hac creatura Dei. Et statim recessit ab eo dæmon, et occidit plurimos infidelium. Videns autem Diocletianus filium suum sanum, et plurimos infidelium, E qui S. Vito illudebant, a diabolo præfocatos; et sibi in elegantia pueri complacens; blande et affabiliter hortatus est S. Vitum, dicens: Consentire, mi Vite carissime, ut solummodo sacrifices diis; et dabo tibi maximam partem regni mei, et cumulabo te plurimis divitiis, auri et argenti, pretiosarumque vestium, atque totius multiplicitate suppellectilis, familiarissimumque et carissimum non immerito te habebo. Cui S. Vitus dixit: Regnum tuum et vestes tuæ atque divitiæ, mihi necessariæ non sunt: habeo enim Dominum Deum meum, qui si perseverando illi fideliter serviam, induet me stolam immortalem, quam tenebræ comprehendere non possunt. Diocletianus Imperator dixit: Non sic agas, Vite, sed consule potius vitæ tuæ, et sacrifica diis, ne diversis pœnis intereas. S. Vitus dixit: Inæstimabiliter quidem hæc tormenta, quæ promittis, desidero; quo ad illam palmam pertingere possim, quam Dominus electis suis dignatus est repromittere.

filium ejus a dæmone liberat:

non movetur promissis aut minis, ut sacrificet diis

13 Tunc præcepit Diocletianus ministris suis, ut B. Vitum, una cum Modesto, retruderent in dirissimum carcerem. Et cum retrusi fuissent in carcerem, jussit unumquemque eorum onerari ferro, appendente pondera *h* octoginta; F et carcerem annulo suo signari, quatenus nemo eis vel aquam potuisset porrigere. Et cum inclusi fuissent, subito claritas magna resplenduit in carcere, ita ut ipsi custodes territi mirarentur. Sanctus vero Vitus exclamavit voce magna, dicens: In auxilium nostrum tu intende, Domine: accelera et libera nos ab hac pœna, sicut liberasti tres pueros de camino ignis ardentis, et Susannam de iniquitate falsorum testium. Ad quam vocem B. Viti repente terræ motus factus est in carcere, et lux incomparabiliter radiavit, odorque inæstimabilis respersus est in habitaculo carceris. Apparuitque eis Dominus noster Jesus Christus, dicens B. Vito: Vite, exurge, confortare, et esto robustus: ecce ego tecum sum omnibus diebus, et sic recessit ab eis hæc visio. Ferrum vero, quo vincti erant et ponderati, dissolutum est, sicut cinis; et erat una vox psallentium Angelorum multorum cum eis in carcere, dicens: Benedictus Dominus Deus Israel, quia visitavit et fecit redemptionem plebis suæ; et erexit cornu salutis nobis, in domo David pueri sui. Hoc audientes custodes carceris, præ timore exanimes pene effecti, cucurrerunt ad palatium, voce magna clamantes: Imperator piissime, succurre, civitas omnis perit, cunctusque interit populus. Qua

retruditur in carcerem cum S. Modesto. *h*

per lucem et odorem visitatur a Christo

et Angelis,

voce

A voce commotus Imperator Diocletianus, dixit custodibus: Quod est tantum flagitium, ut sic permoti irrationabiliter proclametis! Custodes dixerunt: Vitum, quem nobis præcepisti ligare in carcere, claritas maxima circumdedit, et odor inæstimabilis in toto claustro respersus est, et est homo cum illis, (Vito videlicet et Modesto) cujus aspectum nullus hominum prævalet tolerare; eosque alloquitur, et multitudo candidatorum virorum, in laudes hilarissimas prosiliens, ibidem vociferatur.

solviturque a vinculis.

14 Tunc Diocletianus, furore succensus, jussit arenarium *i* præparari, dicens; Bestiis ferocissimis tradam eos, ut videam, si Christus eorum possit liberare eos de manibus meis. Et cum introducti fuissent in amphitheatrum, S. Vitus admonuit papatem suum, ut non expavesceret, dicens ei: Fortis esto, pater, ne timeas gladium diaboli, quoniam ecce nunc appropinquavit corona nostra. Erant autem in hoc spectaculo plusquam quinque *k* millia virorum, absque mulieribus et infantibus, quorum erat multitudo inæstimabilis. Cumque starent ante eum, Diocletianus dixit S. Vito: Vite, ubi te vides? Beatus autem Vitus, elevans oculos B ad cœlum, nihil respondit. Et Imperator repetito dixit ei: Ubi te vides, Vite? Et Vitus dixit: Video me esse in amphitheatro: verumtamen fac celerius quod facturus es. Diocletianus dixit: Consule vitæ tuæ, Vite, et sacrifica diis magnis. S. Vitus dixit: Numquam tibi bene sit, diabole, rapax lupe, animarum deceptor: miror enim frontem tuam, quia tantas cernens virtutes non erubescis hæc mihi persuadere. Ego vero Christum habeo, cui hactenus votum pectoris mei sacrificavi, et nunc quod superest meipsum illi sacrifico.

i

In amphitheatrum ductus animat S. Modestum.

k

15 Tunc præ nimio furore seipsum non capiens Imperator, jussit ministris parare clibanum, et in eo resolvi plumbum et resinam et picem. Feceruntque ministri sicut eis præceperat Imperator, et deposuerunt in eum beatum athletam Christi Vitum. Dum deponeretur, dixit Imperator; Ecce modo video, si Deus tuus poterit liberare te de manibus meis. Beatus vero Vitus, dum consignaret se signo Crucis vivificæ, jactatus est in medium clibani: et efferbuit fornax sicut mare. Et subito apparuit Angelus Domini, qui omnem clibani fervorem extinxit. Beatus autem Vitus; in medio clibanis stans, hym- C num dicebat Domino: Qui liberasti, inquit, Domine, filios Israel de terra Ægypti per Moysem, de jugo durissimo et fornace ferrea, fac nobiscum misericordiam, propter sancti nominis tui gloriam. Et vocans Diocletianum Imperatorem, dixit ei: Gratias ago tibi et ministris tuis, Diocletiane: quia mihi lavacrum placidum præparastis, *l* etiam sabana præparate. Universus autem populus voces dabat ad cœlum, dicens: Tanta mirabilia numquam vidimus; vere enim verus et magnus est Deus infantis hujus. Et exiliens B. Vitus de clibano, nullam maculam habebat in corpore, sed refulgebat caro ejus tamquam nix: unde et psallens dicebat: Probasti me, Domine, sicut aurum; igne me examinasti, et non est inventa in me inquitas. Imperatorem vero increpans: Erubesce, diabole, cum Satana patre tuo, videns quantam virtutem faciat Dominus meus in servo suo.

in ardentem fornacem conjectus,

ea per Angelum extincta

l

illæsus exit,

et objurgat Imperatorem

16 Imperator denique magis ac magis in iram frendens, jussit adduci leonem, cujus rugitum etiam homines vix poterant tolerare. Qui cum adductus fuisset, dixit Imperator B. Vito: Numquid et hic prævalebunt magicæ artes tuæ? S. Vitus dixit: Insipiens, stulte, insulse, et sine sensu: cur non attendis quia Christus Jesus Dominus meus mecum est, cujus jussu me Angelus ejus de omnibus pœnis et de manibus tuis potentissime liberabit? Et cum dimissus fuisset leo, S. Vitus signum sanctæ Cru- D cis fecit super eum: et leo cecidit ante pedes ejus, et protracta lingua lingebat plantas ejus. Tunc S. Vitus dixit Diocletiano: Ecce, impiissime, ipsa animalia reddunt honorem Deo, et tu non agnoscis Creatorem tuum; cui si credere volueris, adhuc tibi promitto, quoniam salvus eris. Imperator dixit; Tu illi credas, et omne genus tuum. S. Vitus subridens dixit: Bene dixisti, Imperator: ego enim et omne genus meum, quod ex Deo natum est per fidem qua ego renatus sum, perpetuam coronam, sicut et ego, desiderat in paradiso. In illa autem hora crediderunt in Christum quasi mille homines. Diocletianus ergo Imperator dixit: Vite, multi hæc gesta tua videntes, credunt artibus tuis, quibus et igni et feris imperas. S. Vitus respondit: Ignis et feræ non artibus imperantur; sed quia creaturæ sunt, Creatori suo reddunt honorem, Domino meo Jesu Christo. Unde tu plus confundi potes, quia quod res insensibiles et bestiæ irrationabiles faciunt, tu, qui rationabilis es, creaturis irrationabilibus es deterior.

signo Crucis leonem mansuefacit

ex MSS

et convertit mille homines.

17 Tunc Diocletianus jussit ministris, ut B. Vitum una cum S. Modesto papato suo et Crescentia nutrice *m* sua, quæ prædicatione ipsius B. Viti Christo credidit, in *n* catasta extenderent. S. Vitus E dixit Imperatori: Ridiculosam et imbecillem ostendis virtutem tuam, qui mulierem torquere jubes. Torquebantur autem in catasta Sancti Dei, ita ut dissiparentur ossa eorum, atque viscera apparerent. Et in hac tortura clamavit S. Vitus ad Dominum, dicens: Domine Deus, in nomine tuo salvos nos fac, et in virtute tua libera nos. Et statim terræmotus factus est magnus, et coruscationes terribiles, et ceciderunt templa idolorum *o*, et magna pars populi mortua est. Imperator quoque cum festinatione territus fugiens, percutiebat frontem suam manu cum ingenti clamore, dicens: Væ mihi, quia a tantillo infantulo turpiter superatus sum: Descendit autem Angelus Domini, et elevavit eos de catasta; et subito inventi sunt juxta fluvium, qui dicitur Siler, et requieverunt sub arbore; invocante S. Vito Dominum et dicente: Domine Jesu Christe, fili Dei vivi, perfice desiderium cordis eorum, qui in tuo sancto nomine volunt gloriari de passione martyrii mei. Custodi illos, Domine, ab omnibus periculis hujus seculi, et perduce eos ad gratiam et gloriam magnificentiæ tuæ, et per hos quatuor natalis mei, nusquam non *p* appareat, quæ magna est dæmonum, in hoc loco martyrii mei. Et cum complesset S. Vitus orationem, facta est vox de cœlo, dicens ad eum: Vite, exauditæ sunt orationes tuæ. F Et his dictis, beatæ Sanctorum animæ, sacris egressæ corporibus, in similitudine columbarum nive candidiores, comitantibus eas Angelorum psallentium choris, cœlum cum gaudio petierunt.

tortus in catasta cum Modesto et Crescentia,

m

n

o

liberatur ab Angelo,

p

et cum iisdem martyrium complens ad cœlum deducitur

18 Per triduum autem superno munere aquilæ custodierunt corpora eorum. Tertia vero die dum Florentia quædam, illustris femina, secus locum gestaretur ab equis in basterna *q*, super ripam fluminis Siler, subito exilientibus eisdem equis, quasi pavore quolibet territis, rapta est in modo mirabili in medium fluminis. Et cum cœpisset mergi apparuit ei S. Vitus, ambulans super aquas. Ad quem Florentia ingenti clamore dixit: Si Angelus Dei es, libera me. Cui B. Vitus respondit: Ego sum Vitus, a Domino, salutis humanæ auctore et provisore, transmissus, ut liberem te, quo sepelias corpora nostra; et quæcumque in nomine Salvatoris cum orationibus nostris petieris, impetres. Et hoc ordine ab impetu fluminis erepta Florentia, collegit corpora Sanctorum, et aromatibus condiens, sepelivit ea in eodem loco, ubi requieverunt, qui dicitur *r* Marianus. Passus est autem S. Vitus, una cum S.

Corpora sepeliuntur a Florentia.

q

r

EX MSS.

A S. Modesto et Crescentia, sub die XVII Kalendas Julias, regnante Domino nostro Jesu Christo, cui est honor et gloria, virtus et imperium, in secula seculorum. Amen.

ANNOTATA D. P.

a *Si Mazaræ vere natus est* Vitus, *haud longa ipsi fuit ad mare via : quod si etiam in Sicilia obiit, cum nutritoribus suis* Modesto atque Crescentia, *concipi poterit navigio delatos fuisse ad Promontorium, vulgo* Caput S. Viti *dictum : ibique omnes consummasse agonem, post prædicatam pluribus fidem, factaque tum ibi tum alibi per insulam miracula ; quoad iterum comprehensi, ibidem invenerint sepulturam, unde postea translati fuerint in Apuliam. Auctor vero, volens alterius* Viti *martyrium eidem personæ tribuere, eo transfretasse Siculos Martyres finxerit, unde Romam abductus fuit* Vitus Lucanus.

b *Hunc Petrus de Natalibus ait, quod Sanctus* septimo ætatis suæ anno ad martyrii palmam pervenit. *Alia Acta, quæ Bellovacensis sequitur*, Erat, *inquiunt*, Vitus annorum duodecim. *Fuisset autem*
B *vel sic supra ætatem sapiens, si vere ut eadem Acta in principio habent) erat* die ac nocte Dominum deprecans, et convertens animas non credentium, eleemosynis vacans, viduis et orphanis necessaria tribuens. *Sed apparet luxuriantis scriptoris hæc esse ; quibus sepositis, mirum non esset præcocem in septenni puero gratiam primas minas blanditiasque vicisse, et a nutritoribus Christianis subductum patris potestati, cum illis ad duodecimum annum in promontorio supradicto vixisse aut etiam diutius.*

c Ἀλεκτόριος *Græce, Latine* Gallinaceus *verteretur æque : facile autem Græci nominis locum in Lucania quam in Sicilia conceperis, cum utraque Græcizaret, et omnia fere propria nomina essent utrobique Græca : in neutra tamen nunc invenitur talis nominis indicium.*

d Siler, *alias* Silarus, *vulgo* Selo, *Picentes a Lucanis separans. Maurolycus Siculus, ne Sanctos ex Sicilia dimittat, diem* 15 *Junii, sic orditur :* In Sicilia juxta Selinuntem fluvium, sanctorum Martyrum Viti pueri etc. *ad Illius scilicet ostium jacet* Mazara, *credita* S. Viti *patria.*

e Filiam *melius legit Ado, quod recentiores sequuntur*, et Valeriam *intelligunt Galerio Maximiano nuptam. Spuriam aliquam spuriumve melius intellexeris :*
C *nec enim aliam legitimam prolem ullam habuit Diocletianus : sed si pro Diocletiano intelligendus est aliquis ejus Romæ Præfectus, cur non hujus quoque Præfecti filius aut filia intelligitur ?*

f *Ita propter habitationem Sanctum dici, intellexerit auctor : sed, si subsistit distinctio quam suggerimus, poterit hic vere Lucanus credi.*

g Tanager, *hodie* Niger, *in Silarim incurrit ; et nomen suum amittit supra Bucinum oppidum, milliario circiter* 16 *a mari.*

h *Alia Acta*, Centum quadraginta pondo.

i Arenarium *proprie dicitur fundus quilibet arenosus, unde arena effoditur : et sæpe etiam sumitur pro cæmeterio. Hic tamen significat Amphitheatri solum, quod alias* Arena *dicitur.*

k *Alia*, Quadraginta millia virorum.

l *Eadem*, Utinam et sabana præparassetis nobis ! *hæc autem sunt linteamina, quibus egressi de balneo et sudatione involvuntur, serviunt etiam in volvendis mortuorum corporibus.* Sudaria *dicerent latiniores. Vide* 9 *Januarii nostri ad Vitam S. Juliani cap.* 13 *litt* h.

m *Alia*, Papatissa sua : *sed quomodo hic ex improviso apparet illa, nusquam antea nominata : ne tunc quidem ubi transfretatio describitur ? Credo, quia hanc martyrii sociam nominabat Martyrologium vetus, cum* D
quo melius illam in Sicilia reliquissent posteri.

n Catasta, *locus editior, in quo venales servi aut rei examinandi torquendive exponebantur : vide* 5 *Martii passionem SS. Perpetuæ et Felicitatis cap.* 2, *litt.* c.

o *Auxesis procul dubio enormis ; sed quid hoc notamus, qui in tota hac narratione nihil* κατὰ τὸ πρέπον *invenimus digestum ? Alio prorsus stylo genuina martyrialium temporum Acta procedunt. Si responsa et interrogata utrimque brevia, apparitiones Angelorum vocesque cœlestes aut nullas aut rarissimas, pauciora tormenta, aliaque similia in illis consideres, scies quantum distent æra lupinis.*

p *Ridicule confictam petitionem merito omisit aliorum Actorum scriptor. Fortassis istis diebus simile aliquid observabatur in ecclesia Sancti apud Lucanos : nam sæpe in hujusmodi spuriis Actis finguntur a Deo petere Sancti morituri eam gratiam, qua ipsos post mortem Deus specialibus hominibus commendavit.*

q Basterna, *vehiculum tectum seu lectica muliebris a duobus animalibus gestanda : de qua vide Cangium in Glossario, erudite suo more disserentem.* E

r *MSS. quædam ;* Sepelivit in Mariano prædio.

D. P. DISQUISITIO CONJECTURALIS.

De prima sepultura S. Viti, et prætensa Translatione corporis ex Lucania in Apuliam.

Q*uisquis Acta suprascripta legerit, stylumque et ingenium Auctoris didicerit æstimare, ex paucis illis quæ hinc inde supersunt Martyrialium temporum Actis, qualia nostrum opus subinde suggerit, et mox hic sequentur de Sancto Dula ; eum credo non alienum futurum a conjectura, qua distinguendos suggessi* Vitos, *imparis duos ; quorum unus in Sicilia passus sit, cum* SS. Modesto et Crescentia ; *alius Romæ, ubi vel martyrii, vel saltem cultus socium habuerit* Modestum *alterum. Tali autem distinctione admissa ; sicut necesse erit corruere fidem narratæ in Actis transvectionis ex Sicilia in Lucaniam ; ita multo magis merebitur in dubium revocari, asserta sub finem, Sanctorum, e catasta Romana sublatorum divinitus, in eamdem Lucaniam transpositio ; qua* subito inventi juxta fluvium Siler, *ibidem, post fusas a* S. Vito *preces, expiraverint. Si certum foret eos, qui Romæ passi sunt, primam istic sepulturam nactos (Nam Siculos Martyres in Sicilia sepultos malim credere) suspicarer corpora, ut multorum aliorum, jactata in fluvium, divino nutu per marinos fluctus usque in Lucaniam devecta, adverso Silaci subiisse usque in locum, ubi inventa ac tumulata fuerunt. Nunc cum id non constet, nec aliunde probetur ibi fuisse (quod Acta præsumunt)* Marianum *(nam ædificandæ ibi ecclesiæ occasionem dare potuit* S. Viti, *ibi ante martyrium commorati, et multa miracula operati, memoria) videamus numquis alius Romæ propior locus potuerit primam sepulturam* S. Vito *dedisse.*

Supposita plurium Vitorum distinctione,

F

Lucanus posset videri, non relatus ad Silarim,

2 *Talem suggerere videntur Leander Albertus et Athanasius Kircherus in suo Latio illustrato, hic pag.* 80, *iste in descriptione Italiæ pag.* 211 ; *eo post Blondum propendentes ambo, ut* Caii Marii Villa, *dicta etiam* Marianum, *sit hodiernum* Marinum, *in agro Albano, ditionis Columnensium,* VIII *P. M. ab Urbe. Cum enim a mari longius distet istud Latii mediterranei oppidum, non potest nomen suum accepisse a* mari ; *et cum eo fere loco fuisse* Marii villa *putetur, nihil pronius fuerit, quam eam unico verbo* Marianum *quoque dictam, et per quamdam contractionem* Marinum. *Jam vero nihil usitatius Romæ fuit, quam Christi Martyres, post quæstiones atque tormenta coram tyrannis superata in Urbe, capitali sententia damnatos,* extra

sed prope Urbem cæsus,

A *extra urbem tertio quartove milliario plecti. Concipiamus ergo, via Albana vel Appia, capite minutos* SS. Vitum *atque* Modestum, *vel simul ambos, vel seorsim singulos; atque ad sepulturam a Florentia delatos* Marinum, *olim* Marianum, *ubi prædium illa suum habuerit: postea vero cessante persecutione ædificatam super eos ecclesiam; quæ seculis aliquot intacta steterit. Tum vero quis non videat fieri potuisse, ut populantibus Latium Barbaris, Herulis, Gothis, vel Longobardis, captum exustumque* Marianum *illud sit; corpora autem Sanctorum, vel ante, vel post cladem delata* in Diaconiam, *quæ erat Romæ* in Macello, *indeque dici cœperit* S. Viti?

et Marini via Albana sepultus:

3 *Quod ad Polignianenses attinet, ii cum apud se esse* Marianum *volunt, eoque translatum ex Lucania corpus* S. Viti *credunt; ipsa quibus nituntur Acta prorsus evertunt; nec tamen quod dicunt ullo persuadent argumento. Id ut appareat clarius, age ipsam ex Ughello translationis historiam, seu fabulam mavis dicere, hic describamus. Titulus est;* Incipit Translatio S. Viti cum sociis in territorio Polymniani: *ubi eruditis in Apuliæ viris considerandum relinquo, an non magnam novitatem sapiat ita scriptum nomen, usu ab iis verosimiliter inducto, qui ad* Polyhymniam *Musarum unam etymon referendum putaverunt, cum in MSS. monumentis usque ad seculum fere* XVI Poliguianum *legatur; itaque etiam habeat titulus in claustro S. Francisci Liciensis, Paulo Episcopo positus anno* MCCCCLX. *Sed hoc putetur, non tam auctoris quam scriptoris esse: rem ipsam totam videamus, observationibus criticis ad capita præcipua interpositis.*

fictitium autem esse Marianum quod in Apulia ponunt, Acta Translationis

B

4 Florentia quædam illustris femina, fuit Principissa Salerni: quæ propter orationem B. Viti, a tempestate fluvii Siler, fuerat liberata, in loco qui Basterna dicitur. Eidem mulieri illustri, supra aquas, dum fere mergeretur, B. Vitus apparuit; ab ipsius fluvii aquarum inundatione, sicut divina potentia eam præcipiebat eripiens: quæ dum a periculo illo evasisset immunis, cœpit in sanctæ Trinitatis amore fervescere, et votum vovit Deo et beatis Martyribus memoratis, ut eorum corpora, in loco qui dicitur Marianus, sicut B. Vitus ei præceperat, honorificæ traderet sepulturæ. Præfata vero illustris mulier, nimium de Sancti visione perterrita, ubi esset locus ille, qui Marianus dicitur, ab illo minime requisivit; sed postmodum mandatum beatissimi viri oblivioni non tradens, per omnes provincias ubi esset dictus locus Marianus diligenter fecit inquiri: sed nullo modo a servis suis quos proinde transmiserat, potuit inveniri. Videns ergo præfata Domina, quæ erat laudabilis vitæ et nimia bonitate conspicua, et dolens nimium quod locus inveniri non posset: intra se meditari cœpit, quid faceret. Nec mora, cum lacrymis et suspiriis juxta fluvium, ubi Sanctorum Martyrum inventa corpora, cum maximo honore fecit sepeliri; et ibidem cum diligentia ad honorem Dei et beatorum Martyrum, construi jussit ecclesiam: in qua quidem ecclesia altaria tria fuerunt ejus jussione constructa. In primo enim altari jussit corpus B. Viti summa cum veneratione recondi; in secundo vero, corpus B. Modesti; in tertio vero, corpus B. Crescentiæ, per manus Joannis Eremitæ, qui morabatur in monte Amalphiæ. Et per spatium annorum viginti omnipotens Deus languentibus multis integram restituit sanitatem, et miracula multa per eosdem sanctos Martyres operatus est in ea; catervis populorum undique ad eamdem ecclesiam confluentibus, propter miraculorum multitudinem, signorum pariter, coruscationesque virtutum.

ubi Florentia quæ sanctum sepelivit seculo 4

C

dicitur eidem ecclesiam ædificasse in Lucania,

5 *Placet hic tantisper subsistere, et miram rerum ac temporum confusionem notare. Describitur ecclesia, qualis verosimiliter adhuc superest, a Jacobillo visa, ad fluvium Siler, et a qua infra in* Marianum *dicuntur translata corpora anno* DCCCI, *tamquam in illa ibi annis viginti quieverint; adeoque illic posita primum fuerint anno* DCCLXXXI, *et quidem recens ad fluvii ripam reperta, atque eatenus insepulta; cum tamen agatur de Martyribus, sub Diocletiano passis, de quibus jam pridem legebatur in Actis, etiam extra Italiam tunc notis, quos eos* Florentia *in* Mariano *sepeliverit, statim a sua passione et morte. Neque duas hic velis concipere* Florentias, *quarum una seculo* IV, *altera* VIII *seculo vixerit: periculum enim submersionis, a quo liberata dicitur etiam in Actis, huic evasioni locum nullum relinquit. Id autem ridiculum est, quod nesciens Auctor quid esset* Basterna, *locum sic dictum sibi imaginatus sit, unde in aquas deciderit mulier. Hanc vero etiam* Principissam Salerni *facit; cum* Salerni Principes *primum cœperint nominari post annum* DCCCXL. *In illorum autem Principum Genealogiis, teste Ughello* Florentia *nulla invenitur: nullus etiam, qui frater ipsi mox infra assignatur,* Berardus: *cujus neque nomen, neque aliud simile in* ardus *terminatum invenias inter Longobardica, habentibus longe asperiora nomina, quam quæ postea a Francis Normannisque videntur adducta in Italiam. Normanni autem in partibus illis primum cœperunt dominari seculo* XI. *Mirum quoque videri possit, quod pro distribuendis per altaria corporibus sacris, non Salernitanus Episcopus aliquis loco propior; sed ob* Amalphiæ *monte longius remoto* Eremita Joannes *adducatur. Suspicor interim non omnino imaginarium* Joannem *istum esse, sed Amalphitanis aliquando notum: quod libenter discam, si forte istic cultum aliquem habeat, licet ea res nihil ad* S. Vitum *pertineret. Pergamus porro recensere fabulam.*

annis 20 ante an. 801:

D

AUCTORE D. P.

et fingitur Salerni Principissæ soror Berardi,

E

ad Sanctos collocandos usa Joanne Erem. Amalf.

6 Postmodum illustris illa Domina memorata, pia Divinitatis inspiratione compuncta, et frater ejus Berardus nomine, jam dictæ sororis suæ caritate deductus, navem miræ magnitudinis fieri præceperunt, cunctisque necessariis utensilibus introductis, adhibita sibi sicut expediebat societate non modica, navem ipsam feliciter sunt ingressi: et prospere navigantes, in viginti dierum spatio, ad portum Accon optatis successibus duce Domino pervenerunt: et ibi per tres dies moram facientes quietis solatio, ibidem in qua profecti sunt navi relicta, Hierosolymam honorifice properantes, sepulcrum Domini maxima cum devotione et reverentia visitarunt; aliis nihilominus locis sacris et venerabilibus ab eis visitatis, ita quod per quindecim dies in illis partibus incesserunt. Contigit interea fratrem prædictæ illustris Dominæ infirmari: de cujus infirmitate.... afflictæ illi... in somno apparuit B. Vitus, dicens: Nisi sepelieris corpora nostra, in loco qui dicitur Marianus, numquam de tuo dolore consolationem accipies... Igitur cum Domina supradicta de somno evigilans surrexisset; ecce quidam juvenis, in specie medici ante ipsam stans, dixit: Domina, quid mihi dabis, ut fratri tuo conferam sanitatem? Quæ gaudens dixit. Medietatem omnium bonorum meorum. Tunc juvenis subridens ait: Nihil aliud peto, nisi quod me deducatis in locum qui dicitur Marianus. Mox cum Principissa locum ipsum nominari audivit a juvene, ubi esset locus eum instanter requisivit. Qui dixit: in Apulia est, prope castrum Polymnianense, quod olim fuit a Julio Cæsare exercitu hostili dissipatum, in quo loco ego jugiter persevero. Adhuc simul intraverunt domum. Tunc juvenis manum infirmantis apprehendit, dicens: In nomine Jesu Christi, surge sanus; et statim surrexit incolumis.... Nec mora: apud Accon redierunt; et a Deo statim salubri aura concessa, navim intrantes, expansis carbasis prospere discesserunt. Et subito juvenis quidam eis super antennis

deinde Hierosolymam profecta,

F

fratri sanitatem impetrasse a S. Vito,

jubente se Polignianum transferri;

A antennis apparuit, et dixit illis: Nolite timere, ego enim sum Vitus Lucanus.

AUCTORE D. P. ubi inepte nominantur Accon pro Joppe,

7 *Sive sub fidelibus, sive sub infidelibus esset Sancta civitas, aut etiam de iisdem Duce Godefrido Bullonio recepta a Latinis, peregrinantium eo navigatio, Joppen portum solebat petere. At postquam Saladinus anno* MCLXXXVII *occupata Hierosolyma* Joppen *quoque destruxisset; sed et reliquum maritimum tractum Christianis eripuisset; Guido Rex infelix, sumpto ex desperatione consilio,* Acconem *leucis fere triginta remotam a Joppe obsedit, et anno* MCXCI *obtinuit: quæ totis centum annis, etiam post alia amissa omnia, mansit in Christianorum potestate. Igitur a seculi* XII° *usu, quo istuc instituebatur peregrinorum ex Europa cursus, sumpsit auctor occasionem suos hoc peregrinos ducendi* Acconem: *quo tamen ex Lucania veniri non potuit*

et iter definitur 20 aut 24 diebus:

spatio viginti dierum, *nisi quolibet die quinquaginta circiter horarum spatium emensum quis concipiat. Nihilominus, si fides sit Auctori nostro, simili fere successu usi redeuntes;* vigesimo quarto die *ex Accon* in locum Mariani, in quo portus est optimus, feliciter pervenerunt: et de navi descendentes, et hinc inde locum circumspicientes, viderunt quemdam

B senem, in rupe marini littoris sedentem; et interrogaverunt eum, quomodo nuncupatur locus iste: et respondit; Marianus vocatur. Quod audiens Domina illa, jucunda et hilaris effecta est. . . . et mittens nuntios suos apud Barum, equos emere jussit non paucos: et ipsa et frater ejus ascendentes. . . . infra septem dierum spatium ad locum, in quo Sanctorum Martyrum corpora quiescebant, cursu velocissimo redierunt: locus enim iste est juxta fluvium Siler, ut supra est notatum.

8 Tunc cum hymnis et canticis collecta multitudine Sacerdotum et virorum religiosorum, ... præsente Domino Nicolao, venerabili Salernitano Archiepiscopo, Reliquias memoratorum sanctorum Martyrum, a personis idoneis et honestis, de sarcophagis cum timore et reverentia extrahi, præceperunt: et involventes sindonibus pretiosis, ea in loco sancto et venerando fecerunt deponi. *Ast ante annum* DCCCXCIV Archiepiscopi *titulum cum ornavit Salernus, eo primum donata a Benedicto Papa VII,* Dominus, *autem* Nicolaus *ab eo tempore nullus ibi fuit, sed nec alius quisquam etiam antea, quod quidem probari possit, præter eum qui est in ordine Archiepiscoporum decimus quartus, et Ecclesiam summa cum laude rexit ab anno* MCLXXXI *usque ad* MCCXX, *uti supra ex Ughelio diximus. Tunc vero nulli erant* Salerni Principes *(quorum ultimus fuit Gisulfus II, Roberto Guis-*

inducitur etiam Nicolaus Salerni Arch

qualis non fuit ante an. 1181 post extinctos, Salerni Principes:

C *cardo Normanno ejusque successoribus cum titulum sibi inter alios gloriose vindicantibus; quoad usque (sicut ait tom. 7 col. 475 Ughellus) Jordano Columna ac postea Sanseverinatibus subjecta civitas, iterum Principatus titulo est donata, sub Martino Papa V et Joanna II, circa annum* MCCCCXX.

9 *His tamen omnibus insuper habitis, fingit auctor, quod* Florentia ac Berardus, *tamquam pleno et absoluto jure dominantes toto, quod dicitis, Neapolitano Regno, cetenus acta et in posterum constituta servatum sanxerunt Summo Pontifici: cujus nomen, quod debuerat exprimi, caute siletur, solumque dicitur quod* nuntios et scripta affectu paterno et honore suscepit, ... et habito cum Fratribus suis sine mora consilio (præsertim quia difficultatem pati non debuit hujusmodi res petita) petitionibus sæpe dictæ Dominæ et viri illustris Berardi fratris sui, benigno favore et grato concurrens assensu, omnia quæ in suis videbantur petitionibus contineri, per Apostolica scripta, in honore Dei et Sanctorum Martyrum fieri, et sine dilatione compleri districtius imperavit. *Quæ omnia excludunt tempora dominantium in Lucania aut Apulia Græcorum et Saracenorum; adeoque*

dissimulatur nomen Pontificis desuper consulti

quo adnuente et comitante Nicolao Archiep

ad Nicolai Archiepiscopi *prælaudati ætatem apte* D *referrentur: si proprios tunc Principes habuisset Salernum, quorum unus censeri* Berardus *posset.* Interim tamen sublimis illa Domina, et memoratus frater ejus, et sibi subjectus populus universus, jugiter in Dei laudibus cum sacrificiis; orationibus et vigiliis persistentes, sanctorum Martyrum corpora contrito corde et humili venerabatur affectu.

10 Igitur Domini Papæ precibus eo quo decuit honore susceptis, Dominum Nicolaum Archiepiscopum Salernitanum et Clerum universum congregari mandavit; præcipiens eis præfata Domina Principissa, ut locum Mariani deberent cum ipsa, ad sepeliendum sanctorum Martyrum corpora honore debito, proficisci. Qui omnes mandata tantæ Dominæ devotis animis admittentes, ad perficiendum opus Domini se honore debito præpararunt. Itaque sanctorum Martyrum Reliquiis, quibus decuit reverentia et honore susceptis, et in loculis pretiosis sicut oportuit collocatis; Domina Principissa cum Domino Salernitano Archiepiscopo viro religiosissimo, et Clericorum et aliorum multitudine copiosa, devote Deo gratias agens iter arripuit: et sic ipsa, et omnes E

nec non Petro Episc Canusino,

qui in comitatu ejus erant, duce Domino, in brevi dierum spatio apud Canusium prospere devenerunt. De quorum adventu Dominus Petrus, venerabilis Canusinæ Sedis Antistes, nimium lætus et jucundus; tam Dominam Principissam quam omnes qui in Comitatu ejus advenerant, intimo affectu caritatis suscepit, et Sanctorum Martyrum intuitu eis humiliter ministrare non destitit: ita quod præfata mulier eidem venerabili Antistiti, omnia quæ a beatissimo Vito in mandatis acceperat, per ordinem indicavit. Itaque idem venerabilis Antistes, et de jussione summi Pontificis, et de sanctorum Martyrum revelatione gavisus, nec non et prædictus Dominus Salernitanus Archiepiscopus, cum Clericorum et aliorum fidelium turba non modica, sequentes Dominam memoratam, ad sæpe dictum locum Marianum, cum devotione et orationibus devenerunt. Locus enim ipse Marianus erat de jurisdictione prædicti Antistitis Canusini.

deverta sunt corpora Polignanum,

11 *Supponitur ergo, Polignianensem Episcopatum nondum fuisse institutum cum hæc gererentur: institutus tamen ille fuit, si non ab anno* MXXXV, *saltem ab anno* MXCIII. Canusium *vulgo* Canosa, *passuum millibus quinquaginta distans, a primis Christianæ pacis temporibus Episcopalis civitas fuit; adeoque potuit, antequam a Saracenis sub annum* DCCCXXVII *destrueretur,* Petrum *habuisse Episcopum, eum qui in Vita S. Sabini Episcopi Canusini, corpus ejus honestius collocavisse dicitur, ut est apud Ughellum Tom. 7 col.* F 848; *sed nihil illi jurisdictionis esse potuit Poligniani, saltem independenter ab Archiepiscopo suo Barensi, plus quam duplo propiori. Verosimile proinde mihi fit, ipsummet Barensem intelligi ab auctore, vetusta affectante, quia huic ab anno* DCCCXLIV Canusini Episcopi *titulus accessit, auctoritate Joannis Papæ* XI, *extorrem a destructa civitate Anglarium promoventis ad Barensem, etsi a Saracenis tunc adhuc detentam:* Petrus *autem Barensis, hujus nominis,* Secundus *post Primum, qui anno* DXXX *ornatus fuit titulo Archiepiscopali, ab hoc seculo migrasse traditur anno* DCCCCL; *neque deinde ad præsens usque seculum* XVII *ullus eo nomine istic invenitur sedisse. Paulus Regius in Vita S. Viti, pro anno* DCCCI, Petrum *quidem nominat* Polignianensem Episcopum; *sed contra hanc ipsam cui innititur historiam, quæque expresse* Canusinum *appellat. Verum nos his dimissis, reliquum insulsæ narrationis videamus.*

quando Barensem Archiepiscopum potius nominasse oportuisset qui et Canusinus dictus,

sed non fuit Petrus nisi ad 950.

12 Tunc ad eumdem locum, regulari institutione construendum et benedicendum, cum gratiarum actione devenerunt; et ecclesias, ad honorem Dei et

Additur ab eadem Florentia monasterium

A et sanctorum Martyrum, assignarunt. Et statim Domina ipsa locum ipsum præcepit fodi circumquaque atque signari; et in brevi temporis spatio, nullis parcens expensis, in honorem beatissimorum Martyrum ecclesiam fieri fecit: in qua dictorum Sanctorum Martyrum corpora cum honore et reverentia collocavit, et ibi feliciter requiescunt, et operatur quotidie Deus per eos mirabilia multa signa atque prodigia. Acta sunt hæc anno ab Incarnatione Domini nostri Jesu Christi DCCCI. Celebratur autem Sanctorum Martyrum Translatio sexto kalendas Maii, regnante Domino nostro Jesu Christo, cui est honor et gloria, in secula seculorum, amen; emptis prius per ipsam Principissam nonnullis possessionibus, pro vita et sustentatione Monachorum Ordinis S. Benedicti indigentium, tunc stantium et in futurum; ut possent in eodem loco ab eis jugiter et Christus Jesus laudari, et Sanctorum corpora in perpetua veneratione haberi.

et dotatum pro Benedictinis S. Viti dictum:

13 *Si sub istius anni notæ aliquæ extitissent tabulæ dictarum emptionum donationumque, et unde sumpta fuisset occasio eidem anno adscribendi Translationem, etiam expressum habuissent verum emptricis ac donatricis nomen; neque necesse habuisset Auctor ex vetustis actis nomen* Florentiæ *mutuari, quam adeo importuno tempore fingeret Principissam Salernitanam. Itaque nihil video solidi fundi, unde farrago tam fabulosa potuerit elici; solumque datur locus conjectandi, hoc unum curæ scriptori fuisse, ut Sanctorum corporum possessionem quacumque fictione adstrueret suo Polignianensi monasterio, contra Tarentinos S. Viti Monachos, eadem corpora apud se haberi asserentes; contraque Lucanos ad Silarim, idem prætendentes. Id autem credidit obtineri posse, arrepto* Mariani *loci nomine, et diversissimorum seculorum personis in unius narrationis seriem compactis: quæ mirum est, ideo solum quia sunt Longobardicis Characteribus descripta, (talibus scilicet qualibus fere adhuc utitur Curia Romana) obtinere fidem aliquam potuisse apud imperitos. Interim nulla ibi mentio* Feriæ secundæ Paschalis; *ut verosimile sit necdum eidem adstrictam fuisse Translationis memoriam, quando talia primum scribebantur.*

et tota narratio undeque apparet pessime consuta

B

14 *Prodiit anno* MDCLVII, *Lupiensibus in Calabria typis, Italica lingua,* Sacer Gereon: sive de vita et martyrio SS. Viti, Modesti et Crescentiæ, Patronorum civitatis Poligniani in regno Neapolitano Historia Panegyrica, descripta a Marchione Polignianensi, D. Michaele Radulovicio; *multa verbositate exornans argumentum, quale supra legimus: sed prodiit tunc solummodo, quod etiam singularum paginarum titulus præfert,* Gerionis *istius* liber primus. *Huic, ut* alterum honoris collegam, viæque comitem, fratrem gemellum, *quamprimum addat Illustrissimus Auctor, hortatur Joan. Gancillus Palma, Archidiaconus Lupiensis, librum conquisitis undique encomiis prolixissime laudans. Continere debebat hic, quantum conjicere possum prædictæ Translationis historiam, simili verborum apparatu exornatam. Sed si in altero hoc argumento hæsit Auctor sicut in primo, nihil dubitans, nihil discernens; non plus ad nostrum intentum conferet posterior quam contulit primus. Negligendum tamen minime indicium censui, si forte aliquando impressus etiam sit iste 2 liber.*

Recentissima historia

C

D

AUCTORE D. P.

TRANSLATIO S. VITI

Roma in Franciam et inde in Corbeiam Saxonicam: Auctoribus eorumdem locorum Monachis duobus.

Ex MSS. Gladbacensi et Bodecensi.

PROLOGUS.

Scripturus aliquid, juxta modum possibilitatis nostræ, de virtutibus, quas misericordia Conditoris nostri modernis temporibus dignata est ostendere, propter gloriam beati pueri Viti et Martyris; primum necessarium duximus, ut ad laudem et gloriam summi Opificis verba vertamus. Nam si laudanda est pictura, multo magis pictor: et si gratanter naves vel quælibet vehicula, quæ nobis victum vel vestimentum afferunt, suscipiuntur; principales tamen gratias ei qui transmisit referimus. Sit ergo laus summæ et ineffabili Trinitati, quæ notam facere voluit in populis virtutem suam, et in omnibus gentibus salutare suum. Glorificet eum omnis creatura sua, omnis sexus omnisque ætas, qui omnem hominem vult salvum facere, et ad agnitionem veritatis venire. O Conditor atque dulcissime Domine, quis non timebit, aut quis non ex totis præcordiis suis diligat te? Ab initio enim, et ante secula, salutem nostram operatus es, et hoc multifarie multisque modis. Nam, postquam nostris meritis in hunc caliginosum carcerem decidimus, nec deserentes te deseruisti: sed stellas, quæ nobis in nocte iter agentibus viam ostenderent, misisti. Ante oculos namque habemus, nisi mortali somno obdormierimus, Abel, Seth, Enoch, Noe, Abraham, ceterosque Patriarchas, Prophetas, Apostolos, Martyres, Confessores, Virgines, Viduas atque laudabiles Monachos: et quia pigri sumus sequi hos, quos fortes atque laudabiles Scriptura teste cognovimus, etiam tua nobis laudabilis providentia occurrat. Attende quicumque es, et quæ cauta sunt legis vel audis; o, inquam miseri, quid infelices dicturi sumus in illa die districti examinis, quando præ oculis habebimus omnes qui in hoc seculo placuerunt Domino, alii in conjugio, alii in continentia, alii in viduitate, alii in virginitate, alii in senectute, alii in juventute; et, quod mirabilius est, in primæva ætate. Nam mirentur, qui volunt, Noe arcam, inter undas vagantem; Abraham, filium suum offerentem; Moysen, mare scindentem; Josue, solem figentem; ceterosque Patriarchas et Prophetas, miracula facientes: Apostolos quoque, umbra vel semicinctio infirmos curantes, mortuos suscitantes; ego tamen mirari non desino, qualiter vel quomodo fortis in passione, strenuus in reddenda ratione, assiduus in oratione, inflexibilis etiam in patris suasione, persistere potuit athleta Christi Vitus beatissimus, Puer et Martyr. Sed hæc miranti, jam jamque occurrat tua, Domine, pietas. Fecerunt siquidem Sancti miraculi, sed nullus sine te: certe tu in omnibus; et si tu, omnimodis et in isto. Hæc tua est, Domine, veneranda potestas, hæc tuorum certissima fides, quod manens inter omnia, complecteris omnia; idem manens, innovas omnia; nusquam dees, et ubique totus es. Agamus igitur indefessas gratias; laudemus, adoremus eum, qui fecit nos, per infinita secula. Amen.

Propter gloriam S. Viti primo laudandus Deus:

E

qui præmisit nobis Sanctos utriusque testamenti,

F

et inter hos S. Vitum Puerum Martyrem

Ex ms.

CAPUT I.

Reliquiæ S. Viti in Franciam translatæ, et pro novæ Corbeiæ in Saxonia structo monasterio, petitæ atque impetratæ.

Stabilita ubique fide Christi,

Post Salvatoris nostri Jesu Christi passionem et resurrectionem, post triumphos Apostolorum, ac victorias Martyrum, tandem ipse Rex regum et Dominus virtutum, superatis pacis inimicis, pacem Ecclesiæ suæ restituit, adeo ut ipsi Reges ad tumulos Martyrum prostrati adorent, et gloriosius in frontibus suis crucem Christi, quam diadema regium portare se gaudeant; simulque pro fide atque statu Ecclesiæ decertare contendant; honore quoque maximo, eorum, quos antecessores sui trucidarant, sepulcra ambiant. Quæ victoria Christi cum primum apud Romanos tripudiaret, Longobardorum gentem penetravit, atque in Francia gloriosius triumphare cœpit: Hispanos adiit, Britannos conclusit, Anglorum gentem subegit, et licet compulsi, ipsi Saxones, qui Anglorum socii fuerant, devota mente colla submittunt. Laus igitur soli Christo, et gloria inenarrabilis, qui nomen suum usque in terminos universæ terræ notum fieri voluit. Qualiter denique Saxones ad fidem atque ad agnitionem veritatis converti potuerint, breviter in sequenti annectere huic opusculo curavi.

a Vir pius cum S. Fulrado Abb. Romam profectus,

3 Eo igitur tempore, quo gloriosus Rex Pipinus Francorum regebat imperium, fuit vir venerabilis Fulradus *a* nomine, qui monasterium beatissimi Martyris Dionysii, ad regendum sanctorum cœtum Monachorum, susceperat. Hic cum magno desiderio æstuaret, qualiter beatissimis Martyribus honorem debitum impendere potuisset; non est contentus eorum corpora sola amplecti, quibus sedulum exhibebat officium; sed præfatum Principem adiit, petivitque ut eum Romam ire permitteret, quatenus inde Sanctorum corpora ad præfatum monasterium aliqua, sicut cupidus erat, transferre potuisset. Quod Princeps piissimus libenter accipiens, non solum licentiam dedit, sed et gratias pro tali desiderio retulit. At vero venerabilis Abba strenuos ac devotos sibi adjutores et socios ad hoc opus peragendum quærebat. Erat interea vir laicus, sed devotus, ejusdem Abbatis consanguineus, qui multam habens hereditatem ac familiam, filium non habebat; unde cogitare cœpit, quomodo hereditatem suam Domino consecraret: audiens vero jam dicti Abbatis desiderium, petivit ab eo, ut secum eum ire permittat. Cui cum præfatus vir omne desiderium suum aperuisset, divina comitante gratia tale repererunt consilium, ut corpusculum beatissimi pueri ac sacratissimi martyris Viti, a loco quo positum erat, tolleret, atque in prædio suo diligentissime poneret, ecclesiam quoque ejus nomini fabricaret: quæ donante sibi Domino omnia complevit: quo in loco, divina largiente clementia, per B. Viti martyris merita multæ hactenus ostenduntur virtutes atque signa.

transfert in Franciam S. Viti corpus,

et tradit monasterio S. Dionysii.

4 Præfatus vero Abba transtulit corpora beatorum Martyrum Alexandri et Ipolyti. Posthæc cum viri devotissimi, qui in præfato monasterio degebant, Beati Viri Reliquias apud præfatum virum esse didicissent; et qualiter pro Christi nomine sanguinem fudisset, in ejus Passione perlegissent; totis viribus hoc agere decreverunt, ut cum reliquorum Martyrum Reliquiis in basilica S. Dionysii poneretur. Sed ille qui eas transtulerat, omnem hereditatem suam, seque cum ipsis Reliquiis S. Dionysio tradi promittens, tandem obtinuit, ut in loco, quo positæ erant, eas manere permitterent. Mansit autem in eodem loco corpus beatissimi Martyris usque ad annum XXIII piissimi Imperatoris Ludovici, et octingentesimum tricesimum sextum incarnationis Dominicæ. Sed priusquam ad hoc, qualiter corpus sancti Martyris partibus Saxoniæ translatum sit, vel qualiter virtutes per eum Dominus in ipso itinere ostendere, dignatus est, verba vertamus; dignum duximus, ut de ejus monasterii constructione *b*, ubi ad præsens quiescere videtur, aliquid breviter dicamus.

c Carolus Magnus Imp. subacta Saxonia

5 Post obitum namque nobilissimi Regis *c* Pippini, Karolus filius ejus regnum obtinuit Francorum universum: cui Dominus tantam contulit virtutem atque potentiam, ut non solum Francorum regnum strenue gubernaret, sed etiam multas barbarorum gentes circumquaque subjugaret. Unde factum est, ut gentem Saxonicam, quæ olim contra Francos rebellabat, non solum suo dominio subegisset, sed et mellifluo Christi nomini dicare meruisset. Nam et hunc ideo præ omnibus Christianis Regibus potentissimum in bellis fuisse credimus, quia quos suo dominio subjugabat, Christi nomini dedicabat. Cum autem requiem præstitisset ei Dominus a compluribus inimicis suis, convocavit omnes, qui sub ditione sua erant majores, Sacerdotes et Principes; atque studiosissime quæsivit, quomodo veram fidem veramque religionem in universo regno suo firmaret. Quæsivit etiam nihilominus Sacerdotes bonæ spei, quos in Saxoniam dirigeret; qui ipsos secundum ecclesiasticam fidem docerent, domosque Episcoporum et ecclesias constituerent. Sed cum omnem ordinem ecclesiasticum in illa regione tradidisset, qualiter ibidem monasticam disciplinam instituere potuisset, invenire nequivit; nisi tantum, quod illius gentis homines, quos obsides et captivos tempore conflictionis adduxerat, per monasteria Francorum distribuit, legem quoque sanctam atque monasticam institui præcepit. Denique, quia in Corbeia *d* monasterio laudabilis eo tempore religio Monachorum habebatur, multos inibi ejusmodi viros fore constituit.

et conversa ad Christianismum

eo cupit etiam Monachos introduci;

cui ei Adalhardus Abbas Corbeiensis,

6 Erat igitur eodem tempore in præfato monasterio Abba, vir vitæ venerabilis meritoque eximius, Adalhardus nomine; nobilis genere, sed nobilior fide; fervens in disciplina, plenus caritate; sapiens in locutione, plenus dilectione; studiosus in lege divina, et plenus discretione. Hic cum esset inter primores palatii atque consiliarius Regis, scilicet quia erat consanguineus *e* ejusdem, voluntas supra dicti Regis ei abscondi minime potuit. Sed quia non erat inferior illo devotione, regressus ad monasterium, ab eis qui ibidem erant e gente Saxonica sciscitari cœpit, si possit illa in patria inveniri locus, ubi Monachorum monasterium construi rationabiliter posset. E quibus unus, Theodradus *f* nomine, ait: Scio, inquit, in patris mei possessione esse locum, ubi ex utraque parte fons vivus emanat, et multum aptus ad hoc opus mihi esse videtur. Cujus responsione delectatus venerabilis Pater, cum statim illas in partes direxit, ut diligenter rem prolatam investigaret; et, utrum pater et reliqui consanguinei hoc consentire vellent, inquireret. Qui cum isset, et patris matrisque, avunculi atque patruelis voluntatem cognovisset; reversus ad monasterium, ut hoc fieret desiderare potius, quam resistere velle nuntiavit.

locum aptum quærit et invenit:

g sed eo in Lombardiam misso differtur negotium

7 Sed jam dicto Abbati illo in tempore commissa erat *g* cura maxima, videlicet ut regnum Longobardorum gubernare deberet, donec filius Pippini Bernhardus nomine cresceret. Nam ipse Pippinus, Karoli regis filius ante triennii tempus obierat, et ideo prædictus Abba non potuit perficere quod cupierat,

A et per sexennii tempus tardatum est opus. Factum est autem, postquam præfatus puer crevit, accepit ei uxorem, et constituit secundum jussionem Principis super omne regnum. His ita gestis, perrexit Romam, non solum orationis causa, sed etiam, ut cum venerabili viro Leone *h* Papa conferret, de necessitate regia et plebis. Ubi cum moraretur, atque simul de profectu adolescentis gauderet; subito venit nuntius pennigero volatu, afferens epistolam luctuosam nimis, de morte *i* Karoli Imperatoris. Qua perlecta, mœstus nimis venerabilis Pater illo de loco abscessit, statimque ad monasterium proprium perrexit: Ludowicus autem, qui usquequaque Wasconum regnum tenuit, super omne Francorum regnum est sublimatus. Tunc accesserunt ad eum viri, dolo iniquitatis pleni, et accusaverunt venerabilem Adalhardum, et ejecerunt eum de honore suo absque culpa, exiliaverunt *k* sine causa. Interea vero Ludowicus Imperator jussit, ut Corbeienses Monachi alium de suis Abbatem sibi eligerent. Illi vero, tandem post mœstitiam consolati, elegerunt sibi ejusdem nominis virum, æque sanctissimum et æque dignum. Hoc enim ita futurum utrisque quidam Eremita diu prædixerat: quando hi duo viri B ejusdem nominis, ejusdemque propositi, Anachoritæ fieri voluerunt, et seculi gloriam et occupationes terrenarum rerum fugientes, Beneventum usque pervenerunt.

h

i
Carolus moritur, Ludowicus succedens,

k

8 Hic itaque Adalhardus, monasterium ad gubernandum cum suscepisset, satis egit, ut omnia, quæ prior Adalhardus secundum voluntatem Dei facere proposuerat, instanter impleret. Scilicet quia eorum semper in bonum una fuerat voluntas, et eosdem ut prior habebat in consilio adjutores; adjungens sibi maxime venerabilem virum Walonem, qui frater erat prioris Adalhardi, et in diebus Karoli Imperatoris magnæ fuerat potestatis, omnibus, qui erant in palatio venerabiliores, et omni provinciæ Saxonicæ prælatus: sed ut præscivit, quod eum quidam infestare vellent, ut accusarent, portum monasterii petiit, ibique cum multo studio Domino servire decrevit. Hunc præfatus Abba familiarissimum habuit. Interea recordatus ipse Abba, qualem prior Adalhardus habuit voluntatem de constructione monasterii in Saxoniæ partibus; habuit consilium cum senioribus Fratribus, et cum his qui ab illis partibus venerant, ad extremum cum omni Congre- C gatione, qualiter hoc ad profectum adduceretur, Visumque est omnibus, justum esse, ut hanc rem indicaret Imperatori, ut cum ejus fieret imperio et voluntate.

Adalhardum II substituit:

quo cœpta prima promovente,

9 Factum est autem eodem tempore; ut serenissimus Imperator Ludowicus haberet placitum in Saxonia, in loco qui dicitur Patherbrunna, in secundo anno regni sui, incarnationis vero Domini octingentesimo decimoquinto. Tunc accessit præfatus Abba ad eum, et locutus est ei cum consilio suadens, ut ad profectum Christianæ religionis in eadem provincia, monasterium monachorum construere juberet. Quod cum piissimus Princeps benigne suscepisset, placuit accersere Episcopum nomine *m* Hathumarum, ad cujus diœcesin pertinebat locus, ubi construendum erat monasterium, ut cum ejus fieret imperio et voluntate. Sicque factum est, ut ab ea die et deinceps, religio Monachorum etiam in regione Saxonica succresceret atque proficeret. Eodem die, remisit Domnus Imperator eidem Abbati omne servitium quod ad se pertinebat, ut liberius sanctum opus implere quivisset. Cœpit autem ædificare in loco qui dicitur *n* Hechis; ubi cum per sex et eo amplius *o* annos laborassent, nihil proficere potuerunt, nisi quod religio sancta in loco deserto tradebatur: nam locus ita aridus erat, ut nec victum, nec vestimentum ibidem invenire possent, nisi quantum D præfatus Abba a monasterio proprio deferri faciebat. Augebatur tamen quotidie numerus Monachorum ex nobilissimo Saxonum genere: pueri quoque bonæ indolis nutriebantur optime, et licet opibus essent pauperes, religione sancta pollebant.

l
post comitia Paderbornensia,

m
inchoatur in Hethis monasterium,

n
o

10 Erat eo tempore Adalbertus, vir religiosus, præfato in loco Præpositus, qui cum æstuaret angustia, eo quod non haberet ad opus Fratrum stipendia, cœpit de mutatione loci cogitare; sed ubi, vel qualiter, invenire nequibat. Sed cum magna habitatoribus ingrueret necessitas, ad hoc ventum est, ut se in tres partes dividerent cum Prioribus singulis Interim necessitas vertitur in voluntatem; omnes pariter de mutatione loci tractare cœperunt. Affuit interea etiam eis, in tanta necessitate positis, divina clementia: ascendit enim in cor Regis, ut revocaret venerabilem virum Adalhardum senem, et restitueret ei omnem priorem honorem, et multo eum amplius, quam unquam antea fuerat, sublimaret. Qui cum jam dictos Monachos in tanta cognovisset penuria esse, cum omni festinatione misit, dans pretium; jussitque, ut sicubi invenirentur carræ oneriferæ, et tam annonam quam boves compararent, et cum fe- E stinatione laborantibus subvenirent. Post hæc accessit ad Imperatorem, et rogavit ut daret licentiam, quærere inter illa loca, quæ ad se pertinebant, si forte posset alicubi in præfata regione locum invenire, ubi monasterium rite fieri posset: quod a pio Principe statim concessum est. Tum venerabilis Abba accepta licentia pervenit in partes Saxoniæ, una cum Walone fratre suo. Quo cum pervenissent, didicerunt a Fratribus, quia erat locus situs super fluvium Wisera, in pago Auguense, qui pertinebat ad villam, cui vocabulum est *p* Huxere; quod et antea quidam audiverant, et ad ipsum Imperatorem indicaverant. Ierunt ergo, et quidam ex Fratribus cum eis; et invenerunt locum, quia erat optimus et habitationi Monachorum congruus. Tunc inierunt consilium cum Episcopis et Comitibus, et cum nobilissimis viris ejusdem gentis, ut instanter eumdem locum excolerent, et monasterium ibidem collocarent.

sub Adelberto Præposito,

in summa rerum inopia;

p
ob quam electo ad Visurgim loco,

11 Venerunt ergo anno octingentesimo vicesimo *q* secundo Dominicæ incarnationis, sub die octavo Idus Augusti, regnante Ludowico serenissimo Augusto *r* undecimo anno, ad locum memoratum: circumspectoque ex omni parte, et undique circuientes, F prostrati in orationem decantaverunt Psalmos, ad hoc officium pertinentes. Et postquam compleverunt letaniam et orationem, jactaverunt lineam, et infixerunt paxillos, et cœperunt mensurare, prius quidem templum, inde habitationes Fratrum. Quod cum peregissent, constituentes, qui quædam habitacula initiarent, ad propria sunt reversi. Sed primum petierunt Episcopum, ut veniret et sanctificaret locum, vexillumque sanctæ Crucis in loco altaris poneret; nomenque, ut Corbeia vocaretur, aptaret: quod factum esse octavo Kalend. Septembris constat. Et eadem die cœperunt qui aderant ædificia erigere: erant tamen pauci numero, usque ad diem sextam Kalen. Octobris. Septimo Kalendarum namque ejusdem mensis surrexerunt a loco, quo usquequaque habitaverunt, cum omni supellectile sua, senes et pueri, et alia die venerunt ad locum destinatum; et celebraverunt Missarum solennia, cum omni gratiarum actione, laudantes Dominum et benedicentes Domino. Sequenti autem anno venit iterum venerabilis Abba, et plures ex Fratribus cum eo; et convocans omnem congregationem, instruxit eos de omnibus quæ ad cultum divinum et religionem sanctam pertinebant; quomodo et qualiter qui scire voluerit, in libello, qui de vita ejus dictatus est, plenius invenire potest.

q
anno 822 commigratur;
r

et nova Corbeia fundatur.

impetrantur ei privilegia.

12

A 12 Cum autem appropinquare cerneret diem mortis suæ, misit venerabilem virum Walonem ad palatium, ut talem libertatem et tuitionem ex parte Imperatoris loci illius habitatoribus impetraret, qualem ceteræ quoque sublimia monasteria per Franciam habebant: quod ille fideliter egit, et Domnus Imperator benigne concessit. Quæ postquam gesta sunt, iterum cœpit cogitare, quemadmodum loco Patris Abbatem præferret, qui secundum voluntatem Domini regere posset Monachorum gregem, qui quotidie augebatur atque crescebat. Erat eodem tempore in Corbeiensi monasterio quidam adolescens Monachus, qui ex nobilissimo Francorum atque Saxonum genere fuerat ortus, nomine Warinus. Hic a tanta perfectione cœpit, ut cum esset juvenis, atque magna potestate præditus, haberetque sibi desponsatam virginem pulchram atque nobilissimam, et jam jamque inter primos Palatii consisteret, elegit potius servire Domino æterno, quam Regi mortali, relictisque omnibus portum monasterii petiit. Hunc venerabilis Pater in nova Corbeia juvenem Abbatem facere cogitabat, confidens scilicet de Domini misericordia, ut qui a tanta perfectione cœpisset, perfectius consummaret: B Fratres autem agebant, ut venerabilem virum Walonem sibi in Patrem eligerent. Interim cum jam jamque diem egressionis suæ adesse sentiret, misit ut quem vellent eligerent, accepta licentia Imperatoris.

ex MS. et Warinus præficitur:

13 Interim dum electio protelatur, religiosus Abba diem finivit extremum s. Quo nuntio omnes mœrore concussi; Walo, qui tunc ibi electionis gratia morabatur, jussus pergit ad Palatium, inde ad proprium monasterium, statimque ibi ab omnibus eligitur in Abbatem. At vero hi, qui in Saxonia habitabant Monachi, de electione Abbatis sui beatæ memoriæ Adalhardi confisi, eligunt sibi Abbatem jam dictum virum venerabilem Warinum, qui proficiebat quotidie, et acceptus erat tam Deo quam hominibus. His vero gestis, post aliquod temporis spatium, accidit quædam disceptatio inter Ludowicum Imperatorem et Principes qui erant in regno; pro qua re in tantum indignatio Principis excrevit, ut et Walo, quem olim ante omnes dilexerat, in exilium mitteretur, et t Hilduwinum, virum æque devotissimum, in Saxoniæ partibus, scilicet in monasterio Corbeia, tamquam in exilio collocaret. C Interim venerabilis Abba Warinus majori honore apud Imperatorem habebatur. At vero memor, quod sibi commissum erat, scilicet ut inter barbarorum gentes monasterium ædificaret; petiit ut de corporibus Sanctorum, quorum plurimi habebantur in Francia, sibi aliquod transferre in proprium licuisset monasterium: statimque Imperator, ut fieret, jussit. Qui cum multum eodem anno laborasset, ut S. Victoricum u de Ambianis civitate transferret, hoc implere nequivit; quia accolæ terræ illius hoc graviter ferebant. Tunc reversus est ad propria, multorum tamen Sanctorum Reliquias secum adferens.

s qui deinde mortuo Adalardo fit Abbas

t favente quoque sibi Hilduino Abb. S. Dionysii,

u

14 Illo vero in tempore venerabilis Abba Hilduwinus in eodem monasterio jussu habitabat Imperatoris, eratque omnibus carus atque dilectissimus: quis enim se continere posset ab amore ejus, qui Dominum summo desiderio amabat, et in ejusdem cultu assiduus erat? Hic cum cognovisset desiderium præfati Abbatis et Fratrum, quia volebant, ob augmentum Christiani cultus, aliquem Sanctorum in monasterium suum transferre; promisit, quod si se Dominus in honorem pristinum collocaret, absque retractatione aliquem eorum, qui sub ditione sua erant, eis daret: statimque post aliquot dies honori pristino restitutus est. Post hoc Imperator etiam venerabilem Abbatem x Warinum ampliavit honore, eique monasterium y Rasbacis, cognomento Hierusalem, ad gubernandum tradidit. Tunc accessit ad D venerabilem virum Hilduwinum, et rogavit eum, ut memor esset promissionis suæ, et daret ei corpus beatissimi pueri et martyris Viti. Qualiter autem, vel quo tempore hoc corpus S. Viti in Saxonia translatum sit, et in monasterio quod Corbeia nova dicitur collocatum, intimare curavimus z.

Warinus Ab. impetrat corpus S. Viti.

x

y

ANNOTATA G. H. ET D. P.

a B. Fulradi *Acta dedimus* 17 *Februarii, et in iis* §. 3 *de hoc ejus itinere, et Reliquiis Roma in Gallias translatis egimus, et potissimum de corporibus SS. Alexandri et Hippolyti, quorum hic fit mentio. Videtur autem ipsum iter referri posse ad annum* 756, *quando Pippinum in Longobardiam comitatus* Fulradus, *victo Aistulfo, claves civitatum reddendarum Romam detulit; quæ optima occasio fuit prædicta corpora impetrandi.*

b *S. Gerardus Ab. in Prologo ad Vitam Fulradi Ab. monet, quod auctor,* per hanc scribendi viam ingressus, non authentice sensit: Quomodo enim aliter, *inquit* interponeret Corbeiam novam, quam construxit S. Adelardus? *deinde monet, quod* in his quæ E secus quam sunt sensit, a nullo sit per singula credendus; *puto autem legendum,* quam non construxit Adelardus: *quid enim aliud posset hic reprehendi? Illud tamen non dicit Auctor, sed narrat quomodo de novo monasterio in Saxonia struendo cogitaverit Carolus cum S. Adalhardo.*

c Pippino *patri,* 24 *Septembris anni* 768 *mortuo, successit* Carolus Magnus.

d *Loquitur de* Corbeia antiqua *sive* Gallica, *ad dexteram ripam Somonæ fundata a S. Bathilde Regina, uti dictum* 26 *Januarii in ejus Vita* 2 *num.* 9.

e *Scilicet patrueles erant: quia natus erat* S. Adelardus *patre Bernardo, fratre Pippini Regis.*

f *S. Gerardus ait,* Monachum Corbeiæ factum.

g *Hæc cura commissa dicitur a Ratberto num.* 16 ut regnum et ejus Regem Pippinum juniorem ad statum Reip. et ad religionis cultum..... informaret: *Gerardus num.* 14, ut Pippino juniori ad regendum magistraret. *Fuisse huic filium Bernardum, sed naturalem, asserit Theganus: alii antiqui ejus non meminerunt. Obierat autem Pippinus Mediolani an.* 810.

h *Hic est* Leo 3, *creatus* 27 *Decembris anni* 795, F *mortuus anno* 816 *die* 12 *Junii, quando de eo egimus.*

i *Mortuus est* Carolus *anno* 814, 28 *Januarii, quo ejus Vitam illustravimus; adeoque non intercessit sexennium a morte Pippini Italiæ Regis, uti hallucinatur hic Auctor.*

k *De exilio hoc late agitur in utraque ejus Vita: secundam a S. Gerardo scriptam jam ante allegavimus: primam scripsit S. Paschasius Ratbertus, et hæc est ad quam infra num.* 11, *se refert hic Auctor.*

l *In Annalibus sub nomine Eginhardi, ad hunc annum* 815, *dicitur* Padrabunnæ generalem populi sui conventum habuisse, *ut Heriolto Regi, ex Dania pulso, opem poscenti succurreret.*

m Hathamarus, *primus Episcopus Paderbornensis anno* 795 *constitutus; quem ex hoc loco constaret, non anno* 804, *sed ad hunc annum* 815, *aut sequentes vita functum, si satis certa hic esset auctori fides: de qua dubitans Gelenius,* Baduradum *vult legi.*

n Hethu, *sive* Hetha, *in silva Sollingensi: Meibomius* Hechi *legit.*

o *Ab anno* 815 *ad an.* 822, *et septem annos numerat Letznerus.*

p Huxera *ibidem oppidum, sub potestate etiamnum monasterii Corbeiensis.*

q *Chronicon Corbeiense apud Meibomium sic incipit:*

A *pit :* Anno Dominicæ Incarnationis 822, Indictione 15, 8 Kalend. Septemb. 2 feria *(qui Characteres optime inter se conveniunt, per ejus anni litteram Dominicalem* E *)* Monachi, qui in loco, qui Hetha dicitur, per septem annos prius demorabantur, inde egressi cum Crucibus et Reliquiis in hunc locum pervenerunt : locumque ab Episcopo Badurado, qui tunc præsens aderat, Corbeiæ nomen impositum est. *Fundationis tabulas et alia plura vide apud Mabilonem ; Badnradus autem successor Hathumari, dicitur vixisse usque ad annum* 851.

r *Imo* Nono : *videtur autem error commissus ex transpositione litterarum numeralium* XI *pro* IX.

s *Anno* 826, *atque in* Corbeia Gallica, *inquit Mabilio, non* in Saxonica, *ut Baronius.*

t *Hilduinum Abbatem S. Dionysii prope Parisios, quem* primo ad Paderbornam aliquamdiu commoratum, postea ad Corbeiam novam positum, *habent Acta Translationis S. Pusinnæ* 23 *Aprilis, pag.* 171 *num.* 4. *De ejus exilio paulo aliter narrantem lege Vitam Ludovici Augusti ad an.* 830

u S. Victoricas, *cum S. Fusciano et Gentiano martyrium passus sub Maximiano et Rictiovaro Præ-* B *side,* XI *Decembris.*

x Warinum *notat Mabilio vixisse usque ad an.* 856 *et* 12 *kal. Octobris, variaque circa gesta ejus indicat.*

y Rabaseus *seu* Rasbacum *monasterium, a S. Audoeno fundatum in diœcesi Meldensi et Saltu Briegensi, prope Matronam fluvium, ad* Rasbacum *id est Celerem-amnem, vulgo* Rebes, *vel* Rebais, *quod Meldis septem fere leucis distare indicat Mabilio remittitque Lectorem ad dicta in suo seculo* 2 *ante Vitam S. Agili, primi istic Abbatis, de quo nos agemus* 30 *Augusti.*

z *Hinc porro notet Lector stylum prorsus alium Auctoris multo antiquioris et testis rerum oculati.*

CAPUT II.

Translatio S. Viti ab Corbeiam-novam miracula per iter.

Cum licentia Episcopi Parisius

Anno incarnationis Domini nostri Jesu Christi octingentesimo tricesimo sexto, Indictione quarta decima, anno autem Imperii sacratissimi Imperatoris Ludovici vicesimo tertio ; Warinus, Abba monasterii Rasbacensis cognomento Hierusalem, sed et Corbeiensis novi, a cujus fundatione annus vertebatur decimus quartus ; consulens salutem patriæ, C salutem etiam gentis suæ, et exaltationem loci ipsius, ob causam fidei et religionis, expetivit a viro religioso et venerabili abbate Hilduwino monasterii S. Dionysii, ut de sanctis Martyribus venerabilibus, quorum corpora in loco præfato humata quiescebant, aliquem ei ad confirmandam fidem gentis suæ tribueret, atque licentiam portandi concederet. Quam petitionem Hilduwinus Abba, cum voluntate et licentia piissimi imperatoris Ludowici, consensu etiam *a* Episcopi Parisiacæ urbis, ceterorumque nobilium virorum, in supradicta diœcesi commorantium, libenter annuens ; dedit ei, ut supradictum est, corpus S. Viti pueri et martyris Lucani, qui sub Diocletiani *b* et Maximiani temporibus passus esse ; et a quodam viro religioso, regnante Pippino translatus ab Italia in Franciam, et in diœcesi Parisiaca locatus narratur : cujus merito in loco *c*, ubi positum fuerat corpus ipsius, ut supra dictum est, multas Dominus virtutes operatus est. Fertur enim ab incolis loci illius, ubi beatissimus Martyr in corpore quievit, quo ipso in loco positum fuerat, numquam ibi tempestates aut fulgura nocuisse.

an. 836, 19 Martii

16 Hoc corpus S. Viti, magna cum veneratione et testificatione religionis, ab Hilduwino venerabili Abbate, Warino religioso Abbati, in ecclesia S. Dionysii, coram innumerabili multitudine populorum, D tam Monachorum, quam Canonicorum, virorum ac mulierum, post peracta die Dominico Missarum solennia *d*, decimo-quarto-Kalend. Aprilium, commendatum ac traditum est. Suscipiens autem corpus S. Viti religiosus vir Warinus Abba, habens secum turbam copiosam, tam suorum Monachorum quam aliorum virorum, cum summa veneratione et ornatu atque omni decore, ecclesia exiit, tam ipse et sui, quam Hilduwinus Abba cum suis Monachis, et omnis populus, qui ad diem festum convenerat ; a monasterio S. Dionysii iter tendens monasterii Rasbacensis cognomento Hierusalem. Ubi perveniens cum suis omnibus, et multa turba populi comitante, honorifice custodivit ipso in loco corpus S. Viti Martyris, usque in diem duodecimum *e* Kalend. Julii. Virtutes denique et sanitates, quas Dominus meritis et precibus Martyris Viti, antequam ad memoratum monasterium pervenissent, operatus est, scire cupientibus insinuare *f* curavimus.

sub initium profectionis

17 Igitur factum est, cum egrederentur ex mona- E sterio S. Dionysii præfato, die Dominico. Et illis iter agentibus, multisque ex vicinis locis turbis confluentibus, omnes qui audire poterant, obviam sancto Martyri cum summa festinatione currere contendebant. Cumque ex diversis locis plurimi convenirent, et obviam sancto Martyri properarent ; accidit ut quædam mulier, nomine Irmgardis, quæ jam ab annis duodecim oculorum carebat usu, obviam procederet. Præ multitudine autem turbæ non valens ad feretrum, in quo sanctæ Reliquiæ portabantur, accedere ; virtute qua quibat post ipsum pedetentim cœpit currere, et Dei misericordiam, ut novit, semper mente et ore non cessabat invocare, ut sibi divina clementia, per Martyris sui merita, ablatum lumen dignaretur reddere. Cernentes autem hoc viri religiosi, tam præfatus Abbas, quam alii qui comitabantur, quod mulier cæca tam anhelanter post ipsos curreret ; in ipso loco cum Reliquiis sancti Martyris paululum constiterunt : atque illa veniens, coram innumerabili multitudine populi corruens, adoravit. Quæ mox, intervenientibus meritis B. Viti Martyris, largiente Dei misericordia, lumen, quo jam duodecim annis, ut diximus, caruerat, recepit. Omnibus namque cernentibus simulque gaudentibus, sine duce usque ad proximam mansionem, quæ fuit in villa nomine Mintriacus, prosecuta est. Affuit maritus ejus, ceterique vicini et cognati, qui cum ipsa totam noctem insomnem vigiliis et orationibus ac Dei laudibus duxerunt. In crastinum ergo, dum iter agerent, divulgatum est hoc per itineris F loca, et cœperunt alacri devotione dextra lævaque undique concurrere, inter quos occurrit quædam mulier, Framhildis nomine, nescientibus omnibus a cujus manibus oblata fuerat ; cujus digiti ita facti erant curvi, ut mediis palmis fixi viderentur. Ipsa, tamen cum approquinquasset ad feretrum, invocato sancti Martyris nomine, ad sanitatem pristinam manus ejus sunt reversæ. Sed misera, dum hoc fuisset munus adepta, sub silentio nesciens Deo rependere grates, repedavit ad propria ; sed divina reddente vindicta, eadem nocte, ut prius, manus ejus arefactæ sunt. Tunc illa intempesta nocte surgens, marito, cogente necessitate, indicavit quæ fuerant gesta : quam vir suus in jumento vehens, ad monasterium sanctæ Crucis (ubi ipsa nocte pro corporum lassitudine quieverunt cum Reliquiis sancti Martyris) post eos adduxit, manifestans omnia quæ gesta erant cum illa.

cæca annis 12 illuminatur :

curantur digiti medius palmis infixi,

sed ob ingratitudinem retrac

18 His, ut diximus, ita se habentibus, ad iter redeamus. Cum autem appropinquarent Meldis, obvium habent Episcopum cum Clero multoque populo. Abbas etiam, cum suis Monachis omnibus de

sanctæ

EX MSS.

A sanctæ Crucis *q* monasterio, afferunt Reliquias cum crucibus et cereis, omnique ornatu ecclesiæ. Suscipientes autem reliquias sancti Martyris, psallentes atque laudes Deo immensas agentes, in præfatum portaverunt monasterium. Ibi cum in laudibus pernoctassent; mane facto post Missarum officia peracta, prædicta mulier iterum sanitate adepta veniens ante *h* Episcopum, coram omni populo cecidit ad pedes ejus; jam gratias agens, veniam postulabat de commisso facinore: post hæc reversa est sana ad propria. Inde recto tramite pergentes, cum appropinquarent Rasbacis monasterio, obviam facti fuerunt Monachi, cum Reliquiis et Crucibus, thuribulis accensis, flagrantibus luminaribus, omnique ut dignum erat decore: qui ornate canentes atque laudantes Deum, illud sanctum corpus suscipiunt, et ad præfatum monasterium cum laudibus inferunt: et ibi, ut dictum est, cum summa veneratione custodientes Reliquias sancti Martyris, substiterunt usque in diem duodecimum Kalendarum Junii. Igitur egressi duodecimo Kalendarum Junii de monasterio Rasbacensi, Warinus Abbas cum suis omnibus, recto tramite in Saxoniam pergentes, fecerunt mansionem in villa, cui Vocabulum est Cella Gislefridi: ibique corporis lassitudinem reficientes, in

q post susceptas in monasterio sanctæ Crucis Reliquias

h

iterum curantur.

B crastinum post Missarum celebrationem adfuit quædam mulier Harmildis *i*, cæca jam ab annis quinque: quæ in adventu sancti Martyris sana facta est, atque quoddam itineris spatium secuta, sana remansit deinceps. Inde cœpto itinere pergentes, ad cellam quandam venerunt, nomine *l* Stugia; ibique biduo subsistentes, non minimas per beatum Martyrem Deus dignatus est ostendere virtutes. Nam ibi duæ mulieres accesserunt carentes lumine, nomen unius Baltrudis, quæ cæca fuit annis quinque, et nomen alterius * Gerlindis *l* cæca mensibus tribus; atque in ipso loco puerulus, nomine Warinus, fere annorum octo, qui erat ex omni parte claudus; et mox ut accessit ad feretrum, ita consolidatæ sunt bases ejus, ut coram omnibus exurgeret, et thuribulum cum thymiamate vespertinali officio, circa altare et per totam ecclesiam portare valeret.

Post quidem sumptam, i

k in cella Gislefridi cæca illuminatur:

l et duæ in Augia:

sanantur, claudus ibidem,

19 Postero die iter agentibus in via occurrit quædam mulier, ferens in humeris puerum parvulum, et putabatur annorum quinque, mensibus vero quinque claudus fuisse. Quæ cum non valeret præ turba cum ipso accedere ad feretrum, propriis in terram dimisit ab humeris: et ingerens se in medio C populi, tandem pervenit ad loculum, ubi corpus ferebatur beatissimi Martyris: expandensque super ipsum linteum, cœpit pro sanitate pueri exorare Domini clementiam, simulque sancti Martyris flagitare auxilium. Post hæc autem cum reverteretur ad puerum, ipse puer sanus et lætus, qui ante portabatur maternis brachiis, cœpit matri occurrere pedibus. Tunc se de illo loco moventes, cœptumque iter moventes, pervenerunt in villam, quæ vocabatur Alvidus *m*, ibique nocte illa manserunt. Cum autem sol in crastinum illucesceret, rursumque iter pararent; moram illis facientibus, atque missarum, ut dignum erat, solennia ante sancti Martyris Reliquias celebrantibus; affuit quidam claudus utroque genu, plus autem dextero, qui pene natibus cohærebat. Irrumpens turbam medium se inseruit, virtute qua valuit; tandemque quomodo potuit ad cancellos altaris, ubi sanctum celebrabatur [sacrificium] pervenit. Cum autem fere per unam jacuisset horam, expletaque diu orasset, cœperunt membra ejus contremiscere, et ipse cum magno strepitu suspirare, atque simul genua ejus, viginti scilicet annis arida, in proprium vigorem redire. Cernentibus denique omnibus, quod factum erat, Et expectantibus qualiter e terra surgeret; mox ipse, qui cum duobus

alius in via,

m

tertius in Alvido, cujus dextrum genu natibus adhærebat:

D venerat sustentatus baculis, propriis tentabat ambulare pedibus. Qui cum rogaretur a circumstantibus, ut pristinos sumeret baculos, ipsosque haberet in adjutorium; cœpit cum juramento spernere, ac dicere quod jam nollet ipsos in usus pristinos attingere, eo scilicet, quod jam pleniter noverat in se sancti Martyris virtutem infundi, et se firmo ingressu quo volebat pergere. Qua de re cum aliqui, ut solet in hac ætate, diffidentiam signi haberent, et diligenter inquirerent, nomenque ipsius percunctarentur; affuerunt plurimi vicini et cognati, qui eum a multo tempore claudum cognoverant, et in asello victum quæritantem. Nomen ejus erat Ramfredus.

20 A loco vero illo moventes, cum pervenissent ad mansionem prædestinatam, ibique nocte illa quievissent; in crastinum transeuntes fluvium, cui vocabulum est Matrona, obvia fuit puella parvula, ut putabat annorum quatuor, cæca: quæ mox ut occurrit oculari meruit. Nec silendum volo, quantas ipsa die Dominus virtutes meritis et precibus sancti Martyris ostendere dignatus est. In villa enim, quæ vocatur Septem *n* Salices, cum pro sumendo E cibo ipsa, die vel jumentis pabulo præbendo substitissent, ipsumque sanctum corpus in ecclesiam misissent; venit quædam mulier, nomine Waldemia, ante sanctum Martyrem, cæca annis multis, quæ deprecans Dei clementiam, ibi illuminata est. Et homo quidam, nomine Rancharius, ipso die similiter illuminatus est, illis euntibus per viam. Quo de loco proficiscentes ventum est ad villam, quæ vocatur, Summaharna; in initio vero noctis ejecta plebe foris ecclesiam, quia parva erat et multitudo populi magna, remansit quædam mulier, nomine Geruntia, gibba atque curva ab annis duodecim, ante fores oratorii, cum patre proprio et matre. Illis autem astantibus, unaque cum ipsa misericordiam Dei implorantibus, ac sancti Martyris merita interpellantibus, mox ipsa corruens jacuit pæne exanimis; ita ut pater ejus et mater per unam prope horam expectantes, eam mortuam affirmarent. At posteaquam reversa est in pristinum sensum, detulerunt eam intro ante altare, ubi sanctum Corpus fuerat collocatum. Ibi tota nocte illa gravem senserat dolorem: diluculo vero, post Officium matutinale et Missarum celebrationem, erecta et sana inventa est, quæ venerat curva et gibba; et simul cum ea pater et mater laudes reddens, usque ad proximam mansionem prosecuta est. Sed nec hoc silentio prætermittendum est, quod ipsa die Dominus per sanctum Martyrem ostendere dignatus est. Nam quædam anus de villa supradicta, cum a tergo curreret, fessaque, prout erat corpore marcida, reverti ad propria voluisset, licentia quasi non facta; mox figit pedem, ac immobilis fere unam horam stans, non quivit ad propria repedare. Enimvero tentavit post sanctum ambulare virtute qua valuit; accurrensque ei, a tergo cœpit vociferari. Ad cujus clamorem paulatim omnes steterunt, ipsaque quasi exanimis cœpit denudare quod contigerat; et sic venia concessa, remeavit ad propria. F

Ultra Matronam fl. tres cæci illuminantur:

n

retinetur, Reliquiis non honoratis discedens.

21 Inde iter prosequentes venerunt super *o* littus Axonæ, in villa quæ dicitur ad S. Marulum in vigilia *p* sancti diei Pentecostes. Ibi denique in crastinum moram facientes, diem festum celebrantes, simul etiam corporis lassitudinem recreantes, advenit quædam mulier, in ulnis ferens puellam parvulam, necdum unius anni ætatem habentem: quæ contracto debilitabatur genu, et in ipso loco restitui meruerit. Alia etiam puella adfuit eadem die, annorum octo, quæ et ipsa erat debilis pedibus; et duæ mulieres, quæ stare super pedes non valebant, sed aut portando aut reptando ferebantur, unaque ex

o

p

Sanantur contractæ plures:

A ex ipsis manum habebat aridam. Ubi utraque sanitatem receperunt, et propriis redierunt pedibus, quæ ante subibant alienis, quis enim non miretur in hoc facto, illud quod Dominus de die judicii loquitur, tum saliat claudus sicut cervus. A loco denique præfato contigit iter per *q* Aquis palatium habere; noctemque ibi manere, ubi multitudo magna populorum virorum ac mulierum, senum et infantium accurrere cœperunt, et omni conatu atque alacritate Reliquias sancti Martyris in suis humeris gestare cupierunt; inter quos irruit quædam mulier, nomine Edela, a tempore et dimidio cæca; quæ in ipsa nocte ita meruit sanari, ut mane clare videret omnia. Grates itaque eximie Deo reddentes, cœptum iter intenderunt. Cumque inde moventes in viam pergerent, virtutesque per plateas, oppida et castella divulgatæ fuissent; cœperunt populi undique catervatim magis et magis confluere: quorum impetum et strepitum audiens quidam cæcus, bajulans pro luce tenebras, turbas nitebatur penetrare plurimas, ut ad sanctas perveniret Reliquias. Idem denique, qui (ut ferebatur) annos cæcus duodecim fuerat, mox ut ad feretrum accessit, lucem videre meruit. B Eodem quoque loco, mulier quædam, habens manum aridam, sanari meruit.

q Aquisgrani

illuminatur cæca,

et dein in via cæcus.

22 Igitur post dies aliquot regnum Saxonicum introeuntes, ac recto calle gradientes, veniunt in villam quæ *r* Sosa vocatur, ubi maximam multitudinem Saxonum obviam habuerunt: adeout incredibilis numerus videretur utriusque sexus: quis ibi non fleret præ gaudio, aut quis non exultaret pro tam devotæ susceptionis occursu? Tales enim et tantos comites habentes, apud villam prædictam noctem unam quieverunt: ibique quidam adolescens cum matre interfuit, qui habebat manum aridam a nativitate: statimque ut cœpit implorare omnipotentis auxilium et sancti Martyris subsidium, manum sanam habuit ut alteram. In ipso etiam loco repertus est quidam, cui omnis potestas loquendi ablata est; qui tantam sanitatem adeptus est, ut ab omnibus qui aderant rectissime audiretur resonare verba Et mulieris cujusdam debilis pedes ipsa nocte naturali usui restituti sunt. Prædictam tandem villam relinquentes, venerunt ad aliam, cui nomen est *s* Bracal; ubi multitudo magna populi advenit: plures etiam aderant, debiles et infirmi, qui cupidi erant ab infirmitatum vinculis solvi. C Inter quos cum quædam mulier advenisset, quæ habebat dexterum brachium ita contractum ab annis octo, ut nec os nec caput posset attingere, nec ulli usui aptum esset; antequam ad feretrum accessisset, cœperunt nervi paulatim relaxari, et venæ quæ fuerant aridæ sanguine repleti: cernentibusque pluribus ita genu sanum factum est ut nullum curvationis signum in eo appareret: Qua de re cum dubitarent, testes etiam quærerentur, inventi sunt plurimi vicini et cognati. Domina etiam ipsius mulieris affuit in ipso loco. Ipsaque nocte etiem curata est alia mulier, quæ adeo erat debilitata jam annis decem, ut si quando de loco ad locum ire vellet, aut jumento veheretur, aut manibus versa vice pro pedibus uteretur: quæ sicut dictum est curabatur, ut adminiculo alterius in ambulando non indigeret. Puella etiam parvula, a nativitate habens manum aridam et contractam, curata est: et muto cuidam loquela restituta est.

r Susati sanatur manus arida,

lingua muta,

et debiles pedes;

s Bracali

brachium contractum,

clauda,

mutus

23 Hactenus quæ narrantur et alia quam plurima, quæ oculis perspeximus, et probatis testibus affirmantibus requisivimus, per spatium itineris, dierum scilicet viginti, per beatissimum Martyrem Vitum in via gesta sunt. Tandem ergo Christo propitio, finito cœpto itinere, monasterium, quod Corbeia nova dicitur, multitudine populi utriusque sexus de D nobilissimo Saxonum genere nobiscum comitante, pervenimus pridie ante vigiliam S. Viti, quod est Idus Junii. Ubi ipsum sanctissimum corpus in loco congruo, ut dignum est, collocatum et positum est. Ibi summa et ineffabilis Trinitas, ad confirmandam et roborandam fidem gentis ipsius, multas virtutes et sanitates operari dignata est. Fit enim in loco ipso conventus magnus, cum magna devotione et alacritate, adeo ut per milliarium et eo amplius per circuitum monasterii, tabernaculis nobilium virorum ac mulierum replerentur campi et agri, quæ ex omnibus partibus Saxoniæ, propter religionem et reverentiam beatissimi Martyris Viti, aliorumque sanctorum Martyrum Reliquias, in ipso loco subsistentium, convenerant. Inter ipsam denique multitudinem, tam devote concurrentium, nullum verbum turpe auditur, nullus jocus aut scurrilitas invenitur; sed die noctuque Deo laudes et grates rependuntur: semper in ore ipsorum Kyrie eleison conclamatur: choros seorsum feminæ ducentes per totam noctem in circuitu ecclesiæ sine intermissione vigilias agentes, semper Kyrie eleison frequentant *t*.

Deponitur corpus S. Viti in Corbeia-nova 13 Junii.

EX MSS.

24 Igitur, ut superius dictum est, ad confirman- E dam fidem tanti concurrentis populi, in ipsa vigiliarum nocte quædam miracula insignia, per merita dilecti Martyris Viti, Dominus ostendere dignatus est. Nam quidam homo, claudus a nativitate, inter innumerabilem multitudinem accedens præ foribus ecclesiæ, mox ut cœpit invocare omnipotentis Dei misericordiam, coram omnibus adstantibus et circumstantibus, ita factus est sanus, ut solide supra pedes staret. Adolescens quoque quidam, Theodoricus nomine, a maternis humeris in ipsum locum deportatus, et utroque genu contractus, in ipsa nocte pedum officia promeruit, et in ipso loco remanens non recessit. In crastinum vero quod est XVII Kalendas Julii, inter Missarum solennia, quidam homo claudus, ita ut nullam gradiendi facultatem haberet, sanus inventus est. Et mulier quædam in ipsa hora illuminata est; et cuidam parvulo organa vocis reddita sunt. Inter cæcos vero et claudos, exceptis his qui eo die sanitatem, coram multitudine utriusque sexus, qui ad solennitatem fortissimi Agonistæ undique convenerant, percipiebant, F fuerunt undecim. Ipso vero vespertinali Officio peracto, jam jamque nocte propinquante, cum in Dei laudibus, pro beneficiis a Deo concessis sibi, qui aderant exultarent, atque Deo laudes immensas redderent; repente affuit quædam puella parvula, in medium adducta, quæ annis sex fuerat lumine privata, quæ ipso momento ita illuminabatur, ut clare videret omnia. Sed et in ipsa hora, alia puella, muta et surda, loquelam et auditum recipere meruit.

t

In Vigilia sanantur claudus,

et contractus:

ipsa die claudus, cæca mutus,

item alia,

25 At vero postquam hæc divulgata sunt, et in omni regione diffamata, cœperunt magis et magis undique concurrere, tam nobiles quam ignobiles, divites et pauperes, sani et infirmi, in tantum, ut nullus mansisse domi putaretur in omni illa provincia, qui non orandi gratia venisset. Sed et aliud miraculum, quod cunctipotens Deus per gratuitam misericordiam in ipso tempore, per insensibilem creaturam ostendere dignatus est, sub silentio prætereundum non decrevi. Nam quadam die, dum cum multitudine, sub desiderio prioris populi ac devotione, vulgus ad memoratum locum properaret; ad portum fluminis, cui Wesara est vocabulum, advenirent; accidit ut navis ex altera parte fluminis sine gubernatore fixa staret. At hi transire cupiebant, et navim ex altera parte conspiciebant: et cum neminem actore cernerent qui eam de loco moveret, cogitabant qualiter eam exquirerent. Interim dum

navis ultro adveniens peregrinos excipit.

Ex MSS.

24 Junii curatur brachium contractum,

A hæc aguntur et cogitantur, repente navis mota est a loco, in quo fixa erat; et paulatim natando, sine remige et ventorum impulsu, licet cœlum serenum esset, sponte ad eos recto tramite pervenit: illi autem accepta ea, fluvium transierunt. Post hæc decrescente tempore, et populi devotione magis et magis succrescente, in gloriam S. Joannis (quæ subsequitur in proximo) sancti Martyris solennitatem celebrantes, puer quidam, ut putabatur, annorum sex, adveniens ante Reliquias sancti Martyris, brachium habens contractum, post diutinam orationem, prout valuit peractam, sanus inventus est. In crastinum vero Officium vespertinale celebrantibus, aderat quidem claudus, qui nullam gradiendi habuit valetudinem, nisi cum duobus baculis sustentaretur: sicque sanus in eadem hora inventus est, acsi numquam claudicasset.

25 Junii claudus,

29 Junii cæca,

26 Deinde procedente tempore, Natalitiisque Petri et Pauli Apostolorum prosequentibus, adveniens quædam mulier, proprio carens lumine ab annis quinque, in eodem loco amissum munus recepit. Mox subsequenti proximo die Dominico, quidam claudus, et puella parvula, utroque genu contracta et gibba, donum salutis adepti, ineffabili lætitia B sunt reversi. Non post multo tempore, erat quædam matrona, nomine Hogardis, commorans in pago qui vocatur *n* Laniga, et vir ejus, nomine Wigo, ex nobili progenie, miserabiliter debilitata et contracta ex omni parte membrorum, ab annis quatuor: quæ ire nullo modo poterat, nisi manibus servulorum sustentaretur, aut aliquo vehiculo duceretur. Hæc cum audisset famam virtutum, quas Dominus meritis beati Martyris operari dignatus est; jussit sibi carrucam, sicut nos est in illa regione jungi: accensque nostrum adiit monasterium, implorans et flagitans Dei et sancti Martyris auxilium. Quæ cum noctem insomnem præ nimia gravitudine corporis pertransire non quivisset, et matutinali tempore gravi sopore opprimeretur; adstitit ei per visum in similitudine juvenis, dicens ei: Quare dormis? Surge: nonne audis quantæ laudes in ecclesia Deo solvuntur? Tunc illa statim timore perculsa, rapido cursu pervenit ad ecclesiam, ita sana, ut nullius egeret sustentatione, quæ venerat sedens in carruca; ibique curata, post aliquot dies ad propria reversa est.

2 Julii claudus

n

et contractæ duæ

apparente S. Vito sanantur

27 Vertente ergo dehinc anni curriculo, celebri-C tateque S. Viti iterum recurrente, quidam nostræ familiæ habebat filiam, cujus manus sinistra ariditate in tantum detenta erat, ut ad nullum opus necessarium eam movere posset; quam inter multitudinem populi ita sanam vidimus, ut nullam crederetur habuisse malum. Post hæc, iterato die in quo Octavas Martyris celebravimus, affuerunt duæ mulieres de villa cui vocabulum Erculbergh, una ex eis muta, quæ paululum balbutire videbatur, altera utrisque pedibus contracta. Muta quidem vocabatur Thietburgh, altera autem Hutburgh: quæ utræque sanitatis curatæ medicamine, incolumes ad propria sunt reversæ. In futura quoque S. Joannis Baptistæ Vigilia quoddam nobis novum accidit miraculum, vetustissimis simile signis præcedentium patrum. Nam cum ex more ad vigiliarum surrexissemus Officium celebrandum, atque solito lucernæ illuminarentur ecclesiæ; accidit ut craticulæ, in medio ecclesiæ appensæ, in qua quinque vitreæ lampades dependebant, trahente Custode, funis rumperetur, et effuso oleo omnes in pavimentum dispergerentur. Quas cum astantes fractas non dubitarent, accurrens Custos nomine Autgarius, ferens manu concham æream, volens, antequam multitudo populi quæ ad fores pulsabat irrumperet, fragmenta colligere, et oleum si quivisset; arripiens utraque manu, vitrum projecit cum magno crepitu in vas D æreum, nullam jam habens spem eis amplius utendi ad usum pristinum: quæ cum ita in secretario reposuit, postera die ita ipsæ lampades integræ inventæ sunt, ut nullum signum fracturæ appareret.

An. 837, 15 Junii curantur arida manus,

22 Junii muta et alia contracta:

23 Junii lapsæ et fractæ lampades

postridie inveniuntur integræ.

ANNOTATA. G. H. et D. P.

a *Is fuit* Erchanradus, *qui anno præcedenti* 835 *interfuerat Synodo habitæ in Theodonis-villa, et superfuit circiter ad annum* 853.

b *Bodecense, itemque Meibomius, ex Actis secundis,* Valeriani et Maximiani, *mendo manifesto, occasione sumpta ex nomine* Præsidis Valeriani.

c *Utinam locum nominasset aliquis!*

d *Currente littera Dominicali* A.

e *Ita MS. Bodec. et recte; ut manifeste colligitur, tum aliunde, tum ex num.* 23 : *ubi dicuntur advenisse Corbeiam-novam* ante Vigiliam S. Viti, quod est Idus Junii. *Gladbacense nihilominus ecgraphum nostrum, tam hic quam infra num.* 18, *bis scripsit* Julii, *quod etiam habet editio Andreæ du Chesne, non Meibomii.* E

f *Meibomius ex Bodecen.* intimare dignum duximus : *et ex hinc pleraque ibi contrahuntur aut omittuntur.*

g *Hæc Abbatia jam nomen mutavit, diciturque* S. Faronis, *estque in suburbio sita.*

h Hucbertus I, *Episcopus Meldensis, hoc ipso anno* 836 *interfuit Synodo Wormatiensi.*

i *Alias*, Harrawillis.

k *Gelenius adnotavit* Augiam-divitem, *vulgo* Reichenau : *sed hæc Abbatia, Constantiensis in Suevia diœcesis est, Meldis tam longe dissita, quam ipsamet quo ibatur Huxtera, et cum hac ipsisque triangulum facit. Sunt et aliæ* Augiæ *in Germania; sed nulla huc facit : aliqua enim est invenienda in Francia, et quidem cis Matronam. Mabilio indicat* vicum Augiam *vulgo* Oye, *in confinio Briæ et Campaniæ, ubi etiamnum est* Prioratus S. Godonis *vulgo* S. Gon, *aliis* S. Gand, *de quo egimus* 26 *Maji.*

l *Alias* Gertrudis.

m Alvidus, *alias* Anrudus.

n Septem-falices, *alias simpliciter* Salices *scriptum, vulgo* Sept-seaux, *media fere inter Catalaunos et Remos via, ad sinistram Velæ seu Vidulæ ripam. Quæ vero mox infra nominatur* Summa-harna, *teste Mabilione est vicus ad fontem Harnæ annis, vulgo* S. Stephani super Arnam, *in Campania.* F

o *Erat ubique* littus Saxoniæ, *quod corrigendum arbitrati, posuimus* littus Axonæ *fluminis, vulgo* Aisne: *hoc enim transeundum erat, et eis hoc prope Vinsiacum oppidum, in confiniis Retelensis Comitatus et Tirasciæ, invenitur in mappis geographicis locus* S. Marcel *nominatus, pro quo hic* S. Marulus *legi videtur : nisi forte* S. Maurelius, Presbyter Trecensis, *istic alicubi colatur, de quo egimus* 21 *Maji. Mabilio* S. Morulum *legit, assignatque locum vulgo* S. Moret *dictum, prope oppidum Vongisum, vulgo* Vouzy : *nescio an idem quod in tabulis* Vinzy *nominatur, et sic forte etiam male scribitur* S. Marcel, *plus enim hic Mabilioni fido.*

p *Die* 27 *Maji, nam anno* 836 *litteris Dominicalibus* B. A. *Dominica Pentecostes celebrata fuit* 28 *Maji.*

q Aquis *sive* Aquisgranum, *palatium Ludovici Pii Imperatoris notissimum, ingens autem hic saltus fit, trans Axonam et Mosam, per Lutzanburgicum et Limburgicum Ducatus.*

r Sosa *aliis* Susatum, *vulgo* Soest, *in finibus Marchiæ Comitatus, urbs media inter Aquisgranum et Corbeiam.*

s Bracal *ceu* Brakel, *oppidum Episcopatus Paderbornensis*

A *bornensis ad Noetam fluvium, in confiniis ditionis Corbeiensis.*

t *In Bodecensi et apud Meibomium, nec compendium quidem reliquorum miraculorum invenias.*

u Lamga, *vulgo* Lemgow, *caput Comitatus Lemgoviensis satis vicini.*

x Erculberg *videtur esse* Erkel, *prope Brakel, Corbeia et Paderborna pari fere spatio distans, id est* Mons-Herculis.

y *Male scriptum erat,* præsentium.

z *Subjungebantur in MS. Gludbacensi duo Sermones, in die Natali S. Viti recitati; sed his omissis, quod nihil novi circa historiam aut miracula continerent, malui ex Meibomio subdere hosce antiquos versus :*

Felix Saxonia gaude, per pignora cara
Viti ditata, quæ dat tibi Francia, grata.
Abbas Warinus, regali semine Primis
Francorum natus, Viti venerabile corpus
Transtulit e Francis Corbejam, ceu patet istis.
Romano fretus pius imperio Luduwicus,
Hoc, Hilduwine, donat te Patre favente,
B Quando Dionysii rexisti limina claustri,
Quod tam præclaro gaudebat ante Patrono.
Ex tunc translatum fuit a te, Francia, sacrum
Imperium, divi quo nunc gaudent Alamanni.
Chronica Martini dant hæc, veteres quoque libri.
Ex qua re Sanctum veneremus carmine Vitum,
Octingentenus dum vicenusque secundus
Annus erat Christi, claustro fundum dedit isti
Filius iste pius Magni Karoli Luduwicus :
Quos, septenne Puer foveas sancta prece semper;
Et benefactores, omnesque tibi famulantes
Conserves, Vite; et duc nos ad pabula vitæ.

Non [illegible]e antiquissimos hosce Versus intelligas ex ætate Martini Poloni, *cujus hic allegatur,* Chronica *(obiit enim anno* 1278) *et verba sunt hæc :* Eo tempore ossa B. Viti Martyris e Parisiis transferuntur, in Corbeiam, Saxoniæ monasterium multum solenne: unde testati sunt ipsi hoc in præsagium contigisse, quia ab illo tempore, gloria Francorum quantum ad Imperium, translata est ad Saxones.

TRANSLATIO S. VITI

Ex Italia in Bohemiam sub Carolo IV.

C §. I. Litteræ de ea re Imperiales, et quæstio habita de corpore, quod Senis esse dicebatur, est autem S. Guidonis alicujus.

Carolus IV anno 1355.

Thomas Joannes Pessina de Czechorod, ecclesiæ S. Viti Pragæ in Bohemia Decanus, ac postea etiam Zagabriensis in Pannonia Episcopus, titulo tenus (nam locus adhuc sub Turcis erat) edidit anno* MDCLXXIII, *nobisque donari voluit librum, cui titulus :* Phosphorus Septicornis, hoc est, Sanctæ Metropolitanæ Divi Viti Ecclesiæ Pragensis majestas et gloria; *eamque septem Radiis distinguens, Radium IV emicare facit, ex conditis ibi a Carolo* IV *Imperatore Sanctorum Reliquiis; quarum et authentica documenta profert ex archivo eccl. sæc. ac pag. 470 hoc præ ceteris insigne.* Carolus Dei gratia Romanorum Rex semper Augustus et Bohemiæ Rex, Venerabili Arnesto Archiepiscopo, necnon Præmislao Præposito, Przedvogio Decano, Sdeuconi Scholastico, et Capitulo Pragensis Ecclesiæ, totique Clero et Populo regalis urbis nostræ Pragensis, devotis et fidelibus nostris dilectis, gratiam regiam et omne bonum. Oriens ex alto, splendore lucis æternæ, qui nescit occasum, sicuti priscis temporibus Boemorum gentem, a gentilibus erutam erroribus, novellam tunc sanctæ Matris D Ecclesiæ plantulam, inter ipsa mox conversionis suæ primordia candore mirabili illustravit; ita etiam his temporibus, quibus, auctore Domino, in paradiso Ecclesiæ, secus decursus aquarum fluentium, transplantata ac arborem erecta in proceram, fœcunda fructuum spiritualium ubertate fulcitur, suis eam non desinit fulgoribus adornare, ac variis gratiarum dotibus insignire. Tunc enim gloriosi Boemiæ Principes. de quorum alto sanguine traxisse nos constat originem, pro Christi nomine gloriosa subiere certamina; et pia colla jugulo submittentes, atrociter trucidati, cœleste rosarium meruerunt, sertis præsigniti roseis, introire. Nunc per nostræ vigilantiæ Regalis obsequium varia sacrata Sanctorum corpora, innumerasque Reliquias longe lateque per orbem collectas, felix meruit Bohemia possidere. Felix nimirum Bohemia, quæ talibus et tantis divina clementia muneribus se præditam gloriatur : felix utique, in cujus aula regali, magnificam sedem sibi elegit excellens Imperium orbis terræ. Ad cujus nos apicem, licet immeriti, cœlesti providentia sublimati, summopere meditamur; et dum etiam pro humana conditione oculis corporis nostri sopor illa- E bitur, vigilat cor nostrum assidue in his, per quæ status magnificus et exaltatio venerandæ Matris nostræ sanctæ Pragensis Ecclesiæ producatur; quam venerabiles Patroni, et Progenitores nostri dilecti, conspersione sui rosei sanguinis consecrarunt; quæque Ecclesiarum omnium Regni nostri Boemiæ domina esse dignoscitur et magistra.

Sacrarum Reliquiarum colligendarum studiosissimus.

Ex MSS.

2 Sane dum nuper ad suscipiendum Coronam ferream, qua nostri Prædecessores Divi Romanorum Reges, inter trifarias Imperii sacri coronas, in secunda sui coronatione sunt soliti coronari, Mediolanum applicuissemus; et corona eadem fuissemus solenniter insigniti *(Scilicet in die Epiphaniæ anni* MCCCLV) inter ipsa coronationis nostræ solennia lætanter audivimus, qualiter in civitate Papiensi, in monasterio S. Marini, ordinis S. Benedicti, in majori altari inclitus quondam Astulphus, Lombardorum Rex, ab annis octingentis citra, caput et corpus Beatissimi Viti Martyris, et Patroni nostri eximii, mira devotione et honorificentia collocavit. Harum igitur pretiosarum Reliquiarum desiderio ferventer accensi, continuo Venerabiles Papiensem, Pergamensem, et Vicentinum Episcopos *(Petrum, Lanfrancum, Ægidium)* et honorabiles Bohussium Præpositum, et Joannem Canonicum Ecclesiæ Luthomierziozensis, Capellanos devotos et nostros F Commensales dilectos, ad dictam Papiensem Civitatem nostra providit Serenitas dirigendos, pro parte nostræ Celsitudinis Caput et corpus prædictum instantissime petituros. Quibus ad arduam precum nostrarum et desiderii ardentis instantiam, in multorum Nobilium, Prælatorum, Civiumque præsentia prædicto altari aperto, Abbas S. Marini, nec non Nobiles et Cives civitatis præfatæ Papiensis, licet inviti, et earumdem Reliquiarum avidi, nostris tamen votis ac precibus satisfacere cupientes, et adventum regium sibi desideratissimum in ea parte singulariter honorantes, ipsas, quas ex nimia vetustate pro majori parte redactas repererunt in pulverem, eisdem nostris Nuntiis, non sine lacrymarum profluvio, præsentarunt, per eos nostræ Celsitudini assignandas, quas pretiosissimum Civitatis et Ecclesiæ Papiensis thesaurum communis eorum assertio proclamabat.

Mediolani Corona ferrea redimitus,

Papia petit caput et corpus S. Viti;

quod impetratum

3 Prout super his omnibus instrumentum publicum est confectum, et prædictorum Episcopi Papiensis, nec non Abbatis S. Marini, et communibus Papiæ sigillis, ad præmissorum omnium clariorem evidentiam, et perpetuam rei memoriam, consignatum ;

AUCTORE D. P.

A tum: quod processu temporis, una cum sacrato capite et corpore B. Viti, per speciales nuntios, ad prædictam Pragensem Ecclesiam, in ejusdem gloriosi Martyris titulo et honore constructam favente Domino, transmittemus; aut in nostro felici Deo auspice adventu, nobiscum faciemus afferri: sperantes per divinæ dispensationis providentiam accidisse, ut regiminis nostri temporibus caput et corpus dicti gloriosi Martyris ad Ecclesiam, suo nomini antiquis fabricatam temporibus, afferretur; cujus meritis gloriosis felix Boemia temporali prosperitate lætetur, et ejus devoti, post præsentis caducæ lucis occasum, in regione lucis perpetuæ gaudiis mereantur perfrui sempiternis. Volumus autem totum tenorem præmissum per singulas Collegiatas, Conventuales, et Parrochiales urbis nostræ Pragensis et suburbiorum ejus ecclesias, Clero et Populo solenniter publicari, præsentium, sub nostræ Majestatis sigillo, testimonio litterarum. Datum Pisis. Anno Domini millesimo trecentesimo quinquagesimo quinto, octava Inductione, XI Kalendas Febr. Regnorum nostrorum anno IX.

proponit Pragam mittere aut ferre.

L. S. Per Dominum Regem.

B

Nicolaus de Chremschiz.

Deinde coronatus Imperator,

4 *Interim Romam perrexit Carolus, ibique in die sancto Paschæ, tunc in v Aprilis cadente, de manibus Petri Episcopi Ostiensis, atque Ægidii tituli S. Clementis Presbyteri Cardinalis, ex parte Innocentii III Avenione degentis, ad hoc deputatorum Apostolicæ Sedis Legatorum, Coronam suscepit Imperialem una cum uxore Anna. Quia autem intelligebat ex suis Bohemis, jam ab aliquo tempore sparsam in Bohemia famam, quasi S. Viti corpus in Senensi civitate vel saltem diœcesi haberetur: volens de talis rumoris fundamento certior fieri, misit illuc Nicolaum, Patriarcham Aquileensem. Ad hujus instantiam continuo* D. Azolinus, *Senensis Episcopus*, die tertia decima mensis Aprilis, regnante serenissimo Principe Domino Carolo divina providentia Romanorum Imperatore et semper Augusto .... super omnibus et singulis suprascriptis inquirere intendit, et veritatem invenire, per religiosos Prælatos et Sacerdotes et Rectores ecclesiarum d. civitatis et diœcesis Senensis, et per seculares personas discretas et fide dignas, per omnem modum, per quem de prædictis posset habere veritatem, ut ipsa veritate reperta, possit C testimoniales litteras scribi facere, prout et sicut ad ipsam veritatem habendam et retinendam fuerit opportunum.

et audiens aliquod simile prope Senas haberi,

5 *Comparuerunt ergo, qui fuerant die præcedenti*, per Simonem Bettini, Curiæ Episcopalis Nuntium, *citati et rogati*, Testes examinandi super dicta inquisitione, *videlicet* Andreas de Mignanellis de Senis, Rector ecclesiæ S. Mariæ in Bethleem prope Senas; Presbyter Bartholus Cendanus, Rector ecclesiæ S. Reginæ, et olim Capellanus d. ecclesiæ S. Mariæ; Ugolinus olim Marini, de templo S. Mamiliani, prope d. ecclesiam S. Mariæ in Bethleem prope Senas; Domnus Landus, Rector ecclesiæ S. Antonii Senensis; Domnus Ludovicus Francisci de Malavoltis, Domnus Lucas Cecchi de Ptolomæis, Canonici ecclesiæ Senensis; Presbyter Nicolaus, Rector ecclesiæ SS. Simonis et Judæ de Colle-Malamerenda, diœcesis Senensis prope Senas: *qui* d. die XXIII mensis Aprilis.... sedente prælibato Reverendo in Christo Patre et Domno Azolino, Episcopo Senensi.... juraverunt, et quilibet eorum per se juravit, ad sancta Dei Evangelia, litteris tactis, et in manibus præfati Domini Episcopi Senensis, ferre ac perhibere testimonium veritati, cum, et in, et super d. inquisitione et toto processu; remotis odio, amore, pretio, precibus, vel timore alicujus. *Omnium* D *autem testimoniis auditis, prout verbotenus leguntur singula in exemplo Processus, an.* 1634 *ad Bollandum nostrum a P. Theodoro Moreto, tunc Rectore Glottoviensis Collegii misso, ex autographo quod in ecclesiæ Pragensis archivo servatur; jussit Episcopus in publicam formam redigi omnia per* Serium Notarium, civem Senensem, officialem et scribam suæ Curiæ: et ut ipsis testibus et attestationibus eorum et dicto processui perpetuum ab omnibus fides plenaria adhibeatur, præsentem processum et testes et attestationes eorum sigilli sui appensione roborari præcepit. Et insuper ad plenam fidem omnium præfatorum nobilius manifestandam, et ut prædicta sint et efficiantur omnibus manifesta, et ad notionem omnium reducantur; voluit et mandavit memoratus Rev. Pater D. Senensis Episcopus fieri ex parte sua litteras, et scribi, quarum siquidem litterarum tenor talis est, videlicet.

inquiri per Episcopum jubet:

qui citatis auditisque testibus die 23 Aprilis,

6 Universis et singulis, tam Clericis quam Laicis, cujuscumque et aliis, præeminentiæ, dignitatis seu conditionis existant per partes Boemiæ, Alamaniæ, Franciæ, ac per universas mundi partes consistentibus, præsentes litteras inspecturis, seu ad quos præsentes advenerint, Azolinus, Dei et Apostolicæ sedis gratia Episcopus Senensis, salutem et E sinceram in Domino caritatem. Cum ad aures nostras nonnullorum relatione pervenerit, ut in partibus et regno Boemiæ, et in aliis partibus et circumvicinis locis, publice spargitur, atque fertur et dicitur, quod corpus B. Viti Martyris sepultum habetur et tenetur in civitate Senensi, vel prope ipsam civitatem Senazum, seu in diœcesi Senensi, quod nos memoratus Senensis Episcopus, Deo teste, hoc non novimus, nec scimus, sed totaliter ignoramus; et quod, si esset verum, scire deberemus. Volentes ergo pro veritate et investiganda et habenda de prædictis, et ad certificandum omnes et singulos hoc scire volentes, et quorumcumque quorum interest vel interesse poterit seu posset conscientias certiorare; inquisitionem nostram, pro habenda prædictorum veritate dumtaxat, fecimus de prædictis; super qua testes fide dignos examinavimus, per quorum dicta et attestationes, quibus fidem plenariam adhibemus, comperimus, quod corpus memorati S. Viti M. non est, nec habetur, nec fuit, nec tenetur in aliqua ecclesia vel loco dictæ civitatis Senarum vel prope ipsam civitatem Senarum seu in diœcesi Senensi: quod et Nos etiam possumus attestari, et F præsentibus attestamur. Est itaque verum, quod repertum est per prædictam nostram inquisitionem, et reperimus, quod quidam peregrinus, qui vocabatur Guido de Alamania, eundo Romam seu redeundo Roma, applicavit prope civitatem Senarum, apud hospitale Ecclesiæ S. Mariæ in Bethleem, situm prope dictam civitatem Senensem, infirmus; ubi idem clausit diem extremum. Cujus siquidem Guidonis de Alamania corpus est apud prædictam ecclesiam S. Mariæ in Bethleem, prope dictam civitatem Senarum: quod corpus vocatur Guido et Alamania; et aliqui habentes et gerentes reverentiam ad dictum corpus, quod dicitur quod in morte sua aliqua fecit miracula, vocant dictum corpus S. Guido de Alamania: et quod in quadam tabula existente in dicta ecclesia S. Mariæ in Bethleem, sita prope dictam civitatem Senensem, inter alia prædicta tabula scripta, scriptum est, sic dicitur, Corpus S. Guidonis de Alamania. Quæ siquidem omnia supra scrista, per nos investigata et inquisita, reperimus esse vera..... In quorum omnium testimonium supra scriptum nostrum processum, per nos habitum super inquisitione prædicta, et has nostras litteras scribi fecimus, et sigilli nostri Episcopalis ac sigilli Capituli Canonicorum

asserit nullam Senis haberi notitiam Viti,

sed bene cujusdam Guidonis

vulgo habiti Sancti,

A rum majoris Senensis ecclesiæ S. Mariæ Cathedralis, appensione muniri, ad plenam fidem retinendam et habendam in perpetuum. de omnibus et singulis suprascriptis, ac tandem per infrascriptos nostros Notarios subscribi et publicari, et in publicam formam redigi ad habendam certitudinem et æternam memoriam omnium præfatorum in perpetuum. Datum Senis, in Episcopali palatio, in anno Domini ab Incarnatione millesimo trecentesimo quinquagesimo quinto, Indictione octava, die XXIV Aprilis, secundum consuetudinem et mores Senenses.

idque publico instrumento testatur :

7 *Mox subscribit prænominatus Aquileiensis Patriarcha, quod omnia, diligenter perlecta et examinata, sui quoque Patriarchalis majoris Sigilli munimine, per Cancellarium suum, probari mandaverit; prout fecisse se scribit* Paulus, qu. Mag. Joannis de Mutina, publicus Imperiali auctoritate Notarius : *quem subscribendo sequitur* Antonius, filius olim Petri de Subiano, Aretinus et Senarum civis, publicus Imperiali auctoritate judex ordinarius et Notarius, *attestans*, quod totum, quod supra continetur, et per eum scriptum est et exemplatum, invenit, et vidit, et legit in quodam libro seu quaterno, auctoritate Curiæ Episcopalis Senensis scripto, manu propria

totumque processum transcriptum mittit,

B Serii Notarii, Officialis et Scribæ præfati D. Episcopi.... deque licentia, parabola, auctoritate, et mandato præfati D. Episcopi, publicavit et subscripsit in Canonica Senensi, anno Dom. Incarn. MCCCLV Indict. VIII XXVII mensis Aprilis, juxta mores et consuetudinem Senarum, coram venerando viro D. Cione de Malavoltis Canonico Senensi, Carolo Argeli et Nicolao Petri de Malavoltis, Sedrico Forensi, et Serio Notario et Officialibus Domini Senensis supradicti, Francisco Joannis Nicolini de Senis, et aliis pluribus Testibus præsentibus et rogatis. *Subscribunt eandem* Ser us *et* Selinnus, *Notarii, quorum primus testatur, prædicta omnia a se conscripta, scripta, publicata; et se mandante a præd. Antonio fuisse transscripta; secundus, se omnibus prædictis interfuisse etc; ac tandem* Joannes, filius qu. Bonaventuræ de Aretio, Imperiali auctoritate Notarius et Judex ordinarius, et Gancellarius Communis Senarum... per subscriptionem et consueti signi appositionem, manifestum facit omnibus et singulis ad quos supradd. Processus pervenerit, quod in testimonium et fidem omnium quæ in ipso continentur, sigillum Senatus d. Processui fuit appositum et appensum.

sub fide publica Notariorum et testium,

8 *Quia Fasti Senenses, anno* MDCLXIX *recusi, nullam istius* Guidonis de Alamania *faciunt mentionem*,

C *notitiam aliam hic deduco paulo fusius, et ex plerorumque testium depositionibus anno*, Peregrinum istum *etiam* putari Sacerdotem fuisse*; eumdem titulum poni in tabula, ab ipsis allegata; omnes autem in eo convenire, quod nemo eorum* audivit, nec novit, vel scit aliquam ecclesiam in civitate vel diœcesi Senensi, seu prope ipsam civitatem Senarum, quæ fuerit vel sit intitulata sub titulo B. Viti Martyris, aut quod d. corpus vocatur S. Vitus, sed vocari semper audivit S. Guido. *Unde intelligas, Peregrinos Bohemos, Senis transeuntes, cum auribus ad Italicos sonos adhuc rudibus* San Guido *audirent, id accepisse acsi diceretur* San-Vito ; *statimque cogitasse de Patrono sibi caro ac noto et visi corporis vel sepulcri sib confusam notitiam retulisse ad suos domum. Unum miror, quomodo Notarii Senenses, soliti in scribendis publicis instrumentis novem mensibus prævenire communis anni initium, et in prædicto Processu bis signanter notantes agere se* secundum mores *et consuetudinem Senarum, Aprili mense ejus anni quo coronatus Mediolani et Romæ fuit Carolus, quibus ipsis a* XXV *Martii cœperat numerari* MCCCLVI ; *adhuc notare* LV : *nec aliud solutionis occurrit, quam quod habere voluerint rationem Bohemorum, ad quorum satisfactionem res agebatur, quique mirati fuissent Sextum legi quando ipsi solum numerabant,* quintum. *Quod autem*

etiam asserentium,

nullam haberi ecclesiam S. Viti

Quomodo prædicta dicantur Acta ex stylo Senensi :

D consuetudinem et morem et Senarum *attinet, eam servari intelligo in potioribus formalitatibus, majus ad probandum facientibus.*

AUCTORE D. P.

9 *Hactenus scripseram, quando placuit Senis quærere, quo in statu nunc esset prædicta ecclesia; et an ibi superesset aliquis etiam S. Guidonis cultus, vel saltem notitia; accepi autem a Patre nostro Dominico Antonio Pier-Antonio responsum hujusmodi datum XX Septembris* MDCXC. Ecclesia S. Mariæ de Bethleem, hodie est Rectoralis, a Capitulo Canonicorum Cathedralis dependens, Juris-patronatus familiæ Piccolomineæ : cujus nunc Rector habitat contiguam ipsi ecclesiæ domum, dimidio circiter milliario a civitate ad dexteram viæ Romam ducentis. Quod ibi aliquando hospitale fuerit nullius memoria tenet ; est tamen unum paulo ulterius Romam versus ad jactum lapidis, peregrinis recipiendis fundatum sub titulo S. Lazari, crediturque erectum post annum MCCCLV. In ipsa autem ecclesia prædicta, absque authenticis litteris et per ecclesiam veneratione, servatum quoddam brachium, creditum esse S. Guidonis,

S. Guidonis brachium etiamnum monstratur :

sed absque ulla veneratione :

E quod reperio postea fuisse nuncupatum S. Viti, sed per errorem, ut putatur. Quæsitæ fuerunt inscriptiones, si quæ adessent, sed nullæ inventæ : neque spes est aliquid de ea re inveniendum in archivo Canonicali, requisiturum se tamen promisit Decanus Piccolomineus. *Nihil postea allatum est, ac verosimiliter nihil inventum quoque : inventa autem antiquius cultus, ex ipso Processu satis probatos, rerum possc, et suus honor Guidoni restitui, quando loci Ordinario videretur, cum meo S. Congregationis Rituum consensus accesserit, probatum antiqua Reliquia haud ægre, ut puto, obtinendus.*

quod indignum

§. II. Analecta de Gloria Ecclesiæ S. Viti Pragæ.

D*ecolaudatus Fridericus ... Pezzina, Religiosus sui Phosphori, describit, quomodo* ea gloriari debeat de Gratiis, sanctitatis, honoris, summæ que dignitatis et amplitudinis, quibus sese Deus ter Opt. Max. Rege Regum et Domino Dominantium, abunde cumulatam pie meminit, hodieque venerabunda agnoscit. *Multæ ex iis Gratiis spectant ad Sanctos, quorum ibi sacra corpora summa ... venerantur, et alii quorum Acta indicantur a nobis. Ex his* S. Adelbertus, Episcopus Pragensis et Martyr *in Prussia colitur*

Gratiæ ecclesiæ S. Viti :

F XXIII *Aprilis, de quo tum egimus.* B. Joannis Nepomuceni, Presbyteri et Canonici Ecclesiæ S. Viti, *memoria relata est ad diem* XVI *Maji; et mense Septembris illustranda erant Acta* S. Ludmillæ Ducissæ *die* XVI, *et* S. Wenceslai Ducis *die* XXVIII. *Aliquæ etiam Gratiæ ad Acta* S. Viti *spectant, hic potissimum indicandæ; Et quia eidem ipsa Ecclesia dedicata est, primum dicimus, præcipuorum ejus decorum titulos hosce censeri; quod ab ipsomet Christo Domino consecrata traditur Vita S. Wenceslai, ex cujus et S. Adalberti Actis etiam deducitur, quod eadem Ecclesia gloriosa habeatur a patratis in ea miraculis, et a diligenti peregrinorum e longinquis terris frequentatione. Preterea locupletatur sacris Reliquiis Sanctorum; et res prodigio similis habetur, quod hic thesaurus, per tot injurias temporum, hærescos et bellorum, conservari potuerit pæne integer; qui hodieque in majoribus festis publicæ venerationi exponitur, toto hoc opere sæpius commemorandus.*

11 *Denique pro gratia singulari agnoscitur, quod violatores ejusdem ecclesiæ fuerint iusto Dei judicio graviter puniti : quorum exempla plurima per singula secula deducit Pezzina; ac tandem pervenit ad annum* MDCXIX, *quo illa per summam vim a Calvinistis occupata*

quæ dum anno 1619 a Calvinistis profanatur

AUCTORE D. P.

A *pata est et profanata. Tunc, inquit Pezzina pag.* 644, intra bidui spatium altaria pæne omnia diruta, imagines ubique dejectæ, picturæ abolitæ, ornamenta, aliaque sacrorum apparatus direpti, templum a sacrilegis temeratum, nihil denique intactum, nihil integrum: Sacello Divi Wenceslai (quod obseratum erat, et sanctorum patriæ Tutelarium Viti, Sigismundi, et Joannis Nepomuceni, monumentis exceptis; mausolæo item regio, ex alabastro singulari arte constructo; sed cui ultimo etiam vis intentata fuit, propeque erat ut pari impietate everteretur. Et tamen divina Bonitas, ut dixi, omnia hæc prima et secunda die impune tulit. Laneo plerumque pede, ut solent dicere veteres, seu, quod idem est, lento gradu ad ultionem scelerum et vindictam sui divina procedit ira. Tandem die tertius, cum nihil remitterent a furore suo Calvinistæ, sed ut penitus omnem Papistarum idololatriam, ut aiebant, tollerent; omniaque Religionis Chatolicæ vestigia, etiam cum pulvisculo, ut Plautus loquitur, auferrent de templo; ad sepulcrum quoque Divi Viti, et alia SS. Patronorum regni, exscindenda et solo æquanda, animos adjicerent; exsurrexit ad vindictam justissimus scelerum ultor Deus. B

quidam sæviens sepulcrum S. Viti perfringit

12 Jam a duobus operariis, pro hoc facinore a Sculteto conductis, tumulus S. Viti ligonibus feriri, iteratisque ictibus quassari et suffodi cœpit; affine Sculteti præsente, et ut fortiter agerent, non tantum cohortante, sed per ludibrium tripudiante etiam, atque elata voce sæpius ingeminante; Etiam tumulus iste lapidum, etiam idololatria ista Papistica, ejici debet foras. Dum ecce subito velut fulmine ictus corruit, horridum aliquid ejulans, et dentibus stridens: quod dum fit, eodem momento etiam duobus illis, qui Divi Viti tumulum diruebant, obriguere manus. Erat tunc occlusum templum, et hora a meridie nondum prima (sic namque Sculteto visum fuit, negotium hoc secreto aggredi) cum duo alii, hujus prostrati socii, et tertius quidam Calvinianus præco, in posteriore parte templi otiose deambulantes, audito clamore statim accurrere;

corruit ejulans,

visoque isto humi prostrato; ac, veluti spiritus ei præcluderetur faucibus obstrictis, miserabiliter ejulante; illi totis artubus trementes, et vix amplius sibi præsentes, non parum exhorrescere, metuque perfundi cœpere. Nec mora, jussus est properare unus, qui hæc Domino Magistro (ita a suis appellatur Scultetus) tum fortasse adhuc una cum C suis collegis prandenti, tacite tamen sine ullo clamore nuntiaret. Et hic quidem remotis mensis ocius accurrit, una cum convivis, tristemque affinis sui sortem in terra jacentis, et huc illuc sese volutantis; ac horribiliter rugientem videns, multum quoque expavit; et dubius quidnam consilii in hoc præcipiti casu caperet, tacitus aliquamdiu stetit.

fractis tibiis, et cæcus moritur

13 Levato postea illo, animadverterunt utramque tibiam immediate sub genibus fractam, non secus acsi validissimo fustis ictu fuisset percussus: insuper oculis captum, ac penitus luminis expertem deprehenderunt. Qui non multo post in proximam, quæ modo est Præpositi Metropolitani, domum, per posticum summo cum silentio (hoc enim vel maxime Scultetus attendebat, ne casus præsens dispergeretur in vulgus) illatus, animam exhalavit. Duo illi, quod fortasse minus essent rei hujus sacrilegii, utpote (prout ipsimet deinde fatebantur, idque jurejurando confirmabant) ab infelice illo homine, Sculteti affine, ad committendum tantum facinus invite inducti (ex quibus unus erat aquæductoris arcensis socius, quem, dum in minoribus essemus, olim vidimus) pristino manuum suarum usui paucos post dies restituti sunt: atque ab his demum res fuit detecta et divulgata; quam alias Calvinistæ, ne apud plebem et alios male audire D cogerentur, suppressam maluissent.

Ad aram S. Viti celebrantes in mortali, nequeunt absolvere sacrificium.

14 *Inter illustres in regno Bohemiæ viros e Societate Jesu possunt censeri Albertus Chanouski, Apostolicis laboribus immortuus anno* MDCXLV; *et Joannes Tanner, qui Philosophicas et Theologicas scientias docuit, factus etiam Illustrissimo Archiepiscopo Pragensi a sacris Confessionibus, et scripsit dicti Alberti Vitam, et Vestigium Bohemiæ Piæ, ab eodem Alberto scriptum, atque a se notis illustratum, edidit Pragæ anno* MDCLIX. *Ex hoc lubet addere, quæ pag.* 207 *apposuit his verbis.* Est summa in Metropolitano arcis Pragensis templo ara, sepulcro Divi Martyris Viti adjuncta, inter sacra Boemiæ loca reponenda, in qua sæpius adversum est, eos sacrificium Missæ peragere non potuisse, qui cum anima peccato mortali fœda accessissent; id quod de se palam sæpe testatus est Reverendissimus Dominus Sixtus de Lerchenfels, Litomericensis Præpositus; dicebatque, se quadam vice quasi in Sacrificio medio excæcatum, ut nullo modo posset progredi; donec contritione viribus omnibus, quibus poterat, sæpius elicita, tantulum sibi lumen affulsisset, ut quasi per caliginem intuendo reliqua Sacrificii vix absolveret, et mox finito Sacro peccata Confessione expiaret. E Quin et temporibus Rudolphi secundi Cæsaris, casus ejusmodi Sacerdoti cuipiam seculari accidit: quem cum ad altare cæcitate ita percussum præsentes adverterent, ut Missam non posset absolvere ullo modo; eorum aliqui, ad antiquam usque civitatem, ad collegium Societatis Jesu (magna enim tunc erat adhuc Catholicorum et Sacerdotum Pragæ paucitas) decurrerunt; indeque Patrem Marcum Soldanum, Congregationis Italicæ Præsidem, advocaverunt: qui per tantum ex Collegio ad arcem usque spatium tandem accurrens, Sacerdotem illum ad ipsam aram sacramentali absolutione a peccato illo liberavit: quo facto Sacerdos mox oculorum recepit usum, Sacrificiumque nulla difficultate peregit. *Hæc Joannes Tanner, de quo, uti et de dicto Alberto, videnda Bibliotheca Scriptorum Societatis, Romæ anno* MDCLXXVI *recusa.*

Ejus brachium adduxit Bohemia titulum regni:

15 *Eadem bibliotheca nobis etiam laudat, posteriorem Tannero, Pezzina priorem, Georgium Crugerium, auctorem insignis operis, sub titulo Sacrorum Pulverum, complexi, per mensium atque dierum ordinem, memorabilia quæque, per Bohemiæ regnum, Divorum et Heroum utriusque sexus jam vita functorum, monumenta; ubi diem* XV *Junii auspicatur a* Reliquiis et memoria S. Viti, F *cujus primo passionis historiam ex Surio sumptam, compendio is tradit, deinde* Ejus brachium, *inquit.* S. Wenceslaus ab Henrico Aucupe Wormatiæ obtinuit, eidemque in monte supra Pragam, templum rotundum more Romano; primus extruxit. Corpus reliquum sub anno Domini MCCCLV Carolus IV, redux a Romana Coronatione, Papia in Bohemiam transtulit; atpue post principem aram, in hodierna basilica ejusdem Martyris, in tumba marmorea deposuit. Caput hujus ipsius, Reliquiarum colentissimus Cæsar et Rex, auro et argento gloriose decoravit: quod cum ceterorum Patronorum Capitibus, in solennibus Regni panegyribus solet exponi. Qui idem de S. Modesti item Martyris sacris lipsanis partem magnam, pretiose exornatam, Metropolitanæ donavit.

corpus Imperii titulum

16 Sed et illud hoc loco adnotandum, pro æterna S. Viti memoria occurrit, quod nescio quid fatale, pro exornanda mirifice Bohemia, ejus Reliquiis conjunctum habeatur. Allato quippe brachio una Regia dignitas inserpere parabat. Nam Henricus ille Auceps, Wenceslaum, sub illius donationem, Regem salutavit; eoque titulo apud Germanos scriptores passim insignis reperitur: sed Wenceslaus, modestiæ

A destiæ tenacissimus, numquam sibi coronam imponi permisit. Admisit eam anno MLXXXVI Wratislaus, Breteslai Victoriosi filius, hactenus Bohemiæ Dux, qui translato ab Henrico IV Cæsare Moravorum regno in Bohemiam, jussu ejusdem in æde S. Viti Pragæ, ipsa sancti Martyris festivitate, ab Egilberto Trevirensi Archiepiscopo, corona aurea redimitur, Rex primus Bohemorum. Translato deinde reliquo S. Viti corpore, simul ad Reges Bohemiæ majestas quoque Romani Imperii translata est. Abinde Carolus IV, Wenceslaus filius, Sigismundus Carolina quoque progenies, ac Albertus ex Austriis primus apud nos coronatus Rex, Cæsares Imperium rexerunt. Intercesserunt soli Reges quatuor, Ladislaus, Georgius, Wladislaus, ac Ludovicus; denuo post, Cæsares meros habuimus, Fernandum I, Maximilianum II, Rudolfum II, Mathiam I, Ferdinandum II, Ferdinandum III, Ferdinandum IV, Cæsaribus proximum quia Regem Romanorum; Leopoldum denique I, omnes simul et semel duodecim Imperatores.

illius Regibus stabilivit:

17 *Huc referas quod de Imperio a Gallis ad Germanos translato, post corpus Sancti ad has ab illis deportatum, legitur in Chronico Saxonico nostro in membrani scripto, ad annum* DCCCCXXV, *Henrici Aucupis* B VI. Henrico Rege ad dilatandum Imperium supra Lotharios tendente, in ipsa profectione ubi Rhenum transiit, Karoli *Simplicis Francorum Regis* Legatus occurrit; salutato eo verbis humillimis: Dominus meus, inquit Karolus, regia quondam dignitate præditus, nunc privatus et Peronæ captivus, regno translato in Rodulphum Burgundionem, coronatum Suessionibus anno DCCCCXXIII, XV Junii, misit me ad te, demandans tibi, quia sibi ab inimicis circumvento nihil possit esse dulcius, quam de tui magnifici profectus gloria aliquid audire; et hoc tibi signum fidei transmisit (protulitque de sinu manum pretiosi Martyris Dionysii, auro gemmisque inclusam) Hoc inquiens, habeto pignus amoris perpetui: hanc partem unici solatii Francorum Galliam inhabitantium, post quam nos sanctus Martyr Vitus ad nostram perniciem deseruit, et ad vestram perpetuam salutem Saxoniam visitavit, communicare maluit. Neque enim ex quo corpus ejus translatum est a nobis, civilia vel externa cessavere bella; et sicut

sicut antea illud a Francis, transtulit ad Germanos.

res Francorum minui, sic Saxonum postea cœperunt dilatari. D

AUCTORE D. P.

18 Ceterum, *inquit porro procedens Crugerius,* illud Wenceslaitanum templum, duplo tantum Spitihnevus, Christianorum Ducum ultimus ampliavit: nemo extendit augustius quam Joannes et Carolus Luxemburgici. Hæc omnia, uti et calamitates ac reparationes ejusdem, Martinus Cuthenus, a poesi et historia commendatus scriptor, comprehendit chronostichis suis, *anno* MDXL *impressis, hoc modo.*

Fortuna ecclesiæ chronostichis expressa,

923 VenCesLaVs fVnDat hæC saCrarIa VIto :
923 qVæ preCe, sanCte, pia LætVs, VoLfange, DICastI.
1060 spItIneVs profert LapsI poMœrIa fanI :
1137 hoste fVrente VoraX qVæ CVM Vasta Verat Ignis.
1343 CæCVS Joannes opVs hoC eXirVXIt: et IpsVM
1347 CaroLVs eXCoLVIt VarIo reX MVnere et aVro.
1541 hæC VIoLat postqVaMVVLCanVs CVnCta seVerVs,
1555 Læsa reforMantVr FernanDo regna tenente.

19 Sed illud de consecratione ac dedicatione prima, quasi eas S. Wolfgangus peregisset, erroris culpatur, uti et inscriptio in hodierna Basilica supra fenestras altiores, sub Carolo IV olim exarata, ac sub Ferdinando I postmodum renovata. Nam illud Wenceslaitanum, teste ipso Cutheno in suo Chronico, anno Domini DCCCCXXX, per Michaelem Ratisbonensem Episcopum, Boleslai fratricida cura vit S. Vito initiari. Deinde longe fortius illa Wolfgangiana traditio expugnatur ex MS. Vita S. Wenceslai, quam Christannus Boleslai Pii frater, illis temporibus proximus conscripsit, et S. Adalberto, suo e sorore nepoti, dedicavit: quia in ea Tuto, vir sanctus Ratisbonensis Antistes, sacras (*primi scilicet lapidis jaciendi*) cerimonias, coram Wenceslao fundatore peregisse affirmat. Sed et Wolfgangus, cum thronum Episcopalem conscendit, annus DCCCCLXIX numerabatur; adeoque cœpit templa consecrare post annum XXXI a martyrio S. Wenceslai, sub annum DCCCCXXXVIII. *Plura in præsentiarum non occurrunt.*

E *errat dum dedicationem adscribit S. Wolfgango:*

non nisi post annos 30 facto Episcopo

C

DE S. TATIANO DULA

F

G. H.

MARTYRE JUXTA ZEPHYRIUM CILICIÆ

COMMENTARIUS PRÆVIUS

De ejus cultu et sincerissimis Actis ex MS. Græco.

SUB INIT. SEC. IV

Acta Græca

Zephirium, *urbs antiqua* Ciliciæ *littoralis, cum ejusdem nominis promontorio, ex quo in oppositum Cyprum brevior est trajectus, memoratur in Periplo Scylaci, Livio lib.* 33 *cap.* 4, *Stephano de Urbibus, et in antiqua Notitia Græca habetur Episcopalis, cujus Hypatius Episcopus Concilio Chalcedonensi interfuit. Hanc urbem, suo martyrio; et* Prætoriadem, *ei circumjectam Præfecturam nativitate atque deposito corporis sui illustravit* S. Tatianus Dulas: *cujus Acta Græca reperimus Romæ in duplici codice MS. numero* 655 *et* 1667 *signato; qualia mox cum nostra Latina versione dabimus. Eadem a Guillelmo Sirleto, dein Cardinale, Latine reddita edidit parte* 2 *tomi* 7 *de Vitis Sanctorum Patrum Aloysius Lipomanus Episcopus Veronensis, et ex illo Laurentius Surius: qui ambo ea adscribunt Simeoni Metaphrastæ, communi istius temporis errore, quo omnia Græca Acta Sanctorum ei tribuebantur. Aliter sentit Leo Allatius, qui in Diatriba de Simeonum scriptis pag.* 120 *sub finem, exordium hujus Vitæ adducit inter illas Vitas, quas non attigit Metaphrastes, sed alii, et sæpe illustres auctores, ediderunt.*

Latine translata a Sirleto

2 *Hæc* sancti Dulæ *Acta (sic enim absque prænomine* Tatiani *simpliciter inscribuntur,* Μαρτύριον τοῦ ἁγίου Δούλα) *omnino sincera esse videntur, et ex judicialibus scripturis fere verbotenus accepta. Certe nihil in eis leges eorum paradoxorum, quæ passim leguntur in Passionibus temporis ac notæ sequioris. Ex ipsis autem accepta sunt, quæ in omnibus Synaxariis Græcorum extant Encomia: puta in antiquo Menologio Basilii*

Cultus apud Græcos,

A *Basilii Porphyrogeniti Imperatoris, in pervetusto MS. Synaxario Ecclesiæ Constantinopolitanæ quo usi diu fuimus, beneficio nostrorum Parisiensium Collegii Ludoviciani, quibus ipsum denique restituimus. Eadem elogia reperimus in duplici codice Mediolanensi Bibliothecæ Ambrosianæ, duplici etiam Parisiensi Bibliothecæ Mazarinæ, atque in MSS. Patrum Dominicanorum ibidem, nostrique Divionensis collegii Societatis Jesu.* et Latinos. *Extant eadem Græce in Menæis excusis, unde aliquod encomium formavit laudatus supra Sirletus : quo citato, cum Actis a Lipomano et Surio editis, Baronius eumdem Sanctum inscripsit Martyrologio Romano his verbis :* Zephiri in Cilicia sancti Dulæ Martyris, qui sub Præside Maximo ob Christi nomen virgis cæsus, in craticula positus, fervent oleo incensus, aliaque passus, martyrii palmam victor accepit. *Eumdem retulerunt Molanus, et Galesinius.*

3 *Tempus vitæ et martyrii nusquam indicatur, ne-* Tempus Martyrii ; *que ex solo nomine* Præsidis Maximi *illud assequi possumus ; cum etiam in hoc nostro opere plures hujus nominis occurrant sub variis Imperatoribus, Præfectis, Duces, Consules, ac deinde Proconsules in diversis Provinciis. Ita* S. Anterum Papam sub Maximo Præfecto *Romæ anno* CCXXXVI *martyrio coro-*
B *natum diximus, ad ejus diem natalem* III *Januarii : Imo et* Clementem Episcopum Ancyranum, *et varios ejus socios, fuisse* a Maximo *Præside variis cruciatum tormentis, ac tandem sub initium seculi quarti Martyrem occisum, habent antiqua ejus Acta, ad diem* XXIII *Januarii a nobis illustrata ; ad idem tamen tempus arbitramur martyrium* S. Tatiani Dulæ *statui etiam posse. Subjungimus in confirmationem Actorum, Elogium ex dicto MS. Synaxario Constantinopolitano et magnis Menæis, in quibus hoc etiam Distichon præmittitur.*

Δούλας ξοάνοις δουλικὸν μὴ δοὺς σέβας,
Ἤνεγκε σαρκὸς, ὡς Θεοῦ δοῦλος, ξέσεις.
Idola Dulas colere, ceu servus, nolens ;
Carnes secari, ceu Dei servus, tulit.

ubi vides alludi ad nomen Δουλᾶς, *communis cum* Δοῦλος, servus, *originis. Ipsum elogium hujusmodi est :*

4 Οὗτος ἦν ἐκ Ζεφυρίου Πραιτωριάδος, ἐπαρχίας τῆς Κιλικίας· διὰ δὲ τὸ τὸν Χριστὸν σέβειν καὶ προσκυ- D Synopsis Martyrii : νεῖν, ἤχθη πρὸς τὸν Ἡγεμόνα Μάξιμον, καὶ τύπτεται ῥάβδοις. Διεξελθὼν δὲ τὰ κατὰ τὸν Ἀπόλλωνα καὶ τὴν Δάφνην, ὅτι ἐρασθεὶς αὐτῆς καὶ καταδιώξας οὐκ ἐπέτυχε τῆς ἐπιθυμίας, ἐξεκαλεύσατο εἰς πλείονα θυμὸν τὸν Ἡγεμόνα, καὶ ὀργήν· ὅθεν πάλιν τύπτεται κατὰ τῆς γαστρὸς ὕπτιος, καὶ ἐν ἐσχάρᾳ πυρὸς ἐπιτεθείς· καὶ αὖθις ἐν ἑτέρᾳ ἐξετάσει ἀχθεὶς, ἐλαίῳ τὴν κεφαλὴν διαβρέχεται καὶ ἄνθρακας πυρὸς ἐπ᾽ αὐτὴν ἐπιχέεται, καὶ ὄξει καὶ ὀστράκῳ κατατρίβεται, καὶ σίναπι κατὰ τῶν μυκτήρων ἐγχέεται, καὶ σιδήροις τὰ νῶτα χαράσσεται, καὶ τὰς σιαγόνας καὶ τὰ σκέλη συντρίβεται. Ἐρωτηθεὶς δὲ παρὰ τοῦ Ἡγεμόνος περὶ τοῦ Χριστοῦ, πῶς ἐν σαρκὶ Θεὸς νομίζεται, πᾶσαν τὴν καθ᾽ ἡμᾶς οἰκονομίαν ἐν ἐπιτομῇ διηγήσατο. Ἀχθεὶς δὲ εἰς τρίτην ἐξέτασιν, καὶ τῶν εἰδωλοθύτων αναγκαζόμενος απογεύσασθαι, ὡς ἑκὼν οὐχ ὑπήκουεν, αλλὰ τὴν ἐπενεχθεῖσαν βίᾳ σπονδὴν τῷ αὐτοῦ στόματι απέπτυσεν, ανασθεὶς ξέεται ἐπὶ τοσοῦτον, ὥστε τῶν πλευρῶν αὐτῷ γυμνωθῆναι, καὶ τὰ ἔγκατα προσελθεῖν. Εἶτα ἑλκυσθεὶς ἕως εἰκοστοῦ μιλίου, τῷ Θεῷ τὸ πνεῦμα παρέδωκεν.

5 Hic ex Zephyrio Prætoriadis, Ciliciæ præfe- ex Menæis.
ctura, oriundus, propter fidem et cultum Christi E ductus ad Præsidem Maximum, virgis cæsus est, Cumque irrideret commenta circa Apollinem et Daphnen, quam ille amans fugientem est persecutus, nec tamen ut desiderio suo satisfaceret, assequi potuit ; magis furorem Præsidis accendit. Rursus igitur circa ventrem cæsus est, et in ardente craticula extensus. Deinde ad alteram quæstionem ducto, caput ejus ardenti oleo perfunditur, carbonesque candentes in ipsum exaggerantur, vulneraque aceto et testis perfricantur, ac sinapi in nares instillatur, unguibusque ferreis tergum raditur, maxillæque et ossa pedum confringuntur. Rogatus autem a Præside de Christo, quomodo in carne sit Deus, omnia religionis nostræ mysteria explicavit. Ad tertiam demum quæstionem ductus, coactusque idolothyta degustare : recusanti per vim in os ingeruntur libationes, quas mox expuit. Suspensus ideo iterum, ad vigesimum milliare, spiritum Deo reddidit.

C

ΜΑΡΤΥΡΙΟΝ ΑΓ· ΔΟΥΛΑ

F

Cum interpretatione Guilielmi Sirleti.

Ex MSS. Bibliothecæ Vaticanæ 655 et 4667.

S. Tatianus Dulas delatus apud Præsidem :

Quo tempore Satanas ab iis colebatur, qui eo digni erant, et idolorum superstitio atque error vigebat, Maximus autem Ciliciæ præsideret ; delatus est Tatianus, cognomento Dulas, vir justus et timens Deum, qui totius gentis testimonio pietatem et in omni re justitiam servare probabatur : hic, inquam, delatus fuit apud Præsidem, quod Christi fidem profiteretur. Quamobrem detinebatur in car-
a cere *a* Commentariensis, ipso ita Præsidi referente: Quemadmodum tu jussisti, satellitum principes, regionem omnem usque ad Zephyritarum urbem pervestigantes, deprehenderunt quemdam impiæ Christianorum religionis sectatorem, quem obtuli sincero et illustri tribunali tuo. Hæc ille dixit. Cui Præses Maximus : Quo tempore, inquit, urbes ipsas circumiero, omnes, qui sunt in carcere, ad me duci
b jubebo. Cum igitur in urbem *b* ingressus esset, et sederet in tribunali, jussit primum adduci ad se Dulam, quem supra diximus. Qui cum ad Præsi-

Ἐν τῷ καιρῷ ἐκείνῳ, ὅτε ὁ σατανᾶς ὑπὸ τῶν ἀξίων αὐτοῦ εἰσηγεῖτο, καὶ ἐκράτει ἡ πλάνη τῆς εἰδωλολατρείας, Μαξίμου ἡγεμονεύοντος ἐν τῇ χώρᾳ τῆς Κιλικίας, ὑπεβλήθη αὐτῷ Τατιανὸς, ὀνόματι Δουλᾶς, ανὴρ δίκαιος καὶ φοβούμενος τὸν Θεὸν, μαρτυρούμενος δὲ ὑπὸ παντὸς ἔθνους εἶναι εὐσεβὴς καὶ κατὰ πάντα δίκαιος. Οὗτος ὑπεβλήθη τῷ Ἡγεμόνι, ὡς θρησκεύοντος αὐτοῦ τὴν εἰς Χριστὸν ὁμολογίαν. Κατείχετο οὖν ἐν φρουρᾷ, τοῦ Κομενταρησίου ανενέγκαντος τῷ Ἡγεμόνι οὕτως· Κατὰ τὸ πρόσταγμα τῆς σῆς αρετῆς, Κύριε, ανιχνεύσαντες ἕως τὴν τῶν Ζεφυριτῶν πόλιν ἀρχιληστήριος, εὗρόν τινα ὡς ὄντα τῆς ασεβεστάτης θρησκείας τῶν Χριστιανῶν, τοῦτον παρέστησαν τῷ καθαρῷ καὶ ὑπερλάμπρῳ σου βήματι. Μάξιμος Ἡγεμὼν εἶπεν· Περιπολίζοντός μου τὰς πόλεις, πάντας τοὺς δεσμώτας εἰσαγαγεῖν κελεύω. Εἰσελθὼν οὖν εἰς τὴν πόλιν, καὶ προκαθίσας ἐπὶ τοῦ βήματος, ἐκέλευσαν πρῶτον προσαχθῆναι τὸν Δουλᾶ. Εἰσερχόμενος δὲ αὐτος, προσηύξατο λέγων, Χριστὲ, υἱὲ τοῦ Θεοῦ εὔσπλαγχνε, σὺ εἶπας διὰ στόματος Δαυὶδ λέγων, Πλάτυνον

A τυνον τὸ στόμα σου, καὶ πληρώσω αὐτό· καὶ αὐτὸς εἶπας διὰ τῶν εὐαγγελίων, Μὴ μεριμνήσητε πῶς, ἢ τί λαλήσητε. Νῦν οὖν, δέσποτα Χριστὲ, ἐξαπόστειλον τὸν Ἄγγελόν σου, καὶ δός μοι λόγον ἐν ἀνοίξει τοῦ στόματός μου, ἵνα εἰσελθὼν πρὸς τὸν μιαρώτατον Μάξιμον, ἐλέγξω αὐτὸν ἀσεβοῦντα· ἕνεκα δὲ πληγῶν σε ἔχω πρὸ ὀφθαλμῶν, οὐ φοβοῦμαι τὰς τιμωρίας αὐτοῦ, τὸ γὰρ σῶμά μου πρόκειται αὐτῷ· ἐὰν γὰρ μὴ παραδῶ τὸ σῶμά μου ἵνα καυθῶ, ποίων ἀγαθῶν στεφάνους ἔχω ὑποδέξασθαι; ποίους δὲ μώλωπας ἔχω ὑποδεῖξαι τῷ δεσπότῃ μου Χριστῷ, ἵνα ἐπειδὼν με φιλανθρωπεύσηταί μοι ἄφεσιν αμαρτιῶν;

2 Ταῦτα αὐτῷ λέγοντος, περιελόντες αὐτῷ τὸ παλλίον, καὶ περιζώσαντες αὐτὸν, παρέστησαν τῷ Ἡγεμόνι. Μάξιμος Ἡγεμὼν εἶπεν· Τίς καλεῖ τὸ ονομά σου, φράσον συντόμως; Δουλᾶς εἶπεν· Δοῦλος Χριστοῦ. Μάξιμος Ἡγεμὼν εἶπεν, Μηδὲν ὠφελούμενος ἐκ τοῦ ὀνόματος τούτου, τὸ φύσικόν σου ὄνομα, φράσον ἡμῖν· Δουλᾶς εἶπεν· Ἀνόητε, δῆλόν σοι ἐποίησα τὸ ὄνομά μου, τὸ μὲν φύσικόν μου ὄνομα Τατιανός εἰμί, τὸ δὲ επικληθέν μοι
B Δουλᾶς· ὅθεν οὕτως προσαγορευόμενος, κατὰ ἀλήθειαν δοῦλος ειμι Χριστοῦ. Μάξιμος Ἡγεμὼν εἶπεν· Οὐδέπω ἔγνως τὸν φόβον τοῦ δικαστηρίου· νῦν οὖν λέγε μοι, ποίου ἔθνους τυγχάνεις, ποίας δὲ κώμης, ποίου δὲ γένους; Δουλᾶς εἶπεν· Ἔθνους μὲν εἰμὶ Κιλίκων, κώμης δὲ Πραιτοριάδος, γένους δὲ τῶν εὐγενῶν, ἀπὸ παιδὸς Χριστιανός. Μάξιμος Ἡγεμὼν εἶπεν, ὡς οὖν εὐγενὴς, ἧξον τοῖς ἀηττήτοις Βασιλεῦσι, καὶ προσελθὼν θῦσον τοῖς θεοῖς, ἵνα καὶ παρ᾽ ἡμῶν τιμεῖς, καὶ παρὰ τοῖς σεβαστοῖς μέγας αναφανεῖς. Δουλᾶς εἶπεν· Ἡ τιμή σου καὶ ἡ προκοπὴ τῶν σεβαστῶν σου ὑμῖν εσται, καὶ πᾶσι τοῖς μὴ γινώσκουσι τὸν Θεόν· ἐμοὶ δὲ μὴ γένοιτο προκόπτειν ει μὴ ἐν τῇ πίστει τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ.

3 Μάξιμος Ἡγεμὼν εἶπεν· Τείναντες αὐτὸν ξυλοβάκλοις τύπτετε αὐτόν, λέγοντες αὐτῷ, Μὴ μωρία χρῶ. Δουλᾶς εἶπεν· Εὐχαριστῶ σοι Χριστὲ, ὅτι κατηξιώθην διὰ το ὄνομά σου ταῦτα πάσχειν. Μάξιμος Ἡγεμὼν εἶπεν· Νῦν τι σε ωφελεῖ ὁ Χριστος σου, οτι ολος εἶ τετραυματισμένος, καὶ οὐκ αἰσθάνῃ, ἀνόητε. Δουλᾶς εἶπεν. Οὐκ ἤκουσας τοῦ μακαρίου Παύλου λέγοντος, οτι ἐὰν μὴ νομίμως αθλήσει, οὐδεὶς στεφανοῦται; Μάξιμος
C ἡγεμὼν εἶπεν, Οὐκοῦν τυπτόμενος, στεφανοῦσαι. Δουλᾶς εἶπεν· Σήμερον ἐγὼ ἀγωνίζομαι κατὰ τοῦ αδελφοῦ σου τοῦ διαβόλου· ἐὰν οὖν νικήσω τὴν πανοπλίαν τοῦ σατανᾶ, λέγω δὲ σὲ τὸν ὑπηρέτην αὐτοῦ, στεφανοῦμαι ἐν τοῖς οὐρανοῖς. Μάξιμος εἶπεν· Τί πλανᾶσαι, ανθρώπῳ σταυρωθέντι πιστεύων; Δουλᾶς εἶπεν· Τί βέλτιόν ἐστιν, ἀνθρώπῳ σταυρωθέντι πιστεύειν, ἢ λίθοις καὶ ξύλοις, ἔργοις χειρῶν ἀνθρώπων πιστεύειν, ἢ Θεῷ ζῶντι καὶ αληθεινῷ;

4 Μάξιμος εἶπεν· Τρισκαθάρετε, ὁ μέγας Θεὸς Ἀπόλλων, ἔργον ἔστιν ανθρώπων; Δουλᾶς εἶπεν· Καλῶς αὐτὸν εἴρηκας Απώλλωνα· προσέχων γὰρ αὐτῷ, απώλεσας τὴν σεαυτοῦ ψυχὴν, οὐ μόνον δὲ τὴν σεαυτοῦ, ἀλλὰ καὶ οὓς ἀναγκάζων πείθεις προσκυνεῖν αὐτῷ. Γίνωσκε δὲ οτι ὁ Θεὸς ἐκ τῆς χειρὸς σου ἐκζητῆσαι ἔχει ψυχὰς, ἅσπερ ἀναγκάζων ἀπώλεσας. Περὶ δὲ τοῦ ασεβοῦς Ἀπολλωνος λέξω σοι, ὁποῖος ἦν. Οὗτος ἦν ὡς και σὺ ἄσωτος, καὶ ἐφίλησε τὴν Δάφνην, χρήματα δοὺς οὐκ ὀλίγα· καὶ ἐπαγγελίας λαβὼν, οὐκ ἐπέτυχε. Ποῖος οὗτος Θεος, εἰς ἔρωτα τρωθεὶς, καὶ μὴ ἐπιτυχὼν τῆς ἐρωμένης; πῶς αὐτὸς αξιώσας αὐτὸν ἐπιτυχεῖν, ἀληθῶς γὰρ γέλωτος ἄξια τὰ παρ᾽ ὑμῶν ἀδόμενα, μᾶλλον δὲ θρήνους ἄξια ὄντα· ὃν

dem ingrederetur, ita deum oravit: Christe fili Dei, D
qui misericors es, tu dixisti per os David; Dilata *Ex MSS.*
os tuum, et implebo illud. Tu et in Evangeliis dixisti; Ne soliciti sitis, quomodo aut quid loquamini. Nunc igitur, Domine Jesu Christe, mitte Angelum, tuum, et da mihi orationem os meum aperienti, ut ad scelestissimum Maximum ingrediens, ejus impietatem redarguam. *semet orando excitat,* Quod vero ad plagas pertinet, cum te præ oculis habeam, hujus tormenta non timeo, meumque corpus Præsidi libenter proponam. Nisi enim corpus meum tradidero ita ut ardeam, qualium bonorum coronas accipere potero? quales Domino meo Jesu Christo cicatrices ostendam, quas ille videns, benignitate in me utatur, et peccata mea remittat?

2 Hæc cum ille dixisset, milites pallivo eum exuerunt, et vinctum Præsidi obtulerunt. Tum Maximus Præses: Age, inquit, dic paucis verbis, quo nomine appelleris. Tum Dulas: Servus Christi ego sum. Ad hæc Maximus: Cum nihil, inquit, utilitatis nomen istud tibi afferre possit, dicas naturale nomen tuum. Respondit Dulas: An non manifestum tibi nomen meum effeci? Vero quidem et certo nomine Tatianus appellor: eo autem, quod mihi ab hominibus impositum fuit, Dulas: itaque sic appel- E
latus, revera servus Christi sum. Nondum, inquit Maximus, judicii terrorem expertus es. Nunc igitur dicas, cujus nationis homo tu sis, cujus loci, aut generis. *set Christianum profitetur* Ad hæc Dulas ait: Ego sum natione Cilix, ex vico Prætoriade, genere claro, et a puero Christianus. Tum Maximus Præses dixit. Cum claro genere ortus sis, invictis Imperatoribus cedere velis; et deos adiens, æquo animo illis sacrifices, ut et a nobis honoreris, et apud Augustos Imperatores magnus atque illustris habearis. Respondit Dulas: Honores tui et Augustorum gradus vobis sint, et omnibus iis qui Deum ignorant. *contemnens vana promissa:* A me vero Deus hoc avertat, ut alia in re proficiam, quam in fide Domini nostri Jesu Christi.

3 Cum ita eum sentientem Maximus Præses *virgis cæditur:*
vidisset: Extensum, inquit, istum *c* virgis percutite, *c*
et admonete hominem, ut desinat insanire. At Dulas, cum verberibus pulsaretur, dicebat: Gratias ago tibi, Christe, quod dignus habitus sim, qui propter nominis tui confessionem hæc paterer. Audiebat ista Maximus, et illi hæc exprobrabat: Quidnam tibi prodest nunc Christus tuus, cum totus sis vul- F
neratus? An non adhuc sentis, stulte homo? Cui *2 Tim. 2.*
Dulas: Quid? Nonne beatus Apostolus Paulus dicit: Nemo coronatur, nisi legitime certaverit? Tum Maximus: Ergo, inquit, verberatus tu coronam assequeris? Respondit Dulas: Ego hodie contra
fratrem *d* tuum diabolum certamen sustineo: si ergo *d*
Satanæ *e* armaturam devicero, te, inquam, Satanæ *e*
ministrum; in cœlis coronam accipiam. Cur, inquit Maximus, sic erras, homini in cruce suffixo fidem habens? Ad hæc Dulas: Velim dicas, præstetne homini crucifixo, hoc est, Deo viventi et vero; an lapidibus et lignis, operibus manuum hominum, credere.

4 Scelestissime, inquit Maximus, num tibi humanum opus videtur magnus deus Apollo? *objiciens Apollinis incontinentiam,* Dulas
ait: Vere Apollinem *f* isto nomine appellasti. Nam *f*
illi mentem adhibens, animam tuam perdidisti: non solum autem tuam, sed illorum etiam, quibus persuades, ut eum adorent. Illud autem scito, quod Deus ipse requiret a manibus tuis animas, quas cogens perdidisti. Ceterum Apollo impius, qualis fuit, dicam tibi. Erat ille, ut tu nunc es, incontinens: cumque Daphnes amore captus esset, et pecunias multas ei dedisset; promissa, quæ ab ipsa acceperat, assecutus non est. Quæso, qualisnam Deus iste est, qui amore vulneratus

EX MSS

A vulneratus, eam, quam adamabat, assequi non potuit? Qui potes igitur sperare, te aliquid per eum assecuturum? Vere quæ a vobis de illo canuntur, risu digna sunt, vel potius luctu. Quem enim mulier meretrix, execrabilis, atque omnis impuritatis plena, pro nihilo habuit, Apollinem, inquam, tuum, in cujus faciem ipsa expuit, tune illum, ut Deum, adoras? Vides, ut luctu *g* digna sit impietas vestra?

g

5 Hæc audiens Maximus: Versate, inquit, istum in alteram partem, et ventrem percutite. Tum Athanasius *h* Cornicularius dixit: Obtempera Præsidi: Nonne vides viscera tua exilire? Age, inquit Dulas, tu, qui diaboli consiliarius es et minister, tibi et Præsidi tuo ad consilium illud, quemadmodum Daphnæ persuadere possitis, ut cum Deo vestro Apolline coire velit; ne amore consumptus pereat: ego enim habeo consiliarium meum Dominum Jesum Christum. Tum Maximus: Afferte craticulam, et illam vehementer accendite, atque istum, ut diis maledicentem, in eam imponite. At Dulas: Gratias, inquit, tibi agit Apollo tuus in gehenna, quod ignem numquam extinguendum ei provides; atque tibi gratiam referet, hanc scilicet, ut una cum ipso B ad tenebras exteriores detrudatis: tunc et ego te ridere potero, impie Apollinis patrone.

h *cæditur in ventre,*

uritur in craticula,

6 Cum autem totum fere Martyris corpus carnifices adussissent, nihil profecerunt: neque enim Dei servo persuaserunt, ut a fide Christi deficeret. Tunc jussit Maximus Præses, ut milites ita combustum in carcere interiore hominem custodirent, neque cura aliqua illum prosequerentur, hæc addens; Ne quis ex impiis hominibus eum ob id beatum prædicet, quod impie in deos nostros se gerens, tormenta perpessus fuerit. Erat igitur Sanctus ille in vinculis, et sine intermissione Dei gloriam celebrabat, eumque precabatur, ut martyrii cursum perficeret.

constans in fide

ducitur in carcerem;

7 Post quinque dies Maximus in tribunali sedens, quæsivit an scelestus ille, et impiæ Christianorum religionis sectator, adhuc viveret: quem et ad tribunal duci jussit. Athanasius Cornicularius respondit Præfecto: Ita constans, et ad defensionem paratus, et incolumis est homo ille, ut ne cicatricem quidem aliquam in corpore suo habeat jussitque illum introduci. Quem cum Præses totum sanum vidisset, et vultu admodum hilari; O scelestissimum, inquit *i* satellitium! nonne vobis præcepi, C ut nullam curam isti impenderetis? Ad hæc Pegasius commentariorum Præfectus: Per tuam amplitudinem, in carcere interiore custoditus est, habens in collo Herculis effigiem, trecentarum librarum pondere gravem: quomodo vero sanus factus sit, nemo nostrum cognovit. Tum Dulas: O insipiens Præses, en Christus meus sanum me fecit, et ad plagas tuas excipiendas corpus meum idoneum reddidit, ut cognoscas Deum esse nostrum medicum, qui homines in eo spem suam collocantes, admirabili quodam modo curare solet: simul etiam, ut ego duplicem martyrii coronam accipiam, et tu sempiternas pœnas duplices patiare. At si tu tales plagas pro nomine Apollinis tui sustinuisses, scilicet potuisset tibi sanitatem afferre Apollo iste, quem Deum tuum dicis, quemadmodum mihi Christus meus sanitatem attulit.

divinitus persanatus

i

ait id præstitisse Christum medicum suum:

8 Tum Maximus; Quoniam homo iste non desinit maledicta in deos nostros injicere, ungite oleo ejus caput, et carbones ardentes imponite. Cui Dulas; Licet, inquit, cerebrum meum combusseris, quid tum, impie Præses? Excogita alia tormenta. At Præses dixit: Sinapi *k* in ejus nares immittite. Derideo, inquit Dulas, omnes cruciatus tuos. Præses autem: Lacerate constanter acuto ferro ejus

uritur caput *k* *sinapi torquetur,*

γὰρ γυνὴ πόρνη, μυσαρὰ, καὶ ἐνεγὴς, καὶ πάσης δυσωδίας πεπληρωμένη, ἐξουδένωσε τὸν Ἀπόλλωνά σου, ἐμπτύσασα αὐτῷ εἰς τὸ πρόσωπον, σὺ ὡς Θεὸν αὐτὸν προσκυνεῖς; Ὁρᾷς ὅτι πένθους ἄξια τὰ τῆς ὑμετέρας δυσσεβείας. D

5 Μάξιμος Ἡγεμὼν εἶπεν· Στρέψαντες αὐτὸν τοῖς ξυλοβάκλοις, κατὰ τῆς γαστρὸς τύπτετε. Ἀθανάσιος Κορνικουλάριος εἶπεν, πρόσθητι τῷ Ὑπατικῷ, οὐκ ὁρᾷς ὅτι τὰ κόπρεα τῶν εντέρων σου προπηδῶσιν; Δουλᾶς εἶπεν· Σύμβουλε τοῦ σατανᾶ, ὑπηρέτα τοῦ διαβόλου, συμβούλευσον σεαυτῷ, καὶ τῷ Ἄρχοντί σου, πῶς δυνηθεῖτε πεῖσαι τὴν Δάφνην συγγενέσθαι τῷ θεῷ ὑμῶν Ἀπόλλωνι, ἵνα μὴ τῷ ἔρωτι τρωθεὶς ἀπώληται· ἐγὼ γὰρ ἔχω τὸν σύμβουλόν μου τὸν Κύριόν μου Ἰησοῦν Χριστόν. Μάξιμος Ἡγεμὼν εἶπεν, Δοτε ἐσχάραν, καὶ ἐκκαύσαντες αὐτὴν σφοδρῶς· ἐπίθετε τὸν τρισκατάρατον ὡς βλασφημοῦντα εἰς τοὺς θεούς. Δουλᾶς εἶπεν· Χάριν σοι ὁμολογεῖ ὁ Ἀπόλλων ἐν τῇ γέεννῃ, ὅτι προνοεῖς αὐτῷ πῦρ ἄσβεστον· κἀκεῖνος δὲ παρέχει σοι ἀντιχάριν, ὅτι κοινῇ ἔχετε ἀπελθεῖν εἰς τὸ σκότος τὸ ἐξώτερον· καὶ τότε σοι ἔγω ἐπιγελάσαι, προστάτα τοῦ ἀσεβοῦς Ἀπόλλωνος. E

6 Καύσαντες δὲ ὅλον τὸ σῶμα αὐτοῦ διὰ τῆς ἐσχάρας, οὐδὲν ἤνυσαν· οὐ γὰρ ἔπεισαν τὸν δοῦλον τοῦ Θεοῦ ἀποστῆναι τῆς εἰς αὐτὸν πίστεως. Μάξιμος Ἡγεμὼν εἶπεν· Κεκαυστηριασμένον τοῦτον ἐν ἀσφαλῇ φρουρᾷ φυλάττετε, ἐν τῇ ἐσωτέρᾳ φυλακῇ, μηδεμιᾶς ἐπιμελείας τυγχάνοντα· μή τις τῶν ἀσεβεστάτων μακαρίσει αὐτὸν, ἐφ᾽ οἷς ἀσεβῶς εἰς τοὺς θεοὺς ὑπομεμένηκεν. Καὶ ἦν ὁ Ἅγιος ἐπὶ τῶν δεσμῶν, ἀδιαλείπτως δοξάζων τὸν Θεὸν, ὥστε τελειωθῆναι αὐτοῦ τὸν δρόμον.

7 Καὶ μετὰ ἡμέρας πέντε, ἐπιβὰς τῇ πόλει ὁ Μάξιμος, καθίσας ἐπὶ τοῦ βήματος εἶπεν· Εἰ ἔτι ζῇ ὁ ἀνοσιώτατος ἐκεῖνος, ὁ τῆς ἀσεβεστάτης θρησκείας τῶν Χριστιανῶν, τοῦτον ἐπὶ τοῦ βήματος κάλει. Ἀθανάσιος Κορνικουλάριος εἶπεν· Μὰ τὴν σὴν ἀρετήν! τοσοῦτον οὗτος εὐτονώτερός ἐστιν πρὸς ἀπολογίαν, ὅτι οὐδὲ μώλωπά τινα ἔσχηκεν ἐν τῷ σώματι αὐτοῦ. Καὶ ἐκέλευσεν αὐτὸν εἰσαχθῆναι. Ἰδὼν δὲ αὐτὸν ὁ Ἡγεμὼν, ὅλον ὑγιῆ καὶ χάριτος πεπληρωμένον τῷ προσώπῳ, εἶπεν· Ὢ ἀνοσία τάξις, οὐ παρήγγειλα ὑμῖν μηδεμιᾶς αὐτὸν ἐπιμελείας τυχεῖν; Πηγάσιος Κομενταρήσιος εἶπεν· Μὰ τὸ σὸν μέγεθος, εἰς τὴν ἐσωτέραν φυλακὴν κατείχετο, κατὰ τοῦ τραχήλου τὸν Ἡρακλέα ἔχων λιτρῶν τ᾽· πῶς δὲ ὑγιὴς γέγονεν, οὐδεὶς ἡμῶν οἶδεν, δέομαί σου· Δουλᾶς τῷ Ἡγεμόνι εἶπεν· Ἀσύνετε ὁ Χριστός μου, ὑγιῆ με ποιήσας, προητρέπισέ μου τὸ σῶμα πρὸς ὑποδοχὴν τῶν αἰκισμῶν σου, ἵνα γνῷς ὅτι ὁ ἡμέτερος ἰατρὸς ἀοράτως θεραπεύει τοὺς ἐλπίζοντας εἰς αὐτὸν, ἅμα μὲν ἵνα ἐγὼ διπλοῦν λάβω τὸν τοῦ μαρτυρίου στέφανον, σὺ δὲ διπλῆν τὴν αἰώνιον κόλασιν. Εἰ δ᾽ αὐτὸς τοιούτους αἰκισμοὺς ὑπέστης εἰς ὄνομα τοῦ Ἀπόλλωνος, ἆρα εἰ δυνατὸν σοι παρασχεῖν τὴν ὑγίαν ὁ Ἀπόλλων, ὃν λέγεις Θεόν σου, ὥσπερ ἐμοὶ ὁ Χριστός. F

8 Μάξιμος Ἡγεμὼν εἶπεν· Ἐπειδὴ οὐ παύεται τῆς κατὰ τῶν θεῶν βλασφημίας, ἀλείψαντες ἐλαίῳ τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ, ἄνθρακας ἐκκεκαυμένους ἐπίθετε. Δουλᾶς εἶπεν· Εἰ δὲ καὶ τὸν ἐγκέφαλόν μου ἐκαυτηριάσας λοιπὸν τί ποιήσεις δυσσεβέστατε, ἐπινόει ἕτερα βασανιστήρια. Μάξιμος Ἡγεμὼν εἶπεν· Σίνηπι ἐκχέατε κατὰ τῶν μυκτήρων αὐτοῦ. Δουλᾶς εἶπεν· Καταπαίζω τῶν βασάνων σου. Μάξιμος Ἡγεμὼν εἶπεν· Σιδήροις ὀξέσιν τὸν

νῶτον

A νῶτον αὐτοῦ εὐτόνως χαράξατε, καὶ ὄξει δριμυτάτῳ διαρράνατε εἰς τὰς πληγὰς αὐτοῦ, καὶ οστράκοις τὸν νῶτον αὐτοῦ τρίψατε. Γινομένων δὲ τούτων, ὁ Ἅγιος ἔλεγεν· Χριστὲ, παράστα τῷ δούλῳ σου· ἰδοὺ γὰρ ἐπὶ τὸν νῶτόν μου τεκταίνουσιν οἱ ἁμαρτωλοὶ, μακρύνοντες τὴν ἀνομίαν αὐτῶν· Μάξιμος Ἡγεμὼν εἶπεν· Κἂν νῦν πείθη, ανόητε, καὶ ὁμολογεῖς εἶναι θεούς; Δουλᾶς εἶπεν· Οἱ θεοί σου συνεργοῦσίν σοι καὶ τῇ κακίᾳ, μάλιστα ἡ Ἀφροδίτη καὶ ἡ Ἄρτεμις, ει δὲ κελεύεις, λέγω καὶ τὰς λοιπὰς θεὰς σου, καὶ τὰς τούτων πράξεις. Μάξιμος ειπεν· Σύνθλάσατε λίθῳ τὰς σιαγόνας αὐτοῦ, ινα μὴ βλασφημῇ τοὺς θεούς, καὶ βάλλῳ τὰ σκέλη αὐτοῦ συνκλάσατε, καὶ ποιήσατε αὐτὸν ἄπειρον πρὸς τὸ μὴ φθέγγεσθαι.

9 Δουλᾶς εἶπεν· Παρανομώτατε, τύπτεις με τὰ αληθῆ λέγοντα, ότι ἡ Ἀφροδίτη, καὶ αἱ λοιπαὶ θεαί σου γυμνάζουσαι τὰ ἑαυτῶν μέλη, ποία αὐτῶν μᾶλλον πορνεύουσι, καὶ κριτὴν ἔστησαν τον Πάριν ἄνδρα ποιμένα, βουλομέναι δοκιμάσαι ποία αὐτῶν βελτίω αμαρτάνει; τί οὖν χολᾷς ἐλεγχόμενος τὰς πράξεις τῶν μιαρῶν σου θεῶν; ὁ δὲ ἐμὸς Θεὸς αληθινός ἐστίν, καὶ εὐδόκησεν ἄνθρωπος γενέσθαι, καὶ σταυρωθεὶς καὶ ταφεὶς, ανέστη τρίτῃ ἡμέρᾳ, καὶ ἔστιν ἐν δεξιᾷ τοῦ Πατρὸς, καὶ μέλλει ἐν πυρὶ ἔρχεσθαι ἀπολέσαι και τοὺς θεοὺς σου. Μάξιμος εἶπεν· Ἀνόσιε, ἴδε καὶ σὺ δύο θεοὺς ἔχεις· Δουλᾶς εἶπεν· B Μὴ σολοίκιζε, λέγων δύο Θεοὺς, Τριὰς γὰρ ἐστίν. Μάξιμος εἶπεν· Οὐκοῦν τρεῖς θεοὺς ἔχεις; Δουλᾶς εἶπεν· Τριάδα ὁμολογῶν, προσκυνῶ· πιστεύω εις Πατέρα, ὁμολογῶ τον Υἱόν, προσκυνῶ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον. Μάξιμος Ἡγεμὼν εἶπεν· Πεῖσόν με, πῶς εἰς ἕνα Θεὸν πιστεύων, τρεῖς κηρύσσεις.

10 Δουλᾶς εἶπεν· Σαρκικὸς ἄνθρωπος οὐ δέχεται τὰ τοῦ πνεύματος, πλὴν διὰ τοὺς παρεστῶτας λέγω· Ὥσπερ σὺ ἄνθρωπος ἔχεις λόγον, οὕτως καὶ ὁ Θεὸς, ὁ Πατὴρ ὁ παντοκράτωρ, ἔχει Λόγον τὸν ὁμοούσιον, καὶ τὸ Πνεῦμα αὐτοῦ τὸ πανάγιον· οὕτως ὁ Θεὸς ἡμῶν ἐν αρχῇ πλάσας τὸν ἄνθρωπον, καὶ τῇ εικόνι αὐτοῦ τιμήσας αὐτὸν, ἐνέπνευσεν αὐτῷ πνεῦμα ζωῆς, και ην ἐν τῷ παραδείσῳ. Ἐπεὶ οὖν ὁ σατανᾶς, ὁ νῦν ἐνεργῶν σοι, βουλόμενος ἐν παραβάσει ποιῆσαι τον ἄνθρωπον, ὡς καὶ σὲ νῦν ἐποίησεν, ἐξέωσεν αὐτὸν τῶν ἐντολῶν τοῦ Θεοῦ· ἠθέλησεν ὁ Θεὸς αναστῆσαι τὸ πεπτωκὸς πλάσμα, καὶ ἀνακαλέσασθαι τὸ πεπλανημένον, καὶ ἐξαπέστειλεν τὸν Υἱον αὐτοῦ τὸν ἑαυτοῦ Λογον, καὶ ἐνοίκησεν ἐν τῇ C ἁγίᾳ παρθένῳ, ὁ Λογος τοῦ Θεοῦ, καὶ ἐτέχθη ἐξ αὐτῆς, δι᾽ οὗ καὶ ἔσωσεν τον κοσμον ὁ Πατηρ. Μαξιμος εἶπεν· Ὁ Λόγος οὖν ἄνδρα γεννᾷ; Δουλᾶς εἶπεν· Οὐ νοεῖς τὸ τοῦ Θεοῦ, μυστήριον· εἰ γὰρ ἐγίνωσκες τὸ παντοδύναμον τοῦ Θεοῦ, εἶχες γνῶναι ὅτι ὁ τὸν χοῦν ἄνθρωπον ποιήσας, ὁ ἑδράσας τὴν γῆν ἐπὶ τῶν ὑδάτων, ὁ στερεώσας τὸν οὐρανον, ὁ ποιήσας πᾶσαν τὴν κτίσιν, αὐτός ἐστιν ὁ Χριστός. Διὰ γὰρ τὸ μὴ φέρειν τον ἄνθρωπον ὁρᾷν τὴν θειότητα, διὰ πολλῆς φιλανθρωπίας ὁ φιλάνθρωπος, ἄνθρωπος γέγονεν, και ανείλαβεν ανθρωπίνην ταπείνωσιν, ινα, ὡς δι᾽ ἑνὸς ανθρώπου τοῦ πρωτοπλάστου ὁ θανατος εἰς τὸν κόσμον εισῆλθεν, οὕτως καὶ δι᾽ ἑνὸς ἀνθρώπου τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ ἡ ἀνάστασις γένηται ἡ ἐκ τῶν νεκρῶν.

11 Ὁ Ἡγεμὼν εἶπεν· Ἔστι γὰρ ἀνάστασις νεκρῶν; Δουλᾶς εἶπεν· Ναὶ ἔστιν, ἐπεὶ πῶς κρινεῖ ὁ Θεος τον κόσμον; Μάξιμος Ἡγεμὼν εἶπεν· Μη μοι τέχνας λόγων εισηγοῦ, αφῆς γὰρ ἐὰν ἀποθάνωμεν, νεκροὶ κείμεθα. Δουλᾶς εἶπεν· Ἀληθῶς καλῶς ειρηκας, οτι νεκροί ἐστε· ἐπειδὴ γὰρ νεκροῖς ἰδώλοις πιστεύετε, οὐκ ἔρχεσθε εἰ ανάστασιν ζωῆς, αλλ᾽ εἰς αἰσχύνην καὶ κολασιν αἰώνιον·

terga, et acerbissimo aceto plagas perfundite : tum D acutis testis terga conterite. Hæc cum fierent, sanctus Martyr dicebat : Jesu Christe, adesto servo tuo : ecce enim supra dorsum meum fabricant peccatores, prolongantes iniquitatem suam. Tunc dixit Maximus : Saltem nunc persuasus sis, et deos esse confitearis. Ad hæc Dulas : Scilicet dii tui adjuvant te et malitiam tuam, præsertim Venus et Diana. Dicam, si placet, et alias deas tuas et earum scelera. Confringite, inquit Maximus, ejus maxillas, ne diis maledicat : ipsius etiam crura infringite, et talem reddite, qui ne verbum quidem ullum proferre possit.

EX MSS. — *tergum laceratur :* — *franguntur maxillæ et crura*

9 Tum Dulas : Mene, iniquissime Præses, verberas qui vera dico, quod Venus ipsa et reliquæ deæ tuæ membra sua nudaverunt inter se certantes, *l* de potiori lascivia, quæ meretricio aptior esset, et Paridem pastorem illum judicem sibi constituerunt ; cum periculum facere vellent, quænam ipsarum melius peccaret? Cur irasceris, cum de execrabilium dearum tuarum facinoribus redargueris ? Meus Deus verus est, qui et homo fieri voluit, qui etiam cum in cruce fixus fuisset, et postea sepultus, tertio die resurrexit, et sedet ad dexteram Patris, E venturusque est cum igne ad deos tuos perdendos. Hæc audiens Maximus, dixit : Videsne, sceleste, ut et tu duos deos habes ? Ad hæc Dulas : Ne pecces, inquit, et erres, dicens duos deos : Trinitas enim est, quam colimus. Ergo, inquit, Maximus, tres deos habes. Trinitatem, inquit Dulas, confiteor et adoro. Credo in Patrem, confiteor Filium, adoro Spiritum sanctum. Tum Præses Maximus : Persuadeas, inquit, mihi, quomodo in unum Deum credens, tres prædices.

l — *Nihilominus exponit fidem et mysterium Trinitatis,*

10 Ad hæc respondit Dulas : Animalis homo non percipit ea, quæ spiritus Dei sunt. Eorum tamen causa, qui adsunt, dicam. Quemadmodum tu, qui homo es, habes sermonem : ita et Deus Pater omnipotens, habet Verbum ejusdem substantiæ, et Spiritum suum sanctissimum. Qui Deus noster cum primum hominem formavit, et imagine sua illum honoravit, insufflavit ipsi spiritum vitæ, quem et in paradiso constituit. Postea vero quam Satanas, nunc per te voluntatem suam exercet, studuit hominem ad divini præcepti violationem impellere, quemadmodum nunc etiam per te facit, hominem ipsum a divinis præceptis exterminavit. Quamobrem Deus, cum opus, quod formaverat, et F lapsum fuerat, erigere, idque, quod aberraverat, in viam reducere vellet, misit filium suum, hoc est, Verbum. Itaque Verbum Dei in sancta illa Virgine habitavit, et ex ea genitum fuit, per quod Pater ipse mundo salutem dedit. Tum Maximus dixit : Verbum igitur aliquod, virum gignit ? Minime, inquit Dulas, Dei mysterium intelligis : verum si omnipotentis Dei virtutem cognosceres, scire posses, quod qui e pulvere hominem fecit, qui firmavit terram super aquas, qui cœlum consolidavit, qui universam naturam effecit, ille ipse Christus est. Cum enim hominis conditio divinitatem videre non posset, ille humani generis amator, propter suam in homines caritatem, homo factus est, et humanam humilitatem suscepit : ut sicut per unum hominem primo formatum mors ipsa in mundum ingressa est, ita et per unum hominem, Dominum nostrum Jesum Christum, resurrectio mortuorum induceretur.

lapsum Adami, — *Incarnationem*

11 Tum Præses : Quid ais? Estne etiam resurrectio mortuorum ? Maxime, inquit Dulas. Quomodo enim Deus mundum judicabit, nisi mortui resurrexerint ? At ille : Nolim artificiosos istos sermones mihi afferas : sed sinas, si mortui fuerimus, nos mortuos jacere. Vere, inquit Dulas, dixisti, vos mortuos esse : cum enim mortuis idolis fidem habeatis

resurrectionem mortuorum.

A beatis, numquam ad resurrectionem vitæ pervenietis, sed ad dedecus et supplicium sempiternum. Oportet autem omnes homines assistere ante tribunal Christi, et eorum, quæ fecerint, rationem reddere.

l x mss.

12 Tunc dixit Maximus : Ligate hominem istum ferreis vinculis, et in carcere custodite. Postridie vero mane Præses jussit Dei servum Dulam introduci. Cui jam intromisso : Quænam, inquit, miserrime homo, tibi utilitas fuit in deos nostros impietatem exercenti? Respondit Dulas : Maximam utilitatem percipio apud Deum, cum eos, qui dii non sunt, reprobo : te vero adhuc viventem Christus puniet. Tunc ait Maximus : Injicite in ejus os carnes victimarum, et vinum libaminum. Licet, inquit Dulas, totam execrabilem aram tuam abluas, et in os meum infundas, nihil tamen ea re lædes Christi servum. En, inquit Maximus, ut e nostris altaribus carnes gustasti, scelestissime homo. At Dulas : Nihil mihi hæc obsunt, execrabilis et stolide Præses. Quid enim mihi profuisset superiores cruciatus perferre, si res ita se haberet, ut tu dicis? Sed, Deo juvante, ipse videris, quid facias : mihi vivere Christus est, et mori lucrum.

frustra ejus ori ingeruntur libamina :

B 13 Tunc Maximus jussit in ligno virum suspendi, et ejus carnes usque ad intestina lacerari, maxillas etiam cum mento divelli. Cui Dulas : An, inquit, stolide, ignoras te a satana patre tuo jussum esse hæc facere? Cumque ejus viscera denudata essent, et maxillæ ab ossibus dissolutæ; Præses jussit Dulam in carcere servari. Cumque ad Tarsum urbem Ciliciæ reverteretur, jussit Christianos vinctos sequi. Cum vero ad vigesimum lapidem processissent, B. Dulas Christi signo se muniens, animam Deo tradidit. Itaque cum essent satellites, quatuordecim milliaribus longe a Tarso, Commentariensis nuntiavit Præsidi, Dulam, in deos impie se gerentem, mortuum fuisse, et ejus cadaver illuc usque perlatum : quærebat autem, quid fieri vellet. Tunc Præses : Projicite, inquit, illum in vallem aliquam, ut sepultura careat. Satellites igitur cadaver martyris in torrentem dejecerunt, qui ad Zephyrium vergebat.

moritur in via :

14 Cum vero pastorum canes, sancti Martyri Reliquias odorati essent; unus eorum venerandum illud corpus custodiebat, neque volucrem aliquam sinebat attingere; alius vero pastoris pallium ore apprehendens, duxit illum ad S. Dulam *m*. Mox autem atque hoc innotuit in oppido *n*, venerunt et sanctas Reliquias collegerunt, Deum laudantes, quod illis privati non essent; sed unde corpus illud vivum exierat, illuc et martyrio functum rediisset. Illud ergo acceptum multa cum veneratione reposuerunt, Domini nostri Jesu Christi gloriam collaudantes, in æterna secula, Amen.

ubi corpus a cane servatum sepelitur. *m* C *n*

δεῖ γὰρ πάντα ἄνθρωπον παραστῆναι τῷ βήματι τοῦ Χριστοῦ, καὶ λόγον δοῦναι καθ' ἃ ἔπραξεν. D

12 Μάξιμος Ἡγεμὼν εἶπεν· Ἀσφαλισάμενοι αὐτὸν σιδήροις, ἐν τῇ φρουρᾷ φυλάττετε. Προκαθίσας τῇ ἕωθεν ὁ Ἡγεμὼν, ἐκέλευσεν εἰσαχθῆναι τὸν δοῦλον τοῦ θεοῦ Δουλᾶν. Εἰσαχθέντος δὲ αὐτοῦ, Μάξιμος Ἡγεμὼν εἶπεν· Τί ὠφέλησας, τρισάθλιε, ἀσεβῶν εἰς τοὺς θεούς; Δουλᾶς εἶπεν· Κέρδος οὐ μικρόν ἐστιν εἰς Θεὸν, ἀθετεῖν τοὺς μὴ ὄντας θεοὺς, σὲ δὲ καὶ ζῶντα τιμωρήσεται ὁ Χριστός. Μάξιμος Ἡγεμὼν εἶπεν· Ἐγχέατε αὐτῷ κρέα τῶν θυσιῶν, καὶ οἶνον αὐτῶν σπονδῶν. Δουλᾶς εἶπεν· Εἰ καὶ ὅλον τὸν μιαρόν σου βωμὸν ἀποπλύνας ἐγχέῃς μοι, οὐδὲν ἀδικήσεις τὸν δοῦλον τοῦ Χριστοῦ. Μάξιμος Ἡγεμὼν εἶπεν· Ἴδε καὶ τῶν βωμῶν ἀπογεύσω, ἀνόσιε. Δουλᾶς εἶπεν· Ἐμὲ ταῦτα οὐδὲν βλάψει, μιαρὲ καὶ ἀναίσθητε· ἐπεὶ ἄρα διὰ τί ἐκέρδανόν σου τὰς προτέρας σου βασάνους, σὺ ὄψει μετὰ Θεοῦ ὃ ποιεῖς· ἐμοὶ γὰρ τὸ ζῆν Χριστὸς· καὶ τὸ ἀποθανεῖν κέρδος.

E

13 Μάξιμος Ἡγεμὼν εἶπεν· Ἀνασκολοπίσαντες αὐτὸν ἐπὶ τοῦ ξύλου, ἅπτεσθε τῶν σαρκῶν αὐτοῦ ἕως τῶν ἐντέρων, καὶ τὰς παρειὰς αὐτοῦ σὺν τῷ πώγωνι κατασπάσατε. Δουλᾶς εἶπεν· Μωρὲ, ἀναίσθητε, ἀγνοεῖς τὸ κελευσθὲν ὑπὸ τοῦ πατρός σου τοῦ σατανᾶ. Καὶ ἐξελθόντων τῶν ἐντέρων αὐτοῦ, καὶ τῶν σιαγόνων τῶν ὀστέων διαλυθέντων, ἐκέλευσεν αὐτὸν ἔτι φυλάττεσθαι ἐν τῷ δεσμωτηρίῳ. Ἐπανιόντων δὲ αὐτῶν ἐπὶ τὴν Ταρσον, ἐκέλευσεν ἀκολουθεῖν τοὺς δεσμώτας, καὶ ἐλθόντων εἰς τὸ εἰκοστὸν μίλιον, ὁ μακάριος Δουλᾶς, ποιήσας τὴν ἐν Χριστῷ σφραγῖδα, παρέδωκε τὴν ψυχήν. Καὶ ἐλθόντες ἀπὸ δεκατεσσάρων μιλίων τῆς Ταρσοῦ, ἐμήνυσεν ὁ Κομενταρήσιος τῷ Ἡγεμόνι λέγων· Δέομαι τῆς σῆς ἀρετῆς, κύριε, Δουλᾶς ὁ ἀσεβῶν εἰς τοὺς θεοὺς, διεφώνησεν εἰς τὸ εἰκοστὸν μίλιον, καὶ ἠνέχθη ἕως ὧδε, καὶ τί κελεύει ἡ ἀρετή σου; Τότε ἐκέλευσεν ὁ Ἡγεμὼν λέγων· Ῥίψατε αὐτὸν εἰς τὴν φάραγγα, ἵνα μήδε ταφῆς ἀξιωθῇ. Οἱ οὖν κουεστιονάριοι ἔρριψαν αὐτὸν εἰς τὸν χειμάῤῥουν, τὸν κατερχόμενον ἐν τῷ Ζεφυρίῳ.

14 Καὶ ποιμένων κύνες, ὀσφρανθέντες τὸ λείψανον τοῦ Ἁγίου, ὁ μὲν εἷς κύων παρέμενεν φυλάσσων τὸ τίμιον σῶμα, μὴ ἐάσας ὄρνεον ἅψασθαι αὐτοῦ· ὁ δὲ ἕτερος κρατήσας τοῦ ποιμένος τὸ παλλίον τῷ στόματι, ἤγαγεν αὐτὸν πρὸς τὸν Ἅγιον Δουλᾶν· καὶ γνωστὸν ἐγένετο τῇ κώμῃ, καὶ ἐλθόντες συνέστειλαν τὸ ἅγιον λείψανον, αἰνοῦντες τὸν Θεὸν, ὅτι οὐκ ἀπεστερήθησαν τοῦ τιμίου λειψάνου· ἀλλ' ὅθεν ἐξῆλθεν τὸ λείψανον ζῶν, πάλιν ἐκεῖσε κατήντησεν, καὶ λαβόντες αὐτὸ κατέθεντο σεμνῶς, δοξάζοντες τὸν κύριον ἡμῶν τὸν Χριστὸν, εἰς τοὺς αἰῶνας, Ἀμήν.

ANNOTATA D. P.

a Scribam *verterat Sirletus et infra num.* 13 Commentariorum Magistrum : *sed restituo vocem, Latinis usitatam et frequentem in Theodosiano Codice. Dicitur autem* Commentariensis *(unde Græcum* Κομμενταρήσιος) Custos carceris, *quod* Commentarii *id est, rationes custodiarum et reorum, criminumque inscriptiones penes eum haberentur, aut etiam ab eo scriberentur.*

b *Addit Sirletus* Prætoriadem, *quod omisi, quia deest ecgrapho nostro; puto autem* Prætoriadem *quæ infra* κώμη vicus, oppidum *dicitur, distinguendum a* Zephyrio, *sub cujus districtu situs locus* Prætorias Zephyrii *appellari debeat, non* Zephyrium Prætorias : *ideoque muto quod infra Sirletus* Κώμην *vertit* Urbem.

c *Hybridam vocem* Ξυλόβακλον, *necdum invenerat Cangius, sed similis formationis* ξυλόκαστρον : *fortassis autem legendum* ξυρόβακλον, *ut sit* baculus spinosus, *a* ξύρος acutus : *nam* ξύλον lignum, *ad* βάκλον Baculus, *frustra addi videtur : cum inepte dicatur* Ligneus baculus.

d *Sirletus* Patrem *scribit, et forte* πατέρα *invenit, ut sæpe alias in aliis Actis, in quibus numquam memini me legisse* Diabolum fratrem.

e *Idem vertit,* Prælium. *At hoc non significat vox* Panoplia, *sed omnis generis arma; usitatum autem est, ut impii dicantur, esse* arma diaboli.

f *In margine notaverat Interpres* Ἀπόλλω *vel* Ἀπόλλυμι, *idem quod* perdo.

g *Idem.* luctu digna sint impia vestra facinora, *minus ad phrasim Græcam.*

h

A h Cornicularius, *a* Corniculo, *non apice galeæ (uti hallucinatur Salmasius, cum munus ejus nihil minus quam militiam spectet) sed a cornu scriptorio, seu atramentario, nomen habet; eratque Præfecti scriba, sive (ut nunc loquimur) secretarius. Vide Cangium in Glossario.*

i Cohortem *vertit Sirletus; est autem* Τάξις Cohors; *non qualiscumque, sed* Prætoria, *et ad custodiam corporis seu privatum Præsidis obsequium deputata.*

k *Sirletus,* Multa sinapis grana : *ægre hoc probaverit, qui sciat quid sit sinapi, et quam nullas vires exerat nisi contritum.*

l *Idem,* in libidinibus et stupris exercuerunt *minus ad sensum fabulæ, quæ est de nudatis coram Paride Deabus tribus, formæ judicium subeuntibus.* D

AUCTORE D. P.

m *Idem,* pallium ore apprehensum, ad sanctum Martyrem Dulam tegendum, attulit. *In Vita S. Margaritæ Cortonensis* XXII *Februarii nostri legitur, quomodo canis per vestes apprehensum adduxit ad struem, sub qua occisi domini cadaver jacebat.*

n *Intelligi vicum vel oppidum* Prætoriadis, *patet ex mox sequentibus verbis, quod,* unde exierat Sanctus, eo rediisset.

DE SS. GAIANO, JOVIANO, PHILIPPO

MARTYRIBUS IN CIVITATE BARBARIA

G. H.

Ex vetustis Martyrologiis.

B

In antiquissimis uniformiter fere indicati,

Hæc *Trias Martyrum quarto loco nobis offertur in præcitatis quatuor antiquis Martyrologii Hieronymiani apographis hoc modo :* In civitate Barbaria, Gajani, Joviani, Philippi. *Quæ in MSS. Florentinis bibliothecæ Medicææ, et Musæi Senatoris Strozzi ita leguntur :* Civitate Barbaria sanctorum Martyrum Gajani, Joviani, et Philippi. *Fit etiam mentio* Joviani *in MS. Kalendario, ante opera quædam S. Isidori, asservata Romæ in bibliotheca Vallicellana Patrum Congregationis Oratorii. In alio MS. a Philippo Labbe Parisiis ad nos misso, habentur nomina* Gajani, Joviani, Philippi, *uti etiam in MS. Augustano S. Udalrici, sed loco* Joviani *legitur* Julineam : *in MS. Gellonensi* Joviniani. *Atque hæc satis de nominibus horum Sanctorum.*

quæritur an passi in Mauritania,

2 *Quæ palæstra eorumdem fuerit,* et civitas Barbaria, *ubi sita, omnino nos latet. Fortassis in Mauritania : ibique dederit posteris occasionem illam regionem appellandi* Barbariam. *Abrahamus Ortelius, in Thesauro Geographico, arbitratur hujus* Barbariæ E regionis meminisse Lampridium in vita Severi. *Ast Apud Ptolomæum, lib.* 4 *Geographiæ cap.* 7, in Æthiopia, quæ sub Ægypto est, *legitur* Sinus Barbaricus, *et* Rapta Metropolis Barbariæ, parum a mari distans. *Apud Gellium lib.* 19 *cap.* 19 Thracius homo, ex ultima Barbaria, *appellatur. Sed hic videtur* Barbaria *pro* Thracia *accipi eo sensu, quo* Thraces *passim Græcis vocabantur* Barbari. *Interim intelligitur hanc lectionem Martyrologiorum non esse mutandam, licet quæ fuerit hæc* civitas Barbaria, *non possumus accurate designare. Si aliquando Acta inveniantur, lux major accedet caligini tantæ.*

vel Æthiopia,

aut Thracia,

DE SS. NIVITO, CANDIDO, CANTIANO

CANTIANILLA, PROTO, CHRYSOGONO, ANTEONE

G. H.

QUINTIANO, THEODOLO, JOCUNDO, SILVIO,

C

MARTYRIBUS IN LUCANIA.

F

Ex iisdem sub dubio an iidem præcedenti die sint relati.

Adscripti inveniuntur Lucaniæ,

Progredimur *cum antiquis Martyrologii Hieronymiani apographis, in quibus quinto loco hæc Martyrum cohors producitur : et quidem in vetustissimo Epternacensi hoc modo :* In Lucania, Viti, Candidi, Cantiani, Cantionillæ, Proti, Grysogoni, Anteonis, Quintiani, Theodoli. *Quæ ita in apographo Lucensi proponuntur.* In Lucania, Niviti, Candidi, Cantiani, Cantianelli, Proti, Grisogoni, Arteon, Quintiani, Theodoli. *Huic apographo consentit Blumianum, nisi quod in eo, uti et in Epternacensi,* Cantianellæ *scribatur. In apographo Corbeiensi sub finem adduntur nomina* Jocundi et Silvii.

13 Martyrologiis antiquis ;

2 *In MSS. Florentinis bibliothecæ Medicææ et Musæi Strozziani, cum Martyrologio ibidem anno* 1486 *excuso, ita legitur :* In Lucania Sanctorum Martyrum Nivitii, Candidi, Cantiani et Cantianillæ, Prothieri, Singoni, Antheon, Quintiani, et Theodoli *MSS. Richenoviense et Rhinoviense :* In Lucania, Viti, Candidi. *MSS. Barberinianum et Trevirense S. Maximini, cum Greveno in Auctario Usuardi :* In Lucania, Candidi, Proti, Crysogoni : *qui, omissa palæstra, etiam proferuntur in MS. Pragensi. Aquisgranense MS.* In Lucania Chrysogoni *habet : in MS. Augustano S. Udalrici sunt nomina* Candidi, Misogoni, *loco* Chrysogoni *et* Quintiani. *Quæ nomina in MS. Parisiensi ita efferuntur* Candidæ, Chrysogoni, Quintini. *At* Quintiani *in MS. Gellonensi, ubi etiam sunt* Candida et Chrysogonus.

et quandoque Siciliæ;

3 *Octavius Cajetanus tomo* 1 *de Vitis Sanctorum Siculorum pag.* 123, *refert* plures Martyres Siciliæ, incerto ævo locove : *et* inter hos, *inquit,* XVII Kalendas Junii Novitus, Candidus, Cantianus, Cantianilla, Protus, Chrysogonus, Antheon, Quintianus, et Theodulus, suis Siciliam triumphis coronavere. *Dein in Animadversionibus ait, hos* in Sicilia passos tradi in MSS. Syracusano et Messanensi, *tum forsan cum Lucania Siciliæ tribuebatur, cum reliquo regno Neapolitano : nam fatetur,* hos Martyres poni in Lucania in MSS. Cephalœdensi et altero Messanensi, *prout supra ex tredecim Martyrologiis eos posuimus. Cajetanum secutus Ferrarius eosdem* Siciliæ *tribuerat.*

4

A *an aliqui colantur 14 Junii.*

4 *Alia difficultas occurrit, quod die præcedenti* XIV *Junii coluntur* Antheon Martyr Laodicensis, Quintianus et Theodulus Afri, Cantionella in Specia, et Protus Aquilejæ : *unde verendum est, ne forte iidem, uti aliis vicinis diebus subinde alii, hic repetantur. Verum cum nobis non constet eosdem esse, hac animadversione posita, eosdem in tam variis MSS. hic positos relinquimus, sicut invenimus.* D

DE S. HESYCHIO, SIVE YSICIO MILITE,

G. H.

MARTYRE DOROSTORI IN MOESIA.

Ex Actis S. Julii Martyris.

S. Julio morituro valedicens

Inter plurimos Dorostori *coronatos Martyres, fuit* Julius, *cujus Acta retulimus* XXVII *die Maji. In his ista leguntur :* Esychius autem quidam Christianus, cum esset miles, et ipse custodiretur, dicebat Martyri : Obsecro, Juli, cum gaudio comple pollicitationem, et accipe coronam : etenim ego subsequar te. Plurimum autem saluta Pasicratem et Valentionem. Julius autem, osculans Esychium, dixit : Frater, festina : mandata enim tua jam audierunt ; sicut enim te, video nunc circumstantes me. Et accipiens oralem, ligavit oculos suos, et tetendit cervicem. Miles autem adducens gladium, finem imposuit martyrio.

addit se breví secuturum,

2 SS. Pasicrates et Valentio *biduo ante S. Julium obierant Martyres, uti diximus* XXV *Maji. Secutus deim* S. Hesychius *die hoc* XV *Junii, ad quem ita celebratur in Martyrologio Usuardi :* Apud Moesiam civitate Dorostoro S. Esychii militaris, qui cum B. Julio comprehensus, sub Præside Maximo, postea martyrio consecratus est. *Eadem leguntur apud Adonem, sed* Præses Maximianus *appellatur. Adonem sequitur Beda supposititius cum Maurolyco. Verum in Actis S. Julii* Maximus *nuncupatur, uti etiam in hodierno Martyrologio Romano et aliis.*

et similiter sub Maximo Præside coronatur,

3 *Quatuor antiqua Martyrologii Hieronymiani apographa diem* XV *Junii auspicantur his verbis :* In Dorostoro civitate natalis S. Ysici, *sive* Isici : *quem sub nomine* Isici *sive* Isicii *proferunt MSS. Aquisgranense, Augustanum S. Udalrici, Parisiense Labbei, Gellonense et alia In Apographo Corbeiensi adduntur nomina* Felicis et Lupi, *sed hi aliis Hagiologis sunt ignoti. In MS. Kalendario Carmelitarum Mechliniensium, minore charactere,* Esichus Martyr *apponitur diei præcedenti, qui huc videtur referendus.*

referturque in fastos veteres ac novos. E

DE SS. CANTIANO, JUVANO, MUCIO,

PRODITO, CLEMENTE, CANTIANO,

MARTYRIBUS AQUILEIÆ.

Ex Martyrologio Hieronymiano et aliis.

Secunda *hæc turma Martyrum recensetur in vetustissimo Martyrologii Hieronymiani apographo monasterii Epternacensis hoc modo :* Aquileiæ Cantiani, Juvani, Muci, Proditi, Clementis, Cantianæ. *Discrepant alia apographa, et* Cantianum *habent ;* Juvanum *vero et* Mutium *omittunt :* Clementem *autem iterum habent.* Cantianam *quoque omittit apographum Lucense, pro qua in Blumiano est nomen* Cantiani ; *neuter adest in Corbeiensi. At MS. antiquum Reginæ Sueciæ, ab Holstenio vulgatum ita habet :* In Aquileia, natalis SS. Cantiani, Clementis, cum aliis duobus ; *imo quatuor, si omnes recenseantur, in MS. Epternacensi relati. In MSS. Florentinis Magni Ducis et Strozzii Senatoris sic legitur.* Apud Aquilegiam Sanctorum Martyrum Cantiani, Proti, Clementis, et alterius Cantiani. *Quæ etiam habentur in MS. nostro Usuardo in Italia aucto. MSS. Barberinianum et Trevirense S. Maximini ;* In Aquileia, Cantiani, Clementis. *Qui ambo inter alios, omissa palæstra, referuntur in MSS. Pragensi, Gellonensi, Augustano S. Udalrici, et Parisiensi Labbei.* Episcopi *vero dicuntur in MS. Coloniensi S. Mariæ ad Gradus.* Mucius *autem est etiam in sequenti turma.* C F

2 *Dedimus die* XXXI *Maji Acta* SS. Cantii, Cantiani, Cantianillæ et Proti Martyrum, *omnibus Martyrologiis notissimorum : quorum aliqua mentio est die præcedenti* XIV *Junii. An inde nomina* Cantiani *et* Cantianæ *huc translata sint, quia non possumus certo definire, omnia relinquimus, uti in Martyrologiis reperimus : ex quibus etiam Augustinus Oldoinus* Clementem *hunc sumpsit, collocandum inter* Clementes, titulo sanctitatis vel morum sanctimonia illustres, *quos Clementi Papæ X obtulit, excusos Perusiæ anno* 1675.

DE

DE SS. MUCIO, MEGETIA, MINGINO

MARTYRIBUS CONSTANTINOPOLI.

G. H.

Ex eodem Martyrologio.

T*ertia turma in antiquis Martyrologii Hieronymiani apographis est hujusmodi* : Constantinopoli, Muci *seu* Nuci, Megetiæ *seu* Migitiæ, *aut* Migenæ, et Mingini. *MSS. Florentina Magni Ducis et Strozzii Senatoris* : Constantinopoli civitate, Sanctorum Martyrum Mitii, Migetii, et Mingini. *MS. Richenoviense;* Constantinopoli Mucii, et Meretiæ. *MS. Rhinoviense* : Constantinopoli, Mincii et Meretiæ. *MS. Aquisgranense.* In Constantinopoli Mucii et Megetiæ.

2 *Omnibus consideratis, cum antiquissimo MS. Epternacensi, ita putamus legendum* : Constantinopoli, Mucii, Megetiæ, Mingini. *Hos autem Martyres arbitramur* Byzantii *coronatos, sed quod ea civitas postea sit* Constantinopolis *dicta, nomen dignius licet recentius assumptum hoc loco.*

DE SANCTO NERSE

E G. H.

B

MARTYRE APUD GRÆCOS.

Ex Magnis Menæis.

C*elebratur hoc* XV *Junii apud Græcos in Menæis excusis et apud Maximum Cytherorum Episcopum* ἐν βίοις Ἁγίων *memoria* τοῦ ἁγίου Μάρτυρος Νερσῆ, sancti Martyris Nerse. *Nec plura de illo potuimus scire. Est quidem memoria* Sanctorum Nersæ et sociorum, in Perside passorum, *ad* XX *Novembris in Martyrologio Romano; sed ea memoria ex Græcorum monumentis desumpta fuit; apud quos in MS. Synaxario Constantinopolitanæ Ecclesiæ sic incipit elogium* : Ἄθλησις τῶν ἁγίων Νερσῆ Ἐπισκόπου, καὶ Ἰωσὴφ μαθητοῦ αὐτοῦ : Certamen Sanctorum Narsæ Episcopi et Josephi discipuli ipsius : *et postea iterum* Νερσῆς *appellatur. Eodemque modo in Menæis excusis ad dictum* XX *Novembris,* Νερσῆς *scribitur, ut videatur diversus statuendus ab hoc sancto Martyre, Græce* Νερσῆ *scripto. Reliqua ulteriori inquisitioni virorum eruditorum examinanda proponimus.*

DE SANCTA VETULA

G. H.

MARTYRE APUD GRÆCOS.

Ex MS. Synaxario.

C H*anc sanctam Martyrem reperimus in MSS. Menæis, Divione in collegio Societatis adservatis ubi ista habentur* : Τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ, ἡ ἁγία Γραῦς, ξίφει τελειοῦται. Eadem *die* XV *Junii,* Sancta Vetula gladio vitam finit : *Et hi adduntur versus, ejus generosum animum indicantes.* F

Θύει θεοῖς Γραῦς, ἢ τυθῇ σοι ξίφος;
Χαίρω, τυθήτω. τοῖς θεοῖς γὰρ οὐ θύω.
Intenditur ensis, Vetula, nisi immoles, diis.
Euge, intendatur : non enim immolo diis.

DE S. TIMOTHEO MARTYRE

ET MORA UXORE EJUS,

APUD HABESSINOS CULTIS.

H. P.

ex eorum Hagiologio metrico.

Ejus crudele martyrium ex Fastis hoc die;

M*etricum, quod sæpe jam laudavimus Habessinæ gentis Hagiologium MS. prætitulatum Martyrem sic veneratur.* Salutem Timotheo, qui in medio cœtu congregatorum, fidenter pronuntiavit, quod non sit Deus sine Jesu; id est, quod Jesus sit verus Deus. Cumque non obtemperasset Regis Ethnici præcepto, coxerunt eum in sartagine, vivum concremantes, quoad totum corpus ejus instar aquæ colliquesceret. *Habes tum causam. Rex tyrannus, potest Maximinus intelligi, cujus in Ægypto, ac nominatim Alexandriæ grassantis crudelitatem Eusebius Cæsariensis attingit, lib.* 8 *cap.* 14 *editionis Valesianæ. Locum tamen et tempus martyrii non ausim ex conjectura definire; satis habens cultum*

A *cultum invenisse, tot seculis in istius gentis Fastis conservatum.*

ecclesiæ dedicatio 21 Junii.

2 *Huc etiam spectare videtur* XXVII *dies Baunæ,* XXI *Junii nostri respondens, ubi Poeta sic alloquitur eumdem (nisi fallor)* S. Timotheum, *postquam erecta ei ecclesia fuit, cujus tali die facta Dedicatio, commemoratione annua celebratur.* Gratulor Dedicationi pretiosæ ædis tuæ, quæ Tibi, Pater Timothee, ex Benhor oriunde, fuit ædificata, postquam præteriit afflictio et cruciatus, *sive Gentilium persecutio; imperante scilicet Constantino, et Martyrum sepulcra exornari jubente.* Duc me in opus humilitatis, Tu, qui suscitas de terra inopem: quoniam ubi superbia est, ibi esse etiam solet inopia. *Non divino utrum hæc deprecatio, cum allusione ad Psalmi* CXII ℣. 6, *dirigatur ad Martyrem, veluti magistrum humilitatis; an simpliciter ad Dominum, quem Psalmista ibi laudat, ut cui sit proprium* suscitare a terra inopem et de stercore erigere pauperem, ut collocet eum cum Principibus, cum Principibus populi sui.

3 *Titulus* Patris, *additus huic* Timotheo, *videtur* D *indicare saltem Abbatem Monachorum, quorum professioni propria magis humilitas est. Nec ab hac conjectura recedit elogium, quod eidem (si tamen idem est) datur* V *Hathuri, id est* 1 *Novembris.* Salutem tibi Timothee, Martyr Dei benedicte, cœlestis vir et terrestris angele: tempore ærumnarum atque turbarum absconde me sub alis tuis, a lingua maligna et ab invido oculo. *Sed Monachatui repugnat locus ejusdem Hagiologii alius,* XXVII *Hathuri, ubi Benhorensi Patrono uxor* Mora *additur, hoc modo:* Salutem Timotheo, urbis Benhor Vallo; ubi festum ejus celebratur in citharis et organis: et salutem uxori ejus, cui Mora nomen. Multam propter Christum tentationem susceperunt, dum eos duxerunt milites coram judice. *Quæ omnia hic sub unum volui aspectum ponere, dum nescitur quis dies eorum cultui magis proprius fuerit; ut certius cognoscatur minime vulgarem fuisse qui toties iteratur.*

Memoria 1 Novembris

et uxoris S. Moræ 27.

B E

DE SANCTIS APOSTOLIS

FORTUNATO, ACHAICO, STEPHANATE,

SIC DICTIS APUD GRÆCOS.

Ex MS. Synaxario Divionensi.

Fortunatus gladio plexus,

Hos tres Heroas conjungimus, licet diverso genere mortis ex hac vita discesserint, quia MS. Synaxarium, qui Divione in nostro Collegio reperimus, eos consequenter, sub tribus quidem titulis, sed sub eadem Apostoli appellatione proponit; ac de primo ista:

Τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ ὁ ἅγιος Ἀποστολος Φουρτουνάτος, ξίφει τελειοῦται,

Φουρτουνάτος καύχημα τοῖς Ἀποστόλοις,

Καὶ τοῖς ἀθληταῖς, τὴν κάραν τετμημένος.

Eodem die XV *Junii* sanctus Apostolus Fortunatus, gladio vitam finivit.

Apostolorum gloria Fortunatus.

Simulque Martyrum, scinditur gladio caput.

In MS. Synaxario Ecclesiæ Constantinopolitanæ ista verba habentur: Καὶ τοῦ ἁγίου Ἀποστόλου Φουρτουνάτου,

C et sancti Apostoli Fortunati. *Ejusdem etiam mentionem haberi in MSS. Cardinalis Mazarini et Patrum Prædicatorum Parisiis, annotavimus.*

enectus fame et siti Achaicus,

2 *Secundus sic indicatur,* ὁ Ἀχάικος Ἀπόστολος, λιμῷ καὶ δίψει τελειοῦται. S. Achaicus Apostolus fame et siti vitam finivit, *et hi adduntur versus.*

Λιμὸν λύει σοι καὶ τὸ δίψος, παμμάκαρ,

Ὃς εἶπε, Διψῶ, Δεσπότης, ἐπὶ ξύλου.

Famem sitimque solvit, Achaice, tibi,

Qui, Sitio, quondam dixit affixus cruci.

Stephanas in pace defunctus.

3 *Tertius,* ὁ ἅγιος Ἀποστολος Στεφανᾶς, ἐν εἰρήνῃ τελειοῦται Sanctus, Apostolus Stephanas in pace quievit: *quod et hi versus notant:*

Ἔργῳ στεφανοῦτε τὸν Στεφανᾶν μοι, Νόες,

Φέροντα τὸν στέφανον, οὗ βραβεὺς πόνος.

Ex opere Stephanam mihi coronate, Angeli:

Qui fert coronam, cujus est auctor labor.

Ubi apparet secundum primam simplicium formam declinari Στιφανᾶν, *sicut* Ἀινείαν: *ut tamen clarius appareat masculinum esse nomen, inflexi illud ad normam quintæ, sicut* Arpinas, Arpinatis.

Titulus Apostolorum quid hic notet incertum;

4 Apostolos *a Græcis dici, non solum* Duodecim; *sed etiam* Septuaginta duos *Christi* Discipulos, *imo omnes illos, quos suos adjutores in prædicatione Evangelii fuisse significat in epistolis Paulus, notius jam ex sæpe dictis est, quam ut debeat hic iterari. Sed illis adnumerandos prætitulatos tres Sanctos, quis ausit vel divinando statuere, ex auctoritate tam recenti, quam est unius Synaxarii, vix ante sexcentos annos aut etiam quingentos scripti? Abesse eorum nomina a vulgatis Dorotheoque et Epiphanio suppositis Catalogis, me quidem haud movet; cum nihil minus istic haberi censeam, quam quod titulus promittit; et constet multos ibidem nominari, a classe primorum* LXXII F *diversissimos: adeoque et nomina plurium, quorum illi male locum occupant, desiderari. Sed non ideo cuiquam locum, etsi vacantem, dandum dixero, cui non suffragetur tantæ ætati congrua auctoritas, alicunde sumpta.*

neque hic divinandum,

5 *Si pluribus exemplis constaret, in Ecclesia Græca olim, ut nunc in Latina, dictos fuisse* Apostolos, *qui fidem Christi ad quascumque gentes primi intulerunt, etiam diu post Apostolica secula; suspicari possemus, ab iis quoque barbaram aliquam nationem conversam. Sed deficientibus quibus id probetur exemplis, deficit etiam fundamentum id suspicandi. Sic neque ex eo quod* Apostolorum *sive* Apostolinorum *Ordo aliquis fuerat in Italia, de quo egimus* V *Junii, ubi de B. Placido ejusdem Ordinis professo, possumus argumentum ducere ad Græcos. Præstat igitur nihil de titulo isto dicere, quam prorsus incerta nec similia vero.*

DE SANCTO FORTUNATO

EPISCOPO NEAPOLITANO IN CAMPANIA.

D. P.

Sylloge de ejus ætate, cultu, corpore sæpius translato.

A sui nominis ecclesia ad Stephaniam translatus,

Joannes, *Diaconus Neapolitanus, qui Ecclesiæ suæ Episcoporum Chronicon circa annum* DCCCLXXX *scripsit, prætitulati Sancti ita meminit apud Bartholomæum Chioccarellum, in Antistitum Neapolitanorum Catalogo pag.* 33. Fortunatus, Episcopus IX, sanctissimus extitit vita, sanctissimus orationibus. Diu noctuque indesinenter id agens, regna cœlorum, sicut desiderabat, adeptus est; sepultus foris urbem quasi ad stadia quatuor. Deinde longo tempore post, populi, patrocinia ejus petentes, [eum] ab ecclesia suo nomini consecrata transferentes, per manus Pontificum, collocarunt in ecclesia Stephania, partis dex-
B terææ introducentibus sursum, ubi est oratorium, in caput Catacumbæ. *Idem agens de S. Maximo Episcopo X, Martyre habito propter obitam in exilio mortem, meminit ecclesiæ* S. Fortunati, *in quam relatum corpus sit, cum ait,* Prius in ecclesia B. Fortunati Sacerdotis et Christi Confessoris, est conditus: nunc vero in oratorio ecclesiæ Stephaniæ, partis lævæ introeuntibus, sacro altario adeptus exultat; *uti dictum* XII *hujus, quo nunc coli S. Maximum indicat Cæsar Eugenii Caraccioli I in sua Neapoli sacra parte* 1, *pag.* 645, *cum antea* XI *die coleretur. Idem* S. Fortunato *indicatur accidisse, de quo præfatus Chioccarellus?* Ecclesiam Neapolitanam a priscis temporibus insignem ejus memoriam habuisse, ac in ipsius honorem solennia celebrasse, exploratum habemus. Etenim in vetustissimis Officiis, charactere Longobardico exaratis, quæ apud nos servantur, ejus festum celebrari solitum perspeximus; cum in Kalendarii tabulis die XIX Junii *nomen* S. Fortunati Episcopi Neapolitani conscriptum legatur: *Caracciolus vero id nunc fieri ait die* XV.

uti et successor ejus S. Maximus,

celebratur 19, nunc 15 Junii.

2 *De ejus ecclesia sic porro Chioccarellus:* Fuit ab antiquissimis temporibus ecclesia Neapoli in suburbiis, ejus nomini erecta: prope S. Severi Episcopi oratorium; cujus adhuc extant collacrymabiles reliquiæ, quæ ad præsens profanis usibus deser-
C viunt: quibus nostra ætate addicta est. Ubi quoque sancti hujus Fortunati vetustissimæ imagines, Pontificalibus induti vestibus atque Aureola decorati, Græco more depictæ cernebantur. *Quandonam autem illius corpus ab ecclesia sua, una cum corpore S. Maximi, translatum fuerit ad Stephaniam, licet non explicet Joannes Diaconus; satis tamen indicare videtur, suo fere tempore istud factum, cum utitur adverbio,* Nunc. *Sed conjectura nihil opus est, habentibus certissimum testimonium, una cum corporibus anno* MDLXXXIX *repertum in æde Euphebiana, Patribus Cappucinis concessa, Epigraphe scilicet his verbis conceptæ:* HIC JACENT CORPORA SANCTORUM MAXIMI ET FORTUNATI EPISCOPORUM, SUB PAULO PRIMO. *Hic est* Paulus, *cujus in Actis S. Agrippini, ad* IX *Novembris illustrandis, fit mentio his verbis:* Temporibus beatæ recordationis Domni Pauli primi, sanctissimi et senioris nostri Episcopi, *cum respectu utique ad proximum mediante quodam Stephano successorem, etiam* Paulum, *quem Chioccarellus* Secundum *cognominat; utique exemplo scriptorum aliorum, nullam rationem habentium unius eo nomine antiquissimi, qui annis* XX *vel* XXX *ante ipsummet S. Agrippinum seculo* I *Neapolitanam Ecclesiam tenuit.*

Translatio

sic dicto respectu

facta fuit sub Paulo I Episcopo Neapol

successoris.

3 *Est is Joanni Diacono apud Chioccarellum* Episcopus XXXVIII, *et eodem teste sedit* annos IIII, menses II, dies VI. Fuit autem temporibus Pauli Papæ *(scilicet Primi, ab anno* DCCLVII *ad* DCCLXVII *Pontificatu functi)* cumque Neapolitanæ Ecclesiæ Diaconatus fungeretur officio, Romanam ad Urbem frequens Legatus abibat; ubi prædictum Papam, adhuc Leviticali infula decoratum, cœlesti amore conglutinavit sibi amicum. Qui cum quadam die vicissim sodalia verterentur colloquia, tamquam adulando Neapolitanus ait Levita, Concedat Omnipotens, ut te Apostolicum videam. Cui mox præfatus Papa respondit, Et ego te Episcopum. Quid plura? defuncto Domino Stephano Apostolico, Paulus Diaco- E
nus ad prænuntiatum sibi honorem eligitur, (*ordinatus* XXII *Maji*) itaque non multo post, moriente ad Dominum Calvo venerabili Episcopo, et iste Neapolitanam suscepit Cathedram. Sed propter detestabilem imaginum altercationem, quæ inter Apostolici tramitis auctoritatem et fœdissimam Constantini Caballini vertebatur amentiam, novem sunt menses elapsi, in quibus non potuit consecrari: quia tunc Parthenopensis populus potestati Græcorum favebat. Attamen hic, cum cuperet prædicto Papæ, quasi amicus, de talibus aliquo modo suffragari, clanculum Romam perrexit.

Fuit is amicus Pauli Papæ I

a quo, mense 10 ab electione, ordinatus Romæ,

4 Qui statim consecratus Episcopus, Neapolim est directus: sed propter Græcorum connexionem noluerunt illum recipere sui concives. Inito tamen consilio, eum ad ecclesiam S. Januarii Christi Martyris, non longius ab Urbe dicatam, transmiserunt, in qua duos ferme annos degens, plura construxit ædificia: inter quæ fecit triclinium, quod est introeuntibus a parte dextera. Sane Clerus omnis et populus cunctus canonice illi ut vero obtemperabat Pastori, resque omnes Ecclesiæ absque ullius obtinebat et disponebat obstaculo. Construxit etiam ibidem marmoreum Baptismatis fontem, in quo Paschalibus aliisque festis omnes occurrentes, suos F
baptizabant filios. Interea Neapolitanorum Optimates, cernentes tam egregiam urbem languidam esse de tanto Pontifice, uno consilio unoque consensu lætantes et gaudentes, eum in ipsius civitatis Episcopatum introduxerunt, ubi duobus evolutis annis requievit in Domino. Dominico namque die sancti Paschæ, Missarum solenniis pæne completis, cunctus osculatus est Clericos; et omni populo adhortato, spiritu migravit ad cœlos. Mox ejus exequias totus Clerus, omnisque sexus et ætas, una cum pueris eadem nocte baptizatis, usque ad basilicam S. Januarii deduxerunt, et eadem cum in porticu ante ecclesiam S. Stephani sepelierunt, anno quadragesimo octavo Constantini Imperatoris Caballini, et Leonis Imperatoris filii anno quintodecimo, currente Indictione....

sedit an 4 m. 26, d 6

defunctus ipso die Paschatis

5 *Indictionis numerum vel omisit Joannes, vel legere non potuit Chioccarelli librarius, vel ipsemet Chioccarellus prætermisit, videns eam non concordare cum anno* DCCLXIII, *quem ultimum præfixerat Paulo; nescio autem an animadverterit ad annum Imperatorum, qui hic non numerantur ab inita Imperii administratione post mortem patrum, sed a prima Coronatione, illis adhuc viventibus facta. Quod si id animadvertit, non potuit non etiam animadvertisse, in alterutro nu-*

anno Copronymi 46, Leonis filii 15, Christi 765,

A *AUCTORE D. P.*

mero vitium esse, numerandumque fuisse annum vel XLVI *Constantini, vel* XVII *Leonis : constat enim, Constantinum quidem coronatum fuisse prima vice seculi* VIII *anno* XX, *Indict.* III; *filium vero ejus Leonem, anno* LI, *Indict.* IV, *priorem in die Paschæ* XXXI *Martii, alterum in die Pentecostes* VI *Junii, si ut reliqua pars anni illis pro integro numeretur. Ita Constantini annus* XLVI, *Leonis* XV, *cadunt in annum Christi* DCCLXV *Indictionis* III; *annus autem* XLVIII *et* XVII *in annum* DCCLXVII *Indictionis* V. *Placet autem magis annus prior; ut utriusque Pauli, Papæ et Episcopi initia, quam minimum possunt, ab invicem separentur. Anno enim* DCCLXV *mortuus Episcopus in die Paschæ, id est* XIV *Aprilis retrocedendo per annos* IV, *menses* II, *dies* VI, *quos ejus sedi Joannes tribuit, fuerit ordinatus Dominica Quinquagesimæ, die* VIII *Februarii anno Christi* DCCLXI, *Pauli vero anno* V, *qui alias esset ad annum* VII *Pontificatus differendus. Electio autem novem mensibus Ordinationem prægressa, debebit facta censeri ineunte Majo anni* DCCLX. *Hæc ita deduxisse oportuit, ut haberetur annus translatorum in Stephaniam corporum,* Fortunati et Maximi *Episcoporum, tertius vel quartus scilicet Pauli Episcopi, æræ Christianæ circiter* DCCLXIII; *a quo porro numerando ad annum* MDXCI, *quo Sixto V apparentes Sancti disjungi sua corpora voluerant, qui* per annos circiter octingentos conjuncti quievissent, *haberentur anni circiter* XXVI *supra octingentos.*

potius quam biennio serius:

adeo ut translatio eo sit facta circa annum 763.

B

6 *Epigraphe tamen illa, qua nitimur, non videtur integra haberi : totam autem sic forme puto legi debuisse.* Hic, jacent corpora Sanctorum Episcoporum Maximi et Fortunati, sub Paulo Primo ad ecclesiam S. Salvatoris allata, Stephaniam translata, et sub M. in hac S. Euphebii collocata. *Sane adverbium* Hic, *vix aliud indicare potest, quam eam ecclesiam, in qua reperta Epigraphe fuit : non enim potest esse posita tempore primæ translationis sub ipsomet Paulo, quia numerum nominis tunc tantum solemus adhibere, cum plures ejusdem nominis distinguendi sunt : proinde longe convenientius creditur, ejusmodi Epigraphe scripta esse tempore secundæ Translationis; hæc vero post ætatem Joannis Diaconi facta, optime differetur usque ad Saracenorum Siciliam Campaniamque occupantium infestantiumve integrum exterminium seculo* XI, *aut potius post stabilitum Normannorum istic imperium sub Rogerio Rege, a Neapolitanis suscepto sub annum* MCXXXIX, *cum sederet Marinus Archiepiscopus, sicut ab anno circiter* DCCCCLX *titulari cœperant Sedis ejus Antistites. Sub Marino autem, uti* Cathedralis ecclesia circa annum MCL summis atque incredibilibus sumptibus, illustriumque architectorum atque artificum manibus, erecta fuit, et sculptis marmoreis statuis et iconibus affabre factis exornata, *quod apud Chioccarellum testatur Georgius Vasarus; ita credibile est, plures tam urbanas quam suburbanas novum accepisse splendorem, et in his Euphebianam a fundamentis resuscitatam; atque illatis illuc veteris Patroni aliorumque duorum Episcoporum corporibus communitam, cum jam Stephania haberi Cathedralis desiisset.*

Secunda vero ad ædem Euphebianam

C

seculo 12, *forte sub Marino Archiep.*

7 *De ultima porro prædictorum duorum sanctique Euphebii inventione, anno* MDLXXXIX *facta a Cappucinis, ecclesiam hanc tenentibus, et solenni eorumdem circumvectatione per urbem, anno* MDXCI *die* VIII *Junii, sub Archiepiscopo Annibale Capuano, nihil repeto; eo quod ad* XXIII *Maji diem S. Euphebii, dictum de iis est satis : solum opto, ut ibi in Commentario prævio sub finem, post verba Caraccioli, deleantur* 10 *sequentes lineæ, et eorum loco alia quædam ponantur, hic dictis conformia, et in supplemento danda; itemque ad Inventionis translationisque historiam pag.* 248 *col.* 1 *linea* 6 *et sequentes* 7, *ubi Chioccarellus ex quodam ejus perperam intellecto loco pag.* 92, *male arguitur ut sibi contrarius. Ejus autem ibi proposita dubitatio de veritate prædictæ inventionis, rectius dilueretur, statuendo, sicut hic fecimus faciemusque in Supplemento, quod diu post ætatem Joannis Diaconi, etiamsi illa usque ad finem seculi* IX *protraheretur, facta sit Sanctorum ad ecclesiam Euphebianam ex Stephania Translatio, quod cum Joannis de Stephania dictis, ut suo tempore illa corpore possidente, optime consistit.*

ubi anno 1589 *inventa corpora,*

D

et solenniter elevata fuerunt.

8 *Idem Chioccarellus, postquam in unum contulit quidquid de* S. Fortunato, *Episcopo Neapolitano, elicere potuit ex Joanne Diacono aliisque memoriis, cultum ut Sancti probantibus; sic progreditur.* Fortunatus, Episcopus Neapolitanus, præfuit anno CCCXLIII, sub Julio Romano Pontifice, ad quem atque ad alios Ecclesiæ Catholicæ Episcopos extat directa Epistola a Pseudo-synodo Sardicensi, ab Arianis pseudo-Episcopis coacta, in qua Arianæ impietatis ab ipsis latum decretum Catholicis Episcopis transmittunt, atque ad eorum erroribus subscribendum hortantur : quæ quidem Epistola, Nicolai Fabri opera edita sub nomine Fragmentorum S. Hilarii, quam etiam Cæsar Cardinalis Baronius in tomo 3 Annal. refert, sic prætitulatam : Ad Fortunatum, Neapolis Campaniæ Episcopum. An autem idem hic fuerit Fortunatus, qui et superior, est nobis ignotum. Si conjectura uti licet, eumdem cum superiori esse arbitramur : Joannes enim Diaconus duos tantummodo Fortunatos Episcoporum Neapolitanorum Catalogo adscribit; Sanctum nempe, de quo superius actum est, quem S. Maximi prædecessorem facit, quod huic etiam Fortunato Episcopo contigit, alterum vero, qui sub Gregorio primo Pontifice ducentos et ultra post annos floruit.

Fuit Fortunatus tempore S. Julii PP.

E

immediatus decessor S. Maximi :

9 *Equidem Chioccarelli conjecturam plus quam verosimilem esse censeo; imo propter Joannis silentium vehementer Ambigo, an* Calepodius, *cum Hosio Cordubensi anno* CCCXLVII *Legatus Apostolicæ Sedis ad Consilium Sardicense, et modo* Calepodius Neapolitanus, modo Calepodius a Campania, *modo simpliciter* Calepodius *nominatus, recte putetur* SS. Fortunati et Maximi *interpolasse Episcopatus; et non potius censeri debeat Græcus pro Græcis, sub alterutro vel etiam utroque prædictorum, Neapoli episcopalia ministrasse. Certe in Actis S. Athanasii Episcopi, anno circiter* DCCCLXXVIII *creati,* XV *Julii producendis, Auctor coævus Ecclesiam Neapolitanam laudat, quod* introrsus binas Præsulum gestat Sedes, ad instar duorum Testamentorum, quamquam una sit quæ gubernat et regit reliquam, ut a capite reguntur artus diversi. *Neque hoc, etiam pro seculo* IV *credere vetat Canon Nicænus, cavens* ne in una civitate duo sint Episcopi : *ut enim in Anamnesi ad Conatum Chronico-historicum de Romanis Pontificibus, part.* 1 *pag.* 220 *sub finem, probavi ex ipsomet Canone, solum istic agitur de duobus, quorum unus alteri non subordinetur.*

nam qui an. 347 *cum Hosio interfuit Sardicensi Synodo,*

F

videtur solum fuisse Episcopus Græcus pro Græcis,

10 *Vide de his fuse agentem Chioccarellum pag.* 95 *et seqq. et ex præcitatis S. Athanasii Actis, quomodo pro hoc liberando* Græca Latinaque pars Sacerdotalis *laboraverit; qui et de Græcis ait, quod* eorum Sacerdotes, sex Neapoli Parochiales ecclesias obtinebant, ubi Græco more Sacra peragerent, statisque diebus Neapolitanam ecclesiam, uti caput et matrem agnoscerent, *videlicet ecclesiæ* S. Georgii ad Forum, S. Januarii ad Diaconiam, SS. Joannis et Pauli, S. Andreæ ad Nidum, S. Mariæ Rotundæ, et S. Mariæ in Cosmedim..... Harum Sacerdotes (ut Chronicum S. Mariæ de Principio, et antiqua Neapolitanæ Ecclesiæ Officia, Longobardicis litteris scripta, testantur) tenebantur in Neapolitana Ecclesia, *id est in Cathedrali,* feria sexta majoris hebdomadæ sex Lectiones Græcas recitare, et in Dominicæ Resurrectionis die in Cathedrali assistere Cimeliarchæ majoris ecclesiæ, ac canere Credo in unum

quorum Neapoli erant sex Parochiæ,

A unum Deum, Græco idiomate et Græcorum more, aliosque ritus peragere: quod aliis temporibus paululum diverse fuit observatum, ut ex constitutionibus seu consuetudinibus Neapolitanæ Ecclesiæ, a Joanne Archiepiscopo anno MCCCXXXVII editis, deprehendimus: sexta scilicet feria majoris hebdomadæ prædictarum sex ecclesiarum Presbyteros sex Lectiones Græcas legere consuevisse, et in die Paschatis incipere Credo in Græco sermone si placeret; et Archipresbyterum S. Georgii ad Forum, et Presbyterum S. Mariæ Rotundæ totum in Græco sermone decantare coram Domino Archiepiscopo, aliusque (*sive* alterius) Chori cantores alternatim in Latina lingua repetere. *Ubi vides una in ecclesia, tempore unius ejusdemque solennis Officii, hinc Græcum, inde Latinum Chorum, Latino Archiepiscopo officiante; linguæ autem Græcæ, ut nobiliori et vetustiori tribui, quod ante Latinam ex ea natam nominetur; etsi Græcus Episcopus Latino Episcopo subjiceretur (ut nunc Chorepiscopi vel Suffraganei) et Latinus Clerus in civitate Latina partes teneret potiores, atque ecclesiarum numerum longe maximum, Græcis solum sex obtinentibus.*

sub totidem presbyteris Cathedrali subjectis.

B 11 *Nihil est igitur, cur in serie Episcoporum Latinorum deficere Catalogum Joannis Diaconi existimes, propter istum Calepodium et similes aliquos paucos fortassis Græcos, quorum seriem texere nemo curavit. De* S. Fortunato *autem, cujus causa hæc deduximus, sicut credimus asserentibus, nomen ejus antiquioribus Fastis adscriptum inveniri* XIV *Junii; sic putamus* D *nobis sequendam auctoritatem Caraccioli, sub annum* MDCXXIII *scribentis,* hodie festum fieri XV ejusdem mensis; *translatum scilicet propter potiorem S. Basilii festivitatem; ex Romano ritu susceptam post Tridentinum Concilium. Dubito tamen, an extra ecclesiam S. Euphebii, ubi corpora habentur, ejus et* S. Maximi *cultus sese extenderit, aut nunc extendat.*

Festum a 14 ad 15 transfertur.

AUCTORE D. P.

12 *Habemus Ordinem recitandi divini Officii, pro universa civitate et diœcesi Neapolitana excusum anno* MDCLXXXV, *absque ulla alterutrius Sancti vel per annum, vel in kalendario mentione: et libellus vetustus Officiorum propriorum, ad cujus calcem legitur,* Explicit Officium Sanctorum ac Protectorum civitatis Parthenopes, impressum Neapoli anno Domini MCCCCXXV, *nihil de illis Sanctis habet. Ferrarius, in Catalogo Sanctorum Italiæ,* S. Fortunatum, *cujus corpus in ecclesia S. Euphebii habetur, cum altero juniore, S. Gregorii Papæ et Agnelli Abbatis coætaneo, necdum Sanctis adscripto, nec usquequaque laudando, confudit: et quoniam* dies qua ex hac vita migravit ignoratur, Natalis, *inquit,* ejus celebratur IX Junii: qua die solennis processio habetur ad eam ecclesiam, in qua corpus ejus conditum est; quod diu E ignotum, anno salutis MDLXXXIX repertum fuit, et una cum S. Maximi Episcopi corpore in arca plumbea collocatum est. *Itaque in Indice alphabetico nominum et ipse et* S. Maximus *notantur, et utrobique additur* IX Junii corpus in ecclesia S. Euphebii.

Translatio celebratur 9 Junii

DE S. ORSISIO ABBATE

S. PACHOMII APUD TABENNENSES SUCCESSORE

IN THEBAICA ÆGYPTI SOLITUDINE

Ex Actis SS. Pachomii ac Theodori, Synaxario MS. et aliis.

D. P.

A. CIRC CCCLXXX

Sub Orsisii nomine relatus in Synaxario Divion.

Jam *pluries laudatum nobis Divionense Synaxarium, post sanctos tres Apostolos prænominatos, sic progreditur;* Τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ ὁ ἅγιος Ὀρτίσιος ἐν εἰρήνῃ τελειοῦται: Eadem die S. Ortisius in pace requievit: *et additur Distichon, quod non potuit* C *integrum legi:*

Ἄμωμος Ὀρτίσιος ἧκεν τῷ Λόγῳ
Οὐ μῶμον [οὐχ εὑρεῖν ὁ] Μῶμος ἰσχύσει
Culpa vacans Ortisius sequitur Deum,
Nec ipse in illo repperit Momus probrum.

Præsumere possumus quod unius litteræ mutatione factum sit, ut Ortisius *pro* Orsisio *vel* Orsiesio *scriberetur in Synaxario prædicto; adeoque hic laudari Magni Pachomii magnum discipulum ac successorem, quem adeo in magistri Actis, atque a S. Antonio coævo laudatum, pene nefas sit credere prorsus neglectum a Græcis fuisse. De hoc ergo agendum hic mihi sumo, nec gravabor præcipua quædam de illo hic colligere.*

non videtur esse alius quam successor S. Pachomii,

2 *Habitabat hic in* Chenobosciorum monasterio, *cum extremam ætatem Pachomius ageret, sub annum* CCCLIX, vir fidei magnæ *(ut in Actis* XIV *Maji num. 74 dicitur)* et humilitate ac caritate insignis, *atque ad moribundum Patrem cum aliis accesserat. Hunc ergo* propius ad se vocatum, jubet ex omnibus sciscitari *Sanctus,* ecquem in Patrem suum eligant. Cunctis autem, non absque gemitu, exclamantibus; Quoniam, ex quo tempore nos tibi subesse Deus voluit, nullum præter te unum est invenire, qui munus illud cum dignitate exequatur; respondit vir sanctus; Dicenti mihi volo credatis, Petronium, si modo in vivis permaneat, Fratrum regimini haud fore imparem. *Ægrotabat ille, venit tamen accercitus; sed cum* infirmitatis vehementia supra modum esset exhaustus, et paucos omnino dies Fratribus regendis impendisset; divinis præceptis et Sancti ipsorum Patris memoria omnes instruens, ex hac vita migravit, septimo et vigesimo die ejusdem mensis. F Ante vero quam spiritum Creatori redderet, convocatis in unum Monachis, Abbatem sibi petiit designari successorem. Subjicientibus porro illis hanc ad ipsummet pertinere curam, Abbati Orsisio, qui cum reliquis aderat, et de quo jam ante a nobis dictum est, vices suas demandavit. Verum is non sine multo gemitu quod offerebatur suscepit, identidem inclamans, tanto sese oneri imparem esse atque ineptum.

post Petronium cito mortuum.

ab hoc electus

3 Erat *is, uti jam dictum,* virtute summaque humilitate præditus, ac singula monasteria, Fratres visendi solandique causa, sedulus obibat; non ignarus, ad quam excelsum perfectionis gradum aliquando pertigisset Abbas Pachomius, quando in ejus ipse disciplina versabatur. Hujus itaque insistens vestigiis, seu stans seu sedens, non cessabat de rebus divinis ad eos habere sermonem, itaque animabus eorum prodesse, mentionem frequenter faciens verborum Pachomii, cum in Chenobosciorum monasterio præfecturam ageret. Quamvis autem tantam Dei nondum erat assecutus cognitionem, in parabolis tamen ad eos verba faciebat; parabolæ autem vim efficaciamque addebat Deus. Quascumque vero in medium proferebat, ipse etiammet egregie evolvere noverat, ita ut Fratres universi vehementer admirarentur.

Fratres soliciter instruit,

Auctore D. P. *monet cavendam negligentiam,*

A rarentur. E pluribus, porro una fuit quam subjicio. Non ignoramus, Fratres, quam perfecta nos rerum cœlestium cognitione per Scripturas sanctas venerandus ille noster Pater solitus sit imbuere. At ego, quantum quidem mea mihi mediocritas suggerit, sic existimo; hominem, nisi magna cura diligentiaque animum suum custodierit, omnium quæ dici utiliter aliquando audierit facile oblivisci, et in segnitiem prolabi. Ita deinde fit, ut cum animum ejus vacuum nanciscatur dæmon, suas absque difficultate insidias struat. Quemadmodum si quis in lampadem, debite ad lucendum præparatam atque expositam, oleum infundere forte neglexerit, sensim eam extingui est necesse, ac tenebras in lucis vicem succedere videmus: neque istud modo, sed adrepens quandoque musculus ellychnium absumere sæpe tentat. Ante vero quam lampas ardere omnino desinit, irrito id ille tentat conatu: verum ubi observat non modo flammam, sed omnem etiam ignis sensum esse extinctum, tunc ellychdium sine metu arrodere atque vorare, et lampadem huc illuc jactare aggreditur; quæ, si fictilis sit, in frusta comminuitur; si ænea, a patrefamilias sine luce inventa, ut denuo lucere B possit præparatur. Eadem est ratio animæ de sua salute parum curantis, quando sanctus ab eo Spiritus paulatim recedere animadvertitur, donec ad extremum divino omni calore plane destituatur. Tunc itaque adversarius omnem ab ea anima alacritatem expellit, ac variis etiam languoribus corpus reddit obnoxium. Quod si is animo quidem in iis quæ Dei sunt recte sit constitutus, sed a subrepente negligentia simpliciter supplantatus, tunc misericordi Deo animæ illi timorem suum suppliciorumque æternorum memoriam incutiente, vigilat, imposterum magna sese accuratione conservans, quoad eam Dominus visitare dignabitur.

per quam anima subrepit dæmon, sicut mus lucernæ.

Idem olim laudatus a Pachomio,

4 Atque hic loquendi finem faciens Orsisius, ad preces concipiendas surrexit, cum sua ista parabola non exiguam Fratribus attulisset utilitatem. Ceterum Orsisius Abbas ita inter Fratres versabatur, ut quam studiosissime imitari Abbatem Pachomium ab omnibus observaretur. Hic enim illum aliquamdiu secum habuit; cumque eumdem Chenobosciis Patrem præfecisset, nonnullique de eo murmurarent, ut nimium juvene ad ejusmodi gradum; re audita Pachomius de ipso ait: Ne putetis, Fratres, quod regnum cœlorum senioribus solummodo debea- C tur. Quin imo senior aliquis adversus Fratrem murmurans, non modo ille senior non est, sed neque monasticæ adhuc vitæ is jecit fundamentum. Nihil siquidem ab hominibus Deus exigit aliud, quam ut eum amando timeant et timendo ament. Caritas autem nihil adversus proximum molitur mali. Dico vobis; Tam insignes in vita monastica progressus faciens Orsisius, lampadis instar aureæ splendorem diffundit per domum Domini, atque ad ipsum spectabit quod scriptum est; Despondi vos uni viro virginem castam exhibere Christo.

ac deinde a S. Antonio

5 Quo tempore sanctus Archiepiscopus Athanasius, magna sua et Dei gloria, a Comitatu in Ecclesiam suam revertebatur, factum est ut, cum Alexandriam versus navigationem instituerent Fratres, de Beato Patre nostro Antonio fama acciperent, eum in monte exteriori degere. Quo audito, cursum illuc instituerunt, ut viri tanti conspectu recrearentur, utque ab egregio Dei famulo benedictionem reciperent. Is porro ut Fratres adventare audivit, non sine magna sua difficultate de loco surrexit (ætate quippe jam erat supra modum provecta) ac foras progressus, peramanter eos salutavit, rogans quo modo ageret ac valeret Abbas Pachomius: Illis autem lamentantibus, intellexit Antonius eum obiisse, et dixit: Nolite flere: omnes vos facti estis sicut Abbas Pachomius. Equidem affirmo; D Magnum is suscepit ministerium, cum tantam Fratrum multitudinem in suam admisit disciplinam, Apostolorum viam ingressus. Respondit Abbas Zacchæus; Quin tu potius ipse, o Pater, mundi, qua patet, lumen clarissimum dicendus es, cujus ad ipsos usque Imperatores fama pervasit, qui tua causa debitas Deo laudes persolvere minime dubitant.

gratulante quod hic isti suffectus sit.

6 Cui Antonius; Non ita, Zacchæe, sentio. Etenim quo ego primum tempore Monachum cœpi agere, nullum uspiam extabat cœnobium, in quo de aliorum salute cura aut metus cuiquam erat: sed quisque antiquorum Monachorum, persecutione jam finita, privatim in vita sese monastica exercebat. Postea vero Pater vester tantum bonum, Deo adjuvante, effecit. Alius quidem ante, cui Aotæ nomen, voluit tale ministerium suscipere: verum quia non ex toto corde ei rei studuit, successu conatus ille caruit. De Abbate porro vestro multorum sermonibus accepi, in divinis eum Litteris apprime fuisse versatum. Equidem serio et sæpe volui illum corporali præsentia cernere, sed forte dignus haud E fui: per Dei tamen gratiam in regno cœlorum invicem videbimus; sed et omnes alios, sanctos Patres, ipsumque imprimis Dominum ac Deum nostrum Jesum Christum. Animos ergo sumite, confortamini, et pleno cursu ad perfectionem tendite. Istud quoque mihi nunc indicate, ecquem sibi in munere et dignitate successorem designavit? Subjicientibus, Abbatem Petronium a Pachomio ad id delectum; ac Petronio, post non multum temporis vita functo, successisse Orsisium; respondit Antonius; Non Orsisium, sed Israelitam, illum vocetis oro. Tum si ad Episcopum Athanasium, virum gradu eo dignissimum, vobis est iter, sic ipsum a me compellabitis; Hæc tibi commendat Antonius; Curam habe de filiis Israelitæ. Quo dicto, ac sua illis benedictione impertita, non sine commendatitiis ad magnum Athanasium litteris ab sese dimisit. Qui ut Alexandriam pervenerunt, a sanctissimo Pontifice, propter beati præsertim Antonii commendationem, magna benevolentiæ significatione excepti fuerunt; non enim quantus esset Antonius latere poterat Athanasium.

Ipse Pachomii instituta promovens

7 Porro Abbas Orsisius, secundum acceptam a Deo gratiam, Fratres suos egregie in vita spiritus educabat; quin etiam sermonum ejus vis ac robur perpetuo videbatur accrescere, in Fratrum consola- F tionem: neque nudas modo in spiritualibus colloquiis parabolas, sed earum etiam expositionem proferebat, illud identidem inculcans, ut quam, in totius monasterii meliorem gubernationem, regulam, dum adhuc superesset, Pachomius præscripserat, nec non constitutiones Patrum, Præfectorumque et Subpræfectorum ordinem, exacte servarent. Bina quoque per anni decursum tempora statuit conveniendi, Paschatis scilicet et Magnæ remissionis, quando ratio rerum omnium ad necessitatem corporalem spectantium initur, operum item et expensarum, ut majoris monasterii Œconomus, qua ratione munus sibi commissum exequeretur, posset habere perspectum. Consuetudo autem illis jam inde ab initio erat, circa vesperam, manuali opere ac cœna peractis, in unum simul considere ad scrutandas Scripturas, ab omni alia solicitudine tunc liberos, præterquam ab ea, quæ salutem eorum concernebat. Quibus vero præcipua rei hujus cura fuerat demandata, fortes in spiritu magistri, ut ministros Dei decebat, munus suum exequebantur. Quamdiu enim, ait Dominus, fecistis uni ex minimis qui in me credunt, mihi fecistis.

Fratres hortatur

8 Sedens igitur Orsisius, et pulchris sermonibus

Fratres

A Fratres confirmans, dicebat : Nonnullos vestrum video, quibus magni nominis fama, et in alios potestas atque imperium, utque vel domestici vel muneris alterius dignitatem consequantur, in votis est ac desiderio. Aliud profecto, Patre nostro vivente, erat Monachorum studium, quando nonnisi per insignem obediendi promptitudinem magnus quis studebat dici, veritus alioquin ne in cœlorum regno inter postremos hærendum sibi aliquando esset. Mihi quoque cum Petronius Abbas, ut de vobis curam gererem, demandaret ; lacrymæ eruperunt ac gemitus, consideranti periculum, in animarum gubernatione situm. Neque ego modo, sed omnes omnino Sancti ita sensere. Primus omnium Propheta Moyses, a Deo ad Populum Israelis liberandum regendumque missus, magna animi demissione Deum obtestatus est, ne eam ob rem irasci sibi vellet, ac tum demum ministerium suscepit. Nos itaque similiter, Fratres, quotiescumque pronuntiari illud audiverimus ; Qui se exaltat, humiliabitur ; ab omni ambitionis labe alieni esse studeamus. Non omnium est in regimine animarum cum laude versari, sed eorum solummodo qui perfectione inter alios emi-

ad studium humilitatis,

B nere cognoscuntur. Parabola est. Later incoctus, si haud procul a flumine ædificio extruendo substernatur, ne diem unum futurus est utilis ; sin autem diligenter idem coquatur, durissimi lapidis rationem obtinebit. Ita hominibus, carnalia adhuc sapientibus, contingere videmus, ut, nisi divinorum sermonum igne, ad Josephi istius exemplum, ante accendantur, ipso etiam conatuum suorum initio, dissolvi misere incipiant. Multarum namque tentationum fluctibus agitari eos est necesse, qui in media hominum multitudine vitam instituunt. Rem vero laude dignam præstat is, qui propriæ mediocritatis admodum conscius, impositum sibi onus excutere non segniter contendit, ne in pericula majora incidat. Quicumque in fide haudquaquam vacillant, ii in omni eventu firmi sunt ac stabiles. De Josepho autem, homine sanctissimo, si quis ut sermo instituatur desiderat, terrenis illum rebus minime sciat fuisse delectatum. Quantas ille tentationes sustinuit, et quibus in regionibus ? In iis utique, ubi nullum tunc erat veræ religionis vestigium. Sed Deus Patrum ipsius, Deus Abraham, Deus Isaac, et Deus Jacob, in omnibus ei adfuit, e tribulationibus salvum eduxit, ac nunc in cœlesti aula pariter cum Patribus versatur is et exultat. Nos quoque, qui, quam pa-

et constantiam in tentationibus.

C rum possimus, haud sumus ignari ; fortiter certemus, Fratres ; ac nescio equidem, an vel hac ratione judicia Dei declinare satis poterimus. Multa alia horum similia cum dixisset, oravit : et ad suas se cellulas Fratres contulerunt.

9 Crescente interim supra modum numero Monachorum, per agros et silvas causa sibi, pro tanta hominum multitudine quærendi, cœperunt dispergi : et quantum curæ aliæ multiplicabantur, tantum negligentiæ cœpit in singulis monasteriis irrepere. Pater igitur quidam Monchosensis monasterii, Apollonius nomine, contra quam in commune lata patiebatur regula, cœpit suo monasterio necessaria per se abunde comparare. Hac de causa multis ab Orsisio Abbate monitus atque increpitus, ægro animo quæ dicebantur excepit, in illud ab adversario consilium inductus, ut suum monasterium a communitate abstraheret ; persuasitque pluribus ibidem præcipuis ut hoc probarent. Quorum exemplo sane pernicioso, ex aliis quoque monasteriis non pauci in labem eamdem inciderunt, cum Apollonium absque fronte Abbati resistentem cernerent : dicebat enim, Quia per rationem vivendi in commune nihil differimus a Fratribus. Cumque ab Orsisio Abbate persuaderi sibi nequaquam pateretur, magis etiam ten-

Prauo Monachosensium exemplo

tationis turbo invaluit. Cernens igitur Orsisius D quantis in angustiis res constituta esset (multum quippe effluxerat temporis, ex quo molestias illas coactus erat perferre) quamvis ad mortem usque eas sustinere haud gravate statuisset ; attamen circumspiciens quem sibi potissimum in gubernando socium adjungeret, in solitarium tantisper locum sese abdidit : atque suspiriis istic continuis indulgens, quemadmodum ipse nobismet deinde narravit, in has ad Deum voces erupit ; Hoc mihi, Domine, Abbas Petronius famulus tuus moriens commendavit, ut Fratres plurimos ad asceticum vitæ institutum et salutem conarer adducere. Sed paucos admodum, qui dictis nostris aures præbeant, datur reperire : unusquisque enim post cordis sui desideria abit, eos si excipias, qui sincera omnino fide tibi deserviunt, quique duce ac magistro Pachomio in vita sese ascetica strenue exercuerunt, ac siqui alii timorem tui habent. Mihi vero molestissimum accidit, cum universam communitatem in tantas turbas conjectam conspicor, non mea quidem culpa aut incuria, cum nemini, ut tute ipse optime nosti, ullam unquam turbationis ansam præbuerim ; neque id tu, Domine, E ignorare potes, Quin neque istud solum monasterium solicitudinem mihi injicit, sed etiam aliorum causa in angustiis sum, ne forte accepta hac occasione, ab ea quæ jam inde a principio inter ipsos fuit animorum conjunctione caritateque recedant. Nunc itaque, Domine, non possum diutius sustinere solus : virum ergo mihi aliquem promptum animo atque robustum indica, et nominabo ipsum illis, ne animarum, quæ forte perituræ sunt, reus ego habear.

A GRÆ. D. P

augeri turbas videns,

inter querulas preces,

10 Eadem igitur ipsa nocte insomnium ipsi est oblatum, visusque sibi est videre lectos geminos, e quibus alter pretiosus quidem, sed vetustate tritus ; alter pretio haud impar priori, sed firmior longe atque solidior. Exinde ita sibi mandari audivit : Lectum hunc firmiorem continuo occupes. Tum vero secum reputans intellexit, grabatum illud esse Theodori, qui cum Abbate quondam Pachomio una quasi anima esse videbatur : exortoque mane, quasi tribulatione levatus, eo præsertim quod valde amaret Theodorum, quem egregia omnino humilitate præditum, et ad sustinendas hominum obmurmurationes fortissimum esse non ignorabat ; omnium monasteriorum Hegumenos in unum convenire jussos, Theodoro non evocato, hac oratione compellat : Non ignotum vobis esse scio, quantum postremis hisce diebus apud nos turbatum fuerit. Sustinui F tantisper, ea solummodo spe inductus, fore ut omnis ea tempestas sensim evanesceret : sed econtra, ut ipsimet videre potestis, accidit, ac malum in immensum auctum est. Necesse itaque habeo fateri, solum me tantis curis ac solicitudinibus minime esse parem. Quamobrem ita mihi persuasum habeo, fore ut e vobis nemo cogere me ad ulteriorem oneris tanti excusationem velit. Quoniam vero certissimum mihi est, parum admodum a me in hoc negotio posse profici, nec esse unde sive a Deo sive a Patrum senioribus timeam reprehendi, quibus scilicet insufficientia mea abunde est perspecta; ita statuo, Theodorum eum esse qui muneri huic omnino sufficiat, quem et a longo jam tempore haud secus ac Patrem nostrum reveriti sumus. His dictis, secuta deinde nocte in Chenobosciorum monasterium recessit, in eoque mansit. Fratres porro universi, magno cum gaudio hoc audientes, Theodorum in Patrem suum acceperunt. At ille eorum se voluntati negavit staturum, donec de re tota cum Abbate Orsisio contulisset, tres interim dies cibi omnis ac potus expers traducens.

olium peti sibi substituendum

ostensumq in visu Theodorum

declarat Vicarium

11 Postquam ergo hic accersitus adfuit, rursum ejus

A

AUCTORE D. P.
Hoc munere suscepto,

ejus causa in unum coactis Fratribus, inquit ei Abbas Orsisius: Nos te constituimus: Pater noster huic te muneri jam dudum destinavit, quando, tua barba apprehensa, tertio dixit: Memineris, Theodore, ne ossa mea eo loco relinquas ubi fuerint humata. Quo audito, Abbas Theodorus, quod ulterius opponeret, non habuit. Itaque Fratribus eum tradidit Orsisius, et ipse in Chenoboscia denuo abiit; Theodorus vero ordinatus est. Ceterum Abbas Theodorus super ea, quam passus quondam fuerat spiritus, afflictione, Orsisium egregie solatus, insistere etiam nonnihil cœpit ut in monasterium Pabau redire ne gravaretur, Fratres, ut prius, visitaturus: vivebat enim in Monchosi. Persuasum igitur Orsisium eo deducens præcucurrit, jussitque Hebdomadarium dato signo convocare Fratres, itaque eum excepit. Ille autem, sicut tunc erat, Catechesin fecit in medio eorum (hora enim ejus habendæ erat) stabatque auscultans Theodorus Abbas, tamquam illius

ipsum industrie sublevat

Vicarius. Post hæc vero, propter mutuam erga se invicem caritatem, noluit Orsisius ab eo removeri: sed erant ambo tamquam homo unus. Universi autem Fratres vivificam eorum admirabantur bonitatem, qui ut sic unirentur fuerant divinitus edocti.

B

Secundus porro ab Orsisio Theodorus erat, et illum interrogabat ad singula.

12 Rursum igitur abiit Orsisius visitatum monasteria: Theodorus autem, per eam quam habebat curam, minime otiabatur. *Sed jam coronam, laboribus sanctis debitum, Domino præparante, annus agebatur, ut alibi demonstravimus* CCCLXVIII; *et congregatos ad Pascha* 11 *Aprilis celebrandum Fratres, peracta festivitate dimiserat Theodorus, cum diem extremum*

Mortuo Theodoro rursum totum onus sustinet Orsisius,

obiit, XXVII *ejusdem mensis; tanto cum* Orsisii *jugiter assistentis, proque vita ejus longiore instanter deprecantis sensu, quantum in Actis est legere num.* 94. *Peractis vero exequiis,* Abbas Orsisius pristinum inter Fratres locum et ordinem denuo obtinuit, eorumque rectæ gubernationi pro viribus intendit: vir namque erat summa probitate, et magno erga Fratrum salutem desiderio flagrans. Deus siquidem vires homini ac robur sufficiebat, Scripturarum illi sanctarum intelligentiam largiter tribuens. Quamobrem non modico temporis spatio Fratribus cum summa potestate in pace præfuit. D

13 *Si* Theodori *coætaneus erat* Orsisius (*nec enim multo major natu concipi debet, qui post ipsum, ætatis suæ anno* LXV *mortuum, aliquantis adhuc annis Fratres rexit, potest ad annum usque* CCCLXXX *et ultra pervenisse; cœpissetque præesse anno circiter ætatis quinquagesimo, et octogesimum vitæ transcendisset cum obiit. Non tamen ad extremum usque spiritum desiit pro Fratrum utilitate laborare, quod verbis jam forte minus poterat præ senio, faciens scriptis. Etenim Gennadius Massiliensis, lib. de Scriptor. eccles. cap.* 9; Orsiesis, *inquit,* Monachus, Pachomii et Theodori Collega, vir in sanctis Scripturis ad perfectum instructus, composuit librum, divino conditum sale, totiusque monasticæ disciplinæ instrumentis constructum; et ut simpliciter dicam, totum pæne in eo vetus ac novum Testamentum, compendiosis dissertationibus, juxta Monachorum dumtaxat necessitatem, invenitur expositum: quem vice testamenti, prope diem obitus sui, Fratribus obtulit. *Dubitavi equidem in Comm. prævio num.* 18, *utrum* Doctrina atque tractatus Patris nostri Orsiesii, *qualis primum in Bibliotheca Patrum, deinde una cum aliis a S. Benedicto Aniani Abbate in Codicem Regularum collectis, habebatur editus a Luca Holstenio, sit ipse a Gennadio laudatus liber: propterea quod* perpetua illa veteris ac novi Testamenti expositio, *quam in eo mihi videbatur laudare Gennadius, non satis dilucide istic appareret. Sed cum reflecto animum ad verba,* juxta Monachorum dumtaxat necessitatem; *et video tractatum totum fere ex utriusque sacræ Paginæ locis contextum; desino dubitare, ac votis requirere id, quod jam habere nos puto, Tractatum scilicet,* utilissimum Monachis et rerum asceticarum studiosis; *ut merito prælaudatus S. Benedictus, in concordia Regularum, sæpius istam Orsisii Doctrinam laudet.*

usque ad an. circiter 380

et Fratrum instructioni scribit utilissimum tractatum,

E

a S. Benedicto Anianensi Ab. laudatum.

DE SANCTO ABRAHAM

ABBATE CLAROMONTE IN GALLIA

J. S. C F

Ex Sanctis Gregorio Turonensi et Sidonio Apollinari.

POST AN. CDLXXII.

Vita a Gregorio Turonensi scripta.

Gregorius *Episcopus Turonensis, libro* 2 *Historiæ Francorum capite* 21, *describit gesta Episcoporum Arverniæ, Eparchii et Sidonii Apollinaris, quorum hic isti, sub annum* CCCLXXII *vita functo, subrogatus est.* Hujus tempore, *inquit,* cum adhuc apud urbem Arvernam Victorius moraretur, fuit in monasterio B. Cyrici, urbis ipsius Abbas, Abraham nomine: qui fide et operibus Abrahæ illius prioris refulgebat, sicut in libro Vitæ ejus scripsimus. *Extat hæc Vita capite* 3 *de Vitis Patrum, et est hujusmodi.*

2 Nulli Catholicorum esse occultum reor, quod Dominus ait in Evangelio: Amen dico vobis, si habueritis fidem integram, et non hæsitaveritis; si

Matt. 17

dixeritis huic monti, Transfer te, transferet se: et omnia quæcumque petieritis in nomine meo, credite quia accipietis, et venient vobis. Ergo non est

Instar Abrahæ Patriarchæ, ornatus fide et virtutibus,

dubium, quin Sancti obtineri possint a Domino, quod petierint: quia in eis fides, fundamine posito, nullis hæsitationum fluctibus vacillat. Pro qua fide, non solum intra patriæ terminum propriæ, dum cœlestem vitam agere cupiunt, exules facti sunt; sed etiam transmarina ac peregrina petierunt loca, ut ei, cui se devoverant, plus placerent. Sicut nunc B. Abraham Abbas, qui post multas tentationes seculi, fines est territorii ingressus Arverni: qui non immerito Abrahæ illi comparatur seni, pro magnitudine fidei, cui quondam dixerat Deus; Exi de terra tua, et de cognatione tua, et vade in terram, quam monstravero tibi. Reliquit autem hic non solum terram propriam, sed etiam illam veteris hominis actionem; et induit novum hominem, qui secundum Deum formatus est, in justitia, sanctitate, et veritate. Ideoque cum se perfectum in Dei opere cerneret; non fuit dubius in fide petere, quod per vitam sanctam confisus est obtinere. Per quam opifex cœli, maris ac terræ, parva quidem numero, sed admiranda miracula operari dignatus est.

Gen. 12

3 Igitur Abraham iste super Euphratis fluvii littus exortus est, ubi in Dei opere proficiens, ad visitandos Eremitas adire Ægypti solitudines concupivit. Eo autem dum tenderet, a Paganis comprehensus, et multis pro Christi nomine affectus verberibus, in vincula conjicitur: in quibus per quinque annos exultans, tandem Angelo solvente laxatur. Occidentalem quoque plagam visitare cupiens,

in Ægyptum abit, captus in via venit Arvernos.

Arvernos

A Arvernos advenit; ibique ad basilicam S. Cyrici monasterium collocavit. Erat autem miræ virtutis, fugator dæmonum, illuminatorque cæcorum, aliorum quoque morborum potentissimus curator. Igitur cum festivitas supradictæ basilicæ advenisset, Præpositum vocat, ut vasa vino plena ad reficiendum populum, qui solennitati aderat, in atrio ex more componeret. Causatur Monachus, dicens: Ecce Episcopum cum Duce et civibus invitasti, et vix nobis supersunt quatuor vini amphoræ: unde omnia ista complebis? At ille: Aperite, inquit, mihi penum. Quo aperto, ingressus est; et fundens orationem, quasi novus Elias, elevatis ad cœlum manibus, ac infusis fletu luminibus, ait: Ne deficiat, quæso; Domine, de hoc vasculo vinum, donec cunctis ministretur in abundantia. Et irruente in se Spiritu sancto, ait: Hæc dicit Dominus: Non deficient vinum de vase, sed omnibus petentibus affatim tribuetur, et abundabit. Quo dicto, vinum, ad verbum et hilaritatem dispensationis illius, cuncto populo in abundantia ministratum est, et superfuit. Sed quia strenuitas Præpositi prius mensuraverat vasculum quinquagenarium, et repererat quatuor

ne vinum deficiat orando impetrat.

B palmorum mensuram; cernens quæ acta fuerant, in crastino iterum mensurans, tantum reperit in vase, quantum in eo præcedente reliquerat die. Ex hoc Sancti virtus in populis declarata est: in ipso vero monasterio plenus dierum obiit, ibique cum honore sepultus est.

4 Erat autem eo tempore S. Sidonius Episcopus, et Victorius Dux, qui super septem civitates principatum, Euricho Gotthorum Rege indulgente, susceperat. Hujus vero Sancti Epitaphium B. Sidonius scripsit, in quo aliqua de his, quæ locutus sum, est præfatus. Ad hujus autem beati Abrahæ sepulcrum plerumque frigoritici decubantes, medicinæ cœlestis præsidio sublevantur. *Ipsum Epitaphium a S. Sidonio exaratum, accipe cum Epistola* XVII *libri* VII, *ad S. Volusianum Turonensem Episcopum, de quo egimus* XVIII *Januarii, scripta his verbis:* Jubes me, Domine frater, lege amicitiæ, quam nefas est lædi, jam diu desides digitos incudibus officinæ veteris imponere, et Sancto Abrahæ vita functo næniam sepulcralem luctuosis carminibus inscribere. Celeriter injunctis obsecundabo, cum tua tractus auctoritate, tum principaliter amplissimi viri Victorii Comitis devotione præventus, quem jure

S. Sidonius a Volusiano rogatus, epitaphium illius scribere

C seculari patronum, jure ecclesiastico filium, excolo ut cliens, ut pater diligo: qui satis docuit, quæ sibi aut qualis erga famulos Christi cura ferveret, cum thorum circa decumbentis Antistitis, non dignitatem minus quam membra curvatus, ac supra vultum, propinqua morte pallentem, dolore concolor factus, quid viro vellet lacrymis indicibus ostenderet. Et quia sibi maximas humandi funeris partes ipse præripuit, totum apparatum supercurrentis impendii; quod funerando Sacerdoti competeret, impartiens; saltem ad obsequium, quæ remanserunt, verba conferimus; nihil aliud exaraturi styli scalpentis impressu, quam testimonium mutuæ dilectionis. Ceterum viri mores, gesta, virtutes, indignissime meorum vilitate dictorum ponderabuntur.

5 Abraham, sanctis merito sociande Patronis,
Quos tibi collegas dicere non trepidem:
Nam sic præcedunt, ut mox tamen ipse sequare;
Dat partem regni portio martyrii.
Natus ad Euphratem, pro Christo ergastula passus,
Et quinquennali vincula laxa fame.
Elapsus Regi truculento Susidis oræ,
Occiduum properas solus adusque solum.
Sed Confessorem virtutum signa sequuntur:
Spiritibusque malis fers, fugitive, fugam.
Quaque venis, lemurum se clamat cædere turba:
Dæmonas ire jubes exul in exilium.

dicit ex Perside ob persecutiones profugum,

dimissis majoribus urbibus,

Expeteris cunctis, nec te capit ambitus ullus,
Est tibi delatus non onerosus honor.
Romuleos refugis Byzantinosque fragores,
Atque sagittifero mœnia fracta Tito:
Muros Alexandri te non tenet, Antiochique:
Spernis Edissææ Byrsica tecta domus.
Rura paludicolæ temnis populosa Ravennæ,
Et quæ lanigero de sue nomen habent.
Angulus iste placet, paupertinusque recessus,
Et casa cui culmo culmina pressa forent,
Ædificas hic ipse Deo venerabile templum,
Ipse Dei templum corpore facte prius.
Finiti cursus istic vitæque viæque,
Sudori superest dupla corona tuo.
Jam te circumstant paradisi millia sacri,
Abraham jam te comperegrinus habet.
Jam patriam ingrederis sedem quo decidit Adam,
Jam potes ad fontem fluminis ire tui.

D

AUCTORE G. II

Arvernos venisse, ibique struxisse monasterium,

6 Ecce, ut injunxeras, quæ restant, sepulto justa persolvimus: sed si vicissim caritatis imperiis, fratres, amicos, commilitones, obsequi decet; ad vicem quæso tu quoque, quibus emines institutis, discipulos ejus aggredere solari: fluctuantemque Regulam Fratrum destitutorum, secundum statuta Lirinensium Patrum vel Grinnicensium, festinus informa: cujus disciplinæ si qui rebelles, ipse castiga: si qui sequaces, ipse collauda. Præpositus illis quidem videtur S. Auxanius, qui vir (ut nosti) plusculum justo et corpore infirmus, et verecundus ingenio; eoque parendi quam imperandi promptior; exigit te rogari, ut tuo ipse sub magisterio monasterii magister accedat: et si quis illum de junioribus spreverit, tamquam imperitum vel pusillanimem, per te unum sentit utrumque non impune contemni. Quid multa? Vis ut paucis, quid velim, agnoscas? Quæso ut Abbas sit Frater Auxianus supra Congregationem, tu vero supra Abbatem. Vale.

et hic ut prospiciat illis rogat;

E

7 *Hæc Sidonius, Episcopus (ut supra dixi) Turonensis, cui tamquam Metropolitæ etiam Arvernica diœcesis tunc esse debebat, quem proinde, secundum aliqua MSS.* Dominum Majorem *hic appellat, ubi alia habent* Domine Frater: *libro autem 4 Epist.* 18 *ad Lucentium etiam* Fratrem, *et* communem Fratrem *appellat; et hic sub finem caput* supra Abbatem *esse* Auxianum, *S. Abrahami successorem, licet virum in ista congregatione eximium. Deinde* Victorium *solum titulo* Comitis *honorat, utpote qui tum uni Arvernicæ urbi præerat; At Gregorius Turonensis, lib.* 2 *Historiæ Francorum cap.* 20, Ducem *appellat, scilicet ab* Eurico *sine* Euricho Rege Gothorum supra septem civitates præpositum. *Cujus* Victorii *pietatem hic laudat Sidonius: sed non semper sui similem fuisse et propter libidinem ab Arvernis profugum, Romæque lapidibus obrutum, scribit dictus Turonensis. Natus autem est* S. Abraham *ad Euphratem: dein senior sub truculento Persarum Rege Sapore (qui hic dicitur* Rex Susidis oræ, *cum allusione ad urbem* Susam, *ex libro Estheris notissimam) ergastula et vincula quinquennia passus, laudatur, quia pro suo domicilio non elegit* Romam, *aut* Constantinopolim, *non* Hierosolymam, Alexandriam, Antiochiam, *aut* Carthaginem, *non etiam* Ravennam *aut* Mediolanum, *ubi* suem in medio lanæ, inventam *scripsit Isidorus. In monasterio vero, per ipsum constructo, vigebant* statuta Lirinensium Patrum vel Grinnincensium. *De Lirinensi monasterio per S. Honoratum ædificato, late agitur in ejus Vita, ad diem* XVI *Januarii a nobis edita: at* Grinnicensium cœnobia, a sanctis Pontificibus urbis Viennensis fundata, quingentos pene monachos continuisse, *habent Acta S. Clari Viennensis Abbatis, ad Kalendas Januarii excusa.*

quæ persecutio quam sanctus fugerit?

F

8 Collocasse *autem* S. Abrahamum monasterium ad

AUCTORE G. H.

qua statuta monasterii ejus?

A ad Basilicam S. Cyrici, *indicat supra Turonensis; de qua Basilica in libello primo de Sanctis, Ecclesiis, et Monasteriis Claromontii, apud Savaronem capite 4, ista leguntur:* In ecclesia S. Cyrici altare S. Cyrici, ubi S. Abraham, et S. Justus, et S. Silvinus requiescunt. *Celeberrima est solennitas hujus Sancti in dicta S. Cyrici ecclesia; et inde translata ad totam diœcesim, quæ in MS. Martyrologio Claromontano sic promulgatur:* XVII Kalendas Julii, Arvernis natalis S. Abrahæ, Abbatis et Confessoris. *Quæ fere eadem leguntur apud Molanum, Galesinium, Canisium, et alios, cum hodierno Martyrologio Romano. Plura ex Actis congessit Saussayus. At Savaro, in suis Notis ad dictam Ecclesiam S. Cyrici, addit,* fontem limpidam non procul ab Ecclesia collabi, *ac* vulgo vocari, la fon de S. Abraham: *reprehenditque* anilem superstitionem, *qua istic solebant* infantes plus æquo quiritantes mergi, *ut* a quiritatu et infantili ploratu sanarentur. *Quod tamen beneficium iis ibi præstari laudat Saussayus. Non video ego quid superstitionis in eo sit, si latenti morbo vel incommodo, qui causa enormis ejulatus sit, remedium ex illa aqua per* S. Abrahami *invocationem speretur; cum certum sit multa pati subinde* B *infantes, quorum indicium nullum aliud habeat natura* in promptu quam ejulatum: qui si continuus et enormis D *sit, non potest ex levi malo procedere.*

Cultus 15 Junii

et fons infantibus utilis,

9 *Coluntur* XVI *hujus, Græcis Latinisque Fastis notissimi,* SS. Cyricus *sive* Quiricus, *et* Julitta, *mater ac filius, Martyres, translatis in Galliam corporibus, ac sigillatim in Arvernia celebres. In horum Actis, atque exinde in variis Martyrologiis, et hodierno Romano, legitur de filio, quod* triennis puellus, cum matrem, quæ ante Alexandrum Præsidem nervis dirissime cædebatur, implacabili luctu lugeret, ad gradus tribunalis illisus interiit. *Pluribus opus non est, ut intelligatur quod illius cujuscumque religionis origo, eo in loco sit ipso Abrahamo antiquior, fundatus in prænarrato S. Cyrici ejulatu: cujus ecclesiæ adjunctus fons, cum ad impetrandum ejulatui infantili remedium vulgo frequentaretur, et nova ei accessisset venerabilitas a S. Abrahamo, ex eodem fonte bibere solito; fons ipse cœperit S. Abrahami dici; et beneficium quod solebat S. Cyrico acceptum referri, ipsimet Abrahamo adscribi. Fuit Savaro vir eruditus, sed ipsi hic accidisse videtur, quod hoc seculo plurimis, qui superstitioni sæpe imputant, id cujus veram causam originemque ignorant, laudaturi, si quis ipsis eam suggereret, qualem hic satis commode suggeri existimamus.* E

ex veteri ad S. Cyricum devotione.

DE S. VOUGA, SEU VIO

F. B.

EPISCOPO IN BRITANNIA ARMORICA

De ejus cultu vitæque actis, ab Alberto le Grand collectis, quæ Latina exhibentur.

SEC. VI.

Templa Sancto dicata

Penmarcum *est Britanniæ minoris in Cornuwalia promontorium; ad ostium fluminis Oleræ. Inde milliario uno distat ecclesia parochialis* de Treguenec, *circa quam exstat sacellum* S. Vougæ *aut* Vii, *in quo ejusdem sacræ Reliquiæ asservantur. Exstat et alia eidem Sancto dicata ecclesia in diœcesi Leonensi, Britanniæ item minoris, in eo loco ubi traditur Sanctus, exstructo oratorio, cum paucis aliis vitam monasticam ad mortem usque coluisse, et sepultus claruisse miraculis, donec sacrum corpus a Nortmannis Britanniam depopulantibus (quod seculo* IX *aliquoties contigit) ablatum est. Oratorium istud, ob peregrinorum eo concurrentium multitudinem, in* C *templum justæ magnitudinis excrevit: quod deinde a S. Tenenano Episcopo Leonensi, uno post Sancti obitum seculo, ad honorem ejusdem est consecratum, aut certe Parochialem dignitatem accepit. Et hæc quidem antiquam venerationem* S. Vougæ *indubitatam faciunt: cujus annuo festo, ex earumdem, ut credo, ecclesiarum usu, assignat Albertus le Grand, decimam quintam Junii. At neque post translatum a Nortmannis sacrum corpus, imminuta est populi erga Sanctum devotio: et ut esset aliquod, quo illa foveretur, sacrum pignus; Missale ejus servatur in ecclesia, juxta quam creditur habitasse; et populo religiose osculandum præbetur. In ecclesia autem de Treguenec remansit ejus aliqua Reliquia, verosimiliter eo allata, antequam a Nortmannis Britannia infestaretur.*

cultum demonstrans;

ubi et Reliquiarum veneratio.

2 Acta *ejus collegit Albertus le Grand, ut ipse testatur,* ex antiqua Chronica Britanniæ Manuscripta et antiquo legendario etiam manuscripto in pergameno, quod existit in monasterio S. Matthæi diœcesis Leonensis; ex antiquitatibus ecclesiæ Leonensis collectis per D. Yvonem le Grand, Canonicum Leonensem, Rectorem de Plou-neventer et Eleemosynarium Duci Francisci II *(qui regnavit ab anno* MCCCCXVIII *ad annum* MCCCCLXXXVIII); ex veteri item Legendario chorali ecclesiæ Leonensis; tandem etiam ex memorialibus authenticis Armacanis in Hibernia, communicatis a R. P. Vincentio du Val a S. Maria, Ordinis Prædicatorum Vice-Provinciali Hiberniæ. *Quæ quamvis omnia magnum videantur habere auctoritatis pondus; dum tamen non proferuntur dijudicanda ipsimet prætensorum MSS. verba; neque constat quid, ex quo, et qua fide sumptum, quidve Albertus ipse de suo addiderit per conjecturas, ad quas, ut certo compertas veritates, Lectori offerendas, satis proclivem alias notavimus, non licet ei secure adhærere; maxime dum aliqua occurrunt haud facile recipienda. Imprimis non video, qua ratione probari possit et recipi debeat,* S. Vougam *Archiepiscopum Armacanum fuisse;* F *cum de ipso taceant, adeoque nihil invenerint in monumentis Hibernicis, quæ quam studiosissime lustrarunt, Usserus, Colganus, Waræus. Si enim invenissent aliquid de* S. Vouga, *et memorialia ista Hibernica satis authentica putassent, quomodo in Catalogis Archiepiscoporum Armacanorum, ipsius nomen omisissent, isti inter Hibernos recentiores merito laudatissimi Historici? Sane non possumus istud credere, nisi velimus fabellam aliquam fingere, similem ei, quæ de Cyriaco Romano Pontifice in conatu Chronologico Dissertatione V refutata est: ubi etiam ostenditur quanta sit vis argumenti negativi in ejusmodi quæstionibus. Quando S. Cyriacus Papa cum S. Ursula et sociabus ejus, inscio aut invito Romano Clero, spe martyrii discesserat; congregatis Clero et Cardinalibus placuit (uti fingitur)* nomen ejus de Catalogo Romanorum Pontificum eradere, quia creditum fuit, quod non propter devotionem, sed propter oblectamenta Virginum Papatum dimisisset. *Hic vero, nisi causam æque ineptam fingere voluerimus, non facile ratio inveniri poterit, cur Hiberni scriptores ipsum inter Episcopos Armacanos non numeraverint, si revera Archiepiscopatum illum gubernarit. Malo igitur credere, numquam id fecisse, Episcopum tamen scripsi in titulo, quia forsan talis fuit; non Armacanus, sed alicujus obscurioris Ecclesiæ; quales in Hibernia pæne innumeras fuisse, ita ut omnes fere Abbates et Parochi Episcopi consecrarentur, persuaden*

Acta ex MSS. collecta

non satis verosimiliter faciunt Episcopum Armacanum,

et plura continent in speciem fabulosa,

A *suadent Acta S. Patricii aliorumque Hibernicorum Sanctorum. Istam autem* S. Voudæ *Ecclesiam cum nescirent Britones nominare, primam omnium Armacanam arripuerunt : sicut nostrum* S. Rumoldum, *Mechliniensium Patronum, Dublinensem in eadem Hibernia finxerunt Episcopum, qui Hibernum illum nobis fecerunt, multo licet antiquiorem ipsa urbe Dublinensi.*

saltem quoad circumstantias rupis v. g. in qua mare trajecerit Sanctus;

3 *Nec placet tam subita ista vetulæ contumeliosæ punitio et resuscitatio, qualis infra memoratur : similia enim miracula quamvis Deo possibilia sint, quia tamen sæpius in Hibernorum Sanctorum Vitis, non sine fabulosis circumstantiis, occurrunt; facta non credimus, nisi a gravi auctore scripta. Iisdem de causis non placet ista tam admiranda Oceani in rupe trajectio. Quod si superesse putetur pars aliqua istius petræ, in qua etiamnum cernatur vestigium, quod caput reclinando Sanctus impresserat; mallem credere, saxo isto pœnitentiæ causa usum fuisse Sanctum, ad cruciandum corpus tempore somni, ipsumque ideo in veneratione fuisse posteris, et miraculis a Deo honoratum. Sane in Vita S. Yvonis Presbyteri num.* 24 *fit mentio de lapide S. Elavi, in cœmeterio ecclesiæ de Landelau existente, qui similiter in veneratione erat, propterea* B *quod S. Elavus crederetur in eo egisse pœnitentiam. In processu enim Canonizationis S. Yvonis prædicti,* D. Theophania testis xvi dixit, ex Mauritio de Monte audivisse, quod cum D. Yvo et d. Mauritius essent in una camera in villa Landelau, et idem Mauritius in lecto suo dormiret, et crederet quod D. Yvo etiam in lecto suo dormiret; idem Arniger quamdam vocem audivit, tribus vicibus sic dicentem; Surge, quia Beatus jacet in petra. Quo per Mauritium audito, a somno excitatus palpavit juxta se, nec D. Yvonem potuit invenire ibidem. Et surgens velociter, et accedeus ad cœmeterium dicti loci, ad quemdam lapidem concavum, in quo S. Elau fecerat pœnitentiam suam dum vivebat, eumdem D. Yvonem in eodem lapide dormientem invenit. *His ita prænotatis, Vitam Latine dabo, quam Gallice conscripsit Albertus prædictus, in hunc modum.*

quæ aliunde potest venerationem meruisse.

Interim dantur illa Gallico Latina,

4 Circa annum salutis DXXIII, Hormisda Pontificatum tenente, Justino Augusto moderante Imperium, regnante in superiori Armorica Hoelo II, in inferiori Jugduvale, qui tunc in Franciam ad Childebertum fugerat : eo, inquam, tempore ex magna Britannia in Armoricum subinde transnavi- C gabant viri sanctitate conspicui, quorum aliqui administrarunt magna cum laude Episcopatus, alii regionem istam sanctis Monachis suique imitatoribus impleverunt. Interim degebat in Hibernia vir venerabilis Vouga, qui ob morum et vitæ probitatem, Sacerdotium (Canonicatum vocant) in Ecclesia Armacana obtinuit, et tandem legitime electus est ejusdem Sedis Archiepiscopus et Primas Hiberniæ.

quibus dicitur relicto Episcopatu

solitariæ vitæ desiderio,

5 Verum, qui ad eam dignitatem invitus fuerat assumptus, sine intermissione precibus fatigabat Deum, ut gravissimo isto liberaretur onere : optabat enim se ad monasterium aliquod aut desertum recipere, et omni perturbatione liberum animum ad quietam rerum divinarum contemplationem transferre. Exaudivit Deus preces ejus, præcepitque transfretare Oceanum, promittens eum deducere in locum, ubi multum fructus colligeret, inveniretque quietam et desideratam solitudinem. Egit Sanctus gratias Deo, quod revelasset ei voluntatem suam; noctuque exiens Archiepiscopali suo palatio, perrexit ad littus maris : at ibi nulla inventa qua transmitteret navi, magnum patravit miraculum. Stabat in littore rupes prægrandis, quam conscendit; et in nomine ejus qui dixit; Amen quippe dico vobis, si habueritis fidem sicut granum sinapis, dicetis monti huic, Transi hinc illuc, et transibit,

Matt. 17

et nihil impossibile erit vobis; præcepit, inquam, D rupi, ut a littore discedens, sibi esset loco navigii, ad transfretandum quo placeret Deo. Res stupenda! Ad tale præceptum rupes, loco mota, in mare devolvitur : leviterque per Oceani undas fluitans, vix horarum viginti quatuor tempore, Britanniam Armoricam appulit, in portum Cornuwalliæ, cui nomen Penmarck. Multi qui eodem tempore per littus deambulabant, et nautæ navium quæ ad portum stabant in anchoris, cum molem hanc adnatantem a longe prospicerent; existimabant ingentem quamdam navem, effracto tempestate perditoque malo, vi fluctuum ad terram propelli. Sed cum portum intraret, omnes hærebant stupore perculsi, quod gravis illa rupes, tamquam navis, hominem vertici suo insidentem adveheret. Descendit in terram Sanctus, et statim rupes in mare regreditur; cunctisque qui aderant videntibus, viam init versus Hiberniam, unde venerat.

AUCTORE G. H. ac rupe pro navi usus

venisse in Armoricam;

6 Divulgatum istud miraculum per circumjacentes pagos excivit magnam multitudinem hominum Sanctum videre cupientium. Cives quoque Pen- E markani, tanto commoti miraculo, gratias egerunt Deo, quod virum ad eos tam sanctum destinasset : eumque officiose suscipientes hospitio, domum in qua habitaret assignarunt. Prædicavit ibi frequenter verbum Dei, et sanabat miraculose infirmos, multas Jesu Christo animas lucratus. Remansit etiam pars aliqua rupis, quæ ipsum advexerat; et ad hunc usque diem est in parochia de Treguenec, milliari uno a Penmarck, in cœmeterio sacelli Sancto dicati : conspiciturque in illa etiamnum vestigium capitis sancti. Quapropter peregrini, qui religionis causa sacellum visitant, ut liberentur a febribus, caput suum super petram solent reclinare; et secum deferre aquam, attactu sacrarum Reliquiarum benedictam, quæ a febricitantibus bibitur, aut eorum fronti aspergitur. Exstruxit deinde Sanctus eremitorium dimidio ab urbe milliario, in quod se recepit ad quiete Deo vivendum : verum cum quotidie magno concursu populus ad eum conflueret, brevi habitationem mutavit.

et ibi prædicasse,

et miracula plura operatus,

quæ etiam fiunt ad rupem cui caput acclinavit :

7 Die quodam Sanctus, egrediens tugurium suum, invenit petulantem mulierculam, quæ spiritu maligno instigata, contumeliosas ei occinebat cantilenas. Sanctus reprehendit eam suaviter : at cum nihil proficeret, ea relicta tacitus viam suam abiit. Sed infelix illa, brevi sensit divinam criminis sui F ultionem : magnis enim viscerum agitata doloribus, ejectis intestinis omnibus, mortua in terram concidit. Perspecta hac punitione, S. Vouga cadaver in ecclesiam deferri jubet; et injuriarum ab ea acceptarum immemor, ponit humi genua; et lacrymis perfusus orat Dominum, ut permittat miseræ istius animam ad corpus reverti; ne alioqui impœnitens mortua, vitam simul perderet animæ. Vix preces finierat Sanctus, resurrexit illa, et abjecit se ad pedes ejus, veniam deprecans : qua impetrata domum suam abiit, laudans Deum, qui mirabilem se ostendit in servo suo S. Vouga.

item mulierculam contumeliosam,

subito mortuam,

resuscitasse,

8 Percrebuit statim fama tanti miraculi per totam Cornuwalliam, excivitque permultos ex omnibus circumquaque locis ad ejus eremitorium. At ipse, veritus ne tanta hominum frequentia quietem orationis turbaret, decrevit exequi quod diu ante proposuerat animo. Sinum itaque maris transmisit a Lanveoc, et Brestam pervenit; ubi subsistere noluit, sed transiens per civitatem de Lesneven, in silvam densissimam se abdidit : ubi, extructo oratorio et juxta exiguo tugurio, aliquot sibi associavit Religiosos, quibuscum in sanctis sese operibus exercuit; donec placuit Deo ipsum ad piorum laborum præmia evocare : quod contigit decima quinta

et habitatione rursus mutata,

sancte vixisse cum paucis sociis.

Junii,

A Junii, circa annum DLXXXV. Discipuli vero ejus sepelierunt eum subtus altare sacelli sui : quo in loco Deus deinde tanta per ejus intercessionem operatus est miracula, ut excisa silva ibidem ædificata sit ecclesia, ejus nomini consecrata : quam deinde S. Tenenanus Episcopus Leonensis in parochialem erexit. In hac honorifice reservatæ fuerunt venerabiles ejus Reliquiæ, usque ad adventum Nortmannorum in Britanniam, quo tempore hæc patria, illis alio translatis, orbata est. Missale tamen ejus religiose conservatur in ecclesia ipsi sacra, ad cujus attactum febricitantes se sentiunt sublevari. Magna etiam pars Reliquiarum ejus asservatur in sacello ejus nominis, erecto in littore magni Oceani milliario uno a Penmarck, in parochia de Treguenec, in diœcesi Cornuwalliæ : quod sacellum a febricitantibus frequentatur, qui ibidem quotidie recipiunt sanitatem. D

Auctore G. H. sepultusque subtus altare et clarus miraculis.

Corpus ablatum a Normannis.

Reliquiæ

DE S. LANDELINO ABBATE

D.P.

SS. ADELINO ET DOMITIANO DISCIPULIS

CRISPINII IN HANNONIA.

Sec. VII vel VIII.

Vita ex MSS.

Floruit septimo Christi seculo magnus vitæ monasticæ amator, et quatuor monasteriorum in Hannonia fundator, S. Landelinus *Abbas. Hujus vitam, stylo suo expolitam, edidit Lau-* B *rentius Surius. Nos primogenia phrasi damus, ex variis codicibus MSS. potissimum ex bibliotheca monasterii Lobiensis ab eo constructi, a Domino Everardo Auvangio submissam, itemque ex MS. Bodecensi a nostro Gamansio descriptam, contulimusque cum illa quam Dacherius et Mabilio tomo 2 de Actis Sanctorum Ordinis S. Benedicti ex MS. Compendiensi S. Cornelii vulgarunt. Auctor nomen suum non apposuit, sed in Prologo asserit,* se enarrare, quæ sibi veridicorum narratione comperta sunt. *Ex nostris ad illam Annotatis lector optime discet, auctorem fide dignum esse, potissimum si conferatur cum altera Vita, quam ex MS. Ultrajectino ecclesiæ S. Salvatoris acceptam subjungimus, prorsus ambigui, an antiquior ista sit. Ea certe sola usus videtur, retentis sæpe ipsis verbis seculo undecimo scribens, Philippus Abbas Boni-spei in eadem Hannonia : quam Vitam, cum inter ejus opera habeatur excusa, superfluum ducimus hic recudere. Plurima etiam his similia habet Fulbertus in Vita S. Autberti, ad* XIII *Decembris illustranda. Denique Philippus Brasseur, Montensis Presbyter, anno* MDCXXXVI *Vitam* S. Landelini *Gallice edidit sub titulo* Iconismi, *unde miracula quædam subjicimus, per modum Appendicis.*

Alia auctore Philippo Ab. Boni-sp. et

Cultus sacer.

2 *Nomen* S. Landelini *inscriptum est variis Mar-* C *tyrologiis, atque in pervetusto MS. Tornacensi S. Martini ad hunc* XV *Junii ista leguntur :* Apud Crispinium natale S. Landelini Confessoris et Sacerdotis. *In variis aliis MSS. sub titulo Usuardi, sed ad usum potissimum Belgicarum Ecclesiarum auctis, ista habentur :* Eodem die in territorio Valentinensi, cœnobio Crispini, depositio S. Landelini Abbatis et Confessoris, qui a B. Autberto Cameracensi Episcopo de sacro fonte levatus est. *Est Crispinium inter Valentianas et Gislenopolim monasterium Benedictinum, quod* Canonicorum *appellat Baldricus lib.* 2 *Chronici Cameracensis cap.* 41 : *qui ibidem cap.* 37 *agens de Laubiensi cœnobio, longum elogium de S. Landelino habet : quale etiam Molanus de Natalibus Sanctorum Belgii, Miræus in Fastis Belgicis, aliique proferunt, sed ex ipsa Vita omnia hauriuntur, ad quæ commodius rationem temporis deduximus : et inde, quæ a recentioribus aliter resolvuntur, ultro emendantur. In Propylæo antiquario ante tomum 2 Aprilis edito par* 1 *cap.* 7 *rejecimus chartam fictitiam, quasi a Dagoberto I factam* S. Landelino ; *forte fuit aliqua data a Dagoberto II, filio S. Sigeberti, anno* 680 *occisi, ejusque regno non agnito, ad seniorem Dagobertum translata.*

3 Translatio corporis ejusdem S. Landelini, *hoc eodem* XV Junii facta a Godefrido Episcopo Cameracensi, *indicatur a Molano in suis additionibus ad Usuardum. Vita Gallica primum ejus nominis intelligit, alii* Godefridum, *S. Arnulfi Martyris filium, qui anno* DCCLII *ordinatus, primo Episcopatus sui anno Translationem istam peregerit, postea superstes usque ad* DCCLXX, *ut habent Sammarthani. Exinde per annos* E *centum prospere fluxerunt Crispiniensibus omnia, quoad anno* DCCCLXX *ipsos involvit Normannorum tempestas,* qui *(ut Mabilio ait)* Crispiniensem Abbatiam, et universa primævæ ejus dignitatis et sanctitatis monumenta, pessumdederunt. *Dono siquidem Caroli Simplicis, uti ex Chronico Balderici lib.* 1 *cap.* 67 *habetur,* Sanctæ Dei matris Ecclesiæ Cameracensium subjecta *Abbatia fuit; ac deinde* militaribus viris beneficio infiscata *detinebatur, ipsius Balderici ætate, id est seculo* XI, *ut habes lib.* 2 *cap.* 41. *Hanc autem calamitatem Vita Gallica durasse ait usque ad* MLXXX *annum : quando* monasterium Benedictinis est redditum, a Balduino Comite Hannoniensi atque Rochilde ejus matre, consilio Gerardi tunc Cameracensis Episcopi, *eo nomine Secundi : a quo quintus* Odo, anno MCV die XXI Septembris, *novam celebrasse dicitur* S. Landelini *Translationem.* Corpus ejus *adhuc* Crispinii esse *scribit Rayssius in Hierogazo, sylaco Belgico pag.* 178 : *qui pag.* 81 *ait* brachium et costam S. Landelini asservari Cameraci in ecclesia S. Autberti Canonicorum Regularium, *et pag.* 470, os brachii ejus in ecclesia sancti Sepulcri Ordinis S. Benedicti Bromenses Monachi *dicunt se etiam* habere brachium S. Landelini, ex Crispinio allatum F per S. Gerardum fundatorem, *a quo etiam S. Gerardi monasterium appellatur, situm in Comitatu Namurcensi. De eo brachio agit Rayssius pag.* 126, *qui pag.* 20 *etiam dicit, in* Alnensi cœnobio, *olim a S. Landelino constructo,* haberi in veneratione aliquam spinam dorsi.

Translatio I an. 770

2 an. 1105

Reliquiæ variis in locis vicinis :

4 *Hæc accuratius deducimus, propter difficultatem motam apud Germanos. Ac prima Gelenius in Fastis Agrippinensibus ad hunc diem ista adfert :* Eumdem hunc diem illustrat B. Landelinus Confessor, inter Agrippinos Divos tutelares merito referendus : quia (uti Eupo Comes de Padbergh, in diplomate fundationis Flechtorpiani monasterii loquitur) ejus sacra ossa, ex diœcesi Cameracensi, integraliter translata sunt per sanctæ memoriæ Baderadum de Padberg Episcopum, et in Boche ad Lippiam fluvium, jurisdictionis Coloniensis locum, reposita. Inde ejusdem S. Landelini caput habent Odackerianæ Moniales in Ducatu Westphaliæ. *Hæc ibi. Citatum diploma edidit inter Monumenta Paderborn. Ferdinandus Furstenbergius Episcopus Paderbornensis et tunc etiam Coadjutor postea Episcopus Monasteriensis pag.* 141 *hoc exordio :* Eupo dictus Comes in Patberg, ad notitiam

quæ tamen dicuntur esse Bocæ ad Lippiam

A titiam omnium fidelium pervenire desideramus, quod nos ad honorem Domini nostri Jesu Christi et sanctæ ejus Genitricis Virginis Mariæ, et super reverenda ossa B. Landelini Confessoris, quæ sanctæ memoriæ Baduradus Paderbornensis Episcopus de diœcesi Cameracensi transtulit, et in loco, qui dicitur Boca integraliter deportavit, novellam plantationem religionis S. Benedicti construximus super fluvium, qui dicitur Lippia.... Unde transmigravimus Abbatem et Fratres ejus, in villam nostram, quæ vocatur Fletorp, et ibi incepimus structuram nostram consummare anno gratiæ MCI. ... Actum anno MCIV tertio Nonas Julii. *Hæc ex diplomate. Princeps ipse Furstenbergius illustrat itidem Bocam iconismo, versu, atque prosa : ubi inter alia sic legitur.* Ferdinandus.... Bocæ, celebri olim pago, ubi Carolus M. Francorum Rex Angarios, datis obsidibus et jurejurando fidem obsequii firmantes, anno DCCLXXV in ditionem accepit ; et a sanctæ memoriæ Badurado Paderbornensi Episcopo, Reliquiæ B. Landelini Confessoris, quas a Cameracensi diœcesi illuc transtulerat, collocatæ fuerunt, M. H. P. *id est*, monumentum hoc posuit.

B

illuc allata an. 83[illegible]

5 *Sed hæc omnia placet legendo distinctius dare, ex illiusmet scheda autographa, qui Reliquias Flectropia Odacriam transtulit, Virginum harum Præfectus, anno* MDXCVI, *cujus originalia verba nobis Gamansius sic describit.* Cum anno DCCCXXXXI tempore Ludovici, S. Meinulphus Diaconus, et alii viri religiosi, legati a Badurado Episcopo II Paderbornensi, in Galliam ad asportandas Sanctorum Reliquias missi, cum corpore S. Liborii, et Reliquiis SS. Pavacii, Turibii, et Gundanisoli, Episcoporum Cœnomannensium, et aliorum Sanctorum, Cœnomannis redirent; transeuntes per diœcesim Cameracensem, in monasterio Crispiniensi, integrum corpus S. Landelini, ejusdem cœnobii quondam Abbatis, obtinuerunt : et cum ceteris Reliquiis ad diœcesim Paderbornensem appellentes, S. Landelini corpus in ecclesia Bocæ pagi, uno milliario a Geiseca distantis, honorifice locaverunt. In quo loco Erpo Comes a Padburgh, tempore Henrici quarti Imperatoris, consentiente Episcopo Paderbornensi, monasterium Ordinis S. Benedicti in honorem S. Landelini erexit, et dotavit. Sed cum Lantgravii Hassiæ, post obitum Braviris, uxoris Comitis Erponis, sibi illud vendicarent; Comes, propter feroces minas Lantgraviorum, prædictum monasterium Flectropiam transferre, consentiente Episcopo, statuit. Ut autem, aliquo modo torpens, consummare monasterium Flectropense acceleraret, flagello Dei est stimulatus. Nam cum, oppidanis in Haerhusen offensus, incendio oppidum ipsorum funditus destruere, et incendio consumere proposuisset, et jam ignem immitteret ; quidam de ipsis oppidanis ad ecclesiam S. Magni Martyris fugientes, imaginem Crucifixi Domini rapuerunt, et eam Comiti jam furenti obviam tulerunt. Ille vero ex furore ad portatores Crucis stricto ense irrupit, et quod Crucifixi, pro corona, capiti impositum est, percussit, ac partem in terram abjecit. Sine mora ultio divina adfuit; nam digiti ejus, quibus ferrum ad contumeliam SS. Reliquiarum strinxerat, et manus, in volam contracti sunt. Comes ita Dei iram contra se sentiens, vovit Deo opus inceptum consummare : quod et ad perfectionem perduxit, et largiter dotavit. Anno denique MCI, et seipsum, et omnia sua, suosque ministeriales S. Mariæ obtulit : et ad dictum Monasterium Boca, una cum Capite, et potioribus Reliquiis S. Landelini, magna tamen parte ibidem relicta, anno MCII transtulit : ubi usque ad annum MDXCVI permanserunt.

c inde Flectropiam an. 1102

C

6 Eo anno generosus Comes Soberen Erhardus, Satrapa Provincialis Westphaliæ, in conquirendis Sanctorum Reliquiis studiosissimus, accersivit Conradum Lutherum Presbyterum, Præfectum Virginum in Odacker ; et jussit ut, adhibito sibi in socium Domino Swiberto Stephani, Artium Magistro, Pastore Brilensi, allaturus Reliquias S. Landelini Flectropiam pergeret. Qui Sacerdotes, cum tertio quodam Domino Petro, Vicario Gesecano, qui se socium itineris obtulit, Flectropiam recta contendunt ; et ipsis S. Evergisli feriis ibidem appellunt ; et singulis diligenter perquisitis, indicio et auxilio cujusdam Monachi, qui solus supererat ex reliquis, Caput cum nonnullis corporis partibus (nam multa ossa erant dispersa et amissa per hæreticorum invidiam) clam sustulerunt. Quas Reliquias Conradus Lutherus prædictus Comiti Arnsbergæ obtulit : quibus a Comite perlustratis et visis, obnixe petiit Odacriam referendas. Annuit Comes : reportantur ad prædictum cœnobium Odacriense in Comitatu Arnsbergensi, prope oppidulum Hersbergam diœcesis Coloniensis, sub Serenissimo Principe Electore Ernesto Archiepiscopo Coloniensi, Duce Bavariæ, Angariæ et Westphaliæ, Comite Arnsbergensi. Hujus Sancti festivitas quotannis a Virginibus prædicti cœnobioli celebratur, sub officio summi Festi, ipso die S. Viti : et Translationis XXVI Octobris sub Duplici, quo die Caput et Reliquiæ primum in Odacker sunt deportatæ.

D

AUCTORE D. P. *anno autem 1596 Odacriam, ad Virgines ibi sacras*

E

7 *Virgines illæ, Nobiles omnes erant Benedictini Ordinis, (etiam Prædicatorii fuisse aliquando dicuntur, sub inspectione Abbatis in Graveschaft : steteruntque in Odacker, quoadusque ipsum locum occupavit, incendit, destruxit profanus miles Christiani, pseudo-Episcopi Halberstadensis, anno* MDCXXI *et* XXII *Westphaliam populabundus percurrens : qua tempestate pulsæ loco Virgines, post unam alteramve migrationem, cum sacro Capite et Reliquiis, transtulerunt sese Hersbergam, Principis arcem Wastenam; uti referebat D. Gabelus Abdinkhoffensis monasterii Abbas, ipsiusque olim D. Conradi Lutheri contubernalis ; de quo etiam narrabat, mortuum in Wedinckhausen Abbatia, pro insigni tamen suo ergo Odacriam affectu, in destructi ibidem templi area sepeliri voluisse, solitum quoties celebrabat diffluere in lacrymas, qui nec facile ad altare accessisset quando eas sibi non adfuturas prospiceret ; solitum etiam ex devotione erga* S. Landelinum *hujus nomen imponere baptizandis quoties poterat. Joannes Velde noster, in suis Fastis Westphalicis hactenus ineditis, ad hunc* XV *Junii asserit, quod* S. Landelini Abbatis Crispinensis Caput ab Odackeranis Virginibus accepit Episcopus Osnabrugensis. *Is fuit Franciscus Wilhelmus Comes de Werteberg, postea S. R. E. Cardinalis. Hujus cura Sequentia de S. Landelino, digna quæ infra edatur, ad nos missa fuit anno* MDCXLVIII, *per P. Joannem Mulman cum hoc scripto :* Sequentia illa de S. Landelino communicata est Illustrissimo Principi Osnabrugensi a Virginibus, religiosis S. Benedicti in monasterio Odacker, diœcesis Coloniensis in Surlandia sive Angaria. Cum enim, monasterio flammis absumpto, dictus Princeps centenos aliquot Imperiales in subsidium novi ædificii iisdem donasset, obtulerunt illæ vicissim Principi caput S. Landelini cum dicta Sequentia ; *pro festo ejus apud ipsas vel in Flectrop composita, ad usum Missæ. Esse aliquid Reliquiarum Coloniæ in Horto B. Mariæ Ordinis Cisterciensis, indicat Gelenius lib. 3, Syntagmate 54*

quæ anno 1622 inde fugatæ,

secum illuc abstulerunt Hersbergam,

F

et an. 16[illegible] caput Osnabrugum miserunt.

8 *Hæc de Reliquiis S. Landelini. Interim* Crispiniense cœnobium, *ut scribit Rayssius,* habet corpora S. Landelini, Fundatoris et Abbatis primi ; B. Adelini, Confessoris Christi, discipuli S. Landelini et ejus in prædicatione verbi Dei adjutoris indefessi ; B. Domitiani Confessoris, Sancti etiam Landelini individui comitis : *qui in MS. Ultrajectensi S.*

Cultus SS. Adelini et Domitiani.

A *S. Salvatoris* Deumianus *nominatur. Hos simul in* AUCTORE D. P. *titulo proposuimus : quod nihil de illorum Actis sciatur aliud, quam hic in Vita S. Landelini indicetur. Habent tamen peculiarem venerationem apud Crispinienses :* S. Domitianus XXII *Junii, in Octava S. Landelini ; et* S. Adelinus XXVII *ejusdem Junii ; sive istis diebus obierint, sive illos dies Crispinienses, post festum* S. Landelini, *assumpserint. Referuntur autem iisdem diebus a Molano, Miræo, aliisque Martyrologis : et passim* Sancti *habentur. Interim eorum corpora, vel partes Reliquiarum, nusquam ostenduntur vel coluntur, ut ideo tantum Crispiniensibus ea adjudicari videantur, quia nemo ipsa sibi vindicet. Hinc autem mihi nascitur occasio componendæ inter Crispinienses ipsos et Westphalos controversiæ, atque opinandi, quod licet apud alteros tantum sit corpus* S. Landelini, *apud alteros corpus unius Sociorum, excusabiles tamen utrique sint, dum potiorem sibi quique arrogant, quamdiu sua se quique possessione rationabiliter tuentur, nec possibile est dicere utrorum sit potior causa ; nisi quatenus pro Crispiniensibus verosimilior stare videtur præsumptio. Ita hoc ipso die censuimus circa* SS. Vitum et Modestum, *aut etiam* S. Crescentiam, *accidisse,* B *ut qui ipsorum indistinctorum habent aliquid,* S. Viti *eas esse Reliquias æqualiter credant, et credi ab aliis velint.*

Et alterutrius forte corpus occasio est controversiæ, inter Crispinienses et Westphalos.

9 *Flectropiensis cœnobii fortunam si quæras; cœperat ibi disciplina reflorescere anno* MCCCCLXIX, *cum ipsum Unioni Bursfeldensi accessisset, ex tunc enim a monasterio Aldinckhoffensi quinque successive Abbates habuit, pietate, doctrina, et rerum usu ornatissimos; itaque adhuc manebat anno* MDVII, *quando Lantgravius Hassiæ Guillielmus, pessimi atque hæretici filii Philippi, pientissimus Catholicissimusque pater, ipsum cum electo Abbate Judoco in tutelam suscepit suam, solam devotam honestamque memoriam sui majorumque ac posterorum, in consuetis Vigiliis Missisque defunctorum, vicissim pactus. Judoco, præcipuis quibusque suæ Congregationis muneribus cum laude functo, successit anno* MDXXX *D. Meinolfus. Sub hoc, invalescente Lutherana hæresi, damna in spiritualibus ac temporalibus multa illata : quibus avertendis aut sarciendis imparem sese videns ; Meinolfi, post quadriennii regimen, successor D. Joannes Raic, anno* MDLVII, *ad suas, quas ante Confessarius rexerat, Weismarssenses prope Lingam Virgines reversus est, cessitque Abbatis juri ac titulo. In hunc substitutus Balthasar Hackmeister, adeo inquinatam duxit vitam, ut perurgente denique con-* C *scientia ipse se ultro in ordinem redigi passus sit anno* MDLXXX, *solenni protestatione suam ob commissa crimina indignitatem professus, atque ad pœnitentiam in suæ professionis monasterio Leisbornensi se tradens ; quoad usque rursus inde aufugit ad quemdam Nobilem Lutheranum, cui usque ad mortem infelicem pro liberorum pædagogo et scriba frumentario fuit. Interim obiit etiam D. Gerlacus Leisbornensis Abbas, cui loci inspectio commissa erat, unicum tunc Monachum Professum habentis D. Hubertum : quo sæpe excusante senectutem, œconomicæ solicitudini imparem, tandemque defuncto, Comes de Waldek locum sibi vindicavit, tamquam a majoribus suis fundatum ; commendavitque Amptmanno cuidam uxorato, reddituro sibi de proventibus rationes, et viginti pauperes utriusque sexus ibidem sustentaturo.*

Flectropiensis Monasterii fortuna.

SEQUENTIA.

Ex MS. Odackerano, Osnabrugi servato.

Læto cordis cum fervore, mentis, vocis et dulcore,
Adoretur Trinitas.
Meritorum ob splendorem Landelini, et decorem,
Honoretur Unitas.
Franca stirpe clara satus, Audeberto commendatus
Imbuendus Præsuli.
Præsul Deo quem devovit, fæx scelesta mox promovit D
Ad opus diaboli.
Linquit Mystam et prædatur, cædit et latrocinatur
Suis cum consociis.
Mutat nomen, normam, vitam, cum latrone cœnobitam ;
Ah, quæ metamorphosis !
Ast Audberto pro errante Deo sancte supplicante,
Salus redit Prodigo.
Landelinum visus terret, quo cernebat, quod inferret
Dæmon quemdam tartaro.
Hanc ut pœnam declinaret, ad Audbertum remearet,
Astans monet Angelus.
Quibus visis, quo audito, Cameracum gressu cito
It, spretis complicibus.
Ad Audberti pedes jecit, malitia quod perfecit,
Multa deflet lacryma.
Præsul ovem errabundam, viam ducit per jucundam
Christi ad ovilia.
Romam pergit ter, et crimen ad Sanctorum deflens limen,
Preces fundit largius.
Hunc Audberti ungit manus, jungitur Domitianus,
Adelinusque socius.
Vestes illis auterentem, et hunc membris contrementem,
Prece curat sedula.
Landelinus semper terna meditatur, hinc quaterna
Struxit monasteria.
Moysis instar ut induxit humo virgam, fons effluxit
Crispanis in Crispinio
Decumbenti adstant crebri, monet eos, obit febri
Cubans in cilicio.
Landeline, pœnitere et commissa digne flere,
Obtine supplicibus.
Hic uramur, hic secemur, Deus parcat, ne damnemur
Tuis sanctis precibus.
Sed, post hujus vitæ finem, ad cælestis vitæ limen
Admittamur omnes. Amen.

VITA

Ex antiquis MSS. Codicibus.

Benignitas nostri Salvatoris adest parata in salutem eorum, quos prædestinavit ad capessendæ futuræ præmia vitæ ; et, sicut ipse in Evangelio spiritualiter docuit, quosdam sexta et nona hora, quosdam etiam undecima, ad excolendam vineam suam, convocat; quia quibusdam in infantia, quibusdam in juventute vel adolescentia, aliquibus in senectute, spiritualis assumere sationis concedit laborem. Nec difficile est manui ipsius inveteratos scelerum mores corrigere, qui etiam Leviathan dentibus absorptos, armilla suæ misericordiæ revocavit ad vitam; et ad percipiendam suæ bonitatis fiduciam, eos ipsos, quos taliter dentibus ejus excussit, participes in cœlesti curia ascivit. Ex his enim scimus esse Prophetas, ex his quam maxime constat judex ille Apostolorum numerus ex his Martyrum triumphalis exercitus, ex his insignis Confessorum numerus ac Monachorum mirabiliter consistit ornatus. De quorum collegio etiam S. Landelinum esse constat : de cujus vita ego pauperculus ingenio, non sine magno timore, aliquantulum prologui præsumo : sed potens est Deus os meum, ad propalanda sui servi magnalia, aperire qui os asinæ ad increpationem reseravit Prophetæ. Itaque ex his, quæ mihi veridicorum narratione comperta sunt, aliqua incipiam enarrare.

Prologus

2 Gloriosus igitur et acceptabilis Deo Landelinus, ex progenie celsa Francorum ac nobilissima, in pago Cameracensi in villa quæ vacatur *a* Vallis, temporibus Dagoberti incliti Regis, extitit *b* oriundus. Cumque bonæ indolis puerulus primis adolescere inciperet annis, genitores ipsius eum B. *c* Audberto Pontifici, qui eum de sacro fonte *d* susceperat, litteris *e* imbuendum commendare studuerunt.

Landelinus a S. Audberto institutus a b c d e

3 Cumque jam ad juvenilem venisset ætatem, voluit eum supradictus Pontifex ad Clericatui officium tonsurare. Quod audientes quidam ex cognatis ejus, venientes cœperunt eum ab amore cœlestium suis persuasionibus revocare, dicentes : O quanta pulchritudo

A pulchritudo juventutis persuadetur mundo renuntiare! Ne quæsumus, Frater, ita agas; quia si ita egeris, nescimus si tibi aut tuis parentibus in ullo utilis eris. Melius est ergo, Frater carissime, ut nobis consentiens relinquas monasterium; et nobiscum pergens, utaris seculo et deliciis ejus; quam velut mortuus hic quiescas. Nam si nobiscum pergas, dabimus tibi omnia, quæ libuerint animo tuo, et faciemus te deliciis affluere et honore. Hæc et his similia revolventes, persuaserunt ei: et fugam *f* iniens, discessit a S. Audberto: ac simul cum eis pergens, more latronum vivebat, rapinis et cædibus occupatus. Pro quo pius pater Audbertus, mœrore confectus, lugebat eum velut mortuum. Et revera mortuus erat, quia diabolo serviebat. Orabat tamen sanctus Pontifex assidue Dominum, ut libertatem redderet, captivato, vitam mortuo medelam tribueret diabolico vulnere sauciato. Quid plura? Male sana mens, quod inique cœperat, perficere laborabat; nomenque suum mutans, appellari se Maurosum jubet; ne scilicet indicio inveniretur nominis, qui perditionis se occultarat latebris. Interea multis diebus in hoc nefario opere perdurans, serviebat diabolo, qui fugitivus extiterat Christo.

f

et flagitiose vivit,

ac nomen suum mutat.

B

socii interitu

4 Tandem divina potentia, precibus B. Autberti Pontificis invocata, affuit; et solito more ac solita benignitate, erroneum filium disposuit reddere sanctæ Matri Ecclesiæ. Accidit igitur ut cujusdam divitis domum diripere cum suis complicibus solito more festinaret. Cumque adesset nox, in qua tam nefarium opus perficere festinabant; accidit Dei dispositione, ut quidam ex sodalibus ejus, morte deprehensus, spiritum exhalaret. Interea Maurosus, dolore sodalis sui vehementer afflictus, cum se dedisset quieti, videt miseri illius animam a dæmonibus ad infernum deduci. Cumque hoc cum ingenti tremore aspiceret, astitit Angelus Domini, trementique terribiliter infit: O Landeline, modo conspice remunerationem tui laboris: cum quali pœna socii anima deducatur ad inferni loca. Vide ergo quid tibi melius sit, cum tali tormento deduci in baratrum gehennæ, an nobiscum perfrui cœlesti mansione. Derelinque igitur opera diaboli, et assume militiam Christi: abscinde a te tenebrosi cordis cæcitatem, quo possis intueri clarissimum Christi lumen. Refuge jam nunc hostis antiqui servitutem, quo possis cum Christo regnare post mortem. Audi C erga B. Audbertum Antistitem, et recognosce tuum esse spiritualem patrem: suspice ab ore ejus monita cœlestis doctrinæ. Hæc vero aliaque multa eum edocens supernus ille Angelicus spiritus, cœlos petiit. *g* Exurgens ergo Landelinus, visu valde conterritus, relinquens sodales suos omniaque sua, pedibus suis maturavit ire Cameracum, ubi sanctum noverat esse Audbertum: et pedibus ejus prostratus, pœnitentiam sibi rogat dari retroactorum scelerum. At pius Pater, ejus votis congaudens, suscepit eum pœnitentem, quem diu fleverat a se recedentem; sinumque ei divinæ aperiens misericordiæ, reddidit eum sanctæ Matri Ecclesiæ.

et Angelico monitu

g

resipiscens, redit ad S. Autbertum,

5 In monasterio ergo degens sub seculari habitu, agebat præteritorum pœnitentiam criminum: macerans corpus jejuniis, quod secularibus macularat illecebris. Diuturna ergo excoctus pœnitentia, destinavit ad purum relinquere seculi negotia, ut plenius meditaretur cœlestia. Petiit denique supradictum Antistitem; ut ab eo perciperet capitis tonsuram, militiæque cœlestis assumeret chlamydem. Ad quod gaudens sanctissimus Præsul, abscidit ejus comam capitis, a quo jam dudum depulerat maculas cordis. Adeptus denique hanc dignitatis gloriam, destinavit ire Romam: ut qui jam dimiserat seculi pompam, peregrinationis quoque mercaretur coronam. Cum benedictione ergo profectus pii Patris Audberti, D squallida assumens itinera, tandem Romam pervenit: quo noverat corpore quiescere Judices seculi. Prædulcia ergo in eorum liminibus figens oscula; orabat ad purum sua mundari crimina. Perfecto autem suo desiderio celeriter Galliam rediit, diu nolens abesse a suo Patrono.

secedit in monasterium,

Clericus factus

Ex [illegible] peregrinatur Romam

6 Tunc vir domini Audbertus, sanctitatis in eo considerans vigere virtutem, promovit eum ad Diaconatus ordinationem; ad quod ita apparuit aptus, ut liquido claresceret omnibus, quia Dei gratia ad hoc fuerat electus. Erat enim animo benignus, supplex, humilis, et devotus; obedientiam cunctis impendens, omnesque puro affectu diligens. Tantum etiam ardorem et cordis compunctionem Dominus ei largitus est, ut vita bonorum cœnobitarum non esset contentus, sed magis semetipsum in Dei erigens famulatum, et cum gemitu et lacrymis in afflictione vigiliarum, jejuniorum et orationum frequenter positus, vitam Sanctorum exerceret, nec ullo modo daret corpori suo requiem, inediis, nuditate, frigore, siti, ac multis tribulationibus seipsum macerans. Paucis igitur transactis diebus, iterum E secundo Romam adiit: votaque optata complens, ac feliciter remeans, a B. Audberto Episcopo Presbyterii suscepit officium. Sublimatus vero in hujus apicem honoris, enarrari non potest, quantum excreverit culmine sanctitatis. Iterum ergo augmentare sibi labores cupiens, quamvis defessus jam esset corpore, rursus Romam adiit; cum duobus scilicet sociis discipulis suis, Adeleno videlicet et Domitiano, qui ei jam dudum in prædicatione verbi Dei adhæserant, feliciterque ad propria remeavit.

Ordinatus Diaconus,

iterum Romam adit,

ac tertio Sacerdos,

cum SS. Adeleno et Domitiano

7 Cum igitur in pace reversus fuisset, licentia cum benedictione accepta a beato Pontifice Audberto *h*, profectus est in pagum nuncupatum Hainau, in locum supra fluvium Sambram situm: qui, ex nomine rivuli decurrentis in præfatum flumen, vocatur *i* Laubacus: et ibi construxit sibi et discipulis suis monasteriales habitationes: et quod ille Deo annuente cœpit, fideliter postmodum a successoribus, qui per ejus ministerium in eodem loco *k* congregati sunt, feliciter est peractum. Construxit etiam aliud monasterium in pago Sambreo nomine *l* Alneo, discretum a Laubaco tribus juxta Sambram millibus, quod fulget Principis Apostolorum pignoribus, ac munitur ejus præclaris virtutibus. Tertium quoque ædificavit cœnobium in Tenaplatensi pago F *m* Wasslaus dictum, disparatum octo millibus a Laubiis, primitivo suo monasterio; quod, ut superiora, Clavigeri Regis superni, Sancti scilicet Petri, consecrari fecit nomine atque sanctitate. Horum quidem duorum magnis ditavit commerciis habitacula: sed Laubias regiis honoravit muneribus, ac villarum famulorumque indicibili replevit copia. Quidquid etiam piorum Regum munificentia passim per Francorum acquisivit regna, præfato Laubiensi cœnobio delegavit, ut veneranda Fratrum Congregatio ibidem Deo serviens, non egeret his, quæ Monachis forent congrua.

construit monasteria h

Lobium.

i

k

l

Alnum.

m

Wasslare:

8 His ita *n* gestis, ac præscriptis locis honorifice structis, Fratribusque illic Christo militantibus, victibus necessariis affatim attributis; Dei omnipotentis (ut credimus) instinctu ac permissione, commigravit in alium locum, qui est situs super flumen Hion, adjacetque ei silva nuncupata Ambligis; ibique cum duobus discipulis suis, Adeleno videlicet, et Domitiano extirpare cœpit virgultum, ut ibidem quoque sibi ac suis construeret dignum habitationis locellum. Quo equidem tempore (mirum dicturus sum) cum instanter laborarent, et ut solet fieri, cappæ eorum super arboris truncum jacerent positæ; contigit ut superveniens dominus loci illius, silvamque

n

alium locum habitationi parans,

obsistentem sibi loci dominum

A silvamque suam eos exstirpantes inveniens, cappas eorum quasi pro vadio auferens, abire conciperet. Sed mira Omnipotentis clementia adest, statim invocata. Nam dum idem homo gressum verteret abeundi; mox omnibus membris stupefactus, et velut in specie mortis deprehensus, in sua pœna sensit, quod non recte ageret circa servos Dei. Provolutus ergo eorum pedibus, rogat sibi veniam dari commissi sceleris; cappasque suas ut reciperent, magnis cœpit vocibus expostulare: simulque vovens quod ejusdem silvæ medium Deo per manus traderet Sancti, si ei pius Dominus quod inique egerat donare dignaretur. Mox mirum in modum a B. Landelino pristinæ sanitati redditus, divinique verbi prædicatione edoctus, ad propria est cum pace dimissus. Vir autem Domini, gratias agens, quod sibi utique adesset misericordia Conditoris, construxit ibidem oratoriolum in honorem B. Martini Episcopi, et illic cum supradictis discipulis, hymnis divinis orationibusque vacans, benignitatem quotidie postulabat Domini.

Ex MSS. — *et ideo paralysi punitus,* — *sanat.*

9 Quadam etiam die, Sanctus Dei Sacerdos Landelinus, omnia circumquaque lustrans loca, reperit fontem ibidem deesse, quo Fratres aquam suis usi- B bus haurire debuissent. Facta autem oratione, baculi sui ictu percussit terram: statimque fons miræ profunditatis ebullivit, qui crispantibus undis decurrere cœpit: et illico ob rem quæ accidit locum illum Crispinium nominavit. Cœperunt ergo tunc nonnulli, audita ejus sanctitate, e diversis partibus ad ipsum catervatim confluere, adunataque est populi non minima in eodem loco multitudo. At vir Deo plenus, misceri multitudini nolens, solitudinem præ omnibus seculi rebus caram habens, ne scilicet multorum actiones suæ mentis ab statu rectitudinis hebetarent obtutum, non longe ab eo loco descendens, sequestrata mansione demoratur. In eo autem loco, ubi fluvius in sese fontis Crispini colligit rivum, in honore B. Petri Apostolorum Principis condens ecclesiam, inter ipsos, ut ita dicam, supernos Angelorum choros; et si necdum visione carnis, mentis tamen contemplatione conversabatur, dicere valens cum Apostolo Paulo; Nostra conversatio in cœlis est.

Fontem elicit, — *et Crispinum appellat:*

10 Visum præterea est B. Landelino, ut supradictos suos discipulos, Adelenum et Domitianum, discretis mansionibus absentare deberet, quatenus C et ipsi, per divini verbi ministerium, lucrum animarum Domino, suis quique in locis, omni die augmentarent: ipseque, velut avidissimus veræ Philosophiæ amator, contemplationi cœlestium liberius vacaret. Locavit ergo S. Adelenum procul a suo monasterio prope leuga una, super fluvium Hion; Domitianum vero ex altera parte quasi leugis duabus, super fluvium Haynam.

SS. Adelenum et Domitianum aliis locis præficit;

11 Quibus auxiliante suprema clementia peractis, sancta et immaculata Christi hostia, multiplici contusione ignisque examinatione, more holocausti, jamque divinis immolanda conspectibus probatus; sanctus videlicet et Dei dignus Sacerdos Landelinus ipsi, ut ita fatear, cœlesti jam propinquabat altario. Cum enim eum omnipotens Deus pro laboribus, quibus quotidie desudabat, remunerare jam decrevisset; o senilia membra, quæ prolixa carceris hujus contriverat angustia, modica cœperunt pulsari febricula. Accersitis itaque undique Fratribus, indicat se jam carceris ergastulo resolvi. Flebilis mox personuit vox, una dicentium, Quod nobis ultra erit auxilium, Pater sanctissime, cum tu pastor oves Deo acquisitas relinquis, devorandas dentibus diaboli? Tum vir Domini ait: Non mea, optimi Fratres, contristet vos absentia; aderit prorsus vobis Pastor æternus, Dominus Jesus Christus, si ejus caritati D inhærere studeatis attentius. Servite ei in timore, et exultate ei cum tremore. Nulla enim poterit nocere adversitas, si nulla infestet iniquitas. His et hujusmodi sermonibus Fratres, adhortans, super cineres et cilicium stratus, adstantibusque circumcirca quos Christo acquisierat Fratribus; animam, bonorum actuum floribus adornatam, ad Angelorum direxit gloriam. Discipuli autem honorifice egregii magistri corpus in eodem suo cœnobio tradiderunt sepulturæ: ubi ejus meritis intervenientibus multa fiunt signa, præstante Domino nostro Jesu Christo, qui vivit et regnat per omnia secula seculorum. Amen.

febri correptus, — *cui ultima monita o* — *et mortuus* — *sepelitur.*

ANNOTATA G. H. et D. P.

a Vallis villa, *vulgo* Vaux en Artois *prope Bapalmas, nostra ætate erat sub dominatu Comitum de Bucquoy.*

b *Ergo ante annum* 638, *quo* Dagobertus *obiit: cœperat autem imperare Austrasiis anno* 622, *Neustriis* 628, *totius Francici Imperii monarcha* 630.

c S. Autbertus, *creatus Episcopus anno* 637, *præfuit annis* 33, *mortuus anno* 670, *cum mortuo Chlo-* E *thario III, successisset Theodoricus.*

d *Abbas Philippus, cum Martyrologiis et Fulberto Vitaque sequenti, asserit baptizatum a S. Autberto Episcopo, ergo anno* 637, *et annis non multis citius natus.*

e *Circa annum* 644, *ætatis* 7.

f *Fulbertus in Vita S. Autberti,* Ut in virilis animi robur adolescens evasit, quæ ætas liberior ad quæque audendum. *Quod circa annum* 655, *ætatis* 18, *potest accidisse.*

g *Circa annum* 660 *ætatis* 33, *cum præessent Chlotarius III, et Childericus apud Austrasios, non Chlotarius secundus pater Dagoberti.*

h *Circa annum* 670, *quo S. Autbertus* 13 *Decembris vita functus est.*

i *De* Laubaco *seu* Lobco, *consule quæ diximus ad Vitam S. Ursmari* 18 *Aprilis a pag.* 557.

k *Inter hos præcipuus fuit ipse Ursmarus: qui et videtur adhæsisse in construendis duobus sequentibus monasteriis, ut vel ideo ei ut fundatori tribuantur, a Fulcuino in* 2 *Appendice ad Vitam ejus pag.* 563.

l Alna *est monasterium Ordinis Cisterciensis ab anno* 1148: *consule Jongelinum, de Abbatiis Cisterciensibus in Belgio pag.* 42, *ubi asserit a S. Landelino fuisse ibi* constitutos Clericos communis vitæ.

m Waslaus *seu* Waslare in Fania *monasterium,* F *situm prope Trelnoium et Lætiense cœnobium, a Normannis dicitur destructum. Huic S. Landelinus præfecit S. Dodonem, qui colitur* 28 *Octobris Est autem ibi adhuc vicus, S. Hilarii Reliquiis valde celebris: et nunc a Cisterciensibus obtineri locus dicitur.*

n *Apud Fulcuinum in citata* 2 *Appendice,* B. Ursmarus in exordio regiminis sui ecclesiam consecravit anno sexcentesimo nonagesimo septimo, die XVII Kalendas Septembris, Pippino Francis principante. *Baldricus lib.* 2 *Chronici Cameracensis cap.* 37 *et* 38: Secessurus S. Landelinus Laubii, eo loci præfecit beatum virum Dei Ursmarum. *Erat tum* S. Landelinus *natus annos* 60.

o *Senilibus membris damus* 70 *vitæ annos, pervenisset ad annum Christi* 707, *quod potuit fieri; et sic impendisset Crispiniensi constructioni annos decem. Si velit aliquis citius obiisse, nolumus contentionis funem cum eo trahere; maxime si liceat cogitare (quod sane licet) S. Autbertum, necdum Episcopum, sed sub uno alterove decessorum suorum Vicarium seu Chorepiscopum fuisse, quando* Landelinum *baptizavit, et puerum sub disciplina sua habuit. Sic enim concipi poterit, anno circiter* 600 *natus et baptizatus, annum ætatis egisse*

A *egisse intra 20 et 30, cum perverteretur, Autberto necdum Episcopo; conversus autem circa an. 640: et per talem hypothesim valde laxarentur spatia temporum. Legenda Gallica, quam sequitur Mabilio, obiisse Sanctum dicit an. 685, quando in eadem hypothesi octogenarius ille fuisset: sic autem jam conversus, diutius fuisset usus consilio et directione S. Autberti, tum ad proprium vitam ex lege monastica instituendam, tum ad monasteria ordinanda.*

ALIA VITA

Et priori forte antiquior.

Ex MS. Ultrajectino ecclesiæ S. Salvat.

Ex S. Autberti disciplina,

Landelinus, vir sanctus, tempore Dagoberti regis Francorum, ex villa quæ Vallis vocatur, ut stella ortus est, et a S. Autberto Cameracensi Episcopo, ad petitionem parentum ejus nobilium, de sacro fonte levatus est et benedictus. Adultum vero pue- B rum eidem Episcopo remiserunt, ejusque sanctitati commiserunt; ut et parvulum sacris litteris erudiret, et cura diligenti bonis eum moribus insigniret. Quem Antistes suscipiens, affectu paterno tamquam filium educavit. Cum autem Præsul attenderet eum honestius profecisse, et annos pubertatis moribus et scientia transcendisse; habens illius non modicam spem salutis, tonsura et habitu Clericali Landelinum puerum illustravit. Sed antiquus hostis, omnium bonorum inimicus, hoc ipsum videns et invidens, non terrores seu minas intonuit, sed astuta malicia in illum suasionis mortiferæ virus evomuit: *ad seculum reducitur ab amicis,* qui nonnullos cognatos et amicos, ad hoc satis idoneos, adinvenit, per quos ætatem illius teneram perverteret. Frater, inquiunt, et nos tibi volumus providere, et tu nos debes audire. Vide ergo, dilecte, ne ab aliquo seducaris, nec velis in monasterio diutius immorari, vel cum Clericis musicantibus otiari. His verbis rudem Landelini animum concusserunt, obtinentes ut a monasterio et Clericorum consortio recederet. Quorum voluntatibus, eo quod ipse novit consilio, Deus cessit; et tamen ab electo suo cura ejus penitus non recessit, sed ad tempus siluit.

2 Et forte ad hoc divina gratia aliquanto tempore se subtraxit, ut post graves culpas devotius C et humilius pœniteret, atque malum postmodum *et dum ille pro ipso luget,* cautius abhorreret. Denique David, post Uriæ peccatum, ampliori lavacro postulat se salvari et lavari; postque negationem Petrus amarius legitur lacrymari; et uterque devotior et robustior redditus post ruinam. Quod intuens sanctus Præsul inconsolabiliter contristatur, et super illo perdito lamentatur; preces, fletus, et hostias offerre Creatori non desistens. Interea Landelinum seductores sui, tam verbis quam exemplis, ad peccandum instanter solicitant, festinantque secum rapinis et *ad latrocinia prolapso;* latrociniis irretire. Ad quorum spem confirmandam nomen suum mutavit, et Maurosum se nuncupari fecit; ut novus prædo, novo nomine censeretur, ut unde advenerit, vel quis ante fuerit, nesciretur: quo liberius novis operibus incubaret; quod eum nec antiqua mentio nominis revocaret. Præceps ergo Maurosus, ad facinora quævis manus liberas exercebat, et quasi ductor malorum præ omnibus habebatur.

3 Qui cum nocte quadam unius divitis disponeret *visa socii ad inferos rapti anima,* domum irrumpere, et violenta manu illius bona diripere; divina eum dispensatio ab hujusmodi proposito revocavit, et malum raptoris propositum immutavit. In illa enim nocte unus de sociis suis su- D bitanea morte prævenitur; cujus animam maligni *Ex MS.* spiritus in profundum inferni juxta suum meritum projiciunt. Cujus morte cognita, Maurosus dolore contabefit, gemit, et ejulat; et in tantum dolor subitus ingravescit, ut præ nimia tristitia cogatur obdormire. Cui adstare visus est in somno vir, præferens vultum gratiosum, et socium ejus quis locus excipiat, quis fructus malitiæ, demonstravit. Illic Autbertus Præsul, ait, tuum periculum luget: et cum te somno lenta mors detinet peccati, ille plorat, et vigiliis, precibus et suspiriis pro te elaborat. Ad hunc ergo necesse est quantocius revertaris; et relictis operibus tenebrarum, ejus monitis *et Angelico monitu resipiscit;* salutaribus obsequaris; ut ad infernum non traharis, sed in cœlestibus nostro et Angelorum consortio perfruaris. Moxque evigilans, amore peccandi et animi furore deposito, relictis sociis Episcopo se præsentat.

4 Attendens Præsul quanto affectu juvenis la- *atque a Sancto receptus* crymatur; ipse quoque flens atque gaudens manus benevolas porrigit revertenti, et indulgentiam spondet pœnitenti. Quem etiam in laicali habitu per aliquot tempus fecit in monasterio conversari; donec E quidquid contraxerat vitæ lenocinia secutus, dilueret lavacro pœnitentiæ salutaris. Quem Præsul cum attenderet satisfactione congrua permundatum corona et habitu insignitum, benedictione debita clericavit. Qui tantæ gratiæ dignitatem adeptus, pondus rei digne considerans, majoris desiderio sanctitatis, Romam ire decrevit. Ubi devotus ad pavimentum, cum planctu et lacrymis se prostravit, et beatos Apostolos magis votis quam vocibus postulavit. Orationibus humiliter cum aliis operis bonis peractis, ad propria remeavit, et beati Præsulis *ordinatusque Clericus, Diaconus, Presbyter,* magisterio se addixit, et hujus vitæ delicias sibi interdixit: plus appetens labores, precum instantiam, jejunia, vigilias, quam solatium. Cujus videns sanctus Præsul dignam proficere sanctitatem, promovit eum ad officium Diaconatus. Factus Diaconus iterum Romam adiit; et Cameracum, ut ante, iterum remeavit; et sancto Pontifici debite se præsentavit: quem Præsul post dies aliquot in Pres- *ter Romam proficiscitur.* byterum ordinavit. Qui cum sacerdotio fungeretur, ne tanti beneficii ingratus haberetur, rursus sanctos Romæ Apostolos visitavit.

5 Postea reversus ad Episcopum, cum duobus *Condit monasteria Lobiense,* sociis Adelmo et Domitiano, in pagum Haynaw juxta fluvium Sambram Dei gratia providente Lan- F delinus monasteriales cellulas præparavit, in loco qui Laubias appellatur. Ibique corpora sua jejunio et abstinentia macerabant, ita ut per totam viciniam bona eorum opinio se diffuderit. Qua diffusa illuc plurimi convenerunt, gaudentes quod in agro humili thesaurum incomparabilem invenissent: et multi eis associati sunt, atque alii larga manu tem- *Alnense,* porales substantias obtulerunt. Videns autem Landelinus multos ex diversis mundi partibus in eodem monasterio cum bonis eorum congregatos, ut religiosius viverent; valedicens eis recessit, amore et desiderio paupertatis; veniensque in locum qui Alna dictus est, ibi sibi habitaculum præparavit, gaudens quod in solitudine Deo devote cum paucis militaret; tenorem vivendi rigidum non deponens sed de die in diem gravibus graviora superponens: *Walariense* cui multi plurima contulerunt, et illo præsidente monasterium construxerunt. Ut autem Alnense monasterium labore et diligentia consummavit, recedens inde, aliud in Templucensi pago similiter inchoavit, et in tempore parvo fidelium munificentia plurimum dilatavit. Et sicut B. Petrum Romæ tertio visitaverat, ita et hæc tria monasteria voluit dedicare, et suum tam peregrinandi quam ædificandi

A *Ex MS.*

candi trinum laborem Apostolis assignare. Cui etiam divina dispositio locum alium designavit, ad quem eum, expletis quæ prædiximus, destinavit.

Quorum conditurus, loci dominum, resistentem et punitum, sanat,

6 Qui assumptis prædictis comitibus Adelino et Deumiano, super fluvium Hon superveniens, illic residebat: ibique silva quæ Amligis dicta est, eidem fluvio videtur adjacere. Quem locum, attendens, nec aliquid vacuum inveniens, ubi nova possent eorum tuguria collocari; acceperunt instrumenta ut sibi locum præpararent. Quibus laborantibus paterfamilias advenit, eosque dure increpavit, cur ejus silvam præsumerent extirpare; qui et arripuit eorum vestimenta, ut hoc damno concussi ultro procedere non auderent. Quem divina ultio prosecuta est, inferens ei tantam corporis sui læsionem subito, ut humi jacens stupidus mortis superesse crederet passionem. Qui se feriri divinitus intelligens, virum sanctum non despexit, sed humiliter supplicavit, ut Deum dignaretur pro ejus excessibus exorare. Quorum veniam si vir sanctus indigno miserans impetraverit, per manus ejus ipsam silvam Deo resignaret, ut in eo vir sanctus possit deinceps juxta libitum operari. Vidensque B Sacerdos benignus fere illum mortuum, et devotas pro eo fudit preces supernæ pietati, et statim sanus factus est. Tunc Sanctus illic in honore S. Martini parvum oratorium præparavit, in quo cum prædictis Christi discipulis hostias Deo pœnitentiæ immolavit.

et ab excitato ibi fonte Crispinium vocat;

7 Aqua ibi cum labore portabatur ad necessaria domus, quia aquæ fons in loco illo non fuit. Orante autem Sancto, et solo ictu baculi terræ superficiem percutiente, statim fons vivus erupit. Ubi cum magnum gregem Monachorum congregasset, ultimo tandem exceptus somno, in gaudium Domini sui coronandus introducitur. Cujus corpus in cinere et cilicio derelictum, discipuli in suo cœnobio honorifice cum psalmis et precibus sepelierunt. Ubi ex tunc et deinceps ab astantibus sibi et famulantibus suum

D *ibique mortuus sepelitur.*

præsidium non absentat, nam eorum votis et meritis largo beneficio se præsentat; ei in quem desiderat prospicere divino vultui sic assistens, ut tamen præsto esse devotis suorum petitionibus non desistat.

APPENDIX

Ex Vita Gallice impressa 1636.

Fons Sancti et gemma salutaris;

Sancti Landelini fons, cujus in Vita fit mentio centum et amplius pedes in orbem complectitur. Is creditur atque experiendo cognoscitur, salutaris infirmantibus, ex eodem portantibus, esse. Imprimis autem mirabile est, quod pistoris Crispiniensis filius, in eo submersus, neque inde extractus nisi mortuus, haustas aquas remittere cœpit ac reviviscere, statim ac pater, mœsto illo casu afflictissimus, filium Sancto commendavit, juxta consilium Monachorum. Onyx quoque, ex sacra capsa sumptus oculisque applicitus, levamen iisdem quotidie ferre dicitur. Quibus aliisque rebus excitata fidelium pietas, ab annis ferme ducentis, conflavit piam Confraternitatem laicorum quadraginta, in honorem S. Landelini, quæ etiam Crispinii perseverat. E Huic autem monasterio cum piæ ac nobiles sorores, Bertha atque Ægidia, ex Bossutiorum familia, multa de allodio suo contulissent prædia; donationemque irritam facere contenderent Godefridus et Ivo, germani illarum fratres; S. Landelini feretrum Monachi deportavere Bossutum, ut suam ibi ipse causam ageret. Ad feretri sacri conspectum incanduit Godefridus; sumptoque arcu sagittam in latores jacit; quæ neminem eorum lædens, ipsi infixa thecæ stetit. Cumque obscuratus mox sol iratum nuntiaret Deum; turba quidem attonita hæsit, Godefridus autem totus contremuit; subitaque laxandæ alvi necessitate pressus, cum fæcibus simul et intestina egessit, ac mortuus est.

Mersus puer reviviscit.

Sacrilegus arcæ temerator intestina egerit.

DE S. HILARIANO PRESB. MART.

IN RUTHENENSI AQUITANIÆ DIOECESI.

D. 1.

Ex Hispalionensis Oppidi traditionibus.

C *Sæc. VIII aut IX. Cultus Hispalione,*

Gallicani Martyrologii auctor Saussayus, ad ejus supplementum suggerit hoc die sequentia; In territorio Ruthenensi S. Hilariani Martyris, qui divinæ gratiæ et veritatis testis, ab impiis, in Hispalione oppido ejusdem agri, extremum ad agonem compulsus, abscisso capite coronam accepit. *Distat Hispalio a sua metropoli leucis quinque, posita cis Lothum flumen: ideoque speravi, ex nostri Collegii Ruthenensis Patribus posse me certius de omnibus informari, ex loco tam vicino: nec ea me spes omnino fefellit, quamquam ipsis non successerit, aut ibi aut Ruthenis inveniri vetus istius Ecclesiæ Breviarium; ubi nonnulli adhuc meminerant lectam sibi epitomen aliquam veteris Legendæ.*

et in veteri Breviario Rothenen.

Passio ad Normannorum

2 *Sed vel ea non admodum vetus fuit, vel popularis traditio haustæ inde notitiæ temere addidit persecutionem Anglorum, a quibus denique cæsus Sanctus sit. Normanni commodius nominarentur, annuis populationibus infesti Gallicanis Provinciis tempore Caroli Calvi. At nec illi conveniunt ætati* S. Hilariani, *si vere is* Caroli Magni, *non dico Confessarius (quod eadem etiam traditio habet) sed Coætaneus saltem fuit: tunc enim oporteret Saracenos, intelligere, nihil minus*

F

infestos meridionalibus omnibus Galliæ provinciis, quamquam et a Carolo magno et ab ejus avo Martello sæpe acti sint trans Pyrenæos. Ut ut est, tenet præfata traditio, virum sanctum frequentius Laviniacum *adiisse, intervallo decem circiter leucarum dissitum* Hispalione; *sed quarta solum horæ parte ab Ecclesia Perzensi, cui Sanctus deserviebat, ut securius sacrificium incruentum offerret Corporis Sanguinisque Dominici: et quia transeundus Lothus erat, deficiente cymba, nonnunquam pallio aquis instrato usum, eodemque adminiculo reverti solitum: hostes autem aliquando insequi transfluvium conatos, haustos aquis fuisse: ibique nunc positam Crucem, ad quam terminatur processio in diebus Rogationum. Sed et rupes eo tractu ostenditur, excavata in modum sarcophagi, ad mensuram humani corporis; quæ recessisse creditur recipiendo occultandoque Sancto, cum aliquando ad necem quæreretur: ubi etiam stationem Processio facit; in quem finem ibi quoque plantata Crux una cernitur.*

aut Saracenorum incursiones referenda.

Fons sanctus, post ablutum in eo caput

3 De hoc Christi pugile fertur, Saussayo *teste, et mihi ex ipso loco confirmatur,* quod decisum caput, fonte, quem divina virtute ex se manante imbuerit, immerserit; dehinc in manus matris suæ *(in locum*

matricis

A matricis ecclesiæ habet instructio mihi missa) ceu pignus pietatis deposuerit. Est sane saluberrima fontis illius aqua, qui et Fons sanctus vulgo dicitur, et passim ab ægris Hispalionensibus ad potum appetitur. Quod si prope eum deprehensus a grassatoribus Sanctus, et resecto capite Martyr factus, mirum non fuerit, hoc ibidem a supervenientibus casu fidelibus, aut etiam miraculo excitis ad funus curandum, fuisse in eodem fonte ablutum; et quia passim Martyres capite plexi; pingebatur illud manibus complexi; creditus a rudi posteritate fuerit Hilarianus suum illuc caput tulisse, quo ipsum cum corpore tumulandum alii attulerunt.

sepultura in matrice curata,

4 Hodie invenitur ibidem in Sacristia, vetus et inaurata capsa, intra quam omnia fere unius corporis ossa continentur, eaque valde candida et solida: sed quia nulla adest scriptura, non audent ipsam Hispalionenses Clerici altari imponere, ad publicam venerationem, tamquam corpus S. Hilariani; satisque habent festum agere in matrice ecclesia prænominata, cum Octava, idque hac XV Junii; quod festum, sed absque Octava, etiam celebrat Ecclesia S. Joannis Hispalionensis. In Bonavallensi quoque, Rhutenensis diœcesis; Cisterciensis Ordinis Abbatia pretiosiori ex argento capsæ habetur B impositum os unum brachii, Hispalione antiquitus acceptum, quod ipsius Sancti esse creditur. Plura non suppetunt: nec plura speramus invenienda, nisi forte ipsas antiqui Breviarii Lectiones, quas optamus in tempus Supplementi faciendi nancisci.

ubi videtur adhuc haberi corpus.

Laviniaci Reliquiæ,

5 Hispalionensis porro Canonicus vel Præpositus, qui hæc suggessit Patri nostro Conchet, instructioni isti etiam addidit, in prædicta Bonavallensi Abbatia, ad cujus jus pertinet Laviniacensis Prioratus, qui nunc ab uno dumtaxat Monacho tenetur, legisse se, quod S. Hilarianus fuerit ejusdem Ordinis professus. Hoc si alicunde posset confirmari, nullum restaret dubium, D quin vere ab Anglis occisus ille sit, occasione bellorum pro Aquitaniæ possessione inter Anglos Francosque gestorum; postquam scilicet Alienor, ultimi Ducis Guilielmi filia et heres unica, a Ludovico VII Francorum Rege, post XIX annos sterilis conjugii, sub prætextu consanguinitatis, dimissa anno MCLII, Henrico Comiti Andegavensi, ac postea Regi Angliæ nupsit, Dotalem secum Aquitaniam ferens; et postquam Joannes, Sine-terra dictus, quintus Alienoris filius, judicio Parlamenti Parisiensis privatus est omni quod in Gallia tenebat jure, eo quod convictus habebatur mortis illatæ pupillo Arturo, ex fratre priori nepote atque heredi regni. Istis de causis orta bella durarunt usque ad annum MCCLIX, quando S. Ludovicus partem Aquitaniæ Anglis cessit, cum titulo Ducatus tenendam; quam Philippus Pulcher, sancti Regis nepos, iterum fisco suo addixit, deinumque restitutam, demum omnino et irrecuperabiliter ademit Carolus VII, circa seculum XV dimidium.

sunt qui Cisterciensem Sanctum faciunt,

AUCTORE D. P.

quo posito credi posset occisus ab Anglis sec. 12

6 Non est a Cisterciensium instituto alienum, sed usitatissimum, iis Parœciis, in quas jus Patronatus Abbates illorum habent, Parochos ex suis Religiosis præficere. Sed vix apparet quomodo historia cædis, seculo XII vel XIII patratæ; eamque secuta tot miracula, E quot opus fuit ad plenum cultum inducendum, et quidem sine ullo Apostolicæ Sedis judicio, adeo cito potuerit ab hominum memoria pæne tota deleri, non solum, Hispalione sed etiam in toto isto Ordine, cujus tot illustria extant rerum in eo gestarum monumenta. Chalemotus certe, qui anno MDCLXVI undique conquisivit materiam augendæ Seriei, non solum Sanctorum ac Beatorum, sed etiam illustrium virorum sacri sui Ordinis, nusquam reperit Hilarianum.

sed illud vix credibile est sic potuisse latere

DE S. ALBRICO SEU ALDRICO

D. P.

EPISCOPO AUGUSTODUNENSI

APUD MONTEM BRUSONIS IN DIŒCESI LUGDUN

Ex Schedis Petri Franc. Chiffletii S. J.

POST AN. DCCC. Solo et nonnihil diverso nomine Augustoduni notus,

Augustodunensium sive Æduensium in Burgundia Episcoporum Catalogi, apud Claudium Robertum, Sammarthanos, aliosque, post S. Leodægarium, anno circiter DCLXXV, die C v Nonas Octobris crudeliter interfectum; et Ermencharium successorem, ex illius Actis dumtaxat notum; nuda nobis exhibet sequentium sex Episcoporum nomina, usque ad Moduinum; qui Ecclesiam illam scitur administrasse anno DCCCXXXV. Istorum ultimus, Adelricus vel Aldericus ipsis scribitur: videturque omnino idem esse, quem sub Alberici seu Albrici nomine venerantur hac die (sicut ex Chiffletii nostri schedis accepimus) incolæ Montis-Brusonis, vulgo Mons-brisson, nobili in Segusiis seu Foresiis oppido, secunda vel tertia leuca ab ipso Segusianorum Foro (Feurs vulgariter dicto) atque amne Ligeri; trans quem, a duodecima versus Ortum leuca, Metropolim Lugdunensem respicit.

2 Opinio est, ad Synodum provincialem aliave ex causa huc venientem, ac morbo correptum, obiisse in domo cujusdam civis, e regione ecclesiæ S. Andreæ; in qua et sepultus fuerit. Ibi certe, post majus altare servantur, non solum sacri corporis ossa, sed etiam calceus, chirotheca et zona; nec non Episcopalis pedi, ex ebore vel osse tornati, pars digitalis: quæ mirum est anno MDLXII evasisse furorem hæreticorum Hugonottarum, dum loco per vim occupato die XIV Julii, cives Catholicos plures octingentis præcipites ex summa arce dederunt, ceteris interfectis. Reliquias illas F recognovisse dicitur, et per ignem probavisse Archiepiscopus Lugdunensis D. Petrus d'Espinac, ad eam Cathedram evectus anno MDLXXIV; quam usque ad finem fere seculi istius tenuit, defunctus anno XCIX, V Idus Januarii. Dicuntur etiam qui febri laborant, opem ejus implorare et experiri frequenter; nec non in puerperio periclitantes mulieres, maxime cum zona illius cinguntur.

quia peregre defunctus, Monbrissoni colitur;

servatis ibi reliquiis et miraculis clarus.

3 De Monte-Brusonis pluribus agit in Notitia Galliarum Hadrianus Valesius, potissimum ex monumentis Insulæ Barbaræ prope Lugdunum, et Comitum Forensium litteris. Plus nostra interesset, amplius aliquid scire de sancto istic hospite, quem sui Æduenses nulla hactenus veneratione prosequuntur, ac pæne ignorant. Interim non multum nos movet varia nominis scriptio, expertes quam facile inter se commutentur Alp seu Alb mons; Adel nobilis; Alde, antiquus, senex; quibus addita terminatio Rike, dives, usitatissima apud Burgundiones, communi cum Francis Teutonica lingua usos, constituit nomina; ex quibus hic, vel opulenta in montanis possessio, vel antiqua seu nobilis opulentia, boni ominis causa significatur.

Nominis etymon.

DE SANCTA BENILDE

G. H.

MARTYRE CORDUBÆ IN HISPANIA

Ex Memoriali S. Eulogii.

ANNO DCCCLIII

Memoria in Martyrologiis,

Tabulæ hodierni *Martyrologii Romani celebrant hoc* XV *die Junii memoriam* Sanctæ Benildis, Martyris Cordubæ in Hispania. *Eadem, addito titulo* Matronæ, *leguntur in Martyrologio Galesinii. Addit in Notis Baronius*, scripsisse nobile certamen ejus S. Eulogium, in Memoriali Sanctorum lib. 3 cap. 9; passamque tradere æra DCCCXCI, anno a Christo Domino DCCCLIII. *Eulogius, cum cap 8 dedisset* martyrium SS. Anastasii, Felicis et Dignæ, *de quibus die præcedenti actum, isto dicto cap. 9 scribit* : Denique hos sequens Benildis femina, ætate jam provecta, et, ut ferunt, non modice timorata,

Memoriali Eulogii,

B sub professione ceterorum occubuit XVII Kalendas Julii, Æra qua supra. Quorum cadavera, post aliquot dies ingenti concremata incendio, ad ultimum fluvii projectu dispersa sunt. *Quæ ultima de quatuor jam dictorum Sanctorum corporibus fuerunt dicta. Eadem ex S. Eulogio ediderunt Hispanice Ambrosius Morales lib. 14 cap 20; Joannes Marietta, lib. 4 de Sanctis Hispaniæ cap. 28; Martinus de Roa, de Sanctis Cordubensibus : adduntque hi,* ortu Cordubenses fuisse, et corpora combusta in fluvium Guadalquivirum projecta, ne a Christianis raperentur et in veneratione haberentur. *Joannes Tamayo-Salazar in Martyrologio Hispanico, longum elogium profert,* ex Eulogio, *inquit,* et Cypriano Cordubensi Archipresbytero, *quem, ex Juliani Petri Adversariis, asserit* vixisse ad annum MLX. *Verum cum is ante citatis auctoribus ignotus fuerit, veremur, ne in eodem gradu cum Pseudo-Dextro et ipso Juliano sit habendus; proinde lectorem ad ipsum Tamayi Martyrologium remittimus, dum certiorem notitiam de hoc Cypriano fuerimus adepti.* Deprehendimus illum, *inquit*, inter

et aliis scriptoribus.

Scripta Cypriani sunt dubiæ fidei

diversorum Carmina, in meo Codice MS. recensita. E *Sed ut diversorum nominibus illa Carmina insigniantur, quivis tamen plura legens, quæ sparsim in suo opere transcribit Tamayus, haud difficulter intelliget, ejusdem auctoris ætatisque non grandis esse omnia; nihilque fidendum Codici isti fuisse.*

DE S. EADBURGA SIVE EDBURGA

G. H.

FILIA EDOUARDI REGIS ANGLIÆ

Sylloge de cultu ejus, Vita, Reliquiis.

CIRCA DCCCCLX

Cultus sacer.

Inter *antiquiora monumenta habemus duo illustria MSS. Martyrologia, in Anglia efformata : horum alterum in antiquo pergameno forsan autographum, seculo* XI *exaratum ; alterum apographum, ex vetusto MS. Ultrajectino Ecclesiæ S. Mariæ transcriptum est, quod ex adjunctis Chronico et Tabula Paschali colligimus collectum fuisse circa annum* MCXL. *In utroque, ad hunc* XV *Junii, sub finem legitur :* C Ipso die S. Edburgæ, *sive* S. Eadburgæ Virginis; *et sic etiam scribitur nomen in Missali, quod reperimus apud Monachos Gemmeticenses in Normannia, anno circiter millesimo scriptum. Usuardus Bruxellensis S. Gudilæ, ita habet :* Item S. Eburgæ Virginis; *et sic Coloniæ et Lubecæ anno* 1490 *excusum est : sed Martyrologi Maurolycus atque Felicius* S. Eadburgam *appellant : eademque* Angliæ *adscribitur apud Grevenum in Auctario Usuardi. Apud Molanum adjungitur* Wentana civitas, *quod sequuntur Galesinius et Canisius : sed pro* Wentana, *in MS. Florario, inepte legitur* Numentana : *intelligitur autem* Wentoniensis civitas. *Similia habent Arnoldus Wion, Benedictus Dorganius, Hugo Menardus, Gabriel Bucelinus, Edouardus Mathew, cum Martyrologio Anglicano Wilsoni, et Catalogo Ferrarii : qui ipsam Sarisburiæ perperam adscribit, post Wionem, in Provincia Wiltonia ; cum civitas Wintonia sit in Provincia Suthamptonia.*

Vita scripta latet.

2 *Floruit circa annum* MCXXXVI *Osbertus Clarentius, vel de Stokin-Clare. Monachus Londinensis S. Petri, qui citatur a Balæo et Pitsæo, quasi, inter alia monumenta de Actis Sanctorum , scripsisset* Vitam S. Eadburgæ Virginis *hoc exordio*: Fidelibus in Christo Sororibus; *sed eam hactenus non licuit videre, neque judicare num de hac* S. Eadburga *ibi agi bene conjecerit Mayhew. Apposueramus hic olim aliquam* S. Edburgæ Virginis et Abbatissæ *Vitam ex MS. codice Rubeæ-Vallis, quæ etiam extat apud Capgravium; sed hæc inventa fuit filia S. Ethelberti Regis Cantii, et Idibus Decembris defuncta, ad diem* XIII *Decembris seponenda. Alia autem hæc est* Eadburga, filia Edouardi F Senioris, quem post patrem Alfredum regnum Angliæ obtinuisse anno nongentesimo primo, et tenuisse viginti tribus annis, *scribit Willelmus. Malmesburiensis, lib. 2 de Gestis Anglorum cap. 5. Ubi res illius gestas narrat, atque enumerat varios liberos quos ex tribus uxoribus genuit. Harum tertia fuit* Edgiva, ex qua, *inquit*, suscepit duos filios, Edmundum et Edrepum, qui ambo post Ethelstanum regnaverunt; filias duas, Eadburgam et Edgivam. Eadburga, sacrata Christo Virgo, Wintoniæ quiescit : *de qua hic agimus, ejus res gestas libenter plenius daturi, si invenirentur.*

dantur ex variis collectanea

Ab infantia dedita pietati,

3 *Idem Malmesburiensis cap.* 13 *ejusdem lib.* 2, Edouardus Senior, *inquit*, de quo superius multa retuli, suscepit multas filias, inter quas ex uxore Edgiva Eadburgam: quæ dum trima esset, spectabile futuræ sanctitatis dedit periculum. Explorare volebat pater, utrum ad Deum, an ad seculum declinatura esset pusiola, posueratque in triclinio diversarum professionum ornamenta; hinc calicem et evangelia, inde armillas et monilia. Illuc virguncula ulnis nutricis blandientis allata, genibus parentis assedit; jussaque utrum vellet eligere, torvo aspectu secularia respuens; prompteque manibus reptans,

Evangelia

A evangelia et calicem puellari adoravit innocentia. Exclamat cœtus assidentium, auspicium futuræ sanctitatis in puella. Exosculatus pater ipse, et arctioribus basiis dignatus sobolem, Vade, inquit, quo te vocat Divinitas : sequere fausto pede, quem elegisti, Sponsum. Et profecto et ego et conjux felices, si a filia religione victi fuerimus. Ita Sanctimonialium habitu induta, cunctas sodales ad amorem suum in urbe Wintoniæ sedulitate obsequii invitabat. Nec resupinabat eam alia prosapiæ multitudo, quod generosum putaret in Christi inclinari servitio. Crescebat ætate sanctitas, adolescebat cum adulta humilitas, in tantum, ut singularum soccos furtim noctu surriperet, et diligenter lotos et inunctos lectis rursum apponeret. Quapropter, licet multis miraculis Deus viventem insignierit, illud exemplum magis in causa prædico, quod omnia opera ejus inchoabat caritas, et consummabat humilitas. Denique devotionem pectoris et integritatem corporis ejus, miracula in vita ei post mortem commendant plurima : quæ templorum ejus æditui Wintoniæ et Perschoræ nescientibus viva voce pronuntiant.

sanctimonialis degit Wintoniæ,

miraculis claret,

4 *Hactenus sunt verba Malmesburiensis, qui eadem libro* 2 *de Gestis Pontificum Anglorum*, §. *De mona-* B *steriis diœcesis Wintoniensis, repetit. Eadem etiam habent Continuator Bedæ, lib.* 2 *cap.* 33; *Joannes Brompton in Chronico, ad annum primum Edouardi patris. In Monastico Anglicano Tomo* 1 *pag.* 33, *ubi de Wintoniensi cœnobio agitur, ista leguntur, ex Annalibus Wintoniensibus desumpta:* Edouardus, filius Elfredi Rex Angliæ. Hujus filia fuit Sancta Edburga, cujus sacrum corpus in Wintonia requiescit apud Nunnemínstre sine fallacia, licet Monachi de Malverna se falso jactitent illud habere. Tres filios habuit successores Reges, Ethelstanum, Edmundum et Elredum. *Iste Edoardus* dedit Ecclesiæ Wintoniensi quatuor maneria.... Dedit et Novo-monasterio prædia multa, in quo quiescit humatus. *Hæc ibi. Consule et pag.* 979 *in Addendis. Citatum monasterium Malverneuse situm est in agro Wigorniensi, de quo agitur in Monastico Anglicano pag.* 365 *absque mentione* S. Eadburgæ. *Sed in eodem agro Wigorniensi est cœnobium Pershorense, ad quod dicitur in dicto Monastico Anglicano pag.* 204, Wada Comes attulisse Reliquias S. Edburgæ. *Malmesburiensis etiam, lib.* 4 *de Gestis Pontificum Anglorum*, §. *De Monasteriis diœcesis Wigorniensis sub finem, agens de cœnobio Pershorensi, ista habet.* Habentur hic aliquanta felicis Edburgæ ossa, celebrantque instanti reverentia, quod ibi frequentiori quam alias miraculorum meruit gloria. *Michael Alfordus, in Annalibus* E *Ecclesiæ Anglicanæ, mortem* S. Eadburgæ *refert ad annum* DCCCCLX, *quod nobis satis probatur. Quod autem Harpsfeldus sec.* 10 *cap.* 8 *et Edoardus Mayhew insinuent Abbatissam fuisse, in silentio antiquorum omittimus conjectare.*

in Novo-monasterio,

D AUCTORE G. H.

Reliquiæ in Pershorensi cœnobio.

DE SANCTO BERNARDO

MENTHONENSI SIVE MONTIS-JOVIS DICTO

ARCHIDIAC. AUGUSTÆ PRÆTORIÆ IN PEDEMONTIO

D. P.

COMMENTARIUS PRÆVIUS

De Sancti cultu; Vita, a successore Richardo aliisque scripta; de anno ac die mortis; de translationibus Corporis et Reliquiarum.

ANNO MVIII

Augusta Prætoria *Salassorum urbs est*, juxta geminas Alpium fauces, Grajas atque Penninas, *uti lib.* 3 *cap.* 17 *scribit Plinius. Per utrasque iter ex Italia in Galliam panditur. Harum jugum auctori Tabulæ itinerariæ*, Summus Penninus; *Livio*, Summus Vertex; *Cæsari*, Summæ Alpes; *medii ævi scriptoribus*, Mons-Jovis; *nunc* Mons S. Bernardi major *dicitur, a cœnobio, quod istic cum hospitali, ad transeuntium commoditatem, condidit* S. Bernardus, Augustæ Prætoriæ Archidiaconus. *Ejusdem nomen etiam alius vertex nunc tenet*, haud multo intervallo *dissitus, iterque pandens per Alpes Grajas, Augusta Prætoria ad urbem Centronum Tarentasiam, olim fortassis* Cremonis jugum, *aut* Mons-Grajus *dictus*, Columna Jovis, *ut volunt, vulgo* Mons-minor S. Bernardi; *ubi simile quoque cœnobium cum hospitali visitur, ab eodem Sancto conditum. Utrumque sub eodem Præposito, et ex Canonicorum Regularium instituto gubernatur : quorum Officiis propriis per totum Ordinem S. Salvatoris Lateranensis, tamquam illius Instituti etiam ipse fuerit, colitur hac* XV *Junii, ritu Duplicis ab anno* MDCXXXIV; *cum antea in iisdem Officiis, Romæ excusis anno* MDXCII, *sub ritu solum Semiduplicis, idque die* XVI *Maji colendus præscriberetur in kalendario illis præfixo quod penes nos habemus. Mutandi diei occasionem dedisse videtur vetus usus Subalpinarum Ecclesiarum, puta Novariensis, Augustanæ, et Maurianensis. Habemus enim hujus postremæ Breviarium, excusum anno* XDII, *ubi ad* XVII kal. Julii *in kalendario notatur, faciendum simplex Officium* S. Bernardi Montis-Jovis, Confessoris. *Talis autem diei observantia fundatur in Actis, in quibus, ad eum diem* sepultus dicitur; relevatus *vero* X kal. Aprilis. *Hoc autem absque nota* kal. *scriptum inveniens* F *auctor Florarii*, X Aprilis *notavit* Relevationem. *Sunt qui dicant Richardum, Novariensem Episcopum, anno* MCXXII *censuisse, ut Sanctorum cultu honoraretur; cum nondum scilicet cautum esset, nequis ita coleretur absque Romani Pontificis auctoritate.*

In summis Alpibus

duplicis xenodochii conditor,

colitur 15 Junii, quo sepultus;

2 *Longe prius, quam dies* XV Junii *colendo* S. Bernardo *assumeretur a Regularibus, colebant eumdem illi sub ritu Semiduplicis* XVI Maji, *et sic notatur in Officiis ipsorum Romæ excusis anno* MDXCII; *quod credo primitus institutum fuisse, exemplo eorum, qui in utroque* S. Bernardi *monasterio colebant festum allatarum ad se, quantum conjectare possum, Reliquiarum aliquarum ejusdem Sancti; ejusque rei distinctiori memoria evanescente, cœptum haberi diem istum mortis seu depositionis. Hinc Molanus, qui in prima Auctarii ad Usuardum editione*, Bernardum *adscripserat* XV Junii. *mutato postea consilio transtulit eumdem ad* XVI Maji, *quod mox secutus est Arnoldus Wion; et nescio unde persuasus, cœnobium, quod Canonicorum Regularium erat, esse Patrum Cisterciensium ipsum, fastis Benedictinis adscripsit; ac sine ulteriori examine sequaces in eo habuit Hugonem, Menardum, Benedictum Dorganium, Chrysostomum Henriquez, Gabriel Bucelinum. Cautior illis Claudius Chalemotus, in Serie Sanctorum*

qui dudum a Regularibus antea celebrabatur 16 Maji,

ipsis et Cisterciensibus atque Eremitis male accensitus

ac

A *ac Beatorum Cisterciensium, omnino prætermisit nomen* Bernardi ; *tamquam satis certus, nec personam nec locum ad suos pertinere. Nihilo majori forsitan jure eum sibi adscribunt Canonici Regulares, præsumentes, vel Canonicam Augustanam talem fuisse; vel* Bernardum *ab illa ad Novariensem, Canonicam S. Laurentii in qua hospes mortuus et sepultus fuit transisse. Qui vero* Eremitam *appellarunt Molanus, Canisius, Carthusiani Colonienses, Ferrarius, atque Saussayus, respexerunt ad asperitatem montium, in quibus* Bernardus *cœnobia condidit : quasi consequens esset, ipsum quoque ibidem vitam duxisse. Sed isti forsan secuti sunt Vitam quamdam apocrypham, de qua infra.*

Prioris diei in tota Novariensi diœcesi celebritas maxima

3 *Carolus a Basilica Petri, Episcopus Novariensis, lib. 1 de ecclesia Novariensi, de illo agit;* et sanctitas hujus beati Archidiaconi, *inquit,* inter Alpes et in regionibus quæ Alpibus citra et ultra adjacent, longe lateque incredibili veneratione celebratur. In diœcesi certe Novariensi vix vicus est, in quo vel ædem ejus nomini dicatam, vel altare, vel votum universi populi non reperias. *Gabriel Pennottus, in Notationibus ad Officia Propria Canonicorum Regularium, scribit,* in tota Novariensi diœcesi illius Na- B talem die xv Junii non sine festivitate celebrari ; *et infra :* illius imaginem nulla fere totius diœcesis Novariensis ecclesia non haberi. *Sed imprimis memorabilis est Sancti cultus, in ipso unde cognomentum apud multos traxit* Menthonensi castro. *Ibi cernitur, in suprema parte ædificii, versum in capellam cubiculum, unde per fenestram evasit Sanctus, sponsam fugiens : cujus etiam manus vestigium, monstratur impressum, lapidi fenestræ inferiori; quamquam non ita clare formam manus referre depressionem illam in partem lapidis; ait nos, sub finem anni* MDCLXVI, *scripsit noster P. Petrus Verre, post Sacrificium ibidem oblatum cuncta accurate scrutatus.*

Sacellum castri Menthonis ubi natus.

4 Legenda Vitæ S. Bernardi de Menthone, Archidiaconi Augustensis, et fundatoris Hospitalium Montis-Jovis et Columnæ Jovis, cujus festum colitur die quindecima mensis Junii, *ad nos pervenit manu Petri Francisci Chiffletii, ut sumpta ex MS. Codice vicinæ ecclesiæ S. Joannis Maurianensis, estque variarum post scriptarum fons, in hæc verba desinens,* Ego vero Richardus, Archidiaconus Augustensis prædictus, qui eram ibi Canonicus, multumque eidem sancto Bernardo familiaris et notus; videns ejus prodigia et innumera miracula, jactans peregri- C nando cogitatum meum in Domino, et ipse me enutriendo, reveniendo per Romam, inquisivi de Chronicis in locis de Menthone, Augustensi et Novariensi et aliis circumvicinis locis et civitatibus diœcesis, ubi conversatus est : et vidi, quantum potui et opus fuit, personaliter chronicas, et plures scripturas procuravi, et suprascripta redegi in memoriam : et ita esse attestor, præsente Domino nostro, regnante per secula seculorum. Amen. *Hæc ad calcem jam dictæ Vitæ leguntur : neque cunctaberis, credere, si sepositis, quæ ipsa se manifeste produnt, interpolamentis, genuinum Richardi textum continues, ipsis ad Annotata relatis. Eamdem vero ipsam esse Vitam, quæ in Augustana ecclesia inter divina recitabatur, patet ex ea quam anno* MDCXXVII *apud Lugdunenses Gallica lingua evulgavit R. D. Rolandus Viot, fundatorum a Bernardo locorum Præpositus; Latinam autem anno* MDCLII *Monachii edidit noster P. Adamus Schirmbeck, ubi iisdem verbis allegantur ex Augustano MS. eadem loca quæ hic leguntur.*

Vita a coævo Richardo et successore scripta,

datur ex MS. rejectis interpolamentis :

5 *Talem etiam habemus, sed stylo diversam, et succinctiorem, præsertim in iis quæ interpolationem sapiunt, in Bodecensium atque Corsendonkanorum Regularium Legendariis ; et ex hisce, vel etiam ex primis Actis, Paraphrasim suam contexuisse potuit Henricus Glareanus, Helvetius Poeta laureatus; si vere ejus illa* D *est, cujus ecgraphum nactus Bollandus noster, licet noverat Glareanum, fuisse virum non indoctum, tamen ex aliis quæ edidit operibus; paraphrasim illam censuit admodum eruditionis parum redolere; et quia ad historiam addere nihil poterat, operi nostro minime inserendum. Ergo, cum Maurianense MS. nondum allatum esset, nec Schirmbekii Latina ex Gallico versio, unde Richardi stylum nosset Bollandus; inter lucubrationum suarum principia, commentatus aliquid de hoc Sancto, primo loco danda designavit Acta, quæ dixi sumpta ex Corsendonkano et Bodecensi MSS. tamquam ipsum Richardi opus, saltem interpolatum; secundo autem loco dignam censuit aliam Legendam, in eodem Codice Bodecensi sequentem, et a Joanne Gamansio submissam : eo quod, licet multo quam prior recentior videatur, contineat miracula in priori prætermissa. Probo Majoris judicium : sed loco prioris Vitæ ad prælum ab ipsa designatæ, illam pono quæ ex Maurianensi MS. venit : et addo veterem sequentiam, qua multum usus posterioris Vitæ auctor. Ab omnibus prædictis diversa ea* Legenda *est, quæ tamquam* clarior et brevior *ex Carthusiensi MS. Colonia missa Bollando fuit a Joanne Grothusio, illius judicium requirente. Respondit autem Bollandus,* E *apocrypham prorsus videri, quod prædictis veterioribus constabit, ad quorum calcem placet ipsam dare, ut contraria juxta se posita elucescant magis. Hic vero indico, quod Alexander Fichetus noster (ut est in Bibliotheca Societatis aucta per Nathanaelem Sotuellum) anno* MDCXLIX *aliam cudit, quæ nobis necdum visa, potuit Vioto utilis fuisse.*

cadem contraxior stylo mutato in 2 MSS.

quibus omissis datur alia ad supplementum prioris.

6 *De ætate* Bernardi *sic loquitur Richardus num.* 13. Postquam vixit... octuaginta quinque annis, ex quibus claruit Archidiaconus quadraginta duobus... festo sanctæ Trinitatis solennizato... æger usque ad feriam sextam post ipsam sanctam Trinitatem, recommisit animam Deo... cujus corpus sepultum est in devota ecclesia famosi monasterii S. Laurentii Diaconi, juxta muros civitatis Novariensis, anno Christi millesimo octavo, [feria sexta post Trinitatem], decimo septimo kalendas Julii. *Nulla ratione conveniunt Characteres. Etenim debuisset iis positis, festum Trinitatis* x *Junii, atque adeo Pascha vel initum fuisse* xv *Aprilis, currente littera Dominicali* G. *Atqui hoc ab anno* DCCCCLXVII *usque ad* MXXXIX *contigit numquam ; anno autem ipso* MVIII, *sub littera Dominicali* C, *Pascha celebratum fuit* XXVIII *Martii ; adeoque Feria* VI *post Trinitatem,* XXVIII *Maji. Sed quis non videat interpolamentum esse hic, aliorum, diem* F *mortis et sepulturæ, manifeste distinctos a Richardo, confundentis per ineptam iterationem horum jam supra semel positorum verborum,* feria sexta post Trinitatem ? *Expungantur igitur illa, et intelligetur obiisse sanctus* XXVIII Maji. *Ad hanc correctionem præivisse videtur Auctor MS. Florarii, utrumque diem diserte distinguendo ; licet tam in anno mortis erraverit, scribendo* MVII ; *quam in requirendo die Natali, eumque affigendo die* VII *Junii, qui anno isto, habente litteram Dominicalem* E *et Pascha* VI *Aprilis, solum fuisset notandus* VI Junii. *Sepulturam morata videtur ultima Sancti voluntas, qua (ut habetur num.* 14) recommisit animam Deo, corpus terræ ; congruam portionem ossium Matri suæ Augustensi Ecclesiæ, pariterque cœnobio Montis-Jovis quando requireretur. *Hinc* consecutas turbas *inquit Viotus; satagentibus cœnobitis ut primas in corpore Fundatoris sui sepeliendo obtinerent ; Canonicis autem ipsum vindicantibus : unde factum tandem, ut quo loco obierat, id est in monasterio S. Laurentii prope Novariam, ibi et sepeliretur. Mirum est quod nihil istorum animadverterit vel Carolus Episcopus Novariensis vel Præpositus Montis Jovis Viotus, atque sine scrupulo servarit male cohærentes notas temporis. Sapientior qui Vitam contraxit, qualem Bodecenses*

Obit Sanctus an. æt. 85, Christi 1008

feria 6 post Trinitatis 28 Maji,

sepultus 15 Junii

A *Bodecenses et Corsendonkani transcripserunt, cavit, ne* feriam VI post Trinitatem *uspiam nominaret. Interim ex jam dictis consequens fiet, natum esse Bernardum anno* DCCCCXXII, *factum Archidiaconum* DCCCCLXVI, *ætatis suæ* XLIV.

Caput in Monte-Jovis,

7 *Ceterum cœnobium et ecclesia Montis-Jovis, licet Fundatoris sui corpore careat; asserit tamen Constantinus Ghinius, in Natalibus Sanctorum Canonicorum, quod* Caput in cœnobium montis delatum, miraculis coruscat, *atque ac* Corpus *in ecclesia S. Laurentii prope Novariam. Idem Ferrarius, in Catalogo italiæ, sic scribit :* Corpus in eo *(S. Laurentii)* monasterio conditum est; Caput autem post aliquot annos in montem delatum, in ecclesia sui nominis decenti honore repositum, in maxima veneratione habetur. *Similiter et Carolus Novariensis,* Bernardum in S. Laurentii ecclesia, magna Cleri populique frequentia sepultum *scribit; et post pauca subdit;* Ejus reliquiæ ad annum millesimum quingentesimum quinquagesimum secundum in ea ecclesia, in altari ipsius S. Bernardi reconditæ, cum Cæsarei ministri jussu dirueretur, translatæ sunt huc, una cum aliis sacris Reliquiis, in ecclesiam majorem, et repositæ in ejus

corpus Novariæ

in eam urbem translatum 1255

B bibliotheca, cura Jacobi Trolcheri cui monasterium illud erat, ut aiunt, commendatum : qua de re extat instrumentum, quod rogatus confecit Jo. Maria Clappa, Notarius Novarien. die XXI Julii MDLII.

inde ad basilicam 1561

8 Postea ad altare majus translatæ sunt a Vicario generali Jo. Antonii Serbelloni, Episcopi et Cardinalis, quod publico instrumento apparet, ejusdem Notarii fide firmato die XXIX Martii MDLXII. Nos demum cum illa translatione adhuc habitæ essent, capsis plumbeis inclusis in area marmorea, una cum aliis ab æde S. Laurentii allatis, rite tutoque reposuimus sub altari majori : qua de re publici actus extant Michaelis Michaelii, Cancellarii Episcopalis; alter quidem, recognitionis, die II Novembris; alter depositionis, die XV Decembris anni MDXCV. Ac Reliquiarum quidem S. Bernardi pars tantum visa est: cum aliæ alio ablatæ putentur. Nam vetus membrana in vase reperta est, his litteris : Istæ sunt Reliquiæ S. Bernardi, consilio Abbatis et aliorum Fratrum repositæ hic, quia quotidie petebantur a Canonicis Montis-Jovis et aliis Clericis. Caput vero ejusdem sancti viri integrum in argentea theca, humani capitis formam habente, tunc ibidem recognovimus, cum dentibus septem : in qua legitur, præsentibus Magistratibus et populo Novariensi con-

honorificentius conditum,

C ditum fuisse, a Ruffino Abbate S. Laurentii, die XV Junii anni MCCCCXIV, Antonio Primo, Novariensi Notario attestante. *Hæc ille pag.* 18; *oblitus quod antea pag.* 11, *inter Cathedralis suæ Reliquias numeraverit* Caput S. Bernardi, argenteo capite inclusum; *nisi id de particula intelligatur. Addit, ejusdem* craterem ligneum, neque inelegantem, viro tamen paupertatis studioso dignum; quem, *inquit,* argento exornari curavimus. *Interim ex dictis apparet, unde factum sit, ut Molanus in Additionibus ad Usuardum, et hunc secuti Huon atque Bucelinus, scriberent, quod Sanctus* quiescit in Monte Jovis, qui ab eo transnominatus est mons S. Bernardi, *partem scilicet pro toto accipientibus et ostendentibus Canonicis ibidem : quibus interim nescio an hodiedum maneat possessio Capitis.*

ubi etiam fuerat an. 1414

Crater ejus ligneus.

9 *Etenim cum post editum Martium, socius Henschenio essem profectus Treviros anno* MDCLXVIII, *accepi sex breves de Vita hujus* S. Bernardi *Lectiones, quarum ultima sic terminatur :* Ejusdem Reliquiæ, præcipue sanctum Caput, modo in majori ecclesia B. Mariæ Virginis servatur cum magna veneratione : et singulis annis XV Junii ex instituto festivaliter celebratur, in summo etiam choro Metropolitano.

Caput tamen nunc ostenditur Treviris,

Accessi deinde ad sepulcrum Domini, quod ibidem D
pulchre sculptum habetur, atque ad ipsum Caput supra illud positum, satisque decenter ornatum; prout ibidem semper illud expositum stare, nisi cum in Chorum causa festi deportatur, intellexi; causamque expositionis continuæ esse, frequentem illuc accursum populi, una cum Crucibus, ibidem ad Sancti honorem benedictis, spem recuperandæ suis ægris sanitatis indidem referentis, quam sæpe desideratus consequatur effectus. Unde, quando, quomodo allatum istuc sacrum pignus sit, nemo vel tunc dicere, vel postea per litteras interrogantibus potuit declarare : sed neque ex Annalibus Trevirensibus Broweri, vel ex Additionibus Supplementoque Masenii, discere hactenus quidquam potui, per indicem rerum ad verbum Reliquiæ, *vel nomen* Bernardus; *ut videantur nusquam de eo agere. Iterum igitur iterumque rogo eos quorum interest, ut si possint ex archivo ecclesiæ docere quidquam de hoc argumento, id nos faciant pro hujus mensis Supplemento habere.*

[illegible]

nescit quando et quomodo allatum.

10 *Interim, cum bona eorumdem venia, liceat sit mihi dubitare de origine prædictarum Crucularum; neque firmiter assentiri dicentibus, a suo isto* S. Bernardo, *ad Claravallensem perperam traductam ejus-*

Cruculæ in ejus nomen ibi nunc solitæ benedici,

E *modi consuetudinem, ab Hemmerodiensibus instituti Cisterciensis Monachis. Satis enim rationabiliter asserere videtur Gaspar Jongelinus, in Manipulo Hemmerodiensi titulo* 23 *de Reliquiis, Concionatores illos, qui promulgarant, a nemine suscipiendas Cruces,* S. Bernardi Claravallensis *honori dicatas, sed honori* S. Bernardi de Monte Jovis *unice relinquendam ejusmodi præeminentiam; fuisse coactos jure quam optimo ad retractanda temere dicta. Originem controversiæ ipse hanc indicat fuisse, quod quidam Majoris ecclesiæ Vicarius, officio Thesaurarius, ad Hemmerodiensi Abbate permissus habitare ædes S. Bernardi, quarum capella primitus S. Sulpitio sacra, reconsecrata fuerat anno* MCL..... *etiam sub titulo* S. Bernardi *(sicut ibidem adhuc testatur vetus inscriptio) is prætextu certioris custodiæ, eodem intulerit, tum alias quasdam majoris ecclesiæ Reliquias, tum* caput S. Bernardi de Monte-Jovis; in cujus honore benedictæ Cruces in æde majori distribuebantur, et distribuuntur hodieque nullius impetitione, *ut loquitur Jongelinus. Post mortem autem Vicarii illius, vindicantibus sibi domum suam Hemmerodiensibus, relata fuisse ait quæ alio spectabant, sed non ablatum loco patrocinium vetus* S. Bernardi Claravallensis : *proinde posse Cistercienses, tam ibi quam alibi, continuare usum suum benedicendarum Crucularum, absque alterius* Bernardi, *etiam* Sancti *injuria, ex suo a Majoribus accepto longe ante illa tempora, et evidentibus signis atque miraculis comprobato. Nec ultra contendit modestissimus scriptor. Verum si Clerus Majoris ecclesiæ, non potuit Cisterciensium usui antiquo majoris antiquitatis usum opponere (non potuisse enim probat decreti promulgati retractatio) haud facile eximent hæc legentibus suspicionem, quod ipsimet a Cisterciensibus didicerint, et propter homonymiam ad se traduxerint ritum, cujus neque in Monte Jovis, neque alibi per Pedemontium (ubi citra controversiam confusionemque unice colitur hic de quo agimus) apparet talis consuetudo ulla.*

adeo non [illegible] Cruculis in Claravallensis nomen ab olim distributis,

F

ut potius hinc videantur originem [illegible] esse.

VITA

A

VITA

Auctore Richardo, Canonico Augustensi, et Sancti in Archidiaconatu successore.

Ex MS. S. Joannis Maurianensis, a Petro Francisco Chiffletio eruta.

CAPUT I.

Natales nobiles, adolescentia sancta; sponsa dimissa; ecclesiastici Ordines suscepti.

Monthone in Diœc. Gebenn. nobilibus parentibus natus,

Deus virtutum, rex gloriæ, sanctissima Trinitas; Pater, cui omnis potentia; Filius, cui omnis sapientia; et Spiritus sanctus, cui cuncta gratia, simul trino, et uni Creatori, attributa sunt; ejus servum Bernardum *a* Menthonistam prædestinavit esse Archidiaconum almæ ecclesiæ Augustensis, ut a montibus Jovis, et columna Jovis fugaret nociva dæmonia, prophanamque dirueret statuam, cum columna carbunculi ejusdem statuæ; ibique et alibi fundaret hospitalia, simul et Canonicorum Regularium devotionis regularia cœnobia. B Qui Bernardus Menthonista, per strenuum Baronem Ordine militari insignitum Richardum, Dominum maximæ Baroniæ castrorum et terrarum de Menthone, Gebennensis *b* diœcesis, conceptus fuit in utero legitimæ uxoris suæ, inclitæ Bernolinæ *c* de Duyno, ortæ ex prosapia illustris Oliverii, ex paribus *d* Francorum, olim Genevesiorum Comitis *e*....

in pueritia futuræ indolis dat præsagia,

2 In ipso *f* namque utero inclitæ Bernolinæ, præfatus Bernardus sanctificatus et natus fuit, anno Christi nongentesimo vigesimo tertio *g*, et in sacris baptismatis undis baptizatus, tentus in baptismo et levatus per Bernardum Militem, Dominum Belliforis, ejus patrinum. Pro quo Milite Bernardo, ut consanguineo germano ipsius Richardi patris, qui ambo eodem stipite cognati processerunt, nominatus est Bernardus. Et infantulus in cuna existens, labiis palpitans, prudentiam edocere, et Deum avide exorare apparebat; arridens assiduus gaudiose nutricibus suis: nec quemquam jocosum aliquo tædio irritavit. In biennio aut triennio suo habens facundiam fandi, librum orationum matris jam legere sitibundus, elementum elemento annectens, syllabam syllabæ combinabat.

et egregie proficit:

In quatriennio vero C orationes de dictionibus componens, attente perlectas subtiliter construebat; Missamque celebranti coram dicta matre, o miraculum insolitum *h*! cuncta Missæ necessaria sedulus ministrabat. Quinto et sexto annis in musicæ concordantia cantum canebat, et chirographi sane formati seriosique ordinem scriptura componebat: canonicum recitabat divinum Officium cum cunctis ecclesiæ Suffragiis, assiduus divinis; et aspero secreto cilicio carnem multum macerabat.

S. Nicolaum Patronum adsciscit;

3 Audiens post in scholis grammaticæ innumera relatari miracula S. Præsulis Nicolai, Miræ maritimæ; et qualiter idola quibus illa regio abundabat, maxime Dignæ nefandæ deæ simulacrum *i*, attentans naufragiis navigia et nautas gurgitibus maxime profundare, a regionibus illis penitus exulavit; ad ejus *k* innumeris publicatam miraculis, vitam virtuosam Bernardus Menthonista suspiciens ipsius S. Nicolai exemplo, a prædictis, montibus Jovis, et columna Jovis, suisque totis regionibus, et execratissimam prædictam statuam ibidem elevatam, cum suis dæmonialibus, saluti animarum nocivam, ex tunc ingenti desiderio adnihilare commendavit. Et suscepit ipsum sanctum Nicolaum in sui patronum et directorem, supplex a Deo impetrare suffragia

studiis præsertim sacris intendit,

l..... In sanctitate [autem] persistens, studiosus D valde, magistratus in septem artibus liberalibus, et post in diversis studiis *m* generalibus, per successus temporum Doctor utriusque Juris, postremo Professor eximius in sacra Theologia, non cessabat verba Dei prædicationibus enarrare.

revocatus a patre Menthonem, ad conjugem ducendam,

4 Tandem ad eum, multum obedientem, ad opulentum Menthonis palatium, in comitatu et diœcesi Gebennensi revocatum per patrem, congregata est multitudo Baronum dulcissima Militum et Nobilium utriusque generis diversis vestimentis mutatoriis, et melodiosis labiorum suavitatibus cantica canticorum, in tripudiis citharisque et epulis abundantibus concinentium, proponentium eidem Bernardo jam affabilem, generosam, ac speciosissimam sponsam *n* crastino desponsare; totiusque dominationis et baroniæ judicium et regimen, tamquam baculo paternæ vetustatis, remittere multum solenniter festinavit [Richardus].

invocato Deo ac S. Nicolao;

Ast Bernardus in his fastidiosus, et ingrata gerens prædicta, ostendens se fessum esse; cœna completa soli [Deo] patri se detegens, reductus est ad cameram, in qua solus more suo solito secreto peroravit in hæc verba: O dulcis conditor siderum, æterna lux credentium, Christe E redemptor omnium, exaudi servum tuum; inclina aurem tuam mihi, et fac secundum multitudinem miserationum tuarum, quoniam non deseris sperantes in te. Libera nunc me de laqueo venantium, quod adulantes mihi non prævaleant. In te, Domine, confisus non erubesco, nec formido perdere orationem meam. Deinde ad beatum Nicolaum, specificum Patronum suum: O dulcissime pastor, sancte præsul Nicolae, meum apud Deum, et sanctam atque beatissimam ejus matrem semper Virginem Mariam, tutissimum refugium; per tua sanctissima merita, quæso, deprecare, ut repellens ista mundialia, mihi pro terreno tribuat cœlestia.

ab hoc in somnis apparente jubetur Augustam fugere:

5 Quem tunc repente somnolentia suppressum, S. Nicolaus in spiritu hoc modo affatus est: O Dei bone serve, Bernarde, Deus in se sperantes numquam deserens, te vocat ad salutem, supprimens subito jacula saluti tuæ minantia. Ad cathedralem ecclesiam Augustensem gressus tuos propera, ubi consilio viri senectutis venerabilis, Petri Archidiaconi bonitatem professi, qui te in tuis votis perficiendis perfecte diriget, permanebis: ego quoque tecum existens, non te derelinquam. Bernardus tunc F de somno expergiscens, nemine corporaliter apparente, corde pio talia eructavit: O quam honorabilia sunt opera tua, Domine, in multitudine virtuosæ operationis tuæ, et protectionis! Bonitatem fecisti cum servo tuo: misericordias tuas in æternum cantabo. Laus, honor, virtus, et gloria tibi reddantur in secula: quoniam tu mandasti mandata tua custodiri nimis, ego quoque ad quæque parebo: quia consolatus es me.

itaque vale scripto parentibus

Et accipiens calamum, schedulam scripsit in hæc verba; O parentes dulcissimi, gaudeatis, rogo vos. Rex Salvator conduxit me; vado secum salvari: nec ultra me perquiratis, nec tales sumptus faciatis: de me ultra non curetis: nolo sponsam ducere, nec regere terrena, sed cœlum ascendere.

illuc festinat;

6 Hæc ipse Bernardus. Qua scriptura apposita in loco apparentiori sui oratorii, omnibus jam nocte profunda in lectulis soporantibus, Bernardus per devia *o* concitato gressu festinavit in Augustam. Mane vero crastino festinantes, ornamentis phalerati nuptias desiderantes perficere, non reperto Bernardo schedulam perlegentes, in luctus gaudia revolventes, omnes mœsti lamentantes ad propria redierunt *p*. Sanctus Bernardus in ecclesia Augustensi, ejus ibidem completa oratione, vir bonus Petrus archidiaconus *q*, devotionis fervore, modestia verbali,

A verbali, dulcedine Domini reclinatum, et necessariis alimentis, quibus famelicus egebat, refocillatum allocutus est : amboque mutuo, quis unus, et quis alius, detegens, de peractis et agendis pæne simul concluserunt. Bernardus tunc suppositis *r* ecclesiæ per Archidiaconum [præsentatus et Clericus] ordinatus, vestimentum *s* pro Clero Cathedrali dedicatum vestitus, omnibus horis divino Officio cum Archidiacono devotus [assistens], Domino serviebat. Ordinibus quoque sacris Archidiaconi judicio susceptis, Missa per eum celebrata, verbum Dei [prædicabat] ; damnataque profanæ statuæ opera detestans, prædicare populis non cessabat *t*.

ubi exceptus ab Archidiac. Petro,

r

s

sacrisque initiatus,

t

7 Devoto quoque Archidiacono Petro sene defuncto, et tradito ejus corpore ecclesiasticæ sepulturæ, Deo permittente, qui *u* Bernardum in ejus successorem prælegerat, clara uniformis Cleri totiusque populi et nobilium de eo facta electione, in Archidiaconum simul elegerunt. Ipse vero Bernardus recusavit, asserens se tantæ dignitatis indignum esse: posteaque ad vocalem exhortationem S. Nicolai, relatantis quod Archidiaconus factus devicerat dæmonia ; ipso supportante, Bernardus, idolatriæ detestator magnificus, plenarie ipsum Archidiaconi officium anno Christi nongentesimo sexto acceptavit.

u

illi defuncto sufficitur an. 966.

B

ANNOTATA D. P.

a *MSS. Bodec. et Corsend. sic ordiuntur :* Dominus Jesus Christus, cunctis propitius totiusque orbis rector, Bernardum de Menthone Archidiac. August. prædestinavit *etc. Est autem* Menthone castrum *hodiedum ad lacum Anicensem, non multum Anesio seu Podio S. Mariæ distans, in Velaunis. Hinc Carolus Ep. Novar. et Officia Canon. Reg.* natione Allobrogem *faciunt Sanctum ; melius quam Ferrarius* Augustæ Prætoriæ in Salassis ortum.

b *Quæ olim* Genava *et* Januba, *medio ævo* Gebenna *dicebatur, nunc* Geneva, *celebris ad egressum Rhodani e lacu Lemano urbs, sed hæresi infamis.*

c *Ita etiam Carolus Episc. MS. Corsendonkanum,* de Duymnio ; *Bodec.* de Dumo ; *Schrimbek,* de Dovino.

d *Viotus Schrimbeko præivit ut,* ex Paribus, *scriberet : estque hodie Dunensis in Belsia Comitatus, Pariatus Francici titulo insignis : sed procul a* Genevesiis *seu* Genevensibus. *MSS. duo perperam* Gebensis *habent, pro* Gebennensis.

C

e *Hic sequebatur longus, et fabulis ac mendis scatens excursus, gravique et serio Auctore non satis dignus ; quem pro interpolamento habens, eremi contextui ; hunc tamen retuli, ut inde judicium fiat de fide Chronicarum, unde talia vel Auctor Richardus, vel ejus interpolator hauserunt : sic ergo habet.* Postquam dulcissimus alimentator humanæ naturæ Jupiter, filius Saturni Japhetitæ, dulcissimæ ipsius naturæ et hominum turbatoris, tempore finis laboris et vitæ Noe, anno ejusdem nongentesimo quinquagesimo, effugisset dicti patris timore montes Alpinos, et germanus suus Cordeles, pro nomine dicti germani, cum eo fundavit civitatem, tunc Cordeles, nunc vero Augustam nominatam. Et regnavit ibi ipse Jupiter, etiam ultra montes, videlicet in regione Arelatensi Rex potenter et diutissime, et sibi nominaverunt illas Alpes, Montem-Jovis, et Columnam-Jovis, Climatis Tharentasiensis et Sedunensis diœcesis : construxeruntque quamdam memoriam altam, et marmoream decoramque imaginem ; quam longe post dæmones circumdantes, in idololatricam statuam profanaverunt, dantes in ea damnacia ægritudinum remedia deceptis concurrentibus ad eam. Qui dæmones, ad majorem allicionem concursus

Fabulæ de Augustæ origine

D

gentium, angariaverunt quemdam Polycarpum, potenter divitem, construere in secundo Monte-Jovis, Tharentasiensis diœcesis, unam exaltatam columnam lapideam, et imponi in eam desuper unum lucentem carbunculum, et multum resplendentem, vocatum Oculum-statuæ ; per quem viderentur longius infirmitates, ut celerius sanarentur ; quem postmodum nominaverunt Montem columnæ-Jovis. Et quia tunc et post diluvium proprie non erant Planetæ cœlestes nominati, non habentes nominatores in terris ; Planeta Saturnus, necans humanas creaturas morborum influentiis, denominatus est Saturnus, a dicto rigido turbatore Saturno. Et annis ab Adam effluxis quinque millibus centum nonaginta novem, nato Joanne præcursore Salvatoris, die vigesima quarta mensis Junii ; eodem tempore, die vigesima quinta mensis Decembris natus est Christus. Joannes Baptista decollatus est anno Christi tricesimo secundo, die vigesima nona mensis Augusti. Christus autem anno suæ nativitatis trigesimo tertio passione mortuus est, die vigesima quinta mensis Martii : quo anno Nonas Augusti Stephanus lapidatus ; Paulus vero anno sequenti, octavo Calendas Februarii conversus est. Qui et Petrus, defuncti sunt martyrio, anno Christi septuagesimo, die penultima mensis Junii, et triumphaverunt intrantes gloriam sempiternam. Carolus quoque Magnus, filius Pipini Regis Francorum, imperavit ab anno Christi septingentesimo tertio usque ad vicesimum. Christianissimus idem Carolus purgavit a paganis Christianitatem, et maxime per Rolandum in regione Augustana. Quo tempore clarentes virtuosissimis operibus gloriosissimi Pontifices sanctus Gratus Augustensis, et sanctus Theodolus Sedunensis Ecclesiarum Episcopi, nobilissimi nati, qui ossa et reliquias sanctæ Legionis Thebeæ (quæ anno Christi ducentesimo septuagesimo sub Maximiano Imperatore idololatrare recusans, suscepit martyrium in Agauno Sedunensis diœcesis) devote collegerunt, in ecclesiis sancti Mauricii Sedunensis et Augustensis, honorifice recondentes. Qui S. Gratus caput B. Joannis Baptistæ divinitus de puteo, commissione summi Pontificis, relevavit : cujus mandibulam in sua ecclesia Augustensi mirifice concessione Apostolica collocavit, miraculis quotidie coruscantibus, et præservat a quacumque tempestate submissos. Beatus vero Theodolus obtinuit veniam a Deo pro Carolo Magno Imperatore, peccato nefario ; unde ecclesia Sedunensis gaudet omnibus regalibus per dictum Imperatorem datis. *Hæc ibi, quæ in MSS. duobus contractiora leguntur. Glareanus, ut fabulam de Jove apud Salassios regnante extrueret seu potius inrueret manus,* Cardellum, *quem alii Jovis Fratrem fuisse, bant, Jovis adoratorem fecit ; qui Henrici I Romani Principis temporibus Augustæ regnans, Cardellum oppidum condiderit, totamque regionem Jovis cultum statuerit. Aliam ac veriorem Augustæ originem Strabo aliique veteres historici tradunt ; Salassios nempe, sæpius rebellantes, an. U. C. 728 a Terentio Varrone debellatos ac venditos sub hasta : in quorum postea locum ab Augusto missa tria millia Prætorianorum, ipso ubi Varro castra habuerat loco urbem condiderint, et* Augustam Prætoriam *nominarint. Cetera, plena ut apparet mendis, non est operæ pretium hic corrigere : cum notum sit,* Carolum Magnum *ut alia taceam, cœpisse an.* 768, *obiisse* 814. Rolandus, ut Britannici Limitis Præfectus, *celebratur in fabulosis ævi superioris scriptis : eum a Vasconibus interfectum cum copiis narrat Eginhartus in Vita Caroli Magni. Sancti autem* Gratus *et* Theodulus, *quorum Acta illustrabuntur 7 Septembris et* 16 *Augusti, diu ante* Carolum Magnum *initio seculi 4 floruerunt.*

ex MS. Monteque et Columna Jovis

cum synopsi Chronologica a Christo

E

ad Carolum M. valde mendosa,

etiam circa Sanctos Episcopos Gratum et Theodulum

F

f

Ex MS.

A f *Hæc ipsa particula, sequentia præcedentibus nunc connectens immediate, prætermissorum interpolationem manifestiorem facit.*

g *Addit Viotus :* mense Junio, ut est credibile : *non video ego ex quo capite.*

h *Ita corrigo, ubi scriptum,* omnium in solidum.

i *Clarius hæc explicata vide in Vita ipsius* S. Nicolai, *apud Surium* 6 *Decemb. cap.* 14 *et* 15.

k *Hic rursum interpolator multa de S. Nicolao, perquam obscure et perplexe, hoc modo :* Sanctus ipse Nicolaus tunc vita fungens, *id est functus*, inhumanis (*credo* innumeris *legendum*) publicatus jam totus prædicare (*an* radiare ?) miraculis, ab omni re [*mala*] præservans universa, ... *ac rursum infra :* Cujus S. Nicolai, sepulti anno Domini 363, in oleo infra marmoreum sepulcrum membra, Turchi in urbem Barream ubi semper languidos sanat, reverenter, longe post sepulturam ejus, videlicet anno Christi 1088, detulerunt. Bernardus quoque Baro de Menthone, in sanctitate persistens etc. *Ex his, ita confuse interjectis, et male intellectis MSS. præfata magis etiam aberrando scripserunt,* intendens miracula et gesta per S. Nicolaum, quomodo in regno Neapoli-

S. Nicolai translatio Barium confuse narrata.

B tano idola detruxerat ; *itaque Lyciam, ubi est* Myra ; *cum Italia, ubi* Barium, *confuderunt. Baronius ad an.* 326 *num.* 95 *haud diu post obiisse* S. Nicolaum *censet : et translatio an.* 1087 *facta narratur, non a* Turcis ; *sed, cum hi Myram vastassent, a Bariensibus, Venetos in hoc prævenientibus ; qui tamen* 9 *annis post, reliqua in sepulcro ossa inde acceperunt. Viotus maluit scribere, Bernardum motum* miraculis, quæ S. Nicolai Reliquiis, non ita pridem ex Oriente in Lotharingiam allatis, inibi patrabantur. *Habemus de his libellum Gallice excusum Nanceii an.* 1686 ; *ubi dicitur Bario allatus articulus digiti circa an.* 1100.

l *Addunt MSS.* Domino patri suo matrique humiliter obedivit, ecclesiæ sanctæ quotidie serviens, servitoresque ejusdem honoravit

m *Viotus*, Parisios *missum scribit*, ad celebrem Universitatem, ante 100 annos a Carolo Magno conditam ; *imo ante* 130 ; *creditur enim condi cœpta circa an.* 791 *juxta tabulam Chronographicam Gualterii nostri.*

n *MSS. alia addunt,* De domo et nobili genere de Myalans, *ut Bodecen. ad Corsend.* Innyolans in Sabaudia ; *Glareanus*, Milans in Allobrogibus. *Viotus* de Miolons, *quod oppidum Delphinatus esse, scribit P. du Val in Alphabeto Francico. Idem Viotus*

C *nomen designatæ sponsæ addit*, Margaretam : *Capite autem* 6 *describit, quomodo,* Bernardo *locum dante paternæ iræ, et tantisper consilium dissimulante ; dimissi a patre fuerit* Pædagogus, Ephebus, Cubicularius, et Pedissequus Bernardi, *tamquam consilii religiosioris auctores : qui sic ejecti, recta Faloirium (elegans non procul Mentonio oppidum), concesserint : ibique pariter religiosam vitam sub loci Abbate sint amplexi.*

o *Scriptum erat,* per devia nuntiatos gressus festinavit. *MSS. duo* Per devia gressus suos dirigens, in Augustam festinavit. *Viotus :* Inde jam secundum a S. Nicolao et S. Angelo suo Custode visitatus (qui, ut liberatores, ac vehiculi jumentorumque loco futuri, advenerant) manum fenestræ admovet : qua aperta, nullo alio auri argentique censu, quam sanctæ Crucis signo, quod fronti impresserat, ad viaticum instructus ; concubia nocte, inter geminos Divos, magno prodigio, se per eamdem fenestram demittit : quæ hodieque, fama ad posteros manante, ostenditur : factoque in subjectam rupem saltu, eosdem cœlestes comites ac præsidiarios, superato colle reperit ; a quibus per ignotos calles ad Augustæ urbis portas fuit delatus.

p *Multa hic de Miolanii indignatione Viotus, quasi* *injuriam, sibi (ut rebatur) factam, armis contra Mentonium sumptis ulturus, ægre pacari potuerit ; quod ornatus causa adjectum videri potest. Certiori notitia haberi credo, quod nostra MSS. sic narrant :* Sponsa ipsius, his auditis et intellectis, Religionem sanctam intravit (*in monasterio* prope Gratianopolim, *ut ait Viotus*) in qua sancte et religiose suos dies clausit. Pater vero et mater, ab intimo dolentes, dilectum Bernardum per Sabaudiam multum perquisierunt. D

q *Addit idem Viotus*, qui præcedenti nocte a S. Nicolao commonitus, eodem tempore illum opperiebatur.

r *Erat hic aliquis manifestus defectus.* Supposita *autem intelliguntur* Canonici *Ecclesiæ. MSS. duo dicunt, quod Archidiaconus* Bernardum, ad virum devotissimum Augustensem Episcopum, præsentavit, *Officia Canon. Regul. ex voce* Virum, *faciunt* Ursum, *quasi is tunc Episcopus fuerit, quod non prorsus rejicere videtur Carolus Episcopus. Præsulum Augustensium Catalogus, apud Ughellum satis imperfectus, ab anno* 876 *ad* 966 *solum tres habet*, Gallum, cujus nullum extat monumentum, præter corpus eodem loco quo S. Grati conditum; Hugonemque et Griphonem, *consequenter descriptos in tabulis illius Ecclesiæ ; atque post hos* Luttifredum, *qui anno jam dicto* 966 E *interfuit Synodo Mediolanensi, et facile potuit Bernardum excepisse. Ecclesia autem Cathedralis titulum ferebat S. Mariæ.*

s *Hinc corrigendus Ferrarius, qui, ex præconcepta de Canonicatu Regulari* S. Bernardi *opinione, scripsit;* Habitum Canonicorum, quos Regulares vocant, in Canonica S. Ursi Episcopi suscepit. *Habuit S. Gratus duos Sanctos discipulos ;* Jucundum, *qui ei in Episcopatu successit, et* Ursum Presbyterum, *Episcopum a nonnullis creditum etiam ipsum. De hoc egimus* 1 *Februarii, de illo agemus* 30 *Decembris. Iste dicitur Canonicorum cœnobium Prior fuisse. Hoc certius, quod ait Bergomensis ad an.* 985, Alaramum, Montisferrati Machionem, *Ottonis II generum, inter alia,* Monasterium non longe ab Augusta Prætoria sub titulo S. Ursi Confessoris ordinis Regularium S. Augustini extruxisse, *seu potius, id quod prius sub nomine S. Petri steterat, desolatumque jacebat, restaurasse sub titulo* SS. Petri et Ursi, *cujus ibi corpus ab olim servabatur, et tunc forte repertum denuo erat. Sic enim apud Ughellum dicitur Humbertus, primus Comes Sabaudiæ (alii Beroldum, patrem Humberti præponunt) cujusdam loci dominium* pro duabus partibus *dedisse* sacello B. Mariæ Cathedralis ecclesiæ, pro F alia vero parte cœnobio SS. Petri et Ursi. *Pennottus*, Bernardum *suis vendicans.* Pingitur, *inquit, illius* imago cum habitu Canonicorum Regularium ; nimirum cum suppara grisea, qua tunc plerique Canonicorum Regularium, maxime Gallorum vel Allobrogum, utebantur, cum veste linea, rocheto nuncupata, satis latis manicis, quibus etiam olim nostri utebantur; et cum Stola pendente ab humero sinistro subter dextrum, more Diaconorum. *Sed quid si imagines illæ non admodum antiquæ sint, et a Regularibus ordinatæ? quid etiam si secularium et Regularium seculo* 10 *idem habitus fuerit?*

t *MSS. duo, post superius prolata verba, quibus præsentatus Episcopo dictus, addunt*, qui ipsum ad Ordines sacros promovit, et postea in Canonicum ecclesiæ S. Mariæ Augustæ recepit.

u *Eadem MSS. de Petro intelligunt*, qui Bernardum ante mortem in suum successorem elegerat ; *quia istud,* Deo permittente, *referebant ad mortem et sepulturam Petri*, qui *etc. Sed contra Canones id fuisset ; nec aliter posset excusari, quam benigne interpretando phrasim, quasi prophetico spiritu prænuntiaverit eligendum sibi successorem* Bernardum.

CAPUT

A

CAPUT II.

Pulsis dæmonibus erecta Xenodochia et Monasteria: vita reliqua, obitus, sepultura.

Contra dæmonem per statuam suam morbos curare et decimum quemque sibi rapere solitum a

Diabolus vero, inimicus rugiens, omnique diligentia ad malum pervigilans, [per] ipsam profanam statuam diabolicis circumdatam loquacitatum vocibus, [nitebatur] Christianitatem succrescentem in inferno perimere: [quia] procuratos per eum languores suis fraudibus elidere *a*, sanareque a deceptis credebatur; et quod pluris est, quemcumque Christicolam, cujuscumque turbæ secus se progredientis decimum, pro decima sibi retinens, ad facilem timorem idololatriæ eum inclinando, subvertere satagebat. Steriliter autem in gelosis abruptisque recessibus rupium degebant ipsa dæmonia, a quacumque humana mansione ultra viginti stadia; ut quantum in desertioribus habitarent, tanto plus immensior concursus seductorum populorum ad eorum fallentia remedia declinaret. Qui quidem Bernardus, Archidiaconatus Augustensis dignitate sanctissime sublimatus, humilis et devotus, tantam perhorrescens ruinam paratam humanæ saluti, B. Nicolai suffragia postulavit. Qui apparens *b* Peregrinus, auditus est dicens: O Bernarde, montis alta ascendamus, per abrupta transeamus, fugabimus dæmonia, Illamque statuam Jovis, dæmonibus circumdatam, Christicolas tam turbantem, diruemus in fragmina, et Columnam carbunculi illius statuæ: post ibi hospitalia fundabimus utilia, et Canonicorum Regularium cœnobia. Eris in turba decimus, dæmon non erit nocivus: statuam ligabis per collum, et fragminabis; dæmonia conjurabis, in chaos montium ligabis atque locabis: usque ad diem sui judicii, nulli poterunt nocere. *c*

jussus a S Nicolao decertare, B *b*

c et animose progressus, d e f ipsum, stola vinctum, in desertum compingit;

9 Post quæ Bernardus montes avidius, turbæ *d* decimus ascendit, detinens manu bordonum *e* præsidentis victoriæ, ex tunc dedicatum deferri in divinis Officiis, Archidiaconum Augustensem pro tempore existentem; *f* transivit per statuam, ut ipsum ipse dæmon, iuxta morem suum profanum, pro decima tentaret supprimere. Quem, dæmonem formidantem, pariter et statuam, de stola benedicta, in catenam ferream conversa præter id quod manu tenebat, per collum alligavit. Cumque debita divinatione adjuratum, in chaos magnum tartareamque abyssi profunditatem objurgantium sibi propinquorum montium *g* malethorum, inter tres diœceses (videlicet Augustensem, Gebennensem, et Sedunensem) semper absconsorum, caliginosis nubibus reclusum, usque in diem sui judicii nemini nocere potentem *h*, objurgavit. Statuam primo, et post *i* columnam lucentis carbunculi, oculum profanæ statuæ appellati, penitus in fragmina confregit, numquam alicui alteri nocituros.

C *g* *h* *i*

10 Post hæc statim reductus diligenter ad regimen suæ propriæ Archidiaconalis dignitatis Augustensis, divina Officia officians, in suis sermonibus assiduus; dæmonum fugationem statuæque, columnæ, et carbunculi donante domino eversionem, declaravit: hospitaliaque et cœnobia, tam egenis quam opulentis necessaria fabricanda intitulavit, sicut post ordinata atque ornata fuerunt, in quolibet monte unum *k*. Cujus Bernardi sanctitate longius et latius ubicumque verbis et operibus publicata, ab omnibus Sanctus exinde vocitatus, verba Dei prædicans, evangelica documenta perficere satagebat. Unde cum Richelinus Anglicus, de Roma reveniens peregrinus, ibi tanta expertus esset miracula, et tantam Bernardi sanctitatem; castrum suum vocatum Castrum-cornutum, cum suis juribus, magnæ æstimationis in regno Angliæ, conversum in monasterium et ecclesiam, cœnobio Montis-Jovi devotus erogavit.

atque utrobique hospitale cum cœnobio condit: *k*

D *Ex MS.*

11 Quod quidem cœnobium, et aliud in altero monte Columnæ Jovis; ambo sub nomine S Nicolai pro patrocinio, omnibus necessariis fulcita construi, et dotari, ac ornari, ibique Canonicos Regulares laudibus Deo, egenis et divitibus in alimentis et obsequiis servientes instituit, [quæ ipsemet] Beatus Bernardus primo bona sua exponendo benigne procuravit; nec non vias et itinera per abrupta explanari. Tenebras in lucida, labores in requiem, rugitus in cantica, stridores in dulcia, mœrores in gaudia, mœstos in lætitias, steriles in ubera, frigora in calores, dæmonia in Angelos, infernum in paradisum, Sanctus Bernardus tunc Archidiaconus Augustensis, suis insudantibus laboribus et prædicationibus, reduxit suaviter. Bernardi Archidiaconi nempe Richardus pater in ipso Monte-Jovis, et monte columnæ Jovis; Bernardus Dominus Bellifortis, patrinus et patruus, qui eum de sacro fontis baptismate levaverat, et ad eumdem *l* pervenerat, ejusdem S. Bernardi exhortationibus, ecclesias de eorum proprio dotatas, sumptuose fundaverunt.

quibus optime institutis

pater et patruus ejus multa largiuntur:

E

12 Sanctus etiam Bernardus Archidiaconus, in sua clara vita virtuose perseverans, bona sua pauperibus parsimonizans, in propria mensa eis assidue opulenter ministrabat. Ipse vero cibis, absque deliciis, et indumentis humilitatis, non pretiosis, qui in paternali domo auro, serico, variisque pretiosis indumentis indui potuisset, utebatur [sed] vilibus. Sedulus quoque, et primus residens in divinis Officiis assidue, et ab eis ultimus resiliens, in ecclesia Cathedrali proportionaliter disponendo, verbis et matriculis *m* ordinabat: cujus supposita in Capitulo et eorum juramenta admittebat. Indumenta Clero convenientia induebat, et psallebat gratiose; rebelles mite temperando, monendo subditos, in divinis residere debere, et Domino servire; gabellam in synodo paratam ministrando, atque vera judicia faciendo, repertosque dignos puro examine promovendo ad sacros Ordines; et sufficientes ad beneficia obtinenda Domino *n* Pontifici præsentabat; et in suis trienniis Archidiaconalibus visitationibus, non quæ bursæ quærendo; sed quæ Dei sunt, laudabiliter instituebat. Moribus, scientia, et vita laudabiles Scholares erudiri faciebat; et ad scholas cantus et grammaticæ magistrantes congruos, in civitate et tota diœcesi, tamquam Archidiaconus Augustensis, providebat: atque omnia suæ Archidiaconali dignitati incumbentia, pariter et saluti necessaria, devotissima diligentia adimplebat, pro animarum salute quarumcumque obtinenda *o*.

Bernardus ipse Augustæ severe vivens,

m et quæ muneris sui erant exactissime implens,

n

F

13 Postquam autem vixit virtuose in miserabili miseria hujus caduci seculi octuaginta quinque annis; ex quibus claruit Archidiaconus quadraginta duobus, salubria prædicavit, et operatus est; festo sanctæ Trinitatis solennizato *p*, postremo ultimo sermone suo finito, in quo superbos humiliavit, avaros uberavit, luxus compescuit, gulosos temperavit, iracundos pacificavit, æmulos cohortavit, desides properavit, et versutias refrænavit; suavis documento, exemplo, et opere; vultu serenus, verbo jocosus, flagrans ut nardus pigmentarius, festo sanctæ Trinitatis die serenato, in suo secreto oratorio devotus exorans ad Dominum, subaudivit vocem S. Nicolai dulcissime resonantem; O devote serve Dei Bernarde, quia viriliter dimicasti, Deus te ad præmia vocat. Et rursum; Tuis meritis mortui suscitabuntur, gravidæ parturient, steriles *r* uberabunt, dæmoniaci, caducantes, surdi, muti, lubrici, cæci, claudi *s*, guttosi, febres, dentes, capita, viscera, stridores, mala, et dolores sanabuntur; ignes, fulgura,

o ætatis anno 85,

p

in festo SS. Trinitatis, præmonitus a S Nicolao,

r *s*

A gura, tempestates, ruinæ, mortalitates, et dæmonia non nocebunt justis, qui per te suffragia quæsierint.

EX MS.

14 Et cum idem sanctus Bernardus, semper ad virtuosa operatus esset, jam æger, post prolixas devotasque orationes, et continuas usque ad feriam sextam, post ipsam sanctam Trinitatem recommisit animam Deo, corpus terræ; congruam portionem ossium matri suæ Augustensi ecclesiæ *t*, pariterque cœnobio Montis-Jovis quando requireretur; exhortans suos successores Archidiaconos, ut prædicta cœnobia cum suis suppositis, tamquam ex Archidiaconatu principiata, favoribus dignentur præcipuis: injungens primiceriis et cœnobitis, quatenus Archidiaconos Augustæ, per sua loca subeuntes, tamquam suos fundatores, per honesta subsidia propinata, honorifice reverenterque recipiant. Inde beatum spiritum emisit suaviter, jubilantibus Angelis dulcissimis laudibus, ad Dominum per æthera elevatum, cum quo regnat in gloria. Cujus corpus sepultum est in devota ecclesia famosi monasterii S. Laurentii *u* Diaconi, juxta muros civitatis Novariensis,

proxima feria 6 moritur,

t

et 15 Junii sepelitur an. 1008.

B anno Christi millesimo octavo *x*, decimo septimo Kalendas Julii: et anno sequenti relevatus est *y* ibidem, decimo Kalendas Aprilis *z*. Ego vero Richardus Archidiaconus Augustensis, qui eram ibi Canonicus, multumque eidem sancto Bernardo familiaris et notus, videns ejus prodigia et innumera miracula, jactans peregrinando cogitatum meum in Domino, et ipse me enutriendo, reveniendo per Romam, inquisivi de Chronicis in locis de Menthone, Augustensi, et Novariensi, et aliis circumvicinis locis, et civitatibus, et diœcesibus ubi conversatus est; et quantum potui et opus fuit, personaliter vidi; et Chronicas et plures scripturas procuravi, et suprascripta redegi in memoriam. Et ita esse attestor, præsente Domino nostro, regnante per secula seculorum. Amen.

u *x* *y* *z*

Testimonium Auctoris vi venti familiaris.

ANNOTATA D. P.

a *Ecgraphum nostrum*, suis fraudantibus eum edere; *quod, quia sensum non faciebat, levi mutatione correxi.*

b *Addit Viotus,* Peregrini habitu, *ut in 2 Vita dicitur.*

c *Addit idem,* Bernardum, *exposita Episcopo visione, ejusque licentia petita, rogasse, ut* jubere vellet, uti populus universus cum Clero, supplici agmine

C ad S. Remigii oppidum, quod est ad montis pedem situm, comitaretur; ibique, tum rediret, inter preces operiretur.

d *Turbam intellige* peregrinorum, *quos Viotus vult Gallos fuisse, recens consternatos ex socii sui decimi vel undecimi jactura,* quem, cunctis inspectantibus, in locum ignotum dæmones abripuerant.

e Bordonus, *peregrinantium baculus.*

f *Duo MSS. rem sic explicant, aut verius implicant,* Dignitatem Archidiaconatus Victorio commendans. *Viotus hic narrat,* dæmonem invenientes pugnasse, nive, ventis, grandine, fulmine, omnique aeris intemperie, ut Sanctum a cœpto deterreret, sed frustra.

g *Idem describit* inhabitatas Montis Mailletani voragines, duabus illinc leucis versus Occidentem distantes.

h *Id est,* adjurando et increpando compegit.

i *Viotus, ut diversa erant loca, sic duplicem expeditionem supplicantiumque deductionem distinguit: addit etiam, quod obtenta victoria, Episcopus voluerit* Bernardo *dignitatem cedere, tamquam digniori.*

k *Idem Viotus*: Ejus ædificii, *inquit,* primi ac vivi decem lapides fuere, decem illi Galli peregrini, prodigiorum in utroque monte patratorum testes: *deinde, ipsum* Bernardum *ait* ibi aliquot annis commoratum, simul sociorum atque ædificiorum curam habuisse; *ac deinde solitum eos* per annum subinde adire, *et* primum ædificium mille summis aureis fuisse absolutum, quos ille ex Archidiaconatus officio comparserat: *denique cap.* 18 *addit, quod* Confirmationis, *Ordini a se instituto, impetranda* causa, Romam iter instituit; ubi a summo Pontifice voti compos effectus, cum Pontificio diplomate ac benedictione domum repetiit. *Sed ejusmodi diplomatis nulla distinctior memoria superest, ideoque nec Pontifex nominatur; et lib.* 2 *cap.* 4 *primus ponitur* Honorius IV, *an.* 1285 *creatus; idque ex Bulla confirmatoria dumtaxat,* Nicolai *item* IV, *successoris; qui locum in Apostolicæ Sedis tutelam susceperit, privilegiisque ornarit.* D

l *Clarius MSS. duo dicunt, quod ambo* Montem-Jovis visitaverant. *Hinc occasionem sumpsit Viotus, poetica (ut mihi videtur) licentia scribendi, quomodo pater ac mater Sancti, audita fama novi in Monte-Jovis Xenodochii, illuc instituerint peregrinari; ab ejus fundatore viro sancto aliquid fortassis audituri de filio, de quo eatenus intellexerant nihil; exceptos* E *autem notos ab ignoto, qui post solatium eis impensum variasque ambages, tandem agnoscendum se præbuerit; domum autem reversos, totos se dedisse operibus caritatis; atque Germani, in Faillorio Monachi, quem filii sui pædagogum domo olim expulerant, disciplinæ se commisisse; et paucis post testamentum pie conditum mensibus, obiisse; scriptis heredibus, proximis suæ gentis dynastis,* qui deinde meritis S. Bernardi in multas illustres familias, etiamnum florentes, sint propagati; puta Guillerii, Rochefortii, Montrotierii, Beaumontii, Cofignonii.

m Matriculæ *duplices in ecclesiis erant; aliæ* Clericorum, *in quibus horum hebdomadatim munus describebatur, aut etiam cuique debita stipendia; aliæ* pauperum, *qui in ecclesiæ eleemosynis sustentabantur: sed hæc non apte junguntur* verbis: *quare dubito, an non sit legendum,* Miraculis. *MSS. duo habent* verbo et exemplo.

n *Erat hic, secundum Viotum et Ughellum,* Boso; *quem secutus* Anselmus, *hoc nomine primus, et pro anno* 1014 *notus.*

o *Hactenus deducta videntur servivisse pro sex Lectionibus primi secundique Nocturni; cumque ad Lectionem septimam recitandum esset Evangelium,* Sint lumbi, *placuit interpolatori sextam sic finire:* Sic, o F Fratres carissimi, vigilemus ut vivamus gloriose, et cum eo regnare valeamus; Domino nostro auxiliante, in æternum; qui vivit et regnat Deus per infinita secula seculorum. Amen. *Deinde, recitato Evangelio, subjungitur exhortatoria Lectio hujusmodi.* Sancti Evangelii lectio, Fratres carissimi, clara nobis recitata est: in qua jubemur lumbos nostros præcingere. Lumbos enim præcingimus, cum per macerationem carnis et operationes virtutum, luxuriam in omnibus membris coarctamus. Lucernam in manibus gerimus, cum per bonorum operum augmentationem tenebrosa peccatorum vitia a nobis repellimus, exemplo et doctrina sancti Bernardi Menthonistæ, Archidiaconi Augustensis, gloriosi Confessoris. Qui postquam dæmonia fugavit a Montibus-Jovis, et Columnæ-Jovis, statuamque profanam, et Columnam lucentis carbunculi oculi statuæ, miraculose fragminavit, dæmonem fugatum reclusit; hospitalia construxit, et cœnobia disposuit, in maternali utero beatificatus, in lumbis et in omnibus membris præcinctissimus, lucerna clarissimus, operarius virtuosissimus, virgo semper purissimus, confitens defectus contritissimus, jejumans cibis temperatissimus, orator devotissimus, cilicio corrosissimus, continentia ferventissimus, prædicator

Adhortatio ad imitationem Sancti,

A dicator utilissimus, reformator lætissimus, humilis semper dulcissimus, largus donator uberrimus, castus integerrimus, patiens mansuetissimus, caritate ardentissimus, maritator fœderatissimus, moderator gravissimus, macerator lenissimus, hospes humanissimus, recogitator abundantissimus, eruditor auditissimus, reprehensor cautissimus, reparator assutissimus, indultor liberalissimus, confortator gratissimus, salutator suavissimus; in omnibus prædictis viginti et octo virtutibus cum aliis extitit promptissimus; propter mandatum Dei cuncta felicitatis terrenæ et mundi prospera dereliquit. Numquam asperitas, numquam malitia, numquam vigor, numquam superbia, numquam avaritia, numquam voluptas, numquam ira, numquam invidia, numquam gulositas; sed omnis humilitas, largitas, continentia, castitas, patientia, diligentia, suavitas, et temperantia in eo semper permanserunt. Sic, o Fratres, Carissimi paria peragamus: et quantum de bonis plus a Deo recipimus, etiam majora bona reddere obligati, talentum nobis commissum multiplicare laboremus. *Tum vero Lectio octava sic inchoanda proponitur :* Ipse S. Bernardus Menthonista, Archidiaconus Augustensis, postquam

virtutumque ejus enumeratio.

B vixit virtuose etc.

p *MSS. duo de hoc sermone sic breviter loquuntur, et locum simul ubi sermo est habitus, ipseque mortuus, indicant;* Circa festum Trinitatis, finito quodam mirabili sermone, in civitate Novariæ, in quodam monasterio S. Laurentii juxta muros, intrans in quoddam oratorium, etc.

r Uberari *pro* fœcundari *necdum alibi legi, et multo minus in sensu metaphorico, ut supra, pro* liberalem reddi.

s Guttosi *a* Gutta, *id est anthritici. MS. Corsendonk.* Gutturnosi, *id est strumis laborantes. Bodec.* Gibbosi.

t *Schirmbekus ex Vioto paulo aliter.* Postremo significat velle se in Cathedrali templo Augustæ, aut certe in Monte-Jovis sepeliri: quod tamen, ob multas turbas exinde consecutas, fieri non potuit. *Ast MSS.* Pro testamenti recommisit animam Deo omnipotenti, corpus terræ: bona sua, unam portionem Matri suæ Ecclesiæ Augustensi, et aliam hospitali Montis Jovis, ordinavit.

u *Imo potius* Presbyteri Mart. *ut habet Vita 2) qui Novariam ex partibus Occiduis advecti tempore S. Gaudentii Episcopi seculo* 4 : *cujus ibi festum agitur*

C 30 *Aprilis, uti tunc diximus; corpus autem, ab ejusdem ecclesiæ ruinis extractum anno* 1552, *in urbem delatum fuit, renovato in melius cultu; cujus obscuritas medio ævo excusationem scriptori præbet, cum plerisque credendi, ipsam ecclesiam esse* S. Laurentii Levitæ, *qui colitur* 10 *Augusti. Cum autem anno* 1595 *idem qui transtulerat Carolus Episcopus, sursum solennius elevandum curavit; fieri potest ut etiam Capucinis Novariam adductis, auctor fuerit, suam intra urbem ecclesiam isti* S. Laurentio *consecrandi, pro ea quæ foris destructa erat.*

x *Expunxi verba,* feria sexta post Trinitatem, *hic inepte repetita, totiusque circa diem obitus confessionis causam præbentia.*

y *Viotus, ex suo sensu hoc interpretatus, ait, quod, propter manifesta ad sepulcrum miracula, populique ad illud concurrentis frequentiam,* xx Maji ritu solenni fuerit Divorum Catalogo adscriptus. Quo facto sacrum ejus corpus magno apparatu denuo exhumatum, loculoque marmoreo eleganter exciso repositum est, in quo velut honoraria cathedra quiescit... Constitutum quidem, *inquit,* erat, ut Salassorum Augustam aut Montem-Jovis transferretur: sed videtur Deo aliud cordi fuisse: quandoquidem monasteriorum atque hospitalium ædium Præpositi numquam potuerunt sumptus præstare, translationi ne- D

cessarios; sive quod bella et turbæ publicæ obstarent, sive quod eleemosynæ atque gratuitæ largitiones essent pauciores, sive denique Deo placuerit servi sui sacris Reliquiis locum ac honorem, absque ulteriori mortalium apparatu, procurare. *Addere potuisset, eosdem, cum aliud non possent, satis habuisse quod* Caput *obtinuissent; subinde autem sacrorum ossium aliquid impetrarent, prout testatur scheda, intra arcam reperta anno* 1595; *cujus meminit Carolus Episcopus, verbis in principio allegatis.*

EX MS.

z *Quæ sequuntur, a textu, hic quartum ut minimum interpolato, exempta, ad eum non pertinere satis apparet.* Et post in ecclesiis per eum initiatis sub nomine S. Nicolai, additus est ipse S. Bernardus in Patronum; de cujus mirabili sanctitate magnalia resurgunt et fragrantia miracula. O quantum debet congaudere, quantum ipsum honorare, et quantam spem recipere omnis Christianæ professionis, et utriusque sexus, sua progenies. *Eadem in gemino nostro MS. sic etiam prolixius efferuntur:* Atque in ecclesiis et hospitalibus per eum fundatis sub nomine S. Nicolai, est ipse S. Bernardus in Compatronum adjunctus. O quantum gaudere, quantum honorare, E

et laudare debent ipsum Menthonistæ proximi, qui talem consanguineum in cœlis regnantem se sentiunt habere! Gaudeat etiam Archidiaconus Augustæ, qui talem prædecessorem habere meruit in illa dignitate. Gaudeat Ecclesia Augustensis, quæ a tali Archidiacono temporibus suis ornari meruit. Gaudeat vallis Augusta, quæ a tali victore a dæmonibus liberata reperitur. Gaudeant Sabaudienses omnes, qui a tali protectore illæsi et sani per itinera montium transire possunt. Gaudeat totus mundus, qui per subsidia et beneficia ejusdem Sancti, de necessitatibus suis transeundo reficitur et sustentatur. *Interpolator vero noster ultra pergit, et;* De quo, *inquit* legitur, quod anno Christi millesimo octavo a suo successore Richardo, ex Dominis Festi, vallis Ysaræ, diœcesis Tharentasiæ, Licentiato in decretis, Archidiacono Augustensi, et suis consociis ad sanctum sepulcrum Dominicum peregrinis, transfretantibus mare, turbatum fluctibus, in tranquillitatem et refugium advocatus idem S. Bernardus, arborem et vela puppis, turpissima et valida tempestate confractam, citius restauravit: dæmonesque fulgurantes raucis tumultibus exclamabant; Hic est ille Archidiaconus Bernardus Menthonista, nos devol- F

Auctor cum sociis a naufragio per Sanctum liberatur.

vens; tantus prædicator, magnus turbator noster, qui in Monte-Jovino nostros catenavit. Fugiamus, eia, velocius, ne nos flammis exuri præcipiat. Et peregrinis absque mora manentibus consolatis, alii exinde maritimi et terreni, suum postulatum obtinuerunt auxilium, qui omnia malignantia repellit in aquis et in terra. *Hactenus Interpolator, quem Viotus nescivit a Richardo Vitæ auctore distinguere,* cui prope uni, *inquit cap.* 10, hæc de Bernardi vita monumenta debemus. *Idem* Valdiserium Canonicum *nominat Gallice* Val d'Iser : *appellatione omnino accepta a* Vallis Isaræ Dominis, *quorum unum allegat Papirius Massonus, in descriptione Franciæ per flumina pag.* 413, *agens de Isaræ flumine, apud Tarentasios oriente, seque tandem in Rhodanum devolvente. Sed hic videtur peculiare* Festi *dominium notari,* Vallis-Isaræ *finibus inclusum, cujus situm Sabaudis quærendum relinquo : satis habeo adnotasse, quod præter ea quæ Vita* 2 *refert miracula, alius de* Miraculis S. Bernardi *tractatus extiterit, in quo istud descriptum legebatur; ut factum anno* 1008, *quo Sanctus obierat; vel potius* 1018, *postquam Richardus hanc Vitam scripsisset; qui eamdem concludens, se quidem antea peregrinatum ostendit, sed non ultra Romam, post annos autem aliquot potuit etiam Hierosolymam peregrinus petiisse.*

Aliquem

EX MS.

A *Aliquem similem tractatum, præter Sequentiam infra adferendam, videtur habuisse Auctor Vitæ secundæ; ubi toties dicitur.* Legitur de viro sancto; *alibi utique quam in Sequentia, ubi tribus solum verbis attinguntur singula.*

Nunc porro juvat Lectori considerandam proponere Vitam illam, quæ velut clarior et brevior, *extat in quodam MS. Carthusiæ Coloniensis: ut appareat quid inter otiosorum hominum commenta, et solidas coævorum scriptorum relationes intersit. Sic ea contexitur.* B. Bernardus, genere nobilis; sed fide, sanctitate, ac virtutum operibus longe nobilior extitit. Hic sanctus Confessor et Eremita, filius fuit Principis seu Ducis Sabaudiæ, qui fuit potens et dives. Cum autem ambo parentes sui viam universæ carnis ingressi fuissent; Bernardus, et unicus filius, et verus heres terræ erat Sabaudiæ Ducatus; ac potens Princeps, jure hereditario ac successione, effectus est. Qui ex instinctu Spiritus sancti doctus, nolens ponere cor in affluentia rerum temporalium, sed considerans monita salutaria Domini dicentis; *Amen dico vobis, qui reliquerit domum etc. centuplum accipiet.* Ut illum fructum centesi-

Fingitur defuisse Dux Sabaudiæ

divisisque trifariam bonis,

B mum accipere *mereretur* apud Altissimum, ex suo patrimonio tres fecit eleemosynas. Primam dedit Ecclesiæ, secundam famulis Dei, tertiam pauperibus, et pauperem Christi se fecit. Sed quia minus est mala non agere, nisi quisque studeat etiam bonis operibus insudare; protinus mundum cum omnibus suis oblectamentis respuens, vastamque eremi solitudinem intrans, cœpit bonis ac sanctis operibus sedule insudare. In quo cunctis diebus Domino quadruplex Officium offerre satagebat; primo carnem suam domando, quia rejecto habitu seculari, super nudo asperum induens cilicium, superaddita una simplici veste, die ac nocte cum his in terra jacebat triginta tribus annis, in patientia magna; volens sic carnem subjicere spiritui et rationi, secundum Apostoli doctrinam dicentis; Fratres si spiritu facta carnis mortificaveritis, vivetis. Secundo, Domino obtulit vigilias et orationes, ut Dominus dicit per Marcum Evangelistam; Videte, vigilate, et orate; item, Vigilate et orate, ut non intretis in tentationem. Tertio, observavit jejunium et magnas abstinentias, quia in die semel victum accepit de herbis *et* radicibus, ac potum de aqua, volens sic mortificare omnem lasciviam carnis. Quarto, pertulit quotidie varie et multa tentamenta hostis

secessisse in eremum;

ubi cum sancte vixisset annis 33,

C antiqui generis humani, ipsum mirabiliter impugnantis, ac eum a sanctissimis operibus retrahere infestantis: qui ut fortis miles Christi, hæc omnia viriliter et patienter sustinuit, attendens dictum Sapientis; *Beatus vir qui suffert tentationem, quoniam cum probatus fuerit accipiet coronam vitæ, quam repromisit Deus diligentibus se.* His et similibus doctus, sustulit quod maligni spiritus ipsum sæpe ducebant de monte ad montem, affligentes magnis doloribus. Cum ergo vir Dei in hac sanctitate et solitudine hominibus incognitus, triginta tribus annis, occulte latitasset; omnipotens Deus, nolens ut tantum lumen amodo occultaretur, sed volens ipsum proficere mundo, Angelum sibi de cœlo mittens, eum ex eremo ad Montem-Jovis revocavit: quia scriptum est in Evangelio, *Nemo accendit lucernam, et ponit eam sub modio, sed super candelabrum, ut omnes qui ingrediuntur lumen videant.* Et beatissimo Bernardo a Deo per Angelorum nuntiatum est, ut in eodem monte, in usum pauperum et peregrinorum, (quorum multi propter tempestatem et inopiam hospitiorum perierunt) ædificare deberet hospitale et monasterium. Vir sanctus ergo, Domini præceptum adimplere studens, in eodem loco cœnobium cum

ab Angelo ductu in montem-Jovis,

jussus sit hospitale ad cœnobium erigere:

D hospitali construere cœpit. Sed diabolus, omnibus operibus bonis invidens, qui et Mille-artifex dicitur, sanctum opus veri Dei destruere intendit, instigans Ducem Sabaudiæ, nomine Wilhelmum, qui non natus sed electus extitit Dux terræ illius: cui dictum est, quod Bernardus, natus Dux terræ illius, longis temporibus amissus, nunc rediit; et de amissione terræ suæ tristis et dolens, in Monte-Jovis excelso construere prætenderet forte castrum, de quo ipsum Wilhelmum, e terra expugnare præsumeret, ad recuperandam sibi prædictam terram. Cum ergo hostis malignus et fraudis commentator, sensum, cogitationes, et voluntatem prædicti Ducis excitasset, et ipsum in sensum reprobum et intellectum damnatum convertisset; congregans ille Dux exercitum, et forti armatus manu, veniens ad montem prædictum, voluit subvertere sanctum opus inceptum, et procul fugare virum sanctum. Factumque est, dum Dux una cum satellitibus suis veniret usque ad montem, videns eos vir Dei contra se venientes, convertit se ad Deum in orationibus suis, hæc aut similia dicens: *Judica Domine nocentes me, expugna impugnantes me, apprehende arma et scutum, et exurge in adjutorium mihi.* Mira res ac omnibus stupenda!

quod impedire persuasus successor in Ducatu Willelmus,

E Dominus, qui numquam deserit sperantes in se, nec suum dereliquit fidelem famulum; sed in ipsius adjutorium subito intendit. Illos enim qui suum veniebant electum conturbare, ipsos tribus maximis plagis, scilicet quosdam morte subitanea, quosdam obsessione dæmonum, et reliquos morbo caduco percussit. Videns autem vir Dei summum Dei præsidium, ipsum tam horribiliter defendentis, et intuens populum tam diris plagis aggravatum et plagatum; miseriis eorum condolens, Deum humiliter et devote pro ipsis et pro pristina eorum sanitate orabat, ut Dominus eos vellet liberare de illis gravissimis plagis; vellet nihilominus illos infirmitate aliqua misericorditer punire, ut suum reatum ac Deum omnipotentem agnoscerent. Exauditusque est Christicola perdevotus a Deo, et suis precibus sunt illi liberati a tribus prædictis plagis. Et tunc quarta alia plaga, scilicet paralysi, sunt percussi. Tunc dictus Dux cum Comitatu suo, videntes mira Dei et sui Sancti potentiam, ad pedes ejus provoluti, veniam et indulgentiam suorum delictorum postularunt. Denique homo Dei, eorum miseriis condolens, Deum devotius pro ipsis oravit, et pristinæ sanitati sunt restituti. Postremo omnes ad pedes B. Bernardi provoluti, viam pœnitentiæ atque emendationem

ad preces Sancti plaga triplici in se et suis punitus sit,

ab iisque et a paralysi liberatus,

F vitæ humiliter petierunt. Unde factum est, quod præfatus Dux cuncta propter Deum reliquit, una cum multis aliis de suo exercitu; et in eodem monte cum B. Bernardo usque ad mortem, cœlibem vitam ducentes, monasterium cum hospitali de substantia et bonis ipsius Ducis construxerunt; ubi peregrini, pauperes, et infirmi multa recipiunt hospitalitatis, refectionis, et refocillationis beneficia. In eodem vero monte idem B. Bernardus, sobrie; humiliter, caste, et sancte decem et novem annis cum suis Fratribus, in virtutibus multis, usque ad mortem vixit: et apud Deum promeruit, quod sibi dies mortis suæ ante triduum per Angelum e cœlo pronuntiata est. Et his tribus diebus Fratres suos sanctis admonitionibus docuit, Dominum Deum semper piis precibus, orationibus atque psalmodiis summopere honorare. Legitur etiam his diebus Dominum exorasse, ut quicumque ipsum honorarent, et sui memoriam haberent, et qui sibi servirent, ut a supradictis quatuor horribilibus plagis essent custoditi et muniti. Postquam vero S. Bernardus pro suis orationes ad Dominum multiplicasset, e cœlo per Angelum sibi denuntiatum est, suas esse orationes exauditas: et quod non solum esset exauditus

ibidem cum pluribus factus Monachus,

Bernardus vero, actis ibi annis 15,

A ditus pro hominibus, sed etiam habiturus esset protectionem a bestiis et creaturis quæ carne et sanguine vivunt. Hæc audiens B. Bernardus, Domino immensas retulit gratias; et suum spiritum in manus Altissimi commendans, die tertia migravit ad Dominum. Cujus sanctissimi viri corpus Fratres cum summo honore sepelientes, de ejus decessu multum conturbati et mœsti, fecerunt planctum magnum super eum.

sancte mortuus.

Hæc retulisse, refutasse est. Guilhelmus Guichenon, Ducalibus impensis omnia Sabaudiæ ac Pedemontii vicinarumque regionum scrutatus archiva, et Historiam genealogicam Domus Sabaudicæ vasto complexus opere, neminem ante Beroldum *vel* Bertoldum, *Ottonis Primi ex Henrico filio pronepotem, non prius quam anno* MXIV *in authenticis scripturis reperiendum) invenit in Sabaudia, qui titulum, non dico* Ducis *(etenim primus usus est anno* MCCCCXVI Amedeus IV, *idem qui postea* Felix Antipapa *a Basiliensibus creatus) sed* Comitis *tulerit: neque inter illos hactenus repertus ullus, qui vocaretur* Bernardus, *præter unum, liberorum S. Amedei quinti, in cunis mortuum,* Wilhelmus *vero tam omnino nemo. Istis ergo ad fabulas amandatis, accipe veterem* Sequentiam, *in Bodecensi et*
B *Corsendonkano MSS. repertam; eo autem pluris faciendam, quod ipsa multum usus invenietur Vitæ secundæ Auctor.*

SEQUENTIA.

Ex MS. Bodecensi et Corsendonkano.

Confessoris egregii celebremus nos, socii,
Bernardi solemnia.
Generosa stirpe natus, et talibus hic exornatus
Fuit ab infantia.
Augustæ Archilevita Deo gratus, verbo, vita,
Emicat per omnia.
Plebes ibi Christianæ verbo vitæ serens sanæ,
Extirpabat vitia.
Montana, in civitate prædicando longe late,
Dabat salutaria.
Jejunans hic vigilabat pro se multis, et orabat
Ut daretur venia.
Pretiosa cum habere vestimenta posset, vere
Portabat cilicia.
Pane nunquam vescebatur, asper qui plus videbatur
In sua provincia.
Potum uvæ non probabat, aquam vero sæpe bibebat
Sæpius abstinentia.
Domum fecit caritatis, ubi data dantur gratis,
Nec quæruntur præmia.
Ubi panis, vinum, ligna numquam crescunt, sed maligna
Sunt ibi contraria.
Nix et algor, via dura, tumulus, nubes, et obscura
Sunt de peremptoria.
A Bernardo facta domo illam adit, quisquis homo
Habet necessaria.
Illa domus semper patet, Procurator numquam latet,
Propinans cibaria.
Nunc Bernardi proferamus signa, ejus et dicamus
Virtutes, prodigia.
Nicolaus apparuit, peregrinus visus fuit,
Sancto dixit talia:
Montem Jovis conscendamus, hospitale componamus
Summæ rupis in via.
Illa Domus fabricatur tantis viris, et dotatur
Habens beneficia.
Cæco visum restauravit; sterili matri donavit
Puerum, quem hæc rogavit.
Pestem perdit locustarum; quæ nocebant, et non parum,
Et morsus bestiolarum.
Hic avarum prædicavit, paupertati destinavit;
Exitus quod comprobavit ignis peste anxia.
Adit Romam Rex Henricus, perdat Papam quod iniquus,
Malus prorsus inimicus, cognita malitia.
Regi nefas dehortatur, hinc adversa comminatur,
Fine rei demonstratur Sancto ita qui probatur.
Nobis detur venia. Amen.

D

ALIA VITA

Ex MSS. Cœnobii Bodecensis.

PROLOGUS.

Bernardi venerabilis vitam partim descripturi, non in virium nostrarum præsumptione, nec Ciceronis vel aliorum Rhetorum facundia confidimus, non Castaliæ fluentis, nec philosophorum argumentis imbui satagimus, sed ejus rore qui per Prophetam dicit: Dilata os tuum et implebo illud. Et ad Ps. 80 11
nostræ locutionis auxilium obsecramus illos, qui scripta nostra lecturi sunt, ut ad exemplum beati viri degere studeant. Opinor enim nobis eos ad scribendum opitulaturos, siquos noverimus ejus mores imitaturos: neque reor gesta Sanctorum, ad eorum laudes tantum esse descripta, quantum ad superstitum ædificationem animarum; quod dignosci potest Scriptura teste, quæ ait:

Imitanda gesta SS

Non satis est Domini præceptum volvere lingua.
Quapropter unusquisque vestrum operetur quod in E
Canticis Canticorum promittitis adimplere. In odore Cantic 1, 3
unguentorum tuorum curremus: virtutes quippe bonorum dicuntur unguenta vel aromata: sicut enim alicujus pigmentarii animus recreatur odore, sic odoramento virtutum refocillatur anima, nisi legentium obfuerit culpa. Et notandum, quia bonus odor prædicatorum vel ad salutem pertinet vel ad damnum; illo testante, cujus doctrina per totum orbem terrarum diffusa est; Christi bonus odor 2 Cor. 2, 15
sumus in omni loco, his qui salvi fiunt, et his qui pereunt. Vobis idcirco considerandum est, Fratres mei, ne potius ad interitum quam ad salutem fiat hujus Sancti vitæ narratio. Et quid ejus virtutis vobis odor valeat, non tantum actus, verum etiam nomen indicat: dicitur namque Bernardus, quasi Vera-nardus. Quid enim Nardus, nisi bonus odor? quid bonus odor, nisi bonam Sanctorum designat 1 Cant 11
opinionem? Unde legitur; Nardus mea dedit odorem suum. Hujus ergo Nardi suavitatem sectari conamini, ne fluat incassum sermo noster.

Quantumvis etymologiæ peritis, præsertim exteris, placere soleat istud ad Nardum, *herbam odoratam, affinitas nominis; tamen parum Germanicæ periti non dubitant, quin vere Teutonicum nomen sit, et inde ab illis potius explicandum, sicut et alia omnia in* Ardus, *vel* Hardus; *ab* Aart, *indoles, vel* Hart, *cor.* Bern *autem* F
triplicem habet significationem; cum enim verbum est, significat, ardeo, *cum substantivum,* filium, puerum; *cum adjectivum, a* Ber, *ursus,* Ursinum *notat. Hinc multiplex exurgit explicatio nominis, quod etiam per aspirationem scribatur, et quidem semper in hoc quo utimur codice.*

CAPUT I.

S. Bernardi virtutes, miracula.

Sanctus itaque Bernardus, nobili prosapia genitus, et probis a pueritia moribus pleniter institutus, in civitate quæ vocatur Augusta fuit Archidiaconatus officio præditus: ubi Christianorum populum a vitiorum sordibus cessare, virtutumque semina aggregare, nomen Domini prædicans admonebat. Nec solum in ea regione, sed circumquaque progrediens, Dominicas oves salutaribus monitis reficiebat; reminiscens illud quod Timotheo jubetur: Argue, obsecra, in omni patientia et doctrina. Cumque longe 2 Tim 4, 2
lateque semina divina jaciendo messem Dei multiplicaret, factum est ut in montana *a* Novariensis a
climatis deveniret, et ejus incolas Domini præceptis imbueret.

S. Bernardus Christum prædicat,

A imbueret. Cujus prædicationem ne quis forte contemptibilem redderet, secundum Paulum Apostolum, corpus suum castigabat, et in servitutem redigebat: nam jejuniis et vigiliis sese macerans, orationibus diu noctuque vacabat; quas non tantum pro suis, sed etiam aliorum delictis ad Deum fundebat: et ad hominis interioris salutem, exterioribus verberibus corpus nonnumquam afficiens. Christo sic se famulari cogebat. Cilicio juxta carnem contectus, cum posset indui pretiosissimis, vilibus utebatur ornamentis. Cibus ei aderat panis absque escarum delectatione, neque similagine confectus, sed qui asperior in provincia qua degebat reperiebatur. Potum sibi non uva præbebat, sed raro aqua, sæpissime vero succum absinthii vel ejusmodi herbarum bibebat. Verbis sic hilaris erat, ut severitatem non desereret; sic severus, ut hilaritatem retineret. Vigiliis et jejuniis insistebat constanter, et corpus suum affligebat; ut cum aliis prædicaret, ipse reprobus non efficeretur: quam nimirum prædicationem signorum patratione quotidie roborabat. De quibus ingredior pauca narrare, ne talentum mihi traditum, et posteris absconsum; causa sit interitus animæ meæ.

EX MSS. 2 Cor. 9, 27

pietate, austeritate vitæ, abstinentia clarus;

B

Xenodochium in Monte Jovis ædificat:

3 Legitur de viro sancto, constituto in sua devotione, qualiter ei S. Nicolaus apparens, peregrinus visus fuit, et eum sic affatus: Montem-Jovis ascendamus; hospitale componamus, summæ rupis in via. Cui vir Sanctus acquiescens, Montem-Jovis ascendit; domum caritatis ibi faciens: ubi data dantur gratis, nec inde quæruntur præmia. Ibi panis, vinum, ligna numquam crescunt, sed maligna sunt ibi contraria. Nix et algor, via dura, fumus, nubes et obscura, sunt ibi perennia. A Bernardo facta domo, illam adit quisquis homo habet necessaria. Illa domus semper patet, Procurator numquam latet, propinans cibaria. Quare merito hoc hospitale a summis Pontificibus, cum Apostolicis indulgentiis atque privilegiis, per orbem terrarum sublimiter est sublimatum.

b

mulieri sterili prolem promittit,

4 Rursum legitur de sancto viro, quod erat in prædicta regione mulier *b* quædam, quæ sine sobole diu vixerat cum viro suo. Hæc itaque cum cognovisset hominis Dei præsentiam, festinanter ad eum pergens, filiationis opem postulavit. Cui respondit: Non sum, inquiens, hujus meriti, Soror, nec quod petis a me efficere possim; verumtamen in Domino spera: cujus patrocinante clementia dabitur tibi filius. Quod, quamdiu vir sanctus in hac vita permansit, non est impletum; sed ejus corpore jam
C sepulto, venit ad tumulum femina, quod ipse spoponderat rogatura; et quasi tarditatem promissionis increpans, talibus ante sepulcrum verbis conquerebatur: O homo Dei, cur mihi pollicitus es, quod non obtineo? Cur me consolabaris, quæ in tristitia sedeo? Melius erat non polliceri: melius erat non consolari. Cui nil promittitur, nequaquam decipitur: cui non adhibetur consolatio, minor existit doloris confusio. Memorare, præterea tuæ promissionis; memorare, Pater, et consolationis. Exora, quæso, Deum; cui familiaris esse crederis. Recordare quod ad discipulos suos Dominus dixit: Amen dico vobis; quidquid orantes petitis, credite quia accipietis, et fiet vobis. Neque credo preces tuas apud Deum plus in vita vigoris habuisse, quam nunc, cum sis ei vicinior, et ipse tibi visibillior. Hæc dicens, et munera prout poterat faciens, rediit ad propria: et priusquam unius anni spatium compleretur, propagine filii lætificari promeruit. Qui, licet in infantia positus, per intercessoris sui vestigia se demonstravit iturum. Referunt enim, quod a carnis et ovorum lactisque *c* peculialis comestionibus ætatula tam molli abstineret, forma

Marc. 11, 14

c

D venustus, vultu severus, amplius coævulis suis vigens; animos cunctorum se visentium nimis hilares reddidit: talibus ergo documentis omnipotenti Deo, nec non petitori gratias agere videbatur suo. Quod factum nemo dubitat esse laudabile, cum celebratur in Samuele: postulatus enim est iste, postulatus et ille; unde Samuel; id est, Postulatus *d*, dictus est.

c

quæ eo mortuo filium suscipit, ab infantia sanctum.

d

5 Huic subdendum est et illud, quod per eum cuidam Dominus concedere voluit. Habebat namque mulier quædam filium parvulum, corpore luminis visu penitus cassum. Proficiscens igitur ad Presbyterum quemdam, nomine *e* Theodaldum, (non enim forte præsumebat accedere) rogavit ut opem filio suo peteret ab eo. At ille Sanctus, ut erat humilitatis ineffabilis, humiliter dixit ad eum: De talibus, inquit, me non intromitto; sed hoc ab eo deposcite, qui solus omnia potest. Hæc audiens mulier, quasi repulsa vehementior, filium suum jam dicto Sacerdoti tradidit, per eum Sancto repræsentandum. Quo viso, Dei famulus primo parumper demoratus, dehinc Omnipotentem precatus, homo non minimæ fidei, maximæ spei, super oculos ejus signum Crucis facere disposuit, et ad actum usque perduxit. Mox operante gratia Salvatoris, sicut idem Sacerdos *f* narravit; lumen accipere puer meruit. Magnificetur itaque Dominus, qui talia per servum suum largiri dignatus est. E

e

Cæco visum confert, signo Crucis,

f

6 Nec reticendum puto, quod in eadem provincia Deo cooperante per eum gestum est. In illis quippe locis *g* locustarum tanta redundabat immensitas, quod incessum iter agentibus vel penitus auferebat, vel plurimum impediebat, Quodque valde tremendum est, non solum peditibus id agere, sed insuper equitibus audebant. Horrebat enim cujusvis equus, nimio fremitu bestiolarum media via concurrentium, gressusque præripientium. Telluris quoque fœtus tam in vallibus quam in montibus omnes demolientes, locum illum pene desolatum sterilemque reddebant. Quod cum vir Dei comperisset, indigenis compatiens, sic ad illos exorsus est, dicens: Tempore sationis instante metiatur unusquisque sementem, cumulumque sextarii Deo studenter exhibebit: si quis enim hoc fecerit, procul dubio gaudebit ab hac peste se liberatum. Talibus auditis, hilares effecti sunt, per omnia jussa complentes; et non incassum: quia mox illa clades ita deleta est, ut nullum horum animalium, nisi sicut in ceteris locis, inibi cernere quis posset. F

g

locustas abigit, parte frumenti Deo oblata,

7 Nunc quoniam munificentiam lenitatis ejus ostendimus, ejusdem morum gravitatem dilucidare jam cupimus. Cum igitur S. Bernardus omnia vitia funditus extirpare satageret; præcipue tamen usuras accipere Scripturarum testimoniis intercidebat. Quibus verbis ceteris patentibus, unus avaritiæ laqueis irretitus, ausus fuit inobediens permanere. Sed eum Dei famulus piis alloquiis demulcens, tandem promittere coegit usuræ se in proximo renuntiaturum; non sponte tamen, ut rei monstravit eventus. Ipso namque die, quo pollicitus id fuerat, omnes debitores aggrediens, debitum cum usuris ab illis exigebat, ut tunc saltem fœnore ditaretur quo nondum satiatus fuerat, et quos ulterius se repetiturum dolebat. Si quis autem creditum reddere nequibat, quovis modo sua tollebat; hujus oves invadebat, illi boves violenter extorquebat, alterum vestibus expoliabat, alterius vasa captivabat; austerus erat debitoribus, nec minus flebat et validus. Tunc illi tristes amissione rerum suarum, ad Dei hominem profecti sunt: cui consternati, sunt flentes ista præfati: Opus habemus, Pater, tuo consilio, tuo nimis indigemus auxilio: pecoribus nostris privamur, rerum nostrarum rapinam patimur: lupus est

usurario fuse emendationem pollicenti,

A est rapax, qui nobis has miserias ingerit : nam si homo esset, homini vel ferus indulgeret : si quid in eo foret humanitatis, non haberet tantum crudelitatis. Creditor est is, quem sanctis monitis tuis, ut ab usura cessaret, vix prodtteri coegisti : sed numquam habebit fœnus odio, cujus non implebitur desiderio. Idcirco ne pereamus omnes, licet uni quod indesinenter amat exercere. Præstat enim ut ipse solus in perfidia maneat, quam plurimos Domino tibique devotos cupiditas illius opprimat. Subveni nunc nobis S. Bernarde ; concede mereri quod te postulamus, alioquin oportet nos vel morti subjici, aut servituti. Lamentis prædictis homo Dei motus, fœneratorem accersivit, eique dixit : Cur omnipotenti Deo, mihique servo suo imponere destinasti, serve diaboli? Amator enim pecuniæ servus est Mammonæ; Mammona vero dæmonis nomen est, illius qui secularibus lucris præest, et dominatur eorum qui diligunt mundum, de quibus unus es. Vade jam; quod animo sedet, instanter operare; adauge pecunias, ut de mundo nudus exeas. Esto nunc dives, ut in perpetuum mendicitati subjaceas. Adimpleatur in te Scriptura dicens, Qui in sordibus est sordescat adhuc. Pro certo tamen scias, te non solum spiritualiter mulctandum, verum etiam corporaliter injuriæ nostræ pœnas daturum. Et qui aliis misereri de divitiis inficiaris, pauper in proximo fies. Tunc viri Dei sermonem homo ille citissime verum probavit; maximam partem suæ facultatis igne devorante *h*. Patet his signis profecto, quantum sanctis prædicatoribus favere conveniat, dum blandiuntur; et eos metuere, dum mala nostra corrigunt : tum quippe blandiuntur, cum beneficia nobis largiuntur, sicut est auferre terræ siccitatem, vel ægrotis dare sanitatem; tunc autem corrigere videntur, cum nolentibus ad Deum converti, plagam aliquam inferunt.

bonorum omnium jacturam prædicit, quæ mox ei accidit : B

h

8 Interea dum S. Bernardus omnia Novarinæ parochiæ verbis et miraculis adornasset, exinde planitiem peragrans, castella, villas, vicosque sua prædicatione glorificans Papiam usque pervenit : in cujus partibus *i* Rex quidam Henricus milites omnibus modis ibidem adunabat, ut causa delendi Papæ Romam peteret excidio. Vocabatur hic Papa baptizantium impositione Hildebrandus, sed dignitatis officio Gregorius : ad cujus interitionem cum Rex supradictus tenderet, occurrit illi famulus Dei Bernardus : ejusque nefarium consilium cum dissuadere minime potuisset, inquit ad eum : Vadere quidem poteris; sed scias, te nil tuæ voluntatis acturum, et insuper plurium tuorum damna subiturum. Quod et factum est. Nam equis et equitibus plerisque morte retentis, cum paucis et eisdem ægrotis, ab urbis obsidione discessit.

infaustum impiæ expeditionis successum prædicit. C

ANNOTATA D. P.

a *Fuse de hisce montanis agit Carolus Episcopus, sæpe nominatus, lib.* 1 *suæ Novariæ.*

b *Viotus*; Nobilis matrona in Lombardia, Maria Guinguesia dicta.

c Peculialis, *id est*, pecorinus.

d 1 *Reg.* 1 Vocavitque nomen ejus Samuel, eo quod a Domino postulasset eum : *Hieronymus in libro de Nominibus Hebr.* Nomen ejus Deus, *vertit.*

e Theodulum *Viotus appellat, sed placet Lombardicum nomen præ Græco.*

f *Cave hinc opineris, etiam hanc Vitam non admodum diu scriptam post obitum Sancti. Id ita prius scriptum invenerit Auctor, ab altero pæne coævo.*

g *Idem miraculum in agro Novariensi factum, indicto triduano jejunio, narrat Carolus Episc.*

h *Addit Ferrarius, quod ex residuo* quantum potuit restituerit; in alterumque mutatus virum, miram pœnitentiam egerit. *Viotus huc videtur respexisse, ubi ait, quod* ultimus penicilli ductus, in quo Richardus Valdiserius hanc vivam Dei imaginem depingit, in multorum usurariorum conversione finitur; quæ mihi tam operosa videtur, *inquit*, ut non possit in quovis alio peccato difficilior esse. *Nihil tale in Vita legimus, sed solum hæc verba,* Avaros uberavit, *eaque non ultima istius periodi. Si habuit Viotus alterum Richardi scriptum de miraculis, recte facient ejus successores, ipsius exemplum ad nos dirigendo.* D Ex MSS.

i Henrici IV *adversus* Gregorium VII, *antea* Hildebrandum *dictum, expeditio incidit in annum* 1081 : *adeoque oportet ut* Bernardus *illum convenerit, per visum apparens diu post mortem : vel ut alterius Sancti prædictio, Henrico illi facta, nostro* Bernardo *fuerit applicata. Prius magis placet, neque explicationi huic contradicit Sequentia, dum hujus rei ultimo loco meminit; arguit autem Auctoris hujus ignorantiam simul et exiguam vetustatem, qui viventi potuit applicare rem, adeo diu post mortem gestam. Viotus, dum nititur tamen repugnantia declinare, fingit sibi Lombardiæ Regem* Henricum, *atque rem prorsus aliter narrat.* E Henricus, Lombardiæ Rex, novis tributis ac oneribus cives suos premebat. Eum ergo Bernardus adit, medicinam huic malo facturus, qualem morbus tam periculosus potuit a tali medico sperare. Rex, etsi ferocioris natura ingenii, ac mordicus conceptæ semel sententiæ tenax, multum tamen ei honoris exhibuit : auditisque Bernardi consiliis, exinde majorem longe publicæ utilitatis rationem quam prius habuit, præcisis omnibus avaritiæ inventis, unde subditi ejus causam habuere Deum laudandi. *Sed ejusmodi Rex nullus invenitur fuisse.*

CAPUT II.

Mors, sepultura, et utramque secuta miracula.

Dei vero servus Papiæ commoratus paululum, Novariam inde progressus expetiit; et credo Domino dispensante, profestum natalis B. Laurentii Sacerdotis et Martyris, ipso die quo advenit, celebrabatur; Domino dispensante diei; quia lætabundi fiebant homines de ventura Sancti *a* festivitate, gaudium illis agebatur tanti viri præsentia fruituris. Tunc Martyris antedicti monasterium adiens S. Bernardus, ibidem hospitio susceptus est. Sed jam gravius infirmitate, qua sancta ejus anima de carcere corporis erat exitura; paucis alloquens populum, stratum quo raro potitus fuerat, increbrescente dolore febrium, exquisivit. In quo sex hebdomadas et eo amplius faciens, quamquam debilis, cœlestia tamen monita proferre non desinebat. Ad eum namque veniebat hominum multitudo, rusticorum, castellanorum, civium, clericorum, seu laicorum : quos ipse blandis divinisque sermonibus consolans, e mœstis alacres, et ex alacribus alacriores bonum dimittebat. Qui tristis ad eum venit, gaudens abcessit : nulli unquam obfuit, omnibus profuit. Nam quid aliud ageret, qui declinans a malo semper quæ bona sunt faciebat; et ea sic operari studebat, ut inanis gloria non subverteret, quidquid ipse gereret? Nolebat ditari, renuebat honorari : quoniam prodesse satius æstimabat, quam præesse. Et quando nullius honoris ambitione fatigabatur, liquido staret, nec eum prosperis extolli, nec adversis dejici.

a *Æger omnes solatur :* F

10 Nec est prætereundum, quod dum esset in languore positus, unoquoque die, sicut mos est, peccata

A peccata sua Deo et hominibus confitebatur, juxta illud: Confitemini alterutrum peccata vestra et omnia in confessione lavantur. Nec oblivioni tradens, Dimittite et dimittetur vobis; si quis eum offenderat, misericorditer illi condonabat. Quotidie quoque Christi corpus et sanguinem percipiebat, observans illam Domini sententiam, qua dicit, Nisi, manducaveritis carnem filii hominis, et biberitis ejus sanguinem, non habebitis vitam æternam in vobis. Memorque quod ait idem Dominus noster, Qui perseveravit usque in finem, hic salvus erit; hæc et his plura quæ diximus indesinenter usque ad exitum animæ suæ custodivit, quæ corpus ut exivit, mox cœli regna petivit: idque patenter manifestant ejus acta, tam præcedentia, quam subsequentia. Cumque dum vivebat Sanctorum cœtus eum visitaret, ut afferebant sodales; nulli dubium, quin quorum consortio fruebatur in terris, eorum collegio copuletur in cœlis. Sed quia, sicut scriptum est, nec oculus vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis ascendit, quæ præparavit Dominus diligentibus se; de gaudiis et felicitatibus animæ taceamus, et ad ea narranda quæ sancto corpori contigerint, jam inde transeamus.

Ex ss.* — Joan. 9 — Epist. 1 — Luc. 6, 37 — Joan. 6, 54 — Matt. 24, 13 — *sancte moritur:* — 1 Cor. 2, 9

B 11 Igitur jam dicti cœnobii Patrum simulque Fratrum caterva, omni cum reverentia venerunt, et piis concentibus in Basilicam sanctissimum corpus asportaverunt: ad quod undique confluebat frequentia populorum, mœrentium quidem quod anima sua tam sancta talique colloquio carerent; sed nimis lactantium quod ejus socia membra tractare mererentur. O quanta gloria, quanta gloria, quanta lætitia, quantus honor est Christo famulantium! Nihil quippe mundani cupiunt, et omnium dominantur; sicut dicit Apostolus, Tamquam nihil habentes, et omnia possidentes, Mundi autem amatoribus, quia mundum diligunt, cœlumque despiciunt utraque negata sunt. Ecce isti sancto corpori (super cœlos anima constituta) magna nimis habebatur virorum ac mulierum devoti: neque minor donorum fiebat impensio. Inter cetera quidam civium *b* labellum sibi donavit, in quo sancta membra reconderentur. Sed quia fœnerator erat, et ejusmodi detestari solebat, adeo ut cum eis nec in cibo participaret; noluit ipsum Dominus in eo collocari; ne vel defunctus eorum opibus uteretur, quos vivus execratus fuerat. Ita factum est, ut oculis omnium vasculum illud displiceret, et incommodum omnes declinarent.

insigni pompa effertur: — 2 Cor. 6, 10 — *b fœneratoris donum aversatur, etiam mortuus.*

12 Hoc igitur abjecto, mox aliud quidam boni C moris homo multæque magnitudinis Miles, ingenti desiderio largitus est. Quod in lectica *c* positum, quamquam immensi ponderis esset; succurrentibus tamen beati viri meritis ita deductum est, ut nullus jam tantæ molis sentiret onus. Sed cum basilicæ propinquaret, qua venerabile corpus erat sepeliendum, de improviso, nullo sustentante, super unius alteriusque tibiam (heu!) lapsa est: qui diu sic intercepti stetere, donec subvenirent alii, propter oneris gravitatem, populari sermone dicentes: Dominus erigit elisos, Dominus solvit compeditos. Statimque surgentes cum ceteris, labellum trahere cœperunt incolumes. Omnibus jam rite paratis, beata membra, quamquam nimio *d* caumate solis tellus ureretur, tamen nil tabis emittentia, sed incorrupta, per triduum *e* feretro jacentia, debitis honoribus, ac dignis clangoribus, sepulcro tradita sunt. O virum per omnia Deo dignum! o vere beatum! o veri Dei famulum, veri Regis militem! Ad cujus tumulum venerat Clericorum psallentium chorus *f*, invariabilis puerorum cœtus; virorum grandis exercitus, senum non parvus conventus, mulierum tam virginum quam viris conjunctarum seu viduarum copiosa multitudo; divites, pauperes, nobiles, ignobiles; omnes pro se munera deferebant, vel aliud decoris impendebant. D Quod adhuc devote servatur; populis anniversarium ejus diem recolentibus decimo septimo Kalendas Junii.

Sarcophagi onus non sentiunt portantes: c — ps. 144, 14 — *d corpus tabis expers aliquamdiu: e* — *f*

13 Sepulto autem corpore, quid illic prodigiorum Domino donante patratum sit, in sequentibus referetur. Sacerdos quidem *g*, per annum unum mutus effectus, venit ad sancti hujus Confessoris corpus: ibique votum ex corde vovens, quod postea solvit, Missæ celebratione perfunctus, aptissime loquens remeavit.

g ad reliquias recuperata loquela,

14 Quidam etiam mancus, qui B. Laurentium, nec non et S. Bernardum, bis in visione viderat manum sibi restituisse, nocte Pentecostes super asinum sedens, atque secus atrium ecclesiæ Sanctorum ante dictorum solus pertransiens, ita forte precabatur: Utinam, Sancti Dei, nunc impetrare precibus merear, quod bis insomnis sum visus accepisse! Eadem hora, quasi quodam impetu depulsus asino, super invalidam manum graviter corruit, quæ nervis connexis confestim saluti reddita est.

usus manus,

15 Quidam puerulus triennis *h*, debilis, officiis pedum, manuum, oris, oculorum miserabiliter destitutus; omnium membrorum sospitatem, ibidem E consecutus est.

h membrorum omnium,

16 [Femina quædam *i*, cæcitate vastata, sepulcrum viri Dei adiens, tribus diebus ibidem morata quæ tamen lumine non est consolata, sed mœste revertebatur: cum vero duobus milliaribus progressa esset, quod flagitaverat adepta est. Quæ statim ad tumbam viri Dei repedavit, et omnipotenti Deo cum oblatione gratias egit. O Bernarde de Menthone, quia viriliter dimicasti, Deus te ad præmia vocavit. Tuis meritis mortui suscitantur, gravidæ parturiunt, steriles uberabunt, dæmoniaci, *k* caducantes, surdi, muti, lubrici, cæci, claudi, gutturnosi, febres, dentes, capita, viscera mala, stridores et dolores sanantur; ignes, fulgura; tempestates, minæ, mortalitates et dæmonia non nocebunt, fideliter tua suffragia quærentibus, præstante eo, qui in Trinitate perfecta vivit et regnat unus Deus, in secula benedictus. Amen.

i et visus. — *k Alia miracula.*

ANNOTATA D. P.

a 30 *Aprilis, ut jam dictum.*

b Labellum, *diminutivum a* Labro *seu vase lapideo, qualium in balneis usus erat;* et Lavellum *nunc passim Itali dicunt arcam sepulcralem. Videtur autem* labrum *contractum pronuntiari pro* Lavabrum, *a lavando.* F

c Lectica *hic usurpatur pro* ferretro *: quod oportet sane magnum concipere, ut plures admitteret succollantes, pro ratione molis gestandæ.*

d Cauma *ardor, æstus, velut ab inusitato* καύω, uro.

e *Imo per dies* 19, *siquidem obiit* 28 Maji, *et sepultus primum est* 15 Junii.

f *Legendum fortassis,* innumerabilis.

g *Viotus,* genere Cyprium *fuisse, ait.*

h Novariæ *id factum idem ait.*

i Camillam *nominatam idem scribit.*

k Caducantes, *id est, epileptici : hæc autem sumpta sunt ex Vita* 1 *num.* 13.

APPENDIX

Ex Gallico R. D. Rolandi Vioti et interpretatione Adami Schirmbeck S. J.

Quidam ex alto lapsus, ubi indormierat, præceps graviter lædebatur; inde ad Divi patrocinium confugiunt: qui miserum ita sibi ex integro constituit, qualis

A qualis ante lapsum fuit. Alius, majori incommodo affectus, ossa quoque confregit, etsi lapsus esset minus periculosus: qui tamen non ad aliud remedium festinavit, quam ut, pro recuperanda valetudine, familiares sui Divo supplices fierent, cujus beneficio convaluit. In Lombardia quidam, S. Bernardo perquam devotus, cum videret gravem tempestatem terris suis tanta strage incumbere, ut videretur haud multo post omnibus vastitatem illatura; nihil habuit virium aut consilii, quod temporis iniquitati objiceret: quare constituit clientelæ D. Bernardi se suaque committere. Res mira! Tempestas, totam viciniam depasta, Bernardi clientis possessionibus pepercit. Quidam fœnerator mentis excæcatæ, nescio quo stimulo impulsus, ad eius tumulum argenti libram suspendit: sed Sanctus, qui in familiariori olim congressu ejusmodi sanguisugas damnabat, neque post mortem voluit eorum seu potius aliorum sanguine nutriri. Itaque argentum procul semper a sepulcro rejectum inveniebatur; videbaturque non alium in finem affigi, quam ut denuo decideret. Tandem omnino fuit remotum: didiceruntque ceteri, Deo et Sanctis nihil ejusmodi offerre.

Salvantur duo ex alto lapsi;

sedatur tempestas:

oblatio ex fœnore rejicitur a sepulcro:

2 Infans quidam jam e misera hac vita ad B meliorem emigrarat: tum pro eo ad S. Bernardum preces sunt fusæ, materque mox filium e mortuo vivum in manus sumpsit, eam lætitiam, quæ in hoc articulo potest in matrem cadere: dum eum denuo recuperavit, quo nihil habuit in vivis carius. Proba matrona aurium usum ante amissum post preces obtinuit, ad S. Bernardum profusas. Senex item oculis in extrema ætate captus, meritis S. Bernardi iterum videre cœpit. Vir nobilis, ditionis Dominus cui a S. Agatha nomen est, comitiali morbo correptus, Divi sepulcrum adiit, ubi post peractas preces convaluit. Femina, misere articulari morbo manibus pedibusque excruciata, ejus ope manuum pedumque sanitatem consecuta est. Erat illud imprimis admiratione dignum et multis consolationi, quod, quamvis febri laborarent, ad S. Bernardi tamen sacram ædem in Monte-Jovis sitam ire sustinuerint: ubi votis ad Divum conceptis, pro pretio itineris laboriosi sanitatem retulere. Publicus quidam Notarius, vir dives, diu malo dentium laborabat; cui cum remedium adhibere nullum posset, magna inquietudine distinebatur. Ergo statuit, liberali stipe meritisque S. Bernardi valetudinem impetrare: oblatisque XXVIII ceræ libris, vicissim omni dolore levatur. Juvenis Ticinensis, male corrupti ac prorsus flagitiosi, subita mutatio, S. Bernardi patrocinio C facta, semper mihi e præcipuis ejus miraculis visa est. Ejus parentes quotidie de male morato filio totidem fastidia capiebant, quot sperebant gaudiis se cumulandos. Igitur, cum efficere apud juvenem nihil possent, ac præviderent eum pessum et ad exitium ire, quod non nisi pœnitudine possit redimi; ejus conversionem S. Bernardo commendarunt. Hic adeo animum ingeniumque degeneris filii immutavit; ut in hominem mitem, tractabilem, prudentem, modestum, et in negotiis gerendis circumspectum evaderet.

suscitatur mortuus,

curantur varii morbi,

corrigitur juvenis di scolus,

3 Splendor miraculorum, ab hoc Divo editorum, ita omnium, qui finitimas ditiones incolebant, oculos detinebat, ut visus sit Deus in hac vicinia eum hoc fine nutriisse; ut eorum negotia et publicas necessitates, singulari ope gratiaque, quam in cœlo sua sanctitate fuit apud Deum promeritus, juvaret. Urbs Ticinensis immani peste exhauriebatur: neque aliquod infortunii genus, jactura et calamitas fingi potuit, in hujusmodi Dei castigantis flagellis obvenire solita; quæ non dici posset Ticinenses cives divexare. Postquam autem hi voto ad S. Bernardum facto munus addiderunt, illico malorum finis insecutus est. Vercellis erat vir pius ac religiosus, aliquamdiu gravi capitis dolore excruciatus: qui ope D Divi implorata, convaluit. Eamdem gratiam S. Bernardus cuidam Abbati ad S. Andreæ Vercellis præstitit, qui tam diversis ac frequentibus morbis invadebatur ut numquam lectum desereret, quin confestim repeteret: quod incommodum muneris sui rationem ei perdifficilem reddebat, totum sibi vindicantis: cui tamen ut vacaret, ut maxime vellet, nullas potuit a morbis inducias impetrare. Inde causam habuit sanitatem a Divo postulandi, quam ad aliorum potius quam suum commodum uteretur. Ac preces fuere tam felices, ut a Sancto, quod voluit, emendicaret. Par necessitas Taurinensem Archidiaconum a templi accessu arcebat, colica laborantem; hinc ad eum se vertit, qui tam feliciter omnis generis morbos curaret; et mox sanitate donatus est, qua suæ simul pietati ac muneri vacaret. Suburbium Biellense flamma corripuerat, sensim domos depascens: fuitque tam præsens discrimen, ut omnium sententia paulo post civitas tota crederetur in cineres redigenda. Hi quoque, post aquam, ultimum remedium a Divo petierunt; qui quam primum flammæ et lacrymarum omnium cursum stitit. Vineas E illius monasterii, in quo sacrum ejus corpus asservaretur, gravis tempestas pessime afflixit; ut crederetur, actum de vindemia esse. Ubi autem ad ejus Reliquias se verterunt, præsentem opem senserunt: nam postridie mane, omnia esse salva, compertum est. Undarum eluvies tanto impetu e proximorum montium altissimis jugis præcipitabat, in Chamfernam villam effusa, ut omnia viderentur funditus evertenda. Fui igitur ad S. Bernardum, ceu alterum Moysen, accursum: qui tam potenter undis imperavit, ut ei obsecutæ, locis incolis plus emolumenti ad agros et sata attulerint, quam metus crearint.

pestis aufertur.

EX GAL.

incendium, tempestas, inundatio, reprimuntur:

4 Si nunc velim hic ordine percensere energumenorum syllabum, qui libertati sunt potentia illa restituti, quam servo suo Deus tradidit; eorum otio abutemur, qui volent S. Bernardi miracula perlegere, Sufficiat dicere, dæmones ad ejus tumbam cohorruisse, et actos in rabiem fuisse: malo suo doctos, se in S. Bernardi meritis novum ac crudelius supplicium experiri, quam sit illud, cui ob suam rebellionem sunt addicti, malueruntque capta possessione excedere, quam diutius retinere; dum cogerentur, immane tor- F mentum perferre. Quodque majorem mihi admirationem fecit; videmus, nostri ac præcedentis seculi prodigia esse primis memorabiliora: velut in quavis re adultior ætas, plus vigoris juventute ac primis initiis haberet. Atque hinc est, quod miraculum anno MDLIX patratum, et trium fide dignorum testium, Humberti Aurillonii, Decuriani aliter dicti; Mauritii Aurillonii, et Mauritii Mottierii, illinc, ubi quæ dicemus gesta sunt, oriundorum assensu comprobatum, videatur aliis omnibus esse luculentius. Quidam Aurillonius nomine, e villa Court dicta Parochiæ Tonosanæ, pridie S. Bernardi desectum fœnum cogitabat ipso festo die domum vehere; etsi pagus ille hunc diem feriatum haberet. Sed vicini tam improbum facinus minime ferendum censuerunt: quare illum admonent, ei sufficiat modo, quod in cumulum congessisset, non sine reverentiæ pietatisque S. Bernardo debitæ neglectu: cum præsertim serenum tempus diutius videretur persiturum, eique spem faceret, commode postridie id opus conficiendi. Verum miser adeo id fixum habebat, ut statuerit omnia perdere, ut fœnum suum tecto inferret. Eoque fuit amentiæ provectus, ut diceret, quidquid S. Bernardus adversus se maleficii moliretur, se tamen idcirco non omissurum,

pelluntur dæmones.

An. 1550 punitur festum violans

A rum, quod facere decrevisset. Rem miram! Fœnum vix in prædio fuit accumulatum; cum tempestas pluvia, grandine permixta, supervenit, magnaque vi in fœnile coloni grassatur; fœnum et pecus omne absumit, et quidquid potuit in partem hujus sacrilegii venire: quin signa divinæ justitiæ in terra reliquit, quæ possessionum ejus fundo erat attributa, perpetua in eam sterilitate inducta.

EX CAL.

An 1617 restinguitur incendium,

5 Sensim ad nostra tempora devolvimur; quæ efficiant, ut oculos tanto magis in sancti viri gloriam intentiores ac in eum pii simus, quanto magis decet nos ea beneficia gratis animis agnoscere, quorum nos quoque participes reddimur. Anno MDCXVII mense Februarii horrendum incendium oppido Montey Vallesiæ ditionis exarsit, tantaque celeritate domos corripuit, ut brevi spatio omnes essent exurendæ. Multi probe callebant, neminem posse flammas D. Bernardo tempestivius domare. Illi ergo pollicentur, voto se ipsi fore obnoxios, quod essent confestim persoluturi, cum primum desineret flamma grassari. Mox ventus, civium precibus et D. Bernardi imperio morem gerens, flammam ab oppido avertit: quodque in tanto miraculo amplius fuit admirandum,
B ignis ædem illam intactam præteriit, in quam collatitiam stipem, D. Bernardo per votum promissam intulerant, etsi inter ardentes domos mediam. Post hæc omnes promissa præstiterunt, et pro publico animi grati monumento in Xenodochii ac Monasterii S. Bernardi-majoris acta retulerunt. Ignis oppidi cujusdam in eadem ditione ultra Martignium ædes omnes occupaverat anno MDCXIV, IV Maji, neque pro stragis monumento aliud quam stantes aliquot murorum tractus reliquerat; inde in villas supra oppidum sitas incidit. Tunc femina quædam, conspicata flammam suo jam horreo imminere, votum Divo edit, ac simul persolvit: quo facto ignis nihil ultra desævit. In S. Bernardi commentariis ac documentis anno MDCXIX exhibitis reperi, ignem a modicis initiis in silva oppidi S. Petri in Monte-Jovis sensim ulterius serpentem, tandem in pomarium, lectissimis arboribus consitum, illapsum fuisse. Ea vastatio loci incolas graviter effecit, maxime quod sentirent, quoque malo illo tangi, ob amorem, quo in horti illius herum, variis beneficiis de se bene meritum, ferebantur. Igitur communi voto decernunt, supplices ad templum, in Monte-Jovis positum, se ituros. Statim exinde in se flamma resedit, ac spargere incendium
C desiit. Anno MDCXX, ignis tribus in locis domum Caspari Jeu Friburgensis civis invaserat: qui ubi vovit, se peregre ad Montem Jovis profecturum, sine mora flamma nemine sopiente extincta est: quemadmodum videre est in tabella, in templo hospitali S. Bernardi affixa, pro grati animi reique gestæ ac publice approbatæ testificatione.

item 1614,

et 1619,

ac 1620

6 Prope aliud agentes ad annos nobis vicinos venimus; quibus non minus liberalem se suis Deus per preces S. Bernardi exhibuit, quam præteritis. Dicimus igitur, in parœcia Belfagensi apud Helvetios, nimia terræ siccitate, qua loci incolæ laborabant, eos fuisse compulsos S. Bernardum solicitare: quod fecere, precesque voto clausere, quo se obstrinxerunt, certam frumenti mensuram cuidam religioso Ordini se submissuros. Neque diu pluvia abfuit, quæ densissima incolarum terras recreavit; ut post breve temporis intervallum sata magnam spem copiosæ segetis facerent. Id vero dolendum est, quod quemadmodum commodi nostri causa Dei opem prensamus; ita cum, postulatis potiti fuimus, tam facile ac sponte officii obliviscamur quo nos ipsos in rebus adversis obstrinximus, ut Deum ad ferendam nobis opem alliceremus. Itaque contigit, ut cives, qui votum et cautionem conceperant, fidem ac pro- missa fallerent: unde pluvia iterum stetit; veluti eo D
usque tantummodo e cœlo delapsa prius fuisset, dum miseros ad servandam fidem invitaret. Ergo magna diligentia debitaque liberalitate votum expediunt; quo confecto, iterum pluere cœpit, ceu numquam ante Deum compulissent sensum suum testari; quo ingrati animi labem, suæ liberalitati tam adversantem, exprobrabat. Quando autem S. Bernardus gloriam suam exteris regionibus manifestam fecit; non est dubitandum, eum longe fuisse adversus eos liberaliorem, qui locum inhabitarunt, a se in vivis tot miraculis illustratum. Totus Clerus Augustanus apud Salassios etiamnum gloriatur, in suo cœtu tantæ sanctitatis virum se habuisse: qualem esse, tot miraculis discunt, tum promiscue omnium gratia factis, tum quæ suis etiam Collegis destinarat: sed illud in primis miraculum celebrant, quod anno MDCXVI accidit. S. Bernardus, pro monumento suæ potestatis, annulum singulis tam Canonicis quam aliis ministris dederat; ut erat perpetua consuetudine per succedentium manus in monasterio et xenodochio Montis Jovis observatum. Evenit postea, ut is ipse annulus amitteretur, quo E
S. Bernardus uti consuevit, quem illi, ut rem sacram, asservabant: neque ulla industria suffecit, quæcumque ad annulum recuperandum, et explenda quorumdam inveniendi desideria, adhiberetur. Tum alicui venit in mentem, consultum fore, si cista, quæ in sacrario asservabatur chartis oppleta, aperiretur, numquam, quod ullus e præsentibus poterat meminisse, ipsis vivis reserata. Quod consilium etsi ridiculum videretur, nihilominus cogitare pronum erat (postquam ad eam rem nihil fuisset prætermissum, quod ratio et humana prudentia poterat suadere) Deum prodigioso eventu velle suis desideriis obsecundare. Arca ergo patefit, chartæque situ et vetustate laceræ eximuntur: tandem in medio loculus reperitur argenteis filis contextus, recenti adhuc elegantia visendus. Eo diducto annulum S. Bernardi reperiunt, pulchrum, nitidum, ac splendentem, velut jam primum ab ejus digito fuisset abstractus.

Pluvia impetratur

An. 1616 amissus annulus reperitur,

7 Non omittam hic adscribere quædam memoratu digna, quæ quidam, cognomento Petrus Valetus Parochus Vacharellis et Vagieti, ejusque antecessor, scriptis consignarunt; licet non tam sint recentia, neque temporum serie cum prioribus cohæreant. Non hic faciam mentionem de testificatione testiumque asseveratione, quæ quovis tempore potest in autographo videri. Circa annum MDCXVI Claudius F
Tupinus, opificio sutor, aliquando Curionem suum invisit; eique inscio parvam S. Bernardi imaginem, ligno incisam, cum face abstulit; et, ut erat solutus ac male moratus, eam ludibrio habuit. Hinc urbem obambulans, omnes obvios per ludum cogebat iconem osculari: reliquum dein diem in re tam seria scurrilibus jocis et cavillis traduxit. Tandem sub medium noctis domum se recepit: ac illico in toto ejus corpore ignita ulcera nucis magnitudine intumuerunt. Tum vero miser vociferari ac ejulare, ita quidem, ut mox vicini exciti ad ejus domum contenderent. Neque omittunt Parochum accersere; qui omnem conatum adhibuit, quo ad rectam de rebus divinis opinionem, verumque de noxis dolorem hunc atheum excitaret. Tandem errorem agnovit; riteque a peccatis absolutus, promisit, se per omnem vitam diem, S. Bernardi festum antecedentem, jejunium exacturum. In hunc modum, antequam dies illucesceret, integre sibi fuit restitutus. Nescio, num hæc animadversio, an vero necessitas, quæ Hubenates incolas exercebat, docuerit, S. Bernardo magis esse devotos, quam eo usque fuere. Horum pecus omne, in loci illius Alpibus custoditum, variis morbis aliquot annis, ingenti inquilinorum damno, vexabatur

et sacrilegus fur punitur:

pecudum morbus levatur,

A vexabatur. Quibus Curio parvam S. Bernardi iconculam, quam secum habebat, commonstravit; eos hortatus, si vellent eam pestem ab armentis amoliri, cum Reverendissimo Francisco Salesio Genevensium Episcopo agerent, ut ipsis liceret in eo jugo ad Dei Matris ac S. Bernardi honorem sacellum condere, ubi tertia quavis mensis cujuslibet Dominica res divina fieret (quæ consuetudo in hunc usque diem perseverat) quod cum egissent, malum omne disparuit. Cum in pago Esgletensi decem domibus esset flamma infesta, ac proxime Curionis, qui hujus miraculi fidem fecit, patris ædes adoritura crederetur; ille adversus ignem in genua provolutus, ipse cum duobus vicinis Deo et S. Bernardo suas ædes committit, ut ab igne intactæ manerent. Neque nocere ignis ausus est, in alias domos grassatus, quæ hoc sigillo ac præsidio Divi caruere.

Incendium restinguitur.

Utriusque montis situs et asperitas,

8 Xenodochium porro et monasterium in Monte Jovis, quod Bernardus-magnus appellatur, in monte totius Europæ altissimo, frigidissimo, asperrimoque situm est. Versus meridiem vallem urbis Augustæ spectat, in Septemtrione Penninam regionem, in Ortu Lombardiam sive Cisalpinam Galliam, in Occasu
B editos glacieque rigentes Faussignianos montes prospicit. Locus est prope perpetuo frigore, non æstate minus quam hieme algens, numquam nivium expers; cetera iniquæ tempestati, caligini, turbinibus, glomis nivium, aliisque malis cum magnis periculis obnoxius. Supra montem, partem dimidiam Xenodochium; alteram lacus, glacie ut plurimum concretus, occupat. Via, ab uno pede montis ad alterum, duodecim leucarum est; utrimque sunt senæ a loco, qui S. Branchier dicitur in ditione Pennina, usque ad Augustam civitatem: de his duodecim leucis quinque sunt, ternæ cis, duæ ultra, prorsus asperrimæ, neminique unquam extra dictum Xenodochium habitatæ: neque enim ibi terra, nec silvæ, nec pascua sunt, sed nuda et sterilis rupes. Xenodochium in Columna-Jovis, quod minor-Bernardus vocatur, in eodem montis jugo situm est, sed procul Bernardo-majori remotum; penitusque summitati Grajarum Alpium inædificatum: inde via ab Augustana valle Tarentasiam ducit quæ altitudine, asperitate incultoque horrore vix alteri cedit. Nihilominus ob domos hospitales uterque locus frequentatur plurimum, utpote regia via hinc e Gallia, inde e Germania in Lombardiam contendentibus. His hospitiis omnes viatores recipiuntur, undecumque
C veniant, pauperes æque ac divites, quantaque fieri potest caritate habentur, prout cujusque conditio postulat. Tres dies, imo, si necessitas requirat, plures retinentur: ut tamen nemini fas sit a quoquam pretium exigere aut compensationem, nisi graviter velit puniri; multo minus ab ipsis causas et consilia suscepti itineris explorare. Ægri quoque, ut decet, omnibus obsequiis juvantur.

structorumque ibi hospitalium opportunitas:

9 Ejus loci Religiosi diligentem operam adhibent, ut peregrinis auxilia vecturæque aut jumenta non desint, ut a periculis eximantur, aut, si qui sunt mortui, sepulturæ mandentur. Hinc quotidie binos e suo cœtu destinant, qui hinc atque inde montem obeunt, pane, vino, et igniario silice, fomento, aliisque rebus ad commeantium commoda necessariis instructi. Interim alii domi re divina sunt occupati: neque unquam Sacra, tam submissa voce quam cantu peragi solita, neque Matutinæ, aliarumque Horarum preces desiderantur: quæ quotidie magna pietate, imprimis pro domus tutore aliisque bene de illa meritis, decantantur. Sumptus porro ad alendos hospites sunt incredibiles: tanta nihilominus cura et studio illis prospicitur, ut transeuntibus nihil, si non ad delicias, certe ad vitam sustentandam desit, etsi omnia magnis impensis fiant. Et quoniam nihil ibi crescit, oportet omnia magno labore ac ære aliunde inferre; D
ipsum adeo lignum totius diei itinere, per juga præcipitus horrida, idque per tres dumtaxat anni menses, advehere. In quemvis annum pro potu septingenta vini plaustra comparanda sunt. Opsonium majorem partem e salsa carne constat: etsi singulis triduis recens caro afferatur. Cibi vero jejunio competentes, pro modo necessarii usus, aliunde apportantur. Quare cum sensus annuus, ad tolerandos tam immodicos sumptus, non sufficiat; coguntur alienam stipem et auxilia implorare. In quem finem quidam ejus loci Religiosi constituuntur, qui subsidia colligant, donaque e vicinis provinciis, tam Catholicis quam aliis, submissa acceptent. Ceterum nulla fidei aut sectæ habita ratione, promiscue omnibus patet accessus ac hospitalis caritas, quæ omnes humaniter excipit; ob necessarium per ea loca transitum maximaque auxilia, quæ omnis generis nationibus, Gallis, Hispanis, Germanis, Helvetiis, aliisque præbentur; quos necessitas cogit isthac commeare. Dicta autem Xenodochia sub Serenissimorum Sabaudiæ Ducum tutela quiescunt; qui quotannis in hunc locum magnam munificentiam exercent. Huc symbolam suam Penninæ quoque Regionis Primores, quos Dizenos E
vocant, conferunt, quorum ditio majori Xenodochio est confinis.

eorum disciplina,

EX GAL. et ad finem intentum collata subsidia.

10 Singularis autem ac memorabilis divinæ bonitatis favor est, neminem aut peste in dictis Hospitiis extinctum, aut aliunde illam Xenodochio intulisse. Omnipotentis donum est, neminem fuisse illa contagione afflatum. Res est etiam admiratione digna; quamvis neque noctu neque interdiu eædem domus advenis ac hospitibus vacent; nullum tamen Religiosorum præcipitio aut nivium lapsu abreptum fuisse; licet multi alii ibidem fuissent sepulti? Deinde observatum est, neque dominos neque ministros fideles unquam malum finem cepisse, aut fortunis exutos, aut fidem creditoribus fefellisse; cum contra ii qui male rem administrarunt, vindicem Dei manum senserint, sua sacrilegia punientis. Adhæc nemo furto, fraude, malisque artibus aliquid sibi vindicavit, qui detectus, meritoque piaculo castigatus non fuisset. Perpetua quoque divinæ bonitatis in has domos influxio est, quod tot Summi Pontifices ac Principes eis faverint, ac in tutelam suam receperint. Honorius IV dictas hospitales ædes, omniaque illarum bona et dominia, in S. Petri sanctæque Sedis fidem accepit, magnisque immu- F
nitatibus ornavit: ut apparet e Bulla Nicolai Pontificis, qui eas denuo confirmavit: quod et alii, ut Joannes XXII, Martinus V, et Joannes XXIII, Eugenius IV, Pius, etc. fecerunt. Joannes XXIII ab omnium Archiepiscoporum, Episcoporum, aliorumque potestate, visitatione, correctione, subjectione ac imperio, sive sint judices ordinarii, delegati aut sub delegati, exemit Præpositos, Religiosos, templa, domos, et membra dictorum Xenodochiorum, cum incolis præsentibus et futuris, eorum possessiones, villas, arces, ecclesias, sive curam animarum haberent, sive vacua curis essent: uti clare in Bullis patet. Eadem privilegia, quoad jurisdictionem temporalem, fuere ipsis a Ludovico Sabaudiæ Duce concessa, Præpositis ac Religiosis ita supplici libello postulantibus. Quæ omnia in eum finem facta sunt, ut liberius possent Dei obsequio vacare, commodiusque transeuntibus opem ferre. Amadeus Sabaudiæ Dux et Maria illius conjunx eadem xenodochia et monasteria tutela sua maximisque beneficiis dignati sunt. Postremo in Rocherfortensi arce manu exaratum volumen repertum est, quo ordo et dictarum domorum restauratio continetur, Eugenii IV jussu facta anno MCCCCXXXVII, ubi regulæ et statuta tam præclara et tam apte conscripta, ut nihil

Miraculosæ quædam prærogativæ utriusque loci.

Pontificum privilegia.

Restauratio facta an. 1437

EX GAL.

A nihil melius excogitari queat : quin et Joannis Cardinalis tituli S. Petri ad Vincula, sigillo, ex utraque cerei parte, involucro, juxta formam authenticam, sunt inserta ; cum et ut [illegible] 13 nomen [illegible] continentur. Verum ante omnia hunc loco permittam, sanctitatis Auctoris [illegible], quæ opus illud consecravit : cujus memoria semper est in benedictione, et gloria cum Domino [illegible] comparata.

Incertus ordo Præpositorum,

11 *Sequitur in [illegible]* Syllabus Præpositorum, qui utrique Domui præfuerunt : *sed tales cum nulli nominentur ante* Petrum, *anno* MCXX *Præpositum ; et deinde, [illegible] nominantur [illegible], [illegible] Domus [illegible] habuisse [illegible], quorum nomina latent. Horum autem primo [illegible] S. Bernardum, [illegible] Archidiaconatus [illegible] Richardum, [illegible] successores, Archidiaconos Augustanos [illegible] contentos, [illegible] Dominorum [illegible] noluisse, ut [illegible] Regularium [illegible] ipsi non admitterent [illegible]. Post* Petrum *[illegible]*, Talius, *anno* MCXI ; Martinus, *anno [illegible]* MCCIII ; *annum enim* 1232, *[illegible] Præpositi [illegible] per [illegible] affinem [illegible]* B

fram 5 pro 3 [illegible]. Nisi malis assumere litteram 8 pro 3, ut minus necessarium sit admittere hiatum aliquem usque ad Honorii IV *tempora, qui primus in Apostolicæ Sedis [illegible] (ut sic loquar) [illegible] nomen [illegible]. Prima conjectura facit, quod inter 3 et 5 major, quam inter 3 et 8 affinitas sit, [illegible] nomine [illegible]* Martinus. *[illegible] ergo [illegible] in [illegible], qui post* Martinum, *nomine et [illegible] sine [illegible] aliqua ; et sunt,* Joannes Digny, MCCXX, Guilhelmus Thoraze, MCCXXIV ; Guilhelmus Pisy, MCCCL ; Joannes Vignier, MCCCLX ; Rudolphus de Belle, MCCCLXII. *His succedens* Amatus [illegible], Patriarcha Hierosolymitanus, partem Coronæ spineæ Christi D. N. attulit, quæ in Xenodochio et monasterio S. Bernardi-majoris servatur, *anno* MCCCXCI. *Ex tunc porro numerantur [illegible], de quibus nihil memoria* **dignum narratur, usque ad ipsius Vioti decessorem,** Andream Tillier, *qui ab anno* MDXLV *usque ad* MDCXI *præsedit, laudatur, quia conatus est,* reditus, iniquitate temporum hinc inde [illegible], conquirere : constituit etiam ut Officium divinum sine intermissione [illegible], atque ob caritatem viatoribus debitam, [illegible] exacte curata, æternam sibi laudem peperit. E

D

usque ad an. 13.. quando videtur facta unio domorum

DE BEATO ISFRIDO

RACEBURGENSI IN WANDALIA EPISCOPO

ORDINIS PRÆMONSTRATENSIS

C. II.

Miracula ex Krantzio, cultus et memoria in Ordine.

circa MCLIX

Ab Isfrido, B. Evermodi successore sancti, ait Krantzius.

Raceburgum, *urbs Episcopalis in hodierno Megalopolitano Ducatu, per omnes [illegible] quinquaginta habuit suos Episcopos ex Ordine Præmonstratensi, et [illegible] Ordine in [illegible] Canonicos. Horum primus fuit* B. Evermodus, *S. Norberti discipulus, qui neminem habuit* Aristonem *decessorem. Dicti B. Evermodi Acta illustravimus ad diem* XVII *Februarii, [illegible] Sede Raceburgensi est [illegible] S. [illegible] B. [illegible]* B. Isfridus, *[illegible] Albertus Krantzius lib. 6 Metropolis* C *cap. 40 ista scribit.*

aquam in vinum versam.

2 Raceburgensis Ecclesiæ, post Evermodum, vir æque optimus Isfridus præficitur Episcopus, qui tanta fulsit sanctitate, ut miracula nonnulla faceret invitus. Jussit sacra die Parasceves, ut minister aquam ei inferret in potum. Paravit ille, et aquam afferebat. Gustavit Pontifex, et reperit vinum. Torvo vultu versus in ministrum, Num, inquit, jussi ut aquam afferres, non vinum? Territus ille, quam sancte affirmavit aquam se attulisse de fonte. Jussit iterum haurire : at vinum erat. Tertio iterum res iteratur, et idem provenit. Tum resolutus in lacrymas, oculos in cælum extulit : Quando, inquit, tua voluntate, mirifice Creator, creatura mutatur, cedo quod jubes : ecce in die passionis filii tui sumo quod præstas. Monstrant hodie fontem juxta domum thesaurariæ in Raceburg, unde hausta aqua. Hoc quoque fertur de illo, quod quodam tempore, cum circuiret cœmeterium cum Processione, vidit cæcum quemdam sedentem secus viam et mendicantem : quem aspergens aqua benedicta, versiculum illum dixit Propheticum : Dominus solvit compeditos, Dominus illuminat cæcos ; et statim cæcus est illuminatus, et visum recepit. Horum duorum Pontificum Evermodi et Isfridi Reliquiæ, in choro, in quadam capsa ad Austrum, quæ ad hoc est ordinata, conservantur. Sunt adscripti versus Isfrido.

cæcum illuminatum

Ps. 145, 8

Reliquias expositas

Huic thetis incaluit in vinum versa ; cæcatus
Est illustratus ; talibus effloruit
Laudibus insignis Isfridus, annumerandus
Catalogo sanctis Cœlitibus jugiter.

Wandalos conversos.

Fuit quoque huic Sancto perpetuus labor in vinea Domini, dum Wandalis suis prædicaret, necdum bene firmatis in fide. Nam gladius temporalis magis, quam ulla res eam gentem duræ cervicis in fide continebat. Profuit induratis cordibus habere magni meriti Pontifices, qui precibus apud Deum impetrarent, januam cordis ad lumen fidei reserari. *Hactenus Krantzius.* F

Memoria ejusdem 1 Julii

3 *Gabriel Bucelinus, part. 1 Germaniæ sacræ pag. 54, exhibet Catalogum Episcoporum Raceburgensium, quorum tertium* Isfridum *cum Krantzio honorat titulo* Sancti. *[illegible]* *Officium, et in Ordine Præmonstratensi præscribitur Officium* Isfridi *ad* Kalendas Julii. *Verum alii referunt ad* XVII Kalendas Julii, *sive tunc* XV *Junii, quando Joannes Chrysostomus Vander Sterre, in Natalibus Sanctorum Ordinis Præmonstratensis, hoc eum encomio exornat :* Raseburgi natalis B. P. Isfridi, ejusdem urbis Episcopi et Confessoris, Ordinis Præmonstratensis : qui B. Evermodi in Episcopatu successor, ut ejusdem fuit candidi instituti professor, sic nec virtutibus nec miraculis inferior : plurimumque in Wandalis ad religionem Christianam convertendis, exemplo sui prædecessoris, adlaboravit. *Joannes le Paige, lib. 1 Bibliothecæ Præmonstratensis, enumerat Sanctos et Beatos Ordinis Præmonstratensis, et pag.* 347 *ista scribit :* S. Isfridus, ex Præposito cœnobii de Jericow, datus est Raseburgensis

alias 15 Junii.

A burgensis apud Wandalos Episcopus, numero tertius. *Petrus de Waceneme alterum citans ista addit :* In Domino obdormivit octogenarius, XV Junii circa annum MCCV. *Merianus in Topographia Saxoniæ inferioris, pag.* 197 *et sequentibus, describit urbem Raceburgensem ; et* Isfridum Episcopum, ob miranda opera sua illustrem, anno MCCIV *ait vita functum.* *Aubertus Miræus eumdem celebrat in Chronico Præmonstratensi pag.* 146 ; *et in Catalogo de Viris sanctitatis opinione illustribus ex eodem Ordine, sub annum* MCCXIII *excuso, ipsum etiam* Beati *titulo honorat.* D

Tempus mortis

4 *Hunc varii Abbates ejusdem Præmonstratensis Ordinis, in hac nostra Brabantia, nomen* Isfridi *suis in Professione imponunt, et gloriantur Postulanti inter ipsos Canonici in Campinia, esse apud se* altare, a B. Isfrido Episcopo consecratum. *Andreas Saussayus eumdem in corona Sanctorum Candidorum, qui proprios natales non habent, et pro tertia vult eum* ad XVII Februarii *referri, ac F. Evermodo conjungi, uti et in Indice Topographico monet* [illegible].

AUCTORE G. H.

Memoria in Brabantia.

DE B. PETRO COMPATRE

ORDINIS MINORUM OVETI IN HISPANIA

G. H.

Sylloge de Vita, sepultura, translationibus, cultu, et anno mortis.

ANNO MCCXVI

Ovetum, *urbs regni Legionensis apud Hispanos, et Asturiæ, aliis Ovetensis dicta, Caput est, imo et Sedes olim Regia, ex quo Christianos a Mauris pulsos colligens Pelagius regnum instituit, unde Legionense exortum. Hujus civitatis cives* [illegible] *Sanctos,* [illegible] *in veneratione habent* B. Petrum Compatrem ; *de quo Joannes Tamayus Salazar in Martyrologio Hispanico ad hunc* XV *Junii ista habet :* Apud Ovetum depositio S. Petri, cognomento Compatris, qui a Seraphico Patre Francisco ad Astures Transmontanos destinatus, ut Minorum Ordinem ampliaret, Oveti sistens, ibidem sanctitatis titulo conclamatus, obdormivit in Domino. *Et in Notis,* Apud cives, *inquit,* Ovetenses cultus honorificus annuatim, et quotidiana devotio perseverat : qua et ejus sacrum sarcophagum pietatis continuis votis accedens, illustria a Numine beneficia consequitur, sancti viri interventione suffulta. *Deinde, post varia interposita, et antiquioribus rerum proferenda, ista addit :* Non me latet, Ribaderses cives in diœcesi Mindoniensi Hispaniæ, contendere, integrum B. Petri Compatris corpus apud se retinere, prout ex epistola Domini Bartholomæi Velapti et Vela, Canonici et Scholastici Mindoniensis, agnovimus. Sed quo jure hoc asseverent, nondum didici ; fides stet apud illos. Nam apud Ovetenses juris præsumptio est, eo quod primus apud Ovetum... ab anno MCCXV monasterium extruxit.

B

Nomen in Martyrol Hispan

cultus,

miracula.

Corpus non Ribadei,

sed Oveti,

2 *Franciscus Gonzaga, tertia parte de Origine Seraphicæ religionis, in Provincia S. Jacobi Conventu* 3 *pag.* 737, *agens* de Conventu S. Francisci Oveti, *ista scribit :* Sacra hæc ades, beatissimo Patri Francisco dicata, atque aliquantulum a muris civitatis Ovetensis Principatus Asturiensis, erecta a quodam socio Seraphici Patris, nomine Fratre Petro Compatre, circa annum Dominicæ Incarnationis millesimum ducentesimum decimum quartum ædificata fuit.... Juxta portam vero ecclesiæ a parte interiori humanus diu jacuit præfatus Pater Petrus Compater : qui ab omnibus ejus patriæ accolis, ut Sanctus Deoque carus habetur : quique diem clausit extremum anno a Christi nativitate millesimo ducentesimo decimo sexto, dum adhuc beatus Pater Franciscus in Hispaniis ageret. Sed anno Domini MCCCCLXXXVII, ad locum quemdam eminentiorem atque honorabiliorem, nempe supra præcipuam ecclesiæ portam, translatus fuit. Cujus sepulcro subsequens Epitaphium a piis quibusdam viris, qui eum summo amore atque observantia maxima prosequebantur, appositum fuit.

in Conventu ab ipso constructo

juxta portam sepultum anno 1216,

translatum an. 1487

Frater Petrus ego, cognomine Compater ante,
Carnis hic ossa tego, me Salvatore vocante,
Annis millenis, C bis, X, sex quoque, plenis,
Sanctus erat Frater Petrus] de gente Minorum,
Compater, imo Pater, appellatus miserorum.
[*Promotus Patria cœlesti Numine sancto*]
Filius atque Dei, voce favente rei.

Epitaphium Chronicum explicatur.

E

Hæc Gonzaga, imperfecto haud dubie apographo ad se misso usus, in quo desiderantem penultimum versum haud ægre quis suppleat conjectando, saltem quoad ***sensum : tertius autem versus ab inepto conjectatore sic*** *legebatur descriptus :* Annis millenis, centum bis, decem sex, octo plenis : *ubi* [illegible] *pro octo, legendum aliquid quod* [illegible] *formet ipsasque litteras numerales* C, X, *non legendo numerales voces* Centum, Decem, *ut sententia sibi constet, alias octo pedum futurus ; quod si animadvertisset Waddingus* ***mox citandus, non credidisset*** Octobri mense *mortuum Petrum notari. Idem Gonzaga mox num.* IV *agit* de Conventu S. Francisci Ribadeo, *et a facta compositis* B. Petri Compatris *memoriæ, quasi id istic dicatur* [illegible].

3 *Lucas Waddingus, in Annalibus Minorum ad annum* 1214 *num.* 9, *eadem ex Gonzaga describit, addit particulatim* Translationem factam XXVI Maji, ad instantiam et sumptibus nobilis viri Alphonsi de Baldez Cabano, Asturum Gubernatore. *Deinde relato Epitaphio ista subjungit :* Quibus versibus indicatur [illegible] Sancto, compassivum fuisse erga pauperes, et [illegible] cœlesti affectum, quem Deus dignatus est [illegible] Filium appellare, et mense Octobri anni MCCXVI defunctum. Alia adhuc Translatio Reliquiarum sanctissimi viri facta est anno [illegible], die XV Junii, per Ludovicum de Quiros Guardianum et Theologiæ Professorem, in locum [illegible] dum muros, in quo antea condita erant [illegible]. Invenit in sepulcro tres [illegible], per quas divisa erant viri [illegible] ossa, [illegible]. In prima erat hæc [illegible] Fratris Petri, [illegible] charta signata : Reliquiæ cujusdam sanctissimi viri, socii Patris nostri Francisci, qui nuncupabatur Fr. Petrus Compater : cujus translatio facta fuit XXVI Maji anno Domini MCCCCLXXXVII. In secunda erat aliud membranum cum his verbis : Reliquiæ quæ continentur in his tribus thecis, sunt Fr. Petri Compatris sanctissimi viri, quondam socii signiferi Patris nostri Francisci, quæ translatæ fuerunt XXVI Maji anno Domini MCCCCLXXXVII. Pater Thomas Idem repetebatur in membranis tertiæ capsulæ. Adfuerunt huic Translationi Dominus Ludovicus Carillo de Mendoza Asturiæ Gubernator, et illius ditionis nobiles quique et viri præcipui, quibus aliquæ partes distributæ sunt ossium et byssini veli, quibus involvebantur Reliquiæ : quæ non pauca operatæ sunt

A Waddingo [illegible]

F

2 translatio facta [illegible],

cum distributione ossium et byssini veli.

AUCTORE G. H. A sunt miracula, ut ad illum, si Deo placuerit, annum enarrabimus. Hæc Waddingus, qui suos Annales finivit cum anno MDXL. An Haroldus sit deducturus ad annum MDXCIV ibique dicta miracula enarraturus, needum potuimus scire.

4 Arturus in Martyrologio Franciscano ad hunc XV Junii, Oveti, inquit, in Hispania Tarraconensi B. Petri Compatris Confessoris, magnæ sanctitatis viri. Deinde in Notis multa congerit ex Gonzaga et Waddingo. Conatur vero Arturus elicere, ex Epitaphio Defunctum esse anno MCCLXVIII, die ultima Decembris. Etenim si sumas, inquit, MC, adjungasque decem sex, id est sexaginta cum octo pennis, scilicet expletis, profecto numerum efficient MCCLXVIII: et mense Decembri completo ejusdem anni MCCLXVIII mortuum esse, fatendum erit. Verum Gonzaga, qui, a centum fere annis, primus dictos versus edidit, clare asserit, B. Petrum diem clausisse extremum anno MCCXVI, dum S. Franciscus adhuc in Hispaniis ageret, ubique anni decem sex in versu sunt anni sedecim, neque enim decies sex, seu sexies decem legitur. Quod autem idem Arturus addat mortuum mense Decembri completo, errare eum contendit Tamayus supra relatus, addens id se ex aliquibus Ovetensis urbis civibus explorasse, rejicientibus obitum ad hunc XV diem Junii. Verum, post Translationem ultimam, factam hoc die XV Junii, videtur veneratio huic diei adjuncta, quod dies obitus ignoraretur; et hinc inducti cives, ut arbitrarentur, esse diem mortis, cujus alias in Epitaphio nulla mentio vel per umbram invenitur.

D contra omnem verosimilitudinem.

Arturo mortuus dicitur an. 1268 31 Dec.

5 Compatris nomen adhæsisse ei reor, ex eo quod omnes, quibuscum ageret, solitus esset Compatres appellare. Talis enim consuetudo multis sæpe cognomentum peperit, etiam ad posteros continuatum. Ita (ut de aliis taceam) S. Nicon Armenus, XXVI Novembris commemorandus, cujus adhuc requirimus Acta Græca, cognomentum Μετανοεῖτε, id est, Pœnitemini, obtinuit apud Græcos; et Ordo infirmis ministrantium in Italia, passim nominatur, Fatte ben fratelli, id est, Benefacite fratres.

D. P. Cognomentum Compatris.

B

DE B. ANGELO CLARENO,

E

EX ORDINE MINORUM S. FRANCISCI

D. P.

PAUPERUM EREMITARUM ALIAS CLARENORUM

IN ITALIA PRÆFECTO.

COMMENTARIUS PRÆVIUS

§. I. Miracula, scripta paulo post mortem: hujus dies, annus, locus: veneratio corporis.

AN. MCCC-XXXVII vel XLVIII

Ex MS. Florentino

Lustratis Bibliothecis Romanis, Florentiam progressi P. Henschenius et ego anno MDCLX; dum Laurentianæ adeundæ præstolamur licentiam; primos illi dies posuimus in ea, quam Illustriss. Senator Carolus Strozzius, eruditissimus senex, privatim collegerat sibi, codicibus variis MSS. supra privati hominis conditionem, numerose instructam, nec paucos contemnendosque fructus inde retulimus. Præ ceteris tamen commemorandus hic nobis unus, num. 12 signatus, continens Epistolas B. Fratris Angeli de Clarino Ordinis Minorum, post quas fol. 88 sic legebatur. Infrascripta misit D. Robertus de Mileto Fratri Gentili de Fulgineo, modico tempore post obitum Fr. Angeli de Clarino, cum vero ipsam declararet hic titulus Miracula aliqua, quæ ad me venire potuerunt, ex multis hucusque patratis, ex fideli relatione, quæ dignatur operari omnipotens et misericors Deus, ob merita servi sui Patris nostri, sancti Senis, Fr. Angeli. Non vacabat Epistolas ipsas describere, quod nullo die locoque signatæ, et fere de rebus ad spiritum pertinentibus, nihil mihi pene promitterent ad historiam spectans; scriptis tamen Romam litteris ad R. P. Franciscum Haroldum, Waddingi successorem, indicavi ei repertum thesaurum; suasique ut eumdem transcribendum curaret: quod et fecit: ego autem satis habui transcribere Miracula prædicta.

C

danda hic miracula.

2 Etenim minime poteram de singulari aliquo illius olim, et forte etiam nunc cultu dubitare, cum num. 7 hæc legerem. Cum vir ignotus, scilicet Angelus, peregrinus et segregatus a congregationibus et tumultibus seculi, transitum faceret in loco deserti, ab omni habitatione remoto, per spatium trium dierum; ante exitum ipsius animæ de corpore, factus est tantus concursus hominum venientium ad videndum eum, cum fama inde volaverit; In loco S. Mariæ de Aspro quidam Sanctus migrat; quod fuit de necessitate ut custodes poneremus ad ostium cellæ, ne homines possent intrare nisi vicissim: et die transitus, qui fuit quinto decimo mensis Junii, tot fuerunt concurrentes, ex diversis locis et castris cum processionibus, quod juxta æstimationem multorum, plusquam duo millia personarum ibi fuerunt congregatæ. Sequuntur multa ad sepulcrum miracula, sed fine mutila; ut miræ in rem nostram felicitatis sit, catenus scripta ea inveniri, quatenus opus fuit, ut sciretur nomen scriptoris, Beato familiaris et contubernalis, et annus quo Angelus obiit; finiuntur enim cum hisce præcise verbis. Ego Fr. Philippus, assistens sancto seni Fr. Angelo, feria VI infra Octavam Pentecostes, scilicet festo S. Antonii.

unde constat de ingenti ad mortuum concursu,

et veneratione sepulcri. F

3 De ultimo vitæ anno agi, constat ex prægressis: Festum autem istud, ut norunt omnes, cadit in XIII Junii: Festum ergo Pentecostes, infra cujus Octavam istud concurrebat cum feria VI, celebratum fuit VIII Junii, et Pascha die XX Aprilis. Constat porro Fr. Angelum anno MCCCXVII, coram Pontifice in Gallia tunc residente, subiisse secundum judicium, de quo infra, et post hunc annum toto XIV seculo nullus annus habuit Paschæ die XX Aprilis, præter MCCCXXXVII et XLVIII: alteruter igitur annus ultimus Angelo fuit. Mihi magis placet annus prior: licet enim admodum senem concipere oporteat eum, qui per antonomasiam vocatur Sanctus senex, Angelum tamen qui anno MCCXC, quo inter zelatores Franciscanæ paupertatis præcipuus unus erat, ideoque missus in Armeniam, nequimus concipere quadragenario minorem, adeoque nonagenario proximum anno MCCCXXXVII. Quod si ad centesimum fere annum produxisse vitam volet aliquis, facile inveniet annum mortis a Possevino notatum 1249, reduci posse,

Obitus an. 1337 vel 1348.

(Pro quo male notatur 1249, apud Possevinum,

si

A si non ad verum, saltem proximum vero, mutando ziphram unam manifeste erroneam, et substituendo 1349. Etsi enim titulus Apparatus sacri, Coloniæ recusi anno 1608, præferat opus esse ab Auctore recognitum, non tamen excusat typographicos errores circa ziphras, qui in prima editione commissi aut relinqui potuerant, aut fieri novi; sicut ipsimet experimur in opere nostro, quamvis illud excudatur præsentibus nobis, et minus quam Possevinus ad alia distractis. Atque hoc per transennam sibi dictum accipiant illi, quibus ægre fuit, ad nomen Josephi Antiocheni, qui apud Possevinum vixisse legitur an. 130, a nobis ziphram addi, qua intelligeretur, vixisse 1300. Quamvis enim is error Typographi non fuerit, sed ipsiusmet Possevini: qui ex isto errore dicit, quod Josephus iste vetustissimus fertur fuisse scriptor; excusari tamen Possevinus meretur in tali opere, ubi pleraque cum dicere oportuit ex aliorum, et quidem dumtaxat obiter pervolutorum scriptis; in quibus facile potuit unum o excidisse, defectu non observato per Possevinum, grande volumen atque in tres tomos dividendum, exiguo tempore deproperantem.

errore verosimiliter typographico)

4 Waddingus, in libro de Scriptoribus sui Ordinis, ad Angelum veniens, incertum sibi manere fatetur,
B quo loco aut anno obierit. De Anno jam puto fecisse me satis; duosque definivisse, quorum alteruter vel proxime sequens (ut numerus Possevini quadamtenus salvetur) sit eligendus. De die dubium esse nullum potest, post tam authenticum Fr. Philippi, verisimiliter præsentis, testimonium. Nec tamen vehementer succensendum Arturo a monasterio, quod arbitrio suo definierit diem XXVI Aprilis; sed simul et semel illi condonandum, quod licere sibi existimaverit, iis quo pro Sanctis Beatisve haberi suo quemque loco credebat, nec tamen ulli certæ diei reperiebat affixos, definire aliquem implendis Ephemeridibus suis congruum: petimus tamen, ne ita faciens, contra nos auctor putetur idoneus, quasi certius meliusque comperta scripserit. Locum ubi Angelus obiit, in Basilicata provincia antiquis Lucaniæ inveniendum, docet Philippus num. 10, nec non sæpe nominatum Marsicum-novum, aliaque vicina castra vel oppida Saponaræ, Murri, Marsici veteris, quibus circumseptum montem, S. Mariæ dictum, exprimunt tabulæ, quemque ab asperitate situs cognominatum de Aspro, haud sine fundamento credideris. Nulla quidem illius loci mentio sub tali cognomento apud scriptores Ordinis vel in descriptionibus Provinciarum Conventuumque: sed hoc non mirabere, si consideres,
C Eremitas vulgo Clarenos, jam inde a tempore S. Petri Cœlestini, id est a fine seculi XIII, usque ad Sixtum IV, sui juris fuisse, æque ac nunc sunt Capucini; quorum similiter nulla ratio invenietur, in Provinciarum Conventuumque minoriticorum descriptionibus.

die 15 Junii,

non 26 Aprilis,

prope Marsicum novum.

5 Nomen illi, non a Claro-monte in Gallia (ut Petrus Rodulphius Tossinianensis scripsit) vel aliquo forte similis nominis in Italia, acceperunt; sed, uti Waddingus ad an. 1302 num. 8 definit, a Clareno flumine, inter Asculum et Nurciæ Alpes, ad quem reversus ex Oriente, isto anno MCCC, Fr. Angelus Asculanus, domicilium acquisivit, in quo cum quibusdam suis discipulis pacifice vixit usque ad annum MCCCXVII: extremos autem vitæ annos egit in suæ professionis eremitorio S. Mariæ quod dixi, p. m. circiter VI distante a Marsico-novo, Episcopali in Lucania urbe; prope quam Cœlestinorum Ordo recens, primo ab urbe lapide, monasterium condiderat sub titulo S. Jacobi, quod nunc suppressum et Clericorum Seminario attributum scribit Ugellus tom. 7, col. 679. Hujus monasterii Prior Fr. Thomas, vir sanctus etiam ipse, Angeloque dum viveret perquam familiaris, dum per aliquot dies post transitum viri Dei, ex devotionis causa, veniret ad visitandum sanctum ejus tumulum; et supra sepulcrum poneret se, prostratus in oratione, immediate

Cognomentum a fl. Clareno inter Asculum et Nurciam.

D post horam Completorii; et ibi quasi per totam noctem pernoctaret, non absque consolatione non medica et profusione multarum lacrymarum; dum Pauperes ad Matutinale officium persolvendum convenirent, petiit pugillarem, et scripsit, sicut Spiritus Domini eum docuerat, in illa pia et compassiva meditatione, Antiphonas et Orationem, in hunc modum. Ad Magnificat.

AUCTORE D. P. Veteres Antiphonæ et Collecta de Angelo ut Beato;

Salve, Pater humilis fervidæ caritatis,
Amator mirabilis sanctæ paupertatis;
Alme Pater Angele, prece pietatis,
Ora Deum jugiter nostris pro peccatis.

Ad Benedictus.

Christi cultor, lux pœnitentiæ,
Morum fultus Angelus acie,
Post labores et mundi tædia,
Paradisi lætatur requie.
℣. Ora pro nobis B. Angele.
℟. Ut digni efficiamur promissionibus Christi.

Oremus. Deus qui B. Angelum, famulum tuum, multis tribulationibus examinasti, et cor ejus sanctarum intelligentia Scripturarum cœlitus imbuisti; tribue quæsumus, ut ejus meritis et precibus mens nostra a pravis cogitationibus separetur, et ea quæ E tibi sunt placita jugiter contempletur.

6 Leguntur hæc inter Miracula prædicta num. 11: et Antiphonæ cum Collecta, ibi indicatæ, transcribuntur integræ ad finem Codicis. An autem ea sic fuerint publice inter Divina quotidie recitatæ, cum Commemorationibus post Laudes et Vesperas usitatis; an vero solum ad sepulcrum appensæ pro accurrentium devotione, et quamdiu, non divinaverim. Dubito etiam, utrum locum illum, in quo B. Angelus obiit, Eremitæ tenuerint ad extremum, id est usque ad Sixti IV tempora, quibus Clarenorum peculiaris Congregatio et nomen cessavit. Ratio dubitandi est, quod idem Sixtus IV, anno MCCCCLXXIII Pauperum Eremitarum Societatem, quondam Fratris Angeli Chiarini nuncupatam, ipsismet petentibus subjecturus Ministro Generali Ordinis Franciscani, illorum meminerit tantum, ut in Firmana nonnullisque aliis diœcesibus commorantium: quodque eas diœceses enumerans num. 11 Waddingus, solum nominet Asculanam, Fulginatem, Spoletanam, Amerinam, Nursiensem, Aquilanam et Reatinam; taceat autem Marsicanam et alias Neapolitani Regni diœceses. Dubito denique, an illo in loco manserit corpus B. Angeli; nam in Distributione Provinciarum anni MDXVI, sub Provincia S. Angeli, quæ F Basilicatam complectitur, Conventus quintus censetur, S. Mariæ de Valle-Aspera quod non multum abludit ab Aspro; nec tamen ibi jacere dicitur Angelus de Cingulo sive Clarenus; sed Bessarinus Teutonicus, multo minoris præ illo notæ. Quare si ante prædictam unionem locum ipsum dimiserint Eremitæ, toto forsitan Regno Neapolitano egressi, suspicari licebit, ipsos Patris sui corpus secum transtulisse, ad unam prædictarum diœcesium, in quibus eremitoria sua habebant.

quædam dubia circa locum et corpus,

7 Certiora ut scirem non peperci labori scribendarum illuc litterarum: sed neque Episcopus loci, neque Franciscanorum ibidem Provincialis, Auctor, ut mihi scribitur, trium tomorum de Sanctis ac Beatis sui Ordinis, in modum Diarii Italice digestorum, quidquam apte responderunt ad sequentes articulos; solum indicata sunt loca Auctorum de Beato scribentium, omnibus exposita, et ex Arturo die XXVI Aprilis, quem suo in opere necdum hic viso Provincialis est secutus. Ipsos igitur articulos hic subnectere placet, si forte diligentior et curiosior alius accuratiori nos responso dignetur, quod Supplemento Junii serviat. Quæsieram ego puncta sequentia.

ad quæ adhuc responsum optatur.

1 An in loco S. Mariæ de Aspro adhuc conventus aliquis Franciscanorum sit, et qualiam?

A

AUCTORE D. P.

2 An sepulcrum S. Angeli adhuc sit in aliqua veneratione, et quali?

3 An Reliquiæ ejus extra vel intra sepulcrum conspicuæ?

4 An imagines cum radiis vel diademate.

5 An sit aliquid de Vita vel Miraculis B. Angeli scriptum, Latine vel Italice?

6 An in festo S. Trinitatis, vel 15 Junii aliquid de eo fiat?

7 An adhuc in usu sint Antiphonæ ad Magnificat et Benedictus, cum Collecta de B. Angelo?

§. II Reformationis a paupertatis Zelatoribus tentatæ primordia, B. Angeli actis intexta.

anno 1289 tres zelatores paupertatis,

L*ucas Waddingus, postquam ad annum* MCCLXXXIX *num. 24 narravit, quomodo sub Fr. Matthæo Aquaspartano, ante biennium facto Generali ac deinde Cardinali, laxata fuerit Ordinis disciplina;* Pii quique viri, *inquit num. 24*, sui instituti zelatores, quorum copiosa series numquam defuit in Ordine, ad tot manifestas Regulæ transgressiones vehementer affligebantur, præsertim in provincia Marchiæ. Prodierunt ergo plerique in publicum, quorum agmen ducebant tres illi paupertatis propugnatores, Fr. Raymundus, Fr. Thomas Tolentinas, et Fr. Petrus Maceratensis restiteruntque in faciem laxioris disciplinæ magistris. Contrarii studii et dissensionis rumor ad alias Provincias pervenit; judicatumque est inter Magistros, magnum subortum schismatis discrimen, celeri et efficaci prævenienduin esse remedio. Illud adhibitum, ut in eamdem Marchiæ Provinciam amandarentur quinque vel sex Ministri, qui contentionis causam exciperent, tumultuantesque corriperent; et eos, tamquam schismatis auctores et religiosæ pacis perturbatores, perpetuis adjudicarent ergastulis. Primos conjecerunt in vinculis tres, quos diximus, aliorum ductores, et ne fieret tumultus in Ordine, alia lege cautum est, ut nullus eorum auderet causas tueri, aut injuste condemnatos dicere. Dum hæc legerentur, Fr. Thomas de castro Mirini, zelo accensus, in fervore spiritus in consessu exurgens: Ego, inquit, vitam meam non facio pretiosiorem, quam justitiæ tutelam, neque possum huic legi tam iniquæ assentiri, quam omnino iniquam existimo. Non dixit impune; etenim ex tempore conjectus est in carcerem, ad aliorum terrorem ubi post paucos menses, gaudens et exultans, spiritum emisit.

B

perpetuo carceri addicuntur,

C

9 *Anno sequenti* MCCXC, *regimen Ordinis abdicante Cardinali Aquaspartano, electus* Raymundus Gaufridi generalis magister, nihil tam curavit, *ut ad annum istum num. 10 refertur*, quam turbas Ordinis et præsertim Provinciæ Picenæ compescere. Indictis itaque Comitiis Provincialibus, illius tractus Patres objurgavit, quod ita sensim et facile abusus plerosque, ex nimia incuria et extincto zelo, subrepere in subditos permiserint. Deinde examinavit causam, propter quam illi religiosi viri, quos supra diximus, conjecti essent in vincula: neque aliam solidam reddere poterant illi Patres, quam quod illorum zelus nimius erat et superstitiosus, circa observantiam paupertatis. Atque utinam, inquit, ego et universus Ordo hoc peccato laboraremus! jussitque ut ad se afferrentur. Accedentes apertis excepit brachiis, affabilia et placida iis locutus: persuasit ut persequentibus ignoscerent ex corde, in pio proposito firmiter persisterent, seque in observantia sanctæ paupertatis promovenda scirent habituros sedulum adjutorem. Ut vero aliorum persecutiones effugerent, destinandos duxit, cum aliis tribus ejusdem spiritus viris, Angelo de Clareno, Marco de Lupone, et quodam Petro ad [Haytonem] Regem Armeniæ; a quo paulo antea litteras acceperat, quibus rogabat, quosdam sibi mitti hujus instituti viros, tum propter animæ suæ et suorum solatium, tum ad instruendum populum multum nimis, qui ad Christianorum fidem quotidie accedebant.

unde an. 1290 liberati,

destinantur in Armeniam, cum iisque Fr. Angelus:

D

10 Hinc ortum murmur contra Generalem, et quorumdam conspiratio, qui dicebant, phantasticorum et superstitiosorum hominum fautorem: nec a concepto odio destiterunt, donec sub Bonifacio VIII Præfectura deturbarunt: Fratres autem prædictos ab eo missos, et ab Armenorum Rege tamquam Angelos cœli receptos, vexare non destiterunt. Etenim tunc Guardianum Ptolemaidis agebat Fr. Paulus de Marchia, Socius Ministri Piceni, qui aderat quando conjecti sunt in vincula; accusavitque eos apud Fr. Jacobum Provinciæ Syriæ Ministrum; cui talem indidit de iis opinionem, ut illum compulerit sinistra scribere Armeno, eumque admonere, ut ab eis sibi caveret tamquam ab hominibus schismaticis et ab Ordine excisis. Rex, acceptis litteris, intimos adhibuit consiliarios, et ex eorum suasu, vocatos ad se Patres circa multa interrogavit; monuitque ut obedientiales sibi Prælatorum litteras exhiberent. Ut legit, viditque valde commendatos ab Ordinis Primiceriis, ut bono essent animo hortatus est, expanditque eis litteras Syriæ Ministri. Illi, ut calumniam diluerent, rem omnem ex ordine narrarunt: qua intellecta, meliorem concepit Rex de iis opinionem, scripsitque ad Ministrum Generalem, gratias reddens innumeras, quod minime vulgares, sed perfectos viros, quos tamquam Christi discipulos veneraretur, sibi destinare placuisset.

ubi apud Regem infamati ut schismatici,

E

Generalis sui obedientiales exhibent:

11 *Anno* MCCXCIV *mirabiliter creatus Pontifex Petrus de Murrone Eremita, et Cælestinus dictus, coronatusque est Aquilæ in Aprutio* XXIX *Augusti. Tunc* Patres aliquot, quibus arctioris vitæ et purioris observantiæ animum irrepserat desiderium, (*inquiunt Annales num.* 9) inito inter se consilio, captataque occasione ex Pontificis novi propensione erga Eremicolas, et in locis austeris viventes; statuerunt apud eum res suas solerter promovere. Ex his præcipui fuerunt Conradus Offidanus, Jacobus Tudertinus, Petrus de Monticulo, Thomas de Trevio, et Conradus Spoletanus. Decreverant autem ut, suo et sibi adhærentium nomine, ad Pontificem mitterentur Fr. Liberatus et Fr. Petrus de Macerata, qui nuper de Armenia redierant, et Cælestino ante Pontificatum erant noti et familiares; peterentque, ut sibi auctoritate Pontificia, cui nemo auderet contradicere, vivere liceret secundum puritatem Regulæ et S. Francisci intentionem. Impigre abierunt hi; a Pontifice, adhuc Aquilæ degente, quod sub pietatis et majoris observantiæ colore petierunt, facile impetrarunt; nec non ampliorem, sed periculosam adepti sunt facultatem, ubicumque eis placeret, ad præscriptum Regulæ et intentum a se rigorem, cohabitare. Dedit etiam eis Pontifex Præfectum F. Liberatum, maximum paupertatis zelatorem; quibus ut præcaveret a molestiis Superiorum Religionis, constituit ipsis ita petentibus, ut in posterum non Fratres Minoritæ, sed Pauperes Eremitæ Domini Cœlestini nuncuparentur. Ultra hæc commendatitias misit per eos litteras ad D. Neapoleonem Ursinum, Cardinalem S. Adriani, virum liberalem et benignum, promotorem causarum piarum.

recipiuntur a S. Petro Cœlestino;

F

absolutique ab Ordine, accipiunt proprium Præfectum Fr. Liberatum:

12 Rectores Ordinis graviter tulerunt ejusmodi separationem ab Ordine, neque tamen quidquam ausi sunt contra eos tentare, donec Pontificatum abdicavit Cœlestinus; *quod factum eodem adhuc anno* XXII *Decembris, succedente mox Bonifacio VIII*, quod

Cœlestino abdicante vexati a Minoritis,

A quo tempore prædicti Eremitæ, ut iras et molestias *Rectorum istorum* declinarent, abierunt in Græciam et partes Achaiæ, ubi in quadam insula habitare decreverunt. Abiit *autem* cum illis Angelus Clarenus, *etiam ipse reversus ex Armenia, ibidemque in Achaia* divinitus edoctus *est* Græcum idioma, in nocte nativitatis Domini sub anno MCCC; *eoque sic instructus,* plures aliorum lucubrationes Latinitate donavit; præsertim Dialogum quemdam B. Macarii, libellum devotum S. Joannis Chrysostomi, opusculum unum et alterum Joannis Climaci, in quibus (*ut Rodulphus*) mirifice ostendit intellectus sui præstantiam. *Ita Waddingus ad an.* 1289 *num.* 30, *ubi et varia ejus scripta se vidisse refert, quorum omnium plenam rationem reddit in libro de Scriptoribus, quæ præcipue optimus catalogando, in unum collecta volumen, publicum ad Ecclesiam.* *Præterea* Historiam de septem tribulationibus Ordinis, *ubi de rebus Clarenorum multa reperientur, quorum etiam infra nos hic translata, sicut et varia eminentur contracta in volumen, quoniam argumentis lectis non sequerit. Rodulphus pag.* 155 *de Clarenis agens, cum eos,* sub Fr. Angelo Clareno Cingulano, a Cœlestino V facultatem seorsim vivendi obtinuisse *dixisset: in aliam versus commentum, impetit, quem velut de alio loquens ait:* Floruit inter Clarenos Fr. Joannes Cingulanus, præcipuis institutor, qui nullo magistro didicit litteras Græcas: *et nullo verbo interposito subdit.* Obiit Fr. Angelus in regno Neapolis, *quem conciliare volens Artanus,* Joannem Angelum *nominavit.*

13 *Anno MCCCII a novo Generali Ministro Joanne de Murro, celebrata sunt Januæ Comitia Ordinis Generalia, in quibus ille,* clamoribus et querelis zelatorum paupertatis excitatus, encyclica epistola missa rigorose præcepit, *tum alia quæ ad puritatem observantiæ, tum* ut abdicarentur omnes proventus annui.... Actum *est etiam* cum generali Ministro per Fratres provinciæ Romaniæ, et in pleno consessu conclusum, debere omnino præcaveri Ordinis schismati; et omni arte elaborandum esse, ut revocarentur ad unionem illi, qui sub Eremitarum Cœlestinorum appellatione, sed Ordinis habitu, ab eodem se separarunt. Visum de hac re agendum cum Pontifice, a quo dum peteretur ut Ordini aggregarentur, revocarenturque Cœlestini privilegia, [propter quæ, et bonam de iis conceptam opinionem, in finibus Achaiæ, non poterant a Superioribus Provinciæ Romaniæ ad unionem revocari] respondisse C Pontificem fertur, debere in suo strictioris vitæ proposito permitti. Quid vero hos excogitasse putes, ut Pontificis animum flecterent? Suggesserunt hos, tamquam Cœlestini germen, omnino Cœlestino semper adhæsisse, et Cœlestinam excogitare factionem; neque suam Sanctitatem apud eosdem verum reputari Pontificem, quem dolose dicebant ad sacram dignitatem pervenisse.

discedunt in Græciam:

ubi linguam divinitus discit Angelus.

Anno 1302

a Bonifacio 8, per calumniam decepto,

14 Nihil ægrius audiebat Bonifacius, quam vel levissime de sua auctoritate et canonica electione dubitari; eo præsertim tempore, quo Gallorum Rex Philippus Pulcher, propter graves simultates, aspere et temere nimis hoc fricabat vulnus, convocato contra Bonifacium Concilio Cleri Gallicani. Quod si hæc altercatio periculosa suos etiam in Oriente haberet fautores; timendum erat valde, ne majores assumeret vires, quam quæ deinde possent superari. Annuit itaque ut revocarentur ad Religionis obedientiam, datis litteris ad Petrum Constantinopolitanum Patriarcham, et Athenarum atque Patrarum Archiepiscopos, ut solicite circa hæc inquirerent, et errantes corrigerent. Constantinopolitanus tunc hærebat Venetiis; missæ sunt itaque litteræ ad Archiepiscopos. Atheniensis, dum exploraret aliquos a diversis Provinciis apostatantes, et disciplinam regularem declinantes, qui se his associarant, ita D aliquando pronuntiasse; præcepit Thomæ de Sola, insulæ in qua morabantur Domino, ut eos ab eadem omnino expelleret. Ita fecit, tempore magnæ inediæ et famis; quam eo majorem senserunt expulsi, quo a Latinis, per quorum dominia transibant, tamquam schismatici repellebantur. Transierunt itaque ad dominium Græcorum, in quo biennio commorati, postea senserunt molestias Patriarchæ Constantinopolitani, postquam illuc Venetiis pervenit; qui bis in Negroponto, ad requisitionem Fratrum Romaniæ, excommunicationem in illos tulit, nisi ad obedientiam Ordinis accederent. Hinc non modica inter Fratres Vicariæ Orientis et hos Eremitas turbatio, habebant enim hi plures qui contra illorum molestias ipsos defenderent, præsertim Patrarum Archiepiscopum, qui indignationem non modicam concepit adversus horum persecutores.

jubentur ad Ordinis obedientiam redire:

a concessa sibi insula pulsi,

AUCTORE D. P.

a Patriarcha CP. excommunicantur

15 Inter has turbarum, volentes adversariis cedere Fr. Jacobus de Monte et Thomas Tolentinas, peragrata Armeniam in Italiam transfretarunt; et præstita obedientia Magistro Generali, simul cum Conrado Offidano licentiam petierunt, in Orientem E ad partes infidelium abeundi cum duodecim sociis; allegantes se, dum illis in partibus conversarentur, perspexisse messem esse copiosissimam, et segetes jam albas, neque quidquam deesse præter operarios. Facile annuit pio desiderio Primicerius; permisitque ut ipsi, quos probos et perfectos viros esse cognoscebat, duodenos illos socios eligerent, præficiens eis Vicarium et Patrem, Fr. Jacobum de Monte, virum venerabilem pietate, et puritate eminentem. Electis sociis, dum abire vellent, cœlitus monetur Offidanus ut remaneat; ceteri vero transfretantes applicuerunt Negroponto, deinde Thebis. Perceperunt hic tumultus excitatos, inter illos Eremitas et Fratres Provinciæ Romaniæ; et rogati suam interposuerunt operam, ut dissidentes conciliarent. Suscepit omnem in se laborem Fr. Jacobus Præfectus, atque illuc abiit ubi Eremitæ delitescebant. Illi, ad ejus conspectum summe gavisi, deinde auctoritate et consilio commoti, illud admiserunt temperamentum, ut sub sua obedientia Ordini uniti, cum eo simul abirent ad partes infidelium.

a sociis in Armeniam redeuntibus permissis inducti,

16 At ne propria auctoritate illud fecisse videretur Jacobus scripsit Magistro generali, jam ad Cardinalatum assumpto et Ministro Romaniæ, ut sibi liceret Fr. Liberatum, Eremitarum ut diximus Præfectum, ejusque socios in societatem admittere F et sibi congregare, vel eo maxime, quod hinc pendere videretur pax Provinciæ Romaniæ; cederet item in maximam Populi Clerique ædificationem et Ordinis incrementum. Noluit petitioni subscribere Cardinalis, quantumvis eamdem urgerent Conradus Offidanus, magnæ apud eum æstimationis; et, Fr. Thaddæus, suus socius et a secretis, quem summe diligebat: cupiebat enim ut reverterentur in Italiam, et sub disciplina Prælatorum omnem submoverent opinionem divisionis, et schismatis timorem. Nihilominus Fr. Thaddæus sibi sumpsit licentiam scribendi Fr. Jacobo, ut, quantumvis obstiterit Cardinalis, non omitteret hanc occasionem Eremitas reconciliandi, præsertim cum etiam in animarum cederet lucrum, et prædicationis Evangelicæ incrementum; plures sibi aggregare operarios. Tutius tamen duxit Fr. Liberatus, renitente Cardinali Ordinis Primicerio, in Italiam reverti, coram summo Pontifice calumnias sibi suisque impositas detergere, et coram probare, omnes suos sectatores esse veros Ecclesiæ filios, suæque Sanctitati addictissimos.

reconciliantur Ordini, et cum illis abeunt.

In Italiam deinde regressus Fr. Liberatus

17 Appulerunt itaque, sub anno sequenti MCCCIII, ad quemdam Apuliæ portum; dum motus illi horrendi

locum in Apulia accipit,

A rendi execrandique excitati sunt a Gallis et Columnensibus Anagniæ, in captione Bonifacii. Moram igitur ibidem trahentes, a quodam heroe Andrea de Segna obtinuerunt pauperculum locum, in quodam deserto; in quo hæsit cum suis Fr. Liberatus. Angelus vero de Cingulo, quem ex horum numero fuisse superius diximus, abiit in Marchiam; ubi juxta flumen Clarenum, inter Asculum et Nursiæ Alpes, aliud domicilium acquisivit, in quo cum quibusdam suis discipulis pacifice vixit: a quibus postea orta Congregatio Clarenorum, cognomine a flumine adjacenti desumpto. *Ut ex prædictis apparet fuit, sub Benedicto X, qui Bonifacio successit, usque ad Clementem V annum II, Christi MCCCVII, quando* Gondisalvus, Generalis Minister, ægre ferens Ordinis scissuram, egit cum Carolo Claudo, S. Ludovici Tolosatis Episcopi progenitore, Rege Neapolitano, ut homines schismaticos et hæreticos (ita enim audiebant apud Fratres, strictioris observantiæ adversarios) e regno suo depelleret.

AUCTORE D. P.

Angelus in Marchiam secedit:

18 Dedit Rex litteras ad Fr. Thomam Aversanum, pravitatis hæreticæ Inquisitorem, ut diligenter in eos inquireret, et noxios puniret. Vocavit ille Fr. Liberatum ad castrum Soloni, diœcesis Triventi, in Comitatu Molisii, gentis Militiæ, examinavitque illorum vitam et mores; quos dum in nullo B fidei adversos comperisset, hortatus est ut illinc abeuntem sequerentur, ne majores paterentur molestias ab adversariis. Transeundum erat per illorum cœnobiolum, datum et constructum, uti diximus, per D. Andream de Segna; sed dum in conspectu transirent, aere repente turbato coruscare fulgura, mugire tonitrua, hinc inde jaculari fulmina; atque unum, prope equum, cui insidebat Inquisitor, magno fragore vibratum, obliquo ductu terram effodit. Præsenti repentinoque periculo perterritus, dixit Fr. Liberato, Nihil ulterius in vestro negotio peragendum puto; neque quidquam sentio unde sinistram de vobis opinionem concipiam. Abite in pace ad eremitorium vestrum: vereor enim ne Deus ex alto intonet pro vobis. Cui Fr. Liberatus, Gratias agimus vestræ erga nos benignitati, teque sequi cupimus, quocumque velis examine a calumniis purgandi; ne quotidie nobis insultent adversarii, et maledicentes apud Principes traducant. Proba nos, interroga cognatos et notos, et vide an inveniatur in nobis iniquitas: sin autem, testimonium perhibe veritati. Justæ petitioni subscripsit Inquisitor, et secum in suo comitatu duxit Ancianum.

Prior ab Inquisitore Neapolitano vexatus jussu Regis,

deinde ab eodem divinitus territo protegitur aliquamdiu,

C 19 Dum illic in hospitio seorsim viverent, sub Inquisitoris protectione; Minoritæ qui in illo commorabantur oppido, repetebant tamquam suum Fr. Liberatum, quippe qui recessisset a communitate, nulla habita Prælatorum licentia; eoque amplius quia patrocinio nitebatur Cœlestini V, cujus acta resciderat Bonifacius successor. Conatus eos videns Inquisitor, admonuit Fr. Liberatum, consulendum sibi quavis ratione, ne incideret in manus adversariorum; illumque tutiorem viam esse, ut recta proficisceretur ad Pontificem; neque rediret, absque illius vel aliquot nobilium Cardinalium diplomatibus, ad se vel ad Prælatos Ecclesiarum directis; Ut liberem, inquit, te a molestia tuorum Contrariorum. Bonum visum est et Inquisitoris consilium; quare assumpto socio festinanter properabat in Galliam; dum vero apud Viterbium gravi oppressus infirmitate, figere oportuit gressus, et jacere per aliquot menses in loco Hermineorum occulte. Inde valetudinarius abiit ad oppidum S. Angeli della Vena, ubi post unum vel alterum annum infirmitatis suæ, hoc ipso recessit a seculo.

ac denique ad Papam ire persuasus,

moritur in via.

20 Socii autem, nullo obtento suæ purgationis chirographo aut innocentiæ testimonio, recedere volebant e regno Neapolitano; in quo tutum non erat amplius commorari, Præfecto suo defuncto, Rege adversante, et Minorum sodalitio continuo sequente. Supervenit tamen Inquisitoris, vel a Rege admoniti, vel a Fratribus instigati, præceptum ne abirent; deinde aliud, ut coram se comparerent secundo in castro Frisalonis, quo erat ipse venturus. Potissime procedere volebat contra Fr. Liberatum. Quem ut mortuum audivit, contra socios egit; quos promiscue adjunxit aliis maculatæ famæ Religiosis, a S. Onofrio nuncupatis et hæreticis, de secta Apostolorum. Tulit deinde judicium absque distinctione personarum, atque omnes una involvens sententia condemnavit; tamquam schismaticos et hæreticos; invehens etiam in eos, qui eis favebant vel in suis retinebant dominiis, tamquam in fautores et protectores hæreticorum. Male hoc habuit Dom. Andream de Segna, horum Fratrum patronum; admonuitque serio Inquisitorem Fratrum innocentiæ et sui officii, debereque maturius et ponderosius, absque ulla passione, in tanto negotio procedi. D

Renovat persecutionem Inquisitor,

etiam contra fautores eremitarum,

21 His litteris magis commotus est erga Fratres Inquisitor; præcepitque accolis Frisalonis, sub magna pecuniæ mulcta, ut caute custoditos ducerent ad civitatem Triventi: ubi horrido et tenebroso carceri per quinque dies inclusos, dum tormentis affligere vellet, idque valde displicere Episcopo et Nobilibus civitatis intelligeret, vinctos duxit in arcem Mainardi. Hic mira quadam feritate inauditis pœnis torquere non destitit, constantissime negantes se quidquam unquam contra fidem fecisse aut credidisse: donec tandem in tormentis vacillarunt adolescentes duo, qui se reliquosque hæreticos esse dixerunt, quod tamen sui compotes retractarunt. Nihilominus post quinque menses variarum afflictionum, et carceris ærumnis, a festo Pentecostes usque ad Nativitatem Virginis toleratas, lata est sentientia, nulla culpa prolata: Denudantur; per plateas Neapolitanas ducuntur; virgis cæduntur; ex universo regno expelluntur. Sed justus Dominus, qui justitiam diligit, et æquitatem videt vultus ejus, ulcisci non omisit illatam misellis tantam injuriam. Etenim paulo post obiit Inquisitor, elata voce confessus, inique se oppressisse, et injuste condemnasse viros, quos non potuit juridice de culpa ulla convincere, neque de sui instituti aut fidei injuria arguere. *Candidus prope Reate laudat, quod per Inquisitorem in eosdem processerat, mortuus anno MCCCIX, die IV Maji. Ante mortem tamen persuasus a Ministro suo, recte fecit persecutionis causam patere. Illi Fratres qui superfuerant relicti, non solum ad Generalem sui, sed ut præcipere ipsis posset, sed etiam ad Pontificem Clementem in Galliam; illuc enim* perrexerant, ut Pontifici se sisterent suæ vitæ et perpessæ injuriæ rationem reddituri. *Hactenus Waddingus, ex* Angeli *persecutionum historia in Tribul.* 6. *Quæ autem ipsi Angelo, usque ad reditum in Italiam, omnia fuerunt cum Fr. Liberato communia, istæc, licet prolixiora, visum est describere.* E

in hos vero crudeliter et injuste sævit,

non impune

F

§. III. Inter turbas pro reformatione per Tusciam et Galliam motas, Papali judicio absolutus Angelus, cum pace dimittitur.

Dum autem istam, quam explicamus, multum suo in principio deficiebat novella, sub Fr. Liberato in regno Neapolitano reformatio (nam qui in Galliam transierant, seque aliis Spiritualibus ibi dictis aggregarunt, nihil tunc fructus tulerant in Provincia Hetruriæ rerum et commodorum, exortum est schisma, usque clara istis Spirituales se vocabant absque ulla auctoritate suis credulis, proprium quoque sibi Generalem Ministrum aliosque infe-

Tumultuantibus in Gallia qui se dicebant Spirituales

riores

riores Prælatos creantibus; qua sua temeritate multos antea populos averterunt, non a se tantum, sed etiam universim ab iis quos rigidioris propositi tenaciores videbant, uti ad an. 1310 *num.* 7 *explicat Waddingus. Hic deinde an.* 1317 *prosequitur, quomodo Joannes Papa XXII procedi jusserit contra Narbonensis Conventus rebelles Fratres: quos cum ad Curiam vocatos Avenionem adiisset Waddingus;* Vocatus etiam tunc in judicium est, *inquit,* Angelus de Cingulo, Clarenus nuncupatus, qui sanctissime in Religione audivit. Interrogatus de vita et discipulis (ut ipse hujus historiæ auctor recenset) respondit, illam Congregationem, *Pauperum Eremitarum scilicet, sub sua disciplina in Marchia viventium,* sub Cœlestino V, duce Fr. Liberato incepisse, ab eodemque Pontifice ab Ordinis corpore segregatam; se vero curam ipsius post Liberati mortem suscepisse libenter, propter perfectam Regulæ quæ in ea vigebat observantiam; promptum tamen et paratum se Pontificiis parere præceptis.

etiam Angelus vocatus in judicium a Joanne 22

sui ac suorum rationem reddit.

23 *Hæc ex ipsomet* Angelo *Waddingus, qui deinde ad annum* 1318 *num.* 16 *altius repetit acta sub Clemente V ad illud usque tempus, ex ejusdemmet Angeli scriptis, sed ad pauciora contractis, in hunc modum.* Dum Clementi, ad preces Caroli Siciliæ Regis inclinato, complacuit, illorum Fratrum, qui ad arctiorem observantiam aspirabant, querelas audire; jussit vocari ad suam præsentiam Fr. Raymundum Gaufredi, et Fr. Guidonem de Mirapice, Fr. Ubertinum de Casale, Fr. Bartholomæum Sicardi, et reliquos eorum socios; viros vitæ sanctæ et scientiæ præclaræ, etiam ipso æmulorum testimonio; præcepitque eis stricte per obedientiam, ut redigerent in scripta quæcumque cognoscerent, in statu communi Ordinis, digna correctione aut reformatione. Fecerunt illi juxta Pontificis præceptum: quod moleste ferentes ceteri Fratres, cœperunt eos variis modis affligere, diffamare et inquisitiones de ipsis eisque adhærentibus facere: articulos varios contra ipsos proponere; coram Auditoribus controversiæ et coram summo Pontifice, animose potius quam rationabiliter, contra ipsos procedentes. Hinc Pontifex cœpit eos habere suspectos; præsertim cum de fama Fratrum quos vocaverat; et de conditionibus eorum et vita, ex industria, Ministrum Generalem et omnes eidem assistentes, antequam illos vocaret, interrogaverit; peculiariter, vero informari voluerit de Fr. Ubertino, eo quod Italicus esset; et a prædicto Ministro Generali bonum acceperit testimonium, nimirum, quod erant viri, solidi in religione, in moribus et scientia præclari, præsertim Fr. Ubertinus, de quo singulariter interrogatus est,

Idem scripto narrat quod Clemens V,

cognita probitate petentium reformationem,

24 Statuit itaque Pontifex, nullam adversus eos admittere querelam, quos adeo imperiose graviores Ordinis Patres commendaverunt. Qua de causa ceteri Fratres magis eos persecuti sunt, vocantes Ordinis destructores et diffamatores, et ad mortem usque vexaverunt, Raymundum Gaufredi, Guidonem de Mirapice, Bartholomæum Sicardi, et socium alterum, qui infra breve tempus obierunt. Pontifex ægre tulit Fratrum inobedientiam et erga sua præcepta irreverentiam; sæpius enim præcepit ne ullam eis inferrent molestiam: sed maxime condemnavit Fr. Bonagratiæ Bergomensis adversus Fr. Ubertinum noxios conatus, eumque exulare fecit a Curia, quamdiu ipse vixit in Pontificatu. Dum vero in Concilio Viennensi *(anno* MCCCXI) plures Episcopos, in Jure canonico peritos atque in sacra Theologia Magistros eruditos, ad audiendum et examinandum ea, quæ pro reformatione totius Religionis proponebant, constitueret, et solerter in negotio procederet, implacabile adversus eos conceperunt odium reliqui Fratres, eisque adhærentes in Provincia Tusciæ et S. Francisci multis modis vexaverunt. Gravaminibus itaque succumbentes, decreverunt fugere a facie persequentium, et aliquamdiu locum dare iræ adversantium.

illis favere cœpit;

et [illegible]

25 Suam opem interposuerunt multi heroes, rogantes ut ad unitatem et pacem cum reliquis redirent. Illi vero responderunt, se ad hoc paratos esse, dummodo placeret Communitati, Ordinis reformationem admittere. Actum etiam de hoc cum multis Patribus, qui partes Ordinis tuebantur: qui Cardinalibus aliisque gravissimis Prælatis respondebant, nulla indigere Ordinem reformatione; in eoque observari perfecte, et ultra quam erat necesse, Regulam S. Francisci; neque aliquando, etiam tempore S. Francisci, puriorem ejusdem instituti viguisse observantiam. His dissidiis motus Pontifex, vocavit ad se præcipuos utriusque partis fautores; et longo examine duorum annorum causam discussit. Interim dum hæc a Clemente tractarentur, sentientes Fratres strictioris observantiæ in Tuscia aggravari super se jugum aliorum, et livorem augeri; ex consilio gravissimi viri, Dom. Martini, Canonici Regularis, patria Senensis, decreverunt ab eis recedere, et peculiarem sibi constituere Superiorem. Elegerunt demum sibi Generalem Præfectum et reliquos Prælatos, secundum Regulæ tenorem: quod redundavit eis eorumque complicibus in maximum scandalum, et propositæ reformationis detrimentum. Summus etenim Pontifex, Domini Cardinales, et qui huic negotio favebant, his auditis, turbati sunt; faciliusque deinceps crediderunt quæ de ipsis dicebantur, et in judicio proponebantur.

causamque examinari jusserit;

factum inter eum schisma in Tuscia,

26 Hucusque nulla fuit habitus immutatio; donec detrahentibus ceteris Fratribus eorum vitæ et moribus, asserentibusque apud seculares, nullum esse inter ipsos et qui vocabantur Spirituales discrimen; eamdem illos vitam vivere, eumdem habitum gestare, eosdem seu potius lautiores cibos manducare, et commodioribus subsidiis vitam transigere; judicaverunt omnino necessarium, quam prætendebant interiorem et sanctiorem vivendi normam, exteriori habitu monstrare. Assumpserunt itaque viliores et strictiores habitus: quod valde displicuit Ordinis communitati, concitavitque vehementius adversarios ut odium odio cumularent. Controversiæ decisio dilata est. Licet etenim Episcopi et Prælati, dubiis et querelis excipiendis propositi, copiosam composuerint declarationem, in qua octuaginta quæstiones, hinc inde propositas, circa Regulæ genuinam intelligentiam et Statutorum observantiam explicarunt; Pontifex Clemens voluit finalem rei determinationem sibi reservare, et in Concilio Viennensi publicare.

cum habitus mutatione,

itemque in Gallia;

27 Interim sufferre non poterant Superiores Ordinis hanc habituum differentiam, ac persæpe verbis et factis hos tamquam novatores persecuti sunt: qua de causa sibi timentes, recesserunt ad quamdam ecclesiam derelictam, juxta Malausanam; prope quam erat spelunca et fons aquæ decurrentis, ubi, ex patroni seu domini illius loci licentia, manserunt, viventes in summa paupertate et hilaritate, usque ad hiemem sequentem. Transierunt tunc ad ædem S. Lazari in Avenione, donec Pontifex causam determinavit, Clementina, *Exivi de paradiso,* promulgata; præcepitque his, ut ad Ordinis communitatem redirent; et illis, ut benigne et fraterne [illegible] Religionis. Quibus ita decretis omnes dimisit in pace, multis suæ benignitatis exhibitis indiciis. [illegible], objecit huic Pontificis judicio verba illa Psalmistæ: Retribue servo tuo; vivifica me secundum verbum tuum Ps. 118, 17

quod utcumque per Papam compositum,

A tuma; subjungens se et socios ab ipso vocatos, data fide [illegible] nunc vero tradi voluntati eorum, quos novit sibi [illegible] et Patribus Concilii. Subjunxit Pontifex, se illorum fore protectorem; atque sibi persuasum satis esse et firmiter promissum a Superioribus, nullas sibi [illegible] a Curia, vixeruntque in eadem societate absque jurgiis [illegible] strictioribus, si quæ inferebantur a ceteris leviores injuriæ.

illo mortuo resuscitatum fuit,

28 [illegible] *annos* II, *menses* III, *dies* XVII. Mortuo Clemente, revixit tribulatio, impellentibus laxioris vitæ secta[illegible] illi, præsertim in iis quæ videbantur contraria re[illegible]

a Fratribus rebellantibus Narbonæ ac Biterris

B [illegible] initio consilio abierunt Narbonam et Biterras; ubi, [illegible] urbe educati et in illa sepulti, cujus se discipulos [illegible] expulsis ceteris turbulente, tradita sunt eis monasteria [illegible] tere loca ista voluerunt, aut Superiorum præceptis obedire, sed in sua contumacia perstitere. Hac de causa secundo male audierunt apud exteros, et Superiores vehementer irritarunt, ut efformarent [illegible] turum Pontificem. Quo electo, videlicet Joanne [illegible] nem missus est Minister Aquitaniæ, ut has turbas sedaret, urgeretque prædictos rebelles, ut dimissis [illegible] tiam.

quibus componendis incumbens Joannes XXII.

C 29 Renuerunt huic Delegato obedire illi, satiusque putarunt coram ipso Pontifice apparere et cau[illegible] tinguerent. Horruit Pontifex ad tot tantaque facinora et hæreses, quæ contra præfatos suis scriptis exhibebant: examinatisque vita et moribus Fratricellorum et Beghinorum, tamquam noxias et impias sectas, abolevit. Deinde processit ad cognitionem causæ Fratrum quos accusabant, et ipsos ad Curiam citari curavit; interrogavitque Fr. Ubertinum circa ea quæ fuerunt objecta. Ad hæc docte et intrepide respondit Ubertinus, ostendens ut plurimum meras esse imposturas, atque ex livore et bile processisse. Denuo interrogatus an adhæreret Fratribus Narbonensibus et Biterrensibus, et an vellet Petri Joannis doctrinam defendere? respondit: Ego, Pater sancte, in iis quæ olim feci, obedientiam

post damnatos Fratricellos et Beghinos,

examinat FF. Ubertinum et Gaudfredum.

D vestri Prædecessoris adimplevi, neque his me ingessi [illegible] vocatus: unde si vestræ placuerit Paternitati mihi præcipere, ut pro prædictis Fratribus [illegible] paratus sum in omnibus vestræ obedire voluntati. Subjunxit Pontifex, nolle ut his se intromittat.

30 Similiter interrogavit Fr. Gaudfredum de Cornone, utrum subscriberet appellationi Fratrum Narbonensium et Biterrensium? Ego, inquit, adstiti Philippo Regi, quando hæ excitatæ sunt turbæ: dum itaque non plene mihi constiterit de rebus illorum, nolo me iis ingerere; præsertim dum parum aut nihil me concernant. Quidam Fr. Philippus repente subjunxit, quod licet ipse non convenerit cum eisdem in appellatione, tamen conveniebat cum iis in desiderio et proposito reformationis. A Fr. Angelo severius quæsivit Pontifex, an esset Minorita? et affirmative respondenti, subjunxit, Quare ergo a Minoritis recessisti? Ego inquit Angelus, non recessi ab eis; potius, interroga ipsos, Pater sancte, ipsi me repulerunt. Ad hæc parumper siluit Pontifex, et paulo post subjecit: Præcipio tibi ut dicas, an aliorum Confessiones Sacramentales excepisti? Cui ille: Pater sancte, non sum Sacerdos; et potissima ratio quare a Sacerdotio abstinui, fuit ne ad Confessiones excipiendas possem a Superioribus compelli. E

respondent hi, nihil sibi cum rebellibus esse

uti et Fr Angelus,

31 Objecit ei Pontifex, quod Bonifacio VIII et Patriarcha Constantinopolitano, sub gravissimis censuris præcipientibus, ut ad Religionem regrederetur cum sociis, noluerint obedire; et propterea excommunicatos esse, juxta tenorem litterarum, [illegible] Angelus ait, se nullatenus excommunicatum, neque item excommunicabilem esse, cum nullo unquam tempore voluerit nec cogitaverit contraire præceptis Superiorum; sed firmiter secum statuerit, in omnibus et per omnia recte præcipientibus obedire. Illas vero litteras, licet subreptitie obtentas, dixit numquam pervenisse ad suam notitiam, neque legitime sibi intimatas; alios vero viros doctos contendisse, minime obligare, quia inique et malitiose impetratæ sunt: quod dum apertius vellet probare, jussit Pontifex ut taceret. Ille hoc ægre tulit, et dixit, suam Sanctitatem adversarios, falsa crimina objicientes, plenius audivisse, se vero, veritatem narrantem, debuisse auscultare. Erat tunc hora pomeridiana sexta, voluitque Pontifex se a negotiis retrahere; et jussit detineri Angelum, donec ab excommunicatione, quam incurrisse putabat, absolveretur: sed die sequenti, re omni discussa, pacifice dimisit, data ad cautelam absolutione a censuris. F Abeunti præcepit, ut ad obedientiam Superiorum Ordinis Minorum rediret, vel ad alium Ordinem approbatum declinaret. Cui ille, se ex Ordine approbato esse, quippe qui ex Fratribus sit Cœlestini V, in cujus manibus emisit Professionem vitæ Eremiticæ. Jussit ergo Pontifex, per Neapolionem Ursinum Cardinalem, ut illorum Eremitarum habitum assumeret.

qui excommunicatum se negat,

placatoque Pontifice, jubetur Habitum Eremitarum assumere.

§. IV. Clarenorum Societas, a Minoritis per annos 155 diversa, tandem iis unitur sub Sixto IV. et a Julio II iisdem subjicitur abolito nomine.

Post *ista, quæ supra ex Waddingo descripsimus,* [illegible] *quorum* [illegible] *tenorem fortassis aliquando licebit integrum dare, aut ab aliis editum legere)* pergit B. Angelus, *tamquam totius tragœdiæ et tumultus Fratrum Narbonensium ac Biterrensium inspector, narrare quæ circa eos acta, et quomodo accusati*

Sic dimissus Angelus,

A *sati, tandemque condemnati et exterminati fuerint :* Cui, *inquit Waddingus*, licet aliquid plenam deroget fidem, quippe socio et fautori horum Fratrum ; attamen eam sibi vindicat ejus pietas, qua semper floruit, et opinio sanctitatis, sub qua tandem obiit : ceterorumque historicorum nostrorum cum eo concordat auctoritas ; neque quidquam potui in istis Fratribus subodorari, præter nimiam tenacitatem, seu potius pervicaciam in sua illa de paupertatis observantia opinione ; nimiam etiam suæ Regulæ commendationem, ut Evangelio velut æqualem et a Pontifice indispensabilem, nimiam libertatem et abundantiam in suo sensu, quo temere et scandalose Superiorum excusserunt obedientiam. [illegible] in Eremitis Domini Cælestini [illegible]. *Ex ejus Privilegio* [illegible] *ad* [illegible] *Superiorem M*[illegible] *rant,* [illegible] [illegible] [illegible] Fr. [illegible] [illegible] XXII [illegible]

Clarenos suos deinde seorsim rexit :

B [illegible] Clarenos [illegible].

33 [illegible] *Minorum* [illegible] 1473 [illegible] Firmana, Asculana, Fulginate, Spoletana, Anconitana, Narniensi, Aquilana et Reatina; [illegible] *in* [illegible] S. Mariæ de Aspro; [illegible] XXII [illegible] Clarenos; [illegible] B. Angeli [illegible] Fratres, [illegible] ante et retro, ac chordam usque [illegible] *Rudolphus* [illegible] 155 [illegible] 3 [illegible] *fuisse*, [illegible] Ipse tamen Angelus, [illegible] *Joannis XXII mandatum, retinuerat habitum Minorum* [illegible]

sparsos per plures diœceses,

sub habitu proprio,

C [illegible] *Quemquem* [illegible] *Clareni,* [illegible] Pauperes Eremitæ [illegible] *Bullis* [illegible] universorum pauperum Eremitarum, Presbyterorum et Laicorum; Societatis quondam Fratris Angeli Clarini [illegible] *ab iis qui Pontifici supplicabant, nihil miror; multo minus miror a Pontifice non redditum; cum titulus iste nunquam fuerit a Sede Apostolica in titulus, sed ut summum longi temporis tolerantia stabilitus.*

et nomine pauperum Eremitarum.

34 *Eamdem Societatem illam, quomodocumque dictam, postquam semel fuit ab Ordine Minorum abducta, tanquam Specialis Ordo, abdicata : variis occasionibus recurrisse ad Sedem Apostolicam, pluresque ab ea Bullas et Brevia, tam in genere quam in particulari, accepisse spatio sesquisæculi, vir equidem dubito; quin etiam suspicor, aliquas earum latere in Registro Pontificio, quod post singulos Annalium suorum Tomos edidit Waddingus; sed discerni eas non posse ab iis quæ Minoritarum sunt, quamdiu non habetur* *specialibus Conventuum seu Eremitoriorum* Clarenos *spectantium ; nec ullus hactenus prodiit Societatis istius Historicus. Hoc autem inter Eremitas non esse mirum, apud quos virtutum magnus,* [illegible] *litterarum* [illegible] [illegible] [illegible] *factæ.*

quorum historia et monumentis deficientibus

D

AUCTORE D. P.

35 [illegible] XXIII [illegible] II. Nova. [illegible] Ordine Conventualium [illegible] a Cælestino V [illegible] Eremitarum [illegible] [illegible] XXII, [illegible] MCCCXXXIV [illegible] *Lateranum* [illegible] MCCCXXXVI, qui [illegible] Petrus [illegible] ad Sixtum [illegible]

scilicet nunc vocans, ad 1473

potuisse ipsos unire Minoribus,

36 [illegible] Martino [illegible] Fr. Minorum [illegible] [illegible] Generalis Ordinis [illegible] [illegible] Societatis [illegible] Ministri [illegible] *Indulsit* [illegible] *Pontif*[illegible] [illegible] Clarenos [illegible] et Laicos [illegible] universa [illegible] quod erat [illegible] privilegiis, exemptionibus, immunitatibus, favoribus, gratiis et indulgentiis Ordinis Fratrum Minorum domibus et personis, in genere quomodolibet concessis et pro tempore concedendis, tam spiritualibus quam temporalibus, uti et gaudere libere et licite valeant. *Deinde* [illegible] *Novembris, ad petitionem* [illegible] Societatis prædictæ, in Spoletana et nonnullis aliis diœcesibus commorantium, *ad ipsas etiam præfatam constitutionem extendit; quod nunc subjectis Generalis Ministri præfati curæ, possint unum idoneum Fratrem* [illegible] Ordinis in earum eligere Confessorem, qui pro commissis per eas pro tempore peccatis eis de absolutionis beneficio provideat. *Qui etiam Pontifex* Sorores prædictas, quæ nunc sunt et pro tempore erunt

salvo jure [illegible]

F

Compositionem [illegible]

etiam ad [illegible] *subjectas extensa.*

A erunt, ab omni dominio, superioritate, jurisdictione et potestate Ordinariorum prorsus eximit et totaliter liberat.

AUCTORE D. P.

Qui huic unioni non consenserant, Displicuit tamen multis, inquit *Wadingus*, a pristina vita et veste recedere, divisisque in contraria Congregationis studiis, pars mansit sub Ordinariis, pars altera sub Generali Ministro: hæc autem contumeliose et derisorie ab altera vocabatur Congregatio Exclarenorum, quasi Clarenorum exuerint vestem et institutum. *Sed non ultra annos* XL *dissidium istud inter Clarenos duravit. Etenim anno* MDXI, considerans *Pontifex* Julius II, ex variis et diversis denominationibus in Ordine Fratrum Minorum, quorum alii Conventuales et alii de Familia, aliqui vero Fr. Angeli de Clarino, et aliqui Fr. *una cum aliis, abolito veteri nomine,* Amadei Congregationum, et alii Colettanorum, et alii de Evangelio seu de Capucio Fratres appellabantur, non modicum in populo scandalum generari; *mandavit* Fratribus Fr. Angeli et Fr. Amadei Congregationum, ac de Capucio et de sancto Evangelio, ac de Colettanis nuncupatis, ut Conventualibus, vel de Familia nuncupatis dicti Ordinis Fratribus, et eorum Ministris et Vicariis adhærerent. *Quod cum* B Clareni *facere fecerunt, Fratribus de Familia, id est* *eliguntur sub Julio 2 Observantibus accenseri* *Observantibus, se adjungendo; seque ac domos suas atque ecclesias ac bona eorum Vicario Generali subjecissent, cum etiam passi essent atque expresse consensissent, ut illarum domuum ecclesiarumque possessionem apprehenderent dicti Fratres de Familia, postea nihilominus ab iisdem subtrahere se nisi sunt. Has lites alio novo diplomate sopire conatus est Pontifex anno* MDXII, *per datas die* V *Martii, et apud* Waddingum *legenda; potuit tamen ad unionem usque* MDXIV *durasse conciliationem ostendunt; quando* omnes tandem aggregati sunt familiæ Observantium, *ut ait idem* Waddingus; *qui cum alibi dicat, quod* Clareni usque ad Pii V tempus perseverarunt, *vereor ne memoria lapsus sit, et* Pius V *irrepserit pro* Sixto IV, *cum Pius solum electus fuerit anno* MDLXVI.

NOT. 41

MIRACULA B. ANGELI

Auctore Fr. Philippo ejus familiari.

Ex MS. Caroli Strozzii, Senatoris Florentini.

C Frater Franciscus de Saponaria, qui moratur in ecclesia S. Nicolai solitarius, dum molestatus foret a dæmonibus per annos multos, sicut mihi narravit, in tantum quod non sinebant eum in ecclesia orare, nec in cella quiescere, nec extra deambulare; quia strepitus et diversos stridores ei inferrent, in tantum quod videbatur sibi quod cellam ipsam vellent diruere, et tectum ipsius totaliter dissipare, ac per ecclesiam eamdem, dum in oratione prædicta staret, strepitus in choro tales faciebant, quod ipsum multimode perturbabant; et dum molestiam ipsam sic sustinuisset, tandem, de consilio Fratris Danielis, ipsam suam molestiam sancto seni seriosius narravit, asserens se eam non posse ulterius sustinere; atque propterea commode et cellam et ecclesiam deliberaverat relinquere. Et dum confortaretur per eum, quod propterea locum non relinqueret; sed patienter portaret, et sustineret, quia sic erat supportatio meritoria; nullo modo deliberavit requiescere, et asserebat, vexationem esse valde gravem, et jam molestaverat eum per quatuor continuos annos, ita quod nullo modo portare ulterius poterat: unde supplicabat eidem provideri sibi de aliquo remedio, ut liberatus ab istis molestiis securius permaneret. Qui vir sanctus et pius, et compassione motus ex afflictione patientis, cordialiter

Fratrem a dæmonibus quadriennio vexatum, *neque ultra eos ferre valentem,*

D sic dixit: Or *b*, vade ad cellam, et securus esto; quia de cetero non venient, nec ulterius molestiam senties ab eis. Ivit juxta verbum imperantis, securus stetit, et pacifice habitavit, nec unquam de cetero minimam molestiam inde sensit: et sic colligitur, quod dæmones per orationem ipsius prohibiti sunt de cetero non molestare Fratrem eumdem.

b ab iis suo imperio liberat Angelus;

2 Magister Laurentius, fabricator de castro Boiani, habebat fistulas in manibus, et eas habebat satis plagatas ex diversis plagis, et sustinuerat per spatium multi temporis, nec poterat invenire remedia ex curatione medicorum. Venit ad virum Dei cum devotione, in eremitorio S. Mariæ de Aspro, ubi tunc morabatur; et petiit ut tangeret plagas prædictas: et contradictione maxima facta per eum, in fine vicerunt importunitas petentis, et rogationes astantium. Tetigit eum cum palma suæ manus, signando in modum Crucis. In paucis diebus rediit vir, ad referendum gratias Deo et viro sancto de beneficio sanitatis præstitæ sibi. Quem ego vidi et plagatum et sanum, ita quod vix apparebant loca cicatricum ipsarum.

tactu sanat manus fistulosas,

3 Frater Nicolaus de Calabria, Socius suus, dum staret in cella sua, et oraret; cogitavit in mente sua ire ad cellam viri Dei, et petere licentiam ab eo ut ire posset ad visitandum corpus B. Francisci in Assisio. Qui cum intraret cellam ipsius viri sancti, et verecundaretur aperire sibi cogitationem suam, et peteretur ad quid venerat, et quid volebat; respondit, quod nihil. Tunc vir sanctus dixit eidem: Revertere ad cellam tuam, et sta in pace tua: bene ibis in Assisium, sed non modo: post mortem meam ibis, et sic factum est.

E *novit arcanum desiderium unius,*

4 Frater Petruccius de Rocca *c* Montis-Draconis, dum esset cum eo una dierum in eremitorio S. Michaelis, et vir sanctus vellet unum quaternum ligare in uno libro Græco, qui ad manus ejus pervenerat *d* acu [illegible]; et acus quam ipse habebat esset nimis subtilis, et dictus Frater grossiorem haberet in suo acuario; et cogitaret in mente sua ut eam accommodaret Sancto, et ex alio latere formidaret ne rumperetur in opere supradicto; in prædicta dubitatione manente, vir sanctus subito dixit eidem: Non pœniteat te. Et dum ipse peteret, de quo? respondit Sanctus, De accommodatione acus in qua formidas: ego eam restituam tibi, in continenti quod perfecero opus istud.

c alteriusque e suis, d

5 A multis etiam aliis Fratribus audivi, quod denudabat cogitationes et corda singulorum: et dum ego super ista materia conferrem secum, satis efficaciter et devote perquirendo, quomodo hæc fieri poterant; post multa verba et longam enarrationem, vir sanctus mihi narravit, quod dum ipse esset in partibus *e* Romaniæ, ubi aufugerat cum sanctis sociis a facie persequentium, et esset in una ecclesia dirupta et derelicta, sub vocabulo Beatæ Virginis, circa Hierusalem(?); et esset ante imaginem ipsius Virginis, et post longam orationem cum multis suspiriis et gemitibus; Christus familiariter apparuit Sancto, et multa ei aperuit magna et alta: et ex illa apparitione et familiari locutione remansit sibi ex tunc, quod ita fuerant sibi manifesta et nuda corda singulorum, sicuti sunt facies exteriores hominum: et narravit mihi de tempore, et multa alia, quæ propter brevitatem omitto.

F *scriptori fatetur, ubi et quomodo* *e ea gratia sibi a Christo apparente data sit.*

6 Frater Thomas Angelicus, de Ordine Beati Confessoris Petri de Murrone, tunc prior Marsici, venerat ad visitandum nos in eremitorio Sanctæ Mariæ prædictæ: et dum stetisset per duos dies, et vellet se a viro sancto licentiare; in mei presentia dixit Sancto: Pater, volo recedere: præcipis aliquid? Qui respondit: Volo quod ordines, quod omnes Sacerdotes tui dicant Missam pro anima mea. Et

Amico se ab [illegible]

nisi mortuum.

A Et dum Prior ipse responderet; Non, Pater, ego redibo, et iterum videbo vos, et loquar et consolabor vobiscum; respondit: Verum est, tu redibis, et videbis me, sed de cetero non loquar tecum: quod secutum est. Rediit ad exequias cum multitudine miraculose currentium, vidit eum, et non est locutus cum eo. Idem Prior, qui maximam devotionem conceperat in virum Dei, quando rediit in die exequiarum, et ipsum vidit sic migratum; alta voce clamabat, Mi Pater, ecce prophetia tua, quam mihi narrasti, completa est: ecce video te, et mecum non loqueris.

Ad moriturum fit ingens concursus toto triduo;

7 Et unum mirabile non sileam. Cum vir ignotus, peregrinus, et sequestratus a congregationibus et tumultibus seculi, transitum faceret in loco deserti, ab omni habitatione remoto; per spatium trium dierum ante exitum ipsius animæ de corpore, factus est tantus concursus hominum, venientium ad vivendum eum (cum fama inde volaverit; In loco S. Mariæ de Aspro quidam Sanctus migrat) quod fuit de necessitate ut custodes ponerentur ad ostium cellæ, ne homines possent intrare nisi vicissim. Et in die transitus, qui fuit die quinto decimo mensis

major autem in die mortis 25 Junii;

B Junii, tot fuerunt concurrentes ex diversis locis et castris cum processionibus, quod, juxta æstimationem multorum, plus quam duo millia personarum ibi fuerunt congregata.

ad corpus nemo nisi genibus repando accedit,

8 Sed quod narrabo quis cogitare poterit, quod non absque occulto mysterio, secundum provisionem divinam, sit actum? videlicet, quod cum aliqui essent qui notarent, viderunt quod nullus remansit a maximo usque ad minimum, qui non ab introitu ecclesiæ usque ante altare ubi corpus jacebat, flexis genibus cum devotione maxima veniret, osculando et amplexando pedes illius, et faciem in eis ponendo, et dicendo, Sancte benedicte, adjuva me. Et cum manus ipsius discoopertæ essent, non potui perpendere quod aliquis ad osculandum ipsius manus irrueret, nisi ad pedes tantum, ut dictum est. Et in

idque tantum ad pedum osculum.

ipsa hora suæ sepulturæ, contra morem illius patriæ, quæ in montanis posita est (et homines sunt ibi laboratores et grossi, et non in talibus assueti) quamplures venerunt induti saccis et *f* bisaccis, cum disciplinis, verberando et percutiendo se.

f

9 Quidam de terra Marsici-novi, qui infirmabatur ad mortem, et desperatus erat ab omnibus, et etiam tractum *g* facere incipiebat, et de sepultura illius procurabatur; dum Monachus supradicti Prioris, qui amicus ejus erat, venisset ad visitandum

g

Moribundus facto ab aliis voto sanatur

C eum, et vidisset eum fore proximum morti, ex dolore recessit: et dum pergeret in via, recordatus est de sancto viro, et dixit socio suo; Redeamus cito, et dicamus quod voveat se sancto viro Dei, et a faucibus mortis liberabit eum. Rediit, et locutus est prædicta ad aures ejus: et cum non intelligeret, dictus Monachus volvit se ad uxorem ejus et astantes, qui ibi erant flentes, et dixit eis: Voveamus eum viro sancto, qui his diebus migravit in eremitorio S. Mariæ de Aspro, et liberabit eum. Quo voto cum devotione emisso, in continenti cœpit meliorari, et restitutus est pristinæ sanitati.

Fratri in Calabria posito

10 Vir Deo devotus Frater Thomasius, pauper Christi Fraticellus, audiens in Calabriæ partibus, ubi morabatur, pro sua salute pœnitentiam faciendo, quod vir sanctus venerat ad partes Basilicatæ, et ibi morabatur in eremitorio S. Mariæ de Aspro, æstuans videre eum, pro qua visione jam multum laboraverat, absque fructu; dum applicuit ad dictum locum, invenit quod jam transierat ex hac vita. Et dum sic pernoctaret super sepulcrum, nunc flendo amare, nunc

Angelus apparet cum B. Virgine, ipsius sanctitatem attestante:

lamentando; dum Pauperes convenirent ad ecclesiam pro Matutino dicendo, exivit de ecclesia, et posuit se in oratione sequestratus, retro tribunam ecclesiæ, retro in pedibus, cum una *h* gambetta subter tibiam. D

ex ms *h*

Et dum ita staret elevatus super se, ecce vidit virum Dei cum beata Virgine, quæ ducebat eum per manus: et dixit ei, Frater Thoma, venisti ad videndum me, et multum laborasti per multas vices, nolo quod recedas desolatus: dices Ruberto ex parte mea, Hæc et Hæc: et ad hoc quod credat sibi, dabo sibi signum, quod hæc verba habui secum in tali loco ad litteram sicuti fuerat; quæ scire non poterat, nisi habuisset ab eo vel a me. Et tunc Virgo Mater dixit ei: Quidquid dicit tibi hic vir sanctus, sic dicas: quia omnia vera sunt. Qui Frater ita narrando depingebat eum, ac si per totam vitam suam stetisset secum.

11 Idem Frater Thomas, Prior Marsici, de quo tibi superius feci mentionem, dum per aliquos dies post transitum viri Dei, ex devotionis causa veniret ad visitandum sanctum ejus tumulum; et supra sepulcrum poneret se prostratus in orationem, immediate post Horas Completorii; et ibi quasi per totam noctem pernoctaret, non absque consolatione non modica; et profusione multarum lacrymarum: dum Pauperes ad Matutinale Officium persolvendum conve- E

ut tali dictantur Antiphonæ et Collecta divinitus inspiratæ. *i*

nirent, petiit pugillarem, et scripsit sicuti Spiritus Domini eum docuerat in illa pia et *i* compassiva in meditatione, Antiphonas et Orationem, in hunc modum. Ad Magnificat Antiphona *require in fine libri*, Salve, Pater etc. Quis ergo sanæ mentis et pie vivens in Christo, aliud cogitare valebit, nisi quod verba ipsa sic proprie dicta, ab illo spiritu divino data sunt, cui solum retexisse, docuisse est.

k

Dæmoniaca liberatur,

12 Mulier quædam de castro *k* Brguni, sic a spiritibus vexabatur, quod horribile erat videre. Adducta est ad sepulcrum viri sancti, cum violentia non modica; et ibi cum teneretur a multis, cœpit se volutare et exspumare, et sic loquebatur malignus spiritus per os ejus: Exeo: plus stare non possum: ecce dies quo ejicior de habitatione mea: dimittatis me parum: exibo. Et faciebat eam revolvere in manibus tenentium sicuti pilam: et aperuit os suum. Et dum exiret, terribilia quæ *l* projecit longum esset enarrare. Remansit mulier sicuti mortua, et dormivit parum: deinde surrexit et comedit, et quæ captiva ducta fuerat violenter, sana et libera et cum gratiarum actione, læta rediit ad propria.

l

dens excussus restituitur.

13 Blancula, uxor Thomasii de Borano, dum quodam sero percuteret eam vir ejus, et daret sibi cum pugillo in ore, et ex percussione ipsa unus de F dentibus ex parte superiori ejiceretur in terram; flebat amare et vociferabat. Videns autem dictus maritus ejus afflictionem uxoris, lucernam accendit, et ad os ejus respexit, et in solo diligenter prodente qui ceciderat perquisivit; et eo invento, cum multa devotione et amaritudine cordis, ad sanctum virum recurrit, vovendo sepulcrum ejus una cum uxore sua visitare. Reposuit dentem, quem violente ejecerat, in loco suo, cum genuflexione et emissione voti. Contra omnem naturam sic in continenti firmatus est dens, et solidatus et stabilitus; quod, sicuti ego vidi et multi alii, mulier ipsa cum digitis apprehendebat eum, et ostendebat omnibus, et dicebat; Videatis quod in ore meo non est dens firmior isto.

m

Sanantur, oculus exempto verme,

14 Quidam puer, ex terra *m* Saturni, patiebatur infirmitatem non modicam in uno ex oculis suis, et amiserat visum ex eo, et erat tumefactus. Venit ad sepulcrum viri sancti cum devotione, et vovit se ei: et in continenti, in præsentia multorum, vermis cecidit ex prædicto oculo; et videre cœpit, et perfecte liberatus est. Quædam mulier de terra *n* Saponariæ patiebatur in gutture suo, et erat quasi in periculo mortis: vovit se sancto viro, et liberata est. Quidam puer, de terra ipsa Saponariæ, patiebatur

n

guttur,

A batur infirmitatem in tibiis a longo tempore, et erat quasi leprosus in eis: vovit se sancto viro, et perfecte curatus est. Quidam homo de terra Bojani, captus a malandrinis o, et vulneratus ab eis; dum sic teneretur captivus et vulneratus, vovit se sancto viro; et non tantum captivitate liberavit eum, sed a plaga perfecte curavit.

[illegible]
o tibia,
p ulcera;

15 Quædam mulier, de castro p Montis-Murri erat plagata diversis ulceribus in tota persona sua, et affligebatur ex eis continuo langore, quod sustinuerat magno tempore. Vovit se viro sancto, et perfecte curata est. Quæ videns curationem sic miraculose factam per servum Dei fidelem, filius qui ex morbo caduco affligebatur assidue, vovit se sancto viro, et perfecte curatus est. Quidam homo de terra Saponariæ patiebatur in guttore, et exinde loquelam amiserat: vovit se sancto viro sicuti potuit; et liberavit eum. Quidam de prædicto castro Montis-Murri, plagam sævam patiebatur et vetustam in ventre, nec curari poterat aliquo beneficio medicorum: vovit se sancto viro, et perfecte liberatus est. Quædam mulier de eodem castro Montis-Murri, habebat diversos dolores in omnibus membris et in tota persona: vovit se sancto viro, et curata est.

epilepsis,
guttur, mutus,
dolores varii,

16 Quidam homo de supradicta terra q Marsici-veteris, ex febre continua acriter affligebatur: vovit se sancto viro, et curatus est. Quidam homo de Saponaria patiebatur febrem continuam; vovit se devotissime sancto viro, et statim liberatus est. Quædam mulier de eadem terra Saponariæ, patiebatur dolorem in capite, et affligebatur immense, quod sustinuerat per tres annos: vovit se viro sancto ut liberaret eam, et quod aliquam imaginem ceream appenderet in ecclesia; et liberata est a passione prædicta. Quædam mulier de prædicto castro Bojani, habebat conquassatum caput, et quasi memoriam perditam: vovit se viro Dei et liberata est. Duo viri in prædicta terra Marsici-veteris infirmabantur de febre continua: voverunt se viro sancto, et liberati sunt. Quidam homo de prædicto castro Bojani infirmabatur ad mortem, et desperatus erat ab omnibus, et de sepultura tractabatur: voverunt viro sancto, et liberatus est. Quidam familiaris Domini Ruberti de S. Severino, habebat plagam in pede sævam et profundam, quam portaverat magno tempore: vovit se viro sancto, et immediate curatus est.

febres, q
cephalalgia triennalis

17 Jacobellus de Philecto veniebat cum ceteris C sociis ad requirendum me, quia amicus fuerat meus in seculo: et cum fuerunt prope Marsicum, equus, quem ipse habebat et equitabat, ex nimia lassitudine seu dolore ceciderat in terram, et ex nulla argumentatione poterant eum sublevare: sed videbatur eis quod quasi mortuus esset: et levaverunt sellam et frænum, dum vellent recedere propter dubium malandrinorum, quia advesperaverat. Tunc unus ex sociis vovit se, et dixit: o Beate Angele, iste Scutifer venit ad locum tuum, non patiaris eum ita desolatum venire, et quod peditando vadat, quia nobilis est. Immediate vix sermonem compleverat, equus sanus

Equus pene mortuus subito revixit

surrexit: et posuerunt se in via, et usque ad hospitium devenerunt. D

18 Ego Frater Philippus, assistens sancto seni fratri Angelo, Feria sexta infra octavam Pentecostes, scilicet festo Antonii. *Cetera desiderantur, avulsis una aut pluribus paginis.*

ANNOTATA D. P.

a *Nomen auctoris habetur in fine: qui autem* infrascripta *misisse* Fr. Gentili de Fulginio *dicitur*, D. Robertus de Mileto, *fortassis idem est, quem Waddingus ad an.* 1344 *num.* 10 *narrat, una cum Fr. Guilelmo Episc. Scalensi, [illegible], a Sancia, Roberti Regis vidua, Clarissarum a se conditum Neapoli monasterium ingressura, constitutum testamenti executorem. Licet enim is ibi, æque ac Episcopus, vocetur* Frater Ordinis Minorum, *potuit tamen ex alio capite a me hic vocari* Dominus. *Quisnam autem fuerit ille* Fr. Gentilis, *Clarenus an Minorita, non ausim determinando definire; magis tamen propendeo, ut Clarenus fuerit.*

b Or, *Particula definitiva, Italis usitata,* Tandem, denique.

c Rocca Montis-Draconis *in Campania, ad sinum Formianum, inter Cajetam et Capuam.*

d Accomodatus, *Italica phrasi,* mutuo datus.

e Romania, *id est,* Thracia; *sic dicta a Constantinopoli, quam* Novam-Romam *placuit appellare.*

f Bisaccus *quasi* Bis-*seu*-Duplex-saccus, *id est,* Mantica, *[illegible]: hic tamen videtur præcise poni pro sacco, quo disciplinantes utantur, aperto post dorsum.*

g *Academicis della Crusca,* tractus dare *dicuntur agonizantes, adeo ut ea voce extremos singultus intelligant.*

h Gambetta, *diminutivum a* Gamba, i. tibia, *videtur hic poni pro* Scabello.

i *Nescio an hæc verba Auctoris, vel potius transcribentis esse dicam. Ego in ultima pagella reperta, inserui n.* 5 *Commentarii.*

k Bojanum *sive* Vojanum *in Molisino Comitatu,* p. m. 12 *ab Æsernia, et plus quam duplo pluribus Benevento distans, adeoque fere* 100 *a loco ubi curata est mulier.*

l Projicere, *id est,* Evomere.

m Terra-Saturni, *fortassis* Satrianum 9 p. m. *distans Marsico novo et a S. Maria* 14.

n Saponaria *distat a loco S. Mariæ, ad meridiem, solis* 6 *vel* 7 p. m.

o Malandrini, *grassatores: sic dicti quasi a* Male andare. F

p Mons-Murri *distat Saponaria, versus Ortum,* p. m. 5, *a S. Maria* 9.

q Marsicum vetus, *distat a* Novo *versus Saponaram, utrimque medium,* p. m. 5 *totidemque a S. Maria: sed non memini antea hic nominari illud* Marsicum-vetus, *ut forte,* τὸ supradicta, *per oscitantiam scribentis irrepserit.*

E

DE S. JONA THAUMATURGO

METROPOLITA KIOVIENSI IN RUSSIA

D. P.

Ex Triptycho et Synaxario Russorum.

CIRCA MCCCCLXX

Inter tres Sanctos Metropolitas in triptycho pictus ultimus

Post Ephemerides Græco-Moschas, primo nostro Tomo Maji præfixas, videnda exhibui Triptycha Moscoviticæ pietatis duo; in quorum priori ac potioris ala dextera (sinistram inverso ordine videri Chalcographus imperitus fecit) repræsentantur serie duplici stantes, et Christum, in media tabella pro tribunali sedentem, respicientes Sancti decem: et ordine quidem superiori stant hi quinque, S. Nicolaus, Myrensis Episcopus; S. Stephanus, Diaconus Protomartyr; SS. Petrus, Alexius, Jonas, in habitu Metropolitico omnes: fuerunt enim Archiepiscopi Kijovienses in Russia: Primus vero Petrus, in ordine Metropolitarum nonus, sub initium seculi XIV mortuus, B et in Fastos relatus XXI Decembris; uti ad XII Februarii docuit Godefridus Henschenius, agens de prænominatorum secundo S. Alexio, qui circa annum MCCCXXX ordinatus, annis ferme XXXIV Thronum obtinuit. Idem deinde dicit, quomodo Alexii successor Photius, totus intentus Schismati Græcanico introducendo, meruit deponi in Concilio, quod Novogrodeci in Lithuania celebratum fuit, anno MCCCCXV: eique ex ordine successerint Gregorius, Misael, Jonas Hlesna, et alii tres, omnes a dicto schismate Græcanico alieni usque ad annum MDXX, quando alius Jonas creatus Metropolita, schisma, in illis partibus pene confectum, erexit.

floruit post dimidium seculi 15

in Ephemeridibus non expressus,

2 Petri et Alexii Natales amplissima forma notantur in figurata Moschorum Ephemeride, nec non ipsius Alexii inventio XX Maji: Jonas ibi nusquam comparet; quia scilicet tabulæ Ephemeridum istarum sculptæ fuerunt anno MCCCCXLIX. Hoc post illas editas, primum observari, notatum ad calcem, primi in anno Moscovitico mensis Septembris, per notas [illegible]: quas ad seculum tum currens referens, invenio signare annum XLIV, cum nota [illegible] Indictionis XII: talis autem concursus, post annum MCXLIX, primum invenitur anno quem dixi MCCCCXLIX; nec usque modo adhuc rediit aut redibit ante annum MDCCXLIX. Sed qui ibi locum non potuit habere S. Jonas, habet eum in Menologio Ruthenico, quod anno MDCLXXIX, Indictione II, mense Augusti impressum Moscuæ, sub Duce Theodoro Alexiade et Patriarcha Joachimo, anno MDCLXXXVIII nobis reliquit, et cum variis MSS. collatum, Latine reddidit prænobilis ac generosus Dominus Joannes Gabriel Baro de Sparwenfeld Suecus, diu inter Moscos in Regis sui negotiis versatus. E

quia harum tabulæ sculptæ sunt an. 1449:

3 Ibi, ad hunc diem, post commemoratam S. Theodori Syceotæ Translationem, quæ nos ad XXII Aprilis latuit; leguntur hæc verba: Item S. P. N. Jonæ, Metropolitæ Kyoviensis et totius Russiæ Thaumaturgi; quem tam præclarum titulum, nec nisi propter frequentia passimque nota miracula cuiquam tribui solitum, nemo (credo) suspicabitur posse ei competere, qui Schismatis auctor vel innovator fuerit. Ut enim huic ipsi præsumpserit aliquis nonnulla affingere, quasi supra naturæ vires facta; impossibile est tamen sine cujusquam contradictione fingi tam multa, ut tota una natio, quamtumvis sui erroris tenax, conspiret in fictionem tam palpabilem, quam opus esset ad ejusmodi tituli usum stabiliendum. Maneat ergo, orthodoxum, atque adeo vere Sanctum esse Jonam, sic propositum; optemusque ejus vitam et miracula nancisci, sicubi scripta extant.

sed in Synaxario anni 1679 notus cum titulo Thaumaturgi.

APPENDIX

ADDENDORUM ET MUTANDORUM

AD ACTA SANCTORUM MENSIS JUNII

TOMO III

AD DIEM XII.

NOT. 1 *De SS. Olympio et Amphione.*

Pag. 1, *col.* 1, *ubi de* S. Olympio *et* S. Amphione, B ℣ 9, post — *ideoque* — sic prosequere — *in posterioribus editionibus Antuerpiæ cusis anno* MDCXVIII, Olympius *non* Athenis, *sed in* Thracia *collocatur; in recusis autem jussu Urbani PP.* VIII *anno* MDCXXXV, Amphion *non tempore* Maximini, *sed* Galerii Maximiani *legitur* confessor fuisse. *In Notis autem* —

NOT. 2 *De sanctis, Torannano, Agathano, Mochuelleo et Troscano, fratribus Hibernis, Vitas non habemus*

Ibidem post dicta de SS. Olympio *et* Amphione *subjunge sequentia* —

S. Torannanus, abbas Benchorensis, monasterii S. Comgalli in Ultonia, et Collis Vertigerni in Lagenia, et Drumeliensis in Carbaria, inferioris Connaciæ dynastia.

S. Agathanus de Deserto Agathani ad ripam Ethnei fluminis, Midiam Connaciamque interfluentis. Feæ.

S. Mochulleus Indrisnathæ apud Forhardos

S. Troscanus Ard-Brecanensis Quatuor germani fratres, XII Junii coluntur. Ita compilatio quatuor antiquissimorum Festilogiorum seu Martyrologiorum Hibernensium, ex codice MS. monasterii Fratrum Minorum Dungallensium in Tirconellia, provinciæ Hiberniæ et regularis observantiæ S. Francisci. De quibus Martyrologiis et eorum auctoribus agendum fusius in Prolegomeno generali de aucto- C ribus singularum vitarum, et ad dies natales sanctorum, qui ea primum scripserunt. *Hæc in charta MS. reperio, quæ videtur a P. Hugone Vardeo Ordinis Minorum in conventu Hibernorum Lovanii, ut multa de sanctis Hibernis alia, ad P. Rosveidum aut Bollandum transmissa fuisse. Vardei istius diligentiam in conquirendis Sanctorum suæ gentis ac patriæ actis, pluribus laudat Colganus in præfatione sua ad trimestre primum Sanctorum. Interea nullius præmissorum quatuor nomen adnotatum invenio in* Catalogo sanctorum Hiberniæ, *anno* MDCXV *primum edito, et* MDCXIX recognito atque aucto *per P. Henricum Fitz-Simon, itidem Hibernum Societatis Jesu. Mirum etiam videri possit, fratres germanos fuisse, qui in tam diversis regionibus vixerunt, atque omnes coli eodem die* XII *Junii; idque eo magis, quod citatus Vardeus in suo quodam Sanctorum Hiberniæ amplo catalogo, anno* MDCXXVII *ad Rosweydum misso, nec* Torannani, *nec* Agathani, *nec* Troscani *mentionem fecerit. Fecit quidem* Mochullei, *sed tantum inter Sanctos, quibus ait* certum cultus diem assignari non posse. *Posteriore igitur tempore scripserit quæ hic initio produximus, quæque extracta dicit ex compilatione quatuor Martyrologiorum. De his autem eorumque vitæ auctoribus utinam (quod promittebat) fusius egisset! Sed nec ipse, nec successor ejus Colganus, nec alius quod sciam, id præstitit hactenus. Unde integrum nobis non est de auctoritate istius compilationis judicare. Nos solius* Mochullei *vitam* — *nisi Mochullei, quæ indignæ hoc opere.* — E *aliquam MS. ab eodem Vardeo; et aliam, initio mutilam, e codice item MS. seminarii Salmanticensis Societatis nostræ, submissam habemus. In neutra vero dies aut annus mortis indicatur, et certum chronologiæ principium apparet nullum; totusque textus narrationibus tam hyperbolicis impletur, ut prodigia potius, ad stuporem lectoribus ingenerandum, quam miracula ad fidem sanctorum virorum ac Dei potentiam manifestandam, omnia videantur excogitata esse. Quapropter talibus actis abstinendum nobis, et quæ hic dicta sunt, sufficere putamus. Notare tamen debeo, quod in alio Catalogo ejusdem Vardei nobis notetur* S. Mochulleus seu Macculleus, *sed illum ipse remittit ad* XXV *Aprilis. An idem cum præmisso sit, an alius; accuratior rerum Hibernicarum scriptor aliquando fortassis explicabit.*

NOT. 3 *De S. Onuphrio Bellofortensi Ordinis S. Basilii.*

Eadem pag. col. 2 *post* S. Oswaldum *(ubi versu penultimo delenda est particula* de *) subjunge de* S. Onuphrio Bellofortensi, *ut sequitur.*

S. Onuphrius Bellofortensis monachus Ordinis S. Basilii *memoratur hoc die in catalogo MS. Sanctorum ejusdem Ordinis, quem habemus, post S. Onuphrium anachoretam antiquum. Habemus item compendium vitæ ejusdem Onuphrii Bellofortensis, a Reverendissimo Patre Petro Menniti Generali istius Ordinis, viro placidissimo atque zeloso, nobis submissum. In quo dicitur Vir sanctus in Calabria ulteriore patriam habuisse, locum vulgo dictum* Belforte *et* Belloforte; *quem Leander Alberti locat* IV *mille pass. a* F *Panaja, ac* X *a Suriano. Ingressus Ordinem S. Basilii, tunc ibi florentem; post aliquot annos transivit cum facultate sui superioris ad territorium Montis Leonis, ubi nunc est pagus, qui* S. Onuphrius de Chaos *appellatur, quia tunc ibi erant tres profundissimæ voragines, stabula serpentum, vicinis multa inferentium damna, quos vir Dei fusa oratione omnes fugavit, ibidemque monasterium construxit, quod hodiedum eodem nomine dicitur* S. Onuphrii de Chaos; *habuitque plurimos in loco isto virtutum suarum imitatores. Obitus, diesve ejus aut annus non adscribitur. In catalogo tamen prædicto notatur dies* XII *Junii, ex occasione ut videtur nominis, qua* S. Onuphrius anachoreta *tum colitur. Significatum quoque mihi fuerat, ampliorem vitam servari in bibliotheca Vaticana Cod.* 858 *pag.* 176. *Scripsi igitur illa de re ad custodem ejus primarium D. Laurentium Sacagni, dum vivebat, amicum meum; sed is inquisitione facta respondit, nullam illic esse. Quapropter hic contentus erit lector, eo magis quod fateatur Reverendiss. P. Generalis, publicum cultum non habere Onuphrium suum.*

NOT. 4

Pag. 3 *sub finem col.* 2 *ante* Joannes Consobrinus *ponatur.*

Matthæus Dinis de Lucilliano *Comitatus Senensis in*

AUCTORE C. J.

A *in Hetruria, Ordinis Eremitarum S. Augustini, in Silva Ilicitana, et hinc progressæ reformationis per Italiam Vicarius, proponitur mihi tamquam Beatus cum notitia nonnullorum miraculorum et erudito commentariolo circa antiquitatem et notitiam ipsius* Lucilliani : *quæ omnia libenter insererem operi nostro ad hunc diem 12 Junii, quo Matthæus dicitur obiisse an. 456 ; si saltem in ipso Ilicitanæ sylvæ monasterio vel ejus historia, an. 1637 ab Ambrosio Landucio illustrata, aliquod publici cultus argumentum invenissem. Quia tamen Typographi commoditas quædam adhuc postulat aliquid implendo, quod ultima in pagina restaret vacuo; invenies ad calcem hujus Appendicis nonnulla, usui tunc futura, quando distinctius probabitur quem requiro cultus.*

NOT 5 — *De S. Pelagia pœnitente*

Pag. 4 col. 2 media. — S. Pelagiæ pœnitentis translatio apud Jotrum monasterium, *refertur a Saussayo.* — adde — *Castellanus in MS. quodam suo ait,* Conversionem ejus hoc die recoli, translationem vero die 2 hujus mensis ; *submisitque una de sancta Pœnitente illa Officium ecclesiasticum, ab ipsomet (uti reor) concinnatum pro ecclesia S. Pelagiæ, quæ est Parisiis in loco* Puilermite *(quasi dicas,* Puteus Eremitæ) *appellato, infra Parochiam S. Medardi.* B *Hinc pronum est cogitare, ejusdem Sanctæ reliquias ibi etiam servari, aut festum singulari titulo celebrari. De quibus plura ad diem ejus natalem* VIII Octob.

NOT 6

Pag. 32. Agitur hic de S. Petro anachoreta in monte Atho, *post* S. Ternanum, Pictorum in Britannia episcopum, *cui ille præmitti debuit, non quidem ratione temporis quo vixit, sed ob alias causas, quæ in commentario de* Petro *num. 2. allatæ sunt.*

NOT 7

Pag. 87. num. 2 § 3, sic lege, *a Greveno pridem collecto, a Carthusianis ejus Coloniensibus anno* MDXXI *auctius recuso; Molani indiculo etc.*

NOT 8

93 *ad Commentarium* de SS. Griestettensibus *adde hæc* —

10 *Hunc sic impressum Commentariolum cum prælaudatus Illustrissimus Coadministrator legisset, distinctiora nosse cupienti, saltem de tempore quo* Adrianus Abbas *vixit, rescripsit, documentis undique perquisitis aliud elici non potuisse, quam quod* anno MLII adhuc in vivis fuerint Sancti, quando S. Leo IX, Sanctos Wolfgangum et Erhardum Ratisponenses Episcopos, et Albertum fratrem ejus, similiter Ratisponæ defunctum, sed nullo proprio cultu notum, de terra levavit, et præfatos duos universali Ecclesiæ pro- C posuit colendos : unde sequitur, Sanctos istos ante sexcentos et aliquot annos obiisse, licet dies ignoretur. Eodem enim tempore, ab Ottone, Burgravio Riedenburgensi ex Ducibus Bavariæ (cujus uxor Bertha, S. Leopoldi Archiducis Austriæ filia, S. Henricum ei genuit filium, peregrinum in Ebertshausen, miraculis annuis clarissimum) insignis Ecclesiæ hic, in honorem S. Jacobi, Scotis fuit erecta, eodem Abbate Christiano instante, a quo Sancti prædicti statim post mortem a curte ubi obierunt avecti in Wide pratum, quadrante viæ a civitate Dietfurt distante, ipso Comite agente, sepulti ibidem sunt ; et mox ecclesia erecta desuper in honorem S. Martini, cognominis sancti Prioris et Eremitæ, quia ante et post mortem miraculis clarissimi extiterint.

vixerunt illi ante annos 700.

Radero ignoti, æque ac alii plures

11 *Hactenus de illis : pergit autem Illustrissimus, nec contentus indicasse nobis* S. Henricum Peregrinum, *de quo supra* ; Haberem, *inquit,* adhuc plures Sanctos, de quibus P. Raderus parum aut nihil fuit informatus, eo quod non adfuerint homines qui viro respondere poterant, dum transiret : quod multis accidit : sed illa colligam et submittam. Interim gratias ago maximas : quod operi suo voluerit inserere quæ certissime comperta habemus de his Sanctis : et si quid ulterius potero ad eorumdem et aliorum conferre memoriam illustrandam et Com- D mendandam, non deero. *Non possum non habere gratissimam tam bonam voluntatem : sed simul opto ut inter lustrandas latissime patentis Archidiœcesis ecclesias rurales, oppidaque et villas, tempus habeat ea notandi quæ operi nostro prodesse possint ; puta de illo* S. Henrico, *quo modo ac die colatur ; deque aliis similibus in particulari ; tum oro, ut quidquid ad gestorum vitæque notitiam eruderandam ex locorum monumentis atque traditionibus, certum invenerit, maxime circa eos quos ignoravit aut leviter dumtaxat perstrinxit Raderus in sua Bavaria Sancta, quantumvis operose illustrata, communicet.*

94 *Post sequentiam* de S. Eskillo *adde.*

NOT 9 — *Missa propria.*

6 *Pulcra profecto, et perquam apta Sancto est Missa, quæ recitatur sub hoc Introitu* : Gaudeamus omnes in Domino diem festum celebrantes, sub honore S. Eskilli, Pontificis et Martyris, in cujus passione gaudent Angeli, et collaudant filium Dei. *Sequitur enim hæc* ORATIO ; Deus pro cujus fide gloriosus Pontifex Eskillus manibus impiorum lapidatus occubuit, mentes nostras illumina fidei fulgore, quam docuit : ut possimus viam veritatis agnoscere ; et ad vitam, quam gloriosa morte promeruit, pervenire. *Tum proponitur* Lectio libri Regum et Parali- E pomenon XXIV, *de Zacharia filio Jojadæ, in quem juxta Regis Joas imperium, miserunt Judæi lapides in atrio domus Domini, et interfecerunt eum. Graduale autem sic terminatur,* Grex suspirat humilis sequi te Pastorem ; quem duc, Pastor nobilis, lucis ad Auctorem. *Evangelium secundum Joannem.* Ego sum Pastor bonus. SECRETA ; Salutaris hostiæ munus sacrandum quæsumus Domine, beatus Eskillus, Martyr et Pontifex, nobis ad salutem fore deposcat; ut et conversationis ejus experiamur insignia, et intercessionis ejus percipiamus suffragia. POST-COMMUNIO. Adjuvet nos quæsumus, omnipotens Deus, per hæc Sacramenta quæ sumpsimus B. Eskili, Martyris tui atque Pontificis intercessio veneranda, qui pro tui nominis honore, glorioso martyrio meruit coronari.

Pag. 97, ordire Commentarium, deletis aliquibus, hoc modo — NOT. 10

Cortona, urbs Hetruriæ antiqua, tempore B. Guidonis erat diœceseos Aretinæ, ejusque civitatis episcopo in spiritualibus parebat; a cujus jurisdictione ipsam cum territorio suo exemit ac proprio episcopo donavit Joannes PP. XXII *per Bullam, quæ extat apud Ugellum tomo* I *Italiæ sacræ col.* 664, datum Avenione XIII Kal. Julii, pontificatus ejus anno nono, *id est Christi* F MCCCXXV. *Subest temporali dominio Magni Ducis, prope a ditione Ecclesiæ Romanæ et agro Perusino sita; in spiritualibus soli Papæ immediate subjecta. Ibi quadringentis abhinc annis obiit sanctissima pœnitens* Margarita *etc.*

Item num. 3 § 6 Frater Franciscus de Equis — lege — *Frater Franciscus ab Equo, quæ est villa in tractu Lunisiano, anno* etc. *Idem de cognomine istius Francisci, quod more Ordinis a patria, non a familia sumptum fuit, etiam observandum venit pag.* 101 *Annot.* e *et forte alibi.* NOT. 11

Pag. 103. *Annot.* a, Adjice ad calcem — *Potest tamen factum esse, quemadmodum de alio S. Francisco, videlicet Paulano, legitur ex Philippo Comineo apud nos tom.* I *Aprilis pag.* 103 *num.* 9, *quod Sanctus ille, dum in Franciam proficiscens, Roma transiret, ibi* triplici vice audientiam habuit apud Pontificem *Sixtum IV*, solus cum solo agens, et prope ipsum assidere jussus in sella speciosa, trium quatuorve horarum spatio, quoties ad Papam accessit. NOT. 12

Item Annot. e. *subnecti potest* — *His publicatis et a Cortonensibus lectis, fuit inter illos, cui displicet hæc Annotatio, quia Eremitæ, illic memorati, non fuerunt Tertiarii.* NOT. 13

A *Tertiarii. Neque vero hoc dicit Auctor Annotationis, sed ait, Tertiarius in loco Cellarum successisse nonnullos Eremitas (si hæc Cortonenses, aliter quam ex traditione sua, monstrare possint, minus vera esse, cupimus doceri) nihil definiens, quales illi fuerint. Tum vero subjungit, quod Eremitæ isti censeri possint ex illorum numero fuisse, qui se* Pauperes Eremitas *dicebant, quique quia a Cœlestino Papa confirmati erant, dici etiam cœperunt* Eremitæ Domini Cœlestini, *ac deinde* Clareni, *qui membrum fuerunt Ordinis Minorum non contemnendum, atque ad usque ingressum Fratrum Cappucinorum in locum Cellarum et ultra, superfuerunt. Si assignaverint Cortonenses, certiores dicti loci, in vicinia suæ civitatis positi, incolas per duo et amplius secula, faciles nos invenient, ad mutandam conjecturam de habitu, in præmissa B. Guidonis imagine expresso, in potiorem veritatem.*

NOT. 14 *Ibid. Annot. f. ad calcem Annotationis, pro clariore intelligentia quorumdam ibi dictorum, adjice sequentia.*

Ex quo Annotatio hæc facta fuit, nacti sumus genuinum exemplar Leandri Alberti Italicum Descriptionis Italiæ, et quidem duplex, utrumque Venetiis editum, alterum anno 1553, *alterum* 1588; *ubi in priori, pag.*
B 59; *in posteriori, pag.* 68, *describitur* Ossaja, *non procul a lacu Trasimeno sita. Neque vero Waddingus ad annum* 1211 *num.* 9, *corrigit Marianum in eo, quod dixerit,* prope Cortonam *natum esse Eliam; sed in eo, quod locum nativitatis ejus vocet* Ursariam, *quod castellum est in regno Neapolitano: et continuo ait, se judicare, similitudine vocis deceptum esse Marianum, et* Ossariam villam voluisse dicere, quæ prope Cortonam est; *manifeste indicans, se quoque illam habere pro patria Eliæ. Quod etiam apertius indicavit ad annum* 1253 *num.* 30, *ubi mortem Eliæ describens, ait, Cortonam oppidum ei fuisse* nativum, *sumens oppidum præcipuum territorii pro ipso territorio, in quo est* Ossaja *seu* Ossaria. *Id ipsum denique docet inscriptio crucis, auctoritate publica apud Minores facta, de qua in Annotatione satis dictum est. Tantum moneo, quod ibi impressum legitur,* Santianensis, *scribendum esse* Sartianensis.

D

AD DIEM XIII

NOT. 15 *Pag.* 158, *in catalogo Sanctorum post* S. Agricium *appone* — S. Priscus, episcopus Lugdunensis in Gallia. *Quæ vero mox inter Prætermissos leguntur de* S. Prisco, *dele: ac pag.* 181 *post* S. Agricii *Acta subjunge Acta* S. Prisci *episcopi.* NOT. 16

Item pag. 158 *col.* 1 *in Prætermissis de* S. Ardano abbate, *sic reforma totum articulum istum* —

S. Ardani abbatis translatio, *notatur in vetere sui monasterii Trenorchiensis Kalendario apud Chiffletium, in Probationibus ad historiam illius abbatiæ. Atque hæc translatio ejus prima sit. Secunda facta est die* v *Octobris et celebratur cum Octava. Obitus incidit in diem* xi *Februarii, quando inter Prætermissos ipsum retulerunt Majores nostri sub nomine* Ardani abbatis Treacensis *sibi ignoti. Nunc nobis, certiora doctis, referendus erit sub nomine* Ardagni *abbatis* Trenorchiensis, *vel ad dictum diem secundæ translationis* v Octobris: *vel ad supplementum suo tempore dandum, die* xi Februarii.

Pag. 159 *col.* 1 *post lin.* 9 *ponatur.*

Bogna, *mater S. Stanislai Ep. Mart. cum titulo* NOT. 17
Beatæ *dicitur mortua hoc die in suo Scepanoviensi oppido, sub annum* 1049, *quem anno* 1051 *die* 7 *Februarii secutus sit vir suus* Sulislaus, *aliis* Velislaus *aut* Wielislaus, *et uxori suæ consepultus. Utrumque Beatis Polonici regni Patronis adscribit Martinus Baronius, post editam a se S. Stanislai Vitam Pag.* 40 *et* 41: *idque secutus est P. Hyacinthus Pruszec in Propugnaculo Spirituali Poloniæ cap.* 2, *uti mihi inde scribitur, missa elogii utriusque versione Latina. Neuter indicat, quo auctore didicerit annos ac dies mortis, multo minus aliquod argumentum publici cultus profert. Virtutes Christianas, in filii tam Sancti post diuturnam sterilitatem impetratione educationeque probatas, satis est in ejusdem Vita legi,* vii *Maji.* E

Pag. 181 *post* S. Agricii *Acta insere commentatarium historicum de* S. Prisco episcopo Lugdunensi, *prout hic versa pagina legitur.* NOT. 18

DE S. PRISCO

C

EPISCOPO LUGDUNENSI IN GALLIA

F

C. J.

COMMENTARIUS HISTORICUS.

Sanctitas, gesta pauca, tempus episcopatus, epitaphium.

SUB ANNUM DLXXXVI.

Sepulcrum S. Prisci an 8130 recognitum,

Plane *ignotus est hic* Sanctus Priscus *vetustioribus ecclesiæ Gallicanæ martyrologiis, æque ac recentioribus Saussayo et Castellano. Quod in his mirum sane est, cum ab annis quadringentis et amplius de sanctitate ejus ac die cultus constiterit in ecclesia Lugdunensi: ex quo nempe sepulcra, tum ipsius* Prisci, *tum aliorum ejusdem civitatis episcoporum sanctorum, in antiqua sancti Nicetii ecclesia, olim titulo* Sanctorum Apostolorum *appellata, anno* MCCCVIII *simul inventa fuerunt: et simul inventa sunt singulorum epitaphia, tumulis cujusque antiquitus incisa, quorum illud, quod* S. Prisci *tumulum ornabat, docet, ipsum* Iditus Junii mortuum *et* cultum *fuisse. Sic enim distichon epitaphii ultimum habet:*

Idibus ad cœlum terris migravit ab imis
Junii mensis, cultus honore pio.

docet sanctitatem ejus:

2 *Hæc si innotuissent Theophilo Raynaudo, non utique, in suo Hagiologio Lugdunensi pag.* 7, *titulum* Sancti, Prisco *abrogasset nullo fere argumento. Habemus nos instrumentum publicum de inquisitione facienda et inventione facta aliquot Sanctorum, qui in prædicta ecclesia S. Nicetii credebantur tumulati fuisse, ex quo præmissum distichon exceptum est. Instrumentum ipsum, manu P. Petri Francisci Chiffletii nostri descriptum, post obitum ejus ad nos Parisiis (ibi namque obiit) missum fuit, quod quia ad alios quoque Sanctos, ibidem tunc inventos, et nobis suo loco memoratos aut adhuc memorandos similiter spectat, atque per se ad posterorum memoriam transmitti meretur; hic simul et semel imprimi totum, erit operæ pretium, quamvis aliqua jam inde impressa sint ad diem* xvi *Junii in Actis S. Aureliani episcopi Arelatensis, qui Lugduni defunctus, ibidem tumulatus cultum obtinuit.*

Ado etiam sanctum vocat;

3 *Ado Viennensis episcopus in Martyrologio quidem suo memoriam Prisci, uti et aliorum aliquot Lugdunensium episcoporum sanctorum, non recolit: at vero*

in

AUCTORE C. J.

A *in Chronico sub annum Christi* DLXXV *inter alios istorum temporum sanctos antistites* Priscum *quoque nominatim* sanctum *appellat, sic scribens :* Evantius episcopus Viennensis cum sancto Prisco et Artemio Senonico, et Remigio Biturigensi, et cum aliis sanctis episcopis, viginti capitula ecclesiastica perfecte roboravit. *Respiciunt hæc verba concilium Matisconense primum, anno* DLXXXI *celebratum, apud Labbeum tom. 5, col.* 966, *cui primo loco* Priscus, in Dei nomine episcopus ecclesiæ Lugdunensis, subscripsit. *Tum* Evantius, Artemius *et* Remigius *(aliis* Remedius) *ab Adone nominati, ordine subscribunt. Inquies : Ado* viginti *capitula ecclesiastica ponit; in concilio autem citato tantum canones* undeviginti *numerantur. In concilio autem Matisconensi secundo anni* DLXXXV *inveniuntur Canones viginti; ut hoc secundum Matisconense concilium Ado dici possit respexisse potius quam primum. Non obtinet ratio allegata, quia in secundo non subscribit Remigius aut Remedius Bituricensis, qui jam [illegible]um obierat, sed ejus successor* Sulpitius episcopus ecclesiæ B[illegible]ituricæ, *nempe Sulpitius cognomento* Severus, *scriptis su[illegible]s notissimus, quidquid alii aliter de illo sentiant. Quod autem* Ado viginti *capitula exprimat, et nunc tantum undevigin[illegible] notentur in concilio*

B *primo Matisconensi, conciliari potest, quia alia et alia divisio Canonum ejus facta sit succedentibus temporibus, duobus in unum conflatis. Certum [illegible] est, ex ratione allata, aliud concilium non potuisse respici ab Adone, quam primum Matisconense.*

uti et martyrologium Bruxell.

4 *Illud quoque ad probandum publicum* Prisci *Lugdunensis cultum facere potest, quod in Martyrologio nostro Bruxellensi MS. ejus memoria recolatur Idibus Junii his verbis;* Sancti Prisci, episcopi et confessoris. *Quod utique hausit auctor istius martyrologii, qui Canonicus fuit ecclesiæ Bruxellensis primariæ, et sub finem seculi* XIV *scripsisse videtur, ex instrumento inventionis ipsius, quod tale est.*

Hugo, episcopus Thabariensis,

5 In nomine Domini Amen. Anno ejusdem MCCCVIII, die Veneris ante festum beati Bartholomæi apostoli, indictione VI, Pontificatus Domini Clementis PP. V, anno ipsius III, per præsens publicum instrumentum cunctis appareat evidenter, quod nos Hugo, Dei gratia Thabariensis episcopus, quamdam commissionem, nobis factam a venerabili viro domino Andrea Bauduini, utriusque juris professore, vicario in spiritualibus pro capitulo Lugdunensi, sede Lugdunensi vacante; nobis oblatam una cum alia commissione, facta super eodem facto,

C annexa eidem; oblatam, inquam, per venerabilem virum dominum Petrum de Laude, sacristam et canonicum ecclesiæ S. Nicetii, quarum commissionum annexarum insimul, et certis sigillis sigillatarum, tenor primæ sequitur in hæc verba.

prolatis scripturis duplicibus,

6 Andreas Bauduini, utriusque juris professor, vicarius in spiritualibus pro capitulo Lugdunensi, ipsius ecclesiæ sede vacante, religiosis viris, Prioribus de Plateria Prædicatorum; Gardiano Minorum, et Priori Carmelitarum, ac fratri Raymondo Ordinis Prædicatorum Lugdunensium magistro in Theologia, salutem in Domino sempiternam. Accedentes ad nos personaliter, venerabilis vir dominus Petrus de Laude sacrista, et Jacobus de Faylo, canonicus et procurator capituli ecclesiæ S. Nicetii Lugdunensis, nobis supplicaverunt attente; quod cum plura Sanctorum corpora in prædicta S. Nicetii ecclesia requiescant, quorum meritis, prout apostolicarum litterarum et fide dignorum plurium habet assertio, quam plura miracula claruerunt, ex nostra permissione liceret dicta Sanctorum corpora, servatis honore et solennitate solitis, facere relevari; ut apud eamdem ecclesiam locis congruis posita, devotione fidelium, veneratione et laudibus debitis attollantur.

D *commissionem sibi factam*

7 Nos itaque Sanctorum Dei honorem et gloriam augmentari quantum cum Deo possumus, affectantes; eorum supplicationi, quæ per semet exaudi- tionem meretur, duximus annuendum. Quia vero, omni dubitatione semota et conscientiæ scrupulo circa factum hujusmodi, prout expedit et dictant sacri canones, volumus, veritatem et solennitatem debitas observari; discretioni vestræ committimus per præsentes, quatenus ad prædictam ecclesiam personaliter accedentes, scripturas et informationes, quas circa hoc facere et ostendere voluerint, videatis : et si omnes in hoc simul et semel interesse nequiveritis, quatuor, tres aut duo vestrum dictum negotium, vocatis tabellionibus et fide dignis, quos evocandos videritis, compleatis. Et nos committimus venerabili patri, domino Hugoni Thabariensi episcopo, quod ad relationem quatuor, trium vel duorum vestrum circa relevationem prædictam faciat, quod fuerit faciendum. In quorum testimonium præsentibus litteris sigillum officiatus una cum sigillo vicariatus nostri facimus his apponi. Datum die Jovis ante festum beati Laurentii anno Domini MCCCVIII.

E *continentibus;*

8 Item tenor alterius commissionis sequitur et est talis. Venerabili patri, domino Hugoni, Dei gratia Thabariensi episcopo, Andreas Bauduini, juris utriusque professor, vicarius in spiritualibus pro capitulo Lugdunensi, sede ipsius vacante, salutem et sinceram in Domino caritatem. Ex parte sacristæ et canonicorum S. Nicetii accepimus, quod commissarii, in commissione hic annexa contenti, ad præses absentes sunt a civitate Lugdunensi : quare virtute ejusdem commissionis, propter commissariorum absentiam procedere non possunt in facto, in dicta commissione contento, nobis supplicantes dicti sacrista et capitulum, quod vobis vices nostras vellemus committere circa hoc, itaque vocatis quos evocandos videretis, procederetis in negotio supradicto. Nos vero vobis tenore præsentium committimus, quatinus vocatis religiosis, discretis et bonis personis ac tabellionibus, prout expedire videritis, et requirit facti qualitas, visis et habitis informationibus debitis, procedatis circa hoc, ad consilium discreti et venerabilis viri, domini Petri de Eschalone Officialis Lugdunensis. Datum cum appositione sigilli vicariatus nostri una cum sigillo officiatus Lugdunensis, quod præcepimus his apponi, die Jovis in Octavis Assumptionis beatæ Mariæ, anno Domini MCCCVIII.

F *inquirit in sepulcra Sanctorum,*

9 Virtute siquidem dictæ commissionis nobis factæ, ut supra, vocatis et assistentibus nobis religiosis viris, fratre Jacobo sacrista, et fratre Guillermo de Luex, Ordinis Prædicatorum conventus Lugdunensis; fratre Dionysio tenente locum Gardiani, et fratre Bernardo de Lugniaco, Ordinis Minorum conventus Lugdunensis; priore Carmelitarum, et fratre Joanne de Nauziaco ejusdem Ordinis, conventus Lugdunensis; ac tabellionibus infra scriptis; ad ecclesiam S. Nicetii accessimus supra dictam; et in præsentia prædictorum et plurium aliorum clericorum et laicorum fide dignorum testium, ad hoc vocatorum et rogatorum ; invenimus retro altare majus dictæ ecclesiæ quædam parva altaria, juxta quæ erant in lapidibus marmoreis, supra terram apparentibus, quædam litteræ seu scripturæ antiquæ, quas scripturas vidimus, et eas pro majori parte transcribi fecimus per notarios infra scriptos, et exemplificari diligenter, præsentibus supra dictis.

et primum in S. Nicetii

10 *Tum incipit instrumentum singulorum sepulcrorum situm et epitaphia describere, et primo quidem loco* S. Nicetii, *tum aliorum, hoc ordine,* S. Sacerdotis, S. Aureliani, S. Rustici, S. Vivencioli, S. Prisci,

A sci, S. Genesii, S. Sicarii, S. Annemundi. *Et quidem de S. Nicetio ita indicat instrumentum, antequam epitaphium adducat, situm sepulcri, superiora sua prosequens;* Et primo, in primo altari a parte meridionali, quod vocatur altare beati Nicetii, et est in ejus honore dedicatum et consecratum, prout a servitoribus ipsius ecclesiæ est hactenus observatum, invenimus lapidem quemdam marmoreum, qui pro tumba S. Nicetii habebatur: in quo lapide erat scriptura comprehensa, ut sequitur.

Ecce sacerdotis tenuit qui jura Sacerdos,
Quo recubat tumulo nomine Nicetius.

Reliqua hujus epitaphii videri possunt ad diem secundum Aprilis nostri in Actis ipsius, desumpti ex Historia episcoporum Lugdunensium Jacobi Severtii; non tamen sine aliqua diversitate a nostro MS. quod post editum Aprilem accepimus. Deficit quoque ibi, distichon ultimum, quod in MS. nostro sic habet :

Huic jam prima patet calcatis porta dumetis :
Jam paradisiacas possidet aptus opes.

tum aliorum et S. Prisci,

11 *Sic ad alios atque alios procedit instrumentum ordine prædicto, de quibus die cuique proprio agendum nobis erit. Hic* Priscum *celebramus. Acta ejus nulla habentur, et memoria apud scriptores antiquos infre-*

B *quens : si excipias codices conciliorum, qui docent, quinque diversis conciliis episcopum, aut præsedisse aut inter proximos a Præside subscripsisse. Illorum primum Parisiis congregatum fuit anno* DLXXIII *; cui loco tertio subscribit* Priscus Lugdunensis; *videlicet post* Philippum *Viennensem et* Sapaudum *Arelatensem.*

qui quinque synodis subscripsit,

Interfuit deinde Matisconensi primo, anno DLXXXI, *in quo* Priscus *ipse præsedit ; et multa, quæ ad disciplinam clericorum et sanctimonialium, nec non ad exemptionem Christianorum a jurisdictione et servitio Judæorum spectantia, salubriter statuta fuerunt, subscriptione sua primo loco firmavit. Primo item loco subscripsit in concilio Lugdunensi anno eodem, vel, ut aliis placet* DLXXXIII, *canonibus sex, æque salubribus ad disciplinam clericorum ac monialium, quam sunt priores. Anno* DLXXXIV, *Valentiæ Galliarum congregati episcopi, rogatu Guntramni regis, donationes ipsius, uxoris ejus et filiarum, ecclesiis, sacerdotibus aut aliter ad cultum divinum promovendum factas, confirmarunt; eaque bona ab omni potestate seculari irrevocabiliter exempta manere decreverunt; subscribente post Sapaudum, ecclesiæ Arelatensis episcopum,* Prisco Lugdunensi.

12 *Quintum, cui certo scitur præsens fuisse ac præsedisse* Priscus, *concilium Matisconense secundum,*

C *anno* DLXXXV *celebratum est. In illius præfatione hæc, ad laudabilem præsidis* Prisci *memoriam leguntur initio :* Residentibus, Prisco, Evantio, Prætextato, Bertechranno, Artemio, Sulpitio, metropolitanis episcopis *(ecclesiarum scilicet, Lugdunensis, Viennensis, Rotomagensis, Burdegalensis, Senonensis, et Bituricensis)* cum omnibus consacerdotibus eorum. Priscus episcopus patriarcha *(hoc ultimo titulo Nicetius decessor ejus etiam ornatur a Gregorio Turonensi* dixit : Gratias agimus Domino Deo nostro, fratres et consacerdotes mei, quod nos in hoc die congregans, alterna, *(id est, mutua)* nos fecit sospitate gaudere. Ceteri episcopi metropolitani responderunt *ad prædicta præsidis* Prisci *vota ;* Gaudemus, frater sanctissime, quod omnes episcopi, qui in regno gloriosi domini Guntramni regis, episcopali honore funguntur, in uno se conspiciunt coadunati concilio; *et quæ sequuntur. Ecce agnoscunt omnes in isto concilio primatum Prisci Lugdunensis, uti et elucet caritas episcoporum, tum inter se, tum erga Deum,* ut ea, quæ Spiritu sancto dictante, per ora omnium episcoporum determinata fuerint, per omnes ecclesias innotescant; ut unusquisque, quid observare debeat, sine aliqua excusatione condiscat. *In fine subscribunt primo loco,* Priscus, *tum reliqui metropolitam ordine præmisso, dein reliqui episcopi magno numero.*

in plerisque primo loco.

13 *Gesta reliqua sancti viri pleraque in obscuro sunt.* D *Dicitur scriptoribus recentioribus sacellanus fuisse decessoris sui S. Nicetii. Certe notum illi fuisse, indicant verba Gregorii Turonensis in gestis Nicetii cap. 8, de vitis patrum ; apud nos tom. 1 Aprilis pag. 96 num. 11 ; ubi inquit,* Novimus, Priscum episcopum, huic Sancto, *Nicetio,* semper fuisse adversum. *Quod intelligendum existimo ; non de aversione animi a persona, sed de diversitate opinionum in consiliis rerum agendarum capiendis ; aliter uno, aliter altero, agendum judicantibus. Quod inter probe amicos et sanctos viros laudabiliter fieri potest. Idem Gregorius libro 8 Hist. cap. 20, tractans de concilio Matiscensi seu Matisconensi, scribit de* Prisco : Cædes magna tunc inter famulos Prisci episcopi et Leudegisili ducis fuit. Priscus tamen episcopus ad coemendam pacem multum pecuniæ obtulit. *Quod ego referendum puto ad concilium Matisconense secundum : quia Gregorius ibidem notat,* Prætextatum *Rotomagensem episcopum interfuisse concilio. Interfuit autem secundo, cui et subscripsit; in primo nusquam notus.*

AUCTORE C. J.

Alia pauca ejus gesta.

14 *Igitur cædes illa debet facta fuisse anno* DLXXXV, *quo concilium illud consedit. Causa discordiarum ac cædis nulla profertur, ut credi possit, nullam inter Priscum atque Leudegisilum intercessisse : sed famulos* E *utriusque, ut fit, inter se rixas suscitasse, et ad cædem mutuam consurrexisse. Qua in re* Priscus, *forte quod sui famuli ansam dedissent; forte quod Ducem sibi habere inimicum nollet, ipsum placare pecunia humilis episcopus maluerit, quam pejora timere.*

Placat Leudegisilum ducem.

15 *Ex citatis conciliis, quibus subscripsit* Priscus *episcopus Lugdunensis, habemus, ipsum anno vulgaris æræ.* DLXXIII, *tertio Idus Septembris quo concilium Parisiense notatur celebratum, jam tum fuisse episcopum, eodem scilicet, quo decessor ipsius S. Nicetius obierat* IV *Nonas Aprilis, ut habent fasti ecclesiastici. Reliqua episcopatus chronologia per citata concilia aliquatenus etiam dignoscitur. At quanto tempore concilio Matisconensi secundo, in quo ultima ejus memoria extat, supervixerit; non est tam facile determinatu. Ætherium* Prisci *in ecclesia Lugdunensi successorem, anno* DLXXXIX *jam extitisse, constat ex rescripto episcoporum, qui erant sub regno Guntramni, ad episcopos aliquot alios, in causa excommunicationis Chrodieldis regiæ puellæ, e monasterio, cui adstricta erat, profugæ. Illic enim Ætherius primo loco subscriptus invenitur. Quanto prius tempore is antistes creatus sit, cum non magis liqueat, quam quanto* Priscus *post annum* DLXXXV *vixerit ; obitum* Prisci *intra hoc quadriennium accidisse, possumus certo affirmare : quo præcise* F *anno, non possumus.*

Tempus episcopatus.

16 *De mense ac die obitus ejusdem, certior notitia habetur ex instrumento nostro MS. sæpius citato ; videlicet obiisse atque etiam cultum habuisse* Idibus Junii. *Verba sunt :* Item in altari quodam subsequenti, *post altare S. Vivencioli,* invenimus, ut super, tumbam beati Prisci, prout, per sequentes superpositas litteras in marmoreo lapide apparebat ; qui sunt tales :

Dies obitus 13 Junii.

Qui nescit, cujus hoc sit sublime sepulcrum,
. . . .
Hoc tumulata loco Prisci pia membra recumbunt,
Qui retinet merito sidera celsa suo.
Progenie clarus, felix, generosus, opimus,
Mentis et arbitrio, justitiaque potens.
Indulsit prudens mixto moderamine causis,
Jurgia componens more sereniferi.
Concomis et dignus, regisque domesticus; et sic
Promeruit summo mente placere Deo.
Hinc sibi Lugdunum cessit sacerdotis ad usum
. . . .
. . . .
Eidibus ad cœlum terris migravit ab imis
Junii mensis, cultus honore pio.

AUCTORE C. S. in epitaphio nostro recte expressus :

A 17 *Ubi in hoc epitaphio notantur puncta, scriptum est primo loco :* Sequitur alius versus qui legi non potest. *Secundo autem loco habetur sic :* Sequuntur plures versus alii, qui bene legi non poterant. *Ultimum distichon legitur apud Severtium, et ex illo apud Carolum le Comte in Annalibus Francorum tom. 2 pag. 347,*

Ædibus ad cœlum terris migravit ab imis ;
Junius et mensis cultus honoris habet.

Consideranti hosce versus continuo patebit ; illos sic non recte scriptos aut correctos esse. Ædibus *pro* Eidibus *aut* Idibus, *priscis ignotum fuit. Cum Idibus conjungi debet mensis, cujus sunt Idus.* Cultus *casu accusativo numeri pluralis syllabam ultimam non corripit, sed producit. Divisio post primum versum facit, ut Junii* dies, *quo Sanctus cultum honoris habet, nullus innotescat. Sed hæc grammaticis relinquamus. E nostro MS. omnia apparent clara ; nisi forte offendat, quod in τὸ* Junii *penultima syllaba præter usum communem producatur. Sed hoc licentia sit, Poetæ illorum temporum condonanda, ut alia non pauca contra leges metrorum peccata. Interim constat sibi in nostra editione sensus, tam mortem Viri sancti, quam cultum ejus* B *pium anniversarium referens ad* Idus, *seu diem* XIII Junii.

ex quo encomium Viri sancti.

18 *Epitaphio deesse ante ultimum distichon* plures versus, *dolendum imprimis est. Illis descripta fuisse viri gesta in episcopatu, colligitur ex versu præcedenti : et quia versus deficiunt* plures ; *pluribus descripta fuerint : quæ si extarent, retundi validius possent objecta ei a nescio quo, crimina, episcopo indignissima, tamquam in episcopatu commissa ; de quibus mox. Ex reliquis innotescit, progenie clara ortum fuisse* Priscum ; *fuisse felicem, animo generosum, opibus pollentem, judicio acrem, justitia potentem ; egisse causidicum fortasse in solo foro ecclesiastico, fortasse in utroque, ac prudenter componere dissidentium animos consuevisse ; omnibus comem, regi quoque Guntramno in amoribus atque domesticum fuisse. Et sic,* promeruit summo mente placere Deo ; *nunc* retinens merito sidera celsa suo.

Clausula instrumenti

19 *Nunc, ut præstem quod initio promisi ; addo clausulam instrumenti universalem, absoluta nempe inspectione tumbarum relatisque earum epitaphiis, ita pergitur :* Quibus factis, Nos volentes de et super præmissis, prout requirit facti qualitas, certiorari plenius, de dictis scripturis eorum datis fieri fecimus C examen, et collationem ad dictorum Sanctorum legendas, et ad librum Bedæ, seu librum ad Primam legi solitum ; habito ex alia parte ad probationem Kalendario. Præterea, quia inter cetera, concordantibus præmissis examinibus omnibus, unum nobis dubium videbatur super, quod in libro prædicto Bedæ, seu qui ad Primam legitur, videbamus contineri, prædictorum Sanctorum sepulturas esse Lugduni in ecclesia Apostolorum ; de consilio prædictorum nobis assistentium, ipsos tabelliones infrascriptos ad ecclesiam cathedralem, cum dictis scripturis, per dictos sacristam et canonicos nobis ostensis, misimus visuros ; utrum liber, qui ad Primam in majori ecclesia legitur, esset idem et similis ei, quem nobis ostenderunt sacrista et canonici supra dicti, et ad inquirendum, utrum ecclesia S. Nicetii, ecclesia Apostolorum habeatur. Qui tabelliones seu notarii certiorati super hoc, tam per visionem scripturarum et librorum, quam per assertionem et testimonium decani et quorumdam seniorum fide dignorum dictæ majoris ecclesiæ, nobis retulerunt, sic esse prout dicti sacrista et canonici demonstrarant.

ejusque prosecutio.

20 *Sequuntur nonnulla, quæ spectant ad solum S. Annemundum et apertionem sepulcri ejus, quia de illius præsentia in ecclesia S. Nicetii magis dubitabatur, quam de ceterorum Sanctorum ; ac demum sic concluditur :* D De prædictis autem omnibus et singulis, sic prout dictum est, inquisitis, factis et visis ; præcepimus per ipsos infrascriptos notarios, ad hoc vocatos, dari et fieri publicum instrumentum. Actum Lugduni secundum dictum modum, præsentibus videlicet una nobiscum prædictis Religiosis, et notariis subscriptis. *(Prætermitto plurium aliorum presbyterorum testimonia, qui in apertione tumbæ S. Annemundi tantum adfuerunt.)* In cujus rei testimonium, Nos dictus episcopus huic præsenti publico instrumento, super prædictis confecto, sigillum nostrum duximus apponendum ad firmitatem omnium prædictorum, una cum signis solitis ipsorum notariorum publicorum infra scriptorum. Datum anno, die, indictione et pontificatu prædictis. Sequuntur subscriptiones quatuor publicorum notariorum, Andreæ de Badrellis, Petri Fillous, Simonis de Bella villa et Stephani Poyssis. *Et hic Instrumenti nostri MS. finis.*

Crimina Prisco objecta

21 *His ita deductis, accipimus editionem novam operum S. Gregorii Turonensis per virum eruditum Ordinis Benedictini Theodericum Ruinart, diligenti studio recognitorum, atque illustratorum ; quam non laudare non possum. Inde in novam venio cognitionem* E *rerum notabilium, de quibus in anterioribus omnibus editionibus nihil inveneram. Lego enim ibi libro* 4. *Hist. Franc. cap.* 36, *quod* Priscus *noster, episcopus Lugdunensis, uxorem habuerit, nomine* Susannam, *ex eaque filios progenuerit ; quod ipse totaque familia ejus iniquiore animo in Nicetium fuerint ; quod* declamarint multas blasphemias de Sancto Dei ; *quod fautores cultoresque ipsius indignis modis* persecuti *sint, imo et* interfecerint, *atque alia ejusmodi commiserint ; propter quæ* commota tandem divina Majestas ulta est in familia Prisci episcopi. *Tum ultiones divinæ in singulos enarrantur : et de* Prisco *quidem ipso ; quod* ille a typo quartanæ correptus, tremorem incurrit. Nam cum typus ille recessisset, hic semper tremens habebatur ac stupidus.

a quo,

22 *Novi et jam insinuavi num.* 13, *Turonensem Gregorium generalibus terminis scripsisse,* Priscum S. Nicetio semper fuisse adversum. *Sed novi etiam, eumdem Gregorium singularia et gravia episcoporum delicta passim conatum fuisse tenebris involvere aut silentio præterire. Unde de* Pappolo episcopo Lingonico *sic scribit lib.* 5. *cap.* 5 ; *quod ille,* multa, ut asserunt multi, egit iniqua : quæ a nobis prætermittuntur, ne detractores fratrum esse videamur. *Adde* F *quod caput* XXXVI *libri* 4, *pro Gregoriana scriptura citatum, possit Gregorii non esse. Abest namque ab omnibus codicibus, tum ante hanc ultimam editionem impressis, tum manu descriptis, magno numero a Ruinartio visis et examinatis. Solus codex Casinensis habet illud caput* XXXVI. *Mirum profecto ; librum ab auctore Gallo in Gallia compositum, ibidemque identidem ab aliis atque aliis descriptum, cujus exemplaria plurima et antiquissima ibi hodiedum extant, non habere caput illud* XXXVI *ullo in codice ; et velle credi, idem caput a Gregorio auctore scriptum fuisse, quia reperitur in uno codice peregrino monasterii Casinensis, longe a Gallia dissiti, et cujus nec scriptor, nec vetustas, nec auctoritas indicatur. Tantum ait Mabilio, qui ipsum in Casino vidit,* in nonnullis ab editis differre. *Ruinartius ait, superaddita ibi esse quatuor capita* (*inter illa unum est caput* XXXVI *libri* IV) *quæ alibi non reperiuntur, ut illa rectius videri possint interpolatoris esse, quam primi auctoris.*

quam vera ;

23 *In citato capite legitur etiam de uxore Prisci, quod* cum diu multoque tempore observatum fuisset ab anterioribus Pontificibus, ut mulier domum non ingrederetur ecclesiæ, *id est episcopalem ;* hæc cum puellis etiam in cellula, in qua beati viri quieverant, introibat.

A introibat. *Fecerit illud peccati mulier contra leges ecclesiasticas, non fecerit consentiente marito episcopo, qui easdem leges ratas habuit, ac denuo in concilio Matisconensi primo, cui præsedit, confirmavit canone tertio :* Ut nulla mulier in cubiculum episcopi absque duobus presbyteris, aut certe diaconis, ingredi permittatur. *Abstinuisse etiam ab usu uxoris episcopum, suadet canon primus concilii Lugdunensis, ab ipso illic præsidente sancitus ;* ut si quicumque uxoribus juncti, ad diaconatus aut presbyteratus ordinem (*quid si ad pontificatus?*) quoquo modo pervenerint, non solum lecto, sed etiam frequentatione quotidiana debeant de uxoribus suis sequestrari.

aliter suadentibus conciliis,

24 *Denique si tam enormia crimina, eaque publica, qualia de* Prisco *episcopo narrantur in sæpe dicto capite* XXXVI *ac inter alia, quod* persecutus fuerit ac interfecerit multos, non culpa aliqua victos, non in crimine comprobatos, non furto deprehensos, tantum inflammante invidia, *quod fideles fuissent Nicetio episcopo : si inquam, talia commisisset episcopus* Priscus ; *an credi possit illa impune fecisse ; illo præsertim tempore, quo in mores episcoporum invigilabatur præcipue, eorumque crimina examinabantur in conciliis episcoporum et juxta rigorem canonum puniebantur,* B *etiam depositione ab episcopatu? Illa de re sæpe meminit Gregorius ipse Turonensis ac speciatim de concilio Lugdunensi tertio, cui* Priscus *præfuit, ita loquitur libro* 6 *cap.* 1 : Apud Lugdunum Synodus episcoporum conjungitur, diversarum causarum altercationes incidens, negligentioresque *episcopos* judicio damnans. *Et Aimoinus lib.* 3 *cap.* 44 : Synodus apud Lugdunum congregtata, multos episcoporum, negligenter agentium, coercuit. *Si negligentiores sui muneris episcopos et in gravia non lapsos, judicio suo damnavit atque coercuit Synodus; an episcopum publice homicidam, in synodo præsentem, sibi præsidere tolerasset?*

quibus interfuit Priscus,

25 *Idem* Priscus *interfuerit aut etiam præsederit (subscriptiones enim desunt) concilio Cabilonensi anno* DLXXIX, *in quo Salonius episcopus Ebredunensis et Sagittarius Vapincensis, iterato ob scelera sua damnati, ab episcopatu dejecti et in custodiam detrusi fuerunt. Attamen neque in hoc, neque in aliis conciliis,* Prisco *vivente, aut etiam post obitum ejus, congregatis, quidquam reperitur, quod famam moresque ejus in suspicionem mali adducere quoquo modo possit. Atque hæc sufficiant ad retundenda dicta de* Prisco *in capite* XXXVI *editionis Ruinartianæ, sive aliud Gregorii ipsius sit,* C *sive alterius. Et si cui putabitur Gregorii vere esse; putabo ego, Gregorio impositum fuisse (constat enim, in multis ipsum nimis credulum audire) per relationes hyperbolicas, factas ab hominibus, qui forte Nicetio Lugduni familiares aut addicti aut etiam ministri fuerant, a successore autem ejus* Prisco *ad officia non adhibebantur.*

vere sanctus,

26 *Interea* Priscum *alieniore a Nicetio fuisse animo facile credidero; sed propterea in cædes et homicidia prorupisse, eaque impune commisisse; horret animus admittere. Si quid istiusmodi fortasse tentaverit, invidia stimulante, uxor ejus, jam thoro separata, id marito episcopo imputari temere non debet. Denique tametsi vera essent omnia, quæ de* Prisco *narrantur dicto capite; nihilominus credam, quamdiu suprema Ecclesiæ auctoritas aliter non decernet, ipsam vitam sancto saltem fine conclusisse, atque inter Sanctos vivere in cœlis : ita suadente epitaphio, quod anno* MCCCVIII *uti et alia aliorum Sanctorum, super tumbam inventum, potest ibi a seculo* VIII *aut* IX *jacuisse ; quando omnium Sanctorum, de quibus in instrumento, corpora simul elevata fuerint, atque epitaphiis decorata : hæc enim ab uno eodemque poeta fuisse composita, videtur stylus ubique similis indicare : et antiquiora esse seculo* X, *colligi potest ex eo, quod versus illic nulli Leonini sint; tum etiam, quod multi vetustate attriti amplius legi non potuerint anno* MCCCVIII. D

AUCTORE C. J.

Indulgentiarum seculo 13 formula;

27 *Superest in sæpe citato instrumento, quod ad probandam corporis S. Annemundi præsentiam in ecclesia S. Nicetii, allegetur Breve apostolicum Innocentii PP. IV, quo visitantibus ejusdem Sancti sepulcrum in dicta ecclesia, conceditur Indulgentia* XL *dierum: quod eo libentius hic appendo, quia ejusdem Pontificis aliud Indulgentiarum dierum centum Breve produximus tomo secundo Junii in S. Ætherio episcopo Viennensi pag.* 438 ; *ut ex collatione utriusque distinctius cognoscatur, qualis per illa tempora concedendarum ejusmodi indulgentiarum formula obtinuerit.* Ita igitur habet Innocentius episcopus, servus servorum Dei ; dilectis filiis, Rectori et clericis ecclesiæ S. Nicetii Lugdunensis salutem et apostolicam benedictionem. Licet is, de cujus munere venit, ut sibi a suis digne ac laudabiliter serviatur ; de abundantia pietatis suæ, quæ merita supplicum excedit et vota, bene facientibus multo majora retribuat, quam valeant promereri : nihilominus tamen desiderantes Domino reddere populum acceptabilem, fideles Christi ad complacendum ei, quasi quibusdam illectivis muneribus, Indulgentiis scilicet et remissionibus, invitamus, ut tandem reddantur divinæ gratiæ aptiores. Cum igitur in ecclesia vestra, quæ cathedralis et prima E sedes extitit Lugdunensis, corpus beati Annemundi martyris, Lugdunensis archiepiscopi requiescat; Nos cupientes, ut dicta ecclesia, ad quam, ejusdem reverentia martyris, morbum caducum patientium confluit multitudo; ubi nonnulli, sicut asseritur, ipsius meritis martyris, munera recipiunt sanitatis, congruis honoribus frequentetur ; omnibus vere pœnitentibus et confessis, qui ecclesiam ipsam in vigilia et festivitate dicti martyris annuatim venerabiliter visitaverint, XL dies de injuncta sibi pœnitentia misericorditer relaxamus. Datum Lugduni VIII Idus Aprilis, pontificatus nostri anno VIII ; *qui est Christi* MCCXLIX.

Pag. 187 de S. Ragneberto *num.* 2 adde—*Claudius Castellanus in suo Vocabulario Hagiologico addit, quod sub illius nomine variæ reperiantur ecclesiæ, etiam in Delfinatu et in territorio Vallis Romensis vulgo* Val-Romey. NOT 19

Pag. 189 *Annot.* g *adde — in prælaudato Vocabulario locus vulgo* Bron , *Latine dicitur appellandus* Bredo, onis. *Libenter discam , quo documento; cum hic expresse legatur* Bebronne. NOT 20

Pag. 198 *de* S. Antonio Patavino, *adjunge ad calcem Commentarii prævii, perclarum sane auctoris, Antonio coævi ejusque magistri, de doctrina ei cœlitus infusa testimonium, a Nicolao Antonio, viro catholice critico, in Bibliotheca veteris Hispaniæ productum pag.* 33, *quod ipsiusmet verbis malim adscribere quam meis. Sic egitur auge Commentarium nostrum.* NOT. 21 F

S. Antonii Patav. doctrina infusa

10 Adjungemus non vulgare de S. Antonio atque ejus doctrina a Deo infusa testimonium Fr. Thomæ Galli, vulgo dicti Abbatis Vercellensis anonymi, in Commentaria ad S. Dionysium Areopagitam, qui asservatur manu auctoris exaratus in bibliotheca serenissimi Sabaudiæ Ducis. Hic ait : » Multi penetrarunt arcana sanctissimæ Trinitatis, sicut ex- » pertus sum in Antonio ex Minorum Ordine in » familiari consuetudine, quam habui secum ; qui » parum instructus disciplinis secularibus, tam brevi » mysticam theologiam est adeptus ; ut cœlesti ar- » dore intus perustus, foris divina scientia illumi- » naret. « Hæc ejus, Antonio æqualis, verba ex MS. produxit et in syllabum scriptorum Pedemontanorum, sub nomine Abbatis Vercellensis conjecit, Andreas Rossottus Cisterciensis. *Hactenus Nicolaus Antonius.*

Pag. 200 *ad Annotationem* m, *adjice annotationem* NOT. 22 *novam*

AUCTORE C. J.

An Messanam appulerit ac habitaverit

A *novam hanc. -- Habeo litteras amici scriptas Messanæ anno* 1699 *quibus indicatur, displicere illic cuidam curioso, quod non agnoscamus nos in præmissa Annotatione, S. Antonium Messanæ in conventu Ordinis sui aliquamdiu vixisse, antequam anno* 1221 *trajiceret e Sicilia, pergeretque Assisium ad capitulum generale, illic a S. Francisco convocatum, celebratumque in Pentecoste. Argumenta cur id agnoscere debeamus, ipsi sunt, auctoritas P. Placidi Semperi Societatis nostræ in Iconologia; et traditio popularis de appulsu Sancti Messanam, ab eodem Sempero confirmata: quodque hodiedum in conventu Franciscanorum Messanensi monstrentur monumenta, a Viro Sancto ibi relicta, videlicet puteus, quem ipse fodiendum curavit, et arbor malus citrea, quam plantavit. Consentiunt quidem scriptores idonei, Antonium, ab expeditione sua Saracenica, cogente adversa valetudine redeuntem, impellentibus tempestate ac ventis, in Siciliam appulisse; sed de portu quem invectus sit, non consentiunt. Quod opinantur Messanenses ex traditione, appulisse in portum suum, sit ita: atque etiam verosimilius reddit possit e vita Sancti per Michaelem Pachecum hispanice scripta, ubi legitur pag.* 19 *num.* 32, *ipsum tunc menses aliquot commoratum fuisse Tauromenii, quod oppidum cum ul-*

ibique Minores conventum habuerint an. 1220.

B *tra leucas decem non distet Messana, potest Antonius hic appulsus, concessisse Tauromenium, ibique commoratus fuisse usque dum, fortasse Messanam reversus, trajecit in Italiam, aditurus Assisium. Verum quod Pachecus addit, tunc habitasse Tauromenii Antonium in conventu Fratrum Franciscanorum; aut, quod aiunt Messanenses, habitasse tunc in conventu eorumdem Fratrum Messanæ; sustineri non potest, si Annalibus Minorum Waddingi credimus. Quia is initia utriusque conventus adscribit, Tauromeniensis quidem, anno* 1224; *Messanensis vero,* 1222; *et hic extructus tunc fuit extra muros civitatis ad tria passuum millia, nec translatus in urbem fuit ante Gregorii IX pontificatum. Si quid igitur fidei tribuendum putetur traditioni de puteo et arbore S. Antonii prædictis; illum effodi curaverit, istam plantaverit, non in conventu urbano, sed suburbano: non anno* 1220, *sed* 1225; *quando Sanctus e Provincia in Italiam navigaturus, vi tempestatis denuo in Siciliam delatus fuit, ibidemque aliquot conventus instituit atque inter alios Cephaleditanum, ubi ultra trecentos annos perpetuo viruit cypressus Antonii manibus plantata, ut scribit Waddingus ad annum* 1225 *num.* 20.

Miracula ejus,

C *Inter miracula S. Antonii multiplicia, numerari quoque merentur hic duo præcipue, quæ adm. R. P. Benignus Fremaut, in perampla Sanctorum Ordinis Franciscani Legenda, tomos duodecim pro totidem anni mensibus complexura, profert in Junio, annos abhinc tredecim feliciter impresso, ad Acta ejusdem S. Antonii pag.* 268 *et* 277. *Alterum miraculorum istorum referri potest ad nostrum § 3, qui est de patrocinio Sancti Antonii in rebus amissis: alterum ad § sequentem.*

in restituta, quæ perierat, pecunia;

Anno MDCLXXIV Centurio cohortis Helvetæ, tunc Dunkercæ in comitatu Flandriæ stativa tenens, vespere quodam decubiturus, crumenam, duplonibus aureis septuaginta gravem, cervicali supposuit. Mane expergefactus, quærit thesaurum suum, sed nusquam invenit: mox curriculo currit ad conventum FF. Minorum, curatque Missam faciendam de S. Antonio. Vix pervenerat sacerdos ad Offertorium, cum fortiter pulsatur ostium conventus: accurrit janitor; conspicit militem tremebundum, qui porrigebat crumenam, ac pone ipsum, virum alium. Cum autem hæsitaret janitor nolletque pecuniam accipere; ait miles, Furatus non sum, simul projicit crumenam cum inclusa pecunia ad pedes ejus et fugit. Centurio, absoluto sacrificio, recipit crumenam cum pecunia, quæ sua erant, vix sui compos præ gaudio, datque conventui in gratiarum actionem D eleemosynam liberalem; cujus pretio mox tabula pingi curata est, repræsentans S. Antonium, et circum, inter alia ejus miracula, etiam hoc ipsum de quo agimus.

et in punitione iconoclastarum,

Alterum quod dicebam miraculum, etiam luculentius est, imo plura in uno, non tam in beneficium fidelium, quam in punitionem iconoclastarum, quamquam et fidelibus punitorum exempla beneficio esse possint ac saluti. Factum ex Actis publicis, ea de re fabricatis, descripsit P. Antonius Daza Ordinis Minorum, impressitque in Parte 4. *Chronicorum ejusdem Ordinis sui lib.* 4 *cap.* 22, *anno* MDCV; *et ex illo P. Benignus, paulo ante nominatus, hunc in modum.* Anno MDXCV Calvinistæ Rupellenses in Gallia, instructa classe XII navigiorum piraticam exercebant per Oceanum Australem, archithalasso Pandemillo, tendebantque versus Fanum S. Salvatoris, civitatem, la Bahya vulgo dictam, in Brasilia; illam expugnaturi. Interea aggressi prius urbem Arguinum, ipsam, quia modico defendebatur præsidio, brevi tempore interceperunt, pactis conditionibus, ut Lusitani absque noxa dimitterentur. Verum, uti hæreticis istiusmodi proprium est, pactis non stare, incolas omnes crudeliter trucidarunt, urbem expilarunt, templa et sacras imagines igni

qui statuam ejus ludibrio habuerant,

E dederunt, excepta S. Antonii statua lignea, habitum Franciscano more induta; quam archithalassus jussit in navim suam importari, ut illic Sancto magis per otium illuderet. Illatam objecerunt molosso, qui ut doctus erat, morsu suo vestitum omnem illico discerpsit, dum impii nebulones arma expediunt, veluti in egregium facinus. Strictis gladiis cultrisque aggrediuntur statuam, amputant ludibundi partem faciei, nasum, manus, digitos pedum; infligunt crebra capiti totique corpori vulnera; adigunt clavos per humeros; raptant alligatis funibus statuam, sic mutilatam, per navim; ac subinde e loco altiore præcipitantes, ludibrio clamabant; Antoni, duc nos ad Fanum S. Salvatoris:

omnesque aut naufragio

Audiit Sanctus ludiones, et multis modis ludibria ultus est divina virtute; qua primum omnium, quæ in classe erant, vasorum ligamina, tam ferrea quam lignea, fuerunt disrupta; effluxitque quidquid inerat vini et aquæ dulcis: omnis quoque bis coctus panis vitium traxit, ita ut brevi tempore tota classis inedia laboraret. Ille, qui plura statuæ dederat vulnera; utrimque factus est turpiter herniosus; multi subitanea morte perierunt; mare in ultionem ebulliit;

F quassatasque gravi tempestate naves decem cum vectoribus demersit in fundum; unam tantum, in qua S. Antonii statua erat, supportans, et aliam leviorem, qua præfectus ejus nuntium cladis tulit Rupellam, qui ipse ibi paulo post occisus periit. Navis archithalassi cum statua Sancti, quam dixi reliquam fuisse, delata est vi ventorum ad Seregippam oppidum, leucas quinquaginta distans a civitate S. Salvatoris. Hic illi, fame enecti, commiserunt se fidei D. Francisci de Sosa, locum pro Rege Catholico tenentis; projecta prius statua S. Antonii turpiter truncata in mare; ut ne, si comperta fuisset in navi, omen sibi malum fieret.

aut laqueo male perierunt.

Ecce autem eadem statua, adversus æstum ventumque fluctuans, perlata est ad S. Salvatoris littus, ibique erecta constitit in arena instar hominis, veluti expectans archithalassum Pandemillo cum suis commilitonibus, qui Seregippæ capti, inde eodem transmittebantur. Ut autem eo appulerunt, conspexeruntque in littore stantem statuam, a se male habitam et in mare præcipitatam, præ stupore veluti amentes, ultro confessi sunt coram multis adstantibus delictum suum. Inter alia dixit Pandemillo ipse: O Antoni! profecto injuriam tuam probe ultus es in nos, dum, quod per ludibrium te blasphemantes, poposcimus, huc nos deduxisti ad pœnitentiam

A tiam et punitionem. Ipse cum suis omnibus ibidem suspendio necatus est, atque ita ex universa classe illa hæreticorum nullus superfuit, nisi forte ex illa navi, quæ nuntium abominationis Rupellam tulit. Incolæ civitatis statuam solenni pompa intulerunt ad se et collocarunt in ecclesia Minorum, totamque rerum narratarum seriem rite probatam miserunt ad Philippum II, tunc Lusitaniæ æque ac Hispaniarum Indiarumque regem; qui exinde mandavit, ut civitas S. Salvatoris S. Antonium sibi patronum et protectorem adscisceret: quæ etiam in ejus honorem singulare festum instituit, hodieque celebrat quotannis Dominica IV Adventus Domini, qua post tot casus sacra statua duce Deo in portum appulit.

AD DIEM XIV.

NOT. 23 *Pag.* 270, *in indice Sanctorum col.* 2 *ante* B. Castoram viduam *insere* — S. Hartwicus archiepiscopus Salisburgensis in Norico.

Pag. 272 *col.* 1 *post lin.* 1 *adde.*

NOT. 24 B S. Cyprianus Confessor, *vero suo nomine apud Britones notus, Antoniaci ad Garrumpam, vulgo* Antigny sur la Garrempe *ubi specialius coli dicitur appellarique* Saint Cyvran. *Ita Claudius Castellanus, in suo sæpe jam laudato Vocabulario Hagiologico. Expecto ut idem me doceat, quidquid de illius Vita, ætate ac cultu sciri per scripturam vel traditionem potest, ut in Supplemento totius mensis dignum ei locum tribuam.*

NOT. 25 *Pag.* 272 *col.* 1 *in medio, dele quæ de Hartwico ibi leguntur.*

NOT. 26 *Pag.* 272 *col.* 1 *in Prætermissis de* S. Leophario episcopo, ℣ 4 post — *refertur in Supplemento Saussayi* — dele reliqua et scribe — *S. Leopharius, gallice* saint Liphary, *et in monasterio Moissiacensi* S. Nauphary *appellatur; non* S. Leger, *qui latine* S. Leodegarius. *Ita fere Castellanus ea de re rogatus; qui etiam in Martyrologio suo universali ad hunc diem* XIV *Junii ipsum sic refert:* S. Leopharius, qui honoratur ut episcopus, Moissiaci in Cadurcino. *Idem a Joanne PP.* XXII *in bulla erectionis episcopatus Montalbanensis, apud Sammarthanos, nominatur* S. Leusarius, *ejusque nominis ibidem indicatur esse monasterium aut prioratus. Plura ignoramus.*

275 *De* S. Eliseo Proph. *num.* 10 adde — *Arnol-*
NOT. 27 *dus Raissius in Gazophylacio Belgico, ex eoque Ga-*
C *briel Bucelinus, post Menologium Benedictinum in Sacrario, asserunt,* Genu *ipsius Prophetæ haberi in Lætiensi Hannoniæ monasterio, quod unde vel quando allatum sit, libenter discam.*

Pag. 413 *ad finem Capitis* 37, *hæc adde* — 439.
NOT. 28 *Quod Reliquias Romæ asservatas attinet, quarum obiter memini initio Capitis hujus, sequentia distinctius explicata reperit Janningus noster, apud Carolum Bartholomæum Piazza, in Ephemeride Vaticana, Romæ excusa an.* 1687, *et nondum huc allata; ubi ille sic loquitur ad* XIV *Junii.* In templo Vaticano est altare dedicatum S. Basilio, et ibi honorantur ejus Reliquiæ, illuc portatæ a Monachis Græcis, fugientibus persecutionem Iconoclastarum: videlicet, pars brachii, a Gregorio XIII deposita in altari beatissimæ Virginis Mariæ, in tempore quo ibidem posuit corpus S. Gregorii Nazianzeni, die XII Junii MDLXXVIII. Hinc ipsum altare, cum amplissima Capella, Gregoriana a conditore dicta, modo Gregorianum, modo S. Mariæ appellatur. *Ita Janningus, qui mox, in ipso Piazzæ contextu, aliquid contradictionis notat, in die, vel anno vel etiam in utroque: nam idem met ad diem* XV Junii *notat tunc factam translationem Nazianzeni, et quidem anno* MDLXXX. *Allegat etiam Janningus ipsius Hemerologium, ubi* XI *Junii allatas Reliquias S. Basilii dicit,* D *et depositas sub altari, postridie id est* XII *quas et sub altari S. Gregorii Nazianzeni requiescere ait.*

AUCTORE C. J.

440 *Idem in eodem Hemerologio, ad supra memoratum* XV *diem, dicit, Brachium ipsiusmet Basilii (alterum fortasse, vel unius ejusdemque brachii os alterum) exponi, et annulum Pastoralem ostendi, in ecclesia Monachorum ad Turrim comitum, vulgo* de' Conti; *quam ecclesiam alii* S. Basilii *nuncupant, sub quo titulo verosimiliter ab antiquo dedicata fuit, alii* Annuntiatæ; *quia sub hoc titulo habetur appositum ei monasterium, quod unum est viginti Abbatiarum inter Romanas privilegiatarum, atque Palatii quod olim Nerva Imperator habuit pars. Octavius Pancirolius in Thesauro abscondito almæ Urbis Regionis* 2 *Ecclesiam* 23 *nominat* Annuntiatam S. Basilii, *ex eo capite, quod cum Sanctimonialibus Neophytis, sub titulo Annuntiatæ fundatis tempore Pii V anno* MDLXVI, *Basiliana istæc esset donata, ut ejus reditibus juvarentur ad novam sibi ecclesiam fabricandam; illæ, videntes suum sibi locum angustiorem, ad hunc migrare elegerint, titulo priori servato, Addit Pancirolius, etiam* S. Basilii caput *(Piazza jungit* costam unam) *servari in ecclesia S. Mariæ Transpontinæ, quæ est veterum Carmelitarum primaria Sedes.* E

441 *Non ita sunt illi modo ergo hoc opus affecti, ut si qua habent de prædictis monumenta, dignanter sint communicaturi; quare nec visum Janningo est eosdem desuper appellare. Fidentius id egit apud Patres Oratorii Neapolitani, penes quos aliquid similium lipsanorum esse noverat: ab iisque sine mora obtinuit hoc legitimum instrumentum.* Nos subscripti venerabilis Congregationis Oratorii Sacerdotes, Præpositus videlicet, Sacrista, et Archivarius, omnibus præsentes inspecturis fidem facimus atque testamur, inter cetera Sanctorum lipsana, quibus templum nostræ Congregationis ornatur, adesse partem Cranii S. Basilii Magni, theca argentea clausam, crystallo munitam, intra pectus simulacri ejusdem sancti Antistitis, ad naturalem formam ex argento affabre facti. Fuerat hæc Romano Pontifici delata Constantinopoli, a quo eam promissam ac tandem missam accipiens Cæsar, sanctæ memoriæ noster Cardinalis Baronius, aliquamdiu penes se reverenter habuit, deinde ecclesiæ nostræ misit; sicut ipse tribus epistolis, charactere proprio ad vener. P. Antonium Talpa, tunc Congregationis Rectorem, in archivio nostro servatis, profitetur atque testatur. Et ut tam grande munus, Eminentissimi Muneratoris fide probatum appareat, epistolarum capita, pro insignis illius particulæ transmissione Italico sermone (*Latino* F *ego reddam*) prout sunt conscriptæ, hic exarari curavimus.

442 Die igitur XXVII Januarii MDC, dum Romæ præstolatur Baronius accessum Talpæ, sic de Reliquiarum parte nuntiat; « Quod pretiosam Reli-
» quiam attinet, videtur quod debeam vos commo-
» nefacere, ut quod persuatione mea necdum potuit
» impetrari, id effectum detur, Romamque illa ad-
» feratur, mediante Sancta ipsius potentia. Est illa
» pars notabilis Cranii, ex capite S. Basilii, quæ
» ad pontificem perlata Constantinopoli est, mihique
» carissima; quam assuevi mecum ferre dum in con-
» sistoriis tractabantur causæ majoris momenti,
» unde et specialiter adjutum me sensi. Veniat
» igitur P. Talpa, cum eo quem dignabitur addu-
» cere socio, ad Sanctum hinc auferendum secum.»

443 Deinde XI Novembris MDC, adventu Talpæ in Urbem jam desperato, scripsit: « Quia mihi vide-
» tur, quod illius adventus extra spem sit positus;
» nolo retinere hic diutius, quod præsenti tradere
» in manus volebam, videlicet prætiosissimam quam-
» dam Reliquiam bonæ partis cranii ex corpore S.
» Basilii Magni, quam reservavi ecclesiæ Neapoli-
tanæ

A » tanæ. Scribatur, cui dari ipsa debeat, quia ad » omnem vestrum nutum mittetur. Demum III Februarii MDCI, Neapolim illam se destinasse significat hisce verbis : « Mitto vobis cranium S. Basilii, missum Constantinopoli Sanctitati suæ, ab » hominibus fidis, quibus videtur deferenda credulitas; ut ejus participem faciam novam Neapolinam ecclesiam.

AUCTORE C. J.

444 Commentariolis ergo, a Magno Purpurato ter repetitis, cranium S. Basilii Magni, a nostro templo possideri approbatur. Quapropter, ut quo decoramur thesauro Catholico innotescat orbi; has præsentes, requisiti, ad majorem Dei gloriam fieri curavimus, subscripsimus. Datum Neapoli, in domo Congregationis Oratorii, x Januarii MDCLXXXXVIII.

Joannes Marsianus, Congr. Orat. Præp.

Carolus Henrice, Sacrista.

Antonius Strancia, Archivista.

Post hæc adjuncta ad Caput, ut dixi, 37 ; Capitis B 38 *mutentur numeri : et qui hactenus erat* 439, *fiat* 445, *et sic consequenter.*

NOT. 29

Pag. 413 *ad calcem capitis* 37, *quod est de sacris reliquiis* S. Basilii magni, *subjungatur —*

Altæ reliquiæ S. Basilii Romæ,

Quod initio hujus capitis indicatum est ex Indiculo Panciroli de Reliquiis almæ urbis Romæ, illic haberi, caput, brachium et costam *S. Basilii, distinctius explicat idem Pancirolus in Thesauro abscondito et confirmat Carolus Bartholomæus Piazza, religiosissimus sacerdos, in suo Hemerologio Sacro Romæ Christianæ et gentilis, quod anno* 1690 *dedicavit Alexandro PP.* VIII. *Illic scribunt,* Caput *quidem S. Basilii religiose conservari in ecclesia B. Mariæ Transpontinæ PP. Carmelitarum institutionis antiquæ, et publicæ venerationi quotannis exponi.* Brachium *in ecclesia S. Mariæ Annuntiatæ et S. Basilii nunc appellata, quæ est Sanctimonialium : denique* Costam *in ecclesia S. Marci evangelistæ. Item in ecclesia S. Petri Vaticana reposuit Gregorius PP. XIII, partem brachii S. Basilii, quando ibi condidit corpus S. Gregorii Nazianzeni die* XII *Junii anni* MDLXXVIII, *sub eodem altari in amplo sacello B. Mariæ Virginis; uti testatur citatus Piazza in sua Ephemeride Vaticana.*

Item Neapoli dono Card. Baronii.

Habuit quoque Cæsar Cardinalis Baronius ejusdem C *S. Basilii reliquiam insignem, missam Constantinopoli ad Pontificem Romanum (nomen Pontificis in his suis litteris, quas subjicio, non exprimit : crediderо tamen in aliis prioribus, illa de re scriptis, expressisse) et a se dono datam Oratorio Neapolitano : estque donata a Baronio P. Antonio Talpa rectori Oratorii Neapolitani, ubi nunc dimidiæ statuæ argenteæ inclusa servatur. Illa de re extat hodiedum epistola ejusdem Baronii in archivo dicti Oratorii, in codice litterarum anni* MDC *et* MDCI, *pag.* 25, *inscripta Antonio prædicto, qua invitatur, ut ipsi Romam veniat ad accipiendam sacram reliquiam, per alium non auferendam. Tenor ejus ex Italico ita Latine habet :* Quod ad pretiosam Reliquiam attinet, debeo tibi singularia de illa perscribere, ut quod ego persuadere non valeo, persuadeat ipse Sanctus, faciatque te Romam venire. Est Reliquia hæc insignis pars cranii S. Basilii, missa Constantinopoli ad Pontificem Romanum, estque mihi carissima æstimatissimaque, quam solitus sum portare mecum, quoties in consistoriis Papalibus tractanda sunt negotia magni momenti ; et fructum inde cepi singularem. Veni igitur ut tecum hinc auferas Sanctum, qui dedignabitur venire per alium latorem. *Signata est epistola* Romæ XXIX Januarii MDC.

NOT. 30

Pag. 486 *de* S. Dogmaele. *Ad calcem Actorum ejus pag. sequenti* adjice. — *Habet idem sanctus Dogmael confessor ecclesiam in loco,* Pomerit-Jaudii D *dicto diœcesis Trecoriensis in Britannia minore, ubi honoratur sub nomine Sancti* Toel, *uti scribit Castellanus.*

NOT. 31

Pag. 438 *num.* 5 *emendanda sunt varia. Quapropter omnibus cancellatis, ita lege —*

Rediit Papa in Italiam an 1251

5 *Is erat Christi annus* MCCLI, *quando Pontifex Innocentius* IV, *qui in Galliis Lugduni ac alibi, Friderici imperatoris tyrannidem declinans, sexennio et sex circiter mensibus commoratus fuerat; imperatore mortuo die* XIII *Decembris anni præcedentis, rediit in Italiam ; fuitque Mediolani, uti ex præmisso Brevi discitur, mense Augusto. Cardinales, quorum mentio fit in eodem Brevi, quod corpora dictorum ibidem Sanctorum elevarunt, integro nomine sunt* Hugo *Presbyter titulo S. Sabinæ, primus ex ordine Prædicatorum ad talem dignitatem elevatus; et* Willielmus, *item Presbyter, titulo* XII *Apostolorum, qui anno* MCCL *Lugduni obierat ; et mortuum fuisse, antequam suum illud Breve daret Pontifex, significat per formulam* bonæ mem.

Sancti elevati, fuere omnes episcopi Viennen

6 *Beati Confessores, quorum corpora dicuntur per Cardinales istos elevata fuisse,* Aaron, Naamatus, Pantagathus, Aquilinus, Georgius *et* Eutherius, *quin* E *episcopi Viennenses fuerint omnes, non sinit dubitare ipsum Breve Pontificium. Certe pro talibus fuerunt tunc temporis habiti; quando plura et antiquiora rerum suarum habuerunt monumenta Viennenses, quam nunc supersint : nec prudenter credi a quovis potest, collectores catalogorum istiusmodi episcopalium, quantumvis eruditi fuerint, post quatuor aut amplius seculorum decursum, ac plurium scripturarum interitum, tam plene catalogos suos produxisse, ut nulla antiquissimorum episcoporum nomina atque tempora ipsos non latuerint : et nullus dubito, quin, si ipsimet in præmemoratum Breve incidissent, continuo omnes, qui illic episcopi Viennenses nominantur, in catalogos suos intulissent.*

præter duos

7 *Noti passim sunt ex prænominatis, tanquam episcopi Viennenses, et coluntur tamquam sancti,* Naamatus XVIII *Novembris ;* Pantagathus XVII *Aprilis ;* Georgius III *Novembris ;* Eutherius *sive* Ætherius *hoc die* XIV *Junii. De* Aarone et Aquilino *notitia tam certa non suppetit.* S. Aaronem episcopum *nominat Grevenus in suo martyrologio die* XXVIII *Septembris ; et* S. Aquilinum episcopum *Molanus atque Maurolycus die* XVIII *Julii ; nec non Grevenus die* XXIX *Septemb. Sed tantum vocant* episcopos, *nihil addentes de loco, ubi episcopi fuerint. Quamobrem æque ad episco-* F *patum Viennensem, quam ad alium quemcumque, referri possunt. De sanctis* Leoniano *et* Marculpho *ita loquitur Breve, ut ipsos e numero episcoporum manifeste excludat.* Sanctos *tamen et simul elevatos fuisse in corporibus suis, non minus manifeste loquitur. De primo sic pronuntiat Molanus die* XVI *Novembris :* Apud Viennam, depositio sancti Leoniani abbatis, qui fuit germanus Aniani episcopi ; *nempe Aurelianensis, qui putatur sub annum* CCCCLIII *obiisse, sanctimonia clarus. Quo posito, vixit quoque ante dimidium istius seculi* S. Leonianus, *qui et monasterium S. Petri prope muros tunc Viennenses condidisse et primus abbas rexisse scribitur.*

qui videntur abbates fuisse

8 Marculphum, *aut potius* Marculfum, *alium* Sanctum *non invenio, quam abbatem illum, qui in Constantiensi Normanniæ diœcesi multitudine miraculorum, præsertim in curandis strumis et liberandis energumenis clarissimus vixit ac mortuus est, et ineunte seculo* X *ob irruptionem Normannorum inde translatus fuit Corbiniacum in diœcesi Laudunensi, ubi hodie dum pergit opem miseris præstare, coliturque præcipue Kalendis Maji, quo die et Acta ejus illustravimus. Quamobrem censeri non potest sanctus iste Marculfus seculo* XIII *Lugduni inventus ac elevatus fuisse. Fuerit igitur*

A *igitur qui tunc ibi inventus fuit, abbas aliquis monasterii S. Petri Viennensis, uti fuisse traditur S. Leonianus, eodem tempore et loco inventus; quod et vero simile redditur, quia in ecclesia istius monasterii hodiedum extat sacellum sub nomine* SS. Aaronis et Marculfi, *teste Chorier in Antiquitat. Viennen. pag.* 295.

NOT. 32 *Pag.* 439 *de* S. Methodio Patriarcha CP. *num.* 1 *lin.* 14 *post hæc — Anno* CCXXVIII *hoc* XIV *Junii —* adde — *His, uti Henschenius præparaverat excusis, venit in manus meas Epistola, ab eruditissimo Pagio ad Abbatem Nicasium signata anno* 1696 *: qua gustum aliquem præbere intendit curiosiorum quarumdam observationum suarum, a duobus posterioribus Criticæ suæ Tomis expectandarum. In hac Epistola pag.* 7 *eum ex Gallico sic loquentem exhibeo.*

S. Methodius, Patriarcha Constantinopolitanus, obiit anno DCCCXLVI, XIV Junii, quamvis hactenus omnes crediderint alio anno eam mortem contigisse. Etenim S. Ignatius fuit consecratus Patriarcha die IV Julii in Dominica, ita suadente S. Joannicio, teste Niceta in Vita hujus sancti Patriarchæ, Expulsus e Sede sua, et Theodora Imperatrix ex Palatio, anno DCCCLVII; quamvis auctores omnes id factum B scribant anno uno serius. Etenim cum idem Nicetas dicat, ipsam regnasse cum filio quindecim annis, mensibus octo; id quod jam diximus, accidisse non potuit nisi anno DCCCLVII; eo magis quod Auctor Libelli synodici, loquens de Synodo Constantinopolitana, quam Photius contra Sanctum hunc collegit; dicit ipsum sedisse annis undecim, mensibus quatuor et diebus viginti: hinc autem apparet non solum ordinatum fuisse ipso quo supra dixi die, sed etiam depositum die XXII Novembris, quemadmodum Nicetas optime notat, quamvis versio Raderi hac in parte corrupta sit, ubi dicitur quod S. Ignatius restitutus fuit post novem annos exilii, librario novem pro undecim scribente; quos tamen undecim oportet utrimque incompletos censere, quod sic demonstro. Basilius Imperator constitutus, restituit Ignatium anno DCCCLXVII, die Dominica tunc cadente in XXIII Novembris, sicut ait Nicetas, eodem scilicet die quo fuerat in exilium actus: sed quia id non contigit D eadem feria, idque scriptores ante nos haudquaquam observarunt, lapsi in errorem sunt quoad annum. Dicit porro Nicetas, quod idem Sanctus post suam restitutionem gubernavit Ecclesiam annos decem; consequens igitur est ut obierit anno DCCCLXXVII die XXIII Octobris, ipso quem Nicetas signavit die.

AUCTORE C. J.

Hactenus Pagius: quibus ad examen adducendis, ultimo hoc impressionis die tempus non suppetit, typographo nullam moram indulgente, propter instantes nundinas Francofurtenses; malui tamen vel sic oblatam correctionem admittere, quam fructu qualicumque diligentiæ suæ privare virum, optime meritum etiam de hoc opere, cui verum S. Gregorii Nazianzeni obitum definivit per epistolam, prius ad me datam quam primum Criticorum suorum Tomum ederet.

Pag. 453 *de* Gerasimo Ordinis S. Basilii, *subnecte.* NOT. 33.

Alia de S. Gerasimo Ord Basiliana.

Habemus Kalendarium MS. Sanctorum ejusdem Ordinis, ab ejus abbate generali Petro Menniti non ita pridem ad nos Roma missum, in quo S. Gerasimus *appellatur* Abbas; *et notatur, ex permissione Congregationis rituum, coli in Ordine* V Martii; *qui tamen dies, ut alibi sæpe in isto Kalendario, videtur hic quo-* E *que ad arbitrium electus fuisse: quæ permissio facta dicitur anno* MDCIII, *quando Ferrarius Catalogum suum generalem, ubi* XIV *Maji, atque iterum* XIV *Junii ejus mentio fit, nondum ediderat. At vero prodierat anno* MDLXXVII *Neapoli David Romæus de Sanctis Surrentinis, ubi in adjuncto indice de Sanctis regni Neapolitani,* Gerasimum *adscribit diei* XIV *Maji. Cur alium diem elegerint Basiliani, compertum non habeo. Neque magis compertum habeo, cur ibidem ejus obitum referant ad annum* CCCCLXXV. *An hunc Gerasimum suum Calabrum, cujus perobscura nunc memoria est, confuderint cum Gerasimo abbate, qui prope Jordanem fluvium monasticum vixit ac docuit apud Joannem Moschum in Prato spirituali cap.* 107, *ipsi viderint: potest Abbas ille seculo* V *floruisse.*

Pag. 485, *ante* B. Castoram viduam *pone titulum et reliqua de* S. Hartwico, *prout hic sequuntur.* NOT. 34

DE SANCTO HARTWICO

C

ARCHIEPISCOPO SALISBURGEN. IN NORICO

F

C. J.

COMMENTARIUS PRÆVIUS.

§ I. Sanctitas probata. Vita a quo et quando et scripta.

AN MXXIII

Sanctitas Harwici,

Notior *est civitas et nobilior archiepiscopatu suo, Salisburgum, quam ut indicatione aut illustratione egeat; antiquitus, uti passim putatur,* Juvavia *dicta, in Norico, nunc Bavaria, aut certe in Circulo ejus. Habuit illa post S. Rupertum, episcopatus institutorem, aliquot ejus successores sanctitate illustres, colitque hodiedum: habuit et alios fortassis non inferioris sanctimoniæ, qui jam olim pro Sanctis habiti fuerunt, quamvis nunc speciali cultu in Officiis divinis non honorentur. Hos inter merito recenseatur, de quo hic agimus,* Hartwicus *archiepiscopus, anno* DCCCCXC *creatus,* MXXIII *demortuus: cujus sanctitatem sufficienter commonstrant monumenta antiqua,* Sanctum *appellantia, sepulcrum in honore habitum, veneratio illuc accurentium suosque infirmos deferentium, luminaria ibidem accensa, curationes impetratæ plurimæ.*

2 *Pleraque talis cultus indicta extant in ipsius vita, altero post obitum ejus seculo conscripta.* Sancti *appellationem confirmat, præter chronica antiqua ecclesiæ Salisburgensis, Catalogus episcoporum ejusdem loci, quem inveni ipse anno* MDCLXXXVIII *in celeberrimo Austriæ monasterio Mellicensi, atque descripsi e codice membraneo MS. magnæ formæ, continente vitas Sanctorum mensis Novembris, fol.* 249. *Qui Catalogus desinit in Adalberto, anno* MCLXVIII *creato archiepiscopo, atque sub illud tempus debet collectus fuisse. Ibi autem* Hartwicus *honoratur titulo* Sancti, *uti ibidem ante ipsum honorantur* S. Rupertus, S. Vitalis, S. Virgilius; *et post ipsum* S. Gebehardus, *de quo paulo post hic agemus;* S. Tiemo *et* S. Eberhardus, *de quo jam actum est* XXII *Junii.*

ex antiquis monumentis probata,

3 *Andreas Brunnerus noster in Annalibus Bojorum parte* 2 *pag.* 560, *ubi S. Wolfgangum episcopum Ratisponensem ab Hartwico archiepiscopo Salisburgensi honorifice sepultum dixerat; ita pergit:* Hartwicum sua virtus, magnis prodigiis confirmata, pene Wolfgango exæquavit. Fama hodieque viget, horrente

confirmatur a recentioribus,

AUCTORE C. J, *Andrea Brunnero,*

A rente bruma ramum ex arbore carptum in ipsius manibus floruisse, ostentatum etiam posteris, locoque, media hieme vernanti, a flore nomen inditum. Friderico *archiepiscopo* in pontificatu, quatuor annis ante Wolfgangi obitum, successerat non sine divinitatis consilio, Boicæ ita prospicientis, ut semper sanctorum virorum humeris fulciretur. *Atque iterum pag.* 763 : Annus XXIII *seculi* XI, illustre Bojariæ sidus Hartwicum Salisburgensem antistitem extinxit, quem fama publica ob ingentia prodigia, a vivo mortuoque edita, Ruperto, Virgilio, ceterisque, quorum nominibus assurgimus, coæquavit. Constat usuram lucis oculorumque pluribus de tumulo largitum ; ligatos in nodum artus explicasse ; depositos et morti devotos jussisse vivere, aliaque similis exempli et gloriæ patrasse, non nisi divinis viris usitata, certa immortalitatis testimonia.

Wiguleio Hundio,

4 *Ante Brunnerum de eodem hunc in modum scripsit Wiguleius Hundius in Metropoli Salisburgensi pag.* 7 : Hartwicus, comes a Spanheim et Artenburg, alias Lavental, electus est archiepiscopus, VI Idus Novembris, anno DCCCCXC. Claruit multis miraculis et habetur pro Sancto. De eo ferunt, quod cum in Pluenbach pergens, ramum aridum casu de B arbore carpsisset, statim in ejus manu ille floruerit ; unde adhuc loco nomen Pluenbach superest. Sepeliit idem divum Wolfgangum apud S. Emeranum Ratisponæ. Idem S. Martinum, titulo electus, invenit ; eumque S. Ruperto in urna argentea, auro vestita conjunxit. Rexit annis XXXII ; mortuus anno MXXIII ; sepultus in sacello S. Gregorii, *Idem de eodem scribit in archiepiscopo. Adalberto II, quod* anno MCLXXI Vitalis, Virgilius, Hartwicus, pontifices Juvavienses et Pilegrinus Pataviensis multis miraculis claruerunt.

Mezgeris fratribus,

Ejusdem sanctitatem celebrant fratres Mezgeri, in Historia Salisburgensi, anno 1692 *impressa, pag.* 302 *his verbis :* Sancto *Wolfgango* Sanctum subjungimus *Hartwicum*, qui etsi Romanorum calculum in Albo Divorum nondum tulit, e cœlo tamen prodigiorum suffragiis honoratus, in catalogo Præsulum inter Divos antiqua existimatione et fama a Salisburgensibus censetur. *Et sub finem addunt.* Ceterum Hartwicus, terra Salisburgensi sanctissime culta, ad paradisum Cœlitum beata morte transiit anno MXXIII. Sepultus est in sacello S. Gregorii, quod deinde ab ejus sanctimonia, ad sanctum Hartwicum appellari cœpit.

Philippo Ferrario.

5 *Ejusdem sanctitatem adstruit quoque Ferrarius* C *in Catalogo generali Sanctorum, ad diem* VIII *Novembris, qui fuit ordinationis ejus* episcopalis, *inquit*, non natalis, qui latet. *At vero hunc invenerint alicubi Cartusiam Colonienses, Zacharias Lippelous aut Cornelius Grasius, qui Vitas Sanctorum ex selectissimis et probatissimis orthodoxis Patribus anno* MDCXVI *Coloniæ ediderunt, ubi Acta* Hartwici *die* XIV *Junii proponuntur legenda : quem illi diem unde acceperint, non indicant ; opinor, ex aliquo Germanicarum ecclesiarum Necrologio ; quemadmodum in Fuldensi apud Leibnitium notatur ejusdem* Hartwici *annus, quo obiit,* MXXIII ; *aut ex alio Kalendario. Unum tantummodo inveni hactenus scriptorem, eumque recentem D. Franciscum Duckher, qui in suo chronico Salisburgensi anno* MDCLXVI *lingua Germanica impresso, supremum diem* Hartwici *signat* XIX *Decembris : et verosimilius est, ipsum tunc obiisse, quam* XIV *Junii. Nolim tamen propterea ipsius Acta eo reservare, quia jam ab aliis hagiographis ad diem* XIV *Junii relata pridem fuere ; uti infra num.* 14 *amplius declarabitur.*

Vita a quo scripta sit,

6 *Autor vitæ apud Canisium est anonymus, sed* sancti Eberhardi, *item archiepiscopi Salisburgensis anno* MCLXIV *mortui, discipulus, qui ibidem multa alia de episcopis Salisburgensibus scripsisse indicatur ; puta, vitas SS. Ruperti, Virgilii, Gebehardi, et ipsius Eberhardi prædicti. Alium vitæ ejus auctorem indicat* D *Baronius* sanctum Eberhardum, *sic scribens tomo* XI *Annalium ad calcem anni* MXXIII : Hoc eodem anno moritur sanctus (Sanctum *et ipse appellat*) Hartvicus Salisburgensis episcopus, cujus res præclare gestas scripsit ejus discipulus, æque sanctus, Eberardus, quas diligentia Henrici Canisii editas habes tomo 2 Lectionum antiquarum. *Hinc Vossius quoque in Scriptoribus Latinis, tum novum Sanctum, tum ignotum scriptorem,* Eberhardum, discipulum S. Hartvici *producit ; præterquam quod in anno etiam, quo Hartwicus obierit, aberret anno uno, adscribens obitum ejus anno* MXXIV. *Sed pace tantorum virorum dixerim, ipsos non satis considerasse, quæ apud Canisium, quem citant, de auctore vitæ* S. Hartwici *leguntur. Ibi enim non legitur, auctorem fuisse S. Eberhardum ; aut discipulum* Hartwici ; *sed* sancti Eberhardi discipulum ; *qui etiam S. Eberhardi aliorumque ipsius in cathedra Salisburgensi decessorum aliquot episcoporum vitas descripsit, uti jam diximus. Ab obitu autem* S. Hartiwici *usque ad obitum S. Eberhardi, qui incidit in annum* MCLXIV, *uti demonstratum est ad ejus acta, die* XXII *Junii illustrata, fluxerunt anni* CXLI : *potestque discipulus ille Eberhardi supervixisse magistro suo usque ad finem seculi* XII ; *ac interea sua,* E *quæ apud Canisium exstant, scripserit.*

et quo tempore,

7 *Quæ hactenus de auctore vitæ asseruimus, satis certa sunt. Quo autem anno is vitam S. Ruperti, et consequenter aliorum vitas, scripserit ; indagat citatus Vossius pag.* 437, *adducens hæc scriptoris verba, uti apud Canisium tomo* 2 *pag.* 255 *leguntur. :* Computemus annos de transitu S. Rudberti ab anno DCXXIII Dominicæ Incarnationis. Sunt autem a transitu ejus usque ad præsentem annum, qui est Dominicæ Incarnationis annus millesimus centesimus octogesimus sextus ; anni quingenti LXXIII. *Et subdit :* Ipse est annus XXXVI, 9 regni Frederici Imperatoris. *Ita ibi. In quæ mirabiles conjecturas format Vossius, quatenus sermo est de annis imperii Friderici, de præcedentibus calculis parum solicitus. Ego ex omnibus ibi temporum notis, illam certissimam duco, qua auctor dicit se scribere* anno dominicæ Incarnationis millesimo centesimo octogesimo sexto. *Ibi enim nequivit errare. Recte etiam signavit e sententia nostra transitum S. Ruperti anno* DCXXIII, *quo ejusdem vita docet, eum obiisse* VI Kal. Aprilis. *Spatium quoque, quod signatur intercessisse a transitu S. Ruperti ad usque annum* MCLXXXVI, *recte computatum est, si ab annis, uti scribitur,* DLXXIII, *demas* X. *Nam anni* DLXIII *vere intercesserunt.*

vana hic conjectante Vossio.

F 8 *Quod ait Vossius, ex temporum ratione* annum Christi MCLXXXVI esse Friderici XXXIV, *non recte computatum est. Fridericus enim anno* MCLII, *die* IV *Martii creatus imperator, jam compleverat anno* MCLXXXVI *eodem* IV *Martii die, annum imperii sui* XXXIV, *ante diem transitus S. Ruperti anniversarium, qui incidit in* XXVII *ejusdem mensis, currente jam tum anno Friderici* XXXV. *Sed neque hoc posito, inquis, recte computavit auctor vitæ, combinans cum anno Christi indicato annum Friderici* XXXVI. *Fateor, sed facilius fuit, illum in eo aberrare, quam in anno Christi signando, quo scribebat. Quod porro conjectat Vossius de illa nota,* 9, *apud Canisium annis Friderici* XXXVI *adjecta, opinaturque ex numerali* 4, *ob figuræ similitudinem ab imperito aliquo conversam esse in* 9, *vana est conjectura. Ego mihi persuadeo, notam illam.* 9, *aliud non esse, quam signum, quo uti solent typothetæ pro syllaba finali,* us; *et hic indicabit, quod annus* XXXVI. 9. *legi debeat* tricesimus sextus.

Error, ad vitam S. Ruperti commissus,

9 *Lubet hoc loco (quandoquidem mentio facta sit de anno transitus S. Ruperti, quem in commentario ad ejus gesta, die* XXVII *Martii, fixerunt decessores nostri in anno Christi* DCXXIII, *aut* DCXXXVIII*) lubet, inquam,* hic

A *hic unum alterumve corrigere errorem, qui irrepsit in Annotata ad vitam ibidem primam, cap.* 2 *Annotatione* m, *quam sic emendes velim* — m *Fuerit is ex calculo nostro Benedictus I aut Pelagius II, qui ab anno* 575 *ad* 590 *ecclesiam universalem gubernarunt.* — *Auctor Annotationis, requirens, quis Pontifex Romanus ecclesiæ præfuerit seculo Christi sexto post annum ejus* LXXVII*: postquem Bavaris prædicare Rupertum cœpisse, in commentario suo prævio statuerat; respexit per incuriam seculum quintum pro sexto, et inventum ibi nomen* S. Simplicii, *qui ab anno* 467 *ad* 483 *Pontifex fuit, illud in suam Annotationem transtulit, pro* Pelagio Papa, *qui e seculo* VI *sumi debebat. Errorem recte observarunt fratres Mezgeri in sua Historia Salisburgensi,* § 1 *Dissertationis præliminariæ; quibus eatenus ego gratias ago.*

cognosci potest ex Commentario ibi prævi

10 *Non tamen probo, quod in capite istius paragraphi sui, hunc ponentes titulum,* Quid Bollandus in Actis Sanctorum de ætate S. Ruperti senserit, *colligant Bollandi, aut potius Papebrochii (hic enim istius lucubrationis auctor est) sensum ex errore, in Annotatiuncula per festinationem commisso, quem et ipsi, si diligentiores æquioresque fuissent, poterant per se deprehendere errorem esse, consulendo commentarium* B *prævium, ubi data opera disputat Auctor de Ruperti ætate et num.* 2 *illam definit, quod nempe Rupertus* anno Hildeberti regis secundo in civitate Wormatiensi habebatur episcopus; *et post gloriosi apostolatus labores, vitam finivit* in die Resurrectionis Dominicæ VI Kalendas Aprilis. *Quæ verba, ex ipsis Actis desumpta, continuo explicans commentator, docet, Hildeberti, seu Childeberti, Austrasiæ regis, annum secundum concurrere cum anno Christi* DLXXVII, *quo adhuc Wormatiæ erat episcopus Rupertus; et diem* VI *Kal. Apr. a prænotato anno usque ad finem seculi* VII *non incidisse in diem Resurrectionis Dominicæ, nisi annis* DCXXIII *et* DCXXVIII*: atque adeo alterutro horum annorum, et verosimiliter primo, Rupertum obiisse; cœpisse vero apostolatum suum per Bavariam post annum* DLXXVII, *quoto autem post anno non determinat, nec est facile determinatu, quantumvis illa in re laborent Fratres prædicti.*

Alius ibidem error an vere sit talis.

11 *Alium errorem videntur sibi iidem fratres Mezgeri deprehendisse in Annotatione* n, *ubi ad vitam S. Ruperti, a Surio editam, ejusque hæc verba*: sanctissimum ejus corpus in ecclesia S. Petri, in sepulcro, quod nunc hodie cernitur, quievit annis 150, usque ad tempora S. Virgilii; *hæc adjicitur notula*: Ex C nostro calculo intercessissent anni plusquam 200. *Displicet hæc notula, quantumvis innocens, prædictis scriptoribus, annos ibi positos referentibus ad prædictum errorem suum ipsorum non minus, quam Papebrochii, commissum in nomine* S. Simplicii Papæ, *loco* Pelagii Papæ; *volentibusque notam illam annorum* 200, *scribi debuisse annorum* 300. *At vero si ipsi inconsideratam suam sententiam ex annotatione erronea non concepissent, sed sententiam veram auctoris, in commentario expressam considerassent, collegissent utique, auctorem hic secundum commentarium suum loqui, ubi transitum Ruperti figit in anno Christi* DCXXIII, *et adventum ejus in Noricum reducit ad annum circiter* DLXXX: *atque inde videtur computasse intercapedinem annorum ducentorum usque ad inventionem aut translationem corporis sub Virgilio episcopo. Nihilominus parum accurata est annotatio in illum Surii textum; atque adeo deleatur: quia Surius ibi tantum agit de spatio temporis quo corpus S. Ruperti in ecclesia S. Petri sepultum quievit: ab anno autem, quo obiisse statuitur,* DCXXIII, *adusque annum* DCCLXXIII, *quo a Virgilio translatum fuit, intercedunt anni* CL, *uti scripsit Surius.*

§ II. Item de scriptore vitæ, de die obitus aliisque Hartwici gestis.

Vita Hartwici bis edita a Canisio,

Redeo *ad Hartwicum. Vita ejus in antiquis Lectionibus Canisii extat tom.* 2 *cum aliis ecclesiæ Salisburgensis monumentis, pag.* 310; *atque iterum tom.* 6, *cum aliis item ejusdem ecclesiæ antiquis scripturis, pag.* 1215. *Quæ tomo* 2 *referuntur a pag.* 247 *sub titulo,* De episcopis Salisburgensibus, *usque ad pag.* 324; *sunt Vitæ* S. Ruperti, S. Virgilii, S. Eberhardi, S. Hartwici, S. Gebehardi, episcoporum Salisburgensium: *omniaque et singula adscriptum habent auctorem suum,* S. Eberhardi archiepiscopi Salisburgensis discipulum; *qui nusquam nominatim indicatur, aut qualis fuerit exprimitur. Attamen initio vitæ S. Eberhardi, aut (si mavis) prologo, vocat ipse sese extremum illorum omnium,* quibus *Eberhardus* aut proprie episcopus, aut notus tantum convictu, aut meritorum magister olim exstitit. *Igitur et ipse illum aliquo saltem prædictorum modo, si non omnibus, noverat, nempe vel ut episcopum subditus, vel ut socium in convictu, vel ut magistrum discipulus. Sub finem quoque vitæ ante recitationem miraculorum, se indicat unum esse* ex discipulis ejus antiquis: *et sub medium ejusdem* E *vitæ, ait*: Deus scit, quod non mentior quæcumque scribo. Dicam quod vidi, quod multorum attestatione, quod proprio experimento cognovi.

sed secunda, in parte aucta est,

13 *Jam vero tomo* 6 *Canisii pag.* 1021 *sub hoc titulo,* Monumenta Salisburgensia; *proponuntur, præter alia multa, eædem vitæ, quas jam dixi tomo secundo contineri; iisdem passim verbis, auctæ tamen subinde interjectis aut adjectis quibusdam laciniis novis. Sic inter vitam et miracula S. Hartwici interponuntur aliqua, quæ nos hic istis [ ] signis includemus. Similiter adjicitur Actis S. Eberhardi veluti alia vita: et plura adduntur Actis S. Gebehardi: ex quibus additamentis cognoscitur, illorum Auctorem esse monachum Admontensem, dum monasterium illud Admontense, passim* nostrum *vocat; quod in editione tomi* 2 *nusquam observari. Laterum notat editor Canisius, in tomo* 6 *pag.* 1138, *Auctorem ibi sequentium vitarum esse eumdem S. Eberhardi archiepiscopi discipulum, et apographum, quod ibi profert, esse altero, quod tomo* 2 *ediderat,* multo correctius et in quibusdam locis auctius, præsertim in fine vitæ S. Gebehardi, ubi continetur fundatio integra monasterii Admontensis. *Verum bona venia Editoris, non animadvertit, alium se prodere Auctorem in additamentis, quam in vitis: qui tamen possit credi, non multo* F *post discipulum S. Eberardi illa compilasse: quia additamenta ad vitam S. Gebehardi desinunt in anno* MCLXXVII. *At vero si idem credatur quoque compilasse chronica Salisburgensia, quæ mox sequuntur, ætas ejus referenda erit saltem ad annum Christi* MCCCCLXXVI, *quo usque Chronica illa pertingunt.*

cetera similis primæ

14 *Vitam igitur Sancti nostri hic damus ex duabus prædictis editionibus Canisii, adeo inter se conformibus, præter insertam posteriori laciniam supra memoratam, ut altera vix verbulo ab altera discrepet, nisi forte ex incuria librariorum aut typothetarum: quibus etiam imputandum puto, quod in prima editione designetur annus ordinationis Hartwici in episcopum,* DCCCCXV, *manifestissimo errore; qui in posteriore signatur recte,* DCCCCXC. *Inde igitur fuisse Archiepiscopum, et fuisse ad annum usque Domini* MXXIII, *communis scriptorum consensus affirmat. Non æque conveniunt in determinando annorum numero, quibus ecclesiam suam rexit. Hundius annos tantum* XXXII *numerat, plerique alii* XXXIII: *qui tamen conciliari inter se facile possunt, si dies* XIV *Junii, quo hic, exemplo Lippeloi et Grasii, Acta S. Hartwici illustramus, sit etiam ejus dies obitualis. Tunc enim intelligendus est Hundius numerare annos*

Annus et dies quo obiit Hartwicus.

AUCTORE C. J.

A *annos* XXXII *completos; alii vero,* XXXIII *incompletos, deficientibus propemodum mensibus quinque, videlicet a die* XIV *Junii usque ad* VIII *Novembris, quo fuit ordinatus episcopus. At vita nostra Hartwici, quæ pariter docet, ipsum anno* DCCCCXC, VI *Idus, seu die* VIII *Novembris ordinatum, et anno* MXXIII *mortuum fuisse, designat* annum episcopatus ejus XXXIV *: adeo ut non tantum anni episcopatus* XXXII, *sed etiam* XXXIII completi *fuerint, atque annus* XXXIV, *a die* VIII *Novembris inchoatus. His consonat Auctor Chronici Salisburgensis, num.* 5 *nobis citatus, dum ait, Hartwicum ecclesiam suam rexisse* annos XXXIII et ultra, *atque obiisse anno Domini* MXXIII, *additque* diem obitus XIX Decembris *Et sane debet ante finem istius anni Dominici obiisse ex omnium sententia. Sit igitur annus ordinationis Hartwici* DCCCCXC, *dies* VIII *Novembris; annus mortis* MXXIII; *annus episcopatus, quo obiit,* XXXIV; *dies obitus* XIX *Decembris. Si quæras, cur Acta viri sancti in illum diem non differamus, jam dixi, quia illo die nemo in Legendis Sanctorum de Hartwico hactenus egit : egerunt pridem aliqui ad diem* XIV *Junii, cœpitque hic ei quodammodo proprius esse, sive vere natalis sit, sive alia de causa.*

Sepelit S. Wolfgangum,

15 *Præter gesta Sancti nostri, ab Auctore vitæ relata, lego de eodem in vita S. Wolfgangi Ratisponensis* B *episcopi, apud Surium ad diem ultimum Octobris, quod divino nutu ex prædictione Wolfgangi moribundi, ad locum, cui nomen* Puppinga, *inter Passavium ac Viennam, ubi is animam agebat, directus sit, ac postridie mortis ejus, ex naufragio, per Danubium facto, solvus eo pervenerit, relatumque viri sancti corpus Ratisponam, in ecclesia S. Emmerammi solennibus exequiis terræ mandaverit. Narratio ibi sic habet :* Mane alterius diei *ab obitu Wolfgangi,* exequias funeri apparantes, angi animis cœpere, undenam possent obtinere episcopum aliquem, qui funus celebraret. Et ecce commodum supervenit Hartwicus Salisburgensis episcopus, et Aribo Comes, vir Dei, inter laicos clarissimus. Eos adventuros, nocte superiori beatus Wolfgangus significarat; post longa silentia et quamdam animi remissionem, ad adstantes subito dicens : Repurgate domum, præparate hospitium. Venient enim hodie ad nos hospites boni. Vera autem me dicere, hoc signo cognoscetis; navis, qua vehebantur bona Hartwici archiepiscopi et Aribonis præfecti, in Danubio naufragium perpessa est : sed Dei benignitate homines servati sunt, iidemque domini mox post obitum meum huc accedent. *Quod ita factum est :* C et ab illis ipsis, et multa populi fidelis turba sacrum corpus septimo ab obitu ejus die Ratisponam honorifice est translatum : ubi cum ad S. Petrum esset exceptum, et vigiliarum missarumque celebrationibus anima Deo commendata; admodum reverenter corpus per cuncta urbis monasteria circumtulere, ad extremum illud inferentes in cœnobium B. Emmerammi, quem dum in humanis esset, præcipuo honore habuerat. Ibi missarum solenniis et exequiarum officiis rite peractis, præclare atque honorifice tumulatum est. *Et isthæc quidem Hartwici pia officia in Wolfgangum episcopum suffraganeum suum.*

et novam S. Erendrudis virginis ecclesiam

16 *Alia præstitit S. Erendrudi virgini et primæ abbatissæ monasterii Nunbergensis prope Salisburgum, ab ejus propinquo S. Ruperto fundati, cujus novam suo tempore excitatam a sancto imperatore Henrico ecclesiam dedicarit, in eamque sacrum Virginis corpus e priori loco transtulit; si Cæsario, tribus ferme post seculis ejusdem monasterii capellano et miraculorum S. Erendrudis scriptori, fides habenda sit. Scripta ejus extant apud nos, ex Canisio sumpta, in Actis sanctæ Virginis prædictæ tomo* V *Junii pag.* 582 *: ubi postquam num.* 3 *ille narravit, S. Henricum Imperatorem ad tumbam S. Erendrudis iterato liberatum fuisse, nescio qua infirmitate; et simul* vovisse Deo omnipotenti, beatæ et gloriosæ virgini Mariæ, sanctæque Erendrudi, ut si D relevaretur ab ægritudine sua, monasterium, *quod paulo ante incendio consumptum fuerat,* a fundamento vellet reædificare. *His, inquam, narratis, ita pergit num.* 4 *:* Peracta quoque et ædificata structura, tam monasterii, quam aliarum officinarum, et dedicata ecclesia in honorem sæpe dictarum patronarum, ipso Imperatore præsente, per B. Hartwicum archiepiscopum corpus S. Erendrudis de antiquo tumulo in cryptam, ubi nunc requiescit, summo cum honore translatum fuit. *Quod factum sit vel ante vel currente anno* MXXIII; *quo Hartwicum obiisse diximus; nec amplius anno uno Imperator Henricus ipsi supervixit.*

ab Henrico Imp. sancto constructam, dedicat.

VITA *a* ET MIRACULA

Auctore anonymo, S. Eberhardi Archiepiscopi Salisburgensis discipulo.

Ex duabus editionibus Henrici Canisii tomo 2 et 6 Antiquarum lectionum, inter se collatis.

Consideranti mihi lilia agri, quo honore quove decore candidata vestiantur et pullulent, multa vir- Matth. 6. E tutum varietate purpurati rosarum flores apparent. Hinc in lilio miror, quod est niveum ; hinc in rosa colorem intueor purpureum. Tria tamen amplius in ipsis intendo colorem scilicet et odorem et utriusque allectionem. Flos est anima justi ; color, religio Catholicæ fidei ; odor, amor Dei et proximi ; allectio, promissio est cœlestis regni. Unde est illud in Canticis Canticorum : Descendi in hortum nucum, ut viderem poma convallium, et inspicerem, si floruissent mala punica. Et de eodem in subsequenti : Vineæ florentes odorem dederunt. Et illud : Odor inæstimabilis erat nimis. Hortus est Sancta Ecclesia, de quo Sapientia clamat : Rigabo hortum meum. Nuces sunt animæ justorum ; testa nucis, vas humani corporis ; corium, mundani livoris amaritudo, et in *b* nucleo, justitiæ designatur habitudo. Tunc ergo in hortum suum *c* nucum Sapientia Dei descendit, quando quid in nucibus, id est in justis ; quid in convallibus, id est humilibus, speciosius sit, consideravit *d*. Quæ sunt vineæ, nisi oves Dominicæ? Quid sunt earum flores, nisi passionum meritis purpuratæ virtutum varietates? Unde est illud Sapientiæ : Flores mei fructus honoris et ho- F nestatis. Floret enim vinea dominica per opus bonum, sed odorem dat aliis, bene vivendi proponens exempla. Floret vitis, decoratur in se, sed odore fructificat in aliis. Huic simile est quod legitur : Ego quasi vitis fructificavi suavitatem odoris.

Comparatione florum, Cant. 6. *horti,* Cant. 2. Eccli. 24. *b* *c* *convallis,* *d* *et vineæ* Eccli. 24. Eccli. 24.

laudatus S. Hartwicus

2 In agro igitur rosa vel lilium, in horto nux, et in convalle lignum pomiferum, et in vinea palmes, B. Hartwicus. Hinc enim est castitate candidus ; hinc diverso virtutum colore purpureus ; hinc, licet in carne, divinitatis satiatus nucleo ; hinc ut lignum fructiferum imbre roratur temporaneo. Palmes est in vite, non aridus, non ad ignem ut comburatur excidendus, sed flore cum fructu germinans, ut doctrinæ vina ministret, in Christo, qui est vera vitis, exuberans. Unde est illud in Evangelio : Omnem palmitem in me ferentem fructum, purgabit eum, ut fructum plus afferat. Palmes vero iste non sterilis, sed fœcundus, satis in Christo tulit sibi, sed purgatus, id est carne solutus, plus attulit et plus recepit. Hic quidem collegit, sed ibi cum exultatione manipulos reportavit. Super pauca fidelis humanitus, super multa cœlitus constitutus est. Hic ut pater familias pervigil, fieri comminatur : Joan. 15

hic

A hic ut pastor bonus, lupum confundit et fugat : hic [Psalm. 125] etiam oves pascit et potat; jejunantes non spernit, [Matth. 25. Matth. 24.] et manducantes non judicat. O! quantum luxit *e* in [Joan 10.] carne positus, qui nihil remisse prætermittens, fuit [Rom. 14.] in omni bona actione strenuus, ad docendum egregius et in omni morum claritate fuit conspicuus; [*e*] orphanorum adjutor, viduarum defensor, mœstorum consolator et in regenerandis animabus magnus propagator.

3 Hic itaque post obitum bonæ memoriæ Friderici antistitis ecclesiæ Juvavensis suscepit cathedram anno incarnationis Domini DCCCCXC, *f* VI Idus [*f* *fit Archiep. an.* 990 : *g*] Novembris : sed ecce cum prædecessore suo gaudet regnum sortis et gloriam. Ex regali legitur oriundus prosapia *g*, unde ampliori virtute, vitam in se nobilitavit et opera.

Ut radius de sole prodit, de flumine rivus;
Hic stetit et fluxit regum de sanguine rivus.
[Apoc. 1.] Iste ergo participat in eo, quod scriptum est :
Fecit nos Deus sibi regnum et Sacerdotes.

Recte quidem agenti, se ipsum et actus suos re- [*ortus ex stirpe regali,*] genti, bene convenit hoc nomen Rex, quia de re- [*h*] gali secundum carnem egressus linea, cum rege Christo decorabitur in gloria *h;* ut recte dicatur ei [*i*] B *i* per Prophetam : Regem in decore suo videbit. Et [Isa. 33.] illud in Psalmo : Domine, in virtute tua lætabitur [Psalm 20] Rex et super salutare tuum exultabit vehementer. Fuit enim ad opera misericordiæ vehemens, in tribulatione patiens, pronus ad indulgentiam, et tardus ad iram, fide firmus, ut impetret; spe certus, ut capiat; caritate perfectus, ut sine fine permaneat. Ut etiam ordo docendi postulat, multa erubuit docere, quæ tamen studuit facere, viam monstravit digito, quam ipse præcessit opere suo.

4 Cogitavit enim, non esse sicut æs sonans, aut [1 Cor. 13.] cymbalum tinniens; ne cum aliis prædicaret, [1 Cor 9.] ipse reprobus fieret *k*. Detractoribus aures non ad- [*vitiorum osor et emendator*] hibuit : aliud in corde et aliud in ore non habuit : [Psalm 14.] munera super innocentes non accepit. Pœnitentes [*k*] hortabatur ad melius, justos fovebat ut justus, minores tuebatur ut fortis; et omnibus exhibuit opera pietatis. In meridie quippe caritatis, cum sole justi- [*l*] tiæ statum fixit, ut luceat; ut *l* sicut mundus solari radio, sic credentium populus suo respondeat beneficio. Interim enim ejus virtutum fama percrebuit, quod ad ipsum, causa doctrinæ sugendæ, vice apum, circumquaque omnis turba confluxit. Eia quantos, C nube infidelitatis obductos, mente cæcos, fidei luce perfudit! quantis etiam, malitia surdis, verbi Dei auditum inseruit et ex insolentia mitius per confessionem Christum laudare fecit! Omnes corporis et animæ curavit ægritudines, verbi gratia, errore contractos, veritatis cognitione fecit erectos. Hinc mundavit lepram et de facie gregis sui omnem abstersit maculam. Hinc gaudio prævaricationis occisos vipereoque tentationum veneno præmortuos ad virtutum opera restituit vivos. Bene igitur convenit illi, [Eccl. 48.] quod de Helisæo Sapientia clamat : In vita sua fecit monstra. Quod enim melius monstrum, quam de peccatore justum, de ægro sanum, de obstinato credulum, vel de mortuo reddere vivum.

3 Sed nec hoc silere dignum video, quod pluri- [*Ramus exsuccus in manu ejus floret;*] morum fidelium didici testimonio. Contigit enim, quod ad ecclesiam, quæ Tale *m* dicitur, in festo [*m*] S. Andreæ ipsam dedicaturus exiret *n*, silvamque [*n*] pertransiens, ramusculum ex arbore frangens arripuit, quem cum non diu manu tulisset, flores peperit, et in signum sanctitatis ejus a quibusdam fidelibus, diu custoditus fuit. O signum mirabile et plusquam dici possit commendabile! O novitas ab [Exod 7.] antiquo non discrepans! O Hartwici virga, virgæ Aaron sub figura concordans? Sed illa in arca et hæc in manu floruit, nec tamen inter se dissentiunt, quia utriusque possessor arcam Domini rexit et [D AUCTORE ANONYMO] arca Domini fuit. Quod tamen in ipso materialiter fuisse, si quis obstinate contradixerit; spiritualiter *o* tamen completum ut credat, ratum sit. Quid enim [*o*] signat ejus via, qua vadit, ut ecclesiam dedicet, nisi Christum, in quo moraliter graditur, ut in mente sua Deo Sacrificium paret *p*? Quid est arbor, de [*p*] qua ramum fregit, nisi quilibet legis doctor, de quo disciplinæ formam sumpsit? De hac virga scriptum [Psalm. 22. Psalm. 17.] est : Virga tua et baculus tuus ipsa me consolata sunt. Vel aliter; Disciplina tua ipsa me docebit. Vel, et hæc virga pastoralis est, quæ in medio, sub typo disciplinæ, est rigida; subtus causa servitutis, ferrea; superius quasi floret, quia pœnitentes attrahit cum misericordia. De parte ferrea scriptum est : In virga ferrea confringes eos. De medio virgæ [Psalm. 2.] dicit Psalmista : Disciplina correxit me in finem. [Psalm. 17.] Superior pars virgæ, typum tenet misericordiæ. Tria quidem doctori conveniunt, ut scilicet impios districtius feriat; in bono stabiles, non facti *q* moneat; compungentibus misericorditer consulat. [*q*]

6 Hanc virgam B. Hartwicus habuit et ipsa *r* [*r*] virga æquitatis fuit : ut de ipso dici possit Eccle- [*et ipse virga virtutis fuit,*] siæ per Prophetam; Virgam virtutis tuæ emittet [Psalm 109] Dominus ex Sion. Quid enim non extitit virtutis *s* [*s*] in quo omnium virtutum schola fuit? Quomodo [Psalm 20.] etiam non sit plenus omni virtute, quem ecce præ- [E] venit Dominus in dulcedinis benedictione? Ipse autem ecclesiasticæ virtutis est virga, cujus doctrina vel fide, legalium mandatorum in populo commendantur laquearia. Ex Sion vero emittitur, dum speculatio *t* fidei ecclesiæ administratur. Omnia autem [*t*] opera sua quæ fecit fuerunt signifera, quia virtutum, quas Deus in ipso fecit, fuerunt signativa. Consummato igitur felici vitæ suæ cursu, exuta humanitatis [*mortuus an 1023*] tunica, indutus est immortalitatis stola. Migravit autem S. Hartwicus ad Dominum anno ab Incarnatione Domini MXXIII, episcopatus autem sui XXXIII [*u*] *u*, Henrico imperatore II hujus nominis regnante, Domino nostro Jesu Christo Rege; qui vivit et regnat cum Deo Patre et Spiritu sancto unus Deus, per omnia secula seculorum. Amen.

7 [*x* Magnificavit igitur Dominus Sanctum suum [*x*] Hartwicum et beatificavit illum in gloria. Vere mi- [*Præfatio ad miracula*] rificavit, quem adhuc in carne spiritualem fecit, et qui corporaliter fuit in terris, jam mente conversaretur in cœlis. Huic ergo cum suis consimilibus dicitur per Apostolum : Vos estis genus electum, [1 Petri 20] regale sacerdotium. Vos, inquam, electum, præ- [F] electum a Deo, electum a populo, quod certo comprobatur in sua electione miraculo. Post prædecessoris sui transitum, cum jam clerus ingemuit, et de pastore certantibus beatus Hartwicus supervenit. Intrat igitur pontificatum nescius, a clero suscipiatur a Deo præelectus : mirum in modum a Spiritu Sancto ducitur, ut agnus ad pascua, sed in ipso transmutatur arietis forma. Fit agnus, ut obediat; aries ut præmineat : agnus, ad sacrificium; aries, ut custodiat gregem suum. Fit signorum virtute mirabilis, caritate conspicuus et in consortio stabilis : fecit mirabilia in vita sua : tunc fecit illis, sed modo plus facit istis : velut enim in nocte seculi luna fuit in vivis, sed ecce in cœlestis gloriæ firmamento velut sol lucet mortuus : ut bene conveniat illi quod scriptum est : Justi fulgebunt sicut sol. Quid ergo mirabilius? caro in lunam et anima mutatur in solem. Recte igitur convenit illi illud Sapientiæ : In morte [Eccl 48. 15] mirabilia opera ipsius. O quam gloriosus Deus in sanctis suis, qui quos dilexit in mundo, post mortem plus dilectos esse, signorum declarat beneficio. Opus tamen erat, vel potius decus, ut quod ex incuria scribere neglexerunt antiqui, posteris declaretur beneficio Dei. Nos igitur non meliores primis, sed

AUCTORE ANONYMO.

A sed cautius agentes, sic scribamus posteris, ut ad laudem Dei excitentur operibus nostris. Siquidem tantum virum tantaque in Christo facta magnalia nullus situs oblitteret, nulla oblivio decoloret, hic memoriæ tradatur in scripto, quod fidelium comprobatur testimonio: laudem Dei lingua loquatur ut calamus, ut voci concordet ipsa manus; jam ad miracula convertatur stylus] *y*.

Miracula, ipsa,

8 Ad laudem et gloriam nominis Domini, *z* cum quadam die populus in capella sanctæ Dei Genitricis devotus adstaret, cereus in altari extinguitur, sed ut accendatur a quodam juvene quantocius accurritur; cereum festinus arripuit et ad tumbam B. Hartwici *aa* accensurus accedit, sed cum jam tumbæ appropiat, jam cereum Sancti virtus inflammat; mirum in modum per se luminare succenditur, ut lucerna Ecclesiæ fuisse B. Hartwicus approbetur. Flamma etenim rubedine apparebat *bb* ut sanguis; sed in illo reor, aliquid mystice fuisse significatum *cc*: verumtamen populus in admirationem vertitur et flammam huic similem numquam vidisse profitetur. O mirabile! ex ejus virtute accenditur cereus, cujus beneficiorum claritate illustratur fidelium populus. Fama igitur tantæ rei universam patriam B transvolat, sanctumque Dei in populo virtus patrata *dd* magnificat. Accurrunt subito debiles, sed sanitatis citius fiunt efficaces: sani currunt et languidi, et in Sancto glorificant nomen Domini: signis ad fidem provocantur increduli, spem concipiunt desperati, caritate solidantur qui fuerant odiosi.

etiam ad sepulchrum ejus facta.

9 Accedit interea puella quædam paralytica, quæ dum sepulcro advolvitur, optatæ sanitati restituitur lætabunda. Quidem etiam juvenis trans Enum *ee* genitus, annos circiter XXX agens, cæcus adducitur, sed Sancti provolutus sepulcro, visu perfunditur desiderato. Item quædam puella decennis ad præfatum Sanctum defertur contracta *ff*, sed illico ad plenum erigitur, ut eo miraculo Sancti virtus commendetur. Simili quoque modo mulier quædam, jam diu omnium membrorum virtute privata, per alios adducitur, statimque sanitati restituta, cum gaudio sola revertitur. Puer itaque de Pinzgau eatenus infirmans, ut mulier [prædicta,] pari modo fertur ad Sanctum, parique vice gratiam Dei salutarem experitur et fructum. Nec non et puer quidam de Olhusen affertur contractus, sed Deo operante, Sanctique meritis refertur erectus. Similiter puer in tan- C tum manibus contractus fuit, quod jam amplius posse sanari populus desperavit, B. Hartwici allatus tumbæ plenissima restauratur sanitate. Quidam homo de Eringen puerum suum cæcum reliquiis Sancti superposuit genuque flexo largissime lacrymans, visum puero felix obtinuit. Vir quidam de Sulbach miserabiliter flexis reptans poplitibus, sed Sancti nomine sæpius invocato, plantis et basibus solidatis, donum recepit optatæ sanitatis.

ANNOTATA C. J.

a Vita *inscribitur hic libellus apud Canisium in prima editione. Potius* Encomium *vocetur, quia gesta singularia perpauca habet, ac fere in laudibus viri sancti versatur. Hinc in editione Canisii secunda rectius scribitur titulus*, De S. Hartwico archiepiscopo Salisburgensi, *nulla* vitæ *facta mentione.*

b *Præpositio* in *abest a prima editione.*

c *Abest item in editione* I, suum.

d *Editio* I *legit*, considerandum.

e *Pro* luxit; *edit.* I *habet* lux.

f *Editio* I *notat annum* DCCCCXV; *quod erratum est, ut jam monuimus.*

g *Hundius ipsum vocat* comitem a Spanheim et Artenburg. *Bucelinus item; in sua Germania tomo* I D *sub finem, nominat inter* illustres familias qui primis XII Ludis equestribus *interfuerunt*, Spanheimensem; *atque iterum* inter S. R. I. Comites *recenset* Spanheimios; *Unde patet, familiam et antiquam et perillustrem esse: quæ et potest* ex regali oriunda *fuisse. Quod non vacat mihi ulterius examinare.*

h *Habet editio* I, in gratia.

i *Desideratur* ei *in edit.* I.

k *Ita editio* 2, *recte.* Et aliud in ore, *deest in* 1.

l *In eadem deest secunda particula*, ut

m *Fuerit ecclesia illa in pago* Pluenbach; *quandoquidem scribat Hundius illa de re his verbis:* Ferunt quod, cum Hartwicus in Pluenbach pergens, ramum aridum casu de arbore carpsisset, statim in ejus manu floruerit. Unde adhuc loco nomen Pluenbach superest. *Quod nempe a Germanico* Pluen, *aliis* Bluen, Florere; *et* Bach, fluvius *compositum sit; eo quod illuc pergenti Hartwico ramus aridus in manu floruit. Atque hodiedum signatus in tabulis geographicis* Pluenbach fluvius *et* Pluenbach vallis, *ad quinque circiter milliaria Germanica communia Salisburgo meridiem versus.*

n *Edit.* 1, exierit.

o *Edit.* 2 *hic legit*, specialiter.

p *Edit.* 1, paretur. E

q Non facti, *abest ab edit.* 2.

r *Utraque editio Canisiana habet* ipsa. *Forte melius legeretur* ipse, *ut referatur ad Hartwicum; quia continuo sequitur* de ipso: *et paulo superius dicitur idem ipse* arca Domini *fuisse.*

s *Editio* 2 *legit*, Quid enim nisi virtutis extitit.

t Speculatio. *Editio* 1, speculo.

u *Utraque iterum editio Vitæ Canisiana scribit, Hartwicum obiisse* anno episcopatus sui XXXIV; *alii*, XXXIII; *Hundius* XXXII. *Qua de re in Comment. num.* 14 *diximus. Præferendus est prior numerus, qui cum aliis temporum characteribus, ibidem in vita et alibi expressis, recte convenit, indicatque, Hartwicum diem supremum obiisse versus finem anni* MXXIII, *certe post* VIII *Novembris: ipsumque diem signat chronicon Salisburgense* XIX *Decembris.*

x *Hic inter* [ ] *adjecimus, quæ tantum in editione* 2 *Canisii leguntur post vitam hactenus datam, sub novo hoc titulo:* De S. Hartwico Archiepiscopo: *videnturque veluti præfatio ad miracula, et posterioris Auctoris esse. Si enim idem foret cum priore, cur quæ hic narrantur de miraculosa Hartwici electione, non potius suo loco, ubi de electione ejus agitur num.* 3, *retulisset?*

y *Hic in editione secunda iterum repetitur titulus talis*, De miraculis ejus post mortem; *qui in prima nullus est.* F

z Domini *prætermissum est in edit.* 1.

aa *Hinc concludi potest, lumen ad sepulcrum Hartwici olim foveri consuevisse, in signum sanctitatis ejus et populi cultus.*

bb *Edit.* 2, parebat.

cc *Edit. eadem*, aliquid mysticæ fuisse significationis.

dd *Edit.* 1, parata.

ee *Edit.* 2 Œnum *scribit; Germanis vulgo*, Inn; *notus fluvius, qui ubi proxime Salisburgum respicit, facile* 20 *leucis ab eo distat.*

ff *Ab editione* 1 *abest*, contracta.

APPENDIX

De corpore S. Martini, per S. Hartwicum Salisburgi invento ac translato.

De *hac inventione ac translatione, nulla in præmissis*

Auctor Narrationis hujus quis sit :

A *sis S. Hartwici Actis fit mentio : apud Canisium tamen, post utramque vitam adjicitur illa de re Narratio, quæ in prima editione hunc titulum præfert :* De Ottone Imperatore. *In altera vero hunc :* De corpore S. Martini, episcopi Turonensis, quomodo huc, *Salisburgum*, sit allatum. *Descripsi ego anno* MDCLXXXVIII *in Mellicensi celeberrimo Austriæ monasterio, e codice membraneo MS. vitas Sanctorum mensis Novembris complexo, eamdem Narrationem, hoc præfixo titulo :* Qualiter S. Martinus Juvavum venerit. *Auctor Narrationis, illic seorsim a vita S. Hartwici positæ, nullus memoratur ; ut dubitari possit, an vere illam scripserit Discipulus S. Eberhardi archiepiscopi Salisburgensis, qui vitam S. Hartwici et aliorum ejusdem ecclesiæ præsulum scripsisse, apud Canisium perhibetur. Si memoratus S. Eberhardi Discipulus Narrationis auctor est, scripta fuit versus exitum seculi* XII.

an alius a scriptore vitæ S. Hartwici.

2 *Sed mihi quidem verosimilius est, alium ab illo auctorem fuisse, et fortassis integro seculo posteriorem, qui talis translationis atque inventionis nullam in vita S. Hartwici mentionem inveniens, putansque, factum ad laudem Viri sancti et ad decus ecclesiæ Salisburgensis pertinere, illud ex traditione majorum, ut ait, descripserit atque ad posteros transmiserit, qui deinde* B *monumenta ecclesiæ Salisburgensis colligentes, et Canisio, ut excuderentur, suppeditantes ; vitæ Hartwici, ad quem pertinere videbatur, appenderint. Imo, quia in vita ipsa dictarum translationis atque inventionis nulla mentio fit, arguitur, auctorem vitæ nullam illarum notitiam habuisse, aut certe non credidisse rem sibi constare ; alioquin enim suo loco in contextu vitæ retulisset, uti alia quæ minus notabilia videri possunt, aut saltem indicasset, se seorsim daturum illarum descriptionem. Hinc considerans, fratres Mezgeros in sua Historia Salisburgensi pag.* 292 *fateri*, autographum Discipuli S. Eberhardi non adesse, *sed tantum* apographum, anno circiter MCCLXXXIV scriptum ; *hæc inquam, considerans, quæro, unde ipsis innotuerit, autographum a Discipulo S. Eberhardi scriptum fuisse. Mihi sane magis probatur ex jam dictis, non illum, sed posterioris ætatis auctorem esse ; atque adeo apographum quod vocant, ipsum autographum censeri posse. Quod enim* in pluribus mendosum *sit ; id æque a manu auctoris, atque a librarii, potest profectum esse. Si igitur aliud argumentum non habetur, cur Narratio illa tribuatur Discipulo S. Eberhardi, tamquam auctori, quam quod apud Canisium subjungatur vitæ S. Hartwici, cujus ille auctor esse creditur ; nihil certo* C *evincitur : cum eadem Narratio in codice Mellicensi seorsim referatur absque auctoris indicatione.*

Narratio Salisburgensium.

3 *Verum hæc de auctore, et tempore quo scripserit, utcumque se habeant ; id certum est, ex illa Narratione scriptoribus rerum Boicarum, Aventino, Hundio, Brunnero, Mezgeris, aliisque innotuisse quæ de præsentia corporis S. Martini Salisburgi narrant. Solus inter illos Brunnerus Narrationem improbat ; cui tamen exteri, et imprimis Galli, ut mihi quidem videtur, suffragabuntur. Res tanti est, ut mereatur indagari propius, quo sua gloria et possessio sacri corporis, seu Salisburgensibus, seu Turonensibus probabilior reddatur. Illud autem ut Salisburgensibus adjudicari possit (nam apud Turonenses certa possessio fuit usque ad medium seculi* X, *nullis contradicentibus) oportet discutere argumenta, quæ novam possessionem ejusdem corporis illis addicunt : inter quæ primum omnium et præcipuum censeri debet Narratio, de qua diximus. Illa ex codice Mellicensi cum duabus Canisii editionibus collata, perexiguo discrimine, talis est.*

Otto Imp. clam accipit corpus S. Martini Turonibus,

4 Accepimus a patribus nostris, quod Otto imperator Hispaniam cum multo apparatu profectus, in civitate Turoniorum hospitandi gratia ingressus est ; ubi per aliquot dies cum magnatibus suis moram faciens, mansionarios simul et custodem pretio D corrupit *a*, et sic corpus B. Martini auro et argento latenter comparavit. Datis ergo quæ pepigit, recepit quem voluit, regreditur festinus ad patriam, furtim deferens tanti corporis glebam. Quia vero tam pretiosum thesaurum suo vectigali contineri, duxit indignum ; archiepiscopo Juvavensi Herolfo, sibi ut credidit fidelissimo, tradidit conservandum, sibique, ubi et quando præciperet proferendum *b*. At ille gaudenter suscepit et in suam ecclesiam pie transvexit ; criptam in qua eum abscondit, suo nomini consecravit ; socios sibi adjurat, ut lateat, titulo litterali consignat, ut pateat ; ut quod lingua nesciret, hoc intitulatio *c* posteris propalaret.

AUCTORE C. I.

quod defertur Salisburgum,

5 Decedente itaque aliquo tempore, citatus ad curiam venit, ubi a Rege de supradictis requisitus, respondit ; Sanctum quem quæritis, in sanctuario permanendum reposui, unde amodo nullatenus debet removeri. Tunc Imperator, se defraudatum considerans, irascitur : at ille fugam iniit, ne si expectet, in aliquo periclitetur *d*. Tunc Henricus Dux, frater Imperatoris et quidam milites, Plangenses scilicet, Regi placere volentes, quia et ipsi Salisburgensi ecclesiæ inimici fuerunt, ipsum persequuntur, ut feriant, quem sævientes arripiunt et excæcant : sic nec ille reddidit, nec Imperator rehabuit ; sed vir bonæ memoriæ Herolfus reposuit *e*, et usque ad tempus B. Hartwici reconditum latuit. E

ibique a S. Hartwico invenitur,

6 Igitur B. Hartwicus, nescio quo casu, hoc inveniens, sed, ut reor, cœlitus inspiratus, vel titulo edoctus, invenit et solenniter et eminentius transtulit, et hospitatum hospiti, Martinum scilicet B. Rutberto consepelivit et digne, apostolis parem, Bavaricæ gentis sociavit apostolo, quorum uterque sicut in una continentur tumba, sic invicem consociantur in *f* gloria, sepulturam quoque eorum argento simul vestivit et auro, ut dum in thesauro decus appenditur, quam splendida, vel potius quam pretiosa sit eorum virtus, significetur. Quod vero corpus B. Martini B. Rutperto consepultum sit, miraculis, quæ per ipsos fiunt creditur ; et ut nulli dubium sit, antiquorum patrum legimus testimonio approbatum fuisse.

et verum ejus esse corpus probatur.

7 Cum etenim aliquando Ratisbonæ imperator Heinricus quartus rexit concilium, inter duos archiepiscopos Gebehardum Juvavensem scilicet, et Adelbertum Bremensem, coram omni curia altercatio facta est : qui, ut verum fatear, omni virtute commendabiles [erant] et honore invicem prævenientes, in die S. Martini coram Rege officium celebrare Juvavensis Bremensem monuit. At ille indi- F gniorem se judicans, restitit et in hæc verba prorupit : Constat, O Gebeharde, quod mihi instanter præmineas, cum vel *g* Apostolicæ sedis legatione recenseas, vel quia in solennitate Sancti, cujus corpus Juvavum continetur, pallio indui debeas : hoc enim tam a progenitoribus meis, quam ab ipso Imperatore percepi, Martinum in vestra ecclesia contineri. Celebravit ergo Gebehardus Juvavensis, indutus pallio, cessit alter, ut utriusque commendatio nostræ sit veritatis attestatio. Hujus itaque rei non incertus bonæ memoriæ Hartwicus episcopus, absconsum in obscuro, sustulit, et supplicantium fidelium aspectibus honorifice reposuit. Hæc ideo hujus patris nostri Hartwici gestis inscripsimus, ut dum bona quæ fecit attendimus, cum utrisque, Martino scilicet et Hartwico, de terrenis ad cœlestia meritorum vice transferri curemus.

VARIA LECTIO

a Latenter *deest in Canisii editione* I.

b *Editio* I, perferendum. *Edit.* 2, præferendum.

c *Convenit editio* 2. *Prima habet* intitulato.

AUCTORE C. S.

d *editio* 2. periclitaretur.

e *Quæ hinc sequuntur, recte habent in MS. nostro: at in utraque editione sic vitiata sunt, ut sensum idoneum non faciant.*

f In gloria. *Deest in edit.* 1 *particula* in.

g *In edit.* 1 *hic repetitur particula* cum, *tamquam præpositio.*

DISQUISITIO

In Acta præmissa de translatione corporis S. Martini.

Narratio, ex traditione accepta,

Ut de diversitate titulorum, et separatione Narrationis a vita S. Hartwici in codice Mellicensi, nihil amplius dicam; incipit Narratio, Accepimus a patribus nostris, *quod manifeste declarat, per solam traditionem cognita fuisse auctori, quæ scripsit. Quamobrem et parum distincte historiam refert, et multa confundit, et a notis temporum singularibus abstinet. Quis enim* Otto imperator Hispaniam cum multo apparatu profectus est? *primusne, an secundus, an tertius istius nominis, qui annos circiter* LXIV *continuos imperium tenuerunt? Primus utique Otto, cujus tempore Herolfus, alias Heroldus, vixit intelligi debet; sed quos is imperii sui anno, qua de causa, quid in Hispania acturus; eo profectus est, et quidem cum multo apparatu, relicto imperio proprio, per regnum alienum, longissimo itinere? Nemo ullus scriptor idoneus omnium, qui propius ad tempora Ottonis accesserunt, seu Germanus, seu Gallus, sive Hispanus, sive alius, talis profectionis scitur meminisse; quamvis eorum multi gesta Ottonis luculenter prosecuti sint, etiam minuta memorantes. Quæ iterum causa fuit, cur in Hispaniam, longe positum proficiscens,* per aliquot dies cum magnatibus suis moram faceret in civitate Turoniorum? *Quid? Religiosissimum Imperatorem publice apud posteritatem criminari simoniæ et sacrilegii? dum asseritur* auro et argento latenter comparasse corpus S. Martini, corruptis pretio custodibus. *Cur denique iter in Hispaniam, quod multo cum apparatu susceperat, prosecutus non est; sed accepto corpore S. Martini,* festinus regreditur ad patriam; *acsi propterea tantum venisset?*

parum sibi constat.

9 *Est etiam incredibile, Herolfum archiepiscopum fidem, Imperatori ac domino suo datam, ausum fuisse coram ipso violare, negando, se illi redditurum sacrum pignus, quod* ubi et quando præciperet *Imperator, proferendum reddendumque promiserat. Atque* sic nec Herolfus reddidit, nec Imperator rehabuit corpus. *Quasi vero, quod in alterius regno fraudulenter, uti habet Narratio, acquisierat Imperator non potuisset a suo subdito violenter, salva justitia, repetere ac rehabere.* Excæcatum *fuisse Herolfum, novi, idque testantur scriptores coævi: attamen id factum non est tali de causa, qualis hic adstruitur; sed multo sceleratiore, eaque non una, uti, Herolfo adhuc superstite atque contumace, scribit Joannes PP. XIII anno* DCCCCLXVII *in concilio Ravennate, apud Labbeum tomo* 9 *col.* 674, *quod nempe* Heroldus pro sua culpa et perfidiæ temeritate excæcatus sit, eo quod ecclesias Dei expoliaverit, thesaurum paganis erogaverit, seseque eis junxerit in Christianorum necem et deprædationem, contraque dominum et piissimum imperatorem, suum seniorem, rebellis et infidelis exstiterit, *confugiendo scilicet ad Hungaros tunc paganos, eosque in perniciem patriæ adducens; quando et captus fuit in bello et excæcatus ab Henrico duce Bavariæ, fratre Imperatoris, ut nonnulli scripserunt: quod tamen a se factum esse, ipse Henricus negavit, dum illa super re, morti proximus, interrogaretur.*

10 *Habet item Narratio, quod post surreptum e Gallia S. Martini corpus et in Germaniam transportatum, Herolfus ab Imperatore ad curiam citatus fuerit: verum de tempore et loco, quando et ubi curia illa habita sit, nihil memoratur; tantum indicatur, ibi simul fuisse Imperatorem, fratrem ejus Henricum, et ipsum Herolfum: ex quo concludi potest ac debet, id ante annum* DCCCCLV, *quo Henricum obiisse, certo constat ex Dietmaro nostro MS. ex Reginone, Hermanno Contracto, Schafnaburgensi, aliisque. Eatenus autem tantum occupationis Otto imperator habuit bellando cum domesticis suis intra imperium, filio Ludolfo, fratre Henrico, propinquis aliis aliisque principibus; item extra, cum Slavis ad septemtrionem, cum Bohemis et Hungaris ad Orientem, cum Italis ad Meridiem, cum Gallis, ad Occidentem; ut vix respirare potuerit, nedum cogitaverit de loginqua expeditione suscipienda per regnum alienum gentemque sibi æmulam, usque in Hispaniam. Longissima, quam unquam adornavit in Galliam, profectio incidit in annum* DCCCCXLVI, *quando Parisios atque Rotomagum usque penetravit cum exercitu, evocatus a rege Ludovico in auxilium. Qua de re ita scribit ad annum illum Regino:* Ludovicus rex, a suis regno expulsus, auxilium petens, regem Ottonem adiit; et, ut desideraverat, obtinuit. Nam valida manu Rex Galliam intravit et Remensem urbem et Laudunum aliaque castella quamplurima, firma et munita, Ludovico reddi fecit; ipseque hostiliter usque Rothomagum pervenit. Inde omnibus pene, excepto Hugone, Ruodberti filio, regni majoribus Regi suo subactis, in patriam regreditur; *longe relictis Turonibus.*

Deberet iter Ottonis in Hispaniam ante annum 955 susceptum fuisse: quod fieri vix potuit.

11 *Sequitur;* Quod vero corpus B. Martini B. Rutperto consepultum sit; miraculis, quæ per ipsos fiunt, creditur. *Ut prudenter credatur, oportebat saltem aliquot recensuisse miracula: quod et gloriæ illorum, cui studet Auctor, amplificandæ profuisset: debuisset quoque ostendere, non unius tantum Rutperti, sed utriusque patrocinio obtenta fuisse. Adhæc, quia miracula non prodit, quæ facta sunt, videri etiam hinc potest Auctor Narrationis, alterius genii fuisse, quam fuit Discipulus S. Eberhardi, qui in Vita S. Hartwici miracula diligenter annotavit, neque hic voluisset illa negligere, si idem etiam narrationis auctor fuisset. Ut vero* nulli dubium sit, *Martinum Rutperto consepultum esse, id* antiquorum patrum legimus testimonio approbatum fuisse. *Quinam isti patres sunt? Gebehardus Juvavensis et Adelbertus Bremensis, archiepiscopi; quorum cum alteruter Ratisbonæ coram Henrico IV imperatore, festo S. Martini, Sacris operari deberet, Bremensis honorem illum Juvavensi detulit; quia, inquiebat,* tam a progenitoribus meis, quam ab ipso Imperatore percepi, Martinum in vestra ecclesia contineri. *Ecce iterum nuda traditio, nulla scriptoris assertio, post centum facile annos, ex quo res gesta dicitur. Creatus fuit archiepiscopus Juvavensis Gebehardus anno* MLXI, *defunctus est Bremensis Adelbertus* MLXXII, *quando imperator Henricus IV annum ætatis suæ agebat* XXIII *aut* IV. *Quamobrem congressus ille triumvirum prædictorum Ratisbonæ concludi debet intra annum* MLXI *et* MLXXII: *quo spatio temporis, vellem mihi ex idoneo scriptore ostendi, Imperatorem Ratisbonæ fuisse; atque cum illo ibidem fuisse duos episcopos prænominatos: quod mihi sola Narratio, de qua agimus, non persuadet.*

Alia minus recte narrata.

12 *Hujus itaque Narrationis ejusque Scriptoris auctoritate usque adeo elevata, ut ipsis prudenter credi non possit, corpus S. Martini Turonibus Salisburgum tempore Ottonis I imperatoris aut alterius fuisse translatum; inquiramus, an post illud tempus adhuc apud Turones fuerit; quod omnino tenendum est, quamdiu non probatur meliori modo, inde ablatum fuisse. Rem clarius docebunt historiæ probatiores, quam sit præmissa Narratio. Annales Benedictinorum tomo* 4 *ad annum Christi* DCCCCLXXXV *scribunt,* Robertum, virum

Ostenditur corpus S Martini perpetuo mansisse Turonibus

A virum nobilem, famosum et castum, *Salmurensis* *ac fuisse anno 984,* *monasterii abbatem ex monacho electum fuisse, qui* ad tumulum S. Martini quotannis, S. Florentii exemplo, adire consueverat. *Igitur tunc æque ibi erat sacrum corpus, ac fuit tempore S. Florentii, quod uterque venerabundi quotannis invisere consueverunt. Neque dicas, ignorasse Rotbertum cum Gallis suis, corpus ablatum fuisse, quia id clam factum fuit. Non enim diu id potuit in Gallia ignorari, postquam in Germania id publice scitum fuit, dum in publica curia sacrum pignus repetente imperatore Ottone, Herolfus archiepiscopus negavit, se illud, jam Salisburgi quiescens, redditurum; atque ipse propterea a militibus quibusdam, comitante illos Henrico ipsius Imperatoris fratre, captus atque oculis privatus fuisse legitur in Narratione.*

13 *Adalbertus episcopus Pragensis, a Gregorio PP. V, anno* DCCCCLXXXXV *creato, Roma ad diœcesim suam* *anno 995.* *remissus, cum Ottone III, ab eodem Papa tunc imperiali corona donato, venit Moguntiam; inde vero, uti ambæ ejus vitæ, a coævis monachis scriptæ, et ad diem* XXIII *Aprilis a majoribus nostris illustratæ, testantur perrexit Turones, S. Martino iter suum in Bohemiam et futurum, quod divinitus didicerat, martyrium suum* B *commendaturus. Qua de re vitæ secundæ verba, quæ præsentiam corporis S. Martini pro illo tempore Turonibus confirmant, hæc sunt num.* 29 : *Adalbertus* causa orationis Turoniam pedester petiit, ubi corpore jacens, beneficia præstat, qui nullo loco clamantibus se negat baculus pauperum, dulcissima mater peccatorum, benignus Martinus, et larga manu dare paratus. *Hæc scripta fuerunt quadraginta ut minimum annos, postquam furtiva translatio sacri corporis perhibetur facta fuisse Salisburgum; et scripta fuerunt a monachis Germanis; et Germanus fuit Adalbertus, idemque Ottoni III imperatori perquam familiaris, qui peregrinationem in Galliam ad corpus S. Martini instituit, non Salisburgum; ut plane tum nullus somniaverit, Salisburgi corpus illud esse, quod in Galliis apud Turonos orationis causa frequentabatur.*

14 *Anno* MXXII *obiit Herveus, S. Martini Turonensis thesaurarius, vir multis titulis commendabilis,* *sub annum 1012,* *cui Donodeus abbas S. Martini Lemovicensis extitit familiaris, atque ipso favente,* S. Martini brachium surripuisse et in suum monasterium asportasse fertur *apud Mabilionem in Annalibus ad annum* 1012, *pag.* 225. *Sciverit sane Herveus, ecclesiæ Martinianæ et reliquiarum ejus custos, corpus Patroni sui sanctissimi* C *illic tum adhuc servari, cum ejus brachium permisit auferri. Porro an id factum ante fuerit, quam idem Herveus novam S. Martini ecclesiam, a se constructam, curavit dedicandam; an vero post, equidem ignoro. Id scio, quod in vita ejusdem Sancti, Turonibus anno* 1699 *Gallice edita pag.* 322 *ex Chronico Turonensi legatur, Herveum, dum novum ordiebatur ædificium, ne quid irreverentiæ accideret sancto corpori, illud curasse tantisper alio deferri; atque absoluto opere in dedicatione ejus solenni* IV *Nonas Julias, eodem denuo transtulisse. Quod etiam testatur Glaber Radulfus scriptor contemporaneus lib.* 3 *cap.* 4, *his verbis :* Expleto itaque opere, accersitisque plurimarum urbium episcopis, opus prædictum Deo consecrari studuit : ipsoque die sanctum Dei confessorem Martinum intro, sicut decebat, reposuit. Venerabatur enim eo die præteritæ dedicatio basilicæ, quarto videlicet Nonarum mensis Julii.

15 *Trecentis et amplius post hæc annis, quibus sacrum corpus ibidem immotum mansit, venit Turones* *anno 1322* *Carolus Pulcher, Francorum rex ab initio anni* MCCCXXII *(uti scribit Auctor vitæ jam citatæ, ex monumentis antiquis) cum bulla Papæ Joannis XXII, permittentis, ut caput S. Martini a reliquo corpore separaretur; quod et factum est die* 1 *Decembris, præsentibus Rege, Regina, Archiepiscopo Viennensi, episco-* D *AUCTORE C. J* *pis Carcassonensi, Atrebatensi, Cenomanensi, Carnutensi, pluribusque aliis. Ubi conditorium fabri perforarant, ut pateret aditus; ingressi presbyteri, extraxerunt sacram arcam, obtuleruntque episcopo Carnutensi, qui ipsam aperuit.* intra, *inquit Auctor,* inventum fuit corpus in vase alabastrino, circumdatum panno serico, quo ante annos circiter DCCCL involutum fuerat a S. Perpetuo. Apposita ejusdem sigilla fuerunt recognita, uti et scedula ejus manu scripta, hac epigraphe : HOC EST CORPUS BEATI MARTINI EPISCOPI TURONENSIS. *Separatum deinde reverenter sacrum caput a busto suo idem Episcopus Regi Reginæque venerabundis osculandum obtulit. Tum ad canonicos conversus ita fertur locutus :* Mementote Fratres mei carissimi, me in manibus tenere caput beatissimi confessoris Martini, patroni vestri; et reliquum corpus reliquisse involutum, eodem in loco, unde extraximus. *Mox cantatus fuit hymnus,* Te Deum ; *atque interea Episcopus adjuvante Rege, sacrum caput composuit in hierotheca aurea, pretiosis gemmis interstincta ; quam Rex sua liberalitate præparandam curaverat. Plura huc spectantia legi possunt apud citatum auctorem.* E

16 *Reconditum quoque corpus suo loco fuit, ut dictum* *anno 1453,* *est ; indeque rursus productum anno* MCCCCLIII, *collocatumque in arca aurea, multo magnificentiore quam illa, ubi eatenus conditum fuerat, sumptus arcæ impensos præstantibus, partim rege Carolo VII, partim Capitulo ecclesiæ Turonensis. Nec minor hujus actionis solennitas fuit, quam præcedentis. Transtulit tunc Sacrum corpus Ludovicus de Harcourt, archiepiscopus Narbonensis, assistentibus ei episcopis, Engolismensi et Malleacensi, die* X *Martii anni jam dicti; præsentibus aliis pluribus episcopis, item Cancellario Franciæ, Regis personam repræsentante ; Duce Aurelianensi et frequenti aliorum regni principum numero. Elapsis inde quatuor mensibus, eadem arca, denuo de sub altari extracta, propatulo loco sub tholo in magnifico pegmate collocata fuit una cum aurea hierotheca, in qua caput S. Martini custoditur, ceterisque Sanctorum ecclesiæ Turonensis episcoporum pretiosissimis urnis. Quod pegma undequaque muniebatur cancellis, primum ferreis, quibus deinde, anno* MCCCCLXXIX *argenteos substituit Ludovicus XI rex, eximius S. Martini cultor, exemplo majorum suorum plurium ; a quorum exemplis recedens Franciscus I, jussit anno* MDXXII *septum illud argenteum, invitis canonicis probisque omnibus, violenter tolli et in monetam converti : ex quo suspicatur Auctor vitæ* F *Martinianæ, atque ante ipsum alii multa adversa, et præcipue cladem Ticinensem, quæ tertio post anno accidit, Regi evenisse, vindicante S. Martino injuriam sibi illatam. Quod non mera suspicio sit, si verum est, quod idem Auctor notat, Regem fugientem, in prædio, quod Carolus Magnus olim ecclesiæ S. Martini pro sua religione ac munificentia obtulit, captum fuisse.*

17 *Supervenit etiam non multo post per Gallias hæresis Calviniana, impia gens, quæ anno* MDLXII *ecclesiæ Turonensi extremam cladem intulerunt, profa-* *denique an. 1562.* *nantes sacra, evertentes altaria, præcipitantes Sanctorum statuas, eorumque venerabilia ossa, ab annis amplius mille catholico ritu ibidem in veneratione habita, igne consumpserunt, interque illa etiam patroni urbis sanctissimi Martini, inspectantibus aliquot canonicis, luctuosæ indignissimæque rei testibus. Fuit tamen qui paucas corporis reliquias clam subduxit grassantium furori ; quas etiam paulo post ecclesiæ suæ restituit, et posteritas huc usque debito honore prosequitur. Atque hæc de continuata præsentia corporis S. Martini, Turonensis episcopi, in sua ecclesia plusquam satis. Videant igitur Salisburgenses, quam fidem mereatur Narratio sua, cujus præcipue auctoritate corpus illud sibi vendicant. Si magis verum est, quod ibidem legitur, S, Hartwicum*

A *S. Hartwicum Salisburgi invenisse Sancti alicujus corpus, cui etiam Martini nomen adscriptum fuerit; non habeo quod contradicam. Ipsi viderint. Dico tantum S. Martini Turonensis episcopi non fuisse, nec esse. Dico etiam, ut ne fidant Narrationi suæ supradictæ, ex qua reliqui scriptores sui sua sumpserunt, nec majorem faciunt auctoritatem, etiamsi mille id affirmarent.*

AUCTORE C. J.

AD DIEM XV.

NOT. 35

Pag. 490 col. 1. paulo ante finem adde

Sor. Maria Amodea Bloné, *decima Religiosa et tertia Superior monasterii a Visitatione nuncupati ex institutione S. Francisci Salesii, obiit hac die Anicii* 1649. *Vitam scripsit Carolus Augustus Salesius, Sancti nepos, Princeps et Episcopus Gebennensis, quam habemus Italice redditam et impressam Neapoli* 1694.

NOT. 36

Pag. 491 *adjice ad calcem commentarii de* S. Cerdone episcopo Alexandrino.

Tempus episcopatus reformatum.

4 *Hactenus Magister noster secundum ideam chronologiæ, quam de episcopis Alexandrinis sibi tunc formare cœperat: quam tamen post annos aliquot oculis sibi caligantibus commisit socio nostro Sollerio perficiendam. Hic vero in primis episcopis ordinandis ducem,* B *qua potuit, Eusebium secutus, multa aliter digessit, et successiones episcoporum inter se propius connexuit. Quam ejus operam ita probavit Papebrochius, ut suæ præhaberi voluerit, jusseritque, quæ subinde de sanctis Alexandriæ episcopis in Actis Sanctorum lucubravit, juxta novam hanc chronologiam reformari: idque faciendum hic in* S. Cerdone, *etiam scripto annotavit. Circumscribens igitur Chronologia nova episcopatum* S. Cerdonis, *ingressum ejus collocat ex Eusebii Historia, anno primo Trajani imperatoris, cœpto a* XXVII *Januarii anni* MCVIII *æræ vulgaris, quo et obierat decessor ejus S. Abilius sub finem Augusti mensis; exitum vero constituit anno* CVII *die* V *Junii in Sabbato. Hæc pluribus tractata videri possunt in dicta Chronologia ante tomum* V *Junii nostri, et hic sufficiunt ad judicandum, quomodo chronologia Papebrochii, num.* 2 *præposita, ex voluntate ipsius reformanda sit.*

Dies obitus quis potior.

5 *Interim mihi dubium superest, utrum dies obitus* S. Cerdonis *adscribi debeat* V, *an* XV *Junii. Posteriorem elegit Papebrochius ex Hagiologio ecclesiæ Habessinæ, ubi invocatur et colitur* XXI *Bunæ, quod est* XV *Junii: prior vero dies desumitur ex chronico Orientali, per Ecchellensem latine translato, ubi notatur* defunctus die Sabbati XI Bunæ, *seu* V *Junii: Quid dicam? Chro-* C *nicon illud orientale convincitur in Chronologia nova, identidem aberrare in multis, et sæpius in diebus hebdomadæ, quibus obitum episcoporum solet affigere. At vero dies, quibus coluntur Sancti, in fastis ecclesiasticis notati, censeri potius debent dies obitus, quam quivis alii, qui dubia fide alibi signantur. Atque hinc puto, Acta* S. Cerdonis *rectius ad hunc diem* XV *Junii relata esse, quam ad* V.

NOT. 38 — *S. Viti miraculum Corbeta.*

Pag. 495 *ante num.* 18, ad calcem præcedentis adjungatur — *Huc etiam spectant, quæ ex oppido S. Angeli in Piceno, mihi anno* MDCCI *submissa fuerunt, publico instrumento testata, de costis* S. Viti, *illic in ecclesia PP. Augustinianorum, et Recineti in ecclesia Societatis Jesu cum veneratione singulari servatis, in hæc verba. Habemus* et costam S. Viti martyris, cujus et patrocinio curantur homines et jumenta, infecta tactu rabidi canis vel alterius bestiæ. Hujus altera costula tamquam Patroni urbis Recinetensis, asservatur in templo Societatis Jesu, dicato dicto sancto Martyri.

Pag. 498 *Post Commentarium addatur.*

APPENDIX I

De patria sancti Viti et Sociorum martyrum.

Ex quo portu fugerit S. Vitus.

H*is omnibus de* SS. Vito, Modesto et Crescentia, *editis lectisque in Sicilia, allatæ mihi fuerunt inde anno* MDCCIII *ex Mazaro, civitate antiqua, in ora ejus meridionali, Africæ objecta, non unæ litteræ a P. Nicolao Burgio, Societatis nostræ, patriæ istius suæ studioso et locorum vicinorum perito. Is, respiciens ad num.* 5 *Commentarii nostri prævii, ubi legitur ex Observationibus Cajetani, portum ex quo* S. Vitus *ab angelo monitus, solvit, atque in Luconiam delatus fuit,* monstrari ad promontorium, quod a Sancti ibidem ecclesia, S. Viti Caput hodiedum dicitur; *notat, promontorium illud,* Caput S. Viti *appellatum, situm esse in latere occidentali Insulæ, qua et Italiam spectat. Ibi templum quidem percelebre sub* S. Viti *nomine, frequentari a peregrinis, curationem a morsu canum rabidorum atque ab invasione dæmoniorum exorantibus; verum ex illo portu Sanctum fugientem non solvisse; eo tamen credi ex navigatione invectum, miracula perpetrasse: in cujus rei memoriam ecclesia ei* E *ibidem extructa fuerit. Portum autem, e quo primum solvit, fuisse ad Selinuntem fluvium, qui ex parte orientali ad mille passus a Mazara urbe in mare influit ibidemque hodiedum extare alteram insignem ecclesiam sub ejusdem sancti Martyris invocatione et ab incolis Mazaræis eo titulo, quod inde solverit, venerabundis visitari.*

Situs urbis Mazaræ,

34 *Addit Burgius, sitam Mazaram esse inter fluvios Selinuntem, in plaga, ut diximus, orientali ad mille passus distantem, et Mazaram, seu fluvium, seu torrentem, qui occidentalem urbis, cui nomen dedit, partem alluit. Uterque fluvius scriptoribus antiquis notus est, Plinio, Ptolomæo, Diodoro Siculo, qui ultimus apud Cellarium citatur his verbis ex lib.* 13. *cap.* 54. Ἀννίβας ἀνέζευξεν ἀπὸ τοῦ Λιλυβαίου, τὴν πορείαν ποιούμενος ἐπι Σελινοῦντης· ὡς δ᾽ ἀπὸ τὸν Μαζάραν ποταμὸν παρεγενήθη, τὸ μὲν παρ αὐτὸν ἐμπόριον κείμενον εἷλεν ἐξ ἐφόδου. Annibal castra ex Lilybæo movens, adversus Selinuntem proficiscitur: cum vero ad Mazaram fluvium venit, situm ibi emporium in transitu cepit. *Unde et colligas antiquitatem Mazaræ et situm et opulentiam, qualis solet in emporiis esse. Opulentiorem quoque, et incolis frequentiorem fuisse, quam modo sit, colligitur ex institutione episcopatus* F *in illa urbe sub annum* MC, *cujus hodiedum proventus annui ascendere dicuntur ad* XVI *millia Scutorum; et numerus incolarum, ex computatione anni* MDCLX, *ad millia* XVIII.

quam Viti patriam fuisse,

35 *Jam vero cum e portu, Mazaræ proximo, fugerit, adhuc puer* Vitus, *post cruciatus a præside urbis et ipso patre suo illatos, utique eadem illa civitas ei natalis fuit, eo magis, quod nulla alia per viciniam totamve insulam id sibi decoris vendicet. Sunt quidem, qui Lucanis extra insulam in hodierno regno Neapolitano, intra flumina Silarum atque Laum, ex parte maris Tyrrheni positis, patriam* S. Viti *attribuant; sed illi scriptores recentis ævi sunt: nec scio unde id veritatis securi hauserint. Et vero, si* Vitus *admodum puer e Sicilia se fuga subduxit, quomodo in Lucania natus fuerit, quam ante suum eo appulsum numquam viderat. Certe in Sicilia natum fuisse et prima pro fidei confessione tormenta sustinuisse, Martyrologorum omnium antiquorum conformis sententia est, Usuardi, Adonis, Flori, Romani parvi et omnium apographorum Hieronymiani, qui unanimiter* Vitum *et socios* Modestum *atque* Crescentiam *Siciliæ attribuunt.*

multis ostenditur,

36 *Alia pro eadem sententia in favorem Mazaræorum afferre possim monumenta, etiam antiqua, templa,*

inscriptiones

A *inscriptiones, libros, famam publicam, traditiones patrias, frequentiam ibi et antiquitatem nominis* Viti. *Pauca sufficiet adducere. Ecclesia* S. Viti *ad portum, ubi ipsum conscendisse navium dictum est, præfert in frontispicio marmori insculptos antiquitus hos qualescumque versus, qui seculum* XI *aut sequens sapiunt, quia Leonini sunt.*

Vite, baro Christi, qui cœlestia regna petisti,
Urbs tua Mazara clementer sit tibi cara;
Ne subita morte pereamus cum labe forte,
Nec canum rabie, Præsul adesto pie.

Est etiam in eadem ecclesia inscriptio altera, sub antiquissima pictura characteribus Longobardicis expressa hoc modo: Templum sanctissimis, Vito, Modesto atque Crescentiæ, concivibus suis, hinc navim conscendentibus, Mazarenses erexerunt. *Octavius Cajetanus ex Arsenio, monacho Basiliano, qui græce scripsit de* S. Vito, *et seculo* IX *floruerit in Sicilia, citat inde hunc textum in Idea pag* 87 : Certamen sanctorum Christi martyrum, Viti, Modesti, atque Crescentiæ Mazarensium, *videlicet patria.*

etiam ex actis publicis ;

37 *Multorum ad idem probandum argumentorum instar sit, libellus quem civitas anno* MDCXIV *obtulit illustrissimo episcopo suo D. Marco la Cava, supplicans* B *ut* S. Vitum, *tamquam civem suum, juberet civitatis patronum seu protectorem esse. Ecce ipsum.* Spectabiles Jurati inclitæ urbis Mazariæ, Nicolaus Antonius de Federicis, D. Franciscus Ferro, Mutius Blanco, et Gabriel Spara exponunt illustrissimæ et reverendissimæ Dominationi vestræ, confecisse eos publicum instrumentum, cujus tenor hic est: In nomine Dei et Salvatoris nostri Jesu Christi. Amen. Anno ab ejus incarnatione MDCXIV die XXIII mensis Augusti, indictione XII; inclita urbs nostra Mazaria jam inde ab instituto in ea episcopatu ante annos ferme DXX, fuit eritque in perpetuum sub patrocinio sanctissimi Salvatoris Domini nostri Jesu Christi, ad cujus invocationem ille comes Rogerius, inito cum Saracenis prælio, ex equi lapsu ereptus, quo tunc loco stagnum erat, beneficii memor, victis fugatisque hostibus, ecclesiam sanctissimo Salvatori, ac salutis suæ victoriæque auctori extruxit dotavitque, et sedem episcopalem constituit. Exinde sanctissimum Salvatorem nostrum et peculiarem urbis nostræ patronum ac dominum coluimus et venerati sumus, cujus ope plurimis civitatem Mazariensem periculis belli, pestisque et famis liberatam sæpe ingenti cum fructu experti sumus.

quibus S. Vitus

38 Quoniam vero ad rectam urbis nostræ guberna- C tionem et felicitatem plurimum interest alios habere patronos, qui Domino nostro Salvatori assistant, et pro illa in præsentibus necessitatibus intercedant; gloriosissimum martyrem sanctum Vitum civem nostrum (utque antiqua est penes nos traditio, et expressa doctissimorum virorum probatio) Mazariæ ortum, civitatis nostræ patronum adoptamus ac nominamus publicaque auctoritate decernimus ac declaramus; certo futurum sperantes, sanctissimum martyrem Vitum, qui pro caritate et naturali in patriam affectu, eam hactenus juvit, conservavit, auxit, diversisque beneficiis cives affecit suos, dæmonibus sæpenumero ejectis ex eorum corporibus peculiari cum benevolentia ac demonstratione, liberatisque variis ex morbis; ut his experimento probatum est, qui sancti martyris Viti auxilium imploraverunt, antiquam ejus ecclesiam adeuntes, quæ haud procul Mazaria in littore a majoribus nostris ædificata est; unde S. Vitus cum nutritoribus suis Modesto et Crescentia, duce angelo, navigium ingressus, in Lucaniam pro Dei voluntate delatus est: certo, ut diximus, futurum sperantes, S. Vitum pluribus ac majoribus patriam civesque suos beneficiis affecturum, qui pluribus ac majoribus honoribus ipsum prosequentur, et ardentiori devotione, qua poterunt complectentur. D

tamquam Mazaræ natus,

AUCTORE C. J.

eligitur urbis Patronus a populo,

39 Unde Mazariæ urbis studium et devotio erga S. Vitum martyrem et alumnum suum in futurum appareat, a spectabilibus Juratis, videlicet a Nicolao Antonio de Federicis *etc. ut supra*, factus est præsens actus per me notarium, Jacobum de Avello, ad hoc specialiter vocatum et rogatum, coram Marco Blanco capitaneo, U. J. doctore (*et aliis quinque, qui ibidem nominantur*) pro testibus. Anno mense, die et Indictione præmissis. Ideo supplicant Illustriss. et Reverendiss. Dominationi vestræ, ut dignetur una cum ipsis spectabilibus Juratis ad præsentem actum devenire, et gloriosum martyrem S. Vitum, eorum civem, pastorali auctoritate in patronum ac defensorem urbis deputare et solenniter nominare ac declarare, qui Dei ac Salvatoris nostri throno assistat, patriam protegat et perpetuo tueatur. Et ita supplicat, ut Altissimus etc.

et ut talis confirmatur ab episcopo.

40 *Sequitur responsum et declaratio Episcopi.* Jesus. Attenta relatione facta per Sacerdotem theologum et U. J. doctorem, D. Bartholomæum Ficatri, nostrum vicarium generalem; et ex devotione quam gerimus erga beatum martyrem Vitum, fore et esse eligendum et deputandum et constituendum, pro E pastorali auctoritate nos, Dei nomine repetito, his scriptis solenniter eligimus, deputamus et constituimus in singularem et particularem patronum, advocatum et defensorem nostrum et hujus nostræ inclitæ urbis Mazariæ, confirmando et approbando supradictum actum, factum per supplicantes: mandantes propterea omnibus et singulis de clero nostro, quatenus ejusdem festum venerari et celebrare debeant solenniter sub ritu duplicis primæ classis cum octava; et insuper ab eisdem aliisque omnibus coli debere in hac urbe nostra ejusque territoriis, quemadmodum fieri consuevit in aliis majoribus solennitatibus sanctorum patronorum aliarum urbium: quatenus prædictus S. Vitus martyr, patronus et civis noster apud Deum et Salvatorem nostrum Jesum Christum dignetur pro nobis, pro clero nostro et pro tota hac nostra inclita urbe instanter orare. *Subscriptum erat,* Marcus episcopus Mazariensis: *et infra,* Registretur in Rollo privilegiorum inclitæ urbis Mazariæ sub die VIII Septembris, XIII Indict. MDCXIV.

In Sicilia et passus est et obiit,

41 *Minus etiam dubitabit, quin Mazara* S. Viti *patria fuerit, quisquis mecum opinari volet, ipsum in Sicilia, postquam ibi multa passus fuit tormenta, etiam obiisse; atque aliena esse ab ipsius persona, quæ nar-* F *rantur de alio forte S. Vito, qui in Lucania vel natus, vel diu commoratus, sanctitatis fama et miraculorum gloria celebris fuerit; ideoque dicitur a Diocletiano Imperatore Romam accersitus fuisse ad curandum ejus seu filium, seu filiam, a dæmonio insessam: quo expulso filiaque persanata, nihilominus ab eodem Imperatore jussus fuit graviora quam* Vitus Siculus, *tormenta Romæ sustinere, quibus omnibus superior, denuo in Lucaniam revertit, ibique in pace quievit, uti tradunt Acta vulgata, quæ nunc extant et seculo nono extitisse videntur, aut etiam prius si velis. Ratio, cur opiner,* S. Vitum Siculum *in Sicilia martyrem obiisse, mihi est auctoritas primorum, quos habemus Martyrologorum; quorum omnium ecgrapha vetustissima sub nomine S. Hieronymi passim nota, constanter signant:* In Sicilia. Natalis sanctorum Viti, Modesti et Crescentiæ; *pro qua aliqui perperam scribunt* Crescentiani: *et quod inde consequitur, ibidem per tormenta finivisse vitam, asserendum est. Neque enim solent, antiqui præsertim Martyrologi, Natalem sancti martyris alii loco assignare, quam ubi passus mortuusque sit. Nec vero recte appellatur locus natalis aut dies natalis (quibus nempe Martyr, post tormenta ac mortem, in cœlo renatus*

A *renatus est) nisi ille locus aut ille dies, ubi et quo martyr martyrium consummaverit per mortem.*

AUCTORE C. J.

ex martyrologiis;

42 *Eamdem martyrii palæstram,* In Sicilia, *servant alii post Hieronymum vetustiores. Martyrologium Romanum vetus seu parvum.* In Sicilia, Modesti, Viti, et Crescentiæ martyrum. *Beda, omissa palæstra, tantum habet :* Natale S. Viti martyris. *Florus autem :* In Sicilia. Natale sanctorum martyrum, Viti pueri, Modesti senis, atque Crescentiæ, qui sub Diocletiano et Maximiano variis sunt pro nomine Christi pœnis affecti et passionibus coronati. *Ado :* Apud Siciliam Natale sanctorum martyrum Viti, Modesti et Crescentiæ. *Usuardus :* In Sicilia. Natalis sanctorum Viti, Modesti, et Crescentiæ, qui sub Diocletiano imperatore, post ollam plumbi ferventis, post bestias et catastas divina virtute superatas, cursum gloriosi certaminis peregerunt. *In his præterquam quod Natalis Sanctorum illorum celebretur ab omnibus, Beda excepto,* in Sicilia, *additur a Floro, ibidem* pœnis affectos et passionibus coronatos; *ab Usuardo autem, ibidem* cursum gloriosi certaminis peregisse. *Quid quæso, id aliud est, quam dicere, Sanctos ibi per tormenta mortuos, præmium peracti certaminis et coronam gloriæ in cœlo adeptos fuisse?*

B

Actis aliud frustra adstruentibus,

43 *Frustra sint igitur, qui* Vitum Siculum *cum suis e patria per Angelum deducunt in Lucaniam. Frustra collector ipse Actorum, prout illa nunc sunt atque hic eduntur. Quippe qui contra fidem antiquissimorum martyrologiorum, primus Sanctos nostros e Sicilia eduxit vivos; admiscetque varia, tam inconcinna, confusa et incredibilia, ut eruditioribus passim fabula potius videantur, quam Acta Sanctorum, quæcumque illic de* SS. Vito, Modesto et Crescentia Siculis *narrantur extra Siciliam gesta. Quod si quis hæc, de aliis* SS. Vito, Modesto et Crescentia, *Romæ forsitan passis, intelligenda velit, is primum consideret, quod collector Actorum plane dicat, eosdem omnino martyres esse, qui prius in Sicilia, deinde passi sunt Romæ. Tum sciat, nullius* S. Viti martyris, *præter Siculum, nedum* Sanctorum Viti, Modesti et Crescentiæ simul passorum, *memoriam celebrari ab ullo antiquo aut fide digno Martyrologo, atque adeo vanam, et nulla ratione auctoritateve nixam suspicionem esse, quod alii* a Siculis *martyres* Vitus, Modestus et Crescentia, *simul passi fuerint Romæ. Dixi jam ex consensu antiquiorum martyrologiorum, ne quidem Siculos ipsos Romæ passos fuisse; quamvis id asserant Acta, et alii nonnulli, qui sua ex Actis illis descripsisse co-* C *gnoscuntur, bona quidem fide, sed tamen minus caute; dum in* Sicilia *Natalem Siculorum ponunt et* Romæ *per tormenta vitam consummasse ac cœlo renatos fuisse.*

uti et Adone.

44 *Inter illos reponas licet Adonem, qui Acta illa, qualia nunc sunt et tunc fuerunt, præ oculis habuit, suumque inde elogium, quod num.* 3 *produximus, contexuit; pulchrum quidem, si ipsum cum Actis conferas, quia conforme est; minus tamen conforme veritati, quia iisdem erroribus laborat, eo præcipue, quod etiam ipse cum antiquioribus Martyrologis Natalem Martyrum adscribat Siciliæ, et tamen dicat Romæ martyrio coronatos; in quo tamen Actis videtur diffisus, quæ narrant, ipsos post tormenta varia Romæ tolerata revertisse in Lucaniam, ibique diem extremum in pace obiisse. Quæ tam diversa opinio, de modo et loco obitus illorum, iterum suspicari nos jubet, neque Siculos martyres, neque alios eorumdem nominum, Romæ per cruciatus vitam terminasse. Varia super his ingeniose commentatus est magister noster Papebrochius, tum ut Acta, quæ probare non potuit, quoquo modo verisimiliora redderet; tum ut corpus* S. Viti *martyris, quod non uno haberi loco prætenditur in partibus transalpinis, et monumenta antiqua extant, quæ singulis suum confirment; per alios ejusdem nominis martyres singulis suum* S. Vitum *propius conciliaret. Lege ipsum, et proba aut improba, prout ratio tibi tua suggesserit.*

D

An martyres 400 cum S. Vito passi fuerint;

45 *Sunt etiam qui scribant, cum* Vito Siculo *præter* Modestum *atque* Crescentiam, *martyrium subiisse socios alios quadringentos. Quod non minus a veritate alienum esse debet. Quis enim antiquiorum id scripsit? Non martyrologi antiqui, non mediæ ætatis, non Acta* S. Viti *qualiacumque, non Ado, qui illis usus est. Emersit tandem seculo* XV, *non* Primus *nomine, uti perperam impressit Maurolycus; sed* Joannes *sui nominis* XI, *cognomine* Germain, Cabilonensis episcopus, *qui in sua Topographia Sanctorum ita scribit :* Selinuntius fluvius Siciliæ. Juxta hunc fluvium Vitus, Modestus et Crescentia sub Diocletiano, cujus filium dæmoniacum Vitus curaverat, cum sociis quadringentis sodalibus, martyres. *Sodales quadringentos cum* S. Vito *passos in Sicilia, æque ignorant Martyrologi antiqui quam palæstram ac Natalem* S. Viti Romæ.

aiunt recentiores ex Topographia Sanctorum,

46 *Interim recentiores rerum Sicularum scriptores quadringentos illos martyres, quorum memoriam antiquam in historiis patriæ suæ non inveniebant, intrepide nunc* S. Vito *socios in martyrio faciunt ex sola auctoritate* Topographiæ Sanctorum, *quæ* anno salutis MCCCCL olim composita, et nunc demum recognita *dicitur a primo ejus editore Francisco Maurolyco : et tamen legitur in illa* Longinium Angliæ E civitas. Hic decem et octo Carthusiani monachi, ob Ecclesiæ Romanæ defensionem, jussu Henrici VIII regis, immanibus suppliciis anno Domini MDXXXV absumpti. *Si hæc et alia istiusmodi, quæ primi auctoris esse non possunt, in recognitione addita fuisse, fateri debes; dic, amabo te, unde constet, similiter addita non fuisse, quæ de sociis* CCCC *cum S. Vito passis modo retulimus? Quid si ab ipso editore, utique et recognitore, Maurolyco superaddita sint in gratiam Siculorum suorum?*

nihil hic probante.

47 *Sint tamen hæc primi auctoris, qui sub medium seculi* XV *scripsit, et quidem doctissimi juxta ac prudentissimi in theologia et politica, quæ laus Joannis Germain minui non debet. Nihilominus qui in historia antiqua et in hoc singulari facto, de* CCCC *martyribus cum* S. Vito *passis, in silentio seculorum* XI *eoque amplius, primus omnium id asserit absque antiquioribus scripturis, absque teste, absque traditione aliave auctoritate; a quo assensum prudentem obtineat? Minus me prudens sit qui assentiatur. Neque vero consensisse videtur Octavius Cajetanus tam in Idea Sanctorum Siculorum pag.* 29, *quam in Vitis ipsis tomo* I *pag.* 102, *ubi nulla eorum Acta profert, et in Animadversionibus suis ad tomum eumdem, pag.* 77. *Non enim potest* F *comprehendere, quomodo ad Selinuntem fluvium in Sicilia passi sint socii* CCCC *cum* S. Vito, *qui cum solis Modesto atque Crescentia passus fuit Romæ, ex narratione Actorum, et ipsius Cajetani sententia.*

APPENDIX II

De donatione insulæ Rugiæ, facta ecclesiæ Corbeiensi ob victoriam ad invocationem S. Viti reportatam.

In *præmisso Commentario num.* 23 *producitur textus ex Chronico Sclavorum Helmoldi, in quo laudantur monachi Corbeienses a zelo apostolico, quo se impenderunt convertendis Sclavis, ac penetrarunt usque ad insulam Rugiam, quam totam lucrati sunt Domino temporibus Ludovici II, uti scribit Helmoldus citato num.* 23; *ibidemque fundarunt oratorium in honorem* S. Viti *martyris, Patroni suæ Corbeiæ. Occasionem eo penetrandi obtulerit ipsis Victoria, quam post dubiam diu belli aleam in ipsa insula, patrocinio* S. Viti, *se retulisse testatur Lotharius Imperator, Ludovici Pii filius, Diplomate suo, quod dedit* XIII Kal. Apriles anno imperii

A perii sui XXII in Italia, Indictione VII, *id est anno æræ vulgaris* DCCCXLIV; *quodque ex autographo, adhuc existente in tabulario Corbeiæ, impressum dedit in Annalibus Paderbornensibus P. Nicolaus Schaten Societatis nostræ, anno* MDCXCIII *editis, parte* I, *pag.* 128, *quo sequitur tenore. Lubet enim totum hic adscribere, tum quod alibi putem, non extare, tum quia multum confert ad gloriam* S. Viti, *atque ad ipsius etiam commendationem monasterii prædicti.*

Diploma Lotharii Imp.

49 In nomine Domini Salvatoris nostri Jesu Christi. Lotharius, divina ordinante providentia Imperator Augustus. Si liberalitatis nostræ munere, loca Deo dedicata provexerimus, id nobis et ad mortalem vitam temporaliter transigendam, et ad æternam feliciter obtinendam, profuturum liquido credimus. Noverit interea sagacitas omnium fidelium nostrorum, tam præsentium, quam etiam futurorum; quod ecclesiæ, quæ vocatur Nova Corbeia in pago Augen, super fluvium Wisera; et est quodammodo nova, a Domino patre nostro ante annos paucos condita in honorem Dei Salvatoris nostri, sanctique protomartyris Stephani, ubi et beatissimus martyr Vitus requiescit, cui nunc præest dilectus et propinquus noster, abbas Warinus; in proprietatem tradidimus B Rugacensis insulæ Slavos, cum tota terra ejusdem insulæ; quo modo inibi positi, devotione obstricti sumus: quia Deo Salvatore nostro, Sanctoque Vito id patrocinante in deditionem accepimus. Nam ut aliquamdiu aliquotiesque bellum, utrimque durum satis committeretur, et anceps victoria et illis et nobis videretur, post aliquantorum, quorum suffragia Sanctorum petebamus, B. Vitum exorandum consulte confisi sumus; quod et fecimus. Insuper et, si nobis auxiliari dignaretur, ei votum in hoc fecimus, quod et victoriam ipsi adscriberemus, et quæcumque nobis ipso auxiliante provenire possent, ipsi dedicaremus. Fiducia igitur continuo potiori accincti, in vigilia ipsius S. Viti, bello renascente sumus congressi; et ipsorum Rege, nomine Gestimulo, cum nonnullis majoribus, et aliis quam plurimis illius gentis perempto cum omnibus suis; reliqui et terra, ditioni nostræ cedentes, castella, munitiones, et cetera sua omnia nobis tradiderunt. Nos itaque prout ratio exigit, liberatis, firmatis ac possessis omnibus; jam nunc de reliquo succedentium temporum volumus ac decrevimus, proprietatis dispositionisque fore hujus novæ Corbeiæ.

de victoria sua

50 Tradimus itaque totam eidem ecclesiæ Rugacensem insulam in jus proprietarium, ita videlicet, C quod siquid in ipsa sit, in munitionibus, in villis, in vicis, in domibus vel ædificiis, terris cultis et incultis, silvis, pratis, campis, aquis aquarumque decursibus, viis et inviis, exitibus et reditibus tam in terris quam in aquis et in pensionibus portuum et navium inibi supervenientium, sive etiam pertranseuntium, homines utriusque sexus, majores ac minores, senes ac juvenes, incolas ejusdem insulæ. Si quæ præter hæc, lucra de ipsa insula, vel in ea habitantibus provenire possunt vel postmodo poterunt, memorato monasterio subdita esse instituimus, atque per hanc nostram auctoritatem sic donamus et tradimus, ut in jure ipsius Abbatis et successorum ejus, nec non et monachorum, inibi per tempora servientium, in diversis necessitatibus, ad divinum cultum propensius exequendum, absque cujuslibet diminutione vel retractione, permaneant; quatenus et devotiores nobis ac conjugi ac liberis nostris omnique stirpi nostræ omni tempore quodam debito, supplicando Deo, memorentur. Quod autem hæc auctoritas nostra inviolabilem et inconvulsam firmitatem obtineat, manu propria supter eam subscripsimus, et annuli nostri impressione assignari * jussimus. *Et appositum est*, Signum Hlotharii..... Serenissimi Imperatoris. *Deinde vero* D Remigius Notarius ad vicem Agilmari recognovi. Datum XIII Calend. Aprilis, anno, Christo propitio, imperii Domni Lotharii imperatoris in Italia XXII, Indictione VII. Actum Aquisgrani palatio regio in Dei nomine. Amen.

et donatione insulæ Rugiæ, facta

monasterio Corbeiæ novæ

* obsignari

AUCTORE C. J.

51 *Diploma illud Schatenus quidem pro genuino et probo habuit. Et vero locus ac tempus, quibus datum fuit, atque annus imperii Lotharii in Italia* XXII, *et Indictio* VII, *recte conveniunt. Attamen quæ ibi referuntur de victoria, per Lotharium in insula Rugia, patrocinio S. Viti, in vigilia ipsius festi obtenta, non est facile cum historiis illius temporis conciliare. Aliæ quidem victoriam, in Sclavonia tunc reportatam, adscribunt Lothario imperatori, aliæ Ludovico, ejus fratri, Germaniæ regi; nulla speciatim dicit, reportatam fuisse in Rugia insula. Consulamus scriptores antiquos. Qui victoriam Sclavonicam ad Lotharium referunt, sunt Lambertus Schafnaburgensis ad annum* DCCCXLIV: Lotharius rex regem Sclavorum Gestimulum occidit. *Et Marianus Scotus, qui totidem verbis eadem recenset, nisi quod Lotharium* Imperatorem *nominet, et sua referre videatur ad annum sequentem;* E *quod editoris erratum puto. Item Chronicon Hildesheimense ad annum* DCCCXLIV: Lotharius rex cum orientalibus Francis venit in Silviam (Sclavoniam) et eorum regem Gestiunulum occidit, ceterosque sibi subegit. *Adde Annales Corbeienses antiquos, qui ad annum eumdem* DCCCXLIV *sic habent:* Totam insulam Rugatensem ob victoriam, per intercessionem S. Viti martyris nostri impetratam, Lotharius eidem Sancto in Corbeia, cum omnibus rebus suis tradit in perpetuum. *Sed hæc explicationem patiuntur, dum non clare dicunt, victoriam a Lothario obtentam; sed donationem ab eo factam præcipue intendunt.*

Dubia super diplomate.

Alii victoriam Lothario,

52 *Qui vero victoriam tribuunt Ludovico Germaniæ regi, sunt, Annales Francorum Fuldenses; Et hi quidem, duplicem ejus victoriam memorant, alteram in Saxonia anno* DCCCXLII: Ludovicus *Matiscone (ubi ipse et Carolus cum Lothario collocuti, inducias fecerant, sed anno* DCCCXLIII.) reversus mense Augusto in villam Salz, habito generali conventu, in Saxoniam pergens, validissimam conspirationem Libertorum, legitimos Dominos opprimere conantium, auctoribus factionis capitali sententia damnatis, fortiter compescuit. *Alteram vero in Sclavonia anno* DCCCXLIV: Ludovicus Adobodritos, defectionem molientes, bello perdomuit, occiso rege eorum Gozzomuil, terramque illorum et populum sibi divinitus subjugatum, per Duces ordinavit.

alii Ludovico adscribunt.

53 *Annales Francorum Bertiniani congressum fratrum apud Matisconem item referunt ad annum* DCCCXLII, *minus recte: eodemque ponunt expeditionem Ludovici in Saxoniam, de qua modo diximus: atque alteram in Sclavoniam ad annum* DCCCXLIV: Ludovicus rex Germanorum, populos Sclavorum et terras aggressus, quosdam in deditionem cepit, quosdam interfecit: omnes pene illarum partium regulos sibi aut vi aut gratia subegit. *Hermannus contractus ex editione Canisii, et Sigebertus Gemblacensis, de utraque Ludovici expeditione, fere eadem memorant, quæ Annales Fuldenses, sed Sigebertus primam Saxonicam rectius refert ad annum* DCCCXLIII; *alteram Sclavonicam ad* DCCCXLV.

54 *Audiamus et Dietmarum in Chronico, an is inter Scriptores, tam diversa referentes, hac in re arbiter esse possit. Lib. 7 non procul a principio, postquam de fundatione Corbeiæ novæ, anno* DCCCXXII *a Ludovico Pio facta, donisque ab ipso datis, dixerat; subjungit quæ ab ejus filius Ludovico et Lothario oblata fuerunt:* Hujus *Ludovici Pii* filius, Ludovicus contulit nobile donum, abbatiam scilicet in Fisbecke,

Dietmari ea de re sententia.

et

AUCTORE C. S.

A *et cetera, quæ ibidem enumerantur.* Lotharius vero imperator venit cum orientalibus Francis in Sclavoniam et eorum regem Gestimulum occidit ceterosque subegit, et dedit ecclesiæ Corbeiensi, ipso anno dedicationis ejus, ut Chronica testatur. *Quo autem anno peracta sit dedicatio illa, docet Chronographus Saxo, scribens ad annum* DCCCXLIV ; Ecclesia in nova Corbeia dedicatur. *Hinc multa firmitudo accedit Diplomati Lothariano, quod donationem suam dicit factam esse eodem anno* DCCCXLIV, *ut conficitur e notis temporum ibidem adscriptis, die* XIII *Calend. Aprilis, seu* XX *Martii. Ex quo sequitur porro, victoriam Lotharianam non obtentam fuisse anno illo, sed præcedenti : quia legitur obtenta fuisse* in Vigilia ipsius S. Viti.

attribuentis illam Lothario.

56 *Scio, varia hic objici posse, ac primum quidem, non apparere, quomodo Lotharius anno* DCCCXLIII, *quo videtur in propriis suis ditionibus permansisse, nondum plene compositis fraternis dissidiis, potuerit longinquam expeditionem usque in Sclavoniam suscepisse. Fateor ; sed habuit etiam tunc inter Saxones plurimos sibi faventes, quos potest per Duces suos ad illam expeditionem misisse, et per illos, qui tunc summam fiduciam ob frequentissima miracula in S. Vitum habebant,* B *nuncupato illi, nomine Imperatoris sui voto, victoriam retulisse, de qua Lotharius in diplomate loquitur, tamquam a se obtenta : ideoque et votum per se solvit anno sequenti ecclesiæ Corbeiensi. Minus etiam talis expeditio Lotharii incredibilis videbitur consideranti, quod Ludovicus, qui in fraternis dissidiis æque partem habebat ac Lotharius, per illa tamen tempora bis exercitum duxerit aut miserit in plagas istas boreales, et victor evaserit ; ut nonnulli e citatis auctoribus scribunt.*

An victoria obtenta sit

57 *Deinde objici etiam possit, in nullo citatorum scriptorum legi, victoriam in insula* Rugia *obtentam fuisse, nisi in solo Diplomate Lotharii. Fateor et illud. Sed occurrit Helmoldus, qui in suo Sclavorum Chronico scribit cap.* 2 *de insula,* quam incolunt Rani seu Rugiani, gens fortissima Slavorum, qui soli habent regem, extra quorum sententiam nihil agi de publicis rebus fas est. *Si igitur soli Rugiani regem habent in gente Sclavorum, eorumdem rex Gestimulus fuit ; qui ab omnibus, id est tam ab iis qui Lothario, quam ab iis qui Ludovico victoriam tribuunt, dicitur in prælio occisus cecidisse ; ejusque mortem et exercitus cladem subsecuta est deditio tam Rugianorum quam ceterorum Sclavorum, quibus extra sententiam Rugianorum nihil agere de publicis rebus fas erat.*

in Rugia,

C 58 *Quod etiam indicare videtur Helmoldus, dum in textu suo, qui supra num.* 23 *legi totus potest, scribit, quod* temporibus Ludovici secundi *(ita vocat Germaniæ Regem, ut alii passim scriptores Germani)* egressi fuerunt *(utique post obtentam victoriam)* de Corbeia monachi sanctitate insignes, qui Slavorum salutem sitientes, peragratis multis Slavorum provinciis, pervenerunt ad eos, qui dicuntur Rani sive Rugiani, et habitant in corde maris ; ubi fomes est errorum et sedes idololatriæ : prædicantesque verbum Dei cum omni fiducia, omnem illam insulam lucrati sunt ; ubi etiam oratorium fundaverunt in honorem Domini ac Salvatoris nostri Jesu Christi et in commemorationem S. Viti, qui est Patronus Corbeiæ, *sub cujusque patrocinio expugnata fuerat insula cum reliquis Sclavis, per quos tunc licuit monachis Corbeiensibus, prædicando Evangelium, tuto transire et penetrare usque in Rugiam, ibique oratorium* S. Vito *construere.*

et conjunctis utriusque viribus.

59 *Opinari etiam quis possit (cum alii scriptores asserant a Lothario, alii a Ludovico reportatam victoriam occisumque Regem Gestimulum fuisse) exercitum, qui tunc debellavit Sclavos, constitisse ex copiis utriusque principis, sive in Saxonia (quæ, divisione regnorum inter fratres nondum facta, communis quo-* D *dammodo juris adhuc erat, et in qua Lotharius adhuc multum pollebat, gentemque pollicitationibus ac privilegiis, quamvis principe Christiano indignis, sibi devotam habebat) sive alibi collectis. Id vero ita factum fuisse ex mutuo Lotharii et Ludovici consilio, nulli mirum videri debet. Qui enim contendebant inter se de finibus ditionum suarum circa Rhenum, trans quem suas Ludovicus, cis vero suas Lotharius, armati possidebant defendebantque ; ubi intellexerunt, paternas in septemtrione ditiones, neutri adhuc legitime concessas, defectionem moliri ac tumultuari ; quo pacto illas sub imperio retinuissent, nisi ex consensu et auxilio mutuo? Neuter quippe vires suas ad Rhenum minuere prudenter poterat et in longinquas oras dimittere, nisi alter ex consensione idem præstaret, idque ineunte anno* DCCCXLIII *(ut factum esse debuit, cum victoria Sclavonica in vigilia* S. Viti *obtenta sit) antequam induciæ in congressu fratrum Matisconensi conclusæ fuerunt, non ante exitum mensis Junii.*

Diplomatis auctoritas

60 *Denique utcumque res se habuerint illis temporibus in præsenti negotio, atque in discrepantia histori-* E *corum ; scimus, plura omni seculo acta fuisse, qui scripto consignata non fuerunt, quam quæ fuerunt consignata ; et si quis unus scriptor fide dignus atque coævus, asserat, quæ ipse vidit, fecit atque asserit sibi contigisse, illi magis credendum esse, quam illis, qui postea alia narrant et sæpe contraria ; ex illa scientia omnino existimo. Diploma Lotharii de victoria sua Sclavonica æque ac de Donatione sua, ex voto Corbeiensibus facta, ex isto capite infirmari non posse, quamdiu non ostenditur ex characteribus ipsis, id est ex inscriptione, ex epilogo, ex formula ipsius, atque ex notis temporum ; Diploma ipsum suspicioni suppositionis subjectum esse. Alii judicent ut lubet. Ego illi præ ceteris scriptoribus fidem cur negem, hactenus non habeo, relinquens aliis, quorum magis interest, id scire determinatius, quam nostra ; ut per se rem proprius inquirant. Quibus interea non poterit non gratum esse, Diploma ipsum Lotharii hic legere ; atque si probant, mecum gratulari Corbeiensibus Saxoniæ tam amplam Rugianæ insulæ donationem, utilibus utique colonis ; utpote qui mox præcipuo studio et labore Apostolico incubuerunt, ut inde eradicarent zizania idololatriæ, sparsoque doctrinæ Christianæ bono semine, uberem potius cœlo messem colligerent, quam temporalia sibi bona compararent, quemadmodum in citato Helmoldi textu porro legitur.*

præferenda aliis.

NOT. 10 *Pag.* 515 *col.* 1 *ad finem capitis* 11, *quod est de* translatione S. Viti in Corbeiam novam ejusque miraculis in itinere factis, *adjunge et sequens miraculum, aliquanto post ibidem factum —*

Miraculum S. Viti.

F *Edidit Henricus Meibomius junior anno* 1688 *tomos tres rerum Germanicarum, in quorum primo pag.* 769 *exhibet tractatulum de* translatione S. Justini in novam Corbeiam, *in eoque legitur sub Godescalco, abbate loci sexto, anno* DCCCXC *creato, sequens historia,* in scriptis venerabilis Tietmari Merseburgensis episcopi *inventa :* Fuit olim in cœnobio novæ Corbeiæ sub temporibus Godescalci venerabilis abbatis, quidam monachus, nomine Alfrius, admodum religiosus, qui acriter migraneam in capite patiebatur, quæ duplex est, aut ex gutta, aut ex vermibus. Cui pro remedio offensum est a quibusdam, ut secari in capite debuisset : quod factum est. Sed de die in diem dolor augebatur, in tantum ut jam desperaretur. Et cum eumdem jam deficientem fratres custodirent; casu accidit, ut singuli egredientes hunc solum jacentem relinquerent. Tandem e cloaca vidit septem dæmones teterrimos procedere. Sex eorum singuli portabant in manibus sex libros, id est omnes, triginta sex. Septimus vero immensæ magnitudinis volumen gestabat, et sedens, lectione ejus gravi, infirmum de suis actibus, quos ab infantia vel cogitando, vel loquendo, vel operando, usque in eam

A eam horam unquam gesserat, in vanum terrebat. Pretiosus etenim martyr Vitus, veste fulgida indutus, vultu angelico conspicuus, e templo, cellæ, in qua æger jacebat, contiguo, procedens ingreditur; et immundæ turbæ manu fugam indixit; et juxta illum stans, consolabatur eum, et quis esset protinus intimavit, et imposita manu capiti illius, benedixit; et eum sanum surgere jussit: per quem et hæc mandata prædicto Abbati misit; Vide sis, commonitus, ut tot admonitiones nostras sic incuriose non accipias, ne in posterum vacua lamentatione gemas. Pro vero enim assero tibi, si amplius inobediens fueris, a Deo contemneris, et te adhuc superstite, alium in tua sede dominum videbis.

Dixerat hæc adstans, et mox disparuit infans. Hæc autem ut pretiosus martyr, puer inquam Vitus, per monachum ægrotantem denuntiavit, Abbas negligens postea persentit. Nam ei, adhuc viventi, superpositus est ipsius rogatu, venerabilis abbas Bovo, vir omni laude dignissimus. Hinc ergo bonorum crebros hortatus hominum servare, consilium nimis est salubre; multo magis vero horum, qui merito sui inter filios Dei feliciter computati, voluntatem ejus sciunt in eventu futurorum. Quicumque B enim temerarius sapienti non innititur consilio; ocius videbit, quis sit in semetipso. De talibus comprobandis plurima habemus exempla, quæ imitatores suos ad elaboratum perducunt bravium, cum venient ultima. *Hactenus relatio: cujus contenta in Thietmari sive Dietmari Chronico simili propemodum tenore referuntur lib. 4 non procul a fine, sed illic monachus infirmus, non* Alfricus, *sed* Alaricus *nominatur. Annales tamen antiqui Corbeiæ retinent primum nomen, sic paucis de re narrata scribentes ad annum* DCCCXCIII: Terribilis visio apparuit commonacho Alfrico: qui tamen defensus a S. Vito, nihil mali inde passus est. *Et Godescalcum abbatem per resignationem alteri cessisse locum suum anno* DCCCC, *ibidem notatur.*

NOT. II *Pag.* 576 *de* B. Angelo Clareno *col.* 1 *post finem* §. 4 *ejusque numerum* 37, *præcedente pag.* 575 *col.* 2 *notandum, addetur.*

§. V. *De Epistolis B. Angeli, quarum duæ, ad Historiam opportunæ, in specimen reliquarum, hic apponuntur.*

C **V**idimus supra num. 12 *Fratrem Angelum, inter alia sua scripta etiam reliquisse* Historiam de septem tribulationibus Ordinis; *opus minime contemnendum, cujus desiderium non tam explent, quam acuunt fragmenta inde decerpta in Annalibus Waddingi, qui ipsum verosimiliter originale penes se habuit, dignum quod publicam in lucem prodeat, etiam in hujus mensis Appendice; si istius successores eorumque Superiores hanc publico gratiam facere velint. Tunc enimvero majorem usum haberent Epistolæ, quarum ex MS. Strozziano accepi ecgraphum, beneficio R. P. Antonii Terrinca, Florentiæ intenti illustrandis memoriis Sanctorum Franciscanorum, præsertim ad Tusciam pertinentium, et quæ colligerit officiose communicantis mecum atque cum Fr. Benigno Fremaut, Recollecta Flandro, ad simile studium pridem applicito et jam editis Januario, Februario, Martio inter suos clarescente. Hunc ego, dum aliis urgentioribus per hosce duos annos distineor, quibus suspensa hæsit tomi præsentis impressio; rogavi mihi navaret operam, brevemque Synopsim epistolarum conficeret, et simul cognosceret, numquid esset in iis locupletandæ historiæ idoneum. Synopsim ergo imprimis accipe, qualem ille dedit:*

39 Epistola I Continet multa documenta mystica: sensus sunt valde obscuri; abstrusi, ac imperfecti.

II Hortatur ad Religiosas virtutes, stylo multum D diverso ab Epistola I.

III Ea est, quam Terrinca descripsit, magisque specifice tangit ea, ob quæ sequaces sui persecutiones patiebantur; eosque animat, ostendens non peccare, licet alias a corpore Ordinis separatos, et hortatur ad obedientiam erga Prælatos Ecclesiæ, et vinculum pacis.

IV Pulchre excitat ad tolerantiam persecutionem, ideo bene Terrinca infra, Ex ungue leonem. Sub finem videtur habere aliqua prophetica, sed qualia etiam in vitis aliorum Sanctorum inveniuntur.

V Sub initium Videtur mortem suam prædicere, et aspirat ad majorem solitudinem: allegat causam cur ad eos quibus scribit non venerit, et alios mittit suo loco: deinde deflet duos a suis defecisse; et socios monet, ut, si possint, eos reducant. Aliorum teporem amanter corripit, ac suum humiliter agnoscit, monetque ad Dei misericordiam recurrere, et mutuas imperfectiones pati. Post arguit iterum communes defectus, excitat ad perfectionis amorem, pulchre per totam; et sub finem, suadet curam pro animabus defunctorum.

40 Epistola VI, *sic incipit:* Reverendis et diligendis Fratribus, Christo Jesu servientibus in loco S. Joannis ante Portam Latinam de Urbe, et eorum Sociis, Peccator Fr. Angelus salutem, et idem credere, intelligere, et diligere, ac confiteri verbo et opere usque in finem, de promissa Christi Jesu vita, regula, et doctrina, quam sanctissimus Christi Confessor Franciscus, pauperum humilium Dux, Angelus, et Propheta perfectionis Evangelicæ primæ et ultimæ, credidit, intellexit, amavit, docuit, et servavit, et credendam et servandam mandavit. E *in quarum sexta*

Porro ubi multis verbis commendavit evangelicam paupertatem, inducens Christum, laudantem ejus observatores, et reprehendentem ejus transgressores, addit sequentia.

41 Cupio videre vos, quia cito de corporis hujus carcere educi spero; et esset mihi aliqualis refrigeratio ante mortem videre vos. Orate quod ita fiat, sicut desidero. Salutant vos omnes servi Dei, qui in partibus istis sunt; et sciatis quia magnos amicos habet Christus in partibus istis, inter quos est D. Philippus, Regis Majoricarum filius; in quo Christus Jesus, et Francisci spiritus plenissime requiescit: de cujus perfectionibus taceo, quia alteri dabitur loqui ea, quæ Dominus Jesus in ipso et per ipsum facit, et facturus est. Erubesco enim de vilitatibus, negligentiis, et insolentiis nostris et relaxationibus; quando de ipsius fervore, humilitate, sollicitudine, sobrietate, amore paupertatis, oratione, vigiliis, verborum et linguæ moderantia, austeritate vitæ, et sanctitate conversationis recordor; cum quo sunt multi servi Dei uniti, de quorum actibus et conversatione Christus glorificatur. Et vos ergo laudate et glorificate Christum in operibus vestris, et in omni conversatione bona renovamini, in paupertate et humilitate, in compassione et mansuetudine, in patientia et longanimitate, in oratione et vigiliis, in silentio cordis et oris, in amore vilitatis et subjectionis, in mutua caritate et reverentia in zelo divinæ laudis, et in continua gratiarum actione; in memoria extremi judicii et mortis, in commemoratione et sentimento continuo mortis Christi et dolorum ipsius, et Matris ejus et omnium Sanctorum, et inflammatis desideriis, et aspiratis affectionibus ad ipsum, qui solus amat et amavit nos, et est unicus amor et amator hominum; quem qui amat Spiritum sanctum habet et portat, et Christus in ipso manet, et ipse in Christo. Si venerit ad manus vestras hæc littera, servate eam et legite, quia verba

habetur laus Domini Philippi Mari-censis,

F

inter Clarenos pie conversantis.

A verba Dei in ea sunt vera : Deo gratias. Amen Scripta in Carpentato die 3 Martii. *Annus non additur.* Compatimini afflictis Fratribus, et ostendite eis viscera pietatis, et non angustiemini in tentationibus tentatorum ; sed constanter supportate eos, donec ipsi se supportant, et ad Christum aspirant. Puto quod cito me Dominus remittet ad vos. Gratia Dei sit cum omnibus nobis. Amen.

vi Acriter reprehendit relaxantes paupertatem Christi, ac S. Francisci ; et adducit exemplum Philippi filii Regis Majoriacum, qui tunc inter Clarenos sancte vixit. Sub finem hortatur ut afflictis et tentatis Fratribus ex corde compatiantur : in hac clarius prædicit mortem suam instare.

42 *Quærit hic R. P. Fr. Benignus, et quærent haud dubie Franciscanorum decorum studiosi plures, quis fuerit hic* Dominus Philippus, *tantus instituti et paupertatis Franciscanæ, apud Clarenos reflorescentis, amator et zelator, omnibus scriptoribus istius Ordinis ignotus hactenus, etiam diligentissimo Waddingo. Ipsorum tamen multi agunt, et Waddingus ex iis, de alio ejusdem Regis filio, scribens ad an.* 1249 *num.* 9 *in hæc verba.* Circa hoc tempus Jacobus, primogenitus Jacobi Regis Majoricarum, cœleste regnum B terreno præferens, relicto jure primogenituræ, patre adhuc superstite institutum Minorum amplexus est. *Et ad annum* 1304 *num.* 13. Hoc anno Generalis *(Gondisalvus)* jussit ut in singulis Provinciis suffragia et collectæ fierent pro Jacobo, filio et herede Regis Majoricarum, nuper defuncto. *Rex iste* Jacobus, *inter Majoricenses sui nominus primus, filius fuit Jacobi primi, Aragonum Regis, et Majoricarum conquisitoris : qui primogenito Petro, sui nominis tertio, Aragoniam relinquens,* Jacobo *secundogenito Majoricam dimisit cum Ruscinonensi et Ceritaniæ Comitatibus in Hispania, Montisque pessulani Dominio in Gallia Narbonensi, cui etiam antiquitus adscribebantur prædicti duo Comitatus. Hic autem Jacobus I, vita functus anno* MCCCXII, *præter primogenitum Jacobum jam mortuum, filios habuit* Sancium, *regni Majoricensis heredem, qui sine prole obiit anno* MCCCXXIV ; et Ferdinandum, *tertiumque fratri Regi præmortuum, relictis liberis Jacobo atque Ferdinando, et* Philippum, *sacris Ordinibus initiatum, qui nepotum orphanorum tutor, majorem natu Jacobum II, regem Majoricensem instituit, illum, inquam Jacobum, qui vir factus, regnumque sapienter administrans, anno* MCCCXXXVII C *leges Palatinas conscripsit, ex nostro vere regio codice (hactenus quod sciam unico) brevi in lucem dandas. Eo sic regnante prospereque agente, nec patri præsentia amplius egente, potuit* Philippus *in Gallicas nepotis ditiones recepisse se ; itaque inter Clarenos, tamquam unus eorum vixisse, retento* Domini *titulo, eorum domesticus ac familiaris.*

quomodo antea inter Minores

vixerat frater ejus major Jacobus.

43 vii non est a Terrinca exscripta, sed aliqua prophetica ex ea ipse notavit indicio manus.

viii Continet prolixam exhortationem ad religiosas virtutes, præsertim obedientiam.

ix Similiter, præsertim ad sequelam et imitationem Christi. Circa finem habet pias instructiones ad sanctam compositionem hominis exterioris, et interioris.

x Fratrem N. excitat ad fidei sublimitatem, etc.

xi Duos Fratres pulchre et nervose hortatur, ad mortificandum affectum erga parentes, proponens insidias dæmonis, excellentiam doni vocationis ad religionem, etc. postea ad indicium manus habet varia documenta de obligatione recitandi Horas canonicas, et quando quis non obligetur.

xii Arguit varia vitia, deinde exaggerat pœnas inferni, et dæmonum technas.

xiii Valde prolixa, continet multas asceticas instructiones ad monasticam perfectionem ; in fine videtur aliquid prædicere, sed non plane.

xiv Demonstrat essentiam veri Fratris Minoris, D et Ordinem subsistere non in multis, sed in quantumcumque paucis, modo veris Regulæ sectatoribus. Deinde, ut suos soletur, indicat aliqua circa suam reformationem acta, de quibus videbantur, sinistre informati ; et futuram eorum requiem, et propagationem prædicit. Sub finem folio 29 ab illis verbis, voluntas mea fuit.

44 *Hæc est illa, quam supra promisi dandam integre, potius quam ultimam* Decimam sextam, quæ non nisi documenta pia continet, *quam* utilia aspirantibus ad perfectionem, *tam nihil conducentia ad historiam. Illius autem* xiv *hoc initium est.*

Reverendis et diligendis Patribus in Christo Jesu, Fratri N. et Fratri N. *a* et omnibus eorum Sociis, in omnibus vilis et modicus Fr. Angelus, Salutem, et cum humili Christi omni cordis reverentia subjectionem. Benedictum sit nomen D. N. Jesu Christi, filii Dei vivi, et adoranda et veneranda dispositio sui divini et absconditi consilii, in quo elegit vos ad imitationem vitæ suæ, et constituit testes regulæ suæ, et segregavit ab utero matris, et professores fecit suæ sanctissimæ paupertatis, et liberavit a servientibus incendio propriæ voluntatis ; ut mortui vivatis ei, qui pro vobis mortuus, a mortuis resurrexit.

a Epistola 14 Eremitas Clarenos

45 Sane quia militia vel tentatio est vita hominis super terram, vigilare et orare nos opertet, ne E intremus in tentationem : quia spiritus quidem promptus est, caro autem infirma, et inimici hominis domestici ejus ; et adversarius vester diabolus plus solito relaxatus circuit, quærens quem devoret ; et iratus frendet dentibus in nos cum satellitibus suis. Si Filius nos liberaverit, vere liberi erimus, et veritas liberabit nos ; et intelligemus, qualis et quantus est qui nos liberabit, ut in sanctitate et justitia serviamus ei omnibus diebus nostris ; non in nobis, sed in ipso confidentes, qui non ex operibus justitiæ nostræ, sed secundum suam misericordiam salvos nos fecit, et ostendit nobis dignos pœnitentiæ facere fructus, et fugere a ventura ira ; si tamen perseveramus in his quæ incepimus ; quoniam non qui inceperit, sed qui perseveravit usque in finem, hic salvus erit. Scitis enim quoniam ubi [Dei] placito affectio præponitur, ibi ratio non tenetur : quoniam omnis qui vivit voluntati propriæ, mortuus est, et nomen Domini laudare non potest. Non enim mortui in peccatis laudant Jesum, neque omnes qui descendunt in infernum amoris propriæ F voluntatis. Quando enim rationem antecedit voluntas, etiam inter Dei servos frequentius quæstiones, displicentiæ, lites, dissensiones, et scandala oriuntur : non enim sumus meliores Patribus nostris. At quando totus homo, cum timore et amore igniti desiderii, agitur ad sapientiæ gustum, pacis fruitionem, et visionem et intelligentiam veritatis ; in Jerusalem accipit locum, et in civitate sanctificata potestative quiescit ; tum ambiguæ quæstiones velut fumus abscedunt, et adversantium judiciorum et assumptionum studia cessant ; et ex corde puro et conscientia bona, et fide non ficta, pietatis et sanctitatis exercitia vigent, floret institiæ cultus, et sanæ doctrinæ, et de mentibus servorum Christi flumina manant, et in veritate caritatis lætantur corda quærentium Dominum, et verba bona eructantur ex abundantia supersubstantialis gratiæ habitantis in eis. Quoniam bonus Jesus in eis habitat, in eis operatur, orat, tentatur, fatigatur, patitur, moritur, sepultus descendit ad inferos, et resurgit, interpellat ardentius amare desiderans, vi communicativæ suæ virtutis, veritatis, et caritatis. Ipse, æterna virtus, æterna veritas, æterna caritas et sapientia in ipsis manens, facit opera solus, quæ nemo

qui suos in Italia hortatur ad constantiam inter adversa,

variasque ac graves tentationes.

A nemo in cœlis vel terris facit aut facere potest; et ad illa respicit Pater, quæ gratis Filius operatur in nobis; quibus nos, natura filii iræ, contrarii ex pondere reatus contractæ simul et actæ malitiæ, plus quam dici vel a nobis intelligi valeat, invenimur.

et ad humilem sui ipsorum despectum;

46 Et vere, nisi Dominus Sabaoth reliquisset nobis semen, sicut Sodoma fuissemus, et quasi Gomorrha similes essemus. Quia sicut non potest arbor bona, Jesus, fructus malos facere; ita et nos, natura peccatores, non possumus facere fructus bonos. Si enim, ait, vos cum sitis mali, etc. etc. Sine me nihil potestis facere. Itaque malum prorsus mihi erit imputandum, siquidem vobis ex me ipso non scribo: quod procul dubio nostrum erit, orationibus vestris solum ab ipso purgandum, qui tollit peccata mundi. Reverendi et carissimi Fratres et Patres, virtus, potestas, res et nomen pariter concurrent in idipsum. Quando perficientur ea, quæ jam impleta putatis, tunc veritas erit in nomine, signatum in signo, sensus in verbo, et operatio in veritate, et veritas, et signatum, et operatio testimonium perhibent nomini, signo, operationi pariter et virtuti. Testimonia itaque credibilia nimis, quæ B veritati testimonium dare præfixa sunt loco et tempore opportuno; quæ nunc non agnoscuntur ad meritum et nesciuntur, ut scientia indignis absconsa maneat, et nemo de sua virtute præsumat, sed præsumens utiliter audiat; Numquid oculus tuus nequam est, quia ego bonus sum? Tolle quod tuum est, et vade. Ignorantia enim aliqua, non ad errorem, sed ad utilitatem et perseverantiam, necessaria nobis est; quia non est ad detrimentum id, quod negatum tribuit incrementum: non exercet fidei simulatæ negligentiam, scientiæ securitas; nec caute præcavet furis adventum, juxta evangelium, determinatio definita. Si enim statum nostrum, nomina rerum, et Minister, et Cardinalis, et Ordo, secundum Legistas, Decretistas vel Sophistas solum salvant, et in veritate manere faciunt, et tribuunt integritatis necessariæ firmitatem (qui audit intelligat) non fieret salva omnis caro: quoniam apud ipsos humilium facta simul et scripta quasi mortua tacent, et salus pauperum afflictorum est eis inanis et vacua.

monet autem in nominibus non consistere statum perfectionis,

Nunc autem coram Deo non sic; sed bene et sancte fugiendo pugnastis et pugnatis; alii vero C stando pugnaverunt et pugnant, fugiendo a facie Jezabel, [dicentes] cum Elia, timore perterrito, Remansi ego solus; et templum ædificant cum Ozia ut impleant prophetiam. Sed qui heri, ipse hodie.

47 Sane ut ad Regulam, et non Regula, Ministri, Custodes, Generalis, et Protector. Et hoc Regula ostendit, quoniam ipsis integratur et decoratur, sicut et suis Pastoribus perficitur et ornatur Ecclesia: sed absque eis Ecclesia manet et est, persecutionis scilicet tempore, et vacationis; sicut in triduo illo Ecclesia fuit sola Virgo Maria, quando Filius suus fuit in corde terræ, sicut fuerat Jonas in ventre ceti. Promittit enim Fr. Franciscus obedientiam et reverentiam Domino Papæ Honorio *b*, et successoribus ejus canonice intrantibus, et Ecclesiæ Romanæ; et alii Fratres teneantur Fratri Francisco et ejus successoribus obedire: qui non possunt nec debent eis præcipere aliquid, quod sit contra animam et Regulam, sicut nec ipsis subditis obedire eisdem licet in his, quæ animæ et Regulæ noscuntur esse contraria. Sed ubicumque sunt Fratres, qui scirent et cognoscerent se non posse Regulam spiritualiter observare, ad suos Ministros (de obedientia Regulæ) possunt et debent recurrere, et postulare Regulam secundum intentionem Christi docentis, et Francisci loquentis in D ea, ipsam in sua puritate servare; quibus Ministri ex obedientia Regulæ, quæ est Christi et Francisci, tenentur obedire, quia obedientia Regulæ major est obedientia Ministrorum, et Generalis, et Protectoris: et est, et stat, et intelligitur super eos. Et in hoc Dominus, et Protector, et Corrector Cardinalis unus est, secundum Regulam totius Fraternitatis, ut stabiles in fide Catholica, paupertatem et humilitatem, et sanctum Evangelium, quod firmiter promisimus, observemus: et ita non est auctoritas in Regula contra Regulam, nec in Ecclesia contra Ecclesiam.

b Ordinemque penes eos esse qui Regulam servent,

cujus auctor humilis S. Franciscus

48 Puto quod has quæstiones breviter, clare, et absque implicatione Regula solvit; tum quia indivisibilem unitatem et obedientiam ad Ecclesiam et seipsam mandat et statuit: tum quia remedium contra persecutiones Pseudo-prælatorum sufficientissime apponit: quoniam sicut portæ inferi non prævalebunt contra Ecclesiam, ita nec contra Regulam; tum quia in suis cultoribus et amatoribus suum stabile esse, et non in nomine Ordinis vel in parietibus et tectis, aut quibuscumque ceremoniis exterioribus superinductis habere dignoscitur, quibus semper inest velle, quærere, et amare; sed non, posse habere semper omne, quod in Regula habet E esse, secundum suum completum esse: quia sufficit substantialia illa semper habere, in quibus persecutionis seu crucis tempore veritas perfectionis regularis salvatur et manet. Propheta igitur futurorum Franciscus, sciebat se reprobandum a suis nomine, sed non re: hinc nomina reverentiæ et dignitatis, ut Patris, Magistri boni, et Domini, haberi in usu a Fratribus non laudabat, tamquam minoritati et humilitati Regulæ et vitæ sibi a Christo revelatæ non consona: et quia in Regula nihil de suo ponebat, sed immediate accipiebat a Christo; quod in eadem scribi faciebat.

exclusa volebat magna nomina

49 Magistros et Patres, ex humani sensus prudentia, et tumore scientiæ Scripturarum, suos Fratres vocari velle ab hominibus, et ardenter inhiare honoribus more Pharizaico, per spiritus prævidebat: et destructuros in se et in aliis, sub specie honestatis et ædificationis proximi, et dilatationis et exaltationis Ordinis, omne quod Christo docente pro salute sua et suorum acceperat, prædicebat. Unde Magistros principaliter et Prælatos nomen Ordinis pro alio assumpturos, ad sui sensus nequitiam, contra veritatem; [et veritatem] cœlitus sibi F datæ Regulæ convellendam intelligens; nomen Ordinis non amabat, nec voluit quod sua Religio vocaretur Ordo Minorum, sed Vita Minorum. Quare pro nomine Ordinis eligere mori, non est secundum sensum et spiritum Fundatoris; quia nomen Ordinis ipse cum suis habere renuebat. Si vero Ordo est virtutis amor, veritatis tentio, Christi imitatio; humilitatis et justitiæ cultus, caritatis plenitudo, patientiæ ac pietatis possessio; ista autem habitacula requirunt hominum corda munda, in quibus Ordo salvatur Christi Regulæ et doctrinæ; nihil nobis relinquitur, ut de tali Ordine simus; quoniam in prædictis virtutibus, post votum Minoritatis emissum, ardenter desiderare, crescere, et totis viribus satagimus radicari. Quoniam tunc vere signatum clamat, ubi deficit signum; et silentium loquitur, ubi tacet verbum; et Ordo integratur in veritate virtutum, et subsistit Regula in amatoribus et servatoribus promissorum.

nec Ordinem Minorum, sed Vitam dici,

nec valde multiplicari Fratres;

50 Nec voluit S. Franciscus, quod aliquis ad vitam Fratrum assumendam per quemcumque Fratrum induceretur: quia tali modo Religionem, quam sibi Christus per suum spiritum ædificaverat et multiplicare decreverat, dæmones impedire et turbare, suis imbutis moribus suggerendo ingressum,

[et]

A [et] ad vitam Fratrum destruendum, sentiebat armari. Unde multiplicationem Fratrum prohibuit suis sociis : firmam enim tenebat Christi cautionem, quia semper de numero paucorum humilium et simplicium lætabatur, plus quam de multiplicatione multorum sapientium superborum ; sciens quia si ad numerum [parvum] sua Religio deveniret, inconcussa tamen Christi munere permaneret. Hinc est quod de multitudine non oportet quemquam esse solicitum : nec esse perfectæ fidei de Religionis anni hilatione formidare : quia Christus, si non fuerint nati, faciet eos nasci potius quam [assumat eos] de societate diversa, a Fundatore discrepanter agente, et ambulante astutiis serpentinis : quia oportet impleri quod Scriptum est, Quoniam multi applicabuntur eis fraudulenter. Totum igitur nostrum studium esse debet, quod unum inseparabiliter simus per Franciscum in Christo ; et ita quod ab invicem neque ab hominibus, neque a dæmoniis, neque a malitia propria dividi posse, verbo et opere, tentationis præsertim tempore, ostendamus.

eosque esse inter se bene unitos.

51 Cum igitur taliter vobis sim conjunctus, superfluum est cogitare, quod alicujus suggestione motus aliquid vobis olim scripserim, vel nunc scri- B bam : sed significo, quod pro multis (etsi secus se habeat) utile fore credo. Nec F. Andreas de vobis, ut putatis, sinistrum aliquid sentit aut loquitur : sed multis laudum præconiis effert conversationem [vestram], et vitam extollit, et Christum in vobis esse et habitare non dubitat. Igitur vos ipsi judicate, quale Evangelium sit, ut benedicens maledicatur, et vituperetur laudans, ut amicus, et servus, et frater putetur æmulator et supplantator. Non excuso quod nescio, sed laudo quod scio : quoniam paratus est pro Christi vita seipsum lætanter impendere vobis, et ex caritate servire, quod omnino Antichristianum non est ; quinimo debitum Christianum vobis est, quod procul a cordibus vestris omnis malæ suspicionis siccantem fumum repellatis ; medietas enim omnium peccatorum lingua committitur, et juravimus non judicare ; nec pars partem excludit, quia totum sine suis partibus esse non potest.

Excusat eis Fr. Andream

52 Quando præfatus Fr. Andreas venit ad nos, jam Domini Cardinales erant in Conclavi *d*, nec poterat eis loqui, nec licebat eisdem aliquas litteras præsentare : post ipsorum vero egressum amicis et fautoribus Pauperum tam Domini *e* Regis quam C vestræ litteræ fuerunt solicite præsentatæ : quibus visum est quod tales litteræ non essent isto tempore præsentandæ. Similiter Fratri Ubertino et Mino *f* [litteræ] viri sancti Domini Philippi, et Fratris Gaufredi, et Domini Joannis Sedecherii statim datæ fuerunt ; et reliquas Fr. Ubertinus retinuit. Quare de tali materia penitus murmurare non licet, ex quo de Generalis *g* nomine melius judicabat nullum fieri sermonem : et Fratribus Ubertino, Gaufredo, Guillielmo, Francisco, Philippo, et eorum Sociis materia scandali videbatur : non quod ipsi mutaverint propositum ; sed quod idem ac olim sentientes, et virili animo Fratrum persecutionem portantes, viriliter præmissa prædicant, coram omnibus confitentur, et fideliter servant ; et æmulorum verba confutant, vitant consortia, et lætantur contumelias, opprobria et maledicta sustinere : assistenteque eis gratia Dei, et favore Cardinalium, viri illustris Domini Philippi, et aliarum personarum spiritualium, testimonium perhibent veritati.

d quod Cardinalibus, in Conclavi non dederrit eoum litteras

e

f

g dissuadentibus ne faceret amicis ;

53 Otiosum et superfluum fuisset, ut videtis, aliter agere, conscientias stimulare et perturbare. Si ergo cum istis pugnatis, et remansistis in campo ; et ipsi nobiscum fugerunt, et quietis alicujus sepulcrum acceperunt in vobis, quod sibi vir nobilis Decurio *h* excidit in lapide vivo ; quiescite et gaudete, quoniam vocatione, professione et confessione D verbi et operis observantiæ regularis unum estis, unum cognoscitis et amatis, nec est aliquis qui spiritum habeat contra vos, sed pro vobis. Propterea diligunt, quod nihil a vobis dicatur vel fiat, quod justam et veram et rationi et fidei subjectam allegationem non habeat ; nec tantum probabilem et apparentem, sed omnino necessariam ; pro cujus defensione non solum pati, sed et mori coram Deo et hominibus rationabile sit et justum. Hujus rei gratia placuisset omnibus, quod sub uno [capite] Regulam observantes, sententiam hujus facti cum ipsis simul de manu Ecclesiæ, adhuc pendente negotio, patienter expectare, et contenti fuissetis accipere, et in vestris terminis cum ipsis unanimiter permanere propter meritum et propter exemplum, et propter reverentiam proximi ; et calumnias æmulorum, et reverentiam amicorum et Ecclesiæ (quam adversarii ex hoc probare conantur) [non oportere] eos spernere, et ipsius auctoritati necessariam fidem et excellentiam abnegare.

monetque ut cedant tempori,

h

et acquiescant sub uno Generali

54 Quo circa amantium affectus et verba pie pensare vos decet, et varietatem opinionum patienter audire : quia dum peregrinamur a Domino, ex parte cognoscimus, altitudinisque sapientiæ Divini consilii secreta ignoramus et ex hoc fallimur in judiciis, E erramus in consiliis, offendimus in verbis, excedimusque frequenter in factis : et si dixerimus, Quia peccatum non habemus, veritas in nobis non erit. Caritas vero numquam excidit ; qui numquam amare nescit, et nescire se dicit, quod semper amare sitit, confitetur quod novit humiliter, quod numquam offendit scienter. Licet ergo amanti caritatis motus et cogitationes insinuare dilectis, quia omnia tempus habent, et statutis temporibus transeunt universa sub sole justitiæ : sicut in ipso, ita et in nobis necesse est præcedere passionem resurrectionem, et noctem præcedere diem, et flores præcedere fructus, et hiemem æstatis tempus.

Regulam observare in patientia :

55 Pater igitur in suis, ad similitudinem Christi, reprobatur Franciscus ; postea resurget, quando Pastor tres illos Typicos Fratres congregabit in unum, in quibus coram omni populo in sancta civitate resurrexisse monstrabitur. Qui in præcedentibus clamavit in cruce doloris sui, Christe Jesu, Deus meus, ut quid dereliquisti me? in vobis et similibus clamavit et clamat, Consummatum est. Si iterum in vobis et in aliis expirabit clamans, Pa- F ter in manus tuas commendo spiritum meum, tunc terræ-motu facto petræ scindentur, arcana patebunt, et nobilis vir Decurio, quod concepit, implebit audacter de sepultura ejus : et congregatio pauperum fiet ab eo, qui dispersiones congregat Israelis. Nocte igitur ista tolletur de medio lapis molaris de Regum et Prælatorum humero ; et infra horas suæ diei navis, tempestate jactata valida, jacturam faciet, et quasi de naufragio salvabuntur plurimi in fractura ejus : tertia autem die, quasi in octava Resurrectionis Dominicæ, Jesum in Francisco cognoscent, in communicatione fractionis panis : et non erit ultra opinionum varietas in his qui transierunt per ignem et aquam ; sed cantabunt et hymnum dicent Domino Deo in Sion, et reddent vota sua in Jerusalem : quia induentur arietes ovium, et valles abundabunt frumento ; clamabunt et ei hymnum dicent. Tunc ubi fuerit corpus, congregabuntur et aquilæ. Interim qui tenet teneat, et humilitati humilitatem, patientiæ patientiam, caritati caritatem addat : quia omne tintinnabulum projectum in ignem, et æreum et aureum, et omne æs sonans accipiet laudem suam, ac pondere tribulationis gravis portato, consurgetis ad dextram nativitatis Sanctorum.

prædicens res in melius conversum iri

56

A *declarat suum cum illis vivendi desiderium*

56 Qua ex causa dulce, et non molestum debet esse cordibus vestris, si vobis ex caritate scribimus, quod sentimus : nam in solius caritatis vinculo colligati, cum gaudio spiritus et lætitia principali, vos in corde et mente portamus ; sentientes et participantes vestræ bonæ voluntatis propositum, piæ intentionis rectitudinem, sanctitatem desiderii, et caritatis fervorem. Optamus esse vobiscum in perfectione operis, ut simul in pura, simplici, et litterali observantia Regulæ et testamenti, sub uno regamur Pastore, et militemus Christo in sinu Matris Ecclesiæ diebus malitiæ brevitatis ; ut respirantes quiescamus a tribulatione malorum, et promissa pace fruamur, ad ædificationem multorum, et revelationem cogitationum odientium et diligentium veritatem.

57 Tenenda igitur est a nobis unitas, quam Christus in suis fieri postulavit a Patre : et omne contrarium ipsius, est tamquam mortis periculum fugiendum, Unam petii a Domino, ex caritatis unitate dicentes, habitare cum maledictis, excommunicatis ab hominibus, pro pura et sancta custodia

B *et ad unionem servandam hortatur,*

vitæ Christi, magis quam habitare in paradiso deliciarum, si talis optio poneretur : sitque nobis Pater et mater, et soror et frater, duxque dilectionis nostræ ad Dominum, omnis qui Christi Evangelium et Francisci Regulæ obedientiam diligit, et usque in finem fideliter et simpliciter servare juravit, et statuit pro ipsius confessione tribulationes et mortem sustinere, et audenter elegit et definivit. Lex est enim immaculata, sub qua est, super omnia quæ in cœlo et in terra sunt jucundum habitare Fratres in unum, scripta in Evangeliis, completa per Dominum, prædicata per Apostolos, breviata per Christum, titulata per Crucem, signata per Franciscum, concludens diem in fine sicut in principio. Sufficit discipulo si sit sicut magister ejus : et Jesus, magister noster, sedet ad dexteram majestatis in excelsis ; et ad ipsum nobis sermo, qui reddet unicuique secundum opera sua ; ad ipsum Ecclesia respicit cum villicis et servis suis, quos constituit in ea, ut dent cibum conservis in tempore ; et sub ipso qui condidit et redemit, sunt Ecclesiæ et Ordines, cum Pastoribus et Ministris, qui Ecclesias et Ordines regunt, custodiunt, et ordinant secundum legem suam.

58 Quando autem vacant Ecclesiæ aut Ordines

C *maxime tempore persecutionis,*

Pastoribus et Ministris, ad tempus breve vel longum, aut conculcantur sub pressura malorum, per patientiam opus perfectum ostendunt ; Christum, verum Regem et Pastorem, imitantes et confitentes coram hominibus, qui est substantia, motus, vita, finis, et status omnium Sanctorum, Ecclesiarum et Ordinum, et est nobiscum in tribulatione, ut eripiat, et salvos faciat, et impleat longitudine dierum, et visione suæ gloriæ faciat sine fine beatos.

59 Voluntas mea fuit venire ad vos, sperans tanta miseria et de tam horridæ custodiæ tenebris et fœtore, in qua crucior plus quam litteris explicare valerem, posse per talem modum liberari. Nam omnes tribulationes quas hactenus transivi, cujuscumque generis sint, simul congregatæ non possent æquiparari vexationibus et displicentiis, quas tempore Papæ Clementis habere promerui : licet fuerim ante illum *k* annis pene triginta, pro solius Regulæ confessione et amore, variis persecutionibus oppressus, in carceribus plurimis, Anconæ, Forani *l*, Romæ, Viterbii, Assisii, et in omnibus locis Fratrum quæ sunt a Roma usque ad Anconam. Singulis locis tribus diebus carceratus, palam tamquam hæreticus captivus cum sociis, et ligatus ducebar, in Ancona iterum carcerandus : et hoc in diebus majoris Hebdomadæ, quando major est Romæ populi frequentia.

qualis fuit sub Clemente V,

D

60 Eisdem diebus, revolutis annis duobus, captus [fui] et in Terra-nova *m* cum sociis carceratus, diebus plurimis ligatus, et captivus sub indiscretorum hominum custodia. In singulis villis custodiæ tradebamur, tamquam malefici custodiendi, donec Messanam venimus, in Sexta hora sextæ feriæ majoris Hebdomadæ ; ubi post improperia, clamores, tumultus, examinationes et minas, cum hominibus damnandis, in obscuro et fœtido carcere inclusi, diebus plurimis mansimus ; per eosdem rejecti de insula, in littore Calabriæ tunc deserti fuimus : ubi quanta sustinuerimus, melius puto tacere, quam dicere : exceptis navigationibus, itinerationibus, et Fratrum insidiis, in Cypro, ultra mare, in Romania ; a quibus frequenter detentus et captus, plura quam dicere liceat sustinui : quæ omnia vobis scribo, ut non anxiemini in his quæ sustinetis, neque vos pejora nobis qui hic sumus, seu graviora, aut vos solos mala pro Christo sustinuisse, vel sustinere credatis. Insuper unusquisque quæ seminaverit hæc et metet.

m quam Angelus durissimam passus cum sociis fuit :

61 Quare obsecro orate ad Dominum, ut dignos nos faciat loco et societate a tantis malis remota, ubi nunc in fine cum ipsis inveniamur, qui libere Christo Domino serviunt, a tumultu elongati confusionis et malitiæ Prælatorum et Curiæ. Nam si crederem, relicto consilio et obedientia Domini *n* Cardinalis, qui tempore tribulationis nostræ præteritæ non erubuit propter Christum de nobis curam assumere, esse Deo gratum adhærere vestræ Societati, omni mora postposita conceptum bonum statim executioni mandarem : sed nunc propter Christum absque Habitu, et in flamma fornacis hujus sulphureæ et ardentis habito ; et sine ipsius obedientia et voluntate, neque ad vos venire, neque ad Pauperes *o*, quos reliqui, redire præsumo.

interim eligit humiliter obedire. E

Cætera desiderantur.

ANNOTATA D. P.

a *Utinam nomina haberentur expressa ; apparet enim ex ferventioribus eos fuisse in Italia, postquam Congregatio* Eremitarum Domini Cœlestini *jam esset ab Ordine separata, et Angelus in Gallia viveret sub Joanne Papa XXII, electo* 1316, *die 7 Augusti.*

b Honorio, *scilicet III, qui Regulam confirmavit anno* 1223. F

c *Deest aliquid perfecto sensui, qui integrabitur si intelligas, quod Ministri etc. ad Regulam pertineant ; sed Regula non sint ; sicut Episcopi Ecclesia non sunt, sed ad eam pertinent : quod, aliaque nonnulla, caute legendum, et benigne interpretandum est.*

d *Puto hic intelligi Conclave illud, quod celebratum fuit Avenione, ubi Joannes XXII obierat an.* 1334 *die 4 Decembris, et ejusdem mensis die* 20 *electus est Benedictus* 12.

e *Puta Andreæ Hungari, cum uxore Joanna regnantis in utraque Sicilia, ab anno* 1331 *ad* 1343.

f *Ita censeo suppleri sensum, ubi* τὸ et Mino, *sumo ac si scriberetur* et Fratri Mino, *ita ut* Minus *sit nomen proprium, ex* Firmino *aut alio simili diminutive abstractum. P. Benignus suspicatur* Mino *scribi, pro* Ministro, *atque intelligi aliquem ex familia Domini Philippi Majoricensis, cui traditæ sint litteræ.*

g *Generalis ab anno* 1331 *ad* 1343 *fuit* Gerardus Odonis, *postea Catanensis in Sicilia Episcopus et Patriarcha Antiochenus.*

h *Hoc nomine videtur designari Illustris aliquis in Regno Neapolitano (puta D. Andreas de Signa) vel alius similis caritatis ; qui suburbanum suum Eremitis concesserit, sub suo patrocinio et tutela inhabitandum.*

i

A i *Defectus propriæ Clarenorum historiæ facit ut prophetiæ huic, de futuro Congregationis istius statu, Œdipo opus sit.*

k *Clemens V creatus an.* 1305, *usque ad* 1314 *Sedem tenuit : quod si* 30 *annis ante eum vexari cœpit* Angelus, *pro zelo paupertatis, erunt hi repetendi ab anno* 1275, *quando fuerit ille circiter tricenarius, adeoque natus sub annum* 1245 *et centenario propinquus si obiit an.* 1337 ; *vel etiam major si usque ad* 1348 *vitam protraxit.*

l Foranum *nullum novi, nec occurrit aliud vicinum nomen, quod ex conjectura substituam, nisi* Sora *civitas Campaniæ.*

m Terra-nova *pluribus locis dicitur ; ego* Terram-novam Calabriæ *intelligo, quæ Leandro Alberto dicitur* civitas populosa ad radices Apennini.

n Cardinalis *scilicet* Protectoris, *quod munus* *Joannes XXII anno* 1334 *imposuit* Jacobo S. Georgii D ad Velum-aureum Diacono, *de quo multa diximus ad Vitam S. Petri Cœlestini, ab eo descriptam* 19 *Maji : et cujus Pontificis sancti tempore, per annos* 48 *quibus Purpuram gessit, potuit multum favisse Eremitis, ab ipso Cœlestino approbatis.*

o *Non igitur (ut rebar num.* 33*) regimen eorum in Italia Congregationem in pace habere permissus fuit; sed Avenione fuit in carcere habitus, nec forte nisi post Joannis XXII obitum in Italiam redire permissus.*

§. *VI. Miracula B. Angeli paulo post ejus mortem a Fr. Philippo descripta.*

Frater Franciscus de Saponaria, *et sic consequenter usque ad finem.*

COROLLARIUM

De Beato Matthæo Lucinianensi, Ordinis Eremitarum S. Augustini

B E

Prope Senas in Etruria.

Franciscus Dinus, *nobilis et eruditus Camers, auctor est ejus Commentarioli, quem allegavi in Appendicula prima ad Prætermissos die* XII. *Hic ex nescio qua sua historia mihi descripsit, quæ istic ad explendam paginæ hujus vacuitatem promisi, et quæque nunc subtexo, ulterioris probationis cura auctori et aliis Senensium rerum peritis commissa.*

Luciniani natus,

2 Lucinianum *in Aretina Tusciæ diœcesi, amœno monte situm est; agri ubertate, vini generositate, incolarum numero ac festivitate celeberrimum. A Licinus denominatum putavit Abbas Gamburinus in Genealogia familiarum Umbriæ et Hetruriæ : quod nec antagonista ejus Abbas Machionis in sua Apologia improbavit. Ita sentienti fundamentum ex Livii lib.* 10 *desumitur, ubi ait, inter Aretinorum seditiosorum motus,* Licinium genus præpotens, divitiarum invidia, pelli annis cœptum..... *In hac, inquit Dinus, prænobili patria, anno salutis* MCCCL *prodiit Joannes Franciscus Dinus : qui quamvis ex Senarum Nobilibus (ut annotat Bisdo-* C *minus in Chronica Senensi) eo tamen in oppido, Senensibus confœderato, uxorem habuit Paulinam Ciogniam, ex qua Joannem suscepit; qui ab ineunte ætate in sacra silva Ilicetana, inter Eremitas S. Augustini, Matthæi sibi nomine indito, vitam agere instituit. Inde Prior et Vicarius Generalis strictioris observantiæ per Italiam deputatus est.*

et apud Ilicetanos professus

obiit an. 1436

3 *Hujus quædam gesta in bibliotheca S. Martini Senarum erant superioribus annis, quæ ex meo libro fideliter transcribo.* B. Matthæus, Eremita S. Augustini, Ilicetanus, Vicarius Italiæ Generalis strictioris observantiæ, humilitate ac ceteris virtutibus eximius..... plenus meritis et diebus, die XI Junii obiit, anno MCCCXVXVI, *ut litteraliter tradit Pater Landuccius in Silva Ilicetana.....*

Vitæ pars qua versu scripto

4 *In eadem mea historia, hoc poematis fragmento, quædam de eodem transcripsi.*

Huic natale solum, veteris qua castra Licini
Sillani coluere duces : de stirpe Dinorum
Franciscus natus, sacro de fonte Joannes
Nomen et omne habet ; Paulina huic Cionia [dives,
Insigni pietate parens ; ab origine cives
Qua patet antiquo Senorum de nomina Sena.
Sed cum primæva umbravit lanugine malas,
Cœpitque æthereæ libare crepuscula lucis ;
Ilis, ubi sacra Deo felix Aurelia proles,
Ilicibus latuit. Quoties per inhospita dumi
Ibat inops, inopem quærens radicibus escam
Evulsis ! quoties intacto fonte repertos
Transivit latices, quamvis sitis arida fauces
Urgeret ! quoties, cum sol exureret agros,
Aut caderent gravibus hiberni nubilus imbres,
Immaduit pluviis, et solibus arsit acutis !
Ut crebro gemit ille ! Est quædam flere vo- [luptas
Dulcis amarities lacrymarum ; ipsæque querelæ,
Ipsi dilectant qui sunt in amore dolores.
Ah quoties latæ valles collesque supini,
Littera quæ transit, rupesque atque ipsa Bea- [tum
Saxa vocant. Forte horrebant super æthera nimbi,
Errantesque ibant pecudes : rapit unda repente
Pastorem pecudesque gregis : quin improba cre- [scit
Diluvies, mersosque imo complectitur alveo,
Artia, præcipitem volvens verso aggere cursum. F
Matthæus sed enim mediis spatiatus in undis,
Protinus extinctum lymphis extorsit iniquis
Andream : sic nomen erat. Dum flebat amicum
Turba frequens, orat versis ad sidera palmis
Matthæus, surgitque puer (mirabile !) mersus.
Illum Pastores ad cœlum laudibus æquant :
Matthæum vastæ resonabant undique silvæ,
Et signata cavis Matthæi nomine truncis
[Robora]

laudat jejuns

et orationis contentionem,

meminitque mertui ab eo suscitati.

5 *Hactenus ex libro suo prænominatus Dinus, et ex fragmento, cui ut perfectum sensum darem initium novi versus apposui ; plures etiam alios requiri existimo alia forsitan, miracula complexos, qui transcribenti exciderint : quod notasse potuisset, si animum advertisset, fidelis magis quam criticus scriptor. Nec enim verosimile, est Poetam haud ineptum, quiscumque ille fuit, ita ex abrupto finiturum, uti finit illius ecgraphum, cum his duobus versibus.*

Jam precibus, Matthæe, meis assuesce vocari,
Et tibi devotis fument altaria donis.

Interim pergit in epistola sua Dinus, et traditione firmatam de Matthæi sanctitate opinionem nititur probare, ex duabus Epistolis Cardinalis Burgesii, qui et ipse Senis

A *Senis oriundus fuit ; quibus ille pollicetur Pontificem disponere ad futuram Matthæi sanctificationem. Ipsa Cardinalis tanti verba formalia non exprimit · Dinus, eadem aliaque plura verosimiliter proprio suo operi servans : nam inter alia,* De eodem, *scilicet Matthæi*, alia quædam, *inquit*, prodigia, quæ sola traditione probantur, scripsi in duobus libris, partim jam editis, partim adhuc manuscriptis, et varia Poesi per me juvenilibus annis edita exornatis. *Hinc suspicari quis possit, ipsummet esse auctorem poematis, unde desumptum fragmentum offertur. Auctor certe minime antiquus esse potest, qui nostri Guilielmi Beceni Idyllium* 3 *quod* Isidorus *inscribitur, præ oculis habens, tum alia quædam ex istius pii solitarii laudibus, imitando expressit, tum integros tres versus de lacrymarum dulcedine mutuatus est. Fuit autem Becanus iste, cujus suavissima Idyllia et Elegiæ anno* 1655 *Plantinianis typis edita fuere, meus in sacris litteris magister.* D

6 *Porro, ut hic Tomus ibi desinat, unde sumpsit exordium ; placet apponere ex Kalendis Januarii, quod ad illas Magna Menæa habent* Ποίημα Ἰωάννου Poœma Joannis : *vix enim dubito quin* Damasceni, *sicut alius Canon, eodem Circumcisionis Dominicæ die, pariter et alternis Odis decurrendus, est* Ποίημα Στεφάνου, *utique* Sabaitæ, *in eadem S. Sabæ Laura cum Joanne conversati, et* XIII *Julii data Vita illustrandi.*

CANON DE S. BASILIO

Ad diem primum Januarii ex Menæis.

ᾨΔΗ α'.

Σοῦ τὴν φωνὴν ἔδει παρεῖναι, Βασίλειε, τοῖς ἐγκωμίοις
B σου· ἀλλὰ Πάτερ, συγγνώμην διδόμενος, τὴν χάριν νέμοις ἀφθόνως ἡμῖν.

Τὸ ἐμπαθὲς σκίρτωμα τῆς τυραννούσης σαρκὸς, φιλοσοφίας ἔρωτι ἐπαιδαγωγήγασας· διὸ ἐν ἀκηράτοις αὐλίζει βασιλείοις, Πάτερ Βασίλειε.

Τῶν ἀρετῶν σὺ τὴν τραχεῖαν βαδίσας ὁδὸν, ἐπὶ τὴν λείαν ἔφθασας καὶ ἀστασίαστον τὴν οὐράνιον βάσιν, καὶ πᾶσιν ἀναδείχθης τύπος, Βασίλειε.

Τὰ τῆς ψυχῆς πάθη χρησίμως, Βασίλειε, ἅμα καὶ δὲ τοῦ σώματος, ἐν τῷ τοῦ Πνεύματος περιέτεμες ξίφει· σαυτὸν δὲ τῷ Δεσπότῃ θῦμα προσήνεγκας.

Σὺ γεγονὼς μύστης ἀῤῥήτων, Βασίλειε, ἐμυσταγώσας ἱεράτευμα, Πάτερ, σαφῶς τὸ τῆς Τριάδος φῶς ἀπαστράψας ἡμῖν.

ODE I.

Tuis laudibus par foret linguam tuam adesse Basili : verum Pater, veniam indulgens, gratiam absque invidia nobis confer. E

Passionibus obnoxium carnis impetum amore philosophiæ castigavisti; propterea incontaminatam habitas regiam, Pater Basili.

Arduam virtutum ingressus viam, ad levem et imperturbatam in cœlis ascendisti ; omnibusque factus es norma Basili.

Passiones animi, simul et corporis gladio Spiritus optime circumcidisti, Basili ; teque ipsum Domino obtulisti sacrificium.

Factus ineffabilium arcanorum Mystes, o Basili, consecrationem adeptus es, Pater ; et nobis lumen Trinitatis manifestati.

ᾨΔΗ γ'.

Παιδείας γεγονὼς ἁπάσης, ἔμπλεος οὐ μόνον τῆς κάτω καὶ πατουμένης, πολλοῦ δὲ μᾶλλον τῆς κρείττονος, ἀναδείχθης τῷ κόσμῳ φῶς, Βασίλειε,

Τῷ φόβῳ τοῦ Κυρίου στοιχειούμενος, ἀρχὴ γὰρ σοφίας οὗτος ὑπάρχει, τῇ φιλίᾳ τῆς ἀμείνονος ἐπτερώθης σοφίας, ὦ Βασίλειε.

Βασίλειε, σοφῶς ἐπίβασις πράξεως καὶ πρᾶξιν ἐπίβασιν
C θεωρίας θειοτέρας ἐπέδειξε καὶ τῶν ὄντων τὴν γνῶσιν ἐμυήθης σαφῶς.

Σύνδρομε Χριστοῦ καὶ συνεξέλαμψεν ἡ μνήμη σου, Πάτερ τοῖς γενεθλίοις, ὧν τὸ ἄφραστον μυστήριον ταῖς σαῖς διδασκαλίαις φανέρωσας.

ODE III.

Omni repletus disciplina, non solum humi repente atque calcanda, sed etiam multo meliori, mundo lumen præbuisti, o Basili.

Timore Domini confirmatus (initium enim ille est sapientiæ) alas potioris sapientiæ assumpsisti, o Basili.

Palam exorsus ab actione, ab hac gradum ad contemplationem diviniorem facere nos doce, et eorum quæ vere bona sunt cognitione manifesta nos imbue.

Cum Christi natali fulget et concurrit commemoratio tua, Pater, qui mysterium ineffabile tua nobis doctrina manifestas. F

ᾨΔΗ' δ'.

Καλλωπίζεται, ὥσπερ τῷ τόκῳ Χριστοῦ, ἡ νύμφη Ἐκκλησία, οὕτω καὶ τῇ μνήμῃ σου, Παμμακάριστε.

Σεμνυνόμενος τέκνον ὑπάρχων Θεοῦ, θεότητα εἰς κτίσιν εὐσεβῶς, Βασίλειε, οὐ κατήγαγες.

Ἀταπείνωτος ὤφθης συμμαχῶν, Βασίλειε, ἅπασι τῷ αὐτοῦ προστάγματι ταπεινούμενος.

Τῇ Ἐκκλησίᾳ δέδωσαι παρὰ Θεοῦ χαράκωμα, καὶ τεῖχος ὀχυρὸν, Βασίλειε παμμακάριστε.

Τοῖς ἀντιθέοις πέλεκυς ἐκκοπτικὸς καὶ πῦρ καθαναλίσκον τὴν ἀπάτην ὤφθης, Πάτερ Βασίλειε.

ODE IV.

Sicut Ecclesia, Christi sponsa ornatur ejus nativitate, ita, tua commemoratione, o Beatissime.

Graviter demonstrans esse [Christum] filium Dei ; religiose distinxisti divinitatem a creatura, o Basili.

Dei non abjectum commilitonem, te ostendisti, Basili, quando te omnibus juxta mandatum ejus inferiorem credidisti.

Ecclesiam Dei forti circumvallasti muro, Basili beatissime.

Dei hostibus fuisti acuta bipennis, et ignis dissolvens eorum fraudem, Pater Basili.

ᾨΔΗ' ε'.

Ἄγει διπλὴν ἀληθῶς ἡ Ἐκκλησία ἑορτὴν σήμερον, περιτομῆς ὡς βρέφος Δεσπότου ὀφθέντος ἐπὶ γῆς, καὶ

ODE V.

Hodie agit Ecclesia festum vere duplex ; Circumcisionem scilicet Domini, quando in terra apparuit

A **paruit infans, et memoriam servi sapientis ac ter** beati.

Lumen incomprehensibile in te sancte requiescere, imo esse te lampadem, quæ illuminat orbem, ostendit Christus. Ideo tuam, Basili, celebramus memoriam.

Non legislator Moyses, non ante legem Joseph fuit distributor ejus quæ ex te datur escæ: ipse enim fuisti carnis divinæ comestor.

Universi novam nativitatem in monte Sina subobscure figuratam Moysi, tu interpretatus es, beatissime Basili, ex divinis thesauris eam omnibus recludens.

ODE VI.

Animas pauperum, tabescentes fame, sine invidia nutrivisti, et esurientium corda, Basili, omni divina prudentia.

Animas esurientes nutrivisti cœlesti alimento: nam panis Angelorum, o Basili, est sermo, cujus eras largitor optimus.

Sicut apis, Basili, operose collegisti florem omnis virtutis, et ut sapiens per eam beatificaris.

Accelerasti abscindi a mundo et Deo vivere. Idcirco pro rebus instabilibus ac fluxis, Pater Basili,
B æterna sapienter consecutus es.

ODE VII.

Filius imago est Spiritus, et Spiritus Filii. Tu vero, Basili, Spiritus immaculatum speculum, et habitaculum totius Trinitatis. Beata est tui memoria, et qui eam recolunt, recipiunt remunerationem.

Mentem incomprehensibili profunditati immergens, et colligens pretiosissimam cognitionis margaritam, locupletasti orbem sapientia, et docuisti clamare: Benedictus es Deum Patrum nostrorum.

O consensio animorum et sancta societas! qua velut unus et individuus in gemino corpore spiritus, in Gregorio Basilius divino amore unitus, in Basilio Gregorius fuit. Orate nunc pro grege nostro Christum.

Pupillorum pater, protector viduarum, opulentia pauperum, ægrotantium solamen, et in hoc mari fluctuantium gubernaculum, baculus senectutis, juventutis instructio, solitariorum regula ad omnem virtutem es, o Basili.

ODE VIII.

C Ineffabili providentia concessum mundo Basilium, pietatis lucernam, tubam theologiæ laudantes dicimus[1], Benedicite opera Domini Dominum.

Copiosa operatione inhabitantem Basilio, et ipso mediante pie expositum, benedicite opera Domini Dominum.

Qui divinis tuis sermonibus fruimur, o Basili, in tui memoriam festive congregati, clamamus: Benedicite opera Domini Dominum.

Radios sermonum tuorum mundo emisisti, o Basili, illuminans eum, ut unam in Trinitate naturam venerans, dicat: Benedicite opera Domini Dominum.

ODE IX.

Primi pastoris Christi, tamquam ovis ejus fidelis, vestigia, Basili, es secutus: animam etiam tuam, Pater, tradidisti tyranno, et pro Ecclesia quæcumque pericula prompte subiisti, o Beatissime.

Ecclesiæ Christi firmamentum tyrannus circumspiciens, tuo Præsulatu adornatum, o Sapiens, totus attonitus animo concidit: fulgorem enim coruscantis ex te Spiritus sustinere nequibat, o Basili.

Dignus inventus es, o Basili, qui consors esses cathedræ Apostolorum, choreæ certantium pro Christo Martyrum, Patriarcharum unionis, justorum exultationis, gaudii Prophetarum, o Basili; fuisti enim Deiparæ cultor, et mystes Trinitatis.

μνήμην αὐτοῦ σοφοῦ καὶ τρισμάκαρος. D

Τὸ ἀκατάληπτον φῶς ἀναπαυσάμενος ἐν σοί, Ὅσιε, φωτιστικὴν λαμπάδα τῷ κόσμῳ σε ἔδειξε Χριστός· διὸ σου τὴν μνήμην ὑμνοῦμεν, Βασίλειε.

Οὐ νομοθέτης Μωσῆς, οὐ πρὸ τοῦ νόμου Ἰωσὴφ γέγονε τῆς κατὰ σὲ τροφῆς σιτομέτρης· τῆς θείας γὰρ σαρκὸς αὐτὸς ἑστιάτωρ ἐδείχθης, Βασίλειε.

Τὴν τοῦ παντὸς ἀμυδρῶς ἱστορηθεῖσαν ἐν Σινᾶ γέννησιν τῷ Μωσῇ αὐτὸς ἑρμηνεύων, ἐκ θείων θησαυρῶν ἀνέπτυξας πᾶσι, παμμάκαρ Βασίλειε.

ΩΔΗ ϛ'.

Ἐξέθρεψας λιμῷ τακείσας ψυχὰς πτωχῶν ἀφθόνως, καὶ τὰς τῶν πεινώντων καρδίας πάσῃ ἐνέπλησας, Βασίλειε, θεϊκῆς εὐφροσύνης.

Ἐξέθρεψας ψυχὰς πεινώσας τροφῇ τῇ ἐπουρανίῳ· ἄρτος γὰρ τῶν ἀγγέλων ὑπάρχει ὁ Λόγος, Βασίλειε, οὗ ἄριστος σιτοδότης ἐγένου.

Ἤθροισας ὡς τις μέλισσα, Βασίλειε φιλοπόνως ἀρετῆς ἁπάσης τὸ ἄνθος, καὶ περιδέξιος γενόμενος ἐν αὐταῖς μακαρίζει.

Ἔσπευσας κόσμου ῥαγῆναι, καὶ Θεῷ συμβιοτεῦσαι· διὸ τοῖς ἀστάτοις καὶ ῥευστοῖς, Πάτερ Βασίλειε, τὰ μένοντα ὡς σοφὸς ἀντεκτήσω. E

ΩΔΗ ζ'.

Εἰκὼν τοῦ Πνεύματος ὁ Υἱός, καὶ τοῦ Υἱοῦ τὸ Πνεῦμα, σὺ δὲ τοῦ Πνεύματος, Βασίλειε, ἀκηλίδωτον ἔσοπτρον, οἶκος δὲ τῆς ὅλης Τριάδος· μακαρία ἡ μνήμη σου, καὶ οἱ δοξάζοντες αὐτὴν ἀντιδοξάζονται.

Βυθίσας τὸν νοῦν εἰς τὰ βάθη τοῦ Θεοῦ τὰ ἀκατάληπτα, συλλεξάμενος δὲ τὸν πολυτιμόν σου μαργαρίτην τῆς γνώσεως, ἐπλούτισας τὸν κόσμον σοφίας, καὶ κράζειν ἐδίδαξας· Εὐλογητὸς ὁ Θεὸς τῶν Πατέρων ἡμῶν.

Ὢ συμπνοίας νοῶν ἱερᾶς τε ἑνώσεως, ἡ ὥσπερ μία ψυχὴ ἐν δυσὶ σώμασιν ἀδιαίρετος, ἐν Γρηγορίῳ Βασίλειος, πόθῳ θείῳ συνήφθη, ἐν Βασιλείῳ Γρηγόριος· νῦν ἱκετεύσατε Χριστὸν ὑπὲρ τῆς ποίμνης.

Πατὴρ ὀρφανῶν, καὶ χηρῶν προασπιστής, καὶ πλοῦτος πένησι, τῶν ἀσθενούντων ἡ παράκλησις καὶ τῶν πλεόντων κυβέρνησις, γήρως βακτηρία ἐδείχθης, παιδαγωγία νεότητος, καὶ μοναζόντων ἀρετῆς κανών, Βασίλειε.

ΩΔΗ η'.

Τὸν ἀρρήτῳ προνοίᾳ δωρησάμενον Βασίλειον τῷ κόσμῳ, εὐσεβείας σέλας, σάλπιγγά τε τῆς θεολογίας ὑμνοῦντες λέγομεν· Εὐλογεῖτε τὰ ἔργα τοῦ Κυρίου τὸν Κύριον. F

Τὸν δαψιλεῖ ἐνεργείᾳ ἐνοικήσαντα τῷ σοφῷ Βασιλείῳ, καὶ δι' αὐτοῦ εὐσεβῶς θεολογηθέντα, εὐλογεῖτε τὰ ἔργα τοῦ Κυρίου τὸν Κύριον.

Οἱ τῶν θείων σου λόγων ἀπολαύοντες, Βασίλειε, ἀπαύστως ἐν τῇ σῇ μνήμῃ πανηγυρίζοντες βοῶμεν· Εὐλογεῖτε τὰ ἔργα τοῦ Κυρίου τὸν Κύριον.

Τὰς ἀκτῖνας τῶν λόγων ἐξαπέστειλας, Βασίλειε, τῷ κόσμῳ, φωταγωγήσας μίαν σέβειν Τριάδος φύσιν· Εὐλογεῖτε τὰ ἔργα τοῦ Κυρίου τὸν Κύριον.

ΩΔΗ θ'.

Τοῦ ἀρχιποίμενος ὡς πρόβατον πιστὸν Χριστοῦ, Βασίλειε, τοῖς ἴχνεσιν αὐτοῦ ἐπηκολούθησας· τῷ τυράννῳ γὰρ τὴν σεαυτοῦ ψυχήν, Πάτερ, προδέδωκας, προκινδυνεύων ἄριστα τῆς Ἐκκλησίας, Παμμακάριστε.

Τὸ τῆς Ἐκκλησίας πανίερον Χριστοῦ κατιδὼν στερέωμα, ὑπὸ τῆς σῆς κοσμούμενον ἱεραρχίας, Σοφέ, ὁ πανώλης ἐμβροντηθεὶς καταπέπτωκε τύραννος· τὴν γὰρ ἐν σοὶ τοῦ Πνεύματος αἴγλην οὐκ ἤνεγκε, Βασίλειε.

Τῆς τῶν Ἀποστόλων καθέδρας, τῆς χορείας τε τῶν Ἀθλοφόρων Χριστοῦ, Πατριαρχῶν συνενώσεως καὶ τῶν Δικαίων τρυφῆς, τῆς χαρᾶς τε τῶν Προφητῶν ἠξιώθης, Βασίλειε, τῆς Θεοτόκου λατρεὺς γὰρ καὶ τῆς Τριάδος μύστης γέγονας.

INDEX

INDEX

HISTORICUS

Continens nomina illustriorum personarum, quarum in hujus Tomi Actis vel Commentariis mentio fit paulo specialior et notatu dignior, præposita iis † qui Sancti vel Beati habentur.

A

Aaron, *episcopus* 10 * e

Abilius *Ep. Alexandr. decessor S. Cerdonis, an.* 108 *mortuus* 20 * b

Abyrtius, *potens sub Valente Imp.* 370 d, *amicus Basilii* 385 f

Acacius Ab. *in Syria* 14 *sec.* 398 f

Acacius, *Presb. Chalciden. legatus ad Basilium* 366 d *dein Ep. Berœen.* f

Acacius, *Presb. Solit. in Syria,* 4 *sec.* 398

Achillas, *sive* Archelaus *Ep. Alexandr.* 159 a

Adalbero *vel* Adelbertus, *Ep. Augustanus,* 4 d

† Adalbertus *Ep. Prag.* 10 *sec.* 19 * a

Adalbertus *Arch. Bremensis* 18*f

Adalbertus *Ep. Salisburg.* 11 *f

† Adalhardus I *Ab. Corbeiæ* 508 e. *Alius II* 509 a

Adelhardus III *Ab. S. Vitoni* 10 *sec.* 454 a

Addo *Ep. Bovinen. an* Odo ? 11 *sec.* 295 a

Adelmarus II *Ab. S. Vitoni* 10 *sec.* 454 a

Aderada *Comit. devota Ven. Richardo* 11 *sec.* 461 d

Adolfus *Ravestenii Dominus,* 15 *sec.* 411 f

Adrianus PP. *Patriciatum cum vexillo Defensoris offert Carolo M.* 79 a

† Ægidii *Ab. inventio Capitis* 490 d

Aetherius, *episcop. Lugdun. post S. Priscum* 5 * e

Aetherius *Ep. Viennensis* 7 * d

Aetius Presb. *Solit. in Syria sec.* 4, 398 f

† Agathæ *Encom. scribit S. Methodius Patr.* 451 d

Agatha, *discip. S. Liobæ in Germania* 4 b

† Agathanus, *ad ripam Ethnei fluminis* 1 * b

Agnes de Burgundia *Duc. Borboniæ* 15 *sec.* 411 f

Agnes, *soror S. Joannis de Sahagum.* 116 c

Agnes a Festo *Tertiaria Francisc.* 15 *sec.* 159 e

Agnes *Monacha Cisterc. in Belgio* 489 e

Aidani *Ab. Translatio* 158 c

Aistulfus R. Longobard. *Roma Papiam transfert varia corpora, etiam S. Viti* 498 e

Alais Dux Longobard. 6 sec. 182 d

Alaranus, Marchio *Montis ferrati,* 10 *sec.* 553 e

Albertus Pisanus 13 *sec. zelator paupertatis* 203 b

Albertus Ernestus, *Com. de Wattenberg, Ep. Laodicen. Administrator Ratispon.* 17 *sec. elevat corpora* 3 *Sanctorum Gricstettensium* 92

Aldonsa, *filia Alfonsi Legion. uxor Com. Petri* 226 d

Alemannus *scribit de Parietinis Lateran.* 77 a

Alfredus *R. Angliæ, ævus S. Edburgæ* 547 d

Allatius (Leo) *latine reddit Acta S. Methodii Patr. CP.* 430

Amatus Cisalcæ, *Patr. Hierosol. Præpositus Montis-Jovis,* 564 d

† Ambrosius *Ep Mediolan. familiaris Basilio* 406 f

† Ambrosii *Ep. Senonen. Translatio* 9 *sec.* 180 f

† Amedei *Congregatio Observantibus subjuncta,* 14 *sec.* 574 a

Amicius (Anton.) *scribit Vitam S. Placidi* 104 b

Amicus *Præpos. S. Crucis Virdun.* 11 *sec.* 467 c

Amphilochius *Ep. Iconien. scribit encomium S. Junii T. III Basilii* 302 b : *ejus electio* 389 e : *eidem falso adscripta Vita S. Basilii* 413 e

Amphion *Ep. in Cilicia et Nicomedia* 2 e

Anastasius *Biblioth. scribit Vitas Pontificum, præsertim S. Leonis III, sec.* 9 69 d

Anastasius *Presb. cum conjuge, Virgo agnitus a Basilio* 430 d

Anatolii *Episc. et Patroni Salinarum, elevatio* 158 c

de Anaya (Didacus *Ep. Conch. Hispaletum* 127 c

† Andreæ *Apost. translatio Beneventum* 160 d

Andreas, *Anachoreta Ægyptius* 23 a

Andreas Cinquensis, *Ep. Ultraject. fundat Canonicos in Staveren.* 87 e

Andreas Bauduini, *vicarius in spiritualibus pro capitulo Lugdunensi* 4 * c

Andreas de Signa, *fautor Clarenorum,* 14 *sec.* 569

Annemundus, *corpus in ecclesia S. Nicetii* 7 * d

Antiochus *Presb.* 4 *sec. Basilii adversarius,* 344 d

Antiochus, *nepos Eusebii Samosat.* 390 d

Antipater *Præfect. Cappadociæ, amicus Basilii* 383 a

Antonius Patavinus 7 * e

Antonius Daza, *Ord. Minorum.* 8 * d

† Antonius, *Ab. ejus Translatio Viennam Galliæ* 158 c

Antonius *Ord. Min. Mexici,* 16 *sec.* 3 d

Antonianus Card. (Silvanus) *scribit Vitam S. Joannis Sahagunt.* 114 c

† Anscharius, *Ep. Bremensis* 95 a

Ansegisus *Ep. Senen. transfert corpus S. Agricii.* 180

Anselmus *de Monte-falcone Augustinianorum Generalis* 15 *sec.* 116 a

Anysius, *discip. Evippii hæret.* 4 *sec.* 396 d

Apollinarii, *Ep. Laodiceni, hæreses* 404 f

Apollinaris, *hæret. antea familiaris S. Basilio* 312 d

Apollinis *divinitas explosa a S. Dula M.* 521 f

Apostoli, *qui dicuntur Græcis* 528 c

Apostolinorum *Ordo in Italia* 528 e

† Ardagnus *abbas Trenorchiensis* 3 * d

Ardo *Ep. Placent.* 11 *sec.* 485 f

Arduinus March. *Epored. dictus R. Longob.* 467 a

Ardulfus *R. Northumbriæ, susceptus a Carolo M.* 82 b

Aribo *comes clarissimus* 14 * b

Aristoteles, *Diac. Lucerien.* 3 *sec.* 231 a

de Armendaris (Julian.) *scribit rythmo vitam S. Joannis Sahagunt.* 114 c

Arnulfus *Ep. Remen.* 11 *sec. dictus* Traditor 458 f

Arsenius *Patr. Jerosol.* 11 *sec.* 471 c

Arturo *a Monasterio condonanda licentia, qua usus in Martyrologio Francisc.* 566 a

Ascharius *al.* Germarius, *Comes sub Carolo M.* 72 e

† Asclepius *M. sub Arianis* 395 f

Ascholius *Ep. Apost. Gotthiæ* 4 *sec.* 386 e

Atarbius *Ep. sub S. Basilio* 378 a

† Anastasius *Ep. Alexandr. consultus a S. Basilio* 339 a, *Moritur* 362 c

Athanasius *Ep. Ancyræ, orthod. 4 sec.* 383 e 394 b
Athanasius *Ab. Montis-Athl. 13 sec.* 33 b
† Aubertus *Ep. Camerac. institutor S. Landelini Ab.* 539 *et seqq.*
† Audoenus *Ep. intercedit pro S. Ragneberto* 378 c
Aurelianus *sive* Aurelius *Presc. in Italia* 6 c
Aurelianus *R. Orcadum fictitius* 55 e 58 d
Azebedius (Ant.) *Olysippone ad Salmanticenses, pro reliquiis S. Joan. de S. Facundo legatus* 151 b
Azolinus *Ep. Senen. 14 sec.* 516 b

B

Baccius Bonettus, *pictor Corton. 16 sec.* 98 a
Baduradus *Ep. Baderbon. 8 sec.* 539 b
Baldelli, *Nobiles Cortonen.* (Rinaldus) *scribit Vitam S. Guidonis Cortonen. 16 sec.* (Stephanus) *eam mittit 17 sec.* 97 c (Franciscus) *15 sec. Ord. Prædic.* Magdalena, *Monacha 17 sec.* 97 a
Balduinus *Com. Flandriæ 11 sec.* 411 a, 462 f
Baldricus *Ep. Leodien. 11 sec.* 463 e
Barberinus Franciscus *S. R. E. restituit triclinium Leonianum musivum* 77 b
Barberius (Nicolaus) *17 sec. scribit Vitam B. Guidonis Cortonen.* 97 d
† Barsus *Ep. Edessenus, sub Valente exul.* 367 b
† Bartholomæi *transl. Brachii* 490 e *natalis in Perside* 159 f
Bartholomæus *de Corradino, Guard. Minorum Patavii 13 sec.* 230 c
Bartholomæus Sicardi, *Clarenus 14 sec.* 571
Bartholomæus Tridentinus, *scribit elogium S. Antonii Patavini* 196 e
Basilides, *Sangrorum Ep. Arian.* 384, 396 c
Basilii Magni *reliquiæ* 10 * b
Basilius *Hegum. missus Caroli M. ad Leonem* 82 e
† Basilius *Cappadox, Pater S. Basilii* 303 b, 304 e
Bellanus *Patavin. 15 sec. fesor celebris* 240 d
Benedictus VIII 29 * b *dedicat eccl. Bamberg.* 466 f
† Benedictus *Aretinus, O. Min. 13 sec.* 206 d
Benignus Fremaut *Ordinis Franciscani, legendam edidit Sanctorum Ordinis sui* 8 * c
Berardus, *an Princeps Salern. 9 vel. 11 sec.* 505 b
Berardus *Ep. Turon. 13 sec.* 104 b
Berardus *de Ocra, Com. Albæ 15 sec.* 104 c, 107 f
Berengarius, *Ep. Virdun. translatus 11 sec.* 460 e
Berlandus (Petrus) *Ep. Burdegal.* 3 b
Bernardus *Ep. Meneven. in Anglia 12 sec.* 436 f
† Bernardus *Ab. Claravall. Conradum fratrem suum precibus servat.* 195 b
Bernardus *R. Italiæ, 9 sec.* 85 e, *fil.* Pippini *R. Francorum* 508 f
Bernolina, *mater S. Bernardi Menthon.* 550 b
Berta *filia, Carolo M. Imperat.* 76 e
Binsson (Ludov.) *O. Min. Modoctiæ* 272 b
Binus, *Avus B. Castoræ.* 486 a
Biso, *Ep. Paderborn. 10 sec.* 74 e
Bizonus (Paulus) *Datarius Pauli PP.* 69 c
de Bobadilla (Franciscus) *16 sec. Ep. Salmant.* 114 a
Bobo *Ep. Viennen. an* Bobolinus? 271 e
Bogna, *mater S. Stanislai Ep. M.* 158 c
† Bonaventura *Gen. Minorum Card. elevat. corpus S. Antonii Patavini* 232 f, 230 d
Bonellius (Joannes) *13 sec. zelator paupertatis* 203 d
Bonifacius VIII *frustra nititur abolere in Laterano effigiem S. Antonii Patav.* 230 e *primum fautor Clarenorum, ab his per calumniam alienatur, 13 sec.* 569 b *capitur Anagniæ* 570
de Borgia (Alfonsus) *Er. Aug. Salm. 15 sec.* 130 f
Bossutii *Nobiles, in Hannonia* 544
Botter (Everardus) *Consiliarius R. Geldriæ* 88 d
Bram (Henricus) *Canon. Tornac. 13 sec.* 410 d
† Brandanus *Ab. Hibern. magister S. Psalmodii; 7 sec.* 190 b
Bretislaus *ult. Dux Bohemiæ 11 sec.* 519 a
Brienna, *magistra S. Febroniæ. Hispanorum de illa fictiones* 490 d
† Bruno *Ep. Colon. mittitur legatus C. P. 10 sec.* 463 d
Byssas *vel* Byzantius, *Hymnographus Gr.* 296 c

C

Cacciaguerra (Cæcilia) *V. Assisii* 272
Cæsar Marinus *ornat Reliquias* 13 d
Cæsarea Patricia *4 sec. devota S. Basilio* 336 c
† Cæsarius, *frater Gr. Nazianz.* 307 a *moritur* 331 c
de Caldas (Joan. Alvarez) *Ep. Ovien. 17 sec.* 142 d
Calepodius *Ep. Neapolit. Græcus in Sardicensi Concilio* 530 d
Campellus, *Sacellanus Rom. sub Leone III* 71 d
de Campo (Jo. Sebast.) *S. J. Sardus vir sanctus* 122 b
Canetius (Laur.) *1468 sculptor Patav.* 240 c
Cantuccius, *Generalis Florentinorum, patruus B. Castoræ* 486 a
Caprinus (Joseph) *mittit Vitam S. Placidi* 105 b
Cardeles, *in Alpibus, frater Jovis fabulosus* 551 c
† Carolus Borrom. *Ep. Mediol. transfert alias Reliquias S. Barnabæ* 12 f.
Carolus *M. R. Franc. et Longobard. Patricius Rom.* 70 a. *Musivis expressus Romæ* 71 *uxores posteriores quomodo dictæ concubinæ* 226 a
Carolus 2 *Angl. R. invocat S. Ant. Patav.* 264 b
Carolus *Simplex R. Fran. Peronæ captivus,* 515 c
Carolus *de Bourbon, Archiep. Lugdun. 15 sec.* 411 f
Carolus Pulcher, *Francorum rex* 19* c
Carthagena (Alfonsus) *Ep. Burgen.* 116 f
Castora *vidua* 77 * e
de Castrillio (Jo. Gonsalv.) *pater S. Joannis Sahagun.* 116 b, (Ferdinandus) *frater S. Joannis Sahagun. ex Abbate Ep. Granaten.* 116 c
a Castro (Petrus), *Er. Aug. Salmant. 15 sec.* 131 e
a Castro (Constantia) *Vidua O. M. in Hisp.* 272 b
Catharina, *filia Caroli 5 Imp.* 115 e
Catharina *Priorissa Madrigal. 15 sec.* 131 e
Catharina, *soror S. Joannis Sahagun.* 116 c
Catharinus (Ambros.) *Ep. Ord. Prædic. 16 sec.* 243 b
Cerdon, *Ep. Alexandrinus* 20* b
Celsus, *socius S. Basilii in studiis,* 308 b, 310 b
Cerilianus *Com. Hortanen. 6 sec.* 184 a
Chelindris, *V. M. Reliq. Ultrajecti* 88 e
Chiron *Centaurus, instructor Achillis* 304 f
Chouer, *Antiq. Viennenses* 77* a
† Chrestus, *Ep. 2 Syracusanus,* 275 b
Christiannus, *frater Boleslai Pii, scribit Vitam S. Wenceslai.* 719 e
Christianus *Episc. Clocharen.* 4 f
Christianus *Ab. S. Pantaleonis Colon. 10 sec.* 285
Christianus, *Ab. Scotorum Ratispon. 11 sec.* 92
Christianus, *Præpos. Harlebecen. 13 sec.* 410 d
Christianus Matam, *Decan. Harlebec. 13 sec.* 410 d

Chrodrældis

Chrodrældis *regia puella* 5* e
Chrysippi, Philosophi Porticus *Athenis* 313 b
† Chrysostomi (Joan.) *Liturgia* 830 f, *effigies* 412
Ciampinus (Joan.) *scriptor Romanus* 101 b
Clareni, *congregatio O. Minorum* 3* a
Clareni, *Ord. Minorum quomodo cœpti* 101 d
Clemens V *quid egerit circa Clarenos* 571
Clemens VIII *indulget Ord. Augustin. Officium et Missam pro festo B. Joannis de S. Facundo*, 150 c *prorogat Indulgentiam pro festo ejusdem B. Joannis* 141 a
Colettani, *Observantibus subjuncti* 16 *sec.* 574 a
Colmanus *M. Ab. Scotus*, 271 e
Colnagus (Bern.) *S. J. devotus S. Ant. Patav.* 246 b
Columbus (Vinc.) 15 *sec. fusor celebris* 241 c
Columna (Fredericus), *Princ. Pulsani*, 17 *sec.* 495 b (Vinc.) 15 *sec. fusor celebris* 241 c
Combefis (Franc.) *mittit Vitam S. Petri Athonitæ* 34 f, *vertit et excusare nititur apocr. vitam S. Basilii* 417 a
Conaldus *Ab. Anglus*, 489 c
† Concordius *M. in monast. Besaltzensi* 174 a
Conradus *Imp.* 11 *sec. successor S. Henrici* 467 e
Conradus Eginomi, *Card. Ep. Ostien.* 13 *sec.* 205 e
Conradus *Ab. Everbacen.* 12 *sec. auctor Magni Exordii Cistercien.* 192 c
Conradus Offidanus, 13 *sec. zelator paupertatis* 568 e
Conradus Spoletanus, *zelator paupertatis*, 13 *seculo* 568 e
Constans, *seu* Constantinus Imperator, *nepos Heraclii* 294 e
† Constantinus M. Imp. *an expressus in Musivo Lateran.* 78
Constantinus Æcanen. *pater S. Marci Ep. Lucerini* 290 d
Constantinus f. Irenes, *oculis privatur* 84 b
Constantii, *duo Canonici Remenses virtute clarissimi* 456 c, 457 f
de Corduba (Alfonsus) *Er. Aug. Salm.* 16 *sec.* 133 d (Andreas) *Rotæ Rom. Auditor* 16 *sec.* 141 c
Cornelius *M. Brixien. ex Apocryphis* 271 c
Cornelii (Caterini) *Patricii Veneti monumentum Patavii* 240 f
Cortesius (Hieron.) *sec.* 16 *astrologus* 243 e
Craft, *Præpositus Ultraject.* 9 *sec.* 91 b
Crispinus *Heracleotes, amicus Libanii* 308 e
Cyprianus *fictitius* Poeta *Hisp.* 546 d
Cyrillus *Armeniæ Ep.* 4 *sec.* 376 e
† Cyrinus M. Romanus, *corpus Antuerpiæ* 2 b

D

Dacianus, *accipitur pro quovis persecutore* 277 d
Dado *Ep. Virdun. translatus* 11 *sec.* 460 e
Dagnus, *Præfectus Umbriæ* 3 *sec.* 163 b
† Damas M. *in Cappadocia* 392 c
† Damasus Papa, *ad hunc Epistola S. Basilii* 341 d,
Demosthenes *Valentis Imp. coquinæ Præfect.* 360 d *Arianorum fautor, persecutor Catholicorum* 385 c, 395 e, 396 e
Dianæus *Ep. Cæsareen.* 4 *sec.* 305 f. *S. Basilium baptizat et ordinat Presbyterum* 306 a, 314 f *moritur* 319 a
Diatinus *Presb. orthod. in Lycia*, 4 *sec.* 394 f
Diodorus, *sub Meletio Presbyter Antioch. postea Ep. Tarrisi.* 365 b
† Dionysius PP. *juvat afflictos Cæsareenses* 342 a
† Dionysii Paris. *passio, an scripta a S. Methodio Patr. CP.* 451 e
† Dionysii *Ep. Mediolanensis corpus ex Armenia relatum* 407 a
Doda de Comitis-castro, *Nob. Lothar.* 11 *sec.* 462 b
Dominica, *uxor Valentis Imp.* 361 e
Dominicus de Monte-majori *Cisterc.* 489 e
Dominus, *an* Domnicus, 13 *sec. Archipresb. Rodiensis in Vestinis* 105 d
Domitianus *Erem. in Gallia* 7 *sec.* 378 d
Domnica, *mater S. Triphyllii Ep.* 176 a
† Donatiani *Ep. Cænomannen. Brugas in Flandriam translatio* 488 c
Donodeus *Abbas S. Martini Lemovicen.* 19 * b
Dorotheus, 4 *sec. Diac. Antiochiæ* 339 c, *ab Occidente reversus* 363 b, *et eodem iterum missus* 385 b, *redit* 395 e
(Dousa (Theodorus) *Poeta Hollandus* 88 b
Drackher, *auctor Chronici Salisburg.* 12 * c
Dudo *fundat ecclesiam S. M. Magd. Virduni* 467 e
Durannus *Ep. Leodien.* 11 *sec.* 472 f

E

Eberhardus, *Ep. Salisburgensis* 11* f
Eberhardus *Archiep. Salisburg.* 13 *sec.* 498 a
Ebroinus Dux Franc. 17 *sec affligit S. Ragnebertum* 293 c
Ecdicius Pernassenus, *Ep. Ancyræ Arian.* 385 e, 396 f
Eduardus I *R. Angliæ pater S. Edburgæ* 546 c
Eduardus *Princeps Walliæ*, 13 *sec. Dux Aquitaniæ* 231 b
Egilbertus *Ep. Trev. coronat Regem Bohemiæ* 519 a
Eleonora, *Gelriæ Ducissa*, 14 *sec.* 65 b
Elerius *Ab. Anglus* 160 a
Elias de Villa Ursaria, *Minister Gen. Minorum* 13 *sec.* 710 f, *successor S. Francisci* 98 e
† Elisabeth *Reg. Portugalliæ* 244 e
Elisabeth Methymna, *V. Carm.* 17 *sec.* 101 e
Elphinstonius (Guil.) *Ep. Aberdon.* 26 *sec.* 3 e
Elpidius, *Satario Ep. in Armenia* 4 *sec.* 876 e
Elpidius *Ep. Orthod. in Oriente* 4 *sec.* 376 e
Embertus *Ep. Engolismen.* 12 *sec.* 159 b
† Emmelia, *mater S. Basilii* 303 c *moritur* 383 e
Engelbertus, *Ab. S. Richarii, Missus Caroli M. ad Leonem III* 70 a
† Ephrem *scribit laudes S. Basilii, an viventis* 297 b ? *visitat eum et audit concionantem* 381 d
† Ephrem *Syrus, an divinitus linguæ Græcæ peritiam acceperit?* 431 c *an Presbyter fuerit?* 432 b
de Equis (Franc.) *interpolat Vitam B. Guidonis Cortonen.* 101 e
Erentrudis, *Virgo Abbatissa* 14* c
Ericus *Dux Forojul. Missus Caroli M. ad Leonem III Papam* 70 a
Ermenfridus *Canon. Virdun. clarus* 11 *sec.* 467 c
Ermenricus 4 *Ab. S. Vitoni* 10 *sec.* 454 a
Ermenildus, *impius Monachus*, 11 *sec.* 475 b
Ernestus *Ep. Prag. excipit brachium S. Viti* 515 c
Erpo *Com. de Padberg fund. Flectropien.* 538 f
Evagrius *Presb. Vercellen* 4 *sec.* 388 e
Evagrius, *Lector ordinatus a S. Basilio, postea Originista.* 348
Eubulus *Philosoph. an conversus a Basilio?* 419 d
Eudemus *Ep. Pataren. in Lycia*, 4 *sec.* 394 f
Eugenius, *Monachus sub S. Basilio* 369 b
Euippius, *Ep. Arianus, Basilio infestus* 355 d, 358 d
Eulabius *Ep. Nicopol. orthod.* 4 *sec.* 398 e
Eulogius *Ep. Alexandriæ.* 160 a
Eunomius *hæret. a Nazianzeno confutatus idque sæpius* 325 b, 330 e, 358 f
Euphronius, *Nicopol. Metrop.* 4 *sec.* 400 c
† Eupsychius *M. Antiochenus* 343 e
† Eusebius *Ep. Vercellen. favit S. Basilio* 320 f
Eusebius *Ep. Cæsareen. decessor S. Basilii* 319 b *cum eo reconciliatus moritur* 312

Eusebius

† Eusebius Ep. Samosat. satagit pro electione Basilii 333 a, ipsum Macedonianismi insimulatum excusat, 344 d, ab exilio restituitur 408 f
Eustathius Ep. Sebast. antea Mon. hypocrita 314 c, hæreticus 340 f, 373 d; hypocrisi sua decepit Basilium, Arii discipulus, magister Aerii 400 e, deficit ad Arianos, 395 b, refutatur a Basilio, 399 et 400 fit Episcopus Sebast. 319 c
Euthalius, Episc. Byblii 3 sec. 165 c, 167 e
Eutolmius, pater S. Aquilinæ V. M. 167 e
Eutyches, primus Gothorum Apostolus 387 a
† Eutychius Ep. Syracusanus 4 sec. 275 b
Evotii Ep. Aurelianen. Translatio 4 a
Exclareni dicti Clareni, qui ab aliis ad Minores redierant 574 a
Ezelinus, Italiæ tyrannus, a S. Antonio redargutus Patavii, 223 d

F

Fabri (Mar. Jacomina) O. Visit. 17 sec. 272 c
de Familia Fratres, Observantibus subjuncti, 16 sec. 574 a
Faustus Ep. Satalorum in Armen. 4 sec. 377 e
Feliciana (Martini), an soror S. Ant. Patav.? 225 e
Festus, Monachus sub S. Basilio 853 b
Fernandius Joannes Can. Salmant. 15 sec. 142 d
Fidelis M. Translatio Como 160 a
Fingenius 7 Ab. S. Vitoni 11 sec. 454 a, 457 e
Flaccus Com. sec. 2 procus SS. Petronillæ et Feliculæ 160 c
Flagellantium processiones inductæ 13 sec. 202 d
Florentia matrona, sepelit S. Vitum M. 503 f aut potius transfert 9 sec. 505 d
Fonseca (Joan.) Ep. Accitanus; indicit festum S. Fandili Mart. 192 d
de Fonseca (Ferdinandus) Decanus Salmanticen. 16 seculo 143 d
† Franciscus Assisias transfertur 204
† Franc. Salesius, favet honori S. Bernardi Menton. in Monte-jovis 563 a
Franciscus Toparcha Borsaliæ 15 sec. 64 d
Francus (Cæsar) 15 sec. fusor celebris 240 c
Franciscus Sancinus, zelator paupertatis, 14 sec. 572
Franciscus Rex Galliæ 19* e
Fraxinelli (Paulus) scribit Ital. vitam B. Joannis de Sahagum 114 b
† Fredericus Episc. Ultraject. fundator monast. S. Salvatoris, ejus caput. 87 e
Fredericus Comes, socius Ven. Richardi Ab. 457 c
Fredericus imperator 12* e f
Fredericus, Ep. eccl. Javavensis 15* a
Fronto, Ep. Armenius, socius Eustathii hæretici Ariani 379 e, 396 e
Fulbertus Ep. Carnoten. 11 sec. 468 e
Fulchardus I Ab. Ramesien. 12 sec. 436 a
Fulradus Ab. S. Dionysii Paris. 8 sec. 508 b

G

Gabriella familia nobilis Eugubii 485 c
Galates, fil. Valentis Imp. infans mortuus 361 e
Galerius Maximianus Imp. provincias dividere instituit sec. 4 369 d
Guido, Monachus Clarevall. 3 c
Gallus Ep. Augustæ Prætoriæ, 360 f
Garcias de Toledo, Dux Albanus 119 b
Gattamelata (Gul.) archistrategus famosus Pataviensium 240 c
Gaufredus Com. Bajocen. 11 sec. 469 f
Gaufredus Monachus 12 sec. auctor Chronicæ Lemovicensis. 190 a
Gaufredus, Minist. Gener. Minorum, 13 sec. 568 c
† Gebehardus Arch. Salzburgensis, 11 * f
Genesius Archiep. Lugdun. 160 d
Genovesius (Bernardus) scriptor miraculorum S. Ant. Patav. 17 sec. 229 f
Georgius Arianus, invasor Eccl. Alexand. 314 a, 398 e.
Georgius Albanus Minor. 15 sec. 159 e
Georgius Ep. Viennensis 10 * e
Gerardus Ep. Camerac. 11 sec. 461 a
Gerardus, Præpos. Brugen. 12 sec. 410 d
Gerboldus Com. sub Carolo M. 85 d
Gerasimus, Ordinis S. Basilii 77 * e
Gilbertus de Aria Eques Flander. 12 sec. 410 d
Gilbertus, Com. Lucenburg. 11 sec. 482 a
Gividrius (Joannes) Ord. Min. M. 16 sec. 3 d
Gisela, filia Rodulfi R. Burgun. 467 f
Giso Ep. Bovinen. 12 sec. 383 d
Glareanus (Henr.) Poeta de S. Bernardo Menton. 548 c
Glycerius Diac. seductor sacrarum Virginum, reprehensus a Basilio 350 f
Godefridus Ep. Camerac. transfert corpus S. Landelini Ab. 538 d
Godefridus, Capellanus in Camera B. V. 4 a
Godefridi Duces Lotharing. pater et filius, 10 seculo 457 c
Gonsalvus Ferd. de Corduba Dux Albæ, cui scribitur Vita S. Jo. Sahaguntini 112 c
Gonsalvus, Minister Gen. Min. 14 sec. transfert tumulum S. Ant. Patav. 232 f
† Gorgonia, soror Gr. Nazianzeni moritur 331 c
† Gorgonii M. corpus, Romæ allatum 9 sec. 12 a
Gothi, a Valente Imp. bello lacessiti 325 e, recepti in Imperium 398 a
Gozelinus Mon. Divion. 11 sec. 469 f
Gratianus Gabriellius, Ep. Ferrar. 11 sec. 485 f
Gratianus O. M. recipit S. Antonium Patav. 199 a
† Gratus Ep. August. 8 sec. 551 e
† Gregorius Armeniæ Ep. 4 sec. 331 e
† Gregorius Thaumat. immediate instruxit S. Macrinam aviam S. Basilii 296 f; ejus instituta ecclesiastica 393 f
Gregorius Ep. avunculus S. Basilii 303 c
† Gregorius Nyssenus, frater S. Basilii, inter hunc et avunculum mediator 336 d; ordinatus Ep. 372, scribit encomium Basilii 297 c
† Gregorius Ep. Nazianz. senior: hujus ætas et conjugium 301 e f, opera ad Basilii electionem, eumdem ipse ordinat 333, moritur 389 f
† Gregorius Nazianz. junior, scribit de S. Basilio 297 f, huic ætate æqualis 301 d, parentum ejus ætas 301 f; Basilio conjungitur Athenis 311 Macedonianismi insimulatum excusat. 343 c
† Gregorius Papa excipit S. Cetheum Ep. Amitern. 182 d
Gregorius II, acquirit dominium urbis Romæ 80 e
Gregorius IX, canonizat S. Antonium Patav. 215
Gregorius XIII. 10 * e
Gregorius XIII beatificat Joannem a S. Facundo 140 f
Gregorius a Placentia, Cantor Paris. elevatio 489 d
Gregorius Dux Neapolit. sec. 9 417 e
Grimanius (Aloysius) Potestas Paduæ 16 sec. 236 c
Gripho Ep. Augustæ Prætoriæ 552 d
Grodegangus E. Meten. 9 sec. 12 a
Gualterius, maritus B. Castoræ 486 b
Guido Card. Bonon. ornat. mandibulam S. Antonii Patav.

Patav. 234 b, 235 a
† Guido *de* Alemannia *Peregr. Senis* 516 e
Guido *de* Mirapice, *Clarenus, 14 sec.* 571
Gundisalvus, *Minister. Gen. Minorum, 15 sec.* 570

H

Hagano *Ep. Augustodun. 11 sec.* 477 b
Hartwicus, *Arch. Salisburgen.* 9 a
Hartwicus, *an.* 990 *electus Salisburg.* 272 a
Hathumarus 1 *Episc. Paderborn.* 509 c
Hatto *Ep. Virdun. translatus 11 sec.* 460 d
Hatto *Comes, sub Carolo M.* 75 e
Hayto *R. Armeniæ*, 13 *seculo Minores accersit et fovet* 568 d
Heimo *Virdun. Ep.* 10 *sec.* 455 e, 467 c
Helena, *mater B. Castoræ* 485 c
Helinardus, *Ep. Lugdun.* 11 *sec.* 478 e
Helingaudus *Comes, missus CP. a Carolo M.* 84 c
Helladius *Ep. successor S. Basilii, an et Vitæ scriptor* 432 a
Hellenius, *Exæquator Nazianzi* 375 e
Helmgoth *Comes, sub Carolo M.* 75 e
Helmodus, *Auctor Chronici Sclavorum* 22 * f
Henricus *Anceps Imp. S. Wenceslao offert titulum Regis* 518 f
† Henricus, *Imp. Abbatem statuit Ven. Richardum* 459 d
Henricus 4 *Imp. instituit Regem Bohemiæ* 518 a
Henricus *R. Castellæ*, 13 *sec. a fratre Petro pulsus regno* 230 a
Henricus, *Dux Bavariæ* 18 * f
Heraclammon, *Anachoreta Ægyptius* 23 a
Heraclides, *Monachus sub S. Basilio* 352 f, 355 a
Hermannus *alias* Hezilo *Dux Lothar.* 11 *sec.* 461 e
Hermant (Godefr.) *scribit Gallice Vitas S. Basilii et S. Gregorii Nazianzeni* 298 b
Herolfus, *Ep. Juvavensis* 17 * d
Herveus *S. Martini Tur. Thesaurarius* 19 * b
Hieronymus *in lib. de script. quomodo et quales Imperatores nominet?* 301 a
Hieronymus ab Asculo *Gener. Min. jubet scribi Vitam S. Antonii Patavini* 13 *sec.* 197 c
Hilarius, *Ep. Thelmessen. in Lycia,* 4 *sec.* 394 b
Hildibaldus, *Ep. Colon. missus Caroli M.* 72 e
Hildebertus, *Austriæ Rex* 13 b
Hildradus *Comes, Virdun.* 11 *sec.* 462 b 476
Hildinus *Ep. Virdun. translatus* 11 *sec.* 576 a
Hilduinus, *Ab. exulat,* 510 d
Hiltrud *filia, Caroli M.* 76 c
Himerius Sophista, *Athen. auditus Basilio* 307 e
de Horosco (Alfonsus) *scriptor Augustinianus* 15 *sec.* 131 b
Hroznata *Ord. Præmonstr.* 3 f
Hugo *Card. Ep. Sabinensis* 12 *sec.* 438 e
Hugo *Ep. Bovin.* 11 *sec.* 295 a
Hugo *Ep. Augustæ Prætoriæ* 552 d
Hugo, *primus ex Ordine Prædicatorum Cardin. creatus* 10 * e
Hugo, *Ep. Thabariensis* 4 * b
Hugo *Ruodberti filius* 8 * e
Hugo Flaviniac. Ab. *auctor Chronicæ, in eaque Vitæ Richardi Abb. Virdun.* 455 c
Hugo de Oddis, 13 *sec. munificus ecclesiæ Minorum Patavii* 240 b
Hugo, *Decanus S. Donatiani Brugis* 12 *sec.* 410 d
Humbertus *Ep. Brugen* 17 *sec.* 412 b
Humbertus, Ab. S. Vitoni 10 *sec.* 453 f
Humbertus 13 *sec. Gener. Prædic.* 272 a
Humbertus *Com, Bajocen.* 11 *sec.* 469 c
Hungerus *Ep. Ultraject.* 9 *sec.* 92 a
Hylas, *pater S. Viti pueri M.* 498 e
Hypsius *Ep. Ancyræ, orthod.* 4 *sec.* 385 d

I

Ignatius Martinez S. J. *devotus S. Ant. Patav.* 232 a
Ingon *R. Sueciæ*, 9 *sec.* 95 c
Innocentius IV 7 * d
Innocentius V 100 *dierum Indulg. largitur* 438 d
Innocentius, *Episc. Cappadox amicus S. Basilii,* 349 a
Irene Imp. *retrusa in monasterium* 84 b
Isabella a S. Dominico, *Ordinis Carmelit. Cæsar-augustæ* 272 b

J

Jacobus *fr. Domini, auctor Liturgiæ* 330 f
Jacobus Conradus, *sec.* 13 *Episc. Patavinus, sub quo obiit et canonizatur S. Antonius* 230 b
Jacobus *O. Min. Minister provinc. Syriæ* 568 d
Jacobus Tudertinus 13 *seculo zelator paupertatis Minoriticæ* 568 e
Jacobus Torri 13 *sec. Musivi Lateran. faber.* 231 e
Joannes Monachus, *ex MS. Mrlio* 271 f
Jesse *Ep. Ambian. missus CP. a Carolo M.* 84 c
Joanna, *soror S. Joannis de Sahagun,* 116 e
Joanna a Baptismo *Clarissa Hisp.* 16 *sec.* 3 e
† Joannes Bapt. *Patronus Longobardorum* 294 e
Joannes Germani, *Cabilonensis Ep.* 22 * d
Joannes XXII, *examinat causam Clarenorum* 571 *proprium eis habitum confirmat* 572, *damnat Fratricellos et Begardos* 572, 573
Joannes S. R. E. *Cancellar. sub Leone* 3 75 a
Joannes, *Ep. Silvæ-candidæ,* 8 *sec.* 85 d
Joannes *Metropol. Euchait.* 11 *sec.* 413 b
Joannes *Dux Cliviæ* 15 *sec.* 411 f
Joannes *pseudo-Patr. CP.* 9 *sec.* 444 a
Joannes, *Castellanus Brugen.* 12 *sec.* 410 d
Joannes Consobrinus *M. Carmel.* 15 *sec.* 3 d
Joannes Monachus *an* Damascenus, *auct. Officii de S. Elisæo* 274 a
Joannes Eremita Amalfi, 9 *vel* 11 *sec.* 505 f
Joannes *Presb.* 4 *sec. Basilii adversarius* 344 e
Joannes, *Ep. Lucerinus* 3 *sec.* 290 e
Joannes Vissensis *Ep.* 14 *sec.* 199 c
Joannes Anachoreta *in Ægypto* 22 e
Joannes Guarinus, *Anach. Hispanus* 3 a
Joannes S. Augustini *Ord. Præd. audit testes pro Canon. S. Antonii Patav.* 216 a
Joannes a Sevilia, *August. scribit vitam S. Joannis Sahagun.* 112 b
Joannes Alphonsi, *avunc. S. Joannis Sahagun.* 116 f
Joannes Chanowski S. J. *vir Apostolicus in Bohemia* 518 e
† Joannicius Ab. *solatur S. Methodium Patr.* 451 b
Jobinus Ep. *amicus Basilii* 378 c
Jordanus Patr. Jesosol. 471 e
Jordanus S. Benedicti *Ord. Præd. audit testes pro Canon. S. Antonii Patav.* 216 a
† Joseph Hymn[illegible] *Canon. de S. Aquilina* 166 a
Joseph *Ep. F[illegible] Cern.* 159 c
Joseph. *Pseudo-patr. Constantinopolitanus* 84 f
Julianus Apost. *Athenis studet cum Basilio, Lector ordinatus* 310 [illegible], *a Basilio rescribente reprehensus* 309 e, 425 b, *an fuerit aliquando Antiochiæ* 427 b
Julianus, *sub Meletio Presb. Antioch.* 363 a
† Julius M. *in Mæsia* 526 a
Julius Soranus Dux Scythiæ, *sub Valente* 386 a
Jupiter, *cultus gentiliter in Alpibus* 550 c
Justinianus (Sebast.), *an.* 1652 *Capit. Pad.* 237 c

K

K

Karstianus *Carthus. scribit vitam S. Eskilli Ep. M. in Suecia* 94 b
† Kentigernus Scotus *Ep. Glascuen.* 31
Kerckhoven (Petrus) *Decanus Ruremond.* 88 d
Kierunus Ab. de Belachduin, *Hibern.* 271 e

L

Lambardus (Tullius, *sculptor Patav.* 241 b
Lambertus Ab. VI S. Vitoni 454 a
Lambertus Ab. XII S. Vitoni 455 d
Lanfrancus, *Capitaneus Roberti R. Neapol.* 485 f
Lappius (Gisbertus) *Bollando amicus* 88 b
Laurentius Pseudo papa, *Ep. Nucerinus* 16 b
Laurentinus, *ex MS. Martyrologio* 271 f
Laurus (Jacobus) *scriptor hist. Cortonen.* 100 e
Ledumus Ab. *Vedastinus* 462 e
Leo Armenus Imp. *occisus sub altari* 441 f
† Leones *quatuor Pontifices, simul culti* 69 c
Leonis Ep. Senon. *Translatio* 181 d
Leodeboldus Ab. *Fund. Floriacen.* 271 e
Leonardus (Donatus) 1609 *Dux Venet.* 236 c
Leontius Byzantinus, *contra Nestorium* 331 c
Leonianus 10 * f
Leopharius *Episc.* 9 * b
Leontius Ep. *Lemovic. excipit S. Psalmodium* 190 d
Libanius Sophista, *an conversus a Basilio?* 421
Liberatus, primus Præfect. Clarenorum 568 f
Liberius Papa *Eustathii, Ep. Sebast. hypocrisi deceptus, communionem ei indulget* 374 d, 426 d
† Libertinus Ep. M. *Reliq. Catalabilotæ* 279 d
Libanius Sophista, *CP auditus Basilio* 307 e
Lietardus, *ex Comite Monachus.* 481 f
Lithardus, Com. de Mercero 462 b
Liutgardis, *uxor quarta Caroli M.* 76 e
Lotharii *Imperat. diploma* 22 * f
Lucas Ab. S. Viti, *in Lucania* 494 d
† Lucifer Ep. Calaritanus, *an faverit S. Basilio* 320 e, *ejus constantia Neapoli* 14 f
Luciniani M. *translatio* 159 f
Lucius Diac. *solitarius in Syria* 398 f
Ludolfus I Ab. *Corbeæ Saxon.* 489 c
Ludolfus II Ab. *prioris successor* 489 c
Ludolfi (Joannes) *Vicar. Rhenen.* 56 c
Ludovicus Com. S. Pauli 411 f
Ludovicus XI, *rex Franciæ* 19 * e
Ludovicus de Harcourt, *Ep. Narbonensis* 19 * e
a Lasin (Joannes) *Ord. Min. M.* 3 d
Lycianus Ep. Phebi, *in Lycia* 394 f

M

Macarius Presbyter, *orthod. in Lycia* 394 f
† Macrina, *avia S. Basilii, discipula S. Gregorii Thaumaturgi* 296 e
† Macrina Junior, *soror S. Basilii* 304 c, 313 c
† Madalveus Ep. Virdun. *elevatus* 11 *sec.* 460 d
Magnus, *Monachus sub S. Basilio* 353 b
Mahomed Princ. Maurorum 9 *sec.* 191 c
Maigretius (Greg.) *Augustin. scribit Latine vitam S. Joan. de S. Facundo* 145 d
Maldonatus Mart. Arias, *Eques Hispan.* 134 d
Mamarius Presb. *Græcus* 489 a
Manasses Com. Dammartini 11 *sec.* 483 b
Manrique (Inicus) *Ep. Cordub. Inquisitor* 243 c
Manzanorum factio *Salmanticæ* 118 f
Maraldus (M. Aurelius) *Datarius Papæ* 69 c
Marcellinus Papa, *ordinat S. Marcum Ep. Lucerin.* 291 f
† Marcellus *suspectus* 4 *sec* 379 a, *excusatus a Basilio* 398 f, 406 a; *ejus discipuli correcti* 407 e
Marcellus, Ep. Ancyræ *hæreticus* 341 a
Marcellus Tyrannus, *a Valente victus* 325 d
Marcellus custos *carc. sub Diocl.* 9 e
Marculphos 10 * f
Marcus La Cava *Ep. Nucerensis* 21 * a
Margarita Austr. R. Hisp. *supplicat pro Canonizatione S. Joan. de S. Facundo* 146 e, *impetrat Reliquias S. Antonii Patav.* 235 f
Margareta de Miolans, *S. Bernardo Menthon, destinata sponsa* 552 b
Margarita Dominici, *Ord. Franc. Fulginii* 189 e
† Mariæ Deiparæ, *festum duplex* 15 *Junii CP.* 489
Maria, *filia R. Hisp. Ferdin. Catholici* 115 e
Maria Martini, *soror S. Ant. Patav.* 225 e
Maria, *soror S. Joannis Sahagun.* 116 b
Maria a Cruce, *Ordinis Prædicatorum* 3 e
Maria a Jesu, Clarissa Hisp. 16 *sec.* 3 e
Marinus Ep. *reclusus Valencenis.* 159 b
Marinus Ep. Neapolit. 12 *sec.* 553 a
a Mariz Petrus *scribit vitam S. Joannis Sahagun.* 144 c
Adam de Marisco, *zelator paupertatis* 203 d, 221
Martinus de Turonibus, *vel* Turribus, *fundator Rameseien.* 436 c
Martinus Bullones *pater S. Antonii Patav.* 199 b
Martini *Ep. Turon. corpus* 12* b, 18* c
Martinus *Can. Regul. Senensis, insignis Juriscons.* 14 *sec.* 571 d
Martinus *a* S. Maria, *Hisp. Min.* 17 *sec.* 159 e
Maruthas *Ep. in Mesopotamia* 4 c
Mathildis, *ux. Rudolfi R. Burgund.* 467 f
Mathildis *ux. Hermanni Com. Lotharing.* 461 f
Matthæus Aquaspartanus, 13 *sec. Gener. Minorum* 568 a
Matthæus *a* Montone, *socius S. Franc.* 489 e
Maurocenus (Franc.) *Capit. Paduæ* 236 c
Maurus Nepesinus, *contra Leonem III insurgit* 71
Maurus, *Ab. S. Victoris Massiliæ* 3 b
Maximini *alias* Maximiani Galetii *sævissima persecutio* 299 a
422 e
Maximus, *Ep. Hieros. an Basilium baptizarit?*
† Maximus *Ep. Neapolit.* 529 b
Maximus, *Præses Ciliciæ sub Diocl.* 520 c
† Medardi *Reliq. in Heylissem Brabantiæ* 260 d
† Menulphus, *Diac. Paderborn. ex Gallia Reliquias* affert 539 a
Meletius, *Dux milit. in Cappad.* 4 *sec.* 391 a
† Meletius *Ep. Antioch. exulat.* 330 c 390 d, *ejus laus a Basilio. Hic eum solatur* 364 e,
Meletius Presb. ordinatus a S. Basilio 348 a
Mencia *Abb. Cistercien. O.* 271 f
de Mendosa (Rodericus) 16 *sec. Ep. Salmant.* 114 a
de Mendoza, (Joannes) *frater Ducis de Infantado* 16 *sec.* 134 a
Menegandus *Com. in Lothar.* 11 *sec.* 482 a
† Menegoldi *M. translatio* 488 c
† Mercurius *M. Beneventi* 490 f
Michael *Imp. CP. tractat cum Carolo M.* 84 a
Michael Balbus, *Imp.* 441 f
Michael, *Metropol. Philadelphiæ*, 9 *sec.* 85 c
Michael *Ep. Ratisbon.* 10 *sec. dedicat. Eccl. S. Viti Pragæ* 519 c
Michaelis (Hier.) *Patrici Veneti, monumentum Paduæ* 240 f
van Mierlo Ida *donat Reliq. S. Odulfi* 88 e
Minellus (Ant.) 16 *sec. statuarius Patav.* 241 a
Minius (Titianus) 16 *sec. sculptor Patav.* 241 b
Mochalleus *Indus natæ apud Forhardos* 1 * c
Modestus, *Præf. Cappadociæ, Basilio molestus, postea*

postea ab eo curatus et amicus 357 e, 362 b
Modestus et Crescentia *S. Viti nutritores* 21 * c
Molinus (Franc.) 1652 *Dux Venet.* 237 c
de Monroy Petrus) *Er. August. Socius D. Joannis Sahagun.* 118 d, *Murciæ ejus caput* 120 a
Monroyorum *factio Salmantica* 120 a
Monte (Antonius) *Prior. August. Salmant.* 17 *seculo* 143 e
Montzima (Pompeius) *Can. Ultraject* 17 *sec.* 88 c
Morerius (Ludov.) *auctor Dictionarii hist.* 72 e
Morosinus (Franc.) 17 *sec. Dux Venet.* 242 b
Moysi *morienti comparatus S. Basilius* 409 e
Musonius *Ep. Neocæsar. orthod.* 4 *sec.* 384 c

N

Nabuzardan, *sub Nabuchodonosore Militiæ, an Coquinæ Præfectus?* 360 c
Naamatus *Ep. Viennensis* 10 * e
† Naucratius, *Ab. Studii, CP.* 450 d
Naucratius, *frater S. Basilii,* 304 c
†† Nazarius et Celsus *MM.* 9 c d
† Nazianzeni Gregorii *effigies* 412
Neapoleo Ursinus *Card. fautor Claren.* 568 f
† Nicasii *M. Reliquiæ inventæ* 11 *sec.* 483 d
† Nicephorus *Patr. CP.* 441 *Synodicam mittit Leoni III* 84 a *corpus relatum CP.* 451 d
Nicephorus, *pulsa Irene, tyrannus CP.* 84 d
Nicetas, *Archithalassus pro Nicephoro Imp.* 83 e
Nicetius *Ep. Lugdunensis* 3 * c
Nicocles Lacedemonius 4 *sec. Sophista* 308 f
Nicolaus, *unus ex* 7 *Diaconis* 271 b
† Nicolaus *Myr. Ep. dirigit S. Petrum ad Montem Athum* 37 *eidem devotus S. Bernardus Menthon.* 550 d, *commenta, de translatione* 552 a *Reliq. Wormaciæ* 473 f
Nicolaus *Salernitanus* 12 *sec.* 506 d
Nicolaus *Ep. Græcus Neapoli sec.* 9 417 f
Nicolaus Assisias, *Ord. Min. Perusii* 3 c
Nicolaus, *Ab. Eethhoutanus, Brugis,* 15 *sec.* 412 a
Nicolaus *de* Ponte, *an.* 1579 *Dux Venet.* 236 b
Nicolaus Pisanus, *Architectus eccl. Minorum Paduæ* 13 *sec.* 240 a
Nicolaus *de* Petra, *Præpos. Brug. S. M.* 14 *sec.* 410 d
Nicolaus Schaten 23 * a
† Nicomedes *Presb. M. Romæ,* 2 *sec.* 160 f
† Nicon *Armenus, unde dictus* Μετανοεῖτε? 566 d
† Nidgarius *Ep. Augustanus* 4 d
† Ninias *seu* Niorianus *Scotorum Apost.* 31 a
† Norius *M. Assisii in Umbria* 163 a

O

Oddo, *filius B. Castoræ* 486 c
Odilardus *Ab Catalaun.* 11 *sec.* 477 d
Odilia, *filia Com. Hermanni Lothar.* 462 b
Odilo *Ab. Clun. ejus sinceritas* 457 f, 467 b, 469 a
Odo *Ep. Cameracen.* 11 *sec. transfert corpus S. Landelini* 538 c
Odorisius *Ep. Furcon.* 12 *sec.* 104 b
Olympius, *Ep. in Thracia* 2 e
† Onuphrius, *Solitar. in Phœnicia* 17 b
† Onuphrius, *Soltari. in Sicilia* 17 b
Onuphrius *Bellofortensis O. S. Basilii Mon.* 1 * e
Olivarius *Card. non fuit Ep. Salmant.* 123 e
Optimius *Ep. Antioch. in Pisidia* 4 *sec.* 352 c
Opto, *Conversus Hemmeradii* 3 c
† Orestes *M. in Ponto* 372 a
Osbertus Clarentius 12 *sec. scribit Vitam S. Edburgæ* 546 c
Oswaldus, *Ep. Lindisfarnen. an aliquis?* 3 b
Otreius, *Ep. Melitenes,* 4 *sec. orthod.* 390 d

P

Palamas *Ep. Thessalonic.* 14 *sec. ornat Vitam S. Petri Athonitæ* 34 d
Palladia, *consanguinea S. Basilii* 304 b, 383 a
Palladius, *Apost. Scotorum,* 5 *sec.* 31 a, 55 b
† Pancratius *Ep. Tauromenii,* 1 *aut* 3 *sec.* 275 c
Pandulfus *Ab. Agaunen.* 11 *sec.* 467 a
Panthagatus *Ep. Viennensis* 10* e
Paphnutius Heracleotes, *Anachor,* 4 *sec.* 18 d
Paphnutius, *discip. S. Macarii* 4 *sec.* 18 d
Paphnutius, *relator de S. Onuphario* 17 d
Paphnutius Cephala *Ab.* 4 *sec.* 18 d
Paregorius *Presb. æt. an.* 70, *a Basilio ob mulierem subinductam reprehensus,* 350 c
Paschalis, *Primicerius Rom. sub Leone III* 71 d
† Pasicrates *M. in Mæsia* 526 a
Pasquetus (Joseph) 17 *sec. scriptor miracul. S. Antonii Patav.* 250 e
Passerinus (Silvius) Card. *Ep. Corton.* 16 *sec.* 97 e
Patrophilus *Ep. Ægen. in Cilicia* 4 *sec.* 404 a
† Paulinus *Ep. Antioch.* 339 d
Paulus I *Ep. Neapolit.* 8 *sec.* 529 c
Paulus *Ab. in Syria* 4 *sec.* 398 f
Paulus *de* Celano, *scriptor Vitæ S. Placidi* 13 *seculo* 104 e
Paulus, *Com. Orcadum* 15 *sec.* 55 f
† Pauli Gastæ, *Ord. Præd. inventio corporis* 490 e
Paulus Gabriellius *Ep. Luc. frater B. Castoræ* 485 f
Pauperes Domini Cœlestini, *dicti,* Clareni, 13 *seculo* 569
Pavonius, *O. Cistercien* 271 f
Pelagia *V. Tertiaria O. Minim.* 3
† Pelagius, *Ep. Laodic. exul. sub Valente* 366 d
† Peregrinus *M. et scriptor* 278 c
Petronilla, *collactanea S. Feliculæ* 160 b
Petronilla *a* Vela, *O. Præd. in Sicilia* 490 e
Petruccius, *pater B. Castoræ* 485 c
† Petrus *Ap. mittit Siciliæ primos Episcopos* 278 b c *liberat. S. Methodium a tentatione carnis* 448 b
Petrus *Ep. Alexandr. post S. Athanasium* 368 b
† Petrus *Ep. Sebast. fr. Basilii, an de incontinentia accusatus?* 433 a
Petrus *Patr. CP.* 13 *sec. Venetiis residens* 569 c
† Petrus Cœlestinus PP. *favet zelatoribus paupertatis, et absolvit eos ab Ordine Min.* 568 e
Petrus, *Ep. Canusinus in Calabr.* 10 *sec.* 506 f
Petrus, *Anachoreta in monte Atho* 2* b
Petrus *Presb. Cæsareen. sub Basilio,* 392 d
Petrus, *frater minimus S. Basilii,* 303 f
Petrus Sancius *Canon. Salmant. hospes S. Joannis Sahagunt.* 127 e
Petrus Joannes Olivi, *zelator paupertatis* 572 b
Petrus de Macerata, *zelator paupertatis* 568 e
Petrus de Montisculo, *zelator paupertatis* 568 e
Petrus de Marchia, *Guardianus Acconen.* 568 d
Petrus Crudelis R. Castellæ, *fratrem Henricum pellit* 230 a
Petrus Valletus, *scribit miracula S. Bernardi Menthonen.* 562 e
Philippus Pulcher *R. Franciæ Bonifacio* 8 *adversatur* 569 c
Philippus *Ep. Raven. legatus Apost. ad liberandum Patavium a tyrannide Eccelini* 231 c
Philippus, *Archiep. Philippen. Vic. Apost. in Hollandia* 17 *sec.* 56 e
Philippus *Ab. bonæ-Spei, scribit Vitam S. Landelini Ab.* 538 b
Philocharis, *hæret. Arian.* 4 *sec.* 385 e
Philoromus Asceta, *Confessor sub Juliano* 348 a

Photius *Patr. CP. auctor de S. Methodio* 439 f
Piazza, *Ephemeris Vaticana ab eo scripta* 10* b
Pipinus, *filius Caroli M.* 72 d, 74 a 83 e
Pisanus (Andreas) 1652 *Potestas Pad.* 237 c
Placidus, *Ab. Scotorum Ratisbon.* 17 *sec.* 92
Plato, *Præfectus Imp. in Oriente* 6 b
Poemenius *Episc. consanguineus S. Basilii* 816 d
prospicit ecclesiæ Nicopolitanæ 397 c
Polæmon *Presb. orthod. in Lycia*, 4 *sec.* 394 f
Pompeianus, *Presb. Antioch.* 4 *sec.* 388 e
Pona, *Eques Veronen. scriptor miraculorum S. Ant. Patav.* 250 f
Procopius *tyrannus*, *a Valente extinctus* 325 e
Porphyrius *Ab. in Ægypto, an institutor Basilii?* 419 c
† Primus *seu* Ephrim *Ep. Alexandr.* 491 a
Priolus (Daniel) *Capit. Paduæ* 16 *sec.* 236 c
Priscus, Ep. Conf. *incertum quis* 158 c
Proæresius Sophista, *Athenis auditus Basilio* 307 c
† Proclus Archiep. CP. *scribit de Liturgia* 330 f
Profuturus *Dux mil. sub Valente* 408 c

Q

Quintianus, *Persecutor in Sicilia sicut Dacianus in Hispania, in plura secula distractus* 277 d

R

Radbertus, *pater S. Ragneberti M.* 185 c
Raynaldus II Com. Gelriæ, 14 *sec.* 65 b
Raimundus, *elator paupertatis*, 568 b
Raymundus Gaufredi, *Clarenus*, 14 *sec.* 571
Rambertus Ep. Virdun. 11 *sec.* 467 e
Raphael, *Ord. Minor, in Apulia*, 92 b
Rothegarius *Comes, sub Carolo M.* 75 e
Regalis de Oera, *beneficus erga S. Placidum* 108 d
Reparata a Paulo, *Ord. Minim.* 490 a
Richardus II et III, *Duces Normanniæ* 475 a
Richardus *Comes Normanniæ*, 11 *sec.* 469 b
Richardus Ep. Virdun. *curat funus B. Richardi* 462
Richardus Ep. Messanen. 12 *sec.* 277 d
Richardus Archidiac. August. *scribit Vitam Bernardi fundatoris* 548 b
Richardus Ab. Belli-loci 11 *sec.* 477 d
Richardus, *pater S. Bernardi Menthon.* 550 b
Rodulphus Ab. Virdun. 11 *sec.* 192 c
Rvalda de Oera, *Comit. Albæ* 13 *sec.* 104 c
Robertus Dux Normanniæ, 11 *sec.* 475 a
Robertus II Com. Flandr. *dictus Hierosolymit.* 410 e
Robertus III. *attestatur Reliquiis S. Basilii* 410 a
Robertus Ab. Casæ-novæ, *acceptat locum S. Placidi* 106 f
Robertus de Mileto, *scribit miracula B. Angeli de Clareno* 574 a
Rodhaid, *filia Caroli Magni* 76 e
Rodrud, *alia filia ejusdem* 76 e
Rodulfus Rex Burgundiæ 467 f
Rogerius, *comes* 21* b
Rogerius, *scriptor Vitæ S. Placidi* 13 *sec.* 104 d
Rogerius Tonnum, *Consil. Com. Fland.* 13 *sec.* 410 d
Rohaldus V, *Ab. S. Vitoni* 10 *sec.* 454 a
Rolandus, *sub Carolo M. Dux strenuus*, 551 f
Rolandus Viot, *Prior in Monte Jovis* 548 e
Rolendis *Virg. elevatio* 158 f
Rudericus (Mart.) de Lara *Solitarius* 159 d
Rudgerus *Ep. Chremensis*, 497 f
Rudolfus *Ab. xi S. Vitoni*, 11 *sec.* 455 e
Rufinus *Presb. ex Florario MS.* 271 d
Rutheni *civ. Galliæ, Hilarianus Presb. M.* 344 b

S

Sabas Gotthus *M. sub Valente* 386 a, *Reliquiæ ad Basilium delatæ* b
Sabellius *hæreticus*, 4 *sec.* 379 a
† Sancia *filia R. Alf. Legion. ex Tarasia Lusit.* 225 f
† Sancia Commendatrix, *ex Tarasia Gil. filia Alfonsi Legionen.* 226 a
Sancia Martini, *mater S. Joannis Sahagun.* 116 b
Sanctesimus, *ab Epp. Orient. ad Occid. legatus* 4 *sec. redit.* 389 c, 395 e
Sanctesimus, *Presb. Nicopol.* 4 *sec.* 377 c 389 c
Sanithus I, *Patriarch. Alexandr.* 9 *sec.* 2 c
Sansovinus (Jac.) 16 *sec. statuarius Patav.* 241 b
de Santiliana (Joannes) *famulus S. Joannis Sahagunt.* 128 a
Sapaudus *ecclesiæ Arelat. ep.* 5* b
Sapor, *Magister. militiæ sub Theodosio sen.* 300 d
Scherelius (Victor) *Vicar. Ultraject.* 17 *sec.* 56 c
Sebastianus *R. Lusit. obtinet reliq. S. Antonii Patavini* 235 f
Sedegnus (Alf. Lassus) *Ep. Cajet.* 6 *sec.* 276 d
Sedulius *Episc. Græcus in Hibernia* 159 c
Serbellonius *Card.* Jo. Ant. —, *Ep. Novar.* 549 b
Sergius Dux, *sub Leone III* 85 e
† Serranus *an* Ep. Orcadum 32 d
† Severus *Ep. Mediolan.* 4 *sec.* 15 c f
Severus, *Chorep. in Arm. hæreticus* 379 e
Sibylla, *ux. Theodorici Alsatii Com. Flandr.* 410 c
† Sigfridus, *Ep. Sueciæ* 9 *sec.* 95 b
Silvanus *Diac. Solit. in Syria*, 398 f
Simon, *Ep. Sueciæ* 9 *sec.* 95 b
Simon Vaston, *Quæstor Flandriæ* 410 d
Sirletus (Guil.) *vertit Acta S. Dulæ M.* 520 b
Sixtus IV, *unit Clarenos Minoritis* 567 e
Soldanorum *Ægypti initium* 56 a
de Solis (Antonius) *Er. Aug. Salmant.* 15 *sec.* 131 a
† Soter PP. *Ecclesiis afflictis succurrit* 342 c
de Spinosa (Joan.) *Er. Aug. Salmant.* 15 *sec.* 130 f (Martinus) *Prior Aug. Salmant.* 15 *sec.* 121 a
† Spyridion *Ep. cjus discipulus S. Triphyllius* 174 b
ejus laus 176 c
† Stephani Protom. *Reliquiæ Paderbornæ* 74 e
† Stephanus *R. Hungariæ* 11 *sec.* 467 e f
Stephanus, *Ab. S. Urbani*, 477 d
Stephanus, *Ab. Lobien.* 11 *sec.* 472 f
Sueno *R. Sueciæ* 9 *sec.* 95 e
Sulpitius *Ep. ecclesiæ Bituricæ* 4 a
Swantovithi, *idolum in Rugia*, 496 d
† Symeon Trevia Mon. *ex Syria*, 11 *sec.* 470 a

T

Talaiera *(de)* (Ferdinandus) *Ep. Salmant.* 16 *sec.* 123 e
Tannerus (Matthias) S. J. *scribit viros Apostolicos Societatis*, 121 b
Tarasia Lusit. 1 *uxor Alfonsi Legion.* 225 f
Tarasia Gil, *concubina Alfonsi Legionen.* 226 a
Tasso *Ep. Augustanus*, 4 d
Tatianus Presb. *orthodox in Lycia*, 4 *sec.* 394 f
Teresia Tavera, *Mater S. Antonii Patav.* 199 b
Terentius Comes *in Cappad. amicus Basilii* 376 c f
sollicitatus ab Eustathianis 395 b
Ternanus *Pictorum episcopus* 2* b
Tesso Comes, *sub Carolo M.* 75 e
Theobaldi *Cistercien. transl.* 160 d
Theodolinda Reg. Longobard. 295 d

Theodoro

† Theodora Imp. *restitutrix orthodoxiæ.* 447 b
Theodora Canonica, *sub S. Basilio* 353 f
† Theodoricus Ep. Meten. 10 *sec.* 455 f
Theodoricus *Basileæ Episc.* 11 *sec.* 478 f
Theodoricus Alsatius *Com. Flandriæ* 11 *sec. fundat ecclesiam S. Basilii Brugis* 410 c
Theodoricus *Ab. S. Huberti* 11 *sec.* 477 e
Theodorus *Rex Abassiæ,* 14 *sec.* 159 d
Theodorus, *Ep. Nomentanus,* 9 *sec.* 85 e
Theodorus Diac. Samosat. *Orthodox.* 4 *sec.* 391
Theodori Siceolæ *translatio* 488 c
Theodorus, Studita 9 *sec.* Conf. *Nicephoro Patr. reconciliatus* 85 a
Theodosius Adramitenus Eximp. *transfert. Ravennam Reliq. S. Elisei Proph.* 277 d
Theodosii duo *Epp. Syracus.* 7 *et* 8 *sec.* 276 e 280 d
Theodotus *Ep. Nicopol. in Armenia* 374 e
Theodrada, *filia Caroli M.* 76 e
† Theodulus Sedunen. Episc. 8 *sec.* 550
Theorada, *mater Ven. Richardi Ab.* 456 b
Theofredus, *nobilis Burgundus* 7 *sec.* 378 c
†† Theophanes et Theodorus Grapti, *fratres Confessores* 448 c
Theophania, *uxor Ottonis II* 469 a 470 a 489 b
Theophilus Imp. *iconomachus* 442 c, *revocat S. Methodium* 448 e
Theophilus Patr. Alexandr. 4 *sec. transfert Reliquias SS. Jo. Bapt. et Elisei,* 273 e
Theophilus, *Ep. Castabalen.* 4 *sec.* 380 c, 404 c
Theophilus, *Anachoreta Ægyptius,* 23 a
Theophrastus *Diac. S. Basilii* 375 a
Therasius Præf. Cappad. *sub Valente* 370 f
Thespesius Rhetor, *Magister Basilii* 306 f
Thiemo *Ep. Salisburg.* 11 * f
Tietmarus *Merseburgensis Ep.* 24 * f
Thomas Ep. Assanensis *in Anglia* 15 *sec.* 412 a
Thomas Ab. *S. Andreæ de Vercellis* 13 *sec.* 221 d
† Thomas *de* Villanova 112 b
Thomas Prior Cœlestinorum, 14 *sec. scribit Antiphonam et Collectam de B. Angelo Clareno,* 567 c
Thomas Aversanus, *fidei Inquisitor Neapoli* 14 *sec.* 570
Thomas *Ep. Furconien.* 13 *sec.* 104 c
Thomas *de* Castro Mirini *zelator paupertatis* 13 *sec.* 568 b
Thomas Florentinus, *zelator paupertatis* 13 *sec.* 568 b
Thomas *de* Trevio *zelator paupertatis,* 13 *seculo* 568 e
Thomas, *apud Habessinos celebris* 489 b
Thomas *de* Sola, *Toparcha insulæ ad quam se Clareni receperant in Achaia,* 569 d
† Timasius, *Ep. Neapolit.* 4 *sec.* 16 a
Timotheus Chorepisc. *sub S. Basilio* 348 d
Timotheus, *S. Onuphrii magister* 21 b
Tisones Patavini, *Toparchæ Campi petri* 206 f
† Titiani, *Episc. Opiterg. transl.* 158 c
Titianus Aspettus, 15 *sec. fusor celebris,* 240 d
Torannus, *abbas Benchorensis* 7 * b
Torellus (Franc.) *O. M. ab Hæret. in Gallia* 272 e
Tostatus (Alphonsus) *collegialis S. Bartholomæi Salmant.* 400 a
Trajanus *Dux mil. perit cum Valente* 408 f
† Triphillius, *Episc. in Cypro,* 53 e
Triphyllius *Ledrorum Episc.* 4 *sec.* 174 e
Triddelicius Jac. Ab. 1 commend. S. Laurentii Novariæ, 549 a
Troscanus, *Ard. Brecarensis* 1 * b

U

Ubertinus a S. Cassiano, *O. S. Franc.* 14 *sec.* 159 e
Ubertus *de* Casali, *Clarenus,* 14 *sec.* 571
Ugarthilicus, *Idolum Danæ* 497
Uguccio *de* Casali *Cortonen. Dux Senensium* 13 *sec.* 102 e
Umbolus Dux Longobard. 6 *sec.* 182 e
† Urbani *festum in kalend. Runnico* 497 d
Urbicius *Mon.* 4 *sec. refutat Apollinarium* 408 b
† Ursmarus *Ab. Lobiensis* 542 f
† Ursicinus Expapa. *Neapoli Ep.* 16 a
† Ursiani Ep. Senen. *translatio* 9 *sec.* 180 f
† Ursulæ *martyrium, quale et quando,* 58 c
† Ursus Episc. Neapolit. 4 *sec.* 15 e
Ursus S. R. E. Subd. 9 *sec. vertit vitam S. Basilii* 417 e

V

Valaurius (Jac. Anton.) *scribit vitam et Canonizationem S. Joannis Sahagunt.* 113 d
de Valderas (Didacus) *Er. Aug. Salm.* 16 *sec.* 133 e
Valens Imp. *Arianus, Basilii adversarius* 357 b; *ejusque sacrificantis aspectu consternatus* 359 f; *erga ejus Nosocomium beneficus* 355 b, *extremi ejus conatus contra orthodoxos* 356 b, *pessima ejus indoles* 360 f, *vexat Solitarios orthodoxos* 398 f, *sero pœnitens restituit exules* 408 e, *infeliciter perit* f
Valentiniani Imp. orthod. *auxilium optatum ab Episcopis Orientis* 387 e
† Valentio M. *in Mæsia* 526 a
Valentinus *hæresiarcha* 3 *sec.* 408 a
Valerianus Com. Bertolii, 11 *sec.* 483 b
Valeriani *Imp. mors infelix* 342 b
Valerianus, *Ep. Aquileæ, amicus Basilii* 364 b
Vandinius (Thomas), *scriptor miraculorum S. Ant. Patavini* 248 f
de Velasco, (Antonius) *Prior Aug. Salmant.* 16 *sec.* 133 f
† Venantii M. Camerini *Acta qualia* 11 f
Vernuleus (Nicolaus) *Doctor Lovan. Historiogr. Regius* 17 *sec.* 259 d
Vestiana *Vidua, familiaris S. Macrinæ, a Basilio defensa,* 362 d
† Victorinus Ep. Amitern. M. 2 *sec.* 180 f
† Victonus Ep. Virdun. *ejus ecclesia et monasterium* 453 c
Vincentius, Diac. Lucerin. 3 *sec.* 291 a
† Vincentii Ferrerii, *elevatio* 158 f
Vincentius Bulloni, *avus S. Antonii Patav.* 199 e
Vincentius M. *Ord. Min.* 16 *sec.* 3 d
Violanta Bavara, *Princip. Etruriæ* 16 *sec.* 93 d
Vitalis, *Ep. Apollinarista,* 4 *sec.* 405 b
Volusianus, *sub Dioclet. persecutor in Phœnicia* 167 f

W

Warinus 1 Ab. *Corbejæ novæ* 9 *sec.* 510 b
Walterus, *pater Ven. Richardi, Ab. Virdun.* 456 b
Walterus, *Monachus Claravall.* 489 e
† Wenceslaus *Dux Bohemiæ* 498 c
Wicterpus Ep. Augustanus, 4 d
Wigfridus Ep. *Virdun. fund. monasterii* 456 f
Wilgerus *a* Moerendael, *Decanus Ultraject.* 56 c
† Willibrordus *Ep. elevat corpus S. Cuneræ in Rhenen.* 56 b, 60 a
Wilhelmus Dux *Pictaven.* 11 *sec.* 477 c
Willielmus Com. Normanniæ, 11 *sec.* 476

Willelmus Card. 12 *sec. ignotus Ciacconio* 438 e
Willlelmus Ep. Divion. 11 *sec.* 467 a
Willielmus Vasorius *Ep. Sareptanus* 15 *sec.* 411 f
Willelmus a Wertenberg. *Episc. Osnaburgensis* 17 *sec.* 539 f
Willelmus, *Ab. Tyronensis.* 12 *sec.* 436 f
Willelmus supra Regulam, *Monachus* 11 *sec.* 474 e
Willielmus de S. Amantio, *zelator paupertatis*, 14 *sec.* 572
Winichis Dux Spolet. *liberat Leonem III* 72 b
Wirundus Ab. *missus Caroli M. ad Leonem III* 72 e
Winimarus Monheim, S. J. 94 b
† Wolfgangus *non dedicavit ecclesiam S. Viti Pragæ* 519 e
Wratislaus primus Rex Bohemiæ 11 *sec.* 519 a
Wynsius (Jacobus) S. J. *Rector Hallen.* 88 f
Wolfangus, *Ep. Ratisponensis* 14 b

X

Xerxis R. Pers. *insana contra Græciam molimina* 356 d

Z

Zabarelli (Adrianus) *pictor Corton.* 16 *sec.* 97 f
† Zosimus Er. Syracus. 7 *sec.* 282 a
Zosimus, *pseudo-Ep. Neapol.* 4 *sec.* 14 f
a Zumaraga Joan.) *Archiep. Mexici* 272 e
de Zuniga (Petrus) *Eques Castell.* 16 *sec.* 134 b

INDEX

TOPOGRAPHICUS

Continens nomina provinciarum, civitatum, locorum, per hujus Tomi Sanctos, aut eorum occasione specialius illustratorum, aut alias notatu digniorum.

A

Abassia R. Africæ. *SS Timotheus et Mora MM. conjuges* 527 c
Aberdonia *civ. Scotiæ* 31 d
Ablanium S. Nazarii *in Atrebatesio* 13 b
Acci *civ. Hisp. patria S. Fandilæ M.* 191 e
Ægyptus, *Anub, cum sociis MM.* 173 a
Aenti *monasterium diœc. Lemovic.* 190 e
Africa, *Lucianus; et socii MM.* 172, *Quintianus et socii MM.* 288
Agrigentum civ. Siciliæ *sanguis S. Crescentiæ, nutricis S. Viti* 473 c
Alectorius, *vicus, in Sicilia, an Calabria?* 502 a
Alexandria Ægypti, *An etiam S. Joannes Miles?* 53, *an ibi prædicarit in quando S. Barnabas* 23
Alnense Mon. *O. B. in Hannonia* 541 c
Amiternum M. Aprutii, *Episc. S. Cetheus M.* 181
Anagniæ in Ital. *capitur Bonifacius VIII* 570 a
† Andreæ ins. *carcer S. Methodii* 442 c, *alias* Acrita 443 e
† Angeli *della* Vena, *Fr. Liberatus Præf. Clarenorum* 570 c
† Angeli in Vado civ. Umbriæ, *S. Castora Vid.* 485 b, *B. Bortolus Servita* 486 e
Antiochia civ. Syriæ, 4 *sec. schisma* 339 b
Appeldorn *opp Ultraject. æ c.d* 61 d
Aquileia civ. Italiæ, *Martyres varii Aquileienses* 526 b
Ardeatina Via Rom. *sepulta S. Feliculæ* 161 b
Arianzus in Cappadocia *recessus Gregorii Ep. Nazianz.* 315 b
Arimini civ. Ital. *concionatus S. Ant. Patav.* 216 e
Asculum *civ. Piceni, patria B. Angeli Clareni* 569
Assisium civ. Umbriæ, *Victorinus Ep. M.* 162 b
Assyria, *an patria S. Victorini Ep. Assissinatis* 162 c
Aternus fl. Aprutii: *in eo mersus S. Cetheus* 181 f
Athenis *student SS. Basilius, Nazianzenus etc.* 308 b 309 c *iis digressis cadunt illæ* 313 a
Atria V. Aprutii *corpus S. Cethei E. M.* 182 b *facta Episcopalis an.* 1252 182 e
Augusta Prætoria *civ. Insubr. S. Bernardus Archidiaconus* 547 b
Augustodunum civ. Galliæ *S. Aldricus Ep.* 545 b
Aurelia, *an. civ. Italiæ* 6 d, *an provincia?* 10 d
Azotum *civ. Palæst.* 13 *sec. captum a Turcis* 222 a

B

Ballodium *in Lotharingia* 462 b
Bambergensis *Eccl. dedicata* 467 a
Barbona *in diœc. Patav.* 265 c
Basciocarum in Umbria *Ob. B. Bartolvi Serv.* 487 d
Basilias, *Nosocomium S. Basilii* 355 d
Batavodurum, Wyk-ter-Dorstede *in Belgio* 55 a
Belli loci Mon. *commissum Richardo Ab. Virdun.* 480 b
Belasuense S. Petri Mon. *in Catalaunia* 173 c
Beneventum *Civ. camp. S. Martianus Ep.* 437 b
Benshemium in Meklemburg. *miracula S. Ant. Patav.* 268 f
Beutunes in Lotharingia 462 b
Biblus in Phœnicia *Aquilina V. M.* 165 c, 171 c
Birna *an* Briva? *in Lemovic.* 218 e
Biterræ civ. Galliæ *Clarenos recipit* 572 b
Boca in Saxon. inf. ad Lippium, *an ibi corpus S. Landelini Ab.?* 538 f
Bohemia *fit regnum* 11 *sec.* 518 f
Bojanum in Calabria, 574
Bonæ-spei *in Hannonia O. Præmonstr.* 161 f
Bonvillare *in Lotharingia* 461 e
Borracum, *prædium S. Vitoni* 461 e
Bostra civ. Arabiæ, *S. Antipater Episc.* 179 a
Bovinum civ. Apuliæ *S. Marcus Ep. Patronus* 289
Bracal in Saxonia, 513 b
† Branchier in Alpibus 563 b
Brebonne, Vebrona diœc Lugdun. *S. Domitianus Erem.* 189 f
Brenta *fl. Italiæ* 266 d
Bretuliense Mon. *commissum Richardo* 461 a
Brixiæ civ. Ital. *an Martyr S. Cornelius* 271 c
Brescia Galliæ prov. *S. Regnobertus M.* 187
Brouchuysen-vorst *pag. Geldriæ* 260 b

C

Cæsarea Cappadocia; *patria et Sedes Episc. S. Basilii Magni* 301 b
Cæsarea Palæst. *studet S. Basilius* 306 c
Cea fluv. et opp. Castellæ 146 d
Cajeta civ. Campaniæ, *corpus S. Marciani Ep. Syracusani* 276 d
Candida-casa civ. Scotiæ 31 d
Cappadociæ Prov. *Asiæ, patria Basilii Magni* 301 b
Cariasum *villa Imper. in Gallia* 81 e
Casa-nova O. Cisterc. *in Campan.* 105 a, 109 b
Casentinum opp. Aprutii 107 b
Castanedum *in diœc. Matiscon.* 474 a
Castagnetum *diœc. Vicentinæ* 248 f
Castellaccia *de* Carpenia *patria B. Bartoli Serv.* 486
Cella Gislefridi *in Francia* 512 a
Cellarum *conv. O. Min.* 99 b
Cephaludi civ. Siciliæ, *cypressus S. Antonii Patav. ibi servata* 203 a
Chalcidenses *in Armenia contra Valentem constantes* 357 a
Chenaloci monast. C. P. *S. Methodius* 441 e
Cines in Algarbiis *eccl. S. Ant. Patav.* 244 d
Cingulum in Piceno *an patria B. Angeli de Clareno quem alii Asculanum dicunt* 568 a
Claravallis in Burgund. *S. Gerardus Mon.* 193 e
Clarenus fl. Piceni, *unde appellatio Clarenorum O. M. seu Pauperum Eremitarum* 570
Codernilios *in Castella, parochus S. Joannes Sahagunt.* 116 e, *hujus ibi festum* 146 d
Colonia Agripp. *Leo III Hospes* 72 d
Colonia civ. Armenia 397 d
Compostellam in Hisp. *peregrinatus S. Placidus* 13 *sec.* 106 d
Constantinopoli *varii MM.* 527 a

Constantinopoli

Constantinopolit. Reliq. S. Elisæi Proph. 274 f, patria S. Triphyllii Ep. 175 f, cultus S. Aquilinæ 166 a, studet ibi Basilius 307 f
Corbeja Gallica commissa S. Richardo Ab. 468 d
Corbejæ Saxonicæ fundatio 496 e
Corduba civ. Hisp. Anastasius, Felix, Digna MM. 452 Fandilas M. 191, Benildis M. 546
Cortona civ. Etruriæ, B. Guido Tert. Franc. 96 a, excisa ab Aretinis 102 c
Cracovia civ. Polon. miracula S. Ant. Patav. 252 e
Cremonis-jugum in Alpibus 547 c
Crispinium in Hannonia, Landelinus Ab. O. B. 538 b
Crotalos mons, prope Agrigentum 279 d
Cucciatorum monticulus in agro Corton. 99 d

D

Dazimonitis, regio ad Pontum 391 d
Delum Diœc. Patav. 267 a
Diedmel vel Tetemeila in Westphalia 74 f
Dilfurt, opp. Bavariæ 93 d
Doaniorum opp. in Cappadocia 398 e
† Dogmaelis burgus, in Britannia Min. 436 c
Dorostorum civ. Mœsiæ, Julius M. etc. 526 a
Dunkerka opp. Flandr. mirac. S. Ant. Patav. 264 d

E

Ebulum in R. Neapolit. miracula S. Ant. Pat. 263 a
Edessa urbs Mesopotamiæ, Rel. S. Thomæ Ap. 367 e
Elbron in Lusitania 226 b
Elsch prope Rhenen, reliq. S. Cuneræ 62 b
Elst in diœc. Ultraject. 62 f
Embrica opp. Cliviæ, Reliquiæ S. Cuneræ 58 d
Emesa civ. Phœniciæ, Diodorus M. 172
Enus vel Œnus fluvius 16 * b
Ephesus civ. Asiæ Min. Miggenes et Socii MM. 288
Erculberg, villa Saxoniæ 514 c
Ermefredegem in Lotharingia 461 e
Euaseni in Cappad. constantes in fide 4 sec. 404 d
Eugubium civ. Umbriæ, S. Castora vid. 485 b
Euphemias prope Nazianz. 394 e
Eusinoe ad Hellespontum 325 a

ECCLESLE ET MONASTERIA

Quibus nomen sancto a Patrono inditum cetera suo loco reperiuntur.

Agathæ Brugis alias S. Gadeæ 117 b
Amantii Remis 474 e
Andreæ, in silice via Appia 86 a
Apollinaris M. juxta Ravennam 86 c
Apostolorum CP. corpus S. Nicephori Patr. 450 f
Aquilinæ CP. 166 d
Athanasii, in Monte Atho. 33 b
Basilii Magni Brugis 410 b
Bertini in Belgio commissum B. Richardo 462 f
Catharinæ de Monte, prope Rotomag. 473 e
Corbeja nova ad Visurgim 22 * f
Crucis Conimbricæ Canonic. RR. S. Antonius Patav. 198 e
Cuneræ, Rhenis in Belgio 56
Ephebi Neapoli, corpora SS. Fortunati et Maximi Epp. 531 d
Erasmi Romæ, eo retrusus S. Leo III 71 f
Eupsychii M. Cæsareæ in Cappad. 343 e, 347 d
Felicis M. Metis 460 c
Germani Parisiis, corpus S. Landerici Ep. 180 c
Huberti, commissum Richardo Virdun. 462 f
Joannis Baptistæ Modoetiæ basilica 295 d
Judoci commissum Richardo Virdun. 462 f
Laurentii, Neapoli 254 a, in Monte-jovis 548 f
Marci Ep. Lucerini, Beneventi 289 b
Mariæ assumptæ Bovini 289 b
Mariæ de Bethleem diœc. Senen. corpus S. Guidonis Peregr. 517 d
Mariæ Magd. Bajocense 469 d
Marii Diœc. Virdunen. 474 d
Martialis de Rodio in Vestinis 105 a
Martyrum XL in Cappadocia 315 d
Nicolai in Aprutio 106 e
Onuphrii ecclesiæ variæ 16 f
Pancratii Romæ 86 b
Pharonis Meldis in Gallia 161 a
Pauli Leprosi Alexandr. in Æg. 273 f
Petri in Cœlo-aureo Gandense commissum Richardo Ab. 462 e
Quintini commissum Richardo Ab. 462 f
Regneberti in monte Juræ 187 e
Richarii commissum Richardo A 460 f
Remacli commissum Richardo Ab. 462 f
Sabinæ Romæ renovata 8 sec. 70 d
Salvatoris ad. Oudmunster Ultrajecti 87 c
Sebastiani Salmant. 117 b
Severi Ep. prope Neapolim 529 b
Spiritus de Oera O. Cisterc. 104
Stephani S. Martini dicta. Ravennæ Reliq. S. Elisei 273 c
Stephania Neapoli SS. Fortunatus et Maximus Epp. 529 a
Susannæ Romæ reparata 8 sec. 72 e
Urbani Mon. commissum Richardo Ab. 462 f
Ursi Conf. prope Augustam Prætor. 552 f
Ursula Salmanticæ in Hisp. 134 e
Vedasti Ord. B. restauratum a Richardo Ab. Virdun. 461 a
Viti Vincentiæ in Italia 494 a
Wandregisili Mon. commissum Richardo Ab. Virdun. 462 f

F

S. Facundi opp. Castellæ, patria S. Joannis August. 114 ejus patrocinium susceptum et reliquiæ 145
Faussigniani montes, in Alpibus 563 b
Fiscannense O.B. in Normannnia 474 a
Flectropa in Westphalia, corpus S. Landelini 539 b
Flevus hodie Flie, æstuarium maris Hollandiæ 97 f
Fosseca in Lotharingia 461 e
Floriacus Monast. Fundator Leodeboldus Ab. 271 e
Fontangia in Lotharingia 461 e
Forbacum, prædium S. Vitoni 463 d
Fossa opp. diœc. Aquilanæ 104 e
Frifalon opp. Umbriæ 570 e
Frisones, quando conversi 56 a
Fructuariense monast. in Italia 474 e
Furconium antiqua civ. Italiæ 104 b

G

Dalatinum castrum, an in Thracia? 179 f
Galbiacum, in Julia, caput S. Viti 498 b
Gerunda civ. Catalaun. mir. S. Ant. Pat. 250 b
Gengravia in Lotharingia 461 f

Ghinchel

Ghinchel vicus Ultraject. diœc. 64 c
Glascua civ. Ep. Scotiæ *S. Kentigernus* 31 f
Gordalizia, *opp. Castellæ* 132 c
Gotthi *a Valente trans Danubium recepto* 408 c
Griestetta vicus Bavariæ *SS. Marinus, Zimius, Vimius Erem.* 92

H

Haerhusen, *Opp. Westphaliæ* 539 c
Hagensteyn, *opp. Ultraject. diœc.* 63 d
Hallad *pagus Lotharingiæ* 461 c
Ham *in Lotharingia,* 461 f
Hechis, *primus locus Corbejæ Saxon.* 509 c
Heliopolis *urbs Ægypti Anub. M. cum sociis* 173 a
Heresburg *in Saxonia* 75 a
Hevenges *in Lotharingia* 461 e
Hierosolymæ *peregrinatur Richardus Ab. Virdun.* 468 f, *Robertus Comes Norman.* 475 f
Hispalio *in diœc. Ruthenen.* 545 e
Hispellum, Spellum, *civ. Umbriæ* 165 d
Hon, *fl. Hannoniæ* 544 a
Humulariense M. *commissum Richarde Vird.* 462 f
Huxera *opp. ad Wiseram* 509 e

I

Iadera civ. Dalmatiæ, *an eo advectum corpus S. Cethei?* 181 f
Ibora civ. in Ponto, 315 d
Icarium, *an opp. Cappad.* 403 a
Insularum Scoticarum *Episcopatus* 3 d

K

Kiovia, *Metrop. Russiæ, S. Jonas Thaumat.* 577
Kranenburgum, *opp. Cliviæ* 64 e

L

Lampa, *pagus Saxoniæ* 514 b
Laodicæa, *civ.*Phrygiæ, *Antheon M.* 287
Laubacus *fl. Hannoniæ* 541 e
Lauretum civ. Piceni, *Mirac. S. Ant. Patav.* 263 a
Lemovices *in Gallia S. Ant. Patav.* 218
Leucopetra *Promont. Calabriæ S. Gerasimus Mon.* 453 b
Leucosia in Cypro *S. Triphyllius Ep.* 174
Libra locus CP. 54 c
Linares, *opp. Lusitaniæ* 227 b
Lismoria, *civ. Scotiæ* 31 d
Lobiense O. B. in Hannonia 541 f, *commissum S. Richardo Ab. Virdun.* 462 f
Lucania, *S. Vitus et Modestus* 492
Luceria, *civ. Apuliæ S. Marcus Episc.* 289

M

Macerata *civ. Piceni, ob.B. Castora* 486 c
Madrigale, *opp. Castellæ* 115 c
Malmelli-pons *Virdun. diœc.* 467 d
Malensana, *receptaculum Clarenorum prope Avenionem* 571
Malmundariense *Mon. O. B.* 462 f
Malvena, *diœc. Wigornien.* 547 d
Marianum, *ubi passus S. Vitus* 493 d, 505 a
Marsicum vetus *et* novum *in Lucania ob. Angelus de Clareno* 567 e
Martignium, *opp. Sabaudiæ* 562 b
† Maruli-villa, *in Francia* 512 f
Mazara, *civ. Siciliæ, patria S. Viti* 493 d
Mazara, *Siciliæ urbs antiqua* 20 * e, 21 * a
Mazici, *populus Ægypti.* 18 d
Mellaris, *monast. Hisp.* 191 f
Menthonense castrum, *patria S. Bernardi* 548 b
Mentosca de Agesco *opp. Italiæ, statua miraculosa S. Ant. Patav.* 265 a
Mitriacus, *vicus in Francia* 511 e
Monnau *in Lotharingia* 462 b
Monopolis *civ. Calabriæ* 213 d
Moraviæ *regnum in Bohemo translatum* 519 a
Mons Brusonis *d. Lugdun. S. Aldricus Ep.* 545
Mons cornu, *in diœc. Aquilana* 106 e
Mons-Jovis, *Columna-Jovis nunc S. Bernardus major et minor* 548
Mons murri, *in Calabria* 576 a
Montecchium, *in agro Cortonen.* 102 b
Montey, *Valesiæ vicus* 562 a
Moysiacum *d. Caturcen.* 477 e

N

Neapolis civ. Campaniæ *S. Maximus aliique Episcopi 4 sec. eorum series* 15, *Fortunatus Episcop.* 529 a
Nederpreis *pag. diœc. Colonien.* 261 f
Nicopolis, *metrop. Armeniæ* 397 e
Nicosa *olim* Leucosia *civ. Cypri* 174
Nordanskog. *civ. Sueciæ* 95 c
Novariensis *diœc. S. Bernardus Menthoniensis* 548 a

O

Oasis, *palæstra S. Onuphrii* 19 d
Oera diœc. Aquilanæ *in Italia, S. Placidus Eremita* 104
Odackera in Westphalia, *corpus Sancti Landelini* 538 f 544 d
Omura civ. Japoniæ, *mirac. S. Ant. Patav.* 244 b
Orcades insulæ *quando conversæ, an ex eis S. Cunera* 55 c
Orsajo *vel* Ossaja, *in Thuscia* 101 f
Orschotum, *in Campaniæ Brabant.* 87 f
Osthrouca, *O. B. in Frisia* 87 e
Ovetum civ. Hisp. *B. Pètrus Compater O. M.* 565 c
Oxyrinchus civ. *Egypti* 21

P

Paderbornæ *in Westphalia exceptus a Carolo M. Leo III* 73 f
Panormus civ. Siciliæ, *mirac. S. Ant. Patav.* 268
Panormus *alias* Antigoni ins. *exilium S. Methodii* 443 f
Parmæ civ. Italiæ *caput. S. Feliculæ V. M.* 161 e
Patavium *U. Ital. S. Antonius Patav.* 196 a
Pax-Mariæ *O. Carth. corpus S. Eskilli* 94 e
Pelopia antra, *prope Syracusas* 279 c.
Perschore *in diœc. Winton.* 547 d
Picti Britones *qui, eorum sedes etc.* 32 b
Philoxeni palatium *CP.* 166 d
Photocomus pagus Achaiæ ; *corpus et ecclesia S. Petri Athonitæ* 41
Pluembach, vicus Bavariæ 16 * d
Podandum *in Cappad. ubi senatus* 369 d
Polignacum in Apulia *S. Viti Ab.* 493
Pontus *regio, unde paternum genus Basilii* 303 e, *hujus ibi solitudo et monasteria* 306 b 323
Prætorias in Cilicia, *corpus S. Dulæ M.* 519 c
Pretula *in diœc. Aquilanæ* 104 e
Pulche, *Valentinæ diœc. in Hisp.* 232 c

R

Raceburgum civ. Wandaliæ. *BB. Evermodus et Isfridus Ep* 564 b

Rameseja

Rameseja *Mon. Angliæ, corpus S. Yvonis Ep. Persæ et Sociorum* 436 c
Rastratum *diœc. Lemovic.* 190 d
Rasbascense *Mon. in Francia* 511 b
Ravacinum *Diœc. Mutinen.* 251 e
Ravennæ *reliq. S. Elisei proph.* 274 f
† Regneberti vicus *duplex in Brescia* 187 f
Rhenæ *opp. Belgii, Cunera V. M.* 55 a
Ringus, Hunnorum regio, *occupata ab Imperialibus et spoliata 8 sec.* 30
Rocca Montis-draconis *in Molesino* 574
Rodium in Aprutio, *Patria S. Placidi* 105 f
Romano *ter peregrinatur S. Landelinus* 541. *S. Eutulii V. M. ab Domitiano* 160 b. *Januarius et Silvanus MM* 162 a, *Basilides et socii MM.* 5. *S. Leo Papa III* 69
Romania, *Thracia* 575
Romarici-mons *in Lotharingia* 475 d
Rotgeri-curtis *in Lotharingia* 461 e
Russiæ Metropolitæ *orthodoxi ac sancti* 509

S

Salisburgum, *civitas in Bavaria, olim Juvaria* 11 * c
Salmantica civ. et acad. Castellæ, *S. Joannes de S. Facundo* 112 a
Sambra *fl. Hannoniæ* 541 e
Samaria civ. Palæst. *sepultus Eliseus Proph.* 273 b
Sanctaren *oppidum Lusitaniæ*, S. Irenes 228 c
Saponaria *in Calabria* 576 a
Satrianum *in Calabria, an Terra Saturni* 575 f
Saxoniæ *fortuna S. Vito adscripta* 496 d, *ejus conversio sub Carolo M.* 508 e
Scoto-Britanni, *eorum Sedes etc.* 28 c
Sebaste *civ. Armeniæ, alias Cappadociæ* 303 d
Senones, metrop. Franciæ, *S. Agricius Ep.* 180 b *Heraclius Ep.* 70
Septem Salices, *villa Franciæ* 512 d
Sicilia *SS. Vitus Modestus, Crescentia* 491
Siler, Silarus *fluv. Lucaniæ* 502 b
Sinchari *an* Cingari ? *populus Ægypti* 27 e
Solenniacense *O. B. Monast.* 218 c
Sola *villa Saxoniæ* 513 b
Sotera in Sicilia, *S. Onuphrius* 17 b
Speccia, *an opp. Albaniæ? Antonius et Socii Martyres* 288 e
Stengenensis diœc. in Suecia *Ep. S. Eskillus M.* 94 a
Stavera *oppidum Frisiæ* 88 a
Sudermania *provinc. Sueciæ* 94 a
Syracusæ, *S. Marcianus Ep. M.* 275, *ibi natus S. Methodius Patr. CP.* 441 d

T

Tabennense Mon. *diœc. Corduben.* 191
Tanager seu Niger *fl. Lucaniæ* 493 d
Tarentum, *civ. Calabriæ* 294 f
Taurinum *civ. Pedemontii : miraculum S. Antonii Patavini* 261 b
Templucensis pagus *in Hannonia* 541 f
Tesana, *in Forojulii mirac. S. Ant. Pat.* 265 f
Teschius *flur. Umbriæ : an* Ceschius ? 162 e
Thermopolis, *civ. Ægypti* 27 e
Ticinum, civ. Lombardiæ, *corpus S. Viti* 496 e
Tila, *vicus Ultraject. diœc.* 62 f
Tormes, *flur. Castellæ* 191 f
Trans, *Castrum Provinciæ* 469 f
Trenortium, *opp. Galliæ* 474 a
Treviris *caput S. Bernardi Menthon.* 549 c
Tripolis, civ. Phœniciæ *Magdaletes M.* 5 a
Triventum, *opp. Piceni* 570 d
Troja *al.* Æcana, *patria S. Marci Lucer.* 289 b
Turres-novæ, *opp. Lusitaniæ* 228 b
Tyana, *metrop. Cappadociæ* 2 369 d

U

Ulyssippona *U. Portugal. patria S. Antonii Patavini* 198 b, *translata Reliquia S. Joan. de S. Facun.* 151
Ultrajectum in Belgio, *S. Odulfus Presb.* 87

V

Vallis, *in diœc. Camerac. patria S. Landelini* 540 f
Villa nova S. Mancii *in Castella* 117 c
Veerhuysen, *opp. ad Rhenum Ultraject. D.* 62 e
Velavia, Velue, *Batavorum insula* 62 f
Verodunum civ. Lotharingia *Ven. Richardus Ab.* 453
Vienna, civ. Galliæ; *S. Ætherius Ep. 7 sec.* 438
Viteregium *vicus in Lotharingia* 461 e
Viterbium civ. Italiæ : *mirac. S. Ant. Patav.* 251 a
† Viti Promontorium in Sicilia 492 e, *plura loca in Italia et Romæ* 494 e

W

Walciodorense Monast. *commissum Richardo Vird. Abbati* 462 f
Wandali, *eorum in Suecia Apostolus B. Isfridus* 564 f
Waslariense *Monast.* O. B. *in Hannonia* 541 f
Wilci, *pop. Saxoniæ* 74 d
Wilsem, *vicus prope Haerlem* 65 d
Wintonia civ. Angliæ, *S. Edburga* 547 a
Wisera, Visurgis, *fl. Saxoniæ* 509 e

Y

York, *an aliqua in Orcadibus* 59 b

Z

Zela, civ. Ponti *in Cappadocia* 391 d
Zephyrium, civ. Ciliciæ. *S. Dulas M.* 519 c
Zirikzee, *opp. Zelandiæ* 65 e

INDEX

ONOMASTICUS

Vocum barbararum vel minus obviarum, aut hoc tomo specialius explicatarum.

A

Accommodare, *mutuo dare* 574
Accubitum, *lectus* 86 c
Acuarium, *theca acuum* 489 b
Allicium, *illicium* 494 b
Amœnari, *deliciari* 188 d
Analogium *pulpitum* 481 f
Anchæ, *os sacrum* 212 c
Antiminsium, *mappa sacrificalis* 282 f
Appodiare, *acclinare* 106 b
Arenarium, *solum Amphitheatri* 504 c
Aurifrizium, *limbus aureus* 461 d

B

Banda, *vexillum* 75 d
Basterna, *lectica* 503 f
Beca, *e pomis Collegialis Salmanticæ* 125 b
Becha, *habitus proprius Clarenorum* 573 e
Biandus, *an* biancus, *albus?* 229 a
Binda, *villa* 225 a
Birotum, *vehiculum* 2 *rotarum* 160 f
Bisaccus, *mantica* 575
Botryon, *botrus* 21 b
Bordonus, *scipio* 553 c
Βουλλώειν, *Bulla signare* 436 f
Braca, *femorale* 61 c
Burgensis, *civis* 220 e
Burgimagister, *consul* 413 d

C

Caducans, *epilepticus* 553 f
Caldaria, *lebes* 220 d
Cambiæ, *commutationes* 204 f
Camisia, *interula linea* 61 c
Campanellum, *Campanula* 232 d
Cantabrum, *furfur caninum* 476 d
Capellus, *pileus, galerus* 215 e
Carpentatus, *ex ligno fabricatus* 411 e
Caputiatus, *capucio indutus* 227 c
Cassella, *domuncula* 160 f
Casura, *lapsus* 62 d
Catasta, *suggestus quæstionarius* 504 d
Catenare, *vincire* 555 f
Catomis cædi, *virgis vapulare* 499 f
Cauma, *æstus* 560 c
Cedula, *schedula* 227 d
Cellerarius, *promus-condus* 192 c, 193 b f
Cernuatus, *in faciem lapsus* 285 a
Chiacus, *præcursor* 155 b
Ciborium *seu* Cybortium *super altare* 428 c
Circuientes, *circumeuntes* 509 e
Clarens, *excellens* 551 e
Clepsydra, *sypho doliaris* 222 b
Clericare, *Clericum facere* 543 e
Cluentissimus, *excellens,* 462 c
Cogitamen, *cogitatio* 452 c
Concambium, *commutatio* 461 e
Contrada Contrata, *quasi* Conterrata, *regio, vicus* 110 d
Contutare, *in tuto locare* 199 a
Convirginales *sociæ virgines* 452 c
Cornicularius, *scriba, secretarius, a* Corniculo *scriptorio seu atramentario* 525 a
Coquinarius, *coquus* 218 f
Crucifixus denarius, *cruce insignitus* 63 e
Cubiculus, *cubiculum* 501 e
Culdei, *Monachi Hiberni* 32 d
Custodiatus, *munus Custodiæ* 222 b
Cutica, *an corona clericalis?* 238 f, 236 a

D

Damnalia, *damnabilia* 550 c
Damulus, *hinnulus* 291 c
Debriare, *implere* 480 d
Dehabere, *non habere* 466 e
Deliberare, *liberare* 63 b
Deludium, *irrisio* 191 e
Devotare, *voto obstringere* 464 f
Διάζωστρα, *subligacula* 171 c
Dimidietas, *medietas* 64 c
Disertitudo, *eloquentia* 200 f
Dizeni, *Decuriones* 563 e
Doxale, *odæum ecclesiæ* 411 e

E

Effluxus, a, um, *præteritus* 551 d
Enchirium, *manuale* 94 f
Encolpium, *Reliquiarium* 85 e
Epitrachelium, *collare* 85 c
Ergasterium, *instrumentum fabrile* 475 d
Exiliare, *in exilium mittere* 509 a

F

Ferula *vestibulum Ecclesiæ* 435 c
Fontelluccia, *fonticulus* 99 b
Forestarius, *silvarum custos* 475 c
Fragminare, *confringere* 553 b
Fratelea, *confraternitas* 496 d
Fraticellus, *fraterculus* 575 c
Frigores, *febres* 189 a
Frigoriticus, *febri laborans* 555 b

G

Gabella, *pensio Clericalis* 553 e
Galilea, *porticus* 462 c
Gambetta, *scabellum* 575
Gammadium, *vestis genus* 70 f
Grangia, *horreum, prædium* 194 f
Graphiarius, *scriba civitatis* 413 d
Gutturnosus, *Strumosus* 555 b

H

Huyba, *vitta crinalis* 57 c

I

Iconia, *effigies* 213 c
Idololatrare, *idola colere* 553 e
Imminendus, *imminens* 10 c

Inadulatus

Inadulatus, *sincerus* 456 e
Inexemplus, *incomparabilis* 77 a
Infiscatus, *fisco addictus* 538 f
Inimicare, *persequi, odisse* 63 d, 471 a
Initiare, *incipere* 509 e
Insenitus, *senex factus* 452 e
Interitio, *interitus* 559 b
Intitulare, *inscribere* 553 c

J

Jugulus, *gladius* 165

K

Κακιστῶς, *pessime* 168 f
Καλίπτας, *quomodo dicatur de Virgine* 166 a
Κομμενταρήσιος, *Commentarius, Præfectus Carceris* 520 f
Κολοφωνίζειν *colophizare* 169 b
Κ[illegible] 524 c

L

Labellus, *loculus* 560 c
Lactania et Litania, *in quo differant.* 76 c
Lebitonarium, *tunica linea monastica* 22 f 29 f,
Lenaria, *lenocinium* 61 c
Lenus, *Leno, scortator* 61 c
Leuga, *Leuca, milliare gallicum* 542 c
Licentiare se, *facultatem discedendi petere* 489 d
Litteraliter, *erudite* 200 e
Longitanus, *antiquus* 70 e

M

Macroma, *porticus* 86 e
Magistrare, *instruere* 510 e
Magistratus, *magister creatus* 550
Malandrinus, *grassator* 576 a
Manerium, *prædium* 547 d
Mansus, Mansum, *prædium* 461 e
Maphorium, *muliebre pallium* 433 d
Marmorare, *marmoribus ornare* 86 b
Matriculæ *in ecclesia duplices* 554 e
Metabulum, *curriculum* 452 b
Mezzaninus, *genus monetæ Paduanæ* 232 f
Migratus, *mortuus* 489 d
Μίλιον *Milliare* 524 e
Missaticum, *munus tabellarii* 83 a
Mite, *Mansuete* 553 e
Moropetinus, *Hisp. Maravedis* 147 a
Musicare, *canere* 543 b
Mundiburdis, *tutela* 81 b

N

Naeta, *tuber capitis* 229 e

O

Objugare, *e regione stare* 553 c
Officiare, *ministrare* 553 c
Oralis, *strophium* 526 a

P

Pallium, *πάλλιον* 524 c
Panichium, *panicum* 209 e
Papas, *pædagogus* 499 f
Papatissa, *nutrix* 504 c
Parabola, *fides verbo data*, parabolæ 517 d
Paramonarius, *custos ecclesiæ* 481 d
Parata, *hospitium* 474 c
Parsimonizare, *parcere* 553 e
Paximatis, *panis aridus* 21 e
Peculialis, *pecorinus* 558 c
Phenolium, *penula* 85 c
Pinnaculum, *mons* 191 f
Pocæ, *variolæ* 62
Placitum, *comitia* 509 c
Præsidiare, *præesse* 481 d
Prætula, *petrula* 109
Principari, *oriri* 554 a
Procuratia, *officium Procuratoris* 238 c
Puer, *puella* 163 e

Q

Quadriporticus, *in quadrum ducta* 70 d
Quamtoties, *sæpe* 213 b
Quotidinarius, *quotidianus* 475 a

R

Rasta, *iter duarum horarum* 75 a
Recollectare, *colligere* 82 e
Reconciliare, *consulere* 61 d
Relatare, *referre* 551 a
Reliquium, Analogium, *pulpitum* 189 c
Repedare, *redire* 560 c
Ripa, *rupes* 213 d
Rochetum, *vestis linea Canonicalis* 552 f
Roga, *stipendium clericale* 70 d
Rugæ, *cortinæ* 70 e, 86 d
Rugetus, *rubicundus* 229 a

S

Sabana, *linteamina* 504 c
Sappa, *ligo* 213 e
Scamelli, Scannelli, *scabella* 212 c
Scandellæ, *crepitaculum* 225 a
Scimpodium, *Grabatum* 475 b
Scultetus, *prætor* 413 d
Senia, *senilia* 501 e
Soccus, *calceus* 547 a
Solemnizare, *festive agere* 543 f
Soporare, *dormire* 550 f
Σούβλα, *Subula* 170 d
Σπεκουλάτωρ, *Spiculator, lictor* 171
Stationarii, *Mercatores tabernarii* 204 f
Sticharium, *amictus sacerdotalis* 85 c
Studenter, *diligenter* 550 e
Suppositium, *persona subjecta* 552 d
Sycamina, *ficus* 23 e
Sytecticus, *tabefactus* 212 c

T

Τάξις, *cohors Prætoria* 525 a
Theosophus *pius, religiosus* 475 c
Thesauria, *gazophylacium* 564 c
Tractus dare, *animam agere* 575
Τίτλος *Titulus* 168 f
Tonsurare, *Clericum facere* 540 f
Travis, *trabs* 86 b
Treva-Dei, *pax publica* 476 a
Triumphare, Truffare, *ludere jocari* 225 a

U

Uberare *liberalitatem docere* 553 f, *prolem concipere ibid.*

V

Vadium, *pignus* 474 d
Vespilio, *grassator nocturnus* 61 e
Vitis Torcularis, *trochlea* 229 a

X

Ξυλόβαλλον, *an* ξυλοβάκλοι *baculus spinosus* 524 c

INDEX

INDEX MORALIS

A

Abbas eligitur Ven. Richardus, a pueris proclamatus 459 a b. Hujus Abbatiales virtutes 462 c; pro eo, cum putaretur mortuus, factus Abbas Stephanus, ipso redeunte humiliter ad ejus obedientiam redit 472 e f. Abbas eligit sibi successorem consentientibus monachis 531 f.

Abluere pauperum pedes. Vide, Humilitas.

Absolutio. Vide, Confessio.

Abstinentia. Vide, Jejunium.

Acedia extinguit spiritum 532 a b c.

Accusatio. Vide, Impudicitia, Judex.

Adolescentia pia S. Odulphi 89 d e. S. Marci Episcopi 290 e, B. Placidi 106 a b d, B. Aquilinæ Martyris 167 e, seq. B. Joannis a S. Facundo 98 f, B. Antonii de Padua 198 c d. Adolescens eruditus et pius S. Bernardus de Monte-Jovis 550 b c. Adolescens S. Basilius artibus eruditur 306 c, 307 e f, 309 c; et S. Methodius 98 f. Studiosi et pii SS. Basilius, et Gregorius Naz. 311 d e f, seqq. Adolescens Libanius prius studiorum negligens, deinde librorum avidus lector 308 e. Adolescentes hujus discipulos parum apte fingitur Basilius instruxisse de virtutibus 422 d seq. Studiosorum Athenis petulantia et stultitia in excipiendis tironibus 310 d e f.

Adulator principum ineptus Modestus Præfectus sub Valente 357 f.

Adulterium, Vide, Impudicitia.

Amentes curantur ad invocationem S. Nazarii Martyris 14 a d.

Amicitia Basilii et Gregorii Naz. mutuis officiis coalescit usque ad perfectionem 310 d e f, seqq.

Amissarum rerum patrocinium S. Antonio de Padua utiliter commendatum 243 b c d, seqq. 247 e f seqq. 259 e seq. 264 b c d. Mula ab eo reducitur ad Dominum 247 f, 248 b c seqq. Post rem ejus patrocinio recuperatam dolens de eleemosyna in eum finem facta, illam rursus amittit, et pecuniam eleemosynæ impensam recipit 257 b seq. Vide Cambialis, Computus.

Amor in Deum fortis S. Marciani 280 b

Amor mutuus S. Leonis Pap. III et S. Caroli Magni 82 c. Vide Amicitia.

Amor proximi. Vide, Caritas.

Angelus liberat S. Vitum et Socios de catasta 503 e; tamquam nauclerus navicula transfert in Italiam, aliisque rebus juvat 492 f, 502 a b. Angeli apparent cum S. Vito canentes 502 f. Angelus apparet S. Aquilinæ Martyri 170 b seq. monet S. Odulphum ut Trajectum eat. 90 c: Infernum ostendit S. Landelino ut convertatur 539 c. 542 d, panem defert S. Onuphrio in solitudine 28 a, Eucharistiam ministrat Solitariis, et eos subinde in cælum defert, iterumque reducit in solitudinem 28 a, declarat Sanctitatem Ven. Richardi et Maldavæi: ad virtutem hortatur Rodulphum 479 b c. Angelus epistolam defert pro S. Antonio de Padua 219 f; ad ejus sepulcrum ducit mulierem sanandum 210 e f. Angeli apparent alati 500 d. Angelorum cantus auditi ab orantibus 291 e, et in morte S. Onuphrii 29 f. Vide, Dæmon. Apparitio.

Angelus custos deducit in solitudinem S. Odulphum 89 e seqq. confortat S. Vitum Martyrem 499 f.

Anima occisi, sed resuscitandi, non longe abit a Corpore 245 b c. Vide, Conversio, Purgatorium, Angelus, Dæmon, Zelus, Animæ puritas,

Antrum inhabitat S. Marcianus, et cur 278 a

Apostolicæ virtutes S. Eskilli in Suecia 95 b c. seq.

Apparitio. Christus apparet S. Vito Mart. confortans eum 502 f seq. S. Agatha apparet ad Martyrium vocans S. Dignam 452 b. S. Symeon Evangelicus in forma Episcopi cum baculo aureo 38 a seq. S. Marcus Episc. paralyticum sanans 293 d e f. S. Nicolaus Romano Pontifici commendans S. Petrum Athonitam 39 d e, et S. Bernardo Menthoniensi, confirmans eum in pio proposito 550 e f; et per eum Xenodochium exstrui jubens 558 b

Apparet S. Cunera captivo 61 e f. 62 a b: et in tempestate periclitanti 67 a, et puellæ in puteum lapsæ, quos liberat 67 b. B. Angelus Clarenus cum B. V. quæ testatur Angeli sanctitatem 575 c, S. Basilius sæpius S. Gregorio Nazian. 409 e. S. Franciscus ut animam B. Guidonis ad cælum vocet 100 b, et benedicens suis qui paupertatem laxari non permittebant 203 d e: idem adhuc vivens, sed alibi degens, filiis suis apparet, approbans concionem S. Antonii de Padua 201 c. Apparens S. Joannes a S. Facundo homicidium impedit, sese interponens 154 e f: idem variis apparet 134 e f, 152 e. Apparet S. Triphyllius adhuc vivens Constantino Magno ægrotanti 175 f. Apparet S. Antonius Paduæ degens, Ulisippone; et parentem a suspicione peculatus liberat 201 d; item adhuc vivens absentibus, monens confitendum de peccatis 202 a, in hora mortis suæ amico; dicens se Paduæ, relicto asello suo, in patriam ire 224 b seq. post mortem apparens, sub ruina opprimendum servat 213 d. Peccatores excitat ad peccatorum confessionem 223 a. Homicidium impedit 225 b seq. Infirmæ sanitatem offert aut cælum: infirma sanitatem eligit et impetrat 225 e, cum S. Francisco desperabundam ad pœnitentiam movet 227 c. Conjuges duos a periculo damnationis liberat 227 e f, moribundum solatur 230 f. Apparet Patri Bernardino Colgano 246 e f: res amissas inveniri facit 247 seqq. 252 b, innocentes a morte et carcere liberat 252 e f seq. Candelam templo suo adferri jubet 254 b c a lapsu præservat sibi devotos, et alios sanat 255 a b, promittit res amissas reperiendas 259 e, dæmonem abigit qui volebat alium decipere 263 c d. Apparet similis imagini suæ 249 e 254 d seq. 262 e Apparitione Christi ficta dæmon decipit Monachum 179 e f. Vide Oratio, Reliquiæ, Angelus, Cux, B. Maria, Spiritus sanctus.

Aqua benedicta sanat S. Psalmodius filiam Ducis Aquitaniæ 190 e

Aqua in qua manus abluerat S. Marcus, miraculosa 292 a et S. Guido 99 c. Aqua in vinum mutatur B. Isfrido in die Parasceves 564 c: item pro venerabili Richardo 469 e f. Vide Vinum. In Aquas conjectus, alligato ad collum lapide, S. Cethens Episc. moritur quidem; sed non submergitur 186 a b c: super aquas graditur cum aliis se sequentibus S. Joannes a S. Facundo 132 a, easque ab iis non tinctus pertransit 132 a

Aquila cibum defert S. Vito et Sociis 502 Aquilæ custodiunt Sanctorum corpora 503 f

ad Aram confugiens mulier per S. Basilium servatur a Præfecti injuria 362 e f.

Arbor olea se inclinat transeunti S. Joanni a S. Facundo 127 e. Cupressus plantata manibus S. Antonii de Padua trecentos annos vivet 203 a. Arbores inflectunt se B. Placido transeunti 108 e Arbor excommunicatæ, vide excommunicatio.

Arca testamenti S. Antonius de Padua 200 f. 216 f.

Archidiaconus *pius S. Bernardus Menthon* 553 f.

Artibus *liberalibus discendis virtutem jungunt et præferunt SS. Basilius et Gregorius* 311 e f. *Vide* Adolescens.

Austeritas vivendi *B. Bartholi* 487 a b. *S. Joannis Facundi* 126 b. Austeritas *vitæ solitarii cujusdam, deinde in peccatum lapsi* 314 a b. Austerum *Monachorum Ægyptiorum institutum cupit imitari S. Basilius* 313 e f. *Vide* Pœnitentia, jejunium, lectus, cilicium.

Avaritia *Valentis Imperatoris et ministrorum ejus* 326 f, 369 c d seq. *Anthimus Episc.* avaritiam *suam honesto prætextu palliat* 372 b c. Avarus *a dæmone obsidetur* 293 e. *Vide* divitiæ, usura.

B

Baptismum (*ad*) *paganos hortatur S. Marcianus* 278 b. Baptizatus *S. Basilius tingitur in Jordane, apparente Spiritu sancto instar Columbæ* 422 e f.

Benedictionem *a Crucifixo Domino Ven. Richardus accipit* 456 f. *S. Franciscus* benedicit *suis qui paupertatem lavari non permittebant* 203 e f. *Fons miraculosus* Benedictione *B. Guidonis* 99 e, *vide* Crucis signum.

Beneficentia *multos sibi et Deo lucratur Ven. Richardus* 465 e f seqq.

Beneficium Ecclesiasticum *sine officio retinere non vult B. Joannes a S. Facundo* 116 b c.

De Sanctis irreverenter et blasphemo *locuti puniuntur* 61 c d, 213 e. Blasphemi *puniti, pœnitentes sanantur* 232 d e. 134 d e, 244 c.

Bubonem *vertit in Caponem S. Antonius de Padua* 106 d.

C

Cadaver *dudum mortui hominis adhuc sedens repertum, ad tactum in cineres resolvitur* 19 f, *vide* Corpus, Reliquiæ.

Cæcus *miraculose visum impetrat, sed rursus amittit, quia sic expediebat saluti animæ* 134 c. *Vide* Oculus.

Cœlestis *gloriæ spe ad virtutem excitatur S. Methodius* 441 e. Cœlestis *gloriæ conspectu monetur mulier festum S. Antonii de Padua non violare* 228 d. *Animam B. Guidonis ad* Cœlum *vocat S. Franciscus* 100 b.

Cœleste lumen. *Vide* Lumen. *De* Cœlo vox audita. *Vide* Vox, Columba.

Calculus *feliciter excectus S. Joanni a S. Facundo, post votum Religionis ineundæ emissum* 116 e, 128 c d.

Calumniis *variis ab hæreticis impetitur S. Basilius* 302 e f, *etiam ob scriptam officiosam ad Apolinarem epistolam* 312 d : *ille frustraneum judicat respondere ipsis non destituens* 400 a *S. Methodio impudicitiæ calumniam struunt hæretici, fraus detegitur ad ipsorum infamiam* 449 a b, *falso accusatur S. Cetheus Episc. de proditione civitatis* 185 b c d. Calumniis *sibi objectis jurejurando purgat se S. Leo III* 76 a b, *et pro calumniatoribus orat* 83 c. *Ut parentes suos innocentes a suspicione cædis liberet S. Antonius de Padua immensum iter una nocte conficit, et occisum suscitat* 201 e. *Idem Paduæ degens apparet Ulyssiponæ, ut patrem peculatus suspicione liberet* 201 e. Calumniam *invidi inferunt S. Marco Episcopo* 98 c d

Campanæ *sponte sonant in Canonizatione S. Antonii de Padua Ulyssiponæ* 224 e

Cambialis *schedula reperta ope* S. *Antonii de Padua* 255 d.

Candela, *vide* Cereus.

Canes *custodiunt corpus S. Dulæ Mart. contra aves et feras* 524 b.

Canonicæ horæ, *vide* Horæ.

Canonizatio *S. Joannis a S. Facundo postulata et impetrata* 140 seqq. Canonizationem *S. Antonii de Padua non differendam diutius, Deus declarat* 209 c : *in ea campanæ ultro sonant* 224 e; *de eadem bullæ Pontificiæ* 215 c seqq.

Cantus, *Vide* Chorus, Angelus.

Caponis *ossa vertuntur in spinas piscis per S. Antonium de Padua* 203 a.

Cappas *Monachorum in silva jacentes auferre tentans, miraculose impeditur* 542 a b, 544 a.

Captivus *apud infideles mirabiliter liberatur S. Petrus Athonita, per S. Nicolaum et S. Symeonem Evangelicum* 37 e f seqq. *alius per S. Antonium de Padua* 252 b. *Duo milites e præsidio in altum locum miraculose translati* 35 d e. Captivos *propter debita soluta innocentes liberat S. Antonius de Padua, recepto ab iniquis dominis inferno damnatis chirographo* 262 c d e f : *alios plures innocentes a morte et vinculis liberat idem Sanctus* 252 d e seqq. *in carcere detentam Monialem innocentem liberat S. Joannes a Facundo* 134 e. Carcere *miraculose liberatus B. Gerardus, monasterium ingreditur* 193 d.

Carceri *fœdo et arcto includitur S. Methodius* 448 c.

Caritas *misericors est* 474 e.

Caritate *proximi excellit S. Agricius Episcopus* 180 b f

Caritas *S. Odilonis erga proximum* 458 a *leprosis ministrat S. Basilius* 354 d. Caritas *B. Placidi pueri erga sodales* 106 a *erga Religiosos miraculo probata* 218 e f. *Vide* Religiosus, Pauper, Oratio, Humilitas. Caritas *erga consanguineos, vide* consanguineus.

Castitatem *jejunio servat Philoromus* 348 b. Castitatem *S. Petri Sebasteni et uxoris ejus, fingitur S. Basilius per ignem probasse* 433 a b seq. *Apparens S. Petrus S. Methodio libidinem extinguit* 446 a. *Tentationes impudicæ fugiendæ sunt* 107 c. *A muliere nemini satis cautum* 20 e. *Sacerdos subintroductam habens mulierculam jubetur eam dimittere a S. Basilio* 350 d e. *Sponsam offerente patre accipere recusat S. Bernardus Menthonensis* 550 d e f. *vide* Oculus, Pudicitia, Virginitas.

Cereus *miraculo accensus non minuitur, sed crescit* 286 e f. Cerei, *accensi ad honorem S. Joannis a S. Facundo, non minuuntur* 139 c. Cereum *pro templo suo deferri jubet S. Antonius de Padua* 254 b c.

Cerva *ducit venatorem ad S. Petrum Athonitam* 48 b c seq. cervam *jubet S. Marcus Episcopus lac dare esurienti Diacono* 291 c.

sine Cibo *perambulat Paphnutius solitudinem, miraculose confortatus* 21 f seq. 24 c : cibum *defert aquila S. Vito et sociis* 502 b

Cilicio *B. Placidi* 106 b, *et S. Bernardi Menthonensis* 556 b

Claves *Romani Pontificis significant plenitudinem Apostolicæ potestatis* 80 c d Claves *confessionis S. Petri missi Regi Franciæ a Leone III, tamquam defensori Ecclesiæ* 70 a

Colloquium *spirituale inter SS. Ephrem et Basilium* 382 e f

Columba *assa reviviscens avolat e scutella, ne ea vesci cogatur S. Joannes a S. Facundo* 130 c d.

Instar columbæ *animæ Sanctorum* 503 e, *instar* Columbæ *apparet Spiritus sanctus B. Placido* 107 d, *et suggerens S. Basilio prædicandi verba* 381 d. Columbæ *aureæ supra altare* 423 c. *Vide* Anima, Baptismus.

Columnæ *instar igneæ apparuisse dicitur S. Basilius S. Ephremo* 433 a.

Computus *magnæ summæ amissus reperitur invocatione S. Antonii de Padua* 255 f.

Concionator *pius S. Bernardus Menthonensis in virtutibus se exercet* 556 a. Concionatur *cum fructu S. Odulphus* 90 b, *et fere quotidie, licet infirma valetudine, S. Basilius* 346 a b c. *Huic* concionanti *verba suggerit Spiritus sanctus* 381 c d e.

Concionatur

Concionatur *frequenter S. Joannes a S. Facundo* 117 b; *vitia publica reprehendit intrepide* 119 a *et propterea multa patitur* 120 e f; *sed a Deo defenditur* 119 c d e, *contemptum eum audientes puniuntur* 132 d. Concionator *intrepide contra Mahometanos S. Fandilas* 192 a Concionatoris *officium suscipere cogitur S. Antonius de Padua* 200 d e f *exercet illud magno fervore, libertate et gratia* 200 e, *atque attente auditur* 202 d, 204 f. *Diversarum linguarum auditoribus intelligitur* 216 d, *et a longe distantibus* 222 e f, *cum fructu magno* 201 f: concionando *latrones convertit* 228 e, *publice reprehendit Episcopum eumque convertit* 219 b: *imbrem suspendit ne concionem impediat* 219 c d, *ejus* concionem *conatur impedire dæmon rupto suggestu* 219 a *et Sancti guttur stringit fere usque ad suffocationem* 204 e. *Idem Sanctus piscibus concionatur* 216 e seq. *ut a* Concione *audienda matrem abstrahat dæmon, sub specie nuntii falsas litteras fert de morte filii* 220 f *Vide* Zelus animarum, Evangelium, Lingua.

Concordiam *inter orthodoxos servandam tempore persecutionis monet Chalcidenses S. Basilius* 366 e f. *Vide* Dissensio.

Confitetur *semper ante Missam S. Joannes, a S. Facundo* 118 b. *Moribundus vero Richardus* 477 f; *quotidie in ultima infirmitate S. Bernardus Menthonensis* 560 a. *Peccatoribus occultis apparet S. Antonius de Padua, et* confiteri *jubet* 202 b, 223 a, *non* confessum *resuscitat ut Sacramenta suscipiat* 263 e f. *Virtutes pœnitentium in* confessione *auditæ, non sunt revelandæ* 120 d seq. Confessarius *discretus, sed minime indulgens, S. Joannes a S. Facundo* 118 f. *Peccatum quod mulier non audebat* confiteri, *fingitur post mortem Basilius remisisse sine* confessione 433 e seq.

Confraternitas *sese flagellantium a S. Antonio de Padua cœpit exordium* 202 c seq. Confraternitas *instituta ad honorem S. Joannis a S. Facundo* 139 b c, *alia erecta ad honorem S. Fandilæ* 192 d

Consanguineos *suos ad virtutem stimulare conatur B. Placidus* 108 a: *reprehenditur a S. Basilio Timotheus Chorepiscopus,* consanguineorum *negotiis se nimium immiscens* 348 a b c. *Dæmon a vita solitaria conatur abducere S. Petrum Athonitam* consanguineorum *recordatione* 44 c, 45 a

Conscientiæ *teneritudo S. Joannis a S. Facundo* 130 e f, *qui conscientiam quotidie examinat* 118 b

Consilio *malo seducitur S. Landelinus* 539 a b, 543 b.

Deus mirabiliter consolatur *eos, qui se in hac vita ipsius causa affligunt* 28 b c.

Constantia *in ferendis tormentis S. Basilidis M.* 6 seqq., *et sociorum* 10 e f. *S. Aquilinæ M.* 169 d e seqq. *S. Victorini M.* 164 c d. *S. Viti* 499 e f, *et Sociorum in variis tormentis* 492 b c, *S. Dulæ M.* 521 d seqq. *S. Feliculæ M.* 160 e f, *SS. Valerii et Ruffini* 285 d e f. *S. Cethei M. dum ab impiis interficeretur* 184 d e seqq. Constantia *S. Basilii contra ministros Constantii Imp. Ariani* 357 c d seqq. *ejusdem intrepide arguentis Julianum Apostatam* 321 d e f, *et contra Valentem Imperatorem Arianum* 360 a b c seqq.: *ejusdem Ecclesiam defendentis* 327 d e seq. *nec minus territi nec moti blanditiis* 328 b c d: *ita hæreticorum impetum frangit* ibid. d e. *Ejusdem S. Basilii* constantia *contra Ponti Præfectum, cum magna humilitate conjuncta.* 362 d e f: *in orthodoxa fide tuenda contra Eustathium et Arianos* 380 e f seq Constantia *Nicopolitanorum contra Arianos* 396 e f *et Chalcidensium Basilio laudata* 357 b c. Constantia *Fratris Philippi Martyris sub Saracenis* 221 a b. *vide* Fortitudo. Martyr.

Contemplationi *actionem jungit S. Basilius* 318 d

Contumeliam *a Juliano Apostata fert patienter Philoromus, propter fidem* 348 b.

Conversio *Landelini Angelo ipsi, damnatorum pœnas ostendente* 539 c, 543 d, *et pro eo orante S. Auberto* ibid. d. Conversio *mirabilis adulteræ, volentis maritum interficere per S Joannem a S. Facundo* 154 d, convertit *latrones S. Antonius de Padua* 228 e *et hæreticum* 246 d seq. *Ethnicos obstinatos verberibus cogit Christianam fidem amplecti et ejus prædicatores facit* 245 d e f. *multas* Meretrices *S. Joannes a S. Facundo convertit* 131 d *vide* Peccator.

Demosthenis coquorum *Præfecti audaciam compescit S. Basilius* 360 d.

Cor *usurarii inter ejus nummos reperitur, ut pro concione dixerat S. Antonius de Padua* 202 c

Corona. *vide* Martyr, Imperator.

Corpus *B. Placidi post mortem formosum apparet* 108 f. *Vide* Cadaver, Reliquiæ, Integritas corporis.

Crux *plantata in colle ad arcendas tempestates* 192 e: *per schedulam cui inscriptum erat* Ecce crucem *etc. fugatur dæmon. Perditas S. Crucis Reliquias miraculose recipit Ven. Richardus* 483 a *S. Nicephorus Patriarcha Leoni III mittit particulas* S. Crucis *inclusas Encolpio* 85 b. *dæmonem* Crucis signo *fugat B. Placidus* 109 e. *Vim igni adimit et leonem domat S. Vitus* 503 b c, *Turres in lapsum inclinantes erigit ven. Richardus* 462 e f, *mortuam suscitat B. Guido* 100 a b. Crucis signo *et invocato S. Antonio de Padua morbos curat P. Bernardus Colnagus* 247 b seqq., signo Crucis *S. Antonius de Padua contractum sanat* 222 c *et epilepticam* ibib. d, *item aliam epilepticam* 213 b, *cibus* signo Crucis *benedicendus est* 234 c. *vide* Benedictio.

a Crucifixo *Domino benedicitur venerab. Richardus* 456 f, *et ob ejus devotionem imago* crucifixi *lacrymas fundit* 483 e, *in Imaginem* Crucifixi *et Reliquias injuriosus punitur* 539 e.

Cultus Sanctorum, *vide* Festum.

Cypressus *plantata manibus S. Antonii de Padua trecentos annos viret.* 203 a

D

Dæmon *serpenti comparatur* 292 e, *sub specie famulæ ministrat Dominæ peccatrici* 227 a c. Dæmones *antra inhabitant, et dolis homines ad idololatriam perducunt* 280 e seqq *videntur sanare* 553 a; *horrent sepulcrum Elisei Prophetæ* 273 b. Dæmon *transfigurat se in Angelum lucis* 179 e f. *Specie majoris boni a vita solitaria abducere conatur S. Petrum Athonitam* 44 b c seqq. *eumdem decipere conatus humilitate vincitur* 47 e f. seqq. *assumpta specie Christi decipit Monachum* 179 e f. *et persuadet mulieri in aquas se præcipitet, sed hæc per S. Antonium de Padua liberatur* 227 c d e: *sub specie mali nuntii nititur concionem turbare,* 220 f. *Orationem et prædicationem impedire conatur* 219 a b. *S. Antonii de Padua guttur fere ad suffocationem stringit* 204 e. Dæmon *instar militis cum aliis similiter dæmonibus apparet et instar draconum, ut orationem interturbet S. Petri Athonitæ* 43 e seq., *per ministrum suum pacem turbat* 475 b, *irascitur in S. Marcum Episcopum* 292 a.

Dæmones *captivam ducunt animam Imperatoris, quæ intercedente S. Benedicto servatur* 482 e Dæmon *pro una anima sibi erepta duas se recepisse gaudet* 227 b c, *fiducia in Deum* dæmones *superat B. Placidus* 107 e. Dæmones *fugat Corpus S. Petri Athonitæ ex tota regione in quam translatum erat* 50 c. Dæmon *redire jubet novitium ad Religionem, et ablata restituere* 220 d. Dæmonem *ex curiositate invocans, fit mutus et cæcus* 229 b; *et se ignoranter devovens a S. Antonio liberatur* 263 c d. Dæmonis *præstigia, et sacrilega cum eo pacta dissolvisse fingitur S. Basilius* 429 a seqq. *Musca imago* Dæmonum 503 e. *Vide* Crucis signum, Reliquiæ.

Desperans *peccatrix per S. Antoninm de Padua et S. Franciscum movetur ad pœnitentiam* 227 a

Deum *videt sibi spiritualiter inhabitantem S. Triphyllius* 176 c. Dei *providentia mirabiliter deducit S. Antonium de Padua* 199 a b, *laudatur in electione S. Ambrosii Ep.* 406 f. *fiducia in* Deum *dæmonem superat B. Placidus* 107 f.

Diaconus *cum Virginibus choreas ducens jubetur a S. Basilio officio deponi* 381 a b seq. Diaconi *lascivum aspectum fingitur punivisse S. Basilius* 424 d.

Dies, *vide* Dominica.

Disciplina Religiosa, *vide* Reformatio.

Dispensator, *vide* Cellarius.

Disputatio *ficta et ridicule pia Basilii cum Philosopho* 419 e, *altera cum Libanio* 422 b c.

Dissensio *inter Episcopos multum obest Ecclesiis* 336 b : *ejus, origo et mali effectus* 371 f seq.

Divitiæ. *Cor usurarii inter ejus nummos reperitur* 202 a, *vide* Avaritia.

Doctor *Ecclesiæ S. Antonius de Padua* 224 d.

Doctrina, *vide* Adolescens Eruditio.

Dolor *S. Bernardi in morte fratris sui Gerardi* 194 c d e seq.

Dona *recusat accipere a peccatore, qui tentandi ergo ea miserat, S. Antonius de Padua* 223 d e.

Dormire. *Vide* Lectus, Somnus.

instar Draconum *dæmones apparent ut orationem S. Petri Athonitæ interturbent* 43 e seq.

Duellum. *Ermenoldus, opera dæmonis usus, nobiles accusat rebellionis; contraque eos, ita probaturos suam innocentiam,* duello *decertans plures interficit, tandem et ipse occiditur* 475 b c d.

Duplicitatem *odit S. Joannes a S. Facundo* 130 e f.

Durities vestitus *et* Lecti, etc. *vide* Cilicium, Lectus.

E

Ecclesiarum *pacem desiderat et procurat S. Basilius* 338 seq. Ecclesiæ *defensor S. Leo Papa III* 70 a; *ejus jura defendi petit per S. Carolum Magnum* 82 d e f seq. *Erga* Ecclesias *munifici David Rex Scotiæ, Willelmus II Dux Normanniæ* 475 a. *Immunitatem a tributis concessam* Ecclesiasticis *conservandam curat S. Basilius* 349 f. *Beneficium* Ecclesiasticum *sine officio retinere non vult S. Joannes a Facundo* 116 e f. *Vide*, Templum.

Educatio filiorum. *Vide*, Filius.

Electio. *Vide*, Episcopus, Abbas.

ad Eleemosynas *conferendas hortatur omnes S. Basilius* 355 b, *et S. Leo Papa III*, eleemosynis *et ipse deditus* 69 f. *In* Eleemosynis *dandis profusus Willelmus Dux Normanniæ* 475 a : *in* eleemosynam *erogari jubet omnia monasterio superflua Willelmus Abbas* 474 e f : Eleemosynis *dandis sua omnia impendit B. Guido* 98 d. *Pro* Eleemosyna *acceptum pallium, rursus donat pauperi S. Franciscus* 98 d e; *Ven. Richardus ornamenta Ecclesiæ vendit tempore famis pro indigentibus* 474 d e, *S. Antonius de Padua mirabiliter commutat in aliam* eleemosynam *votum de lampade argentea offerenda* 268 e f : *incredulæ danti* eleemosynam *ut rem amissam per S. Antonium de Padua reciperet, hic rem amissam refert et simul* eleemosynam 257 b. *Vide* Fames, Misericordia, Pauper.

Propter Episcopi *electionem dissensio turpis* 681 a d. Episcopum *bonum eligendum curat S. Odulphus* 92 a. *S. Basilii electionem promovent SS. Gregorius Nazianz. et Eusebius Samosathenus* 332 e seqq. Episcopatus *omnibus approbantibus eligitur S. Methodius Constantinopolitanus* 449 b : *in electione S. Ambrosii laudatur Dei providentia* 406 f, *invitus eligitur S. Marcus* 291 f. Episcopatum *admittere nolens, eo quod de divitiis satis sibi prospectum esset, puniendus prædicitur* 91 b. Episcopos *tali gradu dignos nullo alio respectu eligit S. Basilius* 376 e f, *et in eorum Ordinatione canones servari vult* 377 d seq. *Intrusus usum linguæ amittit quoties* Episcopi *officio fungi vult* 14 f. Episcopus *honori cathedræ debet esse, non ipsi cathedra* 372 d e. *Dissensionis inter* Episcopos *origo et mali effectus* 336 a 371 f seq.

Episcopalis *solicitudo S. Basilii* 346 f. *Ad* Episcopum *spectat, fures sacerdotibus injurios, meliores reddere, aut punire* 350 c. Episcoporum nomina, *pro varietate meritorum, auro argento et aliis metallis notata* 455 f. Episcopum *suum S. Cetheum ejectum reducunt Amiternenses* 182 d e seq.

Episcoporum translationes *de una ecclesia ad aliam probata S. Basilio* 397 c d. *Ornamenta Episcopalia S. Aldrici servantur pro Reliquiis* 545 f : *fascias lineas cur gestent* Episcopi *Græci* 449 e. Episcopales *virtutes S. Methodii* 445 e. *S. Marci* 292 b. *S. Basilii* 333 b, *Vide* Simonia, Ordo, Monachus, Concio.

Eremita. Eremus. *Vide* Solitarius, Solitudo.

Eruditio *S. Basilii omnigena* 312 b c d.

Evangelium *Christi debet esse Christianus* 129 e Evangelii *prædicatorem, qui audire nolunt, ab hostibus devastantur* 87 e, 91 a b.

Eucharistia *non datur mortuis* 423 b, *in Eucharistia dicitur Christus apparuisse* 423 c, *splendor miraculosus a Christo in* Eucharistia *procedit* 120 e f. Eucharistiæ *veritatem miraculo per mulam probat S. Antonius de Padua* 217 c d. *Monachum, qui calicem sacrum effuderat, puniendum monet Angelus* 483 c. Eucharistiæ *frequens usus in Ecclesia S. Basilii* 346 f. Eucharistiam *Angelus ministrat solitariis* 28 a, *communicat quotidie in ultima infirmitate S. Bernardus Menthoniensis* 560 a. *Viaticum moribundus pie suscipit Ven. Richardus Ab.* 477 f. *Vide* Missa.

Examen conscientiæ. *Vide* Conscientia.

Excommunicatione *perjurium puniendum decernit S. Basilius* 352 b, *et raptorem virginis censuris coerceri* 352 a : *sub eadam pœna præcipit Sacerdoti mulierem subinductam dimittere* 350 d e. Excommunicatum *fratrem alloqui non vult S. Joannes a S. Facundo* 118 c

Exilium *in S. Basilium decernitur ab Imperatore, sed a Deo impeditur* 360 d e f seq. *fractis calamis subscribere volentis* 361 e. *Corpus S. Nicephori in* exilio *pro fide mortui in urbem refert S. Methodius* 450 c d.

F

Famem *orando avertit S. Basilius* 347 c : *ejus tempore hortatur omnes ad pœnitentiam* 347 b *et subvenit pauperibus* 347 c seqq. *In* fame, *tam valida ut homines se mutuo comederent* 474 a b, *subvenit pauperibus Richardus Abbas, Principes hortans ad Eleemosynas, et vendens ecclesiæ thesauros* ibid. e f.

Farinam *multiplicat B. Guido in gratiam pauperis* 99 d e.

Fascias *lineas cur gestent Episcopi Græci* 449 e

Faucium *dolor curatur invocatione S. Cuneræ* 57 f, 59, a 65 d seqq.

Festa *instituta ad honorem S. Joannis a S. Facundo* 142 d seqq. Festum *violans punitur* 561 e f. *in die* Festo *laborans corripitur ostenso inferno et Sanctorum gloria* 228 b c d, *vide* Constantia, Concio, Evangelium.

Fiducia *in Deum vincit dæmones B. Placidus* 107 f. *Incredulæ danti eleemosynam, ut rem amissam per S. Antonium de Padua reciperet, hic quidem eam refert, sed simul eleemosynam* 257 c d

Filii. *Educatio pia Basilii Magni sub matre et avia* 304 d seqq. *eadem in patre miraculo honorata* 305 a b.

Filium

Filium *discolum invocatione S. Bernardi Menth. parentes correctum recipiunt* 561 b c. *S. Odulphus, ut parentum satisfaceret voluntati, Religionis ingressum omittit* 89 d. Filius *Valentis moritur ob hæresim patris* 360 a b, 428 e.

Flagellantium *se Confraternitas initium sumpsit a S. Antonio de Padua* 709 c seq.

Flores *miraculose nati ex tumulo B. Bartholi* 487 d. Flos *in manu statuæ S. Antonii de Padua per annum integrum servatur, et siccus stipes novum producit* 265 b c.

Florescit *ramusculus arbori avulsus in manu B. Hartwici* 15 * c

Fons *miraculosus S. Viti* 493 b. *B. Guidonis* 99 b.

Fontem *miraculose excitat Landelinus* 542 a, 544 b.

Formidolositatem *vincit Philoromus* 348 c.

Fornicatio, *vide* Impudicitia.

Fulgor, *vide* Lumen.

Fulmina *nulla nocuerunt, ubi corpus S. Viti servabatur* 511 b

Furtum *Religiosi hypocritæ innotescit invocatione S. Antonii de Padua* 268 e seq. Furtum *non restituens a dæmonibus vexatur, damnum passo invocante S. Antonium de Padua* 260 a b c : *alii aliter restituere coguntur* 260 e f : Fures *sacrilegos, qui Presbyterum spoliaverant, ad Episcopi jus spectare docet S. Basilius* 350 b c.

G

Gloria *vana decipit Monachum ficta Christi apparitione* 179 e f

Gloria cœlestis, *vide* Cœlum.

H

Hæresis occulta *magis nocet quam aperta* 406 b c. Hæretici *conversionem mentiuntur* 340 d e, *pacem se velle simulant cum Orthodoxis* 380 d e seq. *fidei confessionem sæpe mutant, Orthodoxi numquam* 403 c : *in professione fidei fraudes adhibent* 378 e f. *Magistratibus abutuntur ad illos persequendum* 396 b c *ab istis deceptum se subscripsisse fidei formulæ fatetur Dianæus Episc. moriens* 319 a *Eustathius Sebastenus diu simulatam* hæresim *sæpius ejurat* 374, Hæreticis *communicat, quos ante excommunicaverat* 396 e f. Hæresum *incrementum peccatis suis imputat S. Basilius* 387 b. Hæreticorum *conversionem omni modo curat* 388 d e f seq. *cum iis dissimulans ipse* Hæresis *suspicionem incurrit* 342 d e f. seqq. *eorum judicandorum causam defert Romam* 406 b c, *libellis famosis ab iis proscissus, triennium tacet, tandemque respondet, non ut ipsis, sed aliis satisfaciat* 392 e f seq. 399 e f : *nam ad ipsorum calumnias respondere frustraneum judicat* 400 a. *Eunomius* Hæreticus *Basilio timiditatem per convitium objicit* 325 b c. *Ob* Hæresim *Valentis moritur ejus filius* 362 a b, *introductis ad ægrotantem* hæreticis 428 e. *Diodori et Flaviani Presbyterorum contra* Hæreticos *zelus* 365 a b, *ab* Hæreticis *multa patitur S. Methodius* 440 b. *Huic impudicitiæ calumniam illi struunt : sed fraus detegitur ad ipsorum infamiam* 449 b c. Hæreticos *insectatur prædicans, confundit et convertit S. Antonius de Paduæ* 217 b, 201 a : *propterea* hæreticorum malleus *appellatus* 201 f, *intercessione ejus unus convertitur* 246 a seq.

Homicidium *impedit apparens S. Antonius de Padua* 235 b seq. *et S. Joannes a S. Facundo* 154 d. Homicidium *sacrilegum miraculose impeditum* 464 e f Homicidæ *divinitus puniti* 59 e f. Homicidam *e patibulo liberat S. Antonius de Padua, qui deinde factus est Religiosus* 251 e f seq.

Horæ Canonicæ, *vide* Officium divinum.

Hospitalitas *ad peregrinos excipiendos fundatum monasterium* 177 d. *Vide* Xenodochium. Pes.

Humilitas *S. Joannis a S. Facundo* 118 d seq. Humilitas *S. Basilii submisse de se sentientis* 316 c, *persecutiones Ecclesiæ peccatis suis adscribentis* 387 b, *et leprosis ministrantis* 354 d, Humilitatem *in corporis habitu commendat idem Sanctus* 317 d, *et in Episcopatu exercet* 345 d *cum magna* humilitate *et libertate Præfecto Ponti respondet* 380 e f seq. Humilitas *Ven. Richardi, virtutes suas occultantis* 479 c. Humiliter *latet, tamquam indoctus, S. Antonius de Padua ante prædicationem* 199 a b : *fugit honorari propter miracula* 222 d, *gratias sibi a Deo factas revelari prohibet* 220 f, 222 f. Humilitas *Ven. Frederici Comitis, ad pedes Abbatis sui in nobilium consessu sedentis, Cæmentarii vices supplentis, culinæ ministeria obeuntis* 459 a b. *S. Edburgæ* Humilia *ministeria exercentis* 547 a. *S. Dignæ, se Indignam vocari volentis* 452 c. *S. Odiliæ, instante sibi morte pedes pauperum abluentis* 460 b. Humilitate *dæmon vincitur a S. Petro Athonita* 47 e f seqq. Humilitatem *commendat S. Orsisius, ne quis in monasterio prælationem ambiat* 533 a b. *Vide* Abbas, Episcopus.

Hypocrisi *Eustathii Sebasteni et Eustathianorum decipitur S. Basilius* 314 b c, 373 d e seq. *Furtum a Religioso* Hypocrita *factum innotescit invocato S. Antonio de Padua* 268 e seq. *vide* Hæresis.

I

Idioma *Græcum divinitus edocetur B. Angelus Clarenus* 569 a. *Ejusdem idiomatis peritiam dicitur S. Basilius miraculose impetrasse S. Ephremo* 431 e

Idololatriam *ridet S. Dulas Martyr* 521 d seq. *ejus vanitatem ostendit S. Aquilina* 167 f, *Ethnicorum dii homines nefarii fuerunt* 285 d, *quod ostendit S. Basilides* 6 d e seq. Idololatriam *in Suecia restituit Rex impius* 95 d e, *Gentiles pro Deo colunt S. Vitum Mart. ex rudi quam de eo habebant notitia* 496 e f

Idolum *antiquum, stola Sacerdotali vinctum, in terram dejicit S. Bernardus Menthonensis* 553 b c, 555 d e.

Ignis *miraculose accendi solitus in sabbato sancto Hierosolymis* 470 f. Ignis *non lædit imaginem S. Antonii de Padua* 257 f. Ignis *extinguitur ad preces S. Odulphi* 91 d. *S. Bernardi Menthoniensis* 561 e, 562 a b, 563 a : *et S. Antonii de Padua* 258 e. *Castitatis probatio per* ignem 433 c d seq.

Imago *S. Antonii de Padua ab igne et aqua manet illæsa* 257 f, *dat signum invocanti ipsum, quid faciendum sit* 230 a b c : *inverso modo collocata, in rectum statum ipsa se transfert* 269 a b d, *schedam dat cuidam indigenti ad accipiendam pecuniam* 268 c d : *idem S. Antonius non patitur amoveri e basilica Lateranensi suam et S. Francisci* Imaginem 230 e f. Imagines *S. Joannis a S. Facundo miraculosæ* 153 a seqq. Imago *Crucis statuitur in colle ad arcendas tempestates* 192 e. *Contra* Imagines *sacras mota persecutio* 441 e, *pro iis multa patitur S. Methodius* 440 b, 442 a b c seq. *easque strenue defendit* 442 c. Imagines *sacræ restitutæ* 449 e f. *in* Imaginem *Crucifixi atque Reliquias irreverens punitur* 539 c

Immunitas Ecclesiastica, *vide* Ecclesia.

Imperii *translatio ad Francos* 80 d, seq. Imperator *Carolus Magnus coronatur a S. Leone III* 76 c. Imperatores *cum titulo nihil juris acquirunt in urbem Romanam etc.* 80 d , seq. *vexillum Romanæ urbis Regi Francorum et Longobardiæ missum a Leone III tamquam defensori Ecclesiæ* 70 a. *Carolus Magnus regnum suum in tres filios dividit* 82 b , *in regnum suum restituitur Rex Nordanhumbrorum per* Imperatoremet *Pontificem* 82 c.

Impudicus *obscœnas cantilenas cantans subita morte punitur* 537 e. *B. Joannes a S. Facundo a mulieribus fere lapidatur ob vestitum earum inverecundum publice reprehensum*

reprehensum 131 d, *idem veneno per meretricem præbito moritur* 132 e f, *vestium luxum abdicans puella, morbo sanatur a S. Antonio de Padua: sed eas resumens rursus infirmatur et vestes miraculoso igne consumuntur* 251 b. *De* Impudicitiæ *falso accusatur S. Methodius ab aliis hæreticis, quorum fraus patescit ad ipsorum ignominiam* 449 b c. *Vide*. Incestus.

Incendium, *vide* Ignis.

Incestus. *Accusatur Diodorus approbasse conjugia cum sorore uxoris defunctæ* 365 b seq.

Infernos, *Vesuvius et Æthna* 262 f, *ad inferna rapi videt socium peccatorem S. Landelinus* 539 e 543 d. Inferni *conspectu terretur mulier ne in die festo laboret* 228 b c.

Infirmus *vide* morbus.

Ingratus *Sancto, cujus meritis sanatus fuerat ab amentia, in eamdem recidit, rursusque post longas preces sanatur* 13 f, *item alia, similiter* ingrata 511 f.

Inimicos *diligunt S. Joannes a S. Facundo* 118 e, 119 a b c, seq. *S. Marcus Episc. qui benefacit calumniatoribus suis* 291 b c seq. *S. Leo III, qui pro iisdem orat.* 83 c. *Ven. Richardus, qui inter amicos habet. et ad dignitatem promovet machinatum ejus necem.* 464 e f, 465 a b seq. *S. Basilius, qui morti eripit persecutorem suum* 363 b *S. Methodius, qui libenter ignoscit multa passus* 255 e f.

Innocentes *captivos liberat S. Antonius de Padua* 262 c d e f, 252 d e, *et inter alios falso accusatum monetæ adulteratæ* 262 c d. *Monialem* innocentem *carcere detentam S. Joannes a S. Facundo* 134 e. *vide* Calumnia.

Integritas Corporis *Baptistæ Mantuani* 270 e. *S. Bartholi* 487 e *S. Nicephori Patriarchæ* 450 c. *Corpus S. Bernardi Menthonensis, in maximis caloribus, tabis expers manet* 560 c, *S. Triphyllii* integrum *repertum, a Saracenis capite truncatur et comburitur* 177 f, Corpus *dudum mortui hominis adhuc sedens repertum, ad tactum in cineres resolvitur* 19 f.

Invenitur res perdita *oratione S. Joannis a S. Facundo* 132 c, *et ope S. Bernardi Menthonensis annulus pretiosus* 563 d, *vide* amissarum rerum patrocinium.

ex Invidia *nascitur simultas inter S. Basilium et Eusebium Episc.* 320 d. Invidi *calumniam inferunt S. Marco Ep.* 290 f. *Monachum factum Episcopum.* Invidiæ *expers S. Odilo* 459 f: *aliorum in se* invidiam *contemnit S. Ragnebertus* 187 c. *Vide* Calumnia, Monachus.

Iter. *S. Antonius de Padua Ulyssiponem una nocte pervenit* 201 d.

J

Jecur *miraculose exemptum, sanatum, et corpori restitutum* 21 a b

Jejunium *frequens et arctum B. Guidonis* 98 e. *S. Triphyllii* 177 d. *S. Petri Athonitæ* 41 d. *S. Bernardi Menthonensis* 556 b. Jejunat *frequenter B. Placidus* 106 b, *et rigide* 107 e; *abstinentiam a carne etiam in morbo servat* 108 e. *Rigidum S. Basilii* Jejunium 321 e, *quo hic Eliam imitatur* 345 f; *cibi et potus tenuitatem commendat, et inter vescendum mentis ad Deum elevationem* 347 e. Jejunium *admirandum S. Methodii, ne aquam quidem sumentis in Quadragesima, exceptis sabbato et Dominica* 444 b: *solis dactylis quidam Solitarius vivit* 20 e, *et alii solis arborum fructibus* 23 d e f, *uti et Onuphrius* 25 e f. Jejunio *Castitatem servat S. Philoromus* 348 b. Jejunium *et orationem adhibet in adversitate recurrens ad Deum, Ven. Richardus* 464 c d. Jejunare *volenti, sed non valenti, aqua in vinum mutatur. et panis cinere conspersus optimum præbet saporem* 483 d: *in die Parasceves aqua in vinum mutatur B. Isfrido* 564 c.

Columba assa reviviscit et avolat, ne ea vesci cogatur S. Joannes a S. Facundo 130 c d.

Jesum *puerum ulnis amplectitur S. Antonius de Padua* 220 e

Judex, *accusatore audito, alteram aurem servare debet accusato* 356 b, *propter* justitiam *martyrium subit S. Ragnebertus* 187 c. Justitiæ *faciendæ nimis intentus punitur* 455 b, Judici *propriæ* 371 b.

L

Lampades *vitreæ fractæ, reperiuntur integræ sequenti die ad Reliquias S. Viti* 514 c. Lampades *ad Corpus S. Ragneberti non extinguuntur, semper accrescente oleo* 187 c, *votum de* Lampade *argentea offerenda mirabiliter commutat S. Antonius de Padua in aliam eleemosynam* 268 e f. *Vide* Oleum.

Lateri *testaceo comparat animam hominis S. Orsisius Abbas* 533 b.

Latrones *convertit S. Antonius de Padua* 228 e, *inter* Latrones *vivens S. Landelinus mirabiliter convertitur* 541 a b c.

Leo, *instar equi, dorsum subjicit Martyri* 173 e

Leprosum *clam domi aluisse fingitur Anastasius Presbyter* 430 f. *Vide* Morbus, Caritas.

in Libris *legendis diligens Imperator Theophilus* 447 f. Librorum *censor B. Basilius, errata libere reprehendit* 365 e f. *Idem Sanctus,* libellis *famosis ob hæreticis proscissus, per triennium tacet, et tandem respondet, non ut ipsis satisfaciat, sed ut aliis* 399 e f seqq.

Lingua *præcisa S. Leoni III miraculose restituitur* 71 c d e seqq. lingua *S. Antonii de Padua incorrupta* 230 d: *eam exosculatus quidam fit concionator zelosus* 233 f, *eamdem clam alio transferre volens, nullum reperit egressum* 233 a. *Vide* Idioma.

Litaniæ majores *Romæ institutæ a S. Leone III.* 85 e f.

Liturgiam *scribit S. Basilius magnus* 329, 433 c d.

Lumen *cœleste illustrat carcerem SS. Martyrum* 11 a b, *item SS. Valerii et Ruffini* 285 f; *Domum S. Viti et carcerem* 500 e, 502: *Cubiculum S. Antonii de Padua* 204 e, *et ipsum Sanctum* 223 c. Lumine *cœlesti circumdatur Christus in Eucharistia celebrante S. Joanne a S. Facundo* 120 e f seq. 131 a b: *ab eodem sancto orante* lumen *emicat* 131 d, *et a defuncti vultu* 133 a. Lumine *miraculoso indicantur absconditæ Reliquiæ B. Guidonis* 102 f, *honoratur corpus S. Cetheï Episc.* 186 b, *et S. Cuneræ interfectæ* 59 f. Lumen *miraculosum periclitantibus in mari viam ostendit* 214 e. Lucis radius *emicat ex cypresso S. Joanni a S. Facundo* 127 c. *vide* Confirmatio, Cereus.

M

Magistratuum *multiplicatio nocet Reipub.* 369 d e. *S. Basilius hortatur Censitorem ad Magistratum recte gerendum* 371 d e. Magistratibus *abutuntur hæretici ad persequendum orthodoxos* 395 e f.

Magia, *vide* Dæmon, Lac, Miraculum.

Maledicunt *invicem malefactores puniendi* 76 f.

Manducare, *vide* Cibus.

Mansuetudo *S. Joannis a S. Facundo* 118 e, *S. Leonis III* 70 a, *qui persecutoribus suis impunitatem concedit, et ab Imperatore impetrat* 76 f. Mansuetudine *multos sibi et Deo lucratur Ven. Richardus* 465 b seqq. Mansuetudinem *commendat S. Basilius* 317 e, *eaque et prudentia conciliat sibi Episcopos dissidentes* 355 d e f, *et Avunculum subiratum* 337.

Mare, *Vide* Tempestas.

Maria Deipara *apparet cum B. Angelo Clareno, hujus Sanctitatem declarans* 481 a: *montem Atho ejusque incolas Religiosos in suam accipit protectionem* 39 e f.

e f. Mariam in tentationibus invocat S. Petrus Athonita 45 e eam invocans dæmonem fugat S. Antonius de Padua 204 e. Idem sanctus eamdem invocari jubet ab energumena, quam liberat 268. Mariæ templum dicatum in Longobardia, quo florente expugnari gens ista non potuit 294 e

Maritus, vide Matrimonium.

Marmore ornat templa S. Leo III. 86 a b seqq.

Martyrium ad illud invitata S. Digna a S. Agatha se sponte offert 452 b c. Martyrii desiderium in S. Basilio 363 c et in muliere Edessena 367 f ejus desiderio Minorum Ordinem ingreditur S. Antonius de Padua 198 e. Martyres esse, qui a Christianis hæreticis patiuntur, docet S. Basilius 399 b c; propter justitiam martyrium subiit S. Ragnebertus 187 c Contumeliam a Juliano Apostata propter fidem patienter sustinet Philoromus 348 b. Coronæ splendidæ instar solis 285 f. S Antonius de Padua peccatorem veneratur, quem præsciebat convertendum et Martyrem futurum, cui id quoque prædixit 202 e f. Vide Angelus, Constantia

Matris suæ mortem luget S. Basilius 383 c. Vide Parens.

Matrimonium SS. Basilii et Emmeliæ felix ob liberorum virtutem 304 a. Presbyteri in Matrimonio continentiam servantis sanctitas fingitur revelata S. Basilio 430 d e seq. Uxore adultera volente maritum occidere, apparet S. Joannes a S. Facundo, cædem impedit, et mulierem convertit 154 d e. Puellam deceptam matrimonii spe, sponsam accipere cogitur infidus procus, a S. Antonio de Padua 261 c d. Uxor scortationibus mariti irritata suspendio se necare disponit; impeditur ab apparentibus sibi SS. Francisco et Antonio de Padua, qui etiam virum increpant et emendant 227 a b seqq. vide Incestus, Castitas, Zelotypia, Uxor.

Matrona pia B. Castora Eugubina 485 c e, 486 c.

Medicus fingitur, qui præsciverit infallibiliter ex pulsu arteriæ infirmum moriturum intra certum dierum numerum 434 c d.

Mensa, vide, Cibus, Colloquium.

Mentiens socium, qui dormiebat, mortuum esse, vera ejus morte punitur 226 d.

Meretrices multas convertit S. Joannes a S. Facundo 131 d, idem sanctus præbito per meretricem veneno moritur 132 f.

Milites sancti fuerunt S. Joannes 53 c f, SS. Basilides et Socii Martyres 10 f.

Miraculum revelare quidam cogitur 263 c. Miraculorum donum accipit S. Triphyllius 177 d; S. Victorinus Christum prædicat sequentibus Miraculis 163 b c seqq. Miracula SS. Martyrum attribuunt Ethnici magiæ 500 a b, subinde videntur dæmones Miracula patrare 553 a. Miraculum fingens hæreticus cæcitatem incurrit, quam finxerat: et miracula ridens punitur lepra 224 f, 225 a. Cæcus visum miraculose impetratum rursus amittit, quia ejus saluti expediebat 134 c, vide Ingratus.

Misericordiæ opera exercet, S. Joannes a S. Facundo 126 b. Ven. Richardus 457 c. Misericordia S. Dionysii Pontificis in captivis liberandis 342 b. Fingitur S. Basilius prædixisse obventuram paupertatem Præsidi nolenti misereri 423 e. Vide Captivus, Eleemosyna, Fames, Pauper, Morbus.

Missam celebrans elevatur a terra Ven. Richardus 483 e, nec læditur saxis paganorum in ipsum conjectis. 470 a b, 471 f. Ante Missam semper confitetur S. Joannes a S. Facundo 118 b; et pie se præparans 126 c, quotidie celebrat cum lacrymis 127 e. Prolixitatem in celebrando ex obedientia contrahit 120 c excusandam tamen, ob plurima quæ interim docebatur mysteria, et Christi apparitiones frequentes, 120 d seqq. 131 a b, idem supra altare elevatur 131 e. Christus sub Missa sæpe apparet P. Joanni del Campo 121 c d seq. In peccato mortali nemo Missam dicere potest ad altare S. Viti Pragæ, idque tentans cæcitate percutitur 518 c d. Vide Eucharistia, Liturgia.

Missale Sancti Vougr miraculosum 538 d

Modestiam in loquendo commendat S. Basilius 317 c

Monachi habitum ut hostes evadat indutus, Monachus mansit 483 c. Monachi vitam ducebat mane S. Joannes Ægyptius, vesperi Militis 54 a d. Monachos inducit in ecclesiam Ven. Richardus dimissis Clericis 453 c. Monachos instruit Cæsareæ S. Basilius 320 d: exprobrant id huic hæretici, sed is sibi gloriæ id ducit 394 b c, idem sanctus solatur Monachos, ab Arianis multa passos 390 a seq. Monachorum amator S. Leo III 69 f. Monachorum cappas in silva jacentes auferre volens, miraculose impeditur 542 a b, 544 c. Monastica disciplina laxatur multiplicatis personis 533 c d. Vide Religio, Solitudo.

Monasterium virorum contra consuetudinem mulier ingreditur 467 f. Sacrilegi milites, Monasterium S. Odulphi impugnantes, puniuntur 89 a, monasteriorum nimis magnifice ædificandorum libido punita 533 c. Monasterium fundatum ad excipiendos peregrinos 177 d.

Monetæ adulteratæ falso accusatum mirabiliter liberat S. Antonius de Padua 262 c

Montis Atho a sanctitate incolarum et monasteriorum multitudine præconium 3 a b

Morbum fert pie et patienter S. Basilius 383: infirmitate Modestus Præfectus Arianus fit aliquantulum melior 362 c d. Jecur, alicui miraculose exemptum, sanatur et corpori restituitur 21 a b

Mortem pie obit S. Odulphus 91 e. Mortem S. Methodii prædicit S. Joannicius 451 b, suam et alterius Ven. Richardus: hic moritur in cinere et cilicio 477 d f, nec diu post hunc Richardus Episcopus obiit 478 e; ea instante pauperum pedes abluit S. Odilia 460 b, et pie moritur 462 a b c. Mortem suam desiderat et prædicit S. Joannes a Facundo 132 d e: Moritur pie B. Guido 100 b. Mors pia S. Antonii de Padua 205 d, per innocentes divulgatur 207 b seq; in hora Mortis apparens amico suo, dicit: se, relicto Paduæ asello suo, in patriam ire 224 b seq. Mors S. Basilii pia ipsique optata, aliis luctuosa 408 f, 409 a b. Mortem fratris sui Gerardi dolet S. Bernardus 194 b c d seq. Mortem, timens vovet Religionem ingredi, quod ante noluerat, B. Gerardus 193 c d. tales vivere debemus, quales in morte optamus inveniri 331 a. Moribundo Passio Domini prælegitur 478 d. Mortuorum resuscitatio, vide, Resuscitatio Mortuorum.

Mula Eucharistiæ veritatem probat, per S. Antonium de Padua 217 c d, vide Amissa.

Mulier monasterium virorum ingreditur contra consuetudinem 426 e. Muliebrem mundum despicit S. Edburga 546 f. Vide Castitas, Impudicitia, Vestitus.

Multiplicatum vinum per S. Abraham Abbatem 535 a; S. Joannem a S. Facundo 129 a.

Mundum contemnit, S. Basilius 313 d e seqq. 315 a b c, vide Mulier, Solitudo, Religio.

Musca, Imago dæmonum 503 f

Musiva Triclinii Leoniani explicata 77 b c seqq.

N

Navis gubernator Christus Dominus, Martyres defert in Italiam 8 a b c, 10 d. Navicula sponte ad alteram ripam propellitur, ut peregrinos ad S. Viti Reliquias devehat 513 f. Navis in mari redditur immobilis 41 e, ne longius auferantur Reliquiæ S. Petri Athonitæ 51 e.

Nobilitas præcipua a virtute est 303 c d. Nobilis pii virtutes in S. Ragneberto 188 e

Novitium redire cogit, et ablata restituere 220 c

O

Obedientia S. Joannis a S. Facundo 118 d, e qui prolixitatem in celebrando ex obedientia temperat 120 c. ex Obedientia populo scripturas explicat S. Basilius 320 b.

Occasio peccandi. Vide Peccatum.

Oculi eruti S. Leoni III, miraculose restituuntur 71 e f seqq.

Odor suavis et miraculosus ex corpore B. Bartholi 487 e. S. Marci Episcopi 292 e. S. Joannis a S. Facundo 155 c seqq. S. Triphyllii 177 f. Odor suavis percipitur in morte S. Odulphi 91 e, in domo S. Viti Martyris 500 e. in carcere ipsius 502, in sepulcro ejus et sociorum 493 f, suavis odor perseverat in cella S. Francisci 101 d e.

Ad persolvendum Officium canonicum S. Joanni a S. Facundo oritur ex cupresso radius lucis, 127 c.

Oleum divinitus multiplicatum 287 b, d; miraculosum in lampadibus ad Corpus S. Ragneberti Martyris 189 c. S. Antonii de Padua 255 a S. Joannis a S. Facundo 138 c. Oleum scaturit ex ossibus S. Catharinæ Virg. Mart. 473 d. Olea inclinat se transeunti S. Joanni a S. Facundo 127 d. vide Lampas, Unctio extrema.

Orandi studium B. Guidonis 98 d f seqq. S. Triphyllii 177 d. S. Joannis militis 54 d. Orationi deditus S. Joannes a S. Facundo 130 f, qui orans lumine cœlesti circumdatur, 131 c et a terra levatur B. Bartholus 486 f. Oratio continua B. Placidi, quam turbat dæmon multitudine pediculorum 107 d e, in Oratione assiduus ven. Richardus 456 e f. 470 d e, ejus orandi formula 469 f, idem per Orationem et pœnitentias in adversitate ad Deum recurrit 464 c d. In Oratione indefessus S. Petrus Athonita dæmonem vincit : 44 e, qui turbare eum nititur in specie militis et draconis 43 f seq. Orando noctem transigit S. Onuphrius cum Paphnuthio 28 c. Orationi jungit actionem S. Basilius 318 d, commendat orationem attentam 317 b, et matutinam 318 a, publicarum precum ritus in Ecclesia Cæsareensi 346 e d. Ad orationem signum dandum monent apparentes Patroni ecclesiæ 483 e. Orationem conatur impedire dæmon prætextu juvandi proximi 219 a : Ad orationem S. Orsisius pro conservatione Religionis, quidque faciendum docetur 533 e d seq. S. Aubertus orans pro S. Landelino, ejus conversionem impetrat 539 b, 543 c. Orando civitatem suam Amiternensem ab excidio liberat S. Cetheus Episcopus 184 a b e seq. Prolem orando impetrant parentes steriles S. Joannis a S. Facundo 116 b. Persecutionis tempore orationi et piis operibus magis incumbit S. Methodius 441 e, temporalia beneficia sub conditione petenda, si sint salutaria 134 b. Vide Jejunium.

Ordinis Episcopalis conferendi ritus diversus in Hybernia, quam alibi 31 f, in ordinatione Episcoporum canones observari vult S. Basilius 377 d seq. et in Ordinibus sacris conferendis selectum haberi ne indignis conferantur ; nihilque precibus aut metu agendum 347 d e f, ob nimiam facilitatem in Ordinibus conferendis reprehenditur S. Methodius 446 a

Ornamenta ecclesiastica multa offert Romæ Carolus Magnus 76 e seq Multa ecclesiæ suæ procurat ven. Richardus 462 f seqq. qui eadem vendit tempore famis 474 a b. Idolum antiquum, Stola sacerdotali vinctum, in terram dejicit S. Bernardus Menthonensis 553 b, 555 e f. Ornamenta Ecclesiastica præ secularibus eligit S. Edburga 546 f, vide Episcopus, Pallium.

P

Panes in assulas conversi 59 d : panibus per Angelum allatis vivit in solitudine S. Onuphrius 27 d quatuor, cœlitus subministratis in solitudine, vivunt Patres totidem, ad accessum hospitis additur quintus 23 b c

Papa S. Leo III honorifice excipitur a Rege Franciæ Carolo 73 a. Hic pœnas statuit in Sacerdotes, non obedientes Romano Pontifici 83 d. Sedes Apostolica a nemine judicatur 76 a b c. Universalis titulum ambiunt Græci, resistunt Latini 467 f, 468 e. Claves significant plenitudinem Apostolicæ potestatis 80 c d seqq. Episcopatu ejectus S. Cetheus fugit ad Papam, ab eoque restituitur 183 c d seq. in regnum suum restituitur Rex Nordanhumbrorum, per Papam et Imperatorem 82 b vide Vexillum.

Ingressum Religionis omittit S. Odulphus, ut Parentum voluntati satisfaciat 89 e : invitis parentibus et obsistentibus fidem profitetur S. Vitus 500 a b seqq. ob parentis hæresim moritur Valentis filius 361 e f. vide, Mater.

Passio Domini moribundo prælegitur 478 a.

e Patibulo homicidam liberat S. Antonius de Padua, qui deinde fit Religiosus 251 f

Patientia S. Basilii ad calumnias sibi illatas per triennium nihil respondentis 399 e f. Vide Benignitas, Morbus, Calumnia, Inimicus.

Patria quæ vere dicenda sit 37 d.

Patroni monasterii apparentes monent signum dandum ad orationem 483 d. Patronus Amentium S. Nazarius Martyr ; 13 f, 14 a d, contra morsus rabidorum canum S. Vitus 494 a, 495 b, in Peste S. Antonius de Padua 250 c, Bernardus Menthoniensis 571 c.

Paupertas Evangelica S. Marciani 278 b. Paupertatem Evangelicam amplectitur S. Basilius hortante Macrina sorore 313 c d e seqq. : eamdem in Episcopatu observat 345 d : tale ejus vitæ institutum laudat Libanius 314 f. Mendicat quotidie pro se et suis Fratribus B. Guido 98 e f ; monasteriorum nimis magnifice ædificandorum studium punitur 455 b. B. Angelus Clarenus multa patitur pro observando Religiosæ paupertatis rigore 570 a b et S. Antonius de Padua 203 d seqq. vide Religiosus, Evangelium.

Pauperum Pater B. Gerardus 104 e, S. Triphyllius 197 d, iisdem bona sua distribuit S. Basilius; qui tempore famis iis subvenit 330 a b seqq. Nosocomium exstruit 335 d. Pauperibus, non corporalia tantum, sed præsertim spiritualia curat 354 f Ven. Richardus Abbas fame valida urgente Principes hortatur ad eleemosynas et vendit ecclesiæ Thesauros 474 a b c d. Farinam multiplicat B. Guido in gratiam pauperis 99 d e, erga pauperes et indigos misericordia S. Joannis a S. Facundo 118 e, remunerata a Deo 128 c d ; eam sugillans punitur 131 e f : in pauperes misericors S. Cunera, prodigalitatis accusata, miraculose defenditur 59 c d. vide, Fames, Misericordia, Eleemosyna, Farina, Xenodochium.

Pacifici S. Joannes a S. Facundo 118 e f, 126 e, 128 a, pacem quam hic suadebat recusantes puniuntur 130 a seq. Pacem piis dandam, non impiis, prædicit S. Odulphus 91 f ; eam suadet et persuadet Ven. Richardus 476 a b : Pacem turbat dæmon 475 b. vide Controversia, Ecclesia.

Peccati fructus bonus, pœnitentia 543 c d e : per hanc facit deletum videri S. Antonius de Padua 221 a. Peccata, nemini alteri nota, confitenda monet apparens S. Antonius de Padua 202 b, 223 a, hominem crudelem libere arguit et convertit 223 d seq. peccatorem magna reverentia prosequitur, quem sciebat Martyrem futurum 202 e f. Peccata aliorum deflet S. Joannes a S. Facundo 129 e. Peccatum quod mulier non audebat confiteri, fingitur Basilius post mortem remisisse sine confessione 433 e seqq. vide Latro, Desperatio, Conversio, Infernus, Pœnitentiæ, Confessio ; et peccatum in particulari sub proprio nomine.

Pecunia, *vide* Divitiæ.

Pediculorum *copiam causat dæmon, ut orantem turbet* 107 d e

Peregrinationem *piam Hierosolymam suscipit S. Triphyllius* 176 a, *Ven. Richardus* seq. 471 b c, 482 f : *Hierosolymam et Romam Philoromus* 348 c seq. *ad limina Apostolorum Pippinus Rex* 83 e f, *et S. Landelinus post conversionem* 539 d e, 543 e : *Compostellam ad S. Jacobum B. Placidus* 106 d. *vide* Hospitalitas, Pes.

Perjurium *excommunicatione puniendum decernit S. Basilius* 352 b.

Persequitur *Orthodoxos Valens Imperator Arianus* 356 e f. Persecutionis *ejus acerbitas a S. Basilio descripta* 387 f seq. *præsertim Antiochiæ* 363 f seq. 366 a seq. *Ad eam fortiter tolerandam hortatur idem Sanctus Alexandrinos, exemplo Sanctorum* 368 e f seq. *ipse*, persecutionibus *assuetus, negat se facile iis terreri* 368 d. *Tempore* persecutionis *servanda inter fideles concordia* 366 d e ; *Orationi et piis operibus tunc magis incumbit S. Methodius* 441 e. *Templum aditus obstruit Evarix Rex Gothorum, ut in frequentia adducat oblivionem* 180 f.

Pedes *pauperum abluit* S. Odilia 460 b.

Pertinacia, *vide* Miraculum.

Philosophi *Christiani Proæresii virtutes. Scholam is sponte deserit odio Juliani Apostatæ* 309 e f 310 a.

Phreneticorum *Patronus, vide* Patronus.

Sanctus Antonius Patavinus Piscibus *prædicat* 216 e seq. *Vide*, Sudes.

Pluviam *in siccitate impetrat S. Joannes a S. Facundo* 127 e *impetratur illa emisso voto ad S. Bernardum Menthonensem, eoque illa non servato sistitur, donec id solvatur* 562 c d, *suspendit illam S. Antonius de Padua ne prædicationem impediat* 219 c d, *ab eadem hic Sanctus defendit colligentem olera pro Fratribus Minoribus* 218 e f : *ab eadem non tingitur S. Eskillus prædicans* 95 f.

Pœnitentis *dum orat facies splendet* 22 d. Pœnitentiam *ipse subit Ven. Richardus, quam subdito imponere debuisset* 483 d, *ex ejus excessu abscissum pedem restituit S. Antonius de Padua* 223 a b, *ante* Pœnitentiam *impletam moriens S. Rugnebertus, non clarescit miraculis ante evolutum illius tempus* 189 c. Pœnitentia *S. Landelini* 539 c. *B. Guidonis* 98 e *S. Bernardi Menthonensis* 556 b. *Deus mirabiliter consolatur eos, qui se in hac vita ipsius causa affligunt* 29 d e. *Vide* Austeritas vitæ, Jejunium, Lectus, Peccatum, Confessio.

Ponderandi *se ritus, cum re offerenda in honorem Sanctorum* 63 b.

Prædicat *Christum S. Victorinus sequentibus miraculis* 163 c d seqq. *vide* Concionari, Evangelium.

Præsagium *de futura sanctitate S. Edburgæ* 546 f, *Vide* Prophetia, Somnium.

Presbyter *invitus ordinatur S. Fandilas* 191 f, *invitus sed canonice S. Basilius* 128 a b seq. *idem Officio suo erga Episcopum optime fungitur* 328 f seq. *Sacerdotales virtutes S. Marci Episcopi* 290 e f Presbyter *subinductam habens mulierem jubetur eam dimittere a S. Basilio* 350 d e, *vide* Ordo, Missa.

Procurator *providus, sedulus, sapiens, et multum utilis Abbati, S. Gerardus* 194 b c d e f ; *Officium solius obedientiæ intuitu suscepit* 195 d e.

Prolem *orando impetrant steriles parentes, S. Joannis a S. Facundo* 116 b

Prophetiæ *dono clarus B. Angelus Clarenus* 574 e f *B. Bartholus* 487, *B. Placidus* 108 b c

Prophetat *S. Odulphus de Electo ad Episcopatum, eumque non admittente, puniendo* 91 c *S. Joannes, S. Facundo se intra annum moriturum et decennio post miracula facturum* 132 d e: *mortem S. Odiliæ adhuc laventi altera die obventuram Richardus* 461 f : *mortem S. Methodii prædicit S. Joannicius* 481 c.

Prophetia *S. Odilonis de monasterio Virdunensi, per Ven. Richardum augendo* 469 b c seq. *Usurario bonorum omnium jacturam prædicit S. Bernardus Menthon.* 559 a b : *S. Franciscus B. Guidonem fore ex suis* 98 d, *peccatorem magna veneratione prosequitur S. Antonius de Padua, quem præsciebat convertendum et Martyrem futurum, et cui id prædixit* 202 e f, *prædicit S. Bernardus fratrem suum B. Gerardum monachum futurum* 193 b c, *infaustam Henrici IV contra Gregorium VII expeditionem prædicit S. Bernard. Menth.* 559 b. *S. Cetheus Episcopus mala eventura interfectori suo* 184 f

Prophetat *S. Odulphus de Danis superventuris Frisiæ* 87 f, 91 a b, *prædicit prægnanti S. Antonius de Padua Martyrem parituram* 221 a b c, *et* Prophetat *e sepulcro civitatem suam in Octava sua liberandam* 230 c d. *eadem sancta secreta cordium novit. Revelatur S. Leontio Episcopo Cæsareensi successor futurus Basilius* 425 f seq. *Revelata Ephremi Syri sanctitas S. Basilio* 431 e. *Vaticinium postea impletum, non tamen spiritu* Prophetico *prolatum* 198 f, *vide* Mors, Peccatum, Misericordia, Impudicitia, Oratio, Revelatio, Præsagium.

Provinciarum *divisio ad nihil utilis* 369 f.

Psalmodiæ *ritum in sua ecclesia usitatum defendit S. Basilius* 393 c d

Pudicitiæ, *Ob reprehensam meretricem veneno præbito moritur, B. Joannes a S. Facundo* 119 e f, *Lascivum aspectum Diaconi fingitur punivisse S. Basilius* 424 c.

Pueri *proclamant Abbatem* 459 a b. Pueritia pia *vide* Adolescentia.

Pugno *percutiens Victorinum, eum aperire deinceps non potest* 164 c

in Purgatorio *defectibus suis proportionatas pœnas luunt Ven. Richardus et Gothifredus senior* 465 b *animabus* Purgatorii *orando subvenit Ven. Richardus* 466 c d *præ Purgatorio morbum quemvis optans Monacha, cito dolet se exauditam* 214 c d

Pus. *vide* Caritas.

Q.

Quadragesimæ *septimanis singulis S. Methodius Psalterium scripsit* 444 b.

R

Reformationem *monasterii urgens Richardus Ab. a suis pene jugulatur* 464 d e, *quamvis ad* reformandum *monasterium divinitus esset destinatus* 481 a b c.

Regulam *Monasticam scripsit S. Basilius* 318 b c.

Regnum. *vide* Imperium.

Religionem *timore mortis vovet, quam ante ingredi noluerat, B. Gerardus* 193 c d, *sed quanto difficilius consensit, tanto fortius deinde adhæsit* 193 b. Religionem *ingrediens, exit de terra sua S. Abraham Ab.* 534 f. Religiose *vitæ ducendæ locus divinitus præmonstratus* 39 d e *ad eum miraculose deducitur. S. Petrus Athonita* 41 d e, *et habitum a Pontifice Romano suscipit* 39 *et magno fervore vitam sustinuit* 38 c.

Religionis *ingressum omittit S. Odulphus ut parentum satisfaceret voluntati* 89 e : *S. Triphyllius matri persuadet ut monacha fiat* 177 e. *Vide* Parentes.

Religionem *ingrediuntur Ven. Richardus et Fredericus Comes* 457 b seq.

Ob affectum erga Religiosos *accusatur S. Basilius ipse eum sibi gloriæ ducit* 352 d e *atque ad* Religionem *admissis gratulatur* 353 d, *et pro* Religiosorum *profectu satagit* 353 a b seqq. *eorumque immunitates tuetur* 353 e *solitariosque in cœnobia congregat* 353 c.

Religionem ingredi volentem Imperatorem, vetat ven. Rubertus 482 c d.

Religiosæ virtutes S. Joannis a S. Facundo 117 b c. S. Odulphi 90 a. Laudemii 539 e. S. [illegible] 191 f. B. Angeli Clareni 567 e, vide Monachus, Sodalitas, Novitius, Paupertas, Castitas, Monachus, Carcer, Oratio, Maria Virgo, Votum, Patientia.

Reliquias Corporum quorumdam sanctorum [illegible] probabitur Ven. Rubertus 481 d e, immota manent in loco [illegible] 286 c seqq. Reliquiæ B. Camerii [illegible] 65 c. [illegible] 60 c. S. Viti Translatio solemnis [illegible] 511 b seqq. [illegible] 496 a, 512 f seqq. S. Margaritæ [illegible] Moscus suscepit S. [illegible] 386 b c seqq. Reliquiæ S. Nicephori Patriarchæ, [illegible] S. Methodius 450 a seqq. ad Reliquias S. Joannis a S. Facundo [illegible] 134 et seqq. pro corpore S. Antonii de Padua [illegible], ipsum deinde magna [illegible] 207 b seqq. in arca [illegible] 241 b seqq. Reliquiæ ejus [illegible] 207 d, [illegible] ejusdem alio clam transferre volens nullum exitum reperit 2[illegible] Reliquiæ [illegible] Regibus et Principibus [illegible] 235 f seqq.

Reliquias [illegible] apparent S. Nicetius 483 e. S. Petri Athonitæ [illegible] corpus [illegible] 50 [illegible] Reliquiæ [illegible] 51. Reliquiæ Sanctorum [illegible] S. Simeon 4[illegible] S. Catharina V. et M. 473 c d. Reliquiæ [illegible] Sanctorum [illegible] Altar 508 a [illegible] Carolus IV Imp. 515 c d e seq.

Reliquias [illegible] Ven. Robertus 47[illegible] 273 b. Per Mappulam [illegible] B. Camera, [illegible] 62, [illegible] Reliquiis S. Joannis a S. Facundo miraculosus 153 f. Terra sepulcralis et Baculus [illegible] 137 c d f [illegible] 138 c. Reliquiæ S[illegible] 498 d, [illegible] B. [illegible] 103 b, pro Reliquiis data pecunia 52 b.

Reliquiarum sacrorum contemptores [illegible] 518 b c d, [illegible] 544 e. Reliquias [illegible] et Joannis Baptistæ [illegible] 273 e. S. Severinus cum ejus Reliquiæ in templo esse [illegible] 72 b. Vide Canis, Columba, Crux, Corpus, Integritas corporis, Imago, Ignis, Fulmen, Lampas, Lingua, Missale, Navis, Odor, Ornamenta, Peregrinatio, Perjurium, Pluvia.

Replicatio corporum. Duobus locis comparet S. Antonius de Padua 218 a b.

Suscitatur mortuus per septennium non [illegible] ab S. Antonio de Padua, ut S. Sacramenta recipiat 263 e f. Mortua resuscitatur ob preces matris, sed iterum brevi moritur [illegible] 224 e, vide Habitus.

Revelata S. Basilio [illegible] cædes Juliani Apostatæ 330 seq. vide Prophetia, Exstasis, Festum, Matrimonium.

Rigor disciplinæ inter reformatos Augustinianos 128 e. Vide Religio.

Rupes ducitur per mare, pro navigio fuisse S. Vouga 537 d e

S

Sacerdos vide Presbyter, Missa, Ordo.

Sacrilegus [illegible] 562 d e. vide Templum, Reliquiæ, Missa, Monasterium.

Sacrista furatur oleum miraculosum, ut vendat 287 b d.

Sanguis Christi [illegible] 84 f

Sanguis S. [illegible] in lapide [illegible] sui vestigia 96 a, effluit ex truncato corpore S. Triphyllii post trecentos annos 177 f, S. Viti liquescit in ejus festo 494 f

Sanctorum Invocatio. Culturis se multa bona promittit [illegible] S. Onuphrius 29 d e. [illegible] randi se cum aliqua oblatione in honorem Sanctorum 63 [illegible] Blasphemus, Reliquiæ, Imago.

Sapientia humana minus excellit quam virtute S. Antonius de Padua 220 a b

[illegible] at Diaconus, cum [illegible] ducere 350 f seq.

Contra Schisma laborat S. Basilius 339 c d seqq.

Scribere recte monet amanuenses S. Basilius 347 d et Scripturæ [illegible] 317 a ex obedientia eas ipse populo explicat 320 b. Ad easdem vesperi conveniunt Monachi 533 a. Scripturam, quo-[illegible] S. Triphyllius [illegible] 176 c, [illegible] 175 a

S. [illegible] S. Antonius de Padua 222 b

[illegible] 28 c [illegible] lose reperitur Tumba lapidea 100 d. Ex tumulo suo [illegible] monet populum de plagis imminentibus B. Bartholus 487 b d

Signum Crucis vide Crucis signum.

Silentium [illegible] S. Augustini 128 c. Silentium servat toto Matutino tempore S. Joannes [illegible] 54 a d

Simoniace ordinantes Episcopos arguit S. Basilius, [illegible] 351 d e f

S[illegible] S. Gregorius et Basilius 340.

Sol, vide Radius.

Solitudo inaccessibilis 19 d, in ea locus amœnus 23 c d. [illegible] 19 e f, 21 b c, 24 c. ut quærat solitarios. Ad vitam in ea ducendam, invicem [illegible] Gregorius N. et Basilius 315 b c, [illegible] in Ponto, [illegible] 315 e f, 316 a b, 324 e f, [illegible] 323 c. Solitariis Regula præscripta a S. Basilio 316 b c d, qui Solitudinem cordis et corporis diligit 316 d, 322 c, quasi utilem ad [illegible] 316 d e f seqq. eamque repetit declinans simultatem cum suo Episcopo 321 c, [illegible] S. Onuphrius 26 c, seqq. eamdem episcopatui præeligit et solicite quærit S. Vouga 537 f, in eadem Deus B. Bartholo mirabiliter de necessariis prospicit 486 f. Vitam in solitudine [illegible] S. [illegible] 542 a b, 544 a b d; S. Psalmodius 190 b c, [illegible] ven. Rubertus 475 d. Solitudinem [illegible] S. Antonii de Padua epistolam defert Angelus ad superiorem 220 a: qui ipsam obtinet in fine vitæ 205 c, seq. Solitudinem desiderat ingredi S. Joannes a S. Facundo 117 e; in eam mirabiliter Deus deducit quatuor adolescentes 23 e f. De solitariis Dei providentia 25 f, seqq. [illegible] 29 d e. In solitudine Angelus panem affert S. Onuphrio 27 d; eam inhabitare probabitur Paphnutius 22 e seqq. 29 e. Solitarie victurus jubetur prius in seculo eleemosynis et piis operibus insistere Petrus Athonita 49 d e f, quem a proposito abducere conatur dæmon, majoris virtutis prætextu 44, a b, seqq. vide Religio, Antrum, Monasterium.

Somno

Somno *levi utitur B. Placidus* 184 e, *dormientes Sanctos Angeli deferunt in Italiam quo proficiscebantur* 8 d

Per Somnium *objicitur Carolo M. crudelitas Romanorum in S. Leonem III* 72 e

Spiritus sanctus *apparet S. Ephrem instar Columbæ, suggerens S. Basilio prædicanti verba* 381 d *qui Macedonianæ contra illum hæresis suspicionem incurrit* 342 d e f, *vide* Extasis, Baptismus.

Spiritus *fervor lampadi comparatur* 532 a b.

Spiritualis, *vide* Anima.

Splendor, *vide* Lumen.

Sponsa, *vide* Virginitas.

Sterilis, *vide* Proles.

Studiosus, *vide* Adolescens.

Sudorem *emittit os brachiale S. Viti* 494 b

Suicidium *miraculose evadit in aquas ex simplicitate prosiliens* 214 c

Suspiciones *temerarias fugit S. Basilius* 314 e f, *ipso de Macedonianismo suspectus redditur* 342 d e f.

T

Tempestas *sedata invocata S. Fandila* 192 e

Templum, *vide* Exequiæ, Crux, Reliquiæ.

Templum, *vide* Ecclesia, Ornamenta, Persecutio. *Orthodoxis Nicænis suum fingitur apertum miraculose fuisse* 432 d e, seq; *magnificum S. Antonio Patavii extructum* 239 seqq. Templa *ornat et restaurat S. Leo III* 70 e, 86 a b, seqq. *irreverens in templo punitur* 287 a

Tentationes *aliorum novit et suaviter curat S. Joannes a S. Facundo* 129 e, *graves patientem mirabiliter liberat S. Antonius de Padua* 218 b c d.

Terræ-mortus *propter S. Vitum et socios incarceratos* 502 d, *et in catasta suspensis* 503 d

Tesseræ gentilitiæ *usus seculo* 10 *inchoatus* 57 e f.

Translatio *duorum militum in alium locum miraculosa* 35 d e

Triclinium *Leonis III musivis ornatum* 77 b d, seqq.

U

Unctionem *extremam pie suscipit, ven. Richardus* 478 : *item S. Odilia nondum infirma* 464 b

Usurario *bonorum omnium jacturam prædicit S. Bernardus Menthon*, 559 a b, *et talium munera a sepulchro suo rejicit* 566 a. Usurarii *cor inter ejus nummos reperitur, ut pro concione dixerat S. Antonius de Padua* 202 a

V

Vaticinium *de obventuro uni Episcopatu, et alteri Papatu* 529 e

Venenum *innoxie bibit S. Antonius de Padua, ad probandam fidem contra hæreticos* 217 d

Verberibus *ad conversionem adigit obstinatum Ethnicum idem Sanctus* 245 e f

in Vestitu *necessitatem et paupertatem spectandas docet S. Basilius* 317 d. *inverecundiam reprehendens B. Joannes a S. Facundo fere a mulieribus lapidatur* 131 d, *splendidas* Vestes *ex voto abdicans puella morbo sanatur per S. Antonium de Padua; easque resumens rursus infirmatur, et ipsæ in arca reperiuntur combustæ* 241 b *Vide* Cilicium, Reliquiæ.

Vexillum *Romanæ urbis Carolo M. missum a Leone III, tamquam Defensori Ecclesiæ* 70 a

Viaticum Sacrum. *vide* Eucharistia.

Vidua *Tertiaria S. Francisci, B. Castora Eugubina* 485 e

Vindictam *meditans, post miraculosam vulneris curationem in pristinam infirmitatem recidit* 225 b

Vindictam *prohibet, occiso a se resuscitato, de latronibus sumere S. Antonius de Padua* 225 b c

Vinum *abhorret B. Placidus* 108 c d; *de vite arida nasci facit S. Antonius de Padua* 215 f, *et effusum dolo suo restituit* 222 e, 223 f, Vinum *multiplicant S. Abraham Ab.* 535, *S. Joannes a S. Facundo* 129 a. *Vide* Jejunare, Aqua.

Virginum *Sacrarum curam gerit S. Basilius* 353 f : *talis fuit S. Felicula, sponsa Christo fida* 160 c f. Virginem *raptam restitui jubet parentibus, raptorem censuris coerceri, S. Basilius* 352 a b, *cum* virginibus *choreas ducens Diaconus jubetur a S. Basilio officio deponi* 351 a b, seq. *Vide* Matrimonium.

Virtutes *Morales exercent Ethnici* 497 c. Virtus *pluris valet quam pecunia* 468 b, Virtute *magis quam humana sapientia excellit S. Antonius de Padua* 220 a. Virtutum *S. Basilii Synopsis* 352 d.

Vitam *fingitur protraxisse Basilius, ut medicum Judæum converteret* 434 c d e, seqq.

Votum *negligens implere punitur* 225 c ; *unum de lampade argentea offerenda mirabiliter commutat* S. *Antonius de Padua* 268 e f, Votum *de fugiendo seculo implere differens S. Petrus Athonita, in barbaricam captivitatem incidit* 37 f. Votum *non implens graviori morbo affligitur* 61 c d, *alia recidivam patitur* 214 e, 251 b, *vide* Calculus, Pluvia.

Vox *e cælo audita S. Aquilinæ Martyri* 471 e, *et audita e sepulcro S. Antonii de Padua* 230

X

Xenodochium *exstruit S. Basilius* 428 f, *pauperibus et leprosis* 354 b c, *ob id frustra accusatus apud Valentem Imp. Arianum* 356 a b, *qui etiam illi agros donat* 355 b. *Aliud præclarum exstruit S. Bernardus Menthon.* 558 b, 563 b c, seqq. *Vide* Pauper, Hospitalitas.

Z

Zelotypia *mulierum grave malum* 244 e. Zelotypus *uxorem volens occidere innocentem, impeditur mirabiliter a S. Antonio de Padua* 251 a b, *qui similiter servat aliam* 259 a, *et aliam* 218 d, *ac tertiam venenum bibere coactam.* Zelotypum *patrem proles ex matris utero arguit* 257 c d

Zelus *pro orthodoxa fide Terentii Comitis apud Valentem Imp.* 376 b, zelus *contra Hæreticos Diodori et Flaviani Presbyterorum* 365 a b Conversio. *Vide*, Anima, Fides, Hæreticus, Concionator.

FINIS.

MONTE ALBANO EXCUDEBAT VICTOR BERTUOT, DD. EPISCOPI TYPOGRAPHUS. MDCCCLXVII.

FALVEY MEMORIAL LIBRARY
VILLANOVA UNIVERSITY

DATE DUE

06 ... 77	

VILLANOVA UNIVERSITY
BX4655.A2 v.023
3 9346 00067353 5

FOR REFERENCE

NOT TO BE TAKEN FROM THIS ROOM
CAT. NO. 1935 LIBRARY BUREAU